



CORNELII & LAPIDE

COMMENTARIA

IN

SCRIPTURAM SACRAM

20

BS1145

L3

v.20

1891

85408




1080014760

EX LIBRIS

HÉMETHÉRII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis




UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



COMMENTARIA

III

SCRIPTURAM SACRAM

R. P. CORNELII A LAPIDE

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



244
L.



COMMENTARIA

IN

SCRIPTURAM SACRAM

R. P. CORNELII A LAPIDE

ET SOCIETATE JESU,

SANCTÆ SCRIPTURÆ OLIM LOVANIÆ, POSTEA ROMÆ PROFESSORIS,

ACCURATE RECOGNOVIT AC NOTIS ILLUSTRAVIT

AUGUSTINUS CRAMON,

DIACONUS ANTIQV. PÆRESITÆ.

— — —
EDITIO NOVA

ACCURATE EXPURGATA MERITO QUÆ IN PRIORIBUS INDEPESCENT

TOMUS VIGESIMUS

IN EPISTOLAS CANONICAS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Viverde y Tallón
PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM
13, VIA VILGEO DELTA DELAMARA, 33

MDCCXCI



85408

COMMENTARIUS

IN

EPISTOLAS CATHOLICAS.

ARGUMENTUM.


Septem sequentes Epistolae, nimirum una S. Jacobi, dum S. Petri, tres S. Joannis, una S. Judae, vocantur Catholicae. Quas epitheti varii varias dant causas. Vera et genuina est nimirum catholicae hae non opponi haereticis, g. d. Epistolae hae Christianae sunt et orthodoxae, non haereticae. Quis enim non negat aut nescit? Simili enim ratione Epistola S. Augustini, Basilii, Hieronymi, Nazianzeni, Cypriani, Bernardi, etc., vocanda essent Catholicae. Catholicum ergo hic non opponitur erroneo, sed privato et particulari, idemque est quod universale et commune. g. d. Epistolae hae non sunt particulares et privatae, v. g. ad amicum; nec tractant particularia negotia, uti faciunt Epistolae Ciceronis et aliorum quae inde *Familiares* vocantur; sed sunt universales et aeternales, tractantque res omnibus Catholicis et fidelibus communes: unde per eos ubique terrarum spargende, recitande, crebroque legendae et relegendae sunt (1).

Similes, imo eadem fuerunt Epistolae encyclicae, sive circulares, quas Episcopi de rebus gravibus et publicis, v. g. de persecutione et martyriis, scribebant et mittebant ad omnes Ecclesias totius orbis, communis fidei et edificationis causa, ut talibus exemplis et monitis fideles ubique ad constantiam animarent: unde et publice in Ecclesiis legebantur. Tales sunt encyclicae S. Clementis, Theophili Alexandrii, S. Ignatii, S. Polycarpi, etc. Sicut enim Judaei et hostes Ecclesiae mittebant litteras contra Christianos et Christianam fidem per totum orbem, ut eam cunctis exosam redderent, teste S. Hieronymo praefat. in *Epist. S. Pauli*: sic ex adverso Apostoli et Episcopi mittebant encyclicas, id est circulares, ad fideles totius mundi, ut eos in fide et virtute confirmarent. Hinc Apollonius apud Eusebium, lib. V, cap. xvii, de Themisone ait: «Audebat, Apostolum imitando, Catholicam ad omnes Ecclesias Epistolam contexere.» Idem Eusebius ait Diony-

(1) Ad objectionem, quod secunda et tertia Joannis Epistola singulis personis inscriptae sint, respondent, eas, qui epistolae illis Apostolicae nomen *Catholicarum* primi impulerunt, secundam et tertiam Joannis non recepisse.

sium, Corinthiorum Episcopum, Catholicas ad Ecclesias scripsisse Epistolae Catholicae, id est, universales et encyclicas, sive circulares. *Catholicum* enim vox Graeca est (composita ex *κατὰ*, id est *secundum*, *per*, *propter*, *circa*, et *ὅλην*, id est *totum*, *commune*, *universum*) significans commune, generale et universale. Sic et *κατὰ* *καθολικῶν* *ἐπιστολῶν* vocantur ab Hermogene. Catholicum ergo est, quod circa omnia versatur. Inde Medici vocant *Catholicum* pharmacum, quod omnibus simul humilibus vacuumque utile est. Inde praecipua universalis, vel perpetua vocantur *Catholica*, ait Quintilianus, lib. II, cap. xiii.

Inde fides et Ecclesia vocatur Catholica, estque haec ejus nota et indicium praecipuum, quod scilicet ipsa sit universalis, omnium nimirum gentium, locorum et temporum; cum haereses particularium sint personarum, regionum et aetatum, suis limitibus et angulis circumscriptae. Ait S. Augustinum, *epist. ad Severinum*: «Ipsa est Ecclesia Catholica; unde *καθολικῆ* graece appellatur, quod per totum orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet; ideo sequendum verbum Domini nostri Jesu Christi abscondi non potest.» Idem Augustinus *Contra Epistolam fundamenti*, cap. iv: «In Ecclesia Catholicae gremio me justissime tenet consensus populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, caritate augeta, velutista firmata. Tenet ab ipsa Sede Petri apostoli, qui pascentis oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad praesentem Episcopatum successio sacerdotum. Tenet postremo ipsum Catholicum nomen, quod non sine causa inter tam multas haereses, sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes haeretici se Catholicos dicit velint, querebant tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus haereticorum vel Basilicam conveniatur, vel domum audeat ostendere.» Venerabilis Beda in *Genes. cap. vi*: «Sicut, ait, unus Dominus, una fides, unus baptismus, unus Deus et Pater omnium: ita est una Catholica omnium electorum multitudo per omnia et mundi loca, et tempora saeculi, eidem uni Deo et Patri



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

007598

subiecta. » S. Pacianus, Barcinonensis Episcopus, epist. 4 ad Sympronianum Novatianum de Catholico nomine: « Christianus, inquit, nihil nomen est, Catholicus vero cognomen; illud me nuncupat, isto ostendi. Hoc probor, inde significor. etc. Catholicus, ubique unum, vel, ut doctiores putant, obediencia omnium nuncupatur, mundalorum scilicet Dei; atque sic Catholicus Christianus est. » S. Hilarius ad Constantium Imperatorem: « Certè, ait, voces exclamantium a tua mansuetudine exaudiri deest: Catholicus sum, nolo esse haereticus; Christianus sum, non Arians; et melius est inibi haec seculo mori, quam aliquis privati potentia dominantis episcopi veritatis libertatem committere. » Basilius S. Augustinus in Psal. LV, ad Hilarium, *Jubilatè Deus, omnis terra:* « Nemo, ait, jubilat in parte, omnis terra jubilat, Catholici jubilat, Catholici totum tenet. Quicumque partem tenet, et a toto preclusus est, violare vult, non jubilat. » Praeclarè, vero Vincentius Lirinensis in aereo Hiciliò contra profanas heresum novitates: « In ipso, ait, Catholici Ecclesia magnopere curandum est ut ad omnes credendum, quod semper quod ab omnibus creditum. Hoc est enim verè proprièque Catholicum, quod ipsa vis nominis valloque declarat, que omnia verè universaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fit, si sequantur universalem, unitatem, consensum. Sequitur autem universalitatem hæc ratio, si hanc unam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem confitetur. Videlicet Antiquitatem vero ita, si ab his nulligenis sensibus recedamus, quos sanctos majores ac patres nostros celebratos manifestum est, consensum omnium, vel eade potè omnium sacerdotum patrum et magistrorum definitiones, decretasque sectetur. »

Hanc Catholicam fidem, legem, Ecclesiam describunt, et Catholicis locorum et temporum demonstrant et commentantur hæc epistolæ; idcirco Catholicæ nuncupantur. Unde eadem quoque Canonicæ cognominantur, quia scilicet fidelibus

(1) Comment. Hic. *Einleitung in d. N. N. Testament*, part. II, pag. 424 seqq. *Catholicus* appellari hæc epistolæ, quia cum, secundum Evangelia, *Apostolorum Actum* *Paulinæque* *Epistolæ*, reliquum novi Testamenti partem universæ complectuntur. Novum enim Testamentum, ait, in tres partes primis distribuitur, quarum prima *Evangelii* et *Actibus*, secunda *D. Pauli Epistolæ*, tertia *caeterarum Apostolorum scriptis* consistat. *Idem*. *Altenstein* in libro probat D. *Quesnel*, *de controversiis* *locutio*. *Actus*, ut de novo. *Testamentum* *part. II*, pag. 211. Hanc ita interpretabilem est *Mosellæ scriptura*, *introducitur* hoc *novum* *testamentum* *totum* *præter* *Petri* *et* *Jacobi* *Epistolæ*, *quo* *distinguerentur* *a* *caeteris* *scripturæ* *epistolæ*, *quæ* *in* *his* *libris* *esse* *essent*; *post* *vero*, *quæ* *Jacobi* *etiam* *et* *Jude* *Epistolæ* *in* *pluribus* *seculis* *publicè* *lectione* *probate* *fuisse*, *translatum* *esse* *nomen* *ad* *omnes* *quæ* *discreverunt* *a* *Pauli* *Epistolæ* *veliant* *Scripturæ* *veræ*. *Ita* *epistolæ* *Catholicæ* *sunt* *legitimæ*, *omniumque* *comuni* *probata*.

Apostolorum Cationem, regnum, normam et formam recte credendi, et Christiane vivendi prescribunt; et quæ Canonicam S. Scripturæ veritatisque a Deo revelatæ auctoritatem dignitatibus obtinent, aut contra nonnullas olim hæc de re, teste Eusebio, lib. III *Histor.*, cap. XXI, dubitantes, desolant Concilia Laodicensè, Carthaginensè III, cap. XLVII, Florentinum et Tridentinum, sess. IV. Hinc et a Patribus Catalogum Librorum Canonicorum S. Scripturæ recensentibus eidem inscribuntur, ut ab Innocentio I, Gelasio, Origene, Epiphonio, Athanasio, Hieronymo, Augustino, Damasceno, et aliis quos citat Bellarmus, lib. I *De Verbo Dei*, cap. XLIII. Praeclarè S. Hieronymus, epist. 103 ad Paulinum: « Jacobus, inquit, Petrus, Johannes, Iudas septem Epistolæ ediderunt, tam mysticas, quam simpliciter, et brevès, pariter ac longos; breves in verbis, longas in sententiis; ut rarus sit, qui non in earum lectione occidat. »

Nota: Strobes, imò eadem sæpe sententiæ reperiuntur in Epistolæ Canonicæ, quæ in Paulinis. Ratio est, quia idem Spiritus per omnes Apostolos loquebatur, et qui omnes eodem vero fidei populo, eadem de re, fide et virtutibus scripsissent eadem de causa, quod unus Propheta dixit, dicunt et caeteri, ut in Prologo eorum ostendi. Quare Paulinæ Epistolæ nigerrimè lucem Canonicæ afferunt: Paulus enim uberior est, et uberius mores fidelium sui ævi expressit et corripuit. Igitur dogmata et sententiæ Pauli antitrophe sunt sententiis S. Petri, Jacobi, Joannis et Jude, ut suis locis ostendem. Velut enim Deus hæc consensus harmonium, et quasi concertum in Epistolæ æque ac in Evangelio existere ad indubitatum veritatis Evangelicæ testimonium, ut nemo de ea dubitare possit, dum omnes Apostolos et Evangelistas, locis hæc et temporibus disjunctos, idem tamen de ea scribere et constanter asseverare legi, imò conspicit. Epistolæ ergo hæc continent modulum Evangelii: eorum enim scriptores Apostoli fuerunt præcones Christi; unde passim ad verba et dogmata Christi in Evangelio descripta alludunt, imò eadem citant, ac fidelium in memorem revocant et indicant.

Petrus S. Judas totus est in fide orthodoxa, S. Joannes in charitate, S. Jacobus in oratione et patientia, S. Petrus in sanctitate Christiana fidelibus commendanda (2). Extant inter opera S. Thomæ

(2) Supplem. *de S. Thomæ*. *De Catholicæ* *Epistolæ* *genere* *et* *caeteris*. *Petrus* *et* *Jacobus* *scriptoribus* *ad* *Christianos* *et* *secundum* *monachos*, *et* *caeteris*, *ut* *quædam* *erunt* *adversus* *doctrinam* *Paulinæ* *de* *fide* *et* *legis* *Mosaicæ* *abrogatione*, *de* *clericali* *et* *Paulo* *consensum*, *secundum* *ut* *animos* *firmarent* *Christianorum* *Asia* *minoris* *adversus* *falsos* *doctores* *in* *persecutionibus* *grammaticæ* *Jesum* *triduarum*, *commatum* *perverorum* *solicitationibus*, *aliquanto* *post* *editionem* *aliquæ* *epistolæ* *Petri*, *si* *post* *mortem* *Apostoli* *etiam* *quædam* *Christianis* *Asia* *ad* *constantiam* *in* *vera* *doctrina* *tandem* *tempore*

Aquinatis *Comment. in Epistolæ Canonicæ*; sed hæc per errorem ascribi S. Thomæ Doctori

et tantos potuisse; Joannem denique occurrere vidisse Ceramhi errori, per quem vetus pagina contra pietatis studium inter Asia minoris Christianos recruduerit.

gello, dum sint Thomæ Anglici, ut et *Comment. in Genesim*, *Isaiam*, *Jeremiam* et *Apocalypsin*, *docent* *Sicilius* *Senensis* *et* *Possevinus* *in Biblioth.*, *noster* *Lorinus* *et* *alii*: *licet* *Bellarminus* *et* *nonnulli* *alii* *opinantur* *ea* *esse* *gemina* *L. Thomæ* *Aquinatis*.

IN EPISTOLAM
SANCTI JACOBI

PROEMIUM.

Tria hic praemittenda sunt: *primum*, de auctore hujus Epistolae; *secundum*, de argumento; *tertium*, de auctore.

Quoad *primum*, Lutherus hoc loco, hanc Jacobi Epistolam a Canone sanctae Scripturae resedit, eamque vocat stramineam, aridam et Apostolo indignam. Ratio ejus est, quod ipsa commendans opera bona, adversetur doctrinae Lutheri docentis, nos sola fide justificari, non S. Pauli, qui idem docet *Rom. in. 28.* inquit Lutherus. Lutherum sequitur Brentius, Kemnitius et Cantuarienses Magdeburgenses, quin et Erasmus hoc loco aserit, eam non redolera gravitatem Apostolicam.

Verum de fide est, hanc Epistolam esse Canoniam, partemque geminam S. Scripturarum. Id enim de finibus Concilio paulo ante citata; idem docent Patres Chali, adeoque hic est sensus et consensus totius Ecclesiae, uti multis veterum et rectorum testimonis ostendit Judocus Coccius in *Theatro Catholico*, tom. I, lib. VI, pag. 743. Ad argumentum Lutheri respondet S. Augustinus, lib. *De Fide et operibus*, cap. XIV, ideo S. Jacobum, Petrum et Joannem suas scripsisse Epistolas, ne quis legens Epistolas S. Pauli, praesertim ad Romanos, putaret eum Luthero solum fidem sufficere ad salutem. Explicant ergo Paulum, docentque opera ex fide ignorantia, sicut arbor non excludit, sed includit fructus, quos proligat et portat. Quocirca Calvinus, lib. III *Instit.*, cap. XVII, § 11 et 12, et Calvinista Epistolam S. Jacobi admittunt ut Canoniam. Solum ergo Luthero eum suis videtur stramineum, veroque talis est, tum quia uti stramen accensum urit et everit stramineum ejus haurit, tum quia uti stramen ignitum comburit, et in aeternum comburet blasphemiam ejus linguam, qua hanc Epistolam Spiritu Sancto admittit, et diabolo errorum auctori aserit. Vide Bellarminum, lib. I *De Verbo Dei*, cap. XVIII, ubi octo argumenta, quae Lutherum hanc Epistolam obijcit, dissolvit et confutat.

Porro, in collocandis Epistolis Canonici in Bibliis, non est servatus ordo dignitatis: sic enim praeponi debuissent Epistola S. Petri, utpote

Principis Apostolorum; sed temper. Praepontur ergo ceteris Epistola S. Jacobi, sive quod prius sit scripta, sive quod prius inter Canonicas Scripturas post mortem ejus sit relata. Mortuus est enim Jacobus sex annis ante S. Petrum, et 38 annis ante S. Joannem; S. Jacobus enim obiit anno Christi 63, S. Petrus 69, S. Joannes 101. Vide Caronofaxim. Denique si earum veritatem et auctoritatem spectes, aeterniorumque primatum, nullus inter eas est ordo; sed omnes sunt pares et aequales. Omnes enim habent veritatem et auctoritatem canoniam, quia omnes dictatae sunt Spiritu Sancto.

Quoad *secundum*. Queritur quodnam sit argumentum hujus Epistolae? Respondeo: Scopus argumentum ejus est, *primo*, animare fideles a constantiam in persecutione, quam patiebantur a Judaeis et Gentibus. Hoc enim est ejus exordium: « Omne gaudium existimate, fratres, cum in variis tentationibus incideritis; » ac deinceps graphice invictae patientiae decus et majestatem depingit. *Secundo*, commendare opera bona et exercitium virtutum, praesertim pietatis et charitatis. Quia enim S. Paulus in epist. *ad Romanos* et *ad Galatas*, adeo extolbat fidem Christi et depresserat opera legis, ut quis illi acciperet et extendat ad opera fidei et charitatis, ideoque otiose in fide et gratia Christi conquiesceret, explicat, docetque opera fidei requiri ad meritum et ad salutem; praesertim quia Simon Magnus (quem hoc ovo secutus est Lutherus, Catrinus eorumque aesseles) occasione[m] ex Paulo nactus palam docuit non requiri opera ad salutem, solumque fidem sufficere. Audi de eo Irenaeum, lib. I, cap. XX: « Docebat, inquit, eos qui in eum et Solennem (uxorem vel meretricem) ejus semper habebant, ut liberos agere quae velint; secundum enim ipsius gratiam salvaret homines, sed non secundum operas iustas. » Hanc primum primum herosiarcho (quem mox secutus est Nester, Carpocras, Valentianus, Emonimus, Gnostici alique plurimi) heresim statim in ejus exordio convellere et confutare aggressi sunt Apostoli, puta SS. Petrus, Jacobus et Joannes, tam verbo quam scriptis Epistolicis. *Tertio*, quia idem Simon docebat libertatem carnis, aequae ac Lutherus, ad

proinde Christianos a lege liberos, libere posse vacare venter et veneri; solum enim fidem sufficere ad salutem: Jacobus eidem fortiter resistit, docetque contrarium, nimirum concupiscentiam mortificationem, continentiam, abstinentiam, modestiam; multis enim laboribus, aerumnis, persecutionibus, et saepe morte ac martyrio comparandum esse regnum colorum. Itaque verbis, scriptis et factis, adversus fluxum carnis licetale late fluentem et exultantem, validissimam, opponit aggerem. Simon enim Magnus erat Samaritanus, suosque errores spargebat in Samaria, quae vicina est Hierosolymis, coque eisdem derivabat. Debat itaque ex officio pastoralis S. Jacobus, quasi Hierosolymas et Judaea Episcopus, et, quasi gregis sui lupus, palam omni conatu sese opponere. Fuit ergo ipse vero Jacobus, id est, pastor fideli, supplanator infidelium. Hinc ejus Epistola est Catholica fidei vitaeque canon et regula. Iurata enim docet: *primo*, omne malum a nobis oriri, omne bonum a Deo Patre luminum, ideoque illud ab eo postulandum; *secundo*, sapientiam Christianam distinguit a mundana; *tertio*, mundum adversari Christo, et Christum mundo; *quarto*, mortificationem esse animi cupiditates; *quinto*, vanam et inanem esse animi cupiditates; *quinto*, vanam et inanem esse ambitionem et prosperitatem hujus vite; *sexto*, Deum fore aeternum et sceleratorum iudicem et vindicem, ideoque cavendam personarum acceptionem et contemptum pauperum; *septimo*, ambiendam esse amicitiam Dei, saeculi vero fugiendam; *octavo*, vitandam esse anxiam sollicitudinem de rebus futuris, et quiescendum in paterna Dei cura et providentia. *Quarta*, illustra omnium virtutum dei documenta, praesertim fidei, spei, religionis, mansuetudinis, simplicitatis et caudoris, benevolentiae et curae pauperum, silentii et frenandae irae ac linguam, mutuae charitatis et benevolentiae; fugiendam esse avaritiam et juramentum, in tribulatione patienter expectandam esse Dei adventum. *Quinto*, sancti sacram unctionem inferorum, item praenandi et psallendi studium, insuper sacram exomologesis. Denique: « Qui convertit, inquit, fecerit peccatorem alii errore vitiosum, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum. » Ex dictis liquet, hanc Epistolam scriptam esse post Epistolam S. Pauli ad Romanos; quam cum ille scripsit anno Christi 68, sequitur post illum annum hanc scriptam esse a Jacobo, ac consequenter non diu ante mortem et martyrium quod obiit ipse anno Christi 63. Nam, ut ait S. Irenaeus, lib. III, cap. I, Apostoli tota intenti erant predicationi, ideoque sero coeperunt sua dogmata scriptis mandare (1).

Porro videri posset haec Epistola scripta He-

braico, utpote ab Hebraeo Jacobo ad Hebraeos per orbem dispersos. Verum communior sententia est, scriptam esse graeco, tum quia lingua Graeca eo tempore erat communis, etiam in Italia, praesertim dispersis. Unde utebantur ipsi promulganone Graeca versione Septuaginta aequae ac Hebraeo Bibliorum textu; ideoque Christus et Apostoli, quia et Josephus ac Philo citant Moesen et Prophetas juxta versionem Septuaginta, non juxta Hebraeo textum. Tum quia Jacobus hanc Epistolam, etsi primario scripsit Iudaeis, secundo tamen scripsit Gentibus, adeoque saeculis omnibus: Gentium autem lingua tum haesissima patens, erat Graeca; tum denique quia S. Athanasius in *Synopsi* scribit Evangelium S. Matthaei a S. Jacobo translatum esse, utique ex Hebraeo in Graecum, quasi universalis idioma. Ergo collata videtur S. Jacobus scripsisse suam Epistolam, ut plures eum legere et intelligere possent. Sic S. Petrus, S. Joannes, S. Judas, S. Paulus omnes suas epistolas, excepta ad Hebraeos et ad Romanos, scripserunt graeco.

Commentati sunt veteres plures in hanc Epistolam. *Primo*, S. Augustinus, sed interdicti hinc ejus Commentarii. Audi cum, lib. II *Retract.*, cap. XXXV: « Inter opuscula mea reperi expositionem epistolae Jacobi Apostoli, quam retractans adversi annotationes potius expositorum quorundam ejus locorum, in librum redactas fratrum diligentibus, qui ens in frontibus codicis esse noluerunt. Adjuvant ergo aliquid, nisi quod ipsam epistolam, quam legebamus quando ista dictavi, non diligenter ex Graeco habebamus interpretatam. » *Secundo*, Dionysius Alexandrinus, praepositor S. Hieronymi, brevem et eruditum scripsit Commentarium in hanc Epistolam et in ceteras Canonicas. Exat ista tom. VIII *Biblioth. SS. Patrum*. *Tertio*, extat in hanc Epistolam Catena Graecorum Patrum, scilicet S. Dionysii, Athanasii, Irenaei, Chrysostomi, Nazianzenii, Basilii, Nysseni, Epiphani, Cyrilli, Theodoretii et aliorum, quia Joannes Felicianus in Latium converterit. *Quarto*, Van. Edda. *Quinto*, Occumenius, *Sexto*, Thomas, non Aquinas, nec Angelicus sive enim Lyrano fuit anterior: mortuus est enim anno Domini 1274, Lyrano autem floruit anno 1320. Hic autem Auctor citat Lyrano commentans in epist. I. S. Petri, cap. II, vers. 19), sed Angelicus Doctor Angelico non absimilis, sive acutius, sive doctrinam, sive stylium, sive professionem (fuit enim Ordinis S. Dominici) spectes, sed eo posterior: floruit enim anno Domini 1400 teste Sixto Senensi in *Biblioth.* ex recentioribus scripserunt perperes passim noli, excellentissime et exactissime Balthasar Pae Lusitanus; Franciscus Fevcardus, Petrus Stevartius, Gregorius Primalicinus, qui breviter, sed nervose S. Jacobi sententias per syllogismos stringit et connectit. E Societate nostra P. Alfonsus Salmeron, Benedictus Justinianus, et Joannes Lorinus. Hos omnes sequar,

1) Supp. opere cui titulus in Gallica versione, *La Vie de N. S. J.-C.*, tom. II, pag. 369, ait S. Jacobi epistolam anno 63 scriptam fuisse.

rit more meo per compendium et mellilegium.

Quoad tertium. Queritur quis sit hujus Epistolae auctor? Negat Lutherus et Erasmus esse S. Jacobum; dubitat Cajetanus. Verum Concilia jam citata, aequo ac Patres, totaque Ecclesia ascribit eam S. Jacobo. Quare de fide est eam esse S. Jacobi. Sed dubium est utrius sit. Duo enim inter Apostolos fuerunt Jacobi, unus filius Zebedaei, frater S. Joannis, occisus ab Herode, Actor. cap. xii. 2. patronus Hispania, qui cognominatur Major, Alter Alphai, qui frater Domini, Galat. 1. 19, et a S. Marco, cap. xv. vers. 40. « Minor » (sive etate, sive vocatione, ut vult noster Lortinus; sive statura, ut vult Favariellus; sive quo alio respectu) cognominatus, utique primus Episcopus Hierosolymae. Jacobo Zebedaei hanc Epistolam tribuunt Hispani nonnulli, ut Lucius Dexter in Chronico, ubi asserit S. Jacobum praedicasse Judaeis per Hispaniam dispersis, inque hanc scripsisse Epistolam. Ad didicisse quae fuit prima Scriptura novi Testamenti, tanto Apostolo digna. Item habet versio Arabica et Mozarabae in Liturgia, ac eorum Patriarcha S. Isidorus, lib. De vita et morte Sanctorum, cap. lxxviii, quos citat, quorumque sententiam probabilem esse censet noster Gaspar Sanchez, tract. 3 De Perfectione S. Jacobi in Hispaniam, cap. xii. Item habet Syriaca versio Wisemanstadii, quae hanc Epistolam tribuit S. Jacobo, qui cum S. Petro et S. Joanne interfuit transfigurationi Christi: ille autem fuit Zebedaeus, non Alphai. Idem censet Sixtus III Pontifex, epist. De Nativitate Doctoribus, quae extat tom. V Biblioth. SS. Patrum, 880, ut bene notat ibidem Doctores Parisienses in ultima editione, Bellarminus, De Scripser. Eccles., Baronius et alii, Epistola haec falso ascribitur Sixto III Pontifici (quod nomen multis viris doctis decepit), cum sit Pelagiani concupiam. Omnia enim tribuit fibere arbitrio, et gratia nihil; asserit hominem posse vivere sine omni peccato, etiam levissimo. Denique totus scaturit erroribus Pelagianorum.

Verum alii passim, et veteres et recentiores, hanc Epistolam tribuunt S. Jacobo Alphai, primo Hierosolymorum Episcopo. Ita S. Hieronymus in Catalogo Script. Eccles., in Jacobo: Eusebius, lib. II Hist., cap. xxv vel xxvi; S. Augustinus in cap. II Epist. ad Galat.; S. Ambrosius, lib. VII in Luc., cap. ix.

Ita Jacobus fuit frater Judae et Simonis Apostolorum, ut patet ex epistola Judei, vers. 4, ac Josephus, qui oppositae tot S. Matthei in sorte Apostolatus, Actor. 1. 23. Matthei. xiii. 38. Filius fuit Alphai, qui alio nomine dicitur est Cleophas, et Mariae, quae a filio cognominata est Jacobi; a marito Cleophas: licet nonnulli velint Cleophas fuisse patrem Mariae, et consequenter avum Jacobi. Quod enim nonnulli distinguunt Jacobum Apostolum ab Episcopo Hierosolymae, tresque faciunt Jacobos, primum Zebedaei, secundum Alphai, tertium Episcopum Hierosolymae, qui fue-

rit auctor hujus Epistolae, ubi faciunt Epiphanius, haereti 70, Irothoanus in Synopsi, et innumerati S. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, et clarus Clemens, lib. II Constit. Apost., cap. lxx, refellunt S. Hieronymus, Eusebius, Cleopas Alexandrinus, Baronius et alii, et ex his Franciscus Suarez, III part., tom. II, disp. v, sect. 4. Imo Concilium Tridentinum, sess. IV, ubi auctorem hujus Epistolae asserit esse Jacobum Apostolum, de his plura cap. 1, vers. 1.

Porro quia, ut ait S. Ambrosius, lib. II De Virginitate, a primus descendit arbor est nobilitas magisteri, a Jacobus hic fuit mirae sanctitatis et sapientiae. Id patet primo, ex eo, quod vocatus sit frater Domini, tum quia cognatus erat Christi, tum quia Christo simillimus moribus, forma et vultu, teste S. Irenaeo; epist. 2 ad Joann., et Origene, lib. I Contra Celsum, ac sicuti frater et gemellus fuisset. Quare necesse est Jacobum eximia fuisse forma et pulchritudine. Talis enim fuit forma Christi, teste Psalme: a Speciosus forma prae filiis hominum, Psalme. xlv, 3. Rursus hinc sequitur, Jacobum Christo, Apostolis et Christianis fuisse percharum. Similitudo enim, aequae ac virtus est conciliatrix amoris et amicitiae. Addit Epiphanius, haereti 70, Jacobum a puero simul cum Christo fuisse educatum. Hinc cognominatus est Justus, ab eximia justitia et sanctiorum, teste S. Hieronymus in Galat., i; Eusebio, lib. II Histo., cap. i; Chrysostomo, hom. 5 in Matthei; et Aulocho monacho, hom. 72, qui addit, hoc Justus cognomen a singulari justitia illi esse inditum compariibus omnium suffragiis. Unde cognominatus est a Graecis Patribus εὐδαιμόνως, id est frater Dei. Hinc et nonnulli dicunt Jacobum instar Joannis Baptiste et Jeremie, sanctificatum fuisse in utero matris. Ita S. Epiphanius, haereti 29, Hegesippus apud S. Hieronymum in Jacobi, et S. Antoninus, III part., tom. XXI, cap. viii, penes quos sit hujus rei fides. Certe mater ejus Maria Jacobi sanctissima, a Jerusalem Veritas in Italiam translata, multis magnisque claris miraculis, ubi habet Martyrologium Romanum, die 25 maii, et Chronica Verulana.

Secundo, sicut Christus fuit minister circumcissionis, ut ait Apostolus Rom. xv. 8, hoc est, solis praedixit Judaeis, tanquam genti fidei, sancto et Deo electe, cui per Prophetas eumdem, tanquam Messiam et Salvatorem promiserat: Ita et Jacobus quasi Christi frater, successor et haeres, ex omnibus Apostolis, ab eisdem jussu Christi, teste Eusebio, lib. VII Hist., cap. xiv, in fine, electus et constitutus est sanctae civitatis, puta Hierosolymae, Episcopus ac iudaeorum Pastor. Unde Hesychius in oratione quae extat apud Photium in Biblioth., num. 833, Jacobum vocat novae Jerusalem summum duocem, sacerdotum principem, Apostolorum verticem, in lampade resplendentem, et inter astra maxime illustrem. Porro institutus est Jacobus Episcopus Hi- roso-

lyme a S. Petro, Joanne et Jacobo fratribus: Ita Anacleus Pontifex, epist. ad Episcopos Italiae: idque postredie mens S. Stephani, ait Beda in Chron., puto die 27 decembris. anno Christi 34, ut scilicet libertate et interceptione S. Stephani exacerbatos Judaeorum animos sua benignitate, modestia et mansuetudine leniret; usque ita praesedit, ut pacifice in ea quasi Episcopus resideret, Ecclesiam, quae roxerat per 20 annos. Successit ergo Jacobus Christo, quasi frater fratri, ut illi semen suscitaret, quod proinde Christianorum, non Jacobitarum nomen sortiretur. Unde et eidem Christus ad Patrem vadens, filios matris Ecclesiae commendavit, ait S. Hieronymus in cap. i epist. ad Galat.

Tertio, S. Epiphanius, haereti 78, asserit ejus cognomen vulgo fuisse Othias, id est mutus (perperam aliqui legunt mutus) et praesidium; pro quo alii legunt Ophias, ab οφθαλμ, id est arx, turris ecclesiam, et munitionem: qualis erat illa templi, caput nubibus pene inscruens, cujus proinde verticem influentes caligabant oculis. Unde habuitis dicta est Ophiel, id est caligo, de qua Josephus, lib. II Belli, cap. xviii, et lib. VI, cap. vi, et lib. VII, cap. xxi. Et Poeta:

Apice singulis obstruit in nubibus aether,
Tropaeisque aethera turribus optata.

Idque primo, quia S. Jacobus orationi adhaerens, in ea quasi in caelum respicitur ad Deum pleno mentis acie. Secundo, quia sua oratione et sanctitate erat quasi arx et praesidium, tutela et propugnaculum totam Ecclesiam totumque Judaeorum populum. Hinc ex frequent et continua oratione non tantum genae habebat callosa, sed et frontem, utpote quam ex profunda humilitate et reverentia terrae affligebat, teste S. Chrysostomo, hom. 3 in Matthei. Tertio, S. Epiphanius, haereti 78, S. Jacobum urgente magna sicobato elevatione ad caelum manus, quasi alterum Moysen Deum precantem esse, ac mox pluviam impetrans.

Quarto, S. Jacobus erat Nozaricus; unde vino, carne, animalis omnibus, alio, balneis, vestibus laicis, et ceterisque delictis abstinebat. Ita Eusebius, Epiphanius et alii citati. Adhuc Epiphanius, haereti 78, cum semper virginem permansisse, putatque hunc Ilium fuisse, qui, relicta sindone, multaque tempore passionis Christi amavit: idcirco id opinatus, quod S. Jacobum lineam sindonem semper indiditum solutum cinxerat. Tunc in super eum nullis pedibus incedere consuevit.

Quinto, S. Jacobus fuit post S. Petrum Ecclesiae et fidelis columna, ubi cum nuncupat S. Paulus, Galat. cap. ii, ubi quoque asserit se eum eodem contulisse sum Evangelium, sine inveniuntur eurrerem, inquit, ut eurrerem. Unde Petrus e crederet per Angelum liberatus, illico hujus rei omnium misit ad Jacobum, Act. xii, 17. Hinc et Judas scribit et gloriatur se fratrem Jacobi; et mater ejus, etiam plures habuissent filios, eosque

Apostolos, a digniori tamen vocatur mater Jacobi, Marc. xvi, 4.

Sexto, S. Jacobus fuit proprius Judaeorum pastor et patronus. Unde ut eos sibi conciliaret, et ad Christum tradideret, servavit legem Moysi, licet jam mortuum, sed necdum mortiferam, quia et S. Paulo eandem servandi auctor fuit, ut eum ante Judaeis acceptum faceret et conciliaret, inique salutis Pauli, communicique pacis et concordiae consulere, Act. xxi, 18.

Septimo, Clemens Alexandrinus, lib. VII Hypotyposis, et ex eo Eusebius, lib. II Histor., cap. 1, tradunt Christum post Ascensionem suam, singularem quendam cognitionem impertisse Jacobo Justo, Joanni et Petro, quam deinde illi ceteris Apostolis communicarunt, hi 70 discipulis. Unde Rabanus, lib. De Universo, cap. v, ait Jacobum hanc Epistolam legentibus immensam scientiam claritatem infundere: ea enim complectitur omnem Christianae doctrinae et vitae perfectionem.

Octavo, S. Jacobus erat vitae adeo sublimis et exemplaris, ut videretur esse speculum et imago caeli vitaeque celestis, quam agunt Anselmi et Sancti in Paradiso. Hinc perditus et peritox in oratione cum Deo et Angelis versabatur. Hinc et Christi vultus murescere in eo quasi in vivo antitypo respicientium. Quocirca fideles post Christi in caelum accessum, a variis provinciis certatim Hierosolymam peregrabant S. Jacobi viderendi causa, ut in eo viderent et intuerentur Christum, ob miram quum cum eo habebat per omnia similitudinem. Ita S. Ignatius, epist. ad S. Joann. Evangelista, (vel quicumque est auctor: nam multi docti censent non esse S. Ignatii), scribit se cogitare peregrare Hierosolymam, ut videret S. Jacobum quem vivam Christi effigiem. Hinc etiam Judas Christum proclurum Judaeis, eis oculis signum dedit, ut eo Christum agnoscerent, ne pro eo Jacobum Christi simillimum comprehenderent. Vero Plautus in Truculenti: a Deo, ait, nihil est simillius, quam cum ex hominibus aliquis justissimus est. In hoc enim vera hominis praestantia versatur.

Nono, videtur multi veterum S. Jacobo necessum fuisse ingredi in Sancta sindonem, quod ex lege Dei, Levit. xvi, 2, Hebr. ix, 7, soli Pontifici licebat, idque semel tantum in anno, nimirum in festo Expiationis. Id S. Jacobo concessum tradunt S. Hieronymus in Catalogo Script. Eccles., in Jacobo; S. Epiphanius, haereti 29; Eusebius, lib. II Histor., cap. xiv vel xxii; Hegesippus, lib. v, et ex his Nicephorus, Othias et alii. Hoc multis viris doctis videtur incredibile, tum quia Jacobi virum suae legis et rituum observantissimum, tum quia eidem summi virum Christi et Christianorum fides. Sed tanta est Patrum quae jam citavi, auctoritas, ut et refragari non liceat. Quod ergo Temperamento res non, suaerique potest, si dicamus, non passim et communiter id S. Jacobo fuisse primitivum, sed raris dumtaxat casibus, ut si v. g. fulmen incidisset in Sancta sanctorum;

si casu Cherubim, propitiatorium vel arca corruisset; si quis locum sanctum violasset: sicut enim Pilatus statum Caesaris in urbe, et forte in templo collocavit, teste Josepho, lib. II *De Bello*, cap. vii, sic forte et preses vel miles aliquis Romanus, ut gratificaretur Caio Caligula Imperatori (qui Judaeis infensus erat, ab eisque, acque ac a ceteris gentibus, volebat adorari ut Deus, ideoque sui imaginem collocari jussit in templo Hierosolymitano, ut patet ex Philone legato ad Caium), statim ejus collocavit in Sancto sanctorum, etc. Tunc enim ut illud violatum vel insultatum purgaret et instauraret, aut incendii et robinae periculo eriperent, necesse erat eo immitti virum eminentis dignitatis, sanctitatis et sapientiae, qui id praestaret, aut quid facto opus renuntiaret. Jacobo autem nemo erit dignior, nemo sapientior, nemo sanctior. Adde quod ipsa proprius erat Episcopus et Pontifex Hierosolymorum, et ut talis colebatur non solum a Christianis, sed etiam a Judaeis, qui eum ob lenitatem, sanctitatem, charitatem, etc., amabant et reverentiam ut parentem propter quia ipse Judaeorum et Judaeismi erat observans et tutor, uti patet ante dicti. Imo longe praeferebatur cum suo Pontifici Anno et similibus, qui vel intrusi erant a Romanis, vel Simoniaci pecunia emerant pontificatum, vel illum avare, impure et indigne administrabant. Denique S. Jacobus, ob abstinentiam, orationem et zelum, non tam videbatur esse homo quam angelus, cui soli jure deberi aditum in Sancta sanctorum censebant Judaei. Atque hinc nonnulli, ut Salmeron hic, opinantur hanc fuisse causam martyrii S. Jacobi, nimirum quod Janus Pontifex non ferens pontificatus eorum et simulam S. Jacobi, dolensque eum sibi a populo anteferi, etiam quasi Judaeismi eversorem et Christi ac Christianismi praeconeum citari, et apud suos legis Moisaicae zelotas reum capitis egerit. Confirmat haec omnia testimonium Josephi, qui eversionem Hierosolymae factam a Tito adscribit ceteri S. Jacobi, lib. XX *Antiquit.*, cap. xvi, uti eidem eandem adscribit S. Hieronymus in *Jacobo*, Eusebius, ib. II *Histor.*, cap. xxv; Origenes, lib. I *Contra Gelsium*; Isidorus, lib. *De vita et morte Sanctorum*, cap. lxxix. Ex quibus facile colligas, quanta S. Jacobi fuerit sanctitas, acque ac sanctitatis et dignitatis opinio apud Judaeos. Tanta est virtus, tanta vis sanctitatis, que amant amicos pariter, et inimicos.

Sic S. Franciscus Majoris super sanctitate admirationi fuit Bonis, licet Christi hostibus, ac etiamnum est infidelibus in India, qui cum Patrem sanctum vocant et invocant, ac saepe ejus intercessionem sanitatem, vitam aliasque gratias per miraculum a Deo nascuntur. Audi Tursellinum in ejus Vita, lib. II, cap. xi: «Vulgo, inquit, Magnus Pater vocabatur. Rex Transcaevrida toto regno suo edixit, ut Magno Patri omnes obtemperarent, acque ac sibi.» Idem, cap. ix, narrat Brachmannas, loci infideles, audita Francisci doc-

trina, eum amplexatos esse, illamque miris extulisse laudibus.

Sic et ejus discipulus Gaspar Barzaeus, ob sanctitatem quasi propheta vel angelus caelo lapsus cultus fuit a Saraeensis juratis Christi inimicis. Nam et flexis in terram usque populiibus illum salutabant, et manum ejus, quin et vestem ad pedum vestigia osculabantur. «Vocabant eum Zachariae filium, quasi alterum S. Joannem Baptistam, magnamque Christianorum Caciz: quin et nocte intempesta, cum nullis facilis in templum suum (Coranum vocant) magno comitatu induerunt, et ad summam usque deduxerunt, idque spectante et admirante tota civitate Armusensi. Et tamen etiam proposita morte, ne ex aliena secula quisquam ingrediatur, Mahometanis legibus est interdictum. Verum illi sic Mahometani explicabant, noluisse illum tam insignem virtute virum excludere, » ait Noster Trigaultus in ejus Vita, lib. II, cap. xv. Simili modo legem explicabant Judaei, noluisse illam S. Jacobum, tam eximie dignitatis et sanctitatis virum, ea comprehendere. «Nam propter summum sapientiae et pietatis studium, quod in vita assidue excoluerat, ab omnibus justissimus palabatur, » ait Eusebius, lib. II *Histor.*, cap. xxv. Unde et populus fimbriam vestimenti ejus certatim cupiebat attingere, ait S. Hieronymus. Quare quod S. Epiphanius, loco jam citato asserit, S. Jacobum fuisse sacerdotem legis veteris, ideoque admissum ad Sancta sanctorum, merito ab aliis omnibus rejicitur quasi falsum et quasi insulsiens. Solum enim Pontifici licebat ingredi in Sanctum sanctorum. Constat autem S. Jacobum non fuisse Pontificem Aaronicum. Denique opinantur nonnulli legem illam, *Levit. xvi, 2*, ut nemo ingrediatur Sanctum sanctorum nisi Pontifex semel in anno, limitandam esse ad ingressum solemnem, quo sollicit res divinae solemniter faciendae erant in Sancto sanctorum: nam transacto illo tempore liceisse his qui in sanctitate erant insignes, qualis erat S. Jacobus, ingredi Sanctum sanctorum. Probat ex eo quod S. Evodius, successor S. Patri in cathedra Antiochena, apud Nicophorum, lib. II, cap. xxv; Germanus Constantinopolitanae Patriarcha, et Georgius Nicomediae, orat. *De obitu Marci*, ac Andreas Cretensis, *De dormitione Doipara*, asserant B. Virginem presentatam in templo, habitasse in adytis et in Sancto sanctorum. Ita censet noster Christophorus a Castro in *Hist. Doipara*, cap. ut. Verum lex illa, *Levit. xvi, 2*, non videtur hanc limitationem pati, ut graviter docet ibidem Abulensis; nec caetera virgines, inter quas debet B. Virgo, habitantur in Sancto sanctorum, sed in atrio ad ostium tabernaculi, ut dicitur *Exod. xxxviii, 8*, et I *Reg. ii, 22*.

Decimo, S. Jacobus primus Missae sacrificium solemniter celebravit, ut indicat sexta Synodus *De consecr.*, dist. I, cap. *Jacobus*, ejusque celebrandi formam et ritum prescripsit. Extat etiamnum

Missae S. Jacobi, quam non apocryphi eujuspiam, sed ipsius S. Jacobi esse, patet tum ex sensu et consensu Doctorem et fidelium in Concilio Trullensi, tum ex Proclo, Archiepiscopo Constantinopolitano in Concilio Ephesino, tum ex Cyrillo, Hierosolymaeparter Episcopo, qui *catechesi 3* oratione mystagogicae habet acceptas ex Missa S. Jacobi: ut illud, quod sacerdos alta voce diceret, *Sorsum corde*; et quae de immensa gloria Dei praefari solet ante sacra mysteria; quod idem diceret: *Orate pro vivis et defunctis*; quod Diaconus ante sumpcionem divinarum mysteriorum inelamaret: *Osculamini invicem in osculo sancto*, atque ea accepturis intonarret: *Sancta sanctis*, populus vero responderet: *Unus est sanctus*; quod cantores inter sumpcionem S. Eucharistiae illud Ps. xxxiii concinerent: *Gustate et videte, quoniam sapor est Domini*; et plura hujusmodi. Vide Sixtum Senensem, lib. I *Bibl.*, in *Jacobo*, et Claudium Salicet, praef. VI in *Liturgy*, cap. viii. Hinc et S. Ignatius, epist. ad *Haerones*, ait S. Stephanum fuisse Diaconum S. Jacobi, eique ministrasse. Idem Ignatius, epist. 5 ad *Trallianos*: «Quid vero, inquit, Diaconi, nisi imitatores angelicarum virtutum? qui purum et inculpatum ministerium illis (sacerdotibus) exhibent, ut S. Stephanus B. Jacobo, Timotheus et Linus Paulo, Anacleto et Cleone Petro. Qui igitur his non obediit, alienus prorens et impius est.» Porro S. Stephanus servivit S. Jacobo, antequam ipse crearetur Episcopus Hierosolymae. Nam creatus est postridie necis S. Stephani, puta die 27 decemb., ut superius dixi ex Beda. Olim extabat, et etiamnum extat Evangelium titulo S. Jacobi, sed supposititium: fuit enim pseudo-evangelium, ita Baronius.

Undecimo, S. Jacobus interfuit primo Concilio Hierosolymitano, primusque post S. Petrum, ut pote Hierosolymae Episcopus, sententiam dixit, nimirum Christianos non obligari lege et legibus Moysi, *Act. xv, 13*. Unde ad Episcopos dignitatis ornamentum, S. Jacobus in capite gestavit lamineam auream, quasi insigne tam Pontificis, quam regni Christi, instar Melchisedech, eia ut regnum David una cum Pontificatu transiit, ac largitus sit servis suis, id est, Pontificibus Catholicae Ecclesiae, inquit S. Epiphanius, *haeresi 29* et 78, ac Hieronymus in *Izobae*, et ad *Galat. n*. Pontifex enim Aaronicus cum eisdari, sive tiara quam portabat in capite, ei alligatam lamineam auream gestabat in fronte, cui inscriptum erat *Sanctum Domini*, ut significaretur cum esse Pontificem Dei summi et sanctissimi. Sic et S. Joannem Apostolum gestasse lamineam auream instar coronae, tradit Polyerates apud Eusebium, lib. V *Histor.*, cap. xxv. Eandem gestasse caeteros Apostolos, indeque aunc Episcopos gestare nitram pretiosam, eo quod regali fungantur sacerdotio, tanquam Christi reges et sacerdotes, censet Cardinalis Baronius, anno Christi 34, p. 293. Unde Eusebius, lib. X *Histor.*, cap. iv, ita Epi-

scopos compellat: «Amici Dei et sacerdotes, qui sacro potere celestis glorie corona, et divino chrismate, denique sacerdotali Sancti Spiritus stola decorati estis.» Tradit Eusebius, lib. VII *Histor.*, cap. xv, eadem S. Jacobi ad sua usque tempora religiose asservatam. «Quam, inquit, Episcopi, qui ille ordinis successerunt, permagni estimant.» Unde liquet, Christianos eam extulisse Hierosolyma ante obsidionem Tili: alioqui enim cum ceteris in ea conflagrasset, inquit Baronius, anno Christi 68, cap. I.

Duodecimo, S. Jacobus pro Christo gloriosum obivit martyrium. Epiphanius, *haeresi 78*, tradit S. Jacobum ad decrepitem, postea etatem, et occubisse anno etatis 96, vix. Ascensionem Christi 24. Sed alii passim tradunt eum occisum anno Neonis 7, qui fuit a Nativitate Christi 63, a Passione et Ascensione 29, ac consequenter totidem, puta 29 annis, eum praefuisse Ecclesiae Hierosolymitano. Vix etiam credibile videtur, eum occisum anno etatis 96. Si enim cum a Christo vocatus est ad apostolatam, fuisse septuagenarius. Quis credat tam senem electum ad labores Apostolicos, praesertim cum ceteri Apostoli a Christo electi fuerint juvenes?

Porro vitam, mortem et martyrium ejus graviter et graphicè ita describit et enarrat ex Clemente Alexandrino et Hegesippo Eusebius, lib. II *Histor.*, cap. xxx: «Jacobus, inquit, ab utero matris suae sanctus fuit, vinum et ceteram non bibit, animalium caribus se abstinnit, novacula caput ejus nunquam rasum fuit, neque corpus eum peranatum aut balneis lotum. Hinc uni locabat in Sancta sanctorum ingredi; vestibus enim utebatur non laneis, sed linteis duntaxat. In templum solus intrare solitus est, atque ibi, genibus humi positus, pro populi peccatis veniam postulare: cujus gena, quod tam assidue tum ad Deum augusta sanctoque adorandum, tum ad veniam precibus populo exposcendum procurabat, camelis instar tuberculis contractis obturuerunt. Qui propter singularem justitiam praesidium dici potest, et justitia domum, sicut Propheta de eo memorat, invenit. Quibusdam igitur ex septem saecularum factoribus in populo sparsarum, et a me in Historia ante declaratum, ab eo seiscitantibus, quodnam esset ostium Jesu? Respondit, Jesum esse Salvatorem. Ex quorum numero nonnulli crediderunt quod Jesus esset Christus. Sectae autem supradictae neque carnis resurrectionem ore, neque ulium venturam, qui cuique sit pro his, qua recte vult secus gesserit in vita, mercedem reddidit, omnino crediderunt. Verum quotquot crediderunt, Jacobi praedicatione et hortatu crediderunt. Ergo cum plerique etiam ex principibus viris fidei essent amplexati, nonnulli ex Scribis, Phariseis et reliquis Judaeis tumultuari atque adeo voriferari coeperunt, quod universus Iero populus se cum existimabat verum esse Christum. Qui etiam ad

Jacobum perfecti, sic eum compellarunt: Te obnixè oramus, ut quoniam populus fide in Jesum, perinde ne si vere esset Christus, collata, in gravem errorem delapsus est, eum ab hac opinione avocess; atque ut omnes etiam, qui hoste ad festum diem Paschatis celebrandum conveniunt, de Jesu recte vereque erudias, te etiam atque etiam obtestamur: tibi enim omnes fidem adhibemus, nec nos solum, sed tota etiam multitudo perhibet testimonium, quod Jesus eis, quodque personam non respicias. Perpetuus agitur populo de Jesu, ne erret: eorum et universus populus, et nos omnes tibi credimus. Idcirco et tunc te ipsum super finem temporis, et de superiori loco cunctis personis ais, atque adeo tu verba a tota multitudo facile et sine impedimento audiatur. Propter festum, namque Paschatis non solum omnes Iudeorum tribus, sed multi etiam ex Gentilibus conveniunt. Proinde Scriba et Pharisei, quos supra posuimus, Jacobo supra primum templi collocato, ceperunt exclamare et dicere: O Juse, qui merito omnes debemus fidem adjungere, quoniam populus Jesum crucifixum imitando aberravit, tu idcirco nobis commonesco, quod sit osium Jesu crucifixi. Qui etiam voce sic respondit: Quid me interrogatis de Jesu filij hominis? Ipse sedet in caelo a dextris magnae virtutis et potentiae Dei, et in nubibus cum venturis est, a Hæc expressa et publica Christi professio enixa fuit ejus martyrii, quod proinde evidens fuit et illustre. Subdit enim Eusebius: Atque cum multi plane essent persuasi, et ob Jacobi testimonium deum laudibus in caelum ferrent, dicerentque Hosanna filio David: Scribae et Pharisæi de infero ceperunt primum in infero colloqui. Malle corda et infeliciter caecitate, ut istud testimonium nostra opera Jesu tribueretur. At consensibus gradibus illum deficiamus precipitem, ut homines inde perterrefacti, nullam fidem ejus doctrine adhibeant. Deinde clamare ne dicere: O justus etiam erravit. In quo eborquia sacra apud sapientiam scripta plane expleta fuerit: Tollamus e medio justum, quoniam nobis molestus est et inquammodo. Quocirca fractus operam suorum comedent. Tandem ergo adulescentos Iustum precipitem dederunt, dixeruntque ipsi inter se, Jacobum Iustum obrucere oportere lapidibus. Et quoniam defectus in præcepis non statim mortem obiit, sed vultu sursum subdito genibusque flexis dixit: Obsecro, Domine Pater, da illis veniam, nesciunt enim quid faciunt; ceperunt saxa in eum conjicere, cumque lapidibus illum obrucere pingerent, unus ex sacerdotibus, ex illis Rechab, filij Rechab, qui sunt Jeremia testimonio commendati,

voce emissa contentius dixit: Quid agitis? Iustus pro vobis Deum deprecatur. » Hominem vero qui hæc dixit, fuisse Simonem episcopum nepotam ex sorore, filium Cleophae, tradit Epiphanius.

Prosequitur Eusebius: « Attamen unus ex illis, qui fullo erat, arrepto veste, quo vestes solebat premere, in caput Iusti impexit; ita vitam beato et felici martyrii cruciatu affectus afflictisque amisit. In quo loco prope templum, ubi columella ejus nomine inscripta adhuc manet, corpus tremulo mandatum est. Iste Jacobus: tum Iudeis, tum Græcis charus et incorruptus aut testis, Jesum vere fuisse Christum. Nonnulli post Vespasianum Judæam obsedit, Iudæosque redegit in servitutem. Hæc longæque Historiam citro consentientia Nestorius, thetus plenusque explicavit. » Hieronymus Eusebius de rege Jacobi ex dictis auctoribus.

Quod vero ad sepulchrum ejus spectat, hæc adit Hieronymus: « Ejus sepultura filium usque ad obsidionem Titi, et ultimum Hadriani, notissimum habuit. Quisiam e nostris in monte Oliveti eum putarunt conditum; sed falsa eorum opinio est. » Adit S. Hieronymus in Jacobo, ex Evangelio secundum Hebræos: « Dominus, inquit, cum discessit syndonem servo sacerdotis, ivit ad Jacobum et apparuit ei. Intravit enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qui biberat calicem Domini, domus videret enim resurrectionem a mortuis; hæc usque post panulum: Afferte, ait Dominus, mesam et panem; statimque auditur: Tullit panem, et benedixit, et fregit, et dedit Jacobo muto, et dixit ei: Frater mi, comesta panem tuum, quia resurrexit filius hominis a dormientibus. » Quin et Adrichomius ex Bredembachio, Salgiaco, et aliis in *Descriptione Hierosolymæ*, numer. 210, describit antrum, in quo jesus Christus Domini passionis delituit Jacobus, additque: « Ideoque Dominus etiam ei post resurrectionem suam seorsim hic apparuit. In cuius honorem Christiani isto loco postmodum ecclesiam exerunt. » Sed hæc juramentum et testimonium Jacobi respicit S. Augustinus, lib. III de *Contra Evangelii*, cap. xxv, et alii, hæc ratione, quod apparuit Christi factis Jacobo, de qua Apostolus I *Corinth.* xv, 7, contigit post apparitionem factam quingentis fratribus. Post illum enim subdit Paulus: « Deinde visus est Jacobo. » Illa autem apparitio Christi facta quingentis fratribus, confugit dia post resurrectionem, quousque Jacobi conjugium naturaliter extendi non potuit: nisi dicas si deinde numerum significare, non ordinem apparitionum; sic ut idem sit quod *insuper, præterea, q. d.* Christus apparuit quingentis fratribus, insuper et soli Jacobo.

CAPUT PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Tereti epistolarum more, variis et disparatis de variis virtutibus dat partim monita, partim præcepta. Primo, vers. 1 usque ad vers. 12, docet gaudendum esse in tentatione, eo quod illius patientia opus perfectum habeat, postulandam esse a Deo sapientiam certa spe et fide: humiles et pauperes gloriari debere in sui exaltatione futura, divites vero et superbos confundi in humilia, qui eos non exsuperet. Secundo, vers. 12 usque ad 19, docet, beatum esse qui suffert tentationem; tentationem vero non esse a Deo; sed omne donum et bonum ab eo, quasi a Patre luminum descendere. Tertio, vers. 19 usque ad 22, docet frenandam esse linguam, iram et immunditiam. Quarto, vers. 22 usque ad finem, docet justificari factores verbi, non auditores tantum. Religionem enim veram esse, visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

1. Jacobus Dei et Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. 2. Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes variis incideritis: 3. scientes quod probatio fidei vestre patientiam operatur. 4. Patientia autem opus perfectum habet; ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. 5. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non impropriet: et dabitur ei. 6. Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctu maris, qui a vento movetur et circumferitur. 7. Non ergo astimet homo ille qui accipit aliquid a Domino. 8. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. 9. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua; 10. dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit. 11. Exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fœnum, et flos ejus decidit, et decore vultus ejus deperit: ita et dives in itineribus suis marcescet. 12. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se. 13. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. 14. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illectus. 15. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. 16. Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi. 17. Omne datum optimum, et omne donum perfectum, deureum est, descendens a Patre luminam, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. 18. Voluntarius enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creature ejus. 19. Scitis, fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram. 20. Ira enim vitii, justitiam Dei non operatur. 21. Propter quod abjicientes omnem immunditiam et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insum verbum, quod potest salvare animas vestras. 22. Estote autem factores verbi, et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. 23. Quia si quis auditor est verbi, et non factor, sic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo. 24. Consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit. 25. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non a auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. 26. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio. 27. Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem

Jacobum perfecti, sic eum compellarunt: Te obnixè oramus, ut quoniam populus fide in Jesum, perinde ne si vere esset Christus, collata, in gravem errorem delapsus est, eum ab hac opinione avocet; atque ut omnes etiam, qui hoste ad festum diem Paschatis celebrandum conveniunt, de Jesu recte vereque erudias, te etiam atque etiam obtestamur: tibi enim omnes fidem adhibemus, nec nos solum, sed tota etiam multitudo perhibet testimonium, quod Jesus eis, quodque personam non respicias. Perpetuus scilicet populo de Jesu, ne erret: eorum et universus populus, et nos omnes tibi credimus. Idcirco et tunc te ipsum super finem temporis, et de superiori loco cunctis personis ais, atque adeo tu verba a tota multitudo facile et sine impedimento audiatur. Propter festum, namque Paschatis non solum omnes Iudeorum tribus, sed multi etiam ex Gentibus conveniunt. Proinde Scriba et Pharisei, quos supra posuimus, Jacobo supra primum templi collocato, ceperunt exclamare et dicere: O Juse, qui merito omnes debemus fidem adjungere, quoniam populus Jesum crucifixum imitando aberravit, tu idcirco nobis commonesco, quod sit osium Jesu crucifixi. Qui etiam voce sic respondit: Quid me interrogatis de Jesu filij hominis? Ipse sedet in caelo a dextris magnae virtutis et potentiae Dei, et in nubibus cum venturis est, a Hæc expressa et publica Christi professio causa fuit ejus martyrii, quod proinde evidens fuit et illustre. Subdit enim Eusebius: Atque cum multi plane essent persuasi, et ob Jacobi testimonium deum laudibus in caelum ferrent, dicerentque Hosanna filio David: Scribae et Pharisæi de infero ceperunt primum in infero colloqui. Malle corda et infeliciter caecitate, ut istud testimonium nostra opera Jesu tribueretur. At consensibus gradibus illum deficiamus precipitem, ut homines inde perterrefacti, nullam fidem ejus doctrine adhibeant. Deinde clamare ne dicere: O justus etiam erravit. In quo eborquia sacra apud sapientiam scripta plane explata fuerit: Tollamus e medio justum, quoniam nobis molestus est et inquammodo. Quocirca fractus operum suorum comedent. Tandem ergo adulescentos Iustum principem dederunt, dixeruntque ipsi inter se, Jacobum Iustum obrucere oportere lapidibus. Et quoniam defectus in præcepis non statim mortem obicit, sed vultu sursum subdito genibusque flexis dixit: Obsecro, Domine Pater, da illis veniam, nesciunt enim quid faciunt; ceperunt saxa in eum conjicere, cumque lapidibus illum obrucere pingerent, unus ex sacerdotibus, ex illis Rechab, filij Rechab, qui sunt Jeremia testimonio commendati,

voce emissa contentius dixit: Quid agitis? Iustus pro vobis Deum deprecatur. » Bonum vero qui hæc dixit, fuisse Simonem episcopum nepotam ex sorore, filium Cleophae, tradit Epiphanius.

Prosequitur Eusebius: « Attamen unus ex illis, qui fullo erat, arrepto veste, quo vestes solebat premere, in caput Iusti impexit; ita vitam beato et felici martyrii cruciatu affectus afflictisque amisit. In quo loco prope templum, ubi columella ejus nomine inscripta adhuc manet, corpus tremulo mandatum est. Iste Jacobus tum Iudeis, tum Græcis charus et incorruptus aut testis, Jesum vere fuisse Christum. Nonnulli post Vespasianum Judæam obsedit, Iudæosque redegit in servitutem. Hæc longæque Historiam citro consentientia hæc scriptura theotus plenius explicavit. » Hieronymus Eusebius de rege Jacobi ex dictis auctoribus.

Quod vero ad sepulchrum ejus spectat, hæc addit Hieronymus: « Ejus sepultura filium usque ad obsidionem Titi, et ultimum Hadriani, notissimum habuit. Quisiam e nostris in monte Olivæ eum putarunt conditum; sed falsa eorum opinio est. » Addit S. Hieronymus in Jacobo, ex Evangelio secundum Hebræos: « Dominus, inquit, cum discessit sionem in servo sacerdotis, ivit ad Jacobum et apparuit ei. Intravit enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qui biberat calicem Domini, domus videret enim resurrectionem a mortuis; hæc usque post paniculum: Afferte, ait Dominus, messem et panem; statimque additur: Tulit panem, et benedixit, et fregit, et dedit Jacobo fratri, et dixit ei: Frater mi, comesta panem tuum, quia resurrexit filius hominis a dormientibus. » Quin et Adrichomius ex Bredembachio, Salgiaco, et aliis in Descriptione Hierosolymæ, numer. 210, describit antrum, in quo jesus Christus Domini passionis delituit Jacobus, additque: « Ideoque Dominus etiam ei post resurrectionem suam seorsim hic apparuit. In cuius honorem Christiani isto loco postmodum ecclesiam exerunt. » Sed hæc juramentum et testimonium Jacobi respicit S. Augustinus, lib. III de Civitate Dei, cap. xxv, et alii, hæc ratione, quod apparuit Christi factis Jacobo, de qua Apostolus I Cor. xv, 7, contulit post apparitionem factam quingentis fratribus. Post illum enim subdit Paulus: « Deinde visus est Jacobo. » Illa autem apparitio Christi facta quingentis fratribus, confliguit die post resurrectionem, quousque Jacobi festum naturaliter extendi non potuit: nisi dicas si deinde numerum significare, non ordinem apparitionum; sic ut idem sit quod insuper, præterea, q. d. Christus apparuit quingentis fratribus, insuper et soli Jacobo.

CAPUT PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Tereti epistolarum more, variis et disparatis de variis virtutibus dat partim monita, partim præcepta. Primo, vers. 1 usque ad vers. 12, docet gaudendum esse in tentatione, eo quod illius patientia opus perfectum habeat, postulandam esse a Deo sapientiam certa spe et fide: humiles et pauperes gloriari debere in sui exaltatione futura, divites vero et superbos confundi in humilia, qui eos non exsuperet. Secundo, vers. 12 usque ad 19, docet, beatum esse qui suffert tentationem; tentationem vero non esse a Deo; sed omne donum et bonum ab eo, quasi a Patre luminum descendere. Tertio, vers. 19 usque ad 22, docet frenandam esse linguam, iram et immunditiam. Quarto, vers. 22 usque ad finem, docet justificari factores verbi, non auditores tantum. Religionem enim veram esse, visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

1. Jacobus Dei et Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. 2. Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes variis incideritis: 3. scientes quod probatio fidei vestre patientiam operatur. 4. Patientia autem opus perfectum habet; ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. 5. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non impropriet: et dabitur ei. 6. Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctu maris, qui a vento movetur et circumferitur. 7. Non ergo astimet homo ille qui accipit aliquid a Domino. 8. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. 9. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua; 10. dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit. 11. Exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fœnum, et flos ejus decidit, et decore vultus ejus deperit: ita et dives in itineribus suis marcescet. 12. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se. 13. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. 14. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illectus. 15. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. 16. Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi. 17. Omne datum optimum, et omne donum perfectum, deureum est, descendens a Patre luminam, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. 18. Voluntarius enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creature ejus. 19. Scitis, fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram. 20. Ira enim vitii, justitiam Dei non operatur. 21. Propter quod abjicientes omnem immunditiam et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. 22. Estote autem factores verbi, et non auditores tantum, et fallentes vosmetipsos. 23. Quia si quis auditor est verbi, et non factor, sic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo. 24. Consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit. 25. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non a auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. 26. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio. 27. Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem

nave est: Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc saeculo.

4. JACOBUS. — Nomen hoc accepit a primo duodecim tribuum parente et Patriarcha, qui dictus est Jacob, id est supplantator, a Rebecca matre, eo quod in utero, dum nasceretur, tenuerit plantam fratris sui Esau; quo portento significabatur, quod cum esset supplantatus, eique jus primogeniturae callide preceperatur, ut dixi *Gen.* cap. xxv, 29. Simili modo S. Jacobus diabolum, ejusque filium Simonem Magum cum suis supplantavit. Sic Sanctus nomen accepit a Saule primo rege sua tribus Benjamin. Et sicut Saul Davidem, ita Saules persecutus est Christum et Christianos. Mystice, Jacob, id est luctator, est quivis Christianus: hic enim ad duellum et singulare certamen provocat diabolum, carnem et mundum, totumque infernum. Unde est pugil et athleta Christi, ait S. Dionysius, cap. ii *Eccl. Hier.*, et a Christo dicitur Christianus, quasi ab unguente unctus ad spiritualem luctum, qua tota vita cum hostibus confingere debet. Ita S. Augustinus tract. 33 in *Joan.* Idipsum representavit Jacob luctans cum Angelo, *Genes.* xxxii, 24, ut docet Theodoretus ibid. *Quaest.* xci.

Omni et Domini nostri Jesu Christi. — *Primo*, Graeci apud Oecumenium per *Deum* intelligunt Deum Patrem; per *Domini*, Deum Filium, quasi utriusque personae divinae servum se profiteretur Jacobus; utpote quoniam una eademque sit, ut essentia et operatio, ita et auctoritas ac dignitas. *Secundo*, alii per *Deum* accipiunt Sanctam Trinitatem; per *Domini*, Christum qui homo est. *Tertio*, et gemine S. Cyrillus, lib. xii *Theosop.*, cap. xii, Thomas Angelicus, Dionysius et alii censent eandem personam, scilicet Filium, puta Jesum Christum, vocari hic *Deum* et *Domini*, ut duae Christi naturae significentur: in Deo divina, in Domino humana. Aut certe, quia episthetum Deo proprium est *Domini*; Deo enim proprie competit plenum, transcendens et universalis dominium in rebus omnibus, juxta illud Virgilius, *Aeneid.* I:

O qui res hominumque Deorum
Ceteris regis imperis, et Iulium terces.

Unde et illud Martialis irridentis Do. si nunc imperatorem, qui Deus haberi et coli volebat:

Electum Domini fuisse vocari.

Teste enim Suetonio in *Domitiano*, cap. xii, tanta arrogantia dicebatur Domitiani epistolam, ut sic inciperet: « Dominus et Deus noster sic fieri jubet. »

Notat S. Chrysostomus, hom. 9 in *Epist.* ad *Coloss.*, nomen Domini, Trinitatis, aut Christi epistolae rebusque omnibus a fidelibus praefigi solitum: « Quia, inquit, ubiqueque fuerit nomen Domini, ibi prospera erant omnia: multoque magis nomen

Christi, quam Consulium, securitatem literis addit. » Ita Christianos solere quibuslibet literis et monumentis praefigere nomen Christi aut signum crucis docet noster Grotius, lib. III de *Cruce*, cap. ix et seq.

Moraliter et nervose Primaticibus notat, per « Deum » significari et commendari nobis excellentiam Majestatis divinae; per « Domini », immensam ejusdem potestatem; per « nostri », infinitam ejus christiandem; per « Jesu Christi », regalem et sacerdotalem ejus dignitatem.

Jesu Christi servus. — Non se vocat Apostolum, sed servum Christi. Hinc aliqui opinati sunt, Jacobum, qui fuit auctor hujus epistolae, non fuisse Apostolum. Distingunt enim ponuntque tres Jacobos, primum Zebedaei, secundum Alphaei, utrumque Apostolum, tertium fratrem Domini, qui fuerit Episcopus duplicat (non Apostolus) Hierosolymae, scripsitque hanc epistolam. Ita Clemens, lib. II *Const.*, cap. tix, et lib. VI, cap. xii, et Ferrarius ibidem, S. Hieronymus in *Isaie* cap. xvii, Cyrillus Hierosolymitanus *cateches.* 14 Favet S. Anacletus, quartus a S. Petro, *epist.* II, ubi docet, Jacobum fratrem Domini ordinatum esse Episcopum Hierosolymae a S. Petro, Jacobo et Joanne fratribus; cum tamen omnem sententiam Anacleti ibidem, Cyrilli *cateches.* 17, Ammonii et aliorum, quos citavi Act. n. 4, sit, omnes Apostolos ab ipso Christo immediate ordinatos esse Episcopos; nisi quis dicat Jacobum huic a Christo quoque ordinatum Episcopum, sed in praesentia orbis, ut et ceteros Apostolos a Petro vero ordinatum, id est, deputatum et institutum esse Episcopum proprium primae Ecclesiae, puta Hierosolymitanae, non vero prius ab ipso consecratum, uti recte observavit S. Chrysostomus, hom. 87 in *Joan.*

Vorum communis sententia est, duos tantum fuisse Jacobos, eosque Apostolos, Zebedaei scilicet et Alphaei, qui fuit Episcopus Hierosolymae et auctor hujus epistolae, id patet ex Paulo, qui *Galat.* I, 19, dicit se alium Apostolorum non vidisse, nisi Jacobum fratrem Domini; et cap. II, 9, Jacobum huic cum Cepha et Joanne vocat columnam Ecclesiae. Ita sentit et docet Concilium Tridentinum, sess. IV; Eusebius, lib. II *Histor.*, cap. I et xxi; Clemens Alexandrinus, lib. VI *Strom.*; Chrysostomus, hom. 33 et 44 in *Matth.*; S. Epiphanius, *haeres.* 29, et alii passim, imo tota Ecclesia, quae Jacobi Minoris festum celebrat I maii, asserens illum Apostolum, fratrem Domini, Alphaei filium fullonis vocato a Judaeis ocellum. Quare S. Hieronymus sententiam mutavit; nam *epist.* 103, et lib. I *Contra Pelag.*, Jacobum auctorem epistolae vocat Apostolum. Clementis libri *Recognitions* dubium sunt auctoritatis. Unde idem Clemens, *epist.* I ad

Jacobum huic, asserit eum a Christo immediate ordinatum. Idem asserit Eusebius, Dorotheus in *Synopsi*, et alii. Hinc a S. Jacobo Ecclesiae Hierosolymitanae dignitatem Patriarchalis Ecclesiae obtinuit, eoque ac Antiochena et Romana, utpote in quibus per se sedit S. Petrus; atque Alexandrina, in qua sedit S. Petrus per S. Marcum suum discipulum. Patriarchales enim Ecclesiae sunt Apostolicae, et ab ipsis Apostolis fundatae et instituta. Porro Hierosolyma non tempore S. Jacobi, utpote mox evertenda a Tito, sed diu postea a Vigilio Papa hanc dignitatem obtinuit, uti dixi *Aetor.*, *esp.* xi, xxv et xxvi.

Cause ergo cur S. Jacobus scribat se servum Christi, non Apostolum, sunt variae. *Prima* est studium humilitatis et modestiae, uti ex eodem B. Virgo vocavit se ancillam Dei, *Luc.* I, 38. *Secunda*, quod Apostolus proprie vocetur is, qui missus a Christo, per orbem evangelizatum discurret; Jacobus autem non discurrit per orbem, uti ceteri undecim Apostoli, sed affluxit fuit Judaea et Hierosolyma, ejusque proprius a Christo et Apostolis creatus fuit Episcopus et Pastor. *Tertia*, quia ingens dignitas est, et summi honoris titulus esse servum Christi. Nam, ut ait S. Ambrosius, « Magna dignitas est servum esse potentis: » ergo summa dignitas est servum esse summi potentis, puta Christi, servum enim Deo regere est. Quocirca Apostoli omnibus mundi regibus praeferebant servitutum Christi, magisque gloriabantur quod essent servi Christi, quam si forent reges totius orbis, inquit Didymus et Oecumenius. Unde et S. Agatha Quintiano praesidi dixit: « Multo praestantior est Christiana humilitas et servitium regum opinare ac superbia. » Esse enim servum Christi, est esse servum aeternae sapientiae, justitiae, veritatis, bonitatis et omnium omnino virtutum, quae Christus est, uti recte dixit Origenes.

Quarta, quia ex Apostolis soli S. Petrus quasi primas, et S. Paulus quasi apostolus doctorque omnium gentium, antonomastice Apostoli titulum occuparunt. Unde nec S. Joannes, nec S. Judas in suis epistolis se vocant Apostolos. *Quinta*, quia servus Christi idem est quod Apostolus. Servus enim hic non quidem qualem significat, sed hero, puta Christo, fidelissimum, dilectissimum, proximum et intimum, qui suis res omnes curat, ab eoque quovis gentium ad eas convertendas mittitur, qui sane non alius est quam Apostolus. Hinc Judas exemplo fratris sui Jacobi, pariter hinc epistolae se vocat servum Christi. Denique S. Sixtus Senensis, lib. VII *Biblioth.*, et Favardentius hic opinantur nomen Apostoli hic erasum esse ab aliquo falsario, ut, sublato auctore, tolleretur auctoritatem epistolae. Nam multi codices Latini, Graeci, Syri et Arabici habent hic nomen Apostolus.

DECEM TRIBUS QUI SUNT IN DISERSIONE, — quae sunt disperse inter Gentes. Ita Syrus; jam *tribus*, id est Judaei quibuslibet qui prognati sunt ex duodecim tribubus. Nec enim tribus totae

disperse fuerunt, sed multi ex singulis tribubus.

Nota: Jacob patriarcha duodecim habuit filios, pariter patriarchas. Quisque enim unam familiam et tribum filiorum et nepotum ex se prognatorum constituit, eique suum nomen attribuit, ut tribus Juda, Levi, Ruben, dicitur familia prognata ex Juda, Levi, Ruben, etc. Inter has duodecim tribus divisa fuit terra sancta sive Judaea a Josue, cap. xv. Ex ea septius ille in captivitatem abduclit, et inter Gentes disperse fuerunt, praesertim per reges Assyriorum, Babyloniorum, Syrorum, Aegyptiorum et Graecorum. Multi etiam sponte sua a Judaea in externas regiones vel lucri, vel quietis, vel parentum, etc., causa abierunt, hinc *sedes* fixerunt. Insuper Judaei fideles pene omnes, exceptis Apostolis, in persecutione ob S. Stephanum excitata, et Jerusalem ad alias civitates et regiones profugerunt et disperse fuerunt, ut patet *Act.* viii, 2. Hisce omnibus, ac praesertim dispersis ob necem Stephani, ut censet Beda, Gagneus et Ribera in *Osee*, cap. I, hanc epistolam scribit S. Jacobus (eoque ac suam S. Petrus), ut sicut praesentis verbo, ita absentes scripto doceret, corroboraret et exhortaretur ad vitam Christiano dignam. Erat enim ipse proprius Judaeorum Episcopus: unde proprie eorum curam pastoraliter egit. Hinc patet *primo*, S. Jacobum hanc epistolam directe scripisse Judaeis fidelibus, indirecte tamen etiam infidelibus, ut veli Beda, consequenter etiam eandem scripsit et fidelibus et gentilitate conversis. Hi enim omnes eandem Christi fidem et vitam, quam hic inculcat S. Jacobus, profitebantur. Adidit Lucius Dexter in *Chronico*, plurimos Judaeos dispersos fuisse per Hispaniam, usque maxime hanc epistolam scriptam esse a Jacobo, utpote quem ipse censet fuisse, non Alphaei, sed Zebedaei, Hispanorum Apostolum et magistrum, de quo dixi in *Proemia*.

Patet *secundo*, S. Jacobum non scripisse hanc epistolam ad decem tribus, quae post schisma factum per Jeroboam a duobus, puta Juda et Benjamin, tandem a Salmanasar adducte sunt in Assyriam, quas Judaei fabulantur Caspibus montibus impervis concludi et abscondi. Nam S. Jacobus ait se scribere duodecim tribubus: ergo tam duobus quam decem jam dicit scribit.

SALTEM. — Subaudi optat et precatur; graeco est *χαίρειν*, quod tria significat, scilicet *gaudere*, *salvare* et *valere*. Salutantis est vox: unde ea Graeci utuntur initio epistolarum, quod imitatus Horatius initio lib. I *Epistol.*

Salve, inquit, gaudere, et bene regi gerere, Albinozano Mena regis rector.

Sic et hic *χαίρειν* alludit ad *χαίρειν*, quae sequitur, *q. d.* Opto vos gaudere, ut tribulationem quae vos occupat, vestimetis non dolore, sed gaudio.

Porro salutatio Apostolorum et Sanctorum non est aulica et verbulis, sed effocax et realis, sufficienti salute implere eum qui salutatur, uti ex

S. Chrysostomo dixi Rom. 1, sub initium. S. Iulianus autem patrum, gratiam omnique bonum quod ad salutem in presentem et ad eternam ducit, complectitur: ac consequenter ipsam Jesum, qui est salus et Salvator mundi. Hoc responsum sit Catechano, qui levis salutem ac consequenter epistolam profertur, non apostolicam censuit et percipendit. Nam talis non est S. Jacobus et Apostoli in Concilio Hierosolymitano, Act. xv, 23. Unde eadem utitur Pontifices Romani in suis Júbileis et epistolis remittendis: presertim enim et imperatorem omnibus fidelibus salutem et apostolicam benedictionem.

Symbolum notat S. Augustinus in Epist. Epist. ad Rom., ante nobilem, vocem salus magna Paucitas (que afflicti et illa est habenda, in qua Veritas pariter denotat tria) significantur tria: ideoque talia eide indicat S. Trinitatem, a qua omnis salus dimanat. « In quopiamdam, inquit, hæreticorum colloquio, cum alter alteri dixisset, Salus, quisivisti (Valerius Episcopus Hippocensis) ab eo qui et latine nasset et punice, quis est salus? Respondit non est tria. Tum ille agnoscens eum gaudium salutem totamque S. Trinitatem, conventionalium linguarum non fortitudo siq; sanctissimum arbitratus est, sed occultissima dispensatione divina prævidentibus, ut, cum latine nominatur Salus, a Paucitas intelligatur tria; et cum Punice lingua sua tria nominantur, latine intelligatur Salus. » Salsidii S. Augustinus Chanoniam, Math. xv, cum a Christo postulavit illis salutem, implicite postulasset S. Trinitatem, ejusque fidem et operam, qua illa non tantum in corpore, sed et in anima salvanda erat.

2. OMNIA GENUERUNT. — « Omnia, » id est totum, perfectum, plenum, summum. Est enallage quantitas: ponitur enim totum universale pro toto integro, quod suis partibus compleatur et integratur, q. d. in tentatione et tribulatione non esse tritari, o Christiani, sed gaudere, non quali quali, sed pleno summoque gaudio. Aliqui imperfecti in tribulatione partim dolent, partim gaudent. Illi unum pedem figunt in patientia, alterum in impatientia: S. Jacobus ergo vult utrumque animi pedem figi in patientia, usque summo gradu. Trias enim sunt patientiæ gradus: primus, sustinere patienter; secundus, sustinere libenter; tertius, sustinere gaudenter. Sic omne sumitur pro toto, Eccles. xii, 13: « Deum » ne, et mandata eius observa, hoc est enim omnia nemo, » id est totus homo, q. d. Totum hominis bonum consistit in Dei timore cumque mandatorum observatione; ac proinde totus ipse totaque animi viribus Dei timori et mandatis intendere, seque impendere debet, ut ea impleat, juxta illud dei mandatum: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, » Deuter. vi, 5.

Secundo, « omne proprie capi potest, tuncque erit sensus nervosior, q. d. Tentatio et tribulatio adeo non est mala, nec fugienda, ut in ea situm

sit omnia bonum, ac consequenter omne obiectum omniæque materia gaudii, adeo ut omnis illa quam natura vel Deus per alia bona spirat, in uno hoc universali et summo tribulationis bono collecta et adiuncta videatur: ita ut in sola tribulatione magis gaudendum sit, quam si solus omnes mundi opes, honores et voluptates possideres. Unde sequitur tribulationem esse summum bonum hujus vite: summum enim gaudium nequit esse nisi de summo bono. Tres enim passiones sive affectus sunt, quæ pro obiecto habent bonum, nimirum amor, desiderium, gaudium. Amor spectat bonum in genere; desiderium est cupidio boni absenti; gaudium est fructus boni presentis: et quanto majus est bonum, tanto majores sunt hi affectus. Ex adverso affectus huius oppositi, qui pro obiecto habent malum, sunt odium, metus, tristitia. Odium est mali absolutum; metus est fuga mali absenti; tristitia est dolor ex tristitia mali presentis.

Est hoc primum S. Jacobi paradoxum a quo incipit, ut attentionem lectorum conciliet et excitet, utque fideles suo a se a iudeis aliisque afflictos, et secularis sæculi afflictionem plene considerent, doceatque quomodo afflictionem capessere, in æque se gerere debeant, nimirum animum non deieciendo, sed erigendo, non dolendo, sed gaudente, non conquirendo, sed gratis agendo. Alta est hæc sapientia et philosophis incognita, quam S. Jacobus fidelibus a Christo, qui illum vel arguam et celestem a seipso Patris in mundum destulit, dicens: « Beati qui persecutionem patiantur, » etc., Math. v, 10; ideoque e caelo in carnem descendit, ut eam homines doceret, idque magis exemplo quam verbo. Tota enim vita Christi fuit constantis afflictio, crux et martyrium. Paradoxum ergo Christi et Christianismi, a S. Jacobo cæterisque Apostolis predicatum et prædicatum, est: « Tribulatio est summum bonum, ideoque in ea summe gaudendum. » Ignorant hoc præsci sapientes, nescivit hoc Aristoteles, non intellexit Plato, falsum censuit Anaxagoras, stultum Epicurus. Natura enim et naturalis ratio horret tribulationem, quasi nature et naturali statui, commoditatis ac felicitati inimicam, et e diametro contrariam. Quocirca homo, etiam iudicis nature viribus consultatur, non potest eo assurgere, ut in tribulatione gaudeat, et summe gaudeat: esto nonnulli philosophos in ea se gaudere simularint et fluxerint, ut virtutis patientie et constantie nomen, famam et famam inanis apud homines acciperentur. Hinc illud Catonis ad Tullius suos in Africa cum aranis et serpentibus inentibus, apud Luceum:

— Serpens, cetera, arbor, æreus, Dulce virtuti: gaudet patientia terra.

Vere Tertullianus, lib. De Patientia, cap. xvi. « Christiana, inquit, patientia celestis et vera, Gentium falsa et probrosa, quæ tanti boni nomen

fractis operationibus occupant: patientes rivalium, et divitum, et invidiosorum, impatientes solius Dei vivunt. » Et S. Cyrilianus, lib. De Patientia: « Apud Gentiles, ait, tam falsa est patientia quam sapientia. »

Christus ergo sua doctrina et gratia supernaturali naturam adeo alie vebit, ut contra naturam de malo natura, puta de tribulatione, gaudeat: ideoque permittit lapsum Adæ in peccatum, et per illud in mortem, omnemque tribulationem, ut in ea ostenderet, quasi peritissimas et potentissimas medicas, vim gratiæ suæ, quantumque pharmacum sit patientia christiana. Hæc enim in statu irascitæ, utpote immuni ab omni tribulatione, locum habere, certum demonstrari non potuisset. Plus ergo virtutis a Christo accepimus, quam in Adamo perdidimus, uti ostendi ex Apostolo, Rom. v. Quocirca S. Hieronymus in illud, Ephe. v, 20, Gratias agentes semper pro omnibus, sic ait: « Christianorum propria virtus est, etiam in his que adversa putantur, gratias agere creaturi. Juxta Apostolum hæc virtus est maxima, ut in ipsis periculis atque miseriis gratiæ Deo referantur, et semper dicamus: Benedictus Deus, minor me solo sustinere quam mereor; hæc ad mea peccata parva sunt: nihil mihi dignum redditur. Ille animus Christiani est, hic crucem suam tollens sequitur Salvatorem, quem nec orbitas, nec damna debilitant: quem, ut ait Flaccus, si tractus illabar orbis, impavidum ferient ruina. »

Antesignanus huius in tribulationis proli gaudio, fuit Christus, qui angelicus ad crucem descendit: « Baptismo habeo baptizari: et quomodo coardet usque dum perficiatur? » Luc. xii, 50.

Principitum fuit S. Petrus, qui epist. 1, cap. iv, vers. 13: Communicantes, ait, Christi passionibus gaudeat, ut et in revelatione gloriæ eius gaudeat exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ et virtutis Dei, et qui est ejus Spiritus, super vos requiescit. »

Signifer est S. Paulus: « Gloriamur, inquit, in tribulationibus, » Rom. v, 3. Et: « Placet mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo, » I Cor. xii, 10. Et: « Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo, » Galat. vi, 14. Paulus ergo hoc amore et gaudio crucis, in Christum crucifixum transfornatus videbatur. Sic et S. Francisus: unde et ab eo signata quinque vulnerum cicatrix impressa sunt. Paulus, inquit Chrysostomus, Rom. I in II ad Cor. « Cum videtur quasi nris circumlocutionibus, tentationibus quoties iniquis, non aliter quam si in medio paradiso vagaretur, ita gauderet gestibaturque: ac proinde ut qui hoc tenetur gaudio gaudet, non potest ab animi perturbatione vincit, ita qui hoc non tenetur gaudio, a quibuslibet facile capi vincique potest; ac prorsus huic idem evenit, quasi si quis

arma gestans imbecilla, quolibet levi plaga vulneraretur: nullum armatura genus validius, quam gaudere secundum Deum. »

Centurio est S. Jacobus hie, ceterisque Apostoli, qui, ut ait Lucas, Act. v, 41, « libant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. » Vide ibi dicta. Unde S. Bernardus, serm. De Triplia genere boni: « Non modo patienter, inquit, sed et libenter, verum et ardentem ad tormenta, sicut ad ornamenta, ad penas, sicut ad delicias B. Andreas properabat. »

EXISTIMATE. — Existimate, id est arbitramini, ducite, putate; Syrus, ܥܝܢܐ ܠܗܝܬܐ lehere, id est, habeatis, q. d. Hoc gaudium situm est non in sensu nature: hæc enim in tribulatione sentit dolorem, sed in rationis per fidem et gratiam illuminatæ, et ratiolate existimatione, dictamine et iudicio, quod varias nature tentata et afflictio graves considerationes et causas, quas mox recensebo, suggerit, ob quas in tentatione ad gaudium sese excitare debeat. Vere Seneca, epist. 78: « Levis est dolor, si nihil illi opinio adjecerit. Omnia ex opinione suspensa sunt (1). »

CUM IN VARIIS TESTATIONES. — Unum enim tentationi succedit alia et alia, alterius sese generis et materiæ, sicut fluctas succedit fluctu, adeoque vento, annulus annulo in catena, adeoque plures sæpe simul hominem invadunt. « Tentatio enim est vita hominis super terram, » ut ait Job, cap. vii, vers. 4, juxta Septuaginta. Quocirca Johannes Pius Mirandula episcopus pugna dans arma duodecim, inter ea sectiones assignat: « Una tentatione superata aliam expectet, cum demon semper circumeat. Septimum: Non tantum diaboli vincendus est, sed faciendus cum tentatione preventus, ac tentatio, v. g. supurbia, accipiendi ut ad humilitatem adiutorio et invitatio. Octavum: Dum pugnas, pugna quasi perpetuam deinde pacem habiturus, quia sæpe hoc generosis animis Deus largitur; sed cum vicisti, geras te quasi mox pugnaturus. Undecimum: Cogita dulcis esse vincere tentationem, quam ire ad peccata: atque ita compara dulcedinem victorie cum dulcedine peccati, non pugnam cum voluptate. »

TENTATIONES IMPARRIS. — Quoniam, quidnam hic proprie tentatio significet, respondeo primo, tentatio idem est quod afflictio et tribulatio, puta paupertas qua premebantur primi fideles, fames, morbus, infamia, ætus, frigus, ceteraque adversitates et ærumme, sive a Deo, sive a demonibus, sive ab hostibus, sive ab amicis, sive a natura, sive aliunde immissas. Hæc vocantur tentatio, quia tentant et explorant hominis virtutum, patientiam et robur.

Secundo, magis proprie et directe, S. Jacobus (1) « Omne gaudium, » id est rem vel materiam summi gaudii: est metonymia. Ita Cicero, xii, 13 ad Atticum, de Bruti litteris quibusdam: « Multas mihi iacturas attulerunt. »

tentationem vocat hic persecutionem, quam suo aeo fideles patiebantur a Judaeis aliisque infidelibus. Ut enim illos in ea corroboraret, scripsit hanc epistolam, ideoque statim a tentatione hac orditur. Hae res laboriosae, fatigationes, pericula, innumerasque molestias et difficultates, in quas incidunt, imo sponte se conjiciebant Apostoli primique fideles causa Evangelii, ut scilicet illud toto orbe predicarent et propagarent.

Tertio, tentatio hanc extendi potest ad veram tentationem demonis externam, et internam carnis sive concupiscentiae, haec enim proprio vocatur tentatio, quae hominem ad peccatum tentat et sollicitat, et de hac subdit Iacobus, vers. 13: «Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur.» Adde tribulationem quamvis pari modo esse tentationem proprie dictam, quia hominem ad pessimitatem, impatientiam, iram, aliaque peccata sollicitat. Unde de hac concludit, vers. 12, dicens: «Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae.»

Quaerens secundo, cur in tribulatione et persecutione Christiano sit gaudendum, non taliter qualiter, sed omni summoque gaudio? adeoque cur tribulatio sit summum bonum, in quo salvas Christiani in hac vita sit? Respondeo primo, quia tribulatio avellit nos ab hoc saeculo, ejusque amore, illecebris et blandimentis, «ne viam pro patria diligamus,» ut ait S. Gregorius, lib. XIII. *Yerol.* XIII: «Et ne viator tendens ad patriam, stabulum pro domo diligit,» ait S. Augustinus, in *Ser.* sent. 486. Vers. Seneca ad Lucillum: «Quantum possumus a fabrico recedamus: in saeculo parum firmiter stamus.» Et *epist.* 93, in fine: «Quasi inter se contraria sunt, bona fortuna et mens bona: ita melius in malis sapimus, secunda rectam auferunt.» S. Chrysostomus, hom. 14 ad *Populum*: «Hormitantes nos, inquit, expurgare solet, et religiores facere tentationum natura.»

Secundo, quia tribulatio signum est electionis, electionis et predestinationis Dei: «Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit,» *Hebr.* XII, 6. Unde S. Augustinus, lib. *De Pastor.* «Si, inquit, exceptus es a passione flagellorum, exceptus es a numero fidelium.» Et S. Ambrosius, lib. 1, *epist.* 4, patientiam tribulationum vocat *matrem fideliun.* Unde angelus ad Tobiam, cap. XII, vers. 13: «Ego obisti, inquit, orationem tuam Domino: et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.» S. Chrysostomus, hom. 32 in *Gen.* «Ne existimemus, inquit, esse signum quod nos dereliquerit, et despicat Dominus, si tentationes nobis inferantur: sed hoc maximum sit in nobis inflicium quod Deus nostri curam gerit, quia peccata expurgat, et lucem ac exercendi maiorem nobis proponit, ut si quod nostrum est declinemus, largiori dignetur nos cura. Quod cum

scimus, ne tristemur in tentationibus, sed gaudeamus cum B. Paulo dicente: Nunc enim gaudeo in afflictionibus, » *Coloss.* 1, 24. Item S. Chrysostomus in dictam Apostoli, *habentes autem eundem spiritum*: «Hoc generose, inquit, ac amantis animae officium est, afflictiones et adversitates ferre generose, tolerare tentationem: ne quis insuper gratias agere ei, qui se tentari permittit, demum summae fortitudinis est animae quo vigilantis, et quae omnibus humanis afflictibus superior sit.» Unde S. Ephrem, lib. *De Fide*, tom. 1: «Christianus, inquit, inter diversis tribulationes et tentationes stet, sicut incens, quae licet semper verberetur, non tamen dat fergum, neque concupiscentiae formam in se recipit, sed eadem semper manet. Pro munitione ac castro semper Christus Dominum habet, ad cuiusque belli tempore confugiat, dicatque: Esto mihi in Deum protectorem, et in locum refugii, ut salvum me facias.»

Tertio, quia tribulatio Christo crucifixo, Dei unigenito nos assimilat, ejusque opem accersit. Nam «non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato,» ait Paulus, *Hebr.* IV, 45. Christianum ergo nullibi nisi in cruce Christi gaudere et gloriarum cum S. Paulo dicit. Tot enim bona Deus abscondit et concludit in cruce Christi et Christianorum, et ea seruat Paulus passim in epistolis ostendit. Rursum Christus sua cruce dulcedat nostras crucis, adeoque non tam nos, quam ipse in nobis palliat. Quocirca S. Ephrem crucein gestabat in fronte, et *serm. De Cruce* magnifica ei dat elegia, quae recitavit *Bechid.* IX, inter quae praecipua et hinc loco apposta sunt haec: «Cruis spes Christianorum, crux resurrectio mortuorum, crux afflictionum consolatio, crux triumphus adversariae demonum, crux desperatorum spes, crux oppugnavtorum murus: crux infantium custos, virorum caput, senum corona, regum magnificentia. Crux Prophetaum praedictio, Apostolorum comes, Martyrum gloriatio. Crux virginum pudicitia, sacerdotum gaudium. Crux Ecclesiarum firmamentum et orbis terrarum sanctitas. Crux imbecillorum fortitudo, aegrorum medicina, mactorem fiducia.»

Quarto, quia tribulatio tollit duo summa hominis mala, scilicet peccatum et concupiscentiam. Est ergo summum hominis bonum: est enim ipsa poenitentia pro peccatis commissis, est et antidotum contra futura, quia dicitur adversatur concupiscentiae. Sicut ergo sal conservat carnes a putredine, ita tribulatio conservat corpus et animam a concupiscentia et peccato. Ideoque Deus tot tribulationibus vitam nostram opplevit, quia illae in statu huius naturae lapsae et corruptae, ad eam erigendam et sanandam sunt utiles, imo plane necessariae: ideoque unicum ejus sunt remedium summamque bonum. Nonne gauderet

aspis, si sensum haberet, quod scalpello poliantur, huiusmodi stultus elegans regis? lignum, quod piceina levigetur, fiatque thronus principis? pannus, quod lixivio perficitur et emundetur? etc. «Tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines terrae, et cibabo te hereditate Jacob patris tui.» Vido ibi dicta. Vidit hoc per umbram Seneca, lib. *De Provid.*, cap. IV: «Prospere, ait, in plebem et villa ingenia deveniunt, at calamitates terroresque mortalium sub jugum mittere, proprium regni viri est.» Et cap. V: «Militares viri gloriantur vulneribus, calamitas virtutis occasio est: dux Iudaeis militi, qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis. Praeceptores plus laboris ab his exigunt, in quibus certior spes est. Numquam virtutis molle documentum est. Verberat nos et laebet fortuna: patiamur, non est servitia; certamen est.» Et cap. VI: «Labor optimos citat. Locus aurum probat, miseria viros fortes. Vido quem alla ascendere debeat virtus.» Nazianzenus, epist. 64 ad *Phalagrium*, laudat illud Stoicorum: «Vir bonus beatus est, etiamsi in Phalaridis tauro concremetur.» Praeclare Gerson, parte 2, serm. *De Omnibus Sanctis*: «Ut, inquit, aera Nos, quo magis abundant aquae diluvii, tanto altius ferebatur: sic mansuetus animus, quo majores erunt tribulationis aquae, tanto erit exaltior.»

Quocirca animae generosae Deumque fervide amanti nil optabilius est, nil jucundius, nil dulcius quam multa pro eo pati. Cuius rei causa est multiplex, sed maxime triplex. *Prima*, quod animae sanctae intente amant Deum: amorem autem in eum nulla in re magis ostendere possunt, quam si pro eo dura patientur vel agant. Rursum vident Christum pro se tanta passum, ut ergo eum imitentur, utque ei vicem quam possunt reddant, et amorem amoris rependant, desiderant pati eum eo et pro eo, sicut crucis et dolore, diciturque eum S. Ignatio: «Amor meus crucifixus est.» Ita S. Laurentius ad tyrannum: «Para, ait, equuleos, bestias, ignes, cruciatulos, et quidquid tormentorum excogitare potes: haec omnia avevo et ambio. Non est famelicus qui illa desideret cibum, sicut ego tormenta tua. Illa ergo expedi, et famem meam exsalia.» S. Xaverius cum Gentilibus eum persequerentur ad necem, ideoque subinde in arboribus pernoctaret, item in naufragiis, cum in medio mari natus fluccibus jactaretur, orabat: «Domine, ne hanc crucem mihi auferas, nisi majorem immitteris.» Quocirca ita caelestibus consolationibus affuebat, ut eas non capiens exclamaret: «Satis est, Domine, satis est:» in tribulationibus vero: «Non satis est, Domine, non satis: da plus pati.» Ita P. Lucena in ejus Vita, lib. I, cap. VII. Edmundus Campianus, primus in Anglia e Societate martyri, vere Campianus, id est pugil Christi, audita sententia mortis, Deo sibi que gratulando cecinit: «Te Deum laudamus; ac protractus ad supplicium in theatro consistens: «Spectaculum, inquit,

«Sexto, quia tribulationes omnibus virtutibus, quae in arduo site sunt, uberem materiam et exercitum suggerunt: virtutes autem gaudent, cum occasione et obiectum habent, in quod sum vigorem exarant sumque decus ostendant. Unde Philo, lib. *De Quartaeva cogit. erud. gram.*, asserit animam festum agere, quando emulandum contendat: quare virtutem amanti dulcescere laborem, tribulationes esse gaudium et voluptati.

Septimo, tribulatio facit ho- excelsum
culo majorem, ut in caelo res et spes suas
xx.

facti sumus mundo, angelis et hominibus. Gaudet et gratulor mihi de hac felici sorte, quod martyri moriar: nunc vivo, nunc triumpho. » Quare instat Sansonius, qui plures moriens quam vivens occidit, plures in morte quam in vita, suo zelo et martyrii exemplo ad fidem orthodoxam convertit, uti habet ejus Vita. Eximius et choragus in hac re fuit S. Andreas, qui, visa cruce sibi parata, jubilans exclamavit: « O bona crux, que deorum ex membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicite amata, sine intermissione quesita et aliquando cupienti animo preparata: accipe me ab hominibus, et redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. »

Secunda, quod Deus eos qui amore sui patiuntur violsim amplectatur, solatur, et sui passionis melle consolationis divina dulcorat. Id experti sunt Martyres, qui in equuleis et tormentis letitia gestabant, hymnos et laudes Christo cantabant. Id experiuntur omnes, qui libenter adversa pro Deo sustinent. Ita Paulus: « Secundum multitudine, inquit, dolorum in corde meo consolationes tue letificaverunt animam meam. » *Psalm.* xciii, 19; et Paulus: « Sicut abundavit passio Christi in nobis, ita et per Christum abundavit consolatio nobis. » II Cor. i, 5. Mensura ergo passionis, mensura est consolationis, et quo major passio, eo major accedit consolatio. Hujus rei typus Deus Mosi in Mara dedit lignum, quod dulcorat aquas amaras. *Exodi* xv, 23. Lignum hoc figura fuit crucis Christi, que omnes adversitatum amaritudines dulcorat, ut fidem dixi. Quia de causa Smeti crucis non tolli, nec mitigari, sed augeri postulabant, dicentes illud Pii V Pontificis, scribis calceoli doloribus afflicti: « Domine, auget dolorem, auget et patientiam. » Ita S. Terecia orabat: « Da aut pati aut mori. Vitam enim meam aliud esse volo, quam te amare, pro te laborare, pro te pati. » Alta Sancta dicebat se non desiderare brevem vitam et celarem mortem, quia in caelo nulla est passio: desidero ergo vivere diu, quia desidero diu pati pro amore Dei, non tantum martyria, sed et morbos, calumnias, infortunia et quaevis adversa. Amanit ergo dulcis est virtus, dulcis patientia, dulcis fortitudo, aiebat Cato. Divinus S. Marcus et Marcellianus: « Nunquam tui juvende epulati sumus, quam hae libenter Christi causa perferimus. »

Tertia, quod cogent passionem esse modicam et brevem, ac mox pro ea se recepturos immensam et aeternam gloriam. libent enim illud praemeditatum: « Non sunt eandem passiones hujus temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis. Id enim quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternae gloriae pondus operatur in nobis. » II Cor. iv, 17. Ita S. Stephanus videlicet oculos apertos, Christumque coronam celestem oscitantem, lapides torrentis dulces fuerunt. Ita S. Franciscus: « Tanta, ait,

est gloria quam expecto, ut me omnis morbus, omnis mortificatio, omnis humilitatio, omnis poena deleat. » Nimirum sentiebant quam dulces sit crux Christi; ac proinde crux non erat ei crux, sed vitae et gaudii dux. Felix, qui tribulatio dulcescit, qui cum B. Catharina Senensis dulcia hujus vite pro amaris, amara pro dulcibus accipit. Sane qui tot tantaque bona, que in cruce et tribulatione Deus recondidit, pervidet et gustat, eam dulcissimam judicat, experitur et sentit, crucique concinat: « Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens powdera. » In cruce ergo est vera dulcedo, vera consolatio, verum gaudium. Amplectere eam libens, et ita esse experiris.

Id expertus est S. Augustinus. Unde in *Medit.*, cap. vii: « Nihil, ait, quaez sine te, Domine, mihi dulcescat, nihil complectar, nil pretiosum, nil preter te mihi ardeat speciosum. Virescant, obscuro, atque te mihi omnia, sordent universa: quod tibi adversum est, sit mihi molestum; et tunc beneplacitum sit mihi indefensum desiderium. Taceat me gaudere sine te, et deleat contristari pro te. » Quocirca S. Chrysostomus, hom. 4 *De Peris.*, docet, tribulationem esse spirituales mercaturas, in qua anima patiens ingens sibi parat lucrum. Ita in morbis, mortalitate et morte fortiter standum et gaudendum esse Christiano docet S. Cyprianus, lib. *De Mortalitate*: « Nisi processerit, ait, pugna, non potest esse victoria: cura fuerit in pugna congressione victoria, tunc dantur vincenibus et coronae. Nam gubernator in tempestate dispositor, in acie miles probatur. Delicia iactatio est, cum periculum non est: conflictatio iactatio est, cum periculum non est: conflictatio iactatio est, cum periculum non est: conflictatio iactatio est, cum periculum non est. » *Vide* nostrum Gretzerum, toto lib. V *De Cruce*, qui est de cruce spirituali sive tribulatione. Quia et Seneca, epist. 78 *Contra Dolores*, hoc dat remedium: « Vir magnus et prudens, inquit, animam deducit a corpore, et multum cum meliore et divina parte versatur. Hoc solitium vasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis generis. » Et mox: « Toto contra illum pugnet animo: vincatur, si cessarit: vincet, si se contra dolorem suum intendit. Si longus est, habet intercepitatem, dat refestationem locum. Brevis morbus ac praepes alteritram facit, aut extinguatur, aut extinguit. » Ita Agestianus, rex Sparte, teste Plutarcho in *Lacon*, cum ardeat podagra doloribus, eumque invisisset, Caracades, atque exiret tristis: « Mane, inquit, Caracades: »

nihil enim illine huc pervenit, ostensis pedibus et pectore. Sentiens pedes quidem dolere, sed pectus animamque dolore vacuum esse.

Haec omnia veriora et majora sunt in ea tentatione, quae oritur ex persecutione, de qua proprie loquitur S. Jacobus. Hinc enim propria materia gaudiorum est multiplex.

Prima, quod talis patiatur ob fidem; ejusque sit pugil et defensor, aut ob justitiam: quibus Christus dicit: « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, » *Matth.* v. Talis ergo est hyperaspis, athleta et propugnator primae et divinae veritatis, verae religionis, ac sanctae Ecclesiae, pro iisque opes, vires et vitam dat praedae, totis viribus dimicat, et saepe occumbit; quod longe dignius et divinius est quam pro rege, patria et republica dimicare et occumbere. Unde S. Augustinus in *Psalm.* lxxvii: « Martyres, ait, in Ecclesiis summum locum tenent, atque epice sanctae dignitatis excellunt. » Et S. Basiliius, hom. in *40 Martyres*: « O sanctum, inquit, chorum! o sacrum ordinem! o cunctum inexpugnabilem! o communes generis humani custodes, legati apud Deum potentissimi, astra mundi, flores Ecclesiarum! »

Secunda, quod patiatur pro Deo ejusque lege, honore et amore. Unde facit se victimam nobilissimam et holocaustum Deo, immolans ei corpus, sanguinem, vitam et mortem, juxta illud *Sep. iii*, 6: « Tanquam aurum in fornace probavit eos, et quasi holocausti hostiam accepit eos. » Deum ergo mire honorat, aeque ac delectat patiens; ac vicissim Deus ejus quasi hostia sibi devota et consecrata, possessionem capit, imo cum ipso et in ipso patitur, vincit et triumphat. Unde S. Hieronymus ad *Hedebiam*, Quest. XII: « Triumphus Dei, inquit, est passio Martyrum et pro Christi nomine crucis effusio, et inter tormenta letitia, etc. Hic triumphus est Dei Apostolorumque victoria. » Quocirca martyrium ex singulari Dei privilegio omnia peccata, quantumvis multa et enormia expiat, omnesque ponas ei debitas abolet, martyremque illico in caelum transmittit. Hoc est Baptisma in gratia majus, in potestate sublimius, in honore pretiosius. Baptisma, in quo angeli baptizant, Baptisma, in quo Deus et Christus ejus exultant: quod fidei nostrae incrementa consummat, quod nos de mundo recedentes statim Deo copulat, » ait S. Cyprianus ad Fortunatum, *praef. De Exhort. Martyr.*

Tertia, quod Christo amoris vicem reddat, rependo illi corpus pro corpore, sanguinem pro sanguine, vitam pro vita. Unde S. Chrysostomus, hom. 4 in epist. ad *Phil.*: « Pro Christo pati, inquit, munus est majoris administrationis, quam sit revera mortuos suscitare, et signa miranda patrare. Nam illic quidem debitor sum, hic vero debitorem habeo Christum. » Basiliius, Sacerdotis Episcopus, in Vita S. Thecla scribit eam post servatas pro Christo bestias, ignes, carceres, etc.,

Deum orasse pro perseverantia, « efflamsi, inquit, in singulis dies mihi cum igne, belluis, vinculis, carceribus rem esse contingat: adeo mihi omne etiam mortis et discriminis genus pro pietate subendum, ipsimet paradisi delicias epulisque instructissimis potius ducitur: tantummodo digna quae pro te et nomine tuo cruciatus tolerare semper possim, habeat. »

Quarta, quod subeat martyrium, qui est nobilissimus actus fidei, charitatis, religionis, fortitudinis, ac proinde nobilissimum in caelo et terra dat palmam et coronam. Vide dicta *Cose* xi, 42, et Tertullianum in *Scorpiano*, Cyprianum, *De Exhortatione Martyris*, et epist. ad *Martyres*. Quocirca Martyres in tormentis non tantum exultabant, sed etiam quo magis illa crescebant, eo magis pariter crescebat exultatio, ut viderentur sibi esse in atris et ingressu caeli. Unde videntes eos, etiam carnitices et praesides, stupebant, multique ad Christum convertebantur, alii indignabantur et fremdebant, magisque torquebantur eorum gaudio, quam eos ipsi suis supplicis torquebant. « Insultabant, inquit S. Ephrem in *Encomio Martyrum*, iudicibus, quasi sensus doloris expertes, et quasi in alienis corporibus patebantur, dicentes: Si graviora habebis tormenta, admove te nobis, haec enim nullius momenti sunt. Ignis vester frigidus appareat, tormenta inefficacia, percussores imbecilles, gladii vestri sunt ligna marea: nihil quod nostrae respondeat et promptissimum et alacritati habebat, ad plura et majora toleranda consistimus. » Et inferior: « Non rogus ardens, non stridens flamma, non ignita sartagine, non olla ebullientes, non cadentes laminae, non ferratarum ungarum dentes, etc., deteruerunt animosissimos ac fortissimos Christi milites, etc. Cui quippe magno cum gaudio verberum ictus, tanquam summas delicias excipiebant. Nam cum hietorum manus eorum membra torquerent, visceraque marent; non tristi eos facie aspexerunt, neque inter tormenta gemitum ediderunt; verum hilarior ac laetior vultu gaudia interna testati sunt: quippe quibus illi cruciatus pro consolatione erant ac regere; afflicti, tentati, verberati, exquisitisque tormentis cruciati, suum toto corde ac loca mente semper dilexerunt. » Et paulo post: « Lata quippe ac iuncta vobis fuit futurorum expectatio, quae vos ita animavit et corroboravit, ut singulis horis nova yohis et acriora, adhiberi cuperetis supplicia, neque ullis satari poteritis. »

Denique passio et patientia non est in caelo nec paradiso, sed est in terra et statu lapsu. Per patientiam ergo homo superat non tantum Adamum, sed et angelos: angeli enim status felicitior, sed patientis est fortior. Quare S. Laurentius, v. g., fortior fuit angelis, qui pati nequeunt; fortior inquam, per patientiam, non unam et simplicem, sed variam et multiplicem. Haec eximia sunt tribulationum et persecutionum bona et gaudia.

cia, atque ideo ambienda et invidanda; adeoque si in angelos cadere posset invidia, utique invaderent nobis tanta passio et patientia dona; quin et homines beati, si tritari possent, de hoc uno tristerentur, scilicet quod non plura pro Deo passi sint, nec amplius pro eo pati possint. Cum ergo mane evangelium, gaudeamus et jubilemus Deo, quod diem illum nobis fecerit illucscere, quo multa ejus amore pati, multosque ei patientiam, meritum et virtutum cunctas offerre possumus; uti S. Macchidam a Beatis sibi apparentibus edocuit et monuit fuisse, in gestis ejus legitur, idemque de ea refert L. Blosius, lib. IV *Spiritus grat.*, cap. IV. « Omne ergo gaudium existimate, fratres, cum in varias tentationes inciditis. »

Quæres tertio, quomodo licite possit gaudere Christianus in proprie dicta tentatione concupiscentiæ, v. g. fornicationis, gula, superbiæ, cum eam fugere et deprecari nos jubet Christus, ut orems scilicet: « El ne nos inducas in tentationem? » Respondeo: « Jubeat Christus id nos orare primo, ut non consentiamus tentationi, ait S. Augustinus, *epistol.* 121, cap. XI, qui enim consensit, non qui sentit, inducitur in tentationem. Unde S. Bernardus, *De Inter. domo*, ait: « Molestia est luctus, sed fructuosa, quia si habet penam, habet et coronam: non nocet sensus, ubi non est consensus; imo quod resistentem fatigat, vincem coronat. » Secundo, jubet simul orare, ut Deus amovet a nobis tentationes, præsertim graviores et periculosiores. Homo enim memor et conscius suæ imbecillitatis, ac periculi consensus quod ingerit tentatio, communiter eam vitare et deprecari debet, non optare, vel assensare, uti exponunt et docent Tertullianus, Cyprianus, Nyssenus et Chrysostomus in *Orat. Domin.* Nunc

Dico primo: Licet communiter oporteat fugere et deprecari tentationem ob periculum lapsus, ex humili agnitione fragilitatis nostræ, tamen posito quod Deus velit nos eam subire et pati, subeunda est cum gaudio, tum ut voluntati divine nos magis conformemus, tum ut eam facilius sustineamus et vincamus, tum ut demonem, qui eam suscitavit, fortius prodigemus. Nulla enim re ita vincitur demon, ac lætitia spirituali et gaudio, uti aiebat S. Antonius. Hujus rei symbolo de Machabeis invidis, imo hostium numerosissimorum victoribus, dicitur I *Machab.* III, 2: « Et preliabantur prelium Israel cum la. III. » Hæc enim lætitia demonem intimidat et deiecit, spernere vincendi et nocendi ei admittit. Nam, ut ait S. Augustinus, lib. XX *De Civit.*, VII: « Demon est quasi canis a Christo ligatus, qui latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem: persuadere enim potest, precipitare non potest: spem autem persuadendi amittit, eum videt hominem in tentatione constantem, generosum, lætum et hilarem. » Audi S. Antonium in hoc genere exercitissimum: « Si quod, inquit,

in pectoribus nostris male mentis et pavoris semina invenerint demones, mox quasi latrones qui deserti obissent loca, coeptos cumulant timores, et crudeliter imminentes infelicem vexant animam: sin autem alacres fuerimus in Domino, et futurorum nos bonorum cupido succenderit, si semper omnia manibus Dei committimus, nullas demonum ad expugnandum valebit accedere. » Ita S. Athanasius in ejus Vita. Quocirca S. Jacobus non ait: Optate tentationes, uti notat Abulensis in S. *Matth.* cap. IV, Quæst. LXX, sed caute dicit: « Cum in varias tentationes inciditis, gaudium existimate, » q. Nolite vos ultro injicere in tentationes, sed ubi inciditis, sustinete eas cum gaudio. Ita Salmeron.

Dico secundo: Tentatio, quatenus sollicitat ad peccatum, appetibilis non est: sic enim proxima est causa peccati, quod summe est odibile: quatenus vero eadem est materia luctus et victoriæ, angendeque virtutis et meritum, appetibilis est, præsertim a viris generosis in Dei spe et amore delixis. Ita Dionysius Carthusianus, lib. *De Remed. tentat.*, art. 7. Hinc David *Psal.* XXV: « Proba me, Domine, inquit, et tanta me: ure renes meos et cor meum: » multa enim, etque grandia bona confert tentatio. Præter enim generalia illa que de tribulatione jam recensui, particularia tentationum commoda sunt hæc. *Primum*, quod virtutem explorat et corroborat. « Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis, » ait *Eccl.* cap. XXVII, 6. Sicut ergo vasa figuli, si haberent rationem et sensum, appetent igne excoqui, ut eo perirentur et solidarentur: ita justis, Dei gratia et virtute suffulti, possunt flammam tentationis cupere, que in eis quidquid impurum est excoquat et in virtute corroborat. Sicut enim in hieme et frigore calor per antipéristasim sese intendit, ita pariter virtus cum tentatione collectans sese intendit: perinde ut pugil omnes vires exerit, quando cum acri antagonista ei congreduendum est. Unde Julius Cæsar optabat fortissimos hostes, ut in eos virtutem suam exerere et ostendere posset, utque eos debellans gloriosorem nancisceretur victoriam; et Cato censuit Carthaginem non esse delendam, ut ipsa Romanis daret jugo armorum exercitium: ne otio effluerentur, eisque jugis esset eos virtutis. « Marce enim sine adversario virtus, » hinc tentatio libidinis, gula, superbiæ, etc., in Sanctis qui se resistunt, magis auget firmitate castitatem, sobrietatem, humilitatem, etc. Eleganter et vere S. Cyprianus, lib. *De Bonis pudicitæ*: « Nil, ait, animi fidelem sic delectat, quam integra immaculati pudoris conscientia. Voluptatem vicisse, voluptas est maxima: nec ulla major est victoria quam que de cupiditatibus refertur. »

Secundum, quod tentatio sit eos virtutis, mentis industriam Deique amorem exacuens, perinde ac eos acuti aciem gladii, et arma modica injecta in ignem, eum magis accendit. Hinc Apostolus ait:

« In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, que est in Christo Jesu Domino nostro. » *Rom.* VIII, 38. Sanctus ergo optans tentationem, optat bellum, in quo gratia Dei vincat: querit pugnam, in qua a Domino adjutus, hostem prosternat; desiderat occasionem, qua se fidelem Domino ostendat; ambit tentationem, in qua suam in Dei obsequio et amore constantiam tolli mundo, angelis et hominibus manifestet. Ita miles optat prelium, ut suam fortitudinem et fidelitatem suo duci commendat, ut gloriosam victoriam, nomen, spolia et opes sibi pareat: sic et Sanctus, Dei amore fervens, optat tentationem, ut cum ea duellans, ostendat quam Dei sit amans, et in ejus amore fidelis et constans, ut luctando virus exerat, virtutes auget, et meritum æreos accumulat. Nam, ut ait S. Leo, serm. 4 *De Quadrag.*: « Nulla sunt sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Si volumus superare, pugnandum est. »

Tertium, quod tentatio hominem virtutibus illustrem deprimat, et in humilitate Deique timore contineat, ne in superbiam erectus, omnia secum perdat. Ita Paulus: « Ne magnitudo, inquit, revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee angelus Satana, qui me colaphizat, » II *Cor.* XII, 7. Et *Eccl.* II, 4: « Omne quod tibi applicum fuerit accipe, et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles in camino tribulationis. » Et *Sapient.* III, 5: « Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se. » Præclare S. Gregorius, lib. II *Moral.*, XXXVII: « Mira, ait, hoc nobiscum dispensatione agitur, ut mens nostra cupiæ nonnunquam pulsatione feriat. Nam esse se magnarum virium homo crederet, si nullum unquam earundem virium defectum intra mentis arana sentiret; sed cum tentatione irruente quatitur, et quasi ultra quam sufficit fatigatur, et contra hostis sui insidias mentem humilitatis ostenditur, et unde se perimmesit enervare cadere, inde accipit fortiter stare. » Ita videmus subinde viros doctos et virtute eminentes pulsari tentatione pusillanimitatis, utique provido Dei consilio, ne scientia moris suo eos inflet, ne virtus extollat. Sic sepe una tentatio est cuneus ad vincendam aliam gravioiorem et periculosiorem. Ita legitur in *Vitis Patrum*, adolescentem stimulo carnis valde exagilatum, cum frustra remedia cætera tentasset, falsis criminatibus a sociis jusu Abbatis assidue appetitum eum excussisse. Post aliquod enim tempus, rogatus ab Abbate an adhuc ea pulsaret? respondit: « Vivere non licet, fornicari libeat? »

Quartum, tentatio est stimulus spei et orationis: cogit enim hominem afflictum et periclitantem, ad Dei opem et gratiam implorandam confugere, utpole sine qua videt se tentationem non posse superare, sed certo vincendum. Unde *Eccl.* II, 2, tentatis remedium et confugium assignans: « Desprime, inquit, cor tuum, et sustine, etc. Sustine sustentationes Dei: conjungere Deo et sustine, ut crescat in novissimo vita tua: » et mox: « Crede Deo, et recuperabit te; et dirige viam tuam, et spera in illum, etc. Respice, filii, nationes hominum, et scilicet quia nullus speravit in Domino, et confusus est. » Unde *Isai.* cap. XII: « Fortitudo mea, inquit, et laus mea Dominus, » etc. Cap. XXXVIII: « Domine, vim pastor, responde pro me. » Et *Psal.* *Psal.* LXXIX: « Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina; » et *Psal.* CXXII, 7: « Dominus mihi adiutor, et ego despiciam inimicos meos; » et *Psal.* CXXII, 4: « Levavi oculos meos in montes, unde venit auxilium mihi; » et *Psal.* CXXII, 4: « Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat adversum me prelium, in hoc ego sperabo; » et Christus: « Confidite, ego vici mundum, » *Joan.* XVI, 33.

Quintum, Deus suis in tentatione presentissimus est, adest et astat, ut protegat, juvet et confirmet. Unde *Psal.* CX, diei: « Cum ipse sum in tribulatione; a locus ergo Dei est tribulatio. Queris Deum? in tribulatione et tentatione invenies. Unde Jeremias, cap. X, vers. 11: « Dominus, ait, mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, et infirmi erunt: confundentur vehementer. » Hæc enim ingens est et magnifica gloria Domini, quod sua gratia ita roborat homines debiles et fragiles, ut omnia diaboli et carnis potentissima arma superent: qua de causa ipse eligit infirma mundi, ut confundat fortia. « Ego ero ei murus in circuitu, » ait Dominus, *Zach.* II, 5: ut Eliseo misit currus igneos angelicorum exercituum, qui eum contra Syros defenderent, IV *Reg.* cap. VI, vers. 17. Vide Dionysium Carthusianum, lib. *De Remed. tentat.*, art. 23. Quare Chrysostomus, tract. *De Peris.*, ait: « Fortiores, ait, nos tentamenta faciunt, persuadentque familiarissimos Deo fieri: torporem enim excutiunt et sanctum fervorem immittunt. »

Septim, Deus amplissima premia tentationem vincitibus promittit. « Qui vicerit, inquit, faciam illum columnam in templo Dei mei, » *Apoc.* III, 12. Ita S. Antonio Christus apparuit, dixitque, se cum gaudio ejus pugnas spectasse, eumque adjuvisse: « Quia, inquit, dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, et faciam te in toto orbe nominari. » Ita S. Athanasius in ejus Vita. Hinc tentationem vincens, alii eamdem vincendi illustre dat speculum et exemplum, dicitque tentatis compati, consulere et opportuna remedia adhibere. Quocirca Conon abbas cum a

suo monasterio recessisset, ne baptizaret puellam speciosam, cuius specie sentiret stimulum carnis, obvium habuit S. Joannem Baptistam, qui illum cruce signans dixit: « Crede mihi, presbyter Conon, volebam te pro hac pugna mercede donari; sed quia non vis, ecce abstulit a te hoc bellum; mercede autem huius operis carabis. » Ita Joannes Moscus in *Prælo spirit.*, cap. III. Hinc Sancti in celis canunt cum jubilo: « Transivimus per ignem (concupiscentiam) et aquam (desolationis et despectus), et eduxisti nos in refrigerium. » *Psalm.* LXX, 12.

Sapientia, tentatio viro mentem illuminat in virtutis. « Nam qui non est tentatus, quid scit? » *Eccl.* XXXIII, 9. Rursum enim eandem facit, circumspiciam, vigilem, ut undique carni et peccato resistat. Unde S. Laurentius Justinianus, in *Leprosi vitæ tract.*, *De Patientia*, cap. IV: « Sicut autem caro si sole non aspergitur, quamvis sit magna et precipua, occurrunt: ita et anima nisi tentationibus assidue salietur, continuo resolvitur et relaxatur. Per ipsa nempe tentamenta quædam negligentia perfidiam excutit, et in spiritus vitæ alacritate consistit. O quantos vidimus modicis tentationibus a magnis periculis protegi, et tentatione quadam timoris et corporali quadam incipientie a peste superbie liberari, qui altis quasi equis effrenis suis talentis superbiunt. » Denique tentatio animam consolatur et tranquillat, quia post nulli Phœbus, post desolationem consolat, post tentationem serenitas et exultatio, Deo ita iuste ordinante, succedit, ut ait Sara *Tobie* III, 22. Quocirca, ut pæge notat noster Jacobus Alvarez tract. *De Victoria*, indicium est, hostium insursus non timere, nec tentationum molestia tristari, sed gaudere. Quorum robur Dominus pavid Job, cap. XXXII, vers. 24 et seq., sub figura illius equi generosi mystice eleganter describit, dicens: « Terram ungula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pavorem, nec cedit gladio. » Ubi vide S. Gregorium, qui inter alia ait: « Cum certamen passionis sibi appropinquare considerat, de exercitio virtutis exultat; nec terretur pugne periculo, qui victorie letatur triumpho. » Rursus Climacus, *grad.* 27: « Nullum, autem, certus argumentum est, quod demones a nobis victi sunt, quam si nos acerrime oppugnent. Si enim illis omnino resistas fortissime, oppugnantur te omnino acriter, ut quasi nihil proficentem a certaminibus rotent; » et inferius: « S. Arsalites dixit: Notavi mane ut plurimum inanis glorie et concupiscentie spiritus solere advenire; merito vero aedie, iracundie et tristitie; vespere autem infelices ventris stercorum tyrannos. »

Vis talium pugilum et heroum exempla? Accipe: S. Antonius a demonibus lauiatus et semimortuus relictus, provocabat eos, dicens: « Ecce ego hic sum Antonius, non fugio vestra certamina, etiamsi majora faciatis: nullus me separabit a

charitate Christi, » psallebatque, dicens: « Si consistam adversum me castra, non timebit cor meum. » Ita S. Athanasius in ejus Vita.

S. Hilarius, S. Antonii discipulus: « In tantum exeso corpore, ut vix ossibus haereret, ait S. Hieronymus in ejus Vita, quadam nocte coepit infantum audire vagitus, halatus pecorum, mugitus hominum, plañctum quasi mulierum, leonum rugitus, murmur exercitus, et rursus variarum portæ vocum, ut ante sonitu, quam aspectu terribis eadem. Intellexit demonum ludibria, et provocatus verbis Christi crucem signavit in fronte: falkque armatis casside, et lorica fidei circumdatus, jaceus fortibus preliabatur, amodo videre desiderans quos horrebat audire, et sollicitis oculis hanc illucque circumspiciens, cum interim ex improvviso splendente luna ceruithredam ferventibus aquis super se irruente: cumque inclamasset Jesum, ante oculos ejus repente terre hiant pompa omnis absorpta est. Tunc ille ait: Equum et ascensorem projecit in mare; » et: « Illi in curibus et hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificemur. »

S. Joannes Climacus narrat S. Ephrem, cum sentiret se in altissima pace et tranquillitate montis, quasi in celo terrestri impassibilitatis constitutum, rogasse Deum, ut pristina tentationum certamina et prælia sibi restitueret, ut non perirent maboriam merendi et potestatis suam coronam.

Joannes Moscus in *Prælo spirit.*, cap. CLXV, narrat abbatem Victoriam dixisse euidam a pusillanimitate tentato: « Pusillanimes ex modica tentatione perturbatur, et magnam illam esse existimant: qui vero anima sani sunt, magis in tentationibus gaudent. »

In *Vitæ Patrum*, lib. V, libello v (sequor editionem nostri P. Herberli), num. 19, quidam discipulus tentatus a spiritu fornicationis, adit senem suum, a quo rogatus: « Vis rogo Dominum, ut sublevet a te molestiam istam? » respondit: « Video, Abba, quia si laboro, tamen ex pondere laboris huius considero fructificare me: sed hoc roga Deum, ut det mihi tolerantiam, per quam sustineam. » Cui Abbas: « Nunc agnovi, quia in prælogo profectu es, illi, et supergraderis me. » Ibid. num. 40 narratur, quod Sara tredecim annis a spiritu fornicationis impugnatam, nunquam occaverit ut recederet a se huiusmodi pugna, sed solum dixit: « Domine, da mihi fortitudinem. » Per tentationem enim sensus purgatur et purificatur anima, ut perveniat ad puritatem, et perfectionem panæ generalis.

S. Dorotheus, doctrina 43, narrat monachum quemdam indoluisse, quod Deus ei ademisset tentationem qua pulsabatur, ac lacrymando amicus dixit: « Ergone, Domine, indignus sum qui patitur, affligatur et tribuletur pro nomine tuo? »

Palladius in *Lusitana* refert monachum similem suo Pastori dixisse: « Dominus liberavit me tentationum pugna, mihiqque pacem restituit. » Cui

Pastor: « Revertens, et oraque Deum, ut pugnam tibi restituit, ne incidis in teporem et negligentiam. » Reversus restitit ad Deum verba Pastoris. Cui Dens: « Recte dixit Pastor, » simulque et tentationem restituit. Nam, ut ait S. Basilius, orat. *de Patientia*: « Ut gubernatorem navis tempestas, athletam studium, militem acies, magnanimum calamitas: sic Christianum hominem tentatio probat. Et sicut athletas certaminum labores coronis ad se alliciunt, ita etiam homines Christianos probatio, que ex tentationibus descendit, ad perfectionem ducit, si modo cum decenti tolerantia, non omni gratularum actione, que a Domino ordinatur, susceperimus. » Et S. Augustinus in *Psalm.* LX: « Vila nostra, inquit, in hac peragracione non potest esse sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostram fit; nos sibi quisque in noscitur, nisi tentatus; nec potest coronari, nisi vicierit; nec potest vincere, nisi certaverit; nec potest certare, nisi inimicum et tentationes habuerit. » Et S. Ambrosius, lib. IV in *Lucam*, cap. IV: « Non timeamus tentationes, sed magis gloriamur tentationibus, dicentes: Quando infirmamur, tunc potentes sumus. Tunc enim nascitur corona iustitie, etc. Ergo qui vult coronare, tentationes suscipiat. Et si quando tentaris, cognosce quia paratur corona. Nonne tentatio Joseph, virtutis est consecratio? nonne injuria carceris, corona est castitatis? Cassianus, *Coll.* XXV, cap. XXV: « Majora, nil nobis per collationem tentationum laudis contuli præmia benigna erga nos gratia Salvatoris, quam si omnem a nobis necessitatem certaminis abstulisset. Etenim sublimioris præstantiorque virtutis est, passionibus ærumnisque vallatum manere semper immobilem, et acquirere quodammodo de infirmitate virtutem, quia virtus de infirmitate perficitur. » Idem, *Collat.* XVIII, cap. XV, celebrat, religiosam quendam pelisse a S. Athanasio feminam pauperem et infirmam, sed molestiam, ingratis a rixosam, cui serviret, ut in ea haberet exercitium patientie. Cumque et dia magna et charitate et patientia servivisset, reddi et gratias letatura, eo quod ei secundum desiderium suum magistram patientie dignissimam providisset, cuius injuriis jugibus, ut quodam palæstre oleo, quotidie roborata, ad summam animi patientiam perveniret. »

3. SCIENTES QUOD PROBATIO FIDEI VESTRE PATIENTIAM OPERATUR. — « Probatio fidei » idem est quod tentatio quam præcessit: tentatio enim probat ejus qui tentatur fidem, virtutem, Dei amorem et constantiam; dat enim causam, eum dixerit in ea esse gaudendum. Ileo ergo est Jacobi argumentatio: in tentatione et tribulatione nolite tristari, sed potius gaudete, quia tribulatio, que non est aliud quam fidei vestre probatio, operatur patientiam, que prestans est virtus ac huius vite quasi beatitudo. Ita Beda: « Cujus patientia, ait, vinci non potest, ille perfectus esse probatur: et illa ratio facit per patientiam exerceri, ut per

hanc fides quam sit perfecta probetur. » Porro tribulatio operatur patientiam, non effective, sed materialiter et objective; perinde ac ligna operantur ignem, quia ei fontem et pabulum suggerunt. Quare cum tantum operatur in viro fidei, patiente et constante. Nam in instabili, impatiante et inconstante operatur contrarium, scilicet impatientiam et indignationem. Audi S. Bernardum, *epist.* 32 ad *Abbatem S. Nicasi*: « Vasa figulli probat fornax, et homines justos tentatio. Nec idcirco taman immerito hi: quos in anxietate pusillos videmus, amicis nostris compatimur, quibus utique dum exitum ignovimus, defectum metuimus. Quoniam quidem sicut Sanctis et electis tribulatio operatur patientiam, patientia prohibitionem, probatio spem, spes autem non confundit: sic damnandis et reprobis tribulatio parit et contrario pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturbatio desperationem; et illa interitum, etc. Quocirca studeat humilis prudentia tua non vinci a malo, sed vivere in bono malo: vines autem, spem tuam fortiter in Deo figendo et rei tuam longanimiter expectando. »

Nota: Jacobus ad gaudium in tribulatione excitat, vocando eam probationem fidei, q. d. Tentatio non tam est tribulatio et allicitio, quam probatio et exploratio fidei vestre. Gaudete ergo, quod per eam Deus fidem vestram probet et exploret; ac vos vicissim cum fortiter et exaltanter sustinendo, probate et ostendite vos illi esse fideles, ac paratos pro ejus fide et amore longe plura et majora tolerare. Gaudium enim in tribulatione, signum est perfectæ fidei et virtutis. Nam, ut ait Aristoteles, signum habitate et radiate virtutis est, si quis cum operetur et exerceat, non cum tristitia, sed cum delectatione et gaudio. Sapienter Seneca, lib. I de *Providentia*: « Deus, ait, bonos, ut severi patres, durus educat, atque Operibus, doloribus ac damnis colligant robur, etc. Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus, spectandum Deo dignum. Fortuna, ut gladiator, fortissimos sibi pares querit, alios fastidio transit. Ignem ex-citatur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exi-am in Rutilio, tormentum in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone. Gaudet magis, viri aliquando rebus adversis, non aliter quam milites fortes bulli triumpho. Dicant ergo: Digni sunt successus Deo, in quibus experiretur quantum humana natura possit pati. » Et superius: « Sapienter magis in statu, et quicquid evenit in sum colorem trahit, ut mare flumina. » Idem, lib. *De Ira*, sub initium: « Invalidum omne, inquit, natura querulum est; nec quidquam magnum, nisi quod simul et placidum. » Et inferius: « Naufragio nuntiato Zeno, cum omnia sua audiret submersa: Jubet, ait, me fortuna expeditius philosophari. » Item, lib. *De Tranquillitate*: « Minabatur, inquit, Theodoro philosopho Tyrannus mortem, et quidem insepultum. Tum ille: Habes, ait, unde tibi placeas. Remina sanguinis

In tua potestate est. Nam quod ad sepulchrum attingit, o te insepium, si putas interesse, intra terram, an supra putrescam. Carius Julius a Caio Cesare duce iussus: Gratias, ait, ago tibi, optime princeps; lamentantibus amicis: Vos, inquit, quare sitis an animis immortales sint, ego jam sciam. Et alteri: Observe, ait, propositi, an sensurus sit animus exire se, etc. Fortunae ergo die: cum viro tibi negotium est, quare quem vineas. » Haec locis citatis Seneca, sed sparsim, non junctim: selegi enim ex eo acutiora et meliora.

PROBATIO FIDELI VESTRAE PATIENTIAM OPERATUR. — Dices: Contrarium dicit Paulus Rom. v. 3, nimirum: « Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem; probatio vero spiritum. » Ergo probatio non causat patientiam, ut ait Nicolaus; sed potius ab ea causatur, ut ait Paulus, ejusque est effectus. Respondet *primo*: saepe duae res sibi invicem sunt causae, ut una alteram quasi causa producat, et vicissim ab ea producat quasi effectus. Sic calor producit ignem, et ignis vicissim calorem. Sic vapor causat pluviam, et pluvia vicissim vaporem. Sic ex aere humido fit aqua, et ex aqua vicissim fit aer.

Secundo probatio causat patientiam materialiter et objective, nisi jam dixi, patientia vero causat probationem effective, quia facit hominem probatum, ut nimirum ejus fides et virtus omnibus sit probata et explorata.

Tertio et genuine, pro probatio hinc graeco est *deceper*, apud Paulum vero est *deceper*: *deceper* autem est ipsa res, puta tribulatio, quae perscrutatur, examinat, probat, tentat et explorat hominis animum, fidem et virtutem, sicut *deceper* est ipsa rei examinatio, perscrutatio, probatio, inquisitio et exploratio: *deceper* vero est terminus probationis et examinationis, puta ipsum experimentum, documentum, specimen. Recte ergo Jacobus dicit, quod ipsa tribulatio quasi *deceper*, id est probatio, hoc est proba, quae probatur et exploratur hominis fides, operatur patientiam, id est, suggerat materiam exercendae, confirmandae et augendae patientiae. Recte quoque dicit S. Paulus quod patientiam operatur *deceper*, id est probatio, hoc est effectum et terminum probationis, quia facit ut probatus et exploratus sit animus patientis, nimirum quod Deum, fidem et zelum rebus omnibus laetis et tristibus anteponat, utpote pro quo tanta sit passus, et plura pati paratus. Quocirca haec probatio operatur, excitat, acutisque spem, quia facit ut patiens, qui suam virtutem in tot adversis Deo probavit, certo ab eo speret coronam et brevium gloriae celestis, quod in agone patientiae legitime certantibus promisit.

Nota: Pro patientiam graeco est *braveo*, id est, sustinentiam et perseverantiam, ut scilicet constanter et perseveranter toleremus longas durasque persecutiones et tribulationes, longanimitate expectantes Dei opem, consolationem et libe-

rationem, q. d. Esto, o Christiani, diutina et continua sit haec vestri persecutio, esto graviter vos affligat, perseverate tamen in fide et patientia, ut eam perlicatis et probathis usque ad ultimum vite spiritum, si opus sit, expectantes refrigerium non in hac vita, sed in futura, etque aeterna. Et hoc significat Graecum verbum compositum *braveo*, id est *perseveratur*, hoc est, plena et perfecta operatur, quia plenam, continentem et perfectam patientiam, in eaque perseverantiam usque ad mortem operatur (1). Praeclara Isidorus Polusota, lib. III, epist. 26 ad Cassianum: « Praecedidit, ait, rationem probatio, probationem victoria, patientia victoriam, afflictio atque tentatio, seu exploratio patientiam. » Et Laurentius Justinianus, *De Patientia*, cap. III: « Quemadmodum, ait, in corporibus reparat sanitatem medicina, sic in animabus patientiam tribulatio generat. »

Hujus probationis causa Superiores, praesentiam Religiosorum, eis subinde ardua et naturae repugnantia praecipiant, vel offerunt, ut eorum virtutem probent, excitent et auctent; adeoque in *Vitis Patrum* legitur, illud apud eos vulgare fuisse. Consisse enim eos, Superiorem qui subditum non exerceat, eique mortificationis, patientiae, obedientiae, aliarumque virtutum occasionem et exercitium non suggerit, inhumanum esse; perinde ac inhumanus est pater, qui filio famelico cibum poscenti negat: pater enim modo haec probatio cibum et pabulum est animae, eam instar panis roborans et confortans. Quocirca in nonnullis Religionibus regula et praxis est, ut Superior quatenus subditis singulis haec probationis materiam ingerat, eosque tentet, nequid nonnulla alias dari solita, vel subtrahendo concessa, vel jubendo insueti. Subditus ergo, cum quid tale ingerunt, non eadent animo; sed cogitet, hanc esse solitam Superiorem legem et praxim, illudque accipiat quasi probationem, quae patientiam operatur, ne illa carens exercitio, desuetudine rubiginem obducatur. Sane non tantum novitatus, sed et religio ipsa, non aliud est, quam continua probatio. Leges Dorotheum et Climacum, gradu de *Obedientia*; Cassianum, lib. IV de *Instit.*, cap. XXII, et seq.

PATIENTIA AUTEM OPUS PERFECTUM HABET. — Est hic duplex lectio et intellectus. Atque enim codices legunt *habet* in indicativo, alii *habet* in optativo, vel imperativo: Graeca enim habent *géro*, id est, *habet* vel *habeto*, et ita legunt Didymus, Eusebius, Bada, Pagninus, Tigurina, Vatablus et multa Biblia Latina; Syrus veritas, *habebit*, id est, *habet*, vel *habet*, phrasim Hebraeam et Syriacam: Hebraei enim futuro utuntur tam pro imperativo et optativo, quam pro indicativo, quo caent. Hinc aliqui utramque lectionem ita conciliant: *habet*, inquit, id est, habere debet, oportet ut habeat. Idque valde congruum cum eo quod

(1) Hanc versum Rosenmüllerus vestit: Memores fidem vestram calamitatibus exploratam efficit constantiore.

sequitur: « Ut silis perfecti et integri, in nullo deficientes. » q. d. Patientia vestra habeat opus perfectum, id est, sit constans, continua et plena, nullis erumis, vel doloribus cedens, nulla duratione fatiscens, sed fortis, sui semper similis, crescens et invicta, « ut silis perfecti et integri. » Multi enim Christiani illo aere incho serventes, stabant fortes in primis persecutionis insultibus, sed illis quasi arietibus continuo iteratis pulsati, fatigabantur animoque cadebant. Hos ergo animat et roborat Jacobus, ut quod bene eperunt, constanter perficiant usque ad mortem et martyrium, juxta illud Tertulliani, *De Patientia*, cap. VIII: « Fatigetur aliena improbitas patientia tua. » Et: « In omnibus patiens ero, alioqui cruciabor impatientia mea. » Sic hodie multos videmus patientes, sed imperfectos, idcirco ex parte impatientes, qui dicunt: Vellem pati istam persecutionem, istam tribulationem, istam injuriam, istum morbum, istud malum; ut pati nequeo illam et illam: vellem pati ab hoc, vel isto, v. g. extero et hoste meo; at ab amico, filio, discipulo, in quem tot beneficia contuli, quem promovi et exeri, tanta pati non possum: vellem pati ad unum alterumve diem, mensem, vel annum; at tot annos sine spe exitus et finis pati, intolerabile est: vellem pati hoc istove modo; at ille modus qui mihi offertur, novus est, inauditus et vires meas superans. Haec est patiens impatientia, et impatientis patientia, nec patiens, nec cato, sed mixtum ex utroque, quo unus silis aduget, dolorem et cruciatum duplicat. Patiens vero et perfecta patientia cupit pati quicquid mali a quocumque, quantumcumque, quomodoque inde irrogatum fuerit. Tales fuerunt Martyres, de quibus canit Ecclesia:

Hi pro te fratres, alique ferocia
Ceciderunt hominum saevique verbera;
Cessit his liceras feritque injuria,
Hae carpit penetrata.
Ceduntque gladius morte dilectum,
Non formore reserat, non quernonia;
Sed corde tacto mens bene conscia
Conservat patientiam.

Porro patientia habere debet opus perfectum tripliciter. *Primo*, perfectum in se, puta in fortitudine et continuatione tolerantiae usque ad finem crucis et vite, ut non deficiamus in tribulationibus, sed audiamus a Christo: « Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; et ideo ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum. » *Luc.* XXII, 28. *Secundo*, perfectum in fine, ut scilicet patiatur pro Christi fide, justitia, aut virtute. *Tertio*, perfectum in comitatu innocentiae ceterarumque virtutum, ut scilicet patiens sit innocens, et purus ab omni peccato et vitio. Quid enim prodest tibi pati injuriam, si avaritiae, gulae, luxuriae indulgeas? Ita Salmeron.

Ita S. Lidiana cum vigesimo octavum in sua infirmitate annum ageret (passa est autem annis 28), ardens desiderio martyrii, in extasi vidit

coronam pretiosissimam, gemmis diversorum colorum egregie variegatam, neodium tamen in orbem penitus absolutum: petit ergo multa pati pro Christo, ut hunc orbem abolveret. Exaudivit eam Deus, misitque milites, qui eam conviciis et verberibus male multarent. Angelus deinde ad eam venit instar solis splendidi, atque ad eam: « Salvo, charissima soror, ecce nunc absoluta est corona, quam nuper imperfectam vidisti: propter inverecundos contactus viciorum illarum, noveris te repositam fuisse in vestigiis Salvatoris. Ludibria et vulnera corpori tuo imposita fuerat gemmae, quas in illa corona et adesso vidisti, et deesse. » Ita habet ejus vita tom II Suri.

Secunda lectio est, « patientia opus perfectum habet. » Ita legunt codices Romani, Lyranus, Thomas Anglicus, Hugo, Dionysius et alii nulli. Sensus est, q. d. Gaudeat in tribulationibus, quia ille patientiam operatur: patientiam autem est res eximia et perfecta: illa enim facit, « ut silis integri et perfecti » quaqueverum sit.

Quaerit: Quomodo patientia sola pro temperantia, fide, spe, charitate, ceterisque virtutibus dicatur perfecta, et habere opus perfectum? Respondet: Certum est charitatem et religionem, utpote quae proximae Deum respiciunt, ex objecto esse nobiliores et perfectiores patientia: aliunde tamen patientia habet opus perfectum, idque multipliciter. *Primo*, quia patientiam omnia sustinent, et in finem usque perseverant (hanc enim significat Graecum *braveo*) virtutum consummationem efficit et conservat: crux enim continua est velut instrumentum, v. g. ruinae, scilicet, penicillus, quo nos expolit perficitque Deus. Sic enim « Christus per passionem consummatus est, » *Hebr.* cap. II, vers. 10. Patientia ergo est in choro ceteroque virtutum id, quod in domo est tectum. Sicut enim tectum incolas domus ab aestu, frigore, procellis, imbribus, ventis, etc., tutatur, saepe propulsat: ita patientia hominem a procellis quarumlibet tentationum et adversitatum defendit, eaque in se excipit et elidit: perinde ac lana mollis excipit et elidit impetum ferimenti et globi ferri. Quocirca nulla virtus potest esse, vel consistere sine patientia: Vera enim humilitas esse nequit, nisi per patientiam toleret contemptus et proba. Vera paupertas esse nequit, nisi per patientiam toleret inopiam, famem, sitim, nuditatem. Vera charitas esse nequit, quae per patientiam non toleret infirmitates proximorum, quin et hostium. Unde Tertullianus, lib. *De Patientia*, cap. XI et XII, docet nullam esse virtutem, quae non comitem, imo duceam habeat patientiam; adeoque complexionem virtutum quam Apostolus I Cor. XIII, assignavit charitati, ipse assignat patientiae: « Dilectio, inquit, summum fidei Sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quam Apostolus lotis viribus Spiritus Sancti commendat, ejus, nisi patientia disciplinis eruditur? Dilectio, inquit, magnanimis (Noster

veritas patientis est: ita patientiam exercet. Beneficia est: malum patientia non facit. Non emulatur: id quidem patientia proprium est. Nec protervum quidem: modestiam de patientia traxit. Non inflatur: non protervum: non enim ad patientiam pertinet. Nec sua requirit: suffert (alii legunt *si offert*) sua, dum alteri prosit: nec mutatur. Ceterum quid impatientis reliquisset? Ideo, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia tolerat: utique quia patiens. Merito ergo nonquam excidit: nam cetera evacuantur. Exbauriantur scientia, lingue, prophetia: permanet fides, spes, dilectio. Fides, quam Christi patientia indedit: spes, quam hominis patientia expectat: dilectio, quam Deo magister patientia comitatur. Nullus enim, nisi vehementer amans Deum, fidem et virtutem, potest perfectam patientiam obtinere. Unde S. Irenaeus, Laurentius, Vincentius, etc., qui faciunt specula patientiae, fuerunt pariter specula charitatis, ut merito Trajanus Imperator videns S. Ignatium ad martyrium, dixit: «Nalla gens pro Deo suo tanta toleravit, utque Christiani pro isto Christo.» Aturum ergo patientia Christiana, non nisi in fornace charitatis coquitur et formatur.

*Secundo, quia expectat, id est, perseverans patientia, et patientis perseverantia, coronat et perfecti studium agonis et vite humanae: dicit enim usque ad finem vite, ideoque quasi omnium virtutum patientem deductus usque ad mortem, et sepe ad martyrium, ac per illud ad meritum in caelis patientiae et victoriae bravium. Hoc est quod alibi verba explicans ait Jacobus vera, 12: «Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite.» Tritum est illud: «Omnes virtutes certant, sola perseverantia vincit et coronatur.» Vere S. Augustinus: Nemo potest custodire spem future vite, nisi qui patientiam habuerit in laboribus presentis vite. In hoc stadio patientie nobis quasi dux praeivit Christus. Causam dat Apostolus Hebr. II, 10: «Decebat enim eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare:» Syrus, *perfectum facere*: gratia, *robore*, id est, perficere, immolare, consecrare, coronare, glorificare. Ecce haec omnia praestitit Christo, nobisque praestat passio et patientia: vide tibi dicta. Itaque patientia hic significat perseverantiam in patiente: hanc enim significat *expectat*, et haec habet opis perfectum, quia totum vitam complectitur, et durat in finem usque ad mortem. Unde ipsa solae coronam gloriae plane meretur, meritumque illico accipit, de qua preclare S. Bernardus, *epist. 120*: «Perseverantia, inquit, est vigor virtutum, virtutum consummatio, nutritrix ad meritum, mellatrix ad premium. Soror est patientiae, constantiae filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitalis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec*

ludem fortitudo. Denique non qui coeperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.» Idem, lib. V *De Consider.* cap. ult.: «Quis sustinet, inquit, et perseverat in amore, nisi qui amulatur aeternalem charitatis? nempe aeternitatis quamdam imaginem perseverantia pro se fert. Denique sola est, cui aeternitas redditur, vel potius quae aeternitatem hominem reddit.» Idem (vel quisquis est auctor), serm. *De Obedientia ejusque gradibus*: «Incipere, ait, multorum est, perseverare paucorum. Perseverantia singularis est filia summi regis, virtutum fructus, earumque consummatio, totius boni repositorium, virtus sine qua nemo videbit Deum, neque a Deo videbitur: finis est ad iustitiam omni credenti, in qua virtutum conventus reverentium sibi thalamum consecravit. Quid enim currere prodest, et ante metam cursum desistere? Sic currite ut comprehendatis, dicit Apostolus. O quam perseveranti pede cursum perferat, qui dicitur: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona iustitiae.» II *Timoth. IV*. Plura de perseverantia dixi *Aet. XI, 23*.

*Tertio, quia patientia est quasi lorica et clypeus, qui omnia mala, quasi tela, ab homine avellit et repellit, ac contraria bona concipit. Ipsa enim omnes animi motus, astus, concupiscentias, passiones repit, militat, sedat, componit, omnesque animae affectus ad equitatem redigit et quasi complant. Unde sapienter patens animae pax, plenumque sui dominium. Mala enim est sui plorantque affectum dominus, hinc quasi rex imperat. An non ergo perfectus est? Hoc est quod ait Christus: «In patientia vestra possibilis animas vestras.» Causam dat S. Thomas, II II, *Quaest. CXXXVI, art. 2, ad 2*: «Per patientiam, inquit, dicitur homo animam suam possidere, in quantum radicatus evellit passiones adversitatum (puta tristitiam, iram, invidiam, vindictam, etc., quae suscitantur per adversa), quibus anima inquietatur.» Ex adverso impatientis non possidet suam animam, sed eum ipsa possidetur ab ira et impatientia, ac consequenter a Satana. Huro ergo tyranno duro servit ipsa mancipi. «Patientia, ait S. Gregorius, est aliena mala vnguntimur perpeti, et contra eum qui irrogat nullo dolore moveri.» Audi Tertullianum, lib. *De Patientia, xv*: «Patientia fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, penitentiam expectat, exomologesin assignat: eorumque regit, spiritum servat: linguam frenat, manum continet: tentationes inculcat, scandalula pellit, martyria consummat: pauperem consolatur, divitem temperat: infirmum non extendit, valentem non consumit: fidelem delectat, Gentilem invitat: servum domino, dominum Deo commendat: feminam exornat, virum approbat: amatur in puero, laudatur in juvene, suscipitur in sena: in omni sexu, in omni etate formosa est.» Magistrem Tertullianum imitatur discipulus*

S. Cyprianus, lib. *De Bona patientia*: «Patientia, ait, est, quae nos Deo, et commendat et servat. Ipsa est quae iram temperat, quae linguam frenat, quae mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium similitatis extinguunt, coarctat potentiam divitum, inopiam pauperum refovet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in conjugatis et maritalis individuum charitatem: facit humiles in prosperis, in adversis fortes, contra injurias et contumelias miser, docet delinquentibus cito ignoscere: si ipse delinquas, diu et multum rogare: tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones et martyria consummat.»

Quocirca S. Basilius in *Anonitione ad filium spirituales* docet, patientiam esse singulare medij ad acquirendam perfectionem. «Fili, ait, patientiam arripo, quia maxima est virtus animae, ut velociter ad sublimitatem perfectionis possis ascendere. Patientia grandis est medela animae: impatientia autem est perniciosa cordis.» Et S. Thomas Aquinas arguit, «quis esset perfectus?» respondit: «qui vana non loquitur, et facilia patitur se contineri. Quem enim videris in sui contemptu indignari, vel contristari, hunc tu ne dicaris perfectum, ceterum videris eum miracula patientem.» Virtutes enim sine patientia sunt id, quod murus sine calce et cemento, qui proinde illico ruet. Virtutum ergo calx, vinculum et statumen est patientia. Unde Boda hic: «Cujus, inquit, patientia vincit non potest, ille perfectus esse probatur.»

Quarto, Perfectum et totum est, ait Aristoteles, lib. IV Phys., id enim nihil deest. Patientia autem nihil deest, imo ipsa omnes virtutum rerumque aliam defectos supplet: ergo non tantum est perfecta, sed et virtutes resque alias perficiens et consummans: ipsa ergo opera imperfecta aliam virtutum complet et perficit. Unde S. Cyprianus, tract. *De Patientia*: «Tolle, ait, charitati patientiam, et desolata non durat.» Et S. Gregorius, hom. 33 in *Evangelio*: Patientia, ait, est radix eorum omnium virtutum. «Dei nomine, duplicem dat Dionysius Carthusianus: Primam, quia adversa quae tolerat patientia, extinguit amorem proprim, qui est causa omnis imperfectionis et mali: secundam, quia patientia sex opera perfecta producit: *primam, ire* invidiam aliarumque passionum subtractionem; *secundam, prohibitionem* hominis et virtutum ejus; *tertiam, sui ipsius possessionem*; *quartam gaudium spiritus*; *quintam, gubernationem* omnium actionum, ut in his homo sit moderatus et circumspectus; *sextam, consecutionem vite aeternae.* Accedit S. Thomas, I II, *Quaest. LXVI, art. 4, ad 2*, ubi docet patientiam habere opus perfectum, quia ipsa extirpat inordinatam tristitiam, quae est causa et radix ire, odii, vindictae omnisque mali.

Vere Boetius lib. IV *De Consol.* prosa 6: «Qui-

dam, inquit, supplicis inextinguibiles exemplum ceteris praefulerunt, invidiam malis esse virtutem.» Et Lactantius, lib. III *de Vita*: «Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed cura torquetur, pro fide, pro iustitia, pro Deo, illa patientia doloris beatissimum faciet.»

Alludit S. Jacobus ad praeseos athletas in Olympico agone. Perfectus enim athleta nominabatur, qui perfecte omnes exercitationes sui certaminis, adhibita laborum persequione, continentia, et legitima victus ratione obverat: ac proinde ad omnia compositus, ad omnem partem qua traduxisset adversarius, ipsi praesto erat, eo manus operumque transferre longo usu didicerat: tales enim athleta sunt patientes. Unde S. Ephrem, orat. *De Levit. SS. Martyr.*, eos vocat perfectissimos athletas. «Hec sunt, ait, o formosi milites Christi, insignia vestre victoriae: ista, o athleta probatissimi, perfectique divini bellatores, vestrae fidei ac fortitudinis praemia.» Quocirca Gentiles videntes et admirantes tantam patientiam Christianorum, praesertim Martyrum, per eam ad fidem Christi convertabantur. Dicitabant enim, virtutem tam heroicam et perfectam non posse manare a natura, sed a Deo solo ejusque fide at gratia.

*Quinto, sicut truncus porta forem cum omnibus suis ramis et fructibus: ita patientia portat totum hominis et virtutum omnium onus et pondus, puta omnia diffiditiam, omnia ardua, omnia adversa, etc., inque sereno animo, ore et vultu. Unde patientiae effluem illa pingit Tertullianus, loco jam citato: «Vultus illi tranquillus et placidus, frons pura nulla maculis aut irae rugositate contracta, remissa aequae in letum modum supercilia, oculis humilitate, non infelicitate, dejectis: os tacturitatatis honore signatum. Color, qualis securis et innoxius. Motus frequens capitis in diabolum, et minus rians. Ceterum amictus circa pectora candidus, et corpori impressus, ut qui nec inflatur, nec inquietatur: sedet enim in throno spiritus ejus mitissimi et mansuetissimi, qui non turbine glomator, non nubilo luno; sed est tenere serenitatis, apertus et simplex, quem tertio vidit Elias,» III *Reg. XIX, 12*. «Nam ubi flexus, ibidem et aluma ejus, patientia scilicet. Cum ergo spiritus Dei descendit, individua patientia comitatur eum.» Et Prodicus in *Psychom.* dualium ire et patientie describens, ita eum effugiat:*

Ecce modesta gravi sicut patientia vultu,
Per malis innoxio acis, variisque tumulis,
Vulneraque et rigida vitula peris piis
Spectabat dehis oculos, et leuta miselat.

Clemens Alexandrinus in homilia quae refertur tomo I *Constitutionum*, pag. 1295, miris laudibus offert patientiam, ac tandem concludens ait: «Omne itaque bonum patientia nobis suppeditat.» Et Climacus, *grade 27*: «Patientia, ait, est infractus animi labor, nullis vel proximis frago-

ribus agitur. Patientia est vexationis quotidie expectata definitio, etc.; patiens ante momentum mortis est: sepulchrum enim cellam suam fecit. »

Secundo, patientia Deum habet agonizantem et debitorem. « Adeo (inquit Tertullianus loco citato) satis idoneus patientia sequester Deus: si injuriam deposueris ponas eum, ulior est; si damnatum, restitutor est; si dolorem, medicus est; si mortem, resuscitator est. Quantum patientia licet, ut Deum habeat debitorem? » **Caesam** subdit: « Omnia enim placita ejus tuor: omnibus mandatis ejus inlecevit. » Et paulo ante cap. xiv, laudans patientiam S. Job: « O felicissimum, inquit, illum qui omnem patientia pacem adversus omnem diaboli vim expunxit, quem non abscit egres, non sibi uno ruias, impetu adempti, non ipsius denique corporis in ulcers cruciatu, a patientia et fide Domino debita exelusi, quem diabolus totis virtutibus frustra occidit, etc. Quale in illo viro feratrum Deus de diabolo extruxit? quale vexillum de inimico gloriae suae extulit, cum ille homo ad omnem acerbum nuntius, nihil ex ore pronoverit, nisi Deo gratias? Quid? ridebat Deas. Quid? dissecabatur malus (diabolus). » Annon ergo perfectum opus habet patientia, quae S. Job et Sanctis perfectum de diabolo, carne, mundo, vitiosque omnibus dat victoriam, caelestemque triumphum? S. Augustinus, in *Psalm.* xlii, ait patientiam esse citharam, tribulationes esse chordas, quae dum pulsantur, melodiam edunt: pari enim modo melodiam suavem in auribus Dei edit patientia, dum in tribulationibus laudat Deum, eique gratias agit. « Omnis enim patientia, inquit, dulcis est Deo: si autem in ipsis tribulationibus defeceris, citharam fregisti. »

Septimo, patientia opus perfectum habet: quia ejus opus et actus primarius est martyrium, inquit Thomas Anglicus, quod est opus nobilissimum et perfectissimum. Martyr enim est pugil Dei, athleta Christi, victor mundi, triumphator mortis, ideoque et presentem et aeternam martyri laudem meretur, illicoque eum accipit. Patientia ergo martyres creat et coronat.

Pari modo patientia vincit et superat quicquid in mundo est terribile et formidabile, ideoque vitam hominis facit serenam, placidam, compositam et perfectam. Tota enim vita nostra, adeoque actiones singulae, et momenta singula plena sunt erumnis, doloribus et crucibus: has omnes sustinet et superat patientia continua usque ad finem vite. Ipsa ergo est ultimum asyllum, columen et coronis uti vite, ita et passionum omnium, hominemque transcribit vite impassibili et immortalis, itaque eum perficit et beat. Ceterae ergo virtutes saepe tantum sunt utiles homini: patientia vero semper et ubique est necessaria. Quocirca Bion, teste Laertio, lib. IV, cap. vii, dicebat magnam malum esse non posse ferre matrem. Quisque hoc enim nulli potest esse vita suavis. Antisthenes vero apud eundem, lib. VI, cap.

ii, dicebat, virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec ulla re opus habere, nisi robore Socratico: Socrates autem ad omnium rerum patientiam obdurerat.

Octavo, quia Christo patientissimo nos facit simillimos, juxta illud: « Quos precevit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, etc., illos et glorificavit. » Rom. viii, 28, q. d. Deus praedestinavit nos ut similes simus Christo in Ecclesia, tam militante, quam triumphante: ibi in gratia, hic in gloria: ibi in patientia, hic in corona; ac consequenter ut simus perfecti, quia patientia angelis et Deo nos assimilat. « Deus, ait Seneca in *Sapiente*, extra patientiam, sapiens supra patientiam est. » Tertullianus, lib. *De Patient.*, cap. xvi: « Amemus, ait, patientiam Dei, patientiam Christi: dependamus a illi quam pro nobis ipse dependit. Offeramus pro patientiam carnis, patientiam spiritus, qui in resurrectione carnis et spiritus credimus. » Huc de re egregie philosophatur Marsilius Ficinus, lib. V ad *Beatinum Salviatum*: « O mirum, ait, patientiam potestatem! Virtutes quidem alia contra fatum quodammodo pugnant; patientia vero vel sola, vel maxime omnium expugnat fatum: quae enim fatum immutabilia necessariae fore decrevit, patientia cum divina providentia voluntate consentiens ita quodammodo mutat, ut ex necessariis faciat voluntaria: sicut qui male agit, bona sibi coarctat in malum, ita qui bene patitur mala, ea sibi vertit in bona, nempe in perferendis malis ipse bonus evadit. » Unde concludit, patientiam bonum usque adeo perfectum esse, ut absque ipsa caetera hominum perfici nequeant. Quae enim ab aliis virtutibus inchoantur, ab ipsa perficiuntur. Et post multa, epist. ad *Antonium Cocceium*: « Tria, inquit, praecipue patientia praecipit: *primum*, ut mala libenter pati velis, quae ipsa natura jubet ut pati nolis; *secundum*, ut ipse tibi voluntaria facias, quae fatum (Dei providentia et decretum) necessaria fore decrevit; *tertium*, ut mala quae libet veritas in bona, quod Deo solius est officium.

In primo quidem regnare naturae, in secundo vero expugnare fatum, in tertio denique jubet (ut ita dicam) aequare se Deo. » Et paulo post: « Tota hominum vita in hac mundi regione maligna, caelestibusque contraria mentibus, nihil aliud esse videtur, quam corpus quidam, dolorque perpetuus. Accedit impatientia summa malorum, quae adeo mala est, ut nihil nobis absque illa sit malum, nihil cum illa sit bonum: patientia vero mala bene ferendo, transiit in bonum; et bonis utendo bene, felicissime fruitur. » Ipsa ergo est omnium medicina malorum: quia per illam conjungimur et consentimus Deo, qui est omne bonum, etc. « In hoc uno patientiae vis tota consistit, ut bene patiamur tanquam bonum, quicquid sub infinite bonitatis gubernatione contingit. »

Viderunt id per umbram Gentiles quoque. Burrhus princeps cum inviseretur a Nerone, a quo forebatur veneno faucibus illito, quasi remedium adhiberetur, in morbum et mortem adactus, aversatus est illum Burrhus, qui jam scelus intellexerat, multaque percontanti nihil aliud respondit, quam: « Ego bene me habeo, quia sequor fatum Deique providentiam, quae hanc mortem, licet per tuum scelus adornatam, mihi destinavit: tibi ergo erascendum, mihi conquiescendum in numinis de mea morte decreto. »

Alexander post interfectum Antoninum Romanum Imperatorem, cum audisset Barbaros magis copis se et Romanum Imperium invadere: « Decet, inquit, viros fortes et moderatos optima quietem optare, sed ferre quaecumque incidant (quasi a numine venientia): ut enim is qui prior laecessit, ipse sibi injurias videtur, ita qui propulset injuriam, confidentior ex conscientia fit, atque ex justitia spem bonam mutatur. » Ita Herodianus, lib. VI.

Zeno roganti, quo pacto ferret convicia? « Perinde, inquit, atque si legatus absque responso dimittitur. » Inducens eos, qui non habent quod respondeant, ad convicia solere confugere, eaque proinde non pluris oportere fieri, quam si nihil esset responsum: ita Laertius, lib. VII, cap. i.

Unde Philippus, rex Macedonum, gratias agebat convictoribus: Quia, inquit, dum conor illos mendacii factis meis convincere, evado melior: Ita Plutarchus in *Apoph. Regum*.

Alfonso, Aragonum rex, missa ad eum historia Titi Livii, monitus ne acciperet et legeret, quod veneno infectus esset codex, accepit et legit, dicens: « An nescitis regum animas non privatorum illudini subjectas esse, sed sub cura Dei securas et laetas agere? » Est enim rex Dei in terra vicarius, imo imago et speculum: ita Panormitanus et Aeneas Sylvius in gestis et dictis Alfonso.

S. Basilii, tract. *De Utilitate capiendi ex vitis Gentium*, celebrat patientiam Periclis et Euclidis. « Quidam, ait, in foro Periclem probris omnibus incesebat. Is autem minime curare visus, toto fere die sustinuit: deinde vespere jam discedente cum lumine comitatus est, ne quid in philosophia studio admitteret. Rursus quidam Euclidi Megarensi immo conatatus juravit, se mortem illaturum. Ille vero contra se patienter lateturum juravit, placatumque et ei quamvis iniesto se conciliatum iri. Quare valde ad nos excitandos refert, ut talia virorum cohibentium iram exempla nostram memoriam subeant. » Et paulo post: « Quidam vehementi impetu Socratis facientem cecidit: hic autem minime commotus, fuentem debauchari et iram satiare permisit: ex quo eum totum ex plagis tumidum atque contumum reddidit. Ubi vero ille cedendo destitit, nihil aliud Socrates fecisse dicitur, quam fronti propriae inscripsisse: Talis fecit: veluti statum euidam auctoris nomen; et eo modo vindicasse. » Sicut

ergo Apelles suis picturis perfectis et eximii inscribat, Apelles fecit: ita patiens suis tolerantiae facinoribus perfectis et heroicis, quibus cum quasi heroicam in anima sua depingit et ornat, inscribat: « Patientia fecit. »

Denique Epictetus in *Arvano*, cap. vi: « Quidnam queso, ait, esset Heroules, nisi laurus leoque exillisset, et hydra, et cervus, et ursus? »

Ut sitis perfecti et integri, et in nullo deficientes. — q. d. Si sitis patientes, et in patientia usque ad finem vite perseverantes, uti dixi, eritis perfecti et integri: patientia enim perseverantia habet opus perfectum, facileque perfectos et integros.

Jam primo, Thomas Anglicus hae tria ita distinguit: « Perfecti, » inquit, sunt, qui sufficient longam durationem tentationum; « integri, » qui eorundem accubitem et pondus; « in nullo deficientes, » qui earundem varietatem et multiplicitatem. **Secundo**, idem: Perfectio, ait, consistit in agendo, integritas in patiendi, absentia defectus in perseverando. **Tertio** et genuino, hae tria idem, vel pene idem significant. Est enim unius ejusdemque rei per alia et alia verba exegretio, q. d. Patientia perseverantia faciet undequaque perfectos, integros et in nullo deficientes, ut scilicet in fide et virtute Christiana constanter usque ad mortem proficenda, proseguenda et propugnanda sitis integri, omnibusque officii Christiani partibus et numeris absoluti, quantum fragilitas naturae lapsae et corruptae patitur, ut ab ea nullo metu et terrore, nullis poenis, nullis promissis vel illecebris illicti deficientis, atque nullum in ea tedii vel possanimitatis, nullum impotentiae, tristitiae, similisve perturbationis vitiosque motum vel in mente, vel in phantasia, vel in appetitu, vel in voluntate sentiat, quem non illico superatis et comprimitis: spiritus enim per patientiam subditus Deo Deique voluntati, per eandem subdat sibi animam, anima subiget sibi sensus, corpus et membra. Deus enim per patientiam sanctificabit, sibi que subiget et perficit vestrum spiritum, et per spiritum animam, et per animam sensus et membra, facietque et omnia sancta, integra et perfecta illi, quasi integram patientiae victimam offeratis. Hoc est quod ait Paulus, II *Thessal.* v, 23: « Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer vester spiritus, et anima et corpus, sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. » Vide ibi dicta.

Nota: Pro perfecti graece est *teleos*, quod secundo, verti potest *selekti*, *eximii*, *summi*. Sic enim apud Lucianum *teleos* hoc vocantur dei perfecti, id est, praecipui et summi: heroes enim habebantur a Gentilibus dii, sed minore. **Tertio**, « adulti: » nam *teleos* vocatur vir adultus, integre etatis et magnitudinis, ut sensus sit: sitis in patientia et virtute Christiana, non pueri, sed viri et adulti, ut virtus vestra non sit tenera et puerilis, sed constans et virilis, *forte*

illud Apostoli, *Ephes. iv. 12* : « Ad consummationem Sanctorum, etc., donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in vitam perfectam, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut jam non simus parvuli, » etc. *Quarto*, « solidi. » *Quinto*, « sancti et sacri, » quasi hostium potentes et pacifice consecrati Deo : « *Sancti* enim ipsi vocabant hostias eximias, luculentas, largiores et sanctorum, id est, perfectio et consummatio, vocatur ipsa purificatio, consecratio et sanctificatio, ipsorumque martyrium, quo patientes et martyres Deo continebantur et immolantur. Unde S. Gregorius Nazianzenus martyres vocat *sanctos, et sacros*, id est, Deo consecratos *suo sanguine*. Hinc et *sancti* vocantur initiatus sacris, sacerdotes.

Nota secundo : Pro deficiente gratia est deprehenso, id est, cedentes, cadentes, victi, fracti, dimittunt : *sancti* enim idem est quod deus, cado, defatigo, succumbo, vincor, impar et inferior sum, linqur animo. Vult ergo Iacobus, ut Christiani nulla persecutione, nulla adversitate, nullo onere, nulla diuturnitate, nullo tedio defatigati animique cadant, ut vel tantillum a fide aut officio Christiano recedant, vel recedere desinant; sed eade forti, amò et martire in eo persistent, omniaque adversa constantiter evincant et superent; itaque integritatem fidei, patientie et virtutis omni ex parte intactam et libenter conservent, ne quid in eis sit mancum, nullum, languidum, enerve, fatiscens, vel quoque modo imminutum et deficiens. Patientie enim pes frangitur per impatientiam, cum injuriis succumbit; manus frangitur, cum in aliis optulando defatigatur; lumbi luxantur, cum tarda sit et pigra, etc. Idem est de corpore et membris, integritate et mutilatione caritativarum virtutum, que sæpe defectum, frustrationem et quasi deliquium quoddam patiuntur instar lunæ. Tulus est illa, de qua Bernardus, *serm. De obedientia, patientia et sapientia* : « Ceterum, ait, nec leprosa obedientia, nec canina patientia commendatur; » illa nimirum eadem exulcorat, hæc feur rodit et fel effondit.

S. Si quis autem vestrum imbecy patientia, id est desituitur, deficit, fatiscit, uti paulo ante dixi sapientia, — ut cognoscet quanta sit utilitas tribulationis, quam alta et profunda mysteria in tentatione et cruce a Deo sit abscondita, quam jam deprecicavi, nimirum tribulationem esse summum bonum, ideoque de eo summe gaudendum : tribulationem enim parere patientiam, que opus habet perfectum, ut sit perfecti, integri et in nullo deficientes : ut cognoscant, inquam, hæc non tantum speculative, sed et practice, nimirum reipsa constantem omnes tribulationes patientio, in hisque gaudendo, ne nullis molestis, vel doloribus cedendo, vel animo cedendo; sed integra et perfecta fortitudine in fine et virtute persistendo. Hæc est enim vera sa-

piencia, non philosophica et humana, sed Christiana et divina, quam proinde multi, etiam Christiani, ignorabant, et etiamnum ignorant, saltem practice, nonnulli etiam speculative : ignorant enim practica sensim parit speculativem. Dum enim quis in patientia fatiscit, sensimque impatiens, fit ut hæc impatientia memem excuset, ut non videat, nec cognoscat quantum hominum sit patientia. Quocirca sapientia dicta est a sapore et gustu, quasi sapida scientia; affectuosa scilicet, amans et ardens rem quam cognoscit et sapit. Porro si si non tam conditionem significat dubitantis, quam causam supponentis, ut et *Malach. i. 8* : « Si (id est quia, cum) Pater ego sum, ubi est honor meus? et si (cum) Dominus ego sum, ubi est timor meus? » Omnes enim homines, quantumvis sapientes, indigent sapientia, vel quoad incubationem, vel quoad incrementum et perfectionem. Hinc Plato in *Hippias* laudat Heraclitum dictum, « hominem sapientissimum si cum Deo conferatur, simiam apparere : simiam autem pulcherrimam esse deformem, si cum alio quopiam animantium genere comparatur; perinde ac olla pulcherrima turpis est, si cum virginum genere conferatur. »

Nota primo : « Sapientia » jam dicta non est aliud, quam cognitio Dei et ultimi finis, ac mediorum ad eum assequendum, eorumque desiderium, amor et pius affectus, indeque usus et praxis. Unde *Prov. i. 7*, dicitur : « Initium sapientie timor Domini, » et *Eccles. i. 20* : « Plenitudo sapientie est timere Deum, » et cap. xix, vers. 18 : « Omnis sapientia timor Dei, et in illa timere Deum, et in omni sapientia dispositio legis. » Hæc est sapientia, quam Sapientem in libris, qui, ab æt, vulgo Sapientales vocantur, puta in *Proverbiis*, *Sapientia*, *Ecclesiaste* et *Ecclesiastico* tradit; quamque nunc vocat sapientiam, nunc scientiam, nunc intellectum, nunc disciplinam, nunc eruditionem, nunc doctrinam, nunc prudentiam, nunc legem. Hinc *Sapient. x. 10*, vocatur « scientia Sanctorum; » et *Luc. i. 17*, « prudentia iustorum, » que est timere, colere et amare Deum, bonaque celestia eterna, non terrena et caduca.

De hæc scripsit Lactantius libros quatuor *De vera et falsa sapientia*, ubi lib. III, cap. ix : « Venio, ait, nunc ad veræ sapientie summum bonum, ejus natura hoc modo determinanda est. Primum, ut solius hæc unis sit, nec eadit in ullum aliud animal. Deinde, ut solius sit animi, nec communicari possit cum corpore. Postremo, ut non possit cupiam sine scientia et virtute contingere. » Unde reprehendit Anaxagoram, qui eum ab eo quereretur, ejus rei causam natus esset? respondit : Celi ac solis videndi. » « Quis, ait Lactantius, te in hoc spectaculum induxit? aut quid celo, rerumque nature visio tua conferet? nimirum ut hoc immensum et admirabile opus laudes. Confitere ergo rerum omnium

esse constitutorem Deum, qui te in hunc mundum quasi testem laudatoremque sui operis induxit. Magnam esse credis videre celum ac solem, cur ergo gratias non agis ei, qui hujus beneficii auctor est? Cur non ipsius virtutem, providentiam, potestatem metris animo, ejus operamiris? » Et inferioris : « Quare si quis hominum qui vere sapit, interroget ejus rei gratia natus sit? respondebit intrepidus ac paratus, colendi se Dei gratia natum, qui nos ideo generavit, ut ei serviamus. Servire autem Deo nihil aliud est, quam bonis operibus tueri et conservare justitiam. » Et mox : « Quia quanto plurius est anima quam corpus, tanto plurius est Deus quam mundus : quia mundum Deus fecit et regit; » et rursum : « Expedita est igitur hominis ratio, si sapiat ejus propria est humanitas. Nam ipsa humanitas quid est, nisi justitia? Quid est justitia, nisi pietas? pietas autem nihil aliud est, quam Dei parentis agnitio. »

Quocirca, cap. xvi, ridet philosophos, qui suam philosophiam tarde commenti sunt, ut sapientiam invenirent, sed falsam, non veram; ait ergo : « Dixit Seneca : Nondum sunt mille anni, ex quo initia sapientie nata sunt. Nullis ergo sæculis humanum genus sine ratione vixit. Quod irridens Persius : Postquam, inquit, sapere urbi cum pipere et palmis venit : tanquam sapientia eum saporis meribus fuerit invecata : que si secundum hominis naturam est, cum homine ipso ceperit necesse est. » Idem, lib. III, cap. xxviii : « Omnis sapientia hominis, ait, in hoc uno est, ut Deum cognoscat et colat. Hoc nostrum dogma, hæc sententia est. Hoc est illud, quod philosophi omnes in *totis* vita sua quasierunt, nec unquam investigare, comprehendere, tenere voluerunt : quia religionem aut pravam tenuerunt, aut totam penitus sustulerunt, etc. Huc ergo nos omnes, quibus est cura sapientie, conferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid sciat? aut Anaxagoras in tenebris lumen invegat? aut Democritus veritatem de puteo extrahat? aut Empedocles dilatat animi sui semitas? aut Arcesilas et Carneades videant, sentiant, percipiant. Eoæ vix de celo veritatem docent, et nobis sole ipso clarior lumen ostendens, etc. Qui vult sapiens ac lentus esse, audiat Dei vocem, discat justitiam, sacramentum nativitatæ sue norit, humana contemnat, divina suscipiat — ut summum illud bonum ad quod natus est, possit adipisci. » Idem, lib. IV, cap. iv : « Quibus rebus apparat, quam inter se conjuncta sint sapientia et religio. Sapientia spectat ad filios, que exigit amorem; religio ad servos, que exigit timorem. Nam sicut illi patrem diligere debent et honorare, sic hi dominum colere et vereri. Deus autem qui unus est, quantum utramque personam sustinet, et patris et domini, et amare eum debemus, quia illi sumus; et timere, quia servi. Non potest igitur religio a sapientia sociari : quia idem Deus

est, qui et intelligi debet, quod est sapientia; et honorari, quod est religio. Sapientia procedit, religio sequitur, quia prius est Deum scire, consequens colere. » Hinc sapientie hieroglyphicum fuisse Cherubini, positi juxta arcam et propitiatorium, uti dixi *Exod. cap. xxv. vers. 20*, in fine, ubi sapientie apophthegmata, exempla et documenta recensui.

Porro modum et media acquirendi sapientiam, egregie ex sua praxi describit S. Thomas Aquinas, epist. ad *Amicum*, que sic habet : « Quia questisti a me, in Christo mihi charissime, quæsierit te studere oporteat in thesauro scientie acquirendo, tale a me tibi super hæc traditur consilium, ut per rivulos non statim in mare eligas introire, quia per faciliora ad difficiliora oportet devinire. Hæc est ergo monitio mea, et instructio tua : Tardiloquum te esse jubeo, et tarde ad locutorium ascendente conscientie puritatem amplectere, orationi vacare non desinas, cellam frequenter diligas, si vis in cellam vinariam introduci. Omnibus te amabilem exhibe, nihil quere penitus de factis aliorum, nemini te multum familiarem ostendas : quia nimia familiaritas parit contemptum, et subtractionem. » « Audio materiam subministrat. De verbis et factis secularium multatenus te intronitissis. Discursus super omnia fugias. Sanctorum et bonorum imitari vestigia non omittas : non respicias a quo audias, sed quidquid boni dicitur, memoria recommenda. Ea que agis et audis, fac ut intelligas : de rebus te certifies; et quidquid poteris in armariolo mentis reponere cataloge, sicut cupiens vas implere. Altiora te ne quasieris. Illa sequens vestigia, frondes et fructus in vineam Domini sabaoth utiles, quamvis vitam vixeris, proferes ac produces. Hæc si sectatus fueris, ad id contingere poteris quod affectas. » Brevis verò Hugo da S. Victore, lib. *Dialocal. cap. xiii*, sex metha adipsicende sapientie præscribit hæc versibus :

Mens humilis, studium querendi, vita quiesca,
Scrutinium tacitum, paupertas, terra remota;
Hæc reserare solent nullis obscuro legende.

Nota secundo : Licet hæc sapientia exigit et complectatur omnem virtutem, tamen præ ceteris sita est in patientia ob causas, nimirum bona patientie, que attuli vers. 1. Verus ergo pius patientiam necesse est, et summe patientis summe est sapiens, juxta illud *Prov. xix. 11* : « Doctrina viri per patientiam necesse est. » Hinc et *ad Hebræos* sunt *adversarij*, id est passiones et tribulationes sunt doctrina et discipline. Quocirca merito Lactantius, lib. VI *De Vera cultu*, cap. xviii, reprehendit Ciceronem, qui in *Officiis* definit virum bonum esse qui prosit quibus possit, noceat nemini, nisi læcessit injuria. « O quam simplicem, inquam, veramque sententiam, duorum verborum adjectione corrupit! Quid enim opus fuerat addere : Nisi læcessit injuria, ut vitium bono viro, quanti

caudam turpissimam apponeret, patienterque que omnium virtutum maxima est, faceret expertem? Nocturnum esse dixit bonum virum, si fuerit laessitus: iam hoc ipso boni viri nomen amittit necesse est, si nocebit. » Probat id *primo*, » non minus animi mali est referre injuriam, quam infirmitas. *Secundo*, quia improbitati opposita impatiencia, magnas sepe concitat tempestates. Quod si patientiam qua virtute nihil verius, nihil homine dignius inveniri potest, improbitati opposueris, extinguitur profluvius, tanquam si igni aquam superfundas. » *Tercio*, quod se vindicare non sit hominum, sed pecudum. » Nam et pecudes si laessas, calce aut cornu repugnant, et serpentes ad fera, nisi persequaris occidas, negotium nobis exhibent, et impediti quoque et insipientes, si quanto accipiunt injuriam, cœco et irrationabili furore donantur, et his qui sibi nocent, vicem retulere conantur. In quo igitur sapiens ac bonus vir a malis et insipientibus differt, nisi quia habet invictam patientiam, qua stulti carent; nisi quod regere se ac mitigare iram suam novit, quam illi, quo virtute indigent, refragare non possunt? *Quæ*, quia qui referre injuriam nititur, eum ipsum a quo laesus est, gestum imitari: ita qui malum inflatur, bonus esse nullo pacto potest. Ducas igitur verbis duas virtutes maxime bono et sapienti viro, innocentiam patientiamque detrahit. *Quinto*, quia ipse (Cicero) canonicam illam facundiam (sicut Salustius ab Appio dictam refert) exerceat, voluit quoque hominem eum modo vivere, ut remordere laessitus. *Sexto*, quæ retribuit contumelia, quam perniciosa sit, et quas edere solet iræges, unde opportunus petetur exemplum, quam ex ipsius doctoris tristissimo casu, qui dum his philosophorum præceptis obtemperare gestit, ipse se perdidit. Quod si laessitus injuria (ab Antonio) patientiam tenuisset, si dissimularet, si ferre contumeliam boni viri esse didicisset, nec illas nobiles orationes alieno titulo inscriptas, impatiencia, levitate et insanis profundisset, nunquam capite suo rostra, in quibus ante floruerat, cruentasset, nec rempublicam funditus proscriptio illa delessit. » Unde concludit: « Sapientis ac boni viri non est velle certare, ac se periculo committere. Summa igitur virtus habenda patientia est, qua ut non eraret homo justus, voluit illum Deus pro ferre contineri. Nisi enim contumeliosis fuerit affectus, quantum habet fortitudinis in seipso collidendo ignoratur. Si autem laessitus injuria ledentem persæqui cœperit, viduus est. Si vero motum illum ratione compræsserit, libo plane imperat sibi, et hic regere se potest. Que sustentatio sibi recte patientia nominatur: quia una virtus omnibus est opposita vilis et affectibus. Hæc perturbantem ac fluctuantem animum ad tranquillitatem suam revocat, hæc mitigat, hæc hominem sibi reddit, etc. Benigne Marcus Tullius contra suum præceptum obliviohem

injuriarum in magnis laudibus posuit. Spero, ait, Cæsar, qui oblivisci nihil soles, nisi injurias. » Idem cap. xix, refellit eos, qui dicunt iram esse comitem virtutis, quia ignorant causam, esse homini iram tribuere Deus: alioquin enim « quid immanius erit homine? quid similis feris, quam illi animal, quod ad communionem? innocentiæ Deus facit? Tres sunt igitur affectus, qui homines in omnia facinora precipites agunt, ira, cupiditas, libido. Propterea Poeta tres furias esse dixerunt, que mentes hominum exagitant. Ira ultionem desiderat, Cupiditas opes, Libido voluptates, etc. Quicumque igitur affectus illos infra fines suos redegerit, quod ignorantem Deum facere non possunt, hic patiens, hic fortis, hic justus est: » hæc Lactantius.

Patientiam ergo sapientiæ præcepta, et prudentia dictamina inter alia sunt hæc. *Primum*: « Pax præstat quibusvis opibus et bonis: illorum ergo læticia est emenda. » *Secundum*: « Nullus peior animo hostis, quam tumultus inustus cogitationum, ira et impatiencia. » Nam, ut ait Cassianus, Col. XVIII, cap. xvi: « Lædi ab homine quemvis malignante non potero, si ipse in pacifico adversum me corde non dimoveo. Si autem læder, non est vitium impugnationis alienæ, sed impatiencie meæ. » *Tertium*: Optimum vindictæ genus est, laudenti benefacere, ut alobat S. Joannes Eleemosynarius. *Quartum* est sublime abbatibus Stephani apud S. Gregorium, hom. 33 in *Evangelio*: « Virtus, ait, patientie vehementer in eo excreverat, ita ut eum sibi amicum crederet, qui sibi molestia liquid irrogasset. Reddebat contumelias gratias. Si quod in ipsa sua inopia dantur fuisset illatum, hoc maximum iurum dabat. Omnes suos adversarios nihil auid, quam adjuutores aestimabat. » *Quintum*: « Mansuetudine subtili vincitur asperitas Prælati, » uti eam vidisse Libertianum, scribit S. Gregorius, lib. I *Dial.*, cap. II. *Sextum*: « Injuria nobis illata animarum nostrarum est medicina. » Ita S. Monica, cum ab ancilla per convicium vocaretur meretricibus, quasi stimulo percussa, sibi indignans solitam vini cupidinem prostrata se abiecit, et hibacitatem extinxit, teste S. Augustino, lib. IX *Conf.*, cap. vii. *Septimum*: « Maleficium compensandum est beneficio. » Ita fecit S. Lidius, dicens: « Illis ergo debere me fateor, qui viam mandatorum Dei, quorum plenitudo est dilectio, me currere compellunt: » ita habet ejus Vita apud Surium. *Octavum*: « Prudentis est modica ac brevi poena presentis vite, per patientiam redimere longa et graves Purgatorii, vel inferni, » uti in morbo dicebat Stephanus monachus circa Marcetum in *Hist. Trip.*, lib. VIII, cap. I. *Nonum*: « Crucem hæc si merui, feram, ut pro peccatis satisficam: si non merui, feram eandem, ut coronam angeam: ut ut erit, tandem habebō decusque vel penitentiam, vel patientiam. » *Decimum*: « Præstat pati injuriam, quam facere: qui enim non

alteri plus nocet sibi, » uti B. Stephanum dixisse narrat S. Gregorius, lib. IV *Dial.*, cap. xix. *Undecimum*: « Deus suscipit patrocinium patientis calumniam et injuriam; » ita Senior ille in *Prælo spir.*, cap. CCXII. *Dodecimum*: Seneca, lib. II *De Ira*: « Magni, ait, animi est injurias despiciere. Pusilli hominibus et miseri est repetere mordentem, ut mures et formice, ad quas si manum admoveveris, ora convertat. Imbecilla se lædi putant, si tanguntur. » *Decimum tertium*: S. Ambrosius, epist. 82 ad *Eccl.* *Verecili*: « Non hæc sola est forma justitiæ, ait, ut non lædas eum, qui te non læserit; sed etiam illa, ut etiam remittas ei qui læserit. Nihil interest cui male facias, utrum justo an injusto, cum te male facere non oporteat. Nihil distat, quomodo malignus sis utrum justo vindicandi studio, an voto nocendi, cum malignitas in utroque genere non careat reprehensione. » Plura affert Plutarchus, lib. *De Utilitate capiendi ab inimicis. Decimum quartum*: « Patientia prudens in quavis difficultate suggerit consilium. » Docet hoc S. Ambrosius, lib. II *De Jacob et vite beata*, cap. iv, exemplo Rebecæ, que Jacob filio suavit fugam, dum Esau cum vellet occidere. « Veniat, ait Rebecca, hoc est, inducatur patientia, bona custos innocentie; suadeat ut ire locum demus, offensionis subrepat oblivio: mater pia abesse sibi dilectissimum filium tolerat, plus et collatur, quam læsi: utrique tamen consulens, ut alterum immunem a periculo, alterum integrum præstare a crimine. Quis sic polui consuleri, nisi prudens tolerantia? Quis utriusque utile consilium apponere, nisi sapiens patientia? » *Decimum quintum*: Seneca, epist. 60: « Vir sapiens (utique patiens) ad omnem incursum invictus: non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si adeo impetum faciat, pedem refert. Usque adolor patiens est vir sapiens, et perfecta patientia cum sapientia reperitur. » Hoc est quod ait Sapiens, *Prov.* cap. xiv, 29: « Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. » Ex quo S. Chrysostomus, hom. 33 in *I ad Corinth.*: « Patientia, ait, universa philosophiæ est radix, etc.; charitas omnia suffert, duec utique patientia. »

Allegoriam hujus rei elegantem ex *Genes.* cap. IX, affert Philo, lib. *De Plantatione Noe*, scilicet quod Abimelech rex viderit Isaac jocantem cum Rebecca: Isaac enim, id est risus, representat gaudium; Rebecca, in id est saginata, patientiam; Abimelech, id est pater regis, supramundanam sapientiam, q. d. Gaudium in brachiis sapientie reperitur, invicem se amplectuntur, ut dixit S. Jacobus, vers. 4. « O prudentem Iudam ac disciplinam! visus a tolerantia adjuvatur, » ait Clemens, lib. I *Pedagog.*, cap. v. Hunc autem utriusque, lætitiæ scilicet et patientiæ, complexum nemo considerare potest, nisi Abimelech, id est sapientia. Quod enim aliud negotium sapientem decet, quam ludere, gaudere, hilarescere cum honesta

tolerantia? Et hæc est ratio, cur in solis sapientibus sit tolerantia: quia et illi soli hunc lulum spectant. Idemque invicti patientis emblema esse adamus, quem decussatum stringit gladius et flamma, cum hoclemmate: *Nec ferro cedit, nec igni.*

POSTULET A DEO. — Deus enim est ipsa æterna, increata, immensa, essentialis sapientia, qui quasi fons eum communicat angelis, hominibus omnibusque creaturis, cuique pro sua conditione et capacitate. Unde Lactantius, lib. IV *De Vera Sapientia*, cap. iv: « Fons, ait, sapientie et religionis Deus est, a quo hi duo rivi si aberraverint, ardeant necesse est: quem qui nesciunt, nec sapientes esse possunt, nec religiosi. » Idem et sine eleganter docet *Baruch* cap. iii, vers. 12 et seq., ubi causam omnis mali Israelis assignat, quod ignoravit Deum fontem sapientie: frustra enim illum a Philosophis et mundi sapientibus requirit; et tandem concludens vers. 36: « Hic, ait, est Deus noster, et non aestimabitur alius adversus eum. Hic adinventum omnem viam discipline, et tradidit illam Jacob pater suo, et Israel dilectio suo. Post hæc in terra visus est, et eum hominibus conversatus est, » per incarnationem, ut sapientiam et caritatem in terram (quod Prometheum fecisse fingunt Poetæ) deferret, eamque hominibus communicaret. Id fecit Christus, qui est sapientia Patris æterna et incarnata.

Docet hoc *primo* S. Jacobus, præ reliquis donis postulandam esse a Deo sapientiam: quia hæc est origo et matrix omnis scientiæ, omnis virtutis, omnis boni. Unde eandem solam petit D. Salomon, cum data esset ei optio petendi quidquid vellet, ac cum ea cetera omnia impetravit. « Quia postulasti, ait, verbum hoc, et non petisti tibi dies multos, nec divitias aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit; sed et hæc que non postulasti, dedi tibi, divitias scilicet, et gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus, » III *Reg.* III, 41. Porro in sapientia comprehendit patientiam: hæc enim docet enique postulandam esse a Deo. Præclarum enim Origenes in *Psalm.* xxxvi, hom. 3: « Exspes tatus, ait, Dominum, quia ipse est patientia nostra et patientia, sicut scriptum est *Exaltat. III*, 28: Et mane que est expectatio mea? nonne Dominus? Sicut ergo Salvator sapientia est, et pax, et justitia, ita est et expectatio, vel patientia. Et sicut participatio justitiæ ejus sibi efficitur, et participatio sapientie ejus sapientes, ita et participatio patientie ejus patientes efficitur. Est ergo velut fons quidam perennis, de quo haurire possumus et patientiam, et justitiam, et sapientiam, et omnia quæcumque sunt virtutum bona, si tamen bene digna et pura vascula nostra deferamus ad fontem, »

Secundo, docet eam petendam non ab alio, nam a Deo, sive immediate, sive mediante invocatione et patrocinio Sanctorum. Ita Salomon, licet jam promissa et data esset ei sapientia a Deo, eam tamen, id est ejus conservationem et augmentum petit a Deo, dicens, et nobis omnibus dicendum proponens: « Da mihi sedium tuarum assistentem sapientiam, et noli me reprobari a pueris tuis: quoniam servus tuus sum ego, et filius ancille tue, homo infirmus et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicii et legum, etc. Mille illam de cœlis sanctis tuis, et a sede magnitudinis tue, ut in eam sit, et in eam laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te, etc. Cogitationes enim mortalium timide et incerte providentiae nostrae. Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, et terrenam inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et difficile astantibus quis in terra sunt, et quae in prospectu sunt inveniantur cum labore. Quae autem in oculis sunt quis investigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis, et sis correcte sint semite eorum qui sunt in terris, et quae placent diliberint homines; nam per sapientiam sanati sunt quicumque plauerunt tibi, Domine, a principio, » Sep. ix, 4 et seq. Unde vi, 10, mira sapientia facinora per Adamum, Loth, Joseph, Moysi et Hebraeos edita depredicant. « fides (sapientia), ait, illum qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum (Adamum) cum solus creatus esset, custodivit, et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia; » et vers. 6: « Hæc iustum (Loth) a parentibus impiis liberavit fugientem, descendente igne in Pentapolim, » et vers. 10: « Hæc profugum iræ fratris (Jacob fugientem Esau) iustum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam Sanctorum: honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius, etc., ut vinearet, et seiret quoniam omnium potentior est sapientia; » et vers. 13: « Hæc venditum iustum (Joseph) non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum, descendente cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni et potentiam adversus eos, qui eum deprimebant, et mendaces ostendit qui maculaverunt illi, » et dedit illi claritatem eternam. Hæc populum iustum (Israelitas) et semen sine querela, liberavit a nationibus (Egyptiis) qui illum deprimebant. Intraivit in animam servi Dei (Moysis), et stetit contra reges horrendos in portentis et signis, » etc.

Haec sapientiam a Deo petit et impetravit Antonius, de quo S. Athanasius in ejus Vita: « Erat, ait, valde sapiens, et hoc in se mirabile habebat, quia cum litteras non didicisset, ingeniosissimus et prudentissimus, immobilis et mansuetus erat. Venerunt ad eum Gentiles Philosophi, putantes se eum posse decipere, quibus ille: Si ad

stultum venietis, superfluum est labor vestri: et autem putatis me esse sapientem, imitantium quod probatis. Si ego ad vos venissem, vos imitaretis; sed quia vos ad me quasi ad sapientem venistis, estote sicut ego sum, Christiani. Philosophi mirati sunt acumen ingenii. » Rursus Antonius interrogavit eos: « Quid prius sensus, an litteræ? et quid cuius exordium? sensusne ex litteris, an litteræ oriuntur ex sensu? Illis asserentibus quod sensus esset auctor et inventor litterarum, inquit: Igitur cui sensus inchoatus est, hic litteras non requirit, » g. d. Talis ego sum litterarum expertus, sed theodidactos.

Sic S. Ambrosius, ait Paulinus in ejus Vita, « cum XLIII Psalmum diletaret, me exipiente et vidente, subito in modum scuti brevis ignis (index Spiritus Sancti) caput ejus cooperit, atque pannelum per os ejus tanquam in domum habitator ingressus est: post quæ facta est facies ejus quasi nix. »

Rupertus Tuitiensis Abbas, lib. XII Math., obijectionibus sibi: Qui sunt patres et magistri tui? respondit: « Hæc proficeo, quia visitatio ab Altissimo melior mihi est, quam docem patres et magistri; loquor ad scribendum, quiquid ille monitor suggerit. »

S. Thomas Aquinas palam professus est, se suam sapientiam magis oratione infusam, quam studio acquisitionem collitus accepisse.

S. Ephraem orans dicensque: « Largire, Domine, flumina gratiæ tuæ, » ab angelis in visu accepit librum, cum eoque celestem sapientiam et facultatibus, adeo ut quantumvis ei perpetui quasi verborum fontes supplerent, robis tamen quam mente conceperat explicandis, pares negotium cessant. Siquidem doctrinæ profunditas et cogitationum celeritas linguam ipsius absorberebat, ut sensa animi efferre nequiret, ait Nyssenus in ejus Vita.

S. Equitius sapienter et ardentem predicans, rogatus unde hoc haberet? respondit: « Quadam nocte speciosus mihi per visionem juvenis astitit, atque in lingua mea medicinale ferramentum, id est phlebotomum, posuit, dicens: Ecce posui verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum. Atque ex illo die etiam eam volo, de Deo facere non possum, » ut refert S. Gregorius, lib. II Dialog., cap. iv.

S. Ignatius, fundator Societatis nostræ, Minoresse orans, ita in Deum abruptus est, ut Trinitatis ipsius nomen augustissimum cerneret distinctum personis, unum essentia, adeo ut, licet litterarum ignarus, non dubitaret librum De Trinitate conscribere, indeque miro rerum celestium sensu afflicebatur, quoties S. Trinitati sacra peragebat. Oblatus quoque est ejus modis modis ipse, quem in hujus universitatis molitionis summis ille rerum opifex tenuit. Præterea sacrificium Missæ audiens, dum a sacerdote de more hostia salutaria attollitur, apertissime vidit illa specie Christum

Deum et hominem verissime contineri, ait Maffei in ejus Vita, lib. I, cap. vii.

S. Trudo illustri prosapia in Belgii ortus, vocit Deo, si Christo opitulante, sacras didicisset litteras, se in fundo suo ecclesiam edificaturum, illicque Domino perpetuo serviturum. Missus ergo a Deo ad eum angelus: « Noveris, inquit, frater, ea vota quæ Christo nuncupasti, ei esse grata, nec dubites quin quod proveniens tibi aspiravit, etiam sit prosecutus, et affectum perducaturus in effectum. Ille, inquam, sapientia sua imbuat cor tuum, et erudiat te preceptis suis, et legem suam inscribat pectori tuo. » Ita Nolgerus, Episcopus Leodicensis, anno Christi 880, in Vita S. Remacii, cap. vi.

Illustre est quod de se scribit S. Justinus philosophus et martyr, Dial. contra Tryphonem, nimirum cum sapientibus studiosus pervagatus esset omnes Philosophorum scholas et sectas, frustra eam apud Pythagoricos, Platonicos, Peripateticos requisisset, a senes quodam ignoto audisse, illum non nisi in schola Christi reperiri. « Tu ergo, ait, votis et precibus tibi ante omnia lucis portas aperiri opta: neque enim ab aliquibus perspiciantur aut intelliguntur, præterquam si Deus et Christus eis concesserint intelligentiam. » Quare conversus ad Christum, eumque invocans, tantam sapientiam quantum in libris suis ostendit, consecutus est.

Præclare Philo, lib. De Premitis et panis: « Sollem, inquit, hunc visibilem, nam alia re quam sole ipso adjuti cerimus? Lucis aspectum nonne luci debemus? Ad eundem sane modum Deus per seipsum illustrat sui notitiam, cooperante nemine, quod ea res excedat vires omnium. » Et S. Augustinus, lib. IV Confess., cap. xvi: « Scis tu, Domine, quia et celeritas intelligendi et discernendi acumen donum tuum est. » Idem Schlegel, cap. v: « Semper cæcus fuisset nisi tu me illuminasses. »

QUI DAT OMNIBUS. — Hæc dos propria est Deo, ut det omnibus omnia, et a nemine quidquam recipiat, ideoque hebraice vocatur *Saddai*, id est *omniscius*, *omnipotens*, uti fatus dixi Genes. xvii, 2. Unde Deus nonnullis a dando dicitur, aut potius agnoscitur. Hoc est quod ait Paulus, Paul. xv, vers. 1: « Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam honorum meorum non eges. » Deus enim est quasi pelagus honorum omnium redundans et exstantis, quod in omnia vicina sese largissime effundit. Verè Thomas Anglicus: « Deus, ait, dat primo liberaliter, non vendit, sicut multi. » Secundo, « dat generaliter, non uni, sed omnibus. » Tertio, « dat abundanter, non parce. » Quarto, « dat curialiter, vulgo *cortosamente*, » quia non improperat. « Erubescat ergo humana pigræ: plus paratus est Deus dare, quam nos accipere, » ait idem ex S. Augustino. Erubescat ergo humana ingratitude et avaritia, quæ Deo tam se liberali, tam parvo et avaro ejus obsequio

se suaque impendit. Propria ergo natura et indoles Dei est: dare, ut docet S. Thomas, lib. I Contra Gentes, cap. xxxix, ubi asserit liberalitatem esse virtutem maxime propriam Dei, quia solus se largitur communicat, quasi fons bonitatis. Et S. Augustinus, tract. 13 in Joan.: « Deus, inquit, tibi totum est. Si esuris, panis tuis est; si sitis, aqua tibi est; si in tenebris, lumen; si nudus, immortalitatis tibi vestis est. » Et S. Bernardus, serm. 3 De Circumcis.: « Totus, ait, mihi datus, et totus in meos meos expensus. » Simili, sed longe exillior de causa, nimirum ob reddita sibi prædita prius erepta, Virgilius Augustum Casarem adulando vocat facitque deum, Ecloga 1:

O Mellior, Deus nobis hæc officii, Nuncque erit ille mihi semper Deus; illis aram Sæpe tener nostris ab oculis habebat agnus.

Et Cicero P. Lentulum vocat deum, id est, servatorem suæ vite: sic enim ait, post reditum ad Quirites: « P. Lentulus consul, parens, deus, salus nostræ vite, fortuna, memoria, nominis. » Præclare Boetius, lib. III:

Unus enim rerum pater est, Unus cunctis ministrat Ille dedit Phœbo radiis, Dedit et cornu luna. Ille homines etiam terra Dedit, et sidera cælo. Quæcum, quis respicit omnia solus, Verum possis dicere solem.

Et S. Bernardus, serm. 16 in Cant.: « Verus, ait, beneficus est, dans affluenter et non improperans: non improperat dona, quia dona sunt; et beneficia sua mihi dedit, non vendidit. »

AFFLUENTIA. — Græce *ἀφαι*, id est, simpliciter. Suspiciantur aliqui Interpretem nostrum legisse *ἀφαι*, vel *αφαιος*, id est diviter, copiose, largiter, affluenter, quia simpliciter in Scriptura cum de dando agitur, significat dandi liberalitatem, affluentiam, magnificentiam, ut patet II Corinth. viii, 2: « Altissima paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum; » et cap. ix, vers. 11: « Ut in omnibus locupletati, abundantem in omnem simplicitatem; » Item, xii, 8: « Qui tribuit, tribuat in simplicitate, » id est, simpliciter, sine restrictione, copiose, largiter: vide ibi dicta. Alludit S. Jacobus ad illud invitementum et promissum Christi: « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in sum, » Joan. vii, 38.

Nota primo: In Deo est infinita propensio et amor se communicandi, quod provenit ex infinita perfectione et plenitudine essentiae suæ, quæ tanta est, ut in alios se effundere gestiat; et quantumcumque aliis impertiat, nihil ipse sua de plenitudine amittit. Hinc primo, ad intra propendat

naturaliter et intime ad communionem sui infusam; sicut res creatae et corporeae propendunt ut se communicent, generando sibi similes. Verum quia id quod infinitum est, multiplicari nequit, ideo divina essentia non se communicat generando aliam sibi similem numero distinctam, uti facit homo et animalia; sed largiendo seipsam, et velut replicando, ita ut eadem numero simplicissima essentia divina sit in tribus distinctis numero personis, patre, Filio et Spiritu Sancto.

Secundo, ad extra propendit ut infuso se suae bona communiceat creaturis, praesertim rationalibus, puta angelis et hominibus. Nam, ut ait Nazianzenus: «Sicut in rebus sensibilibus est sol, ita in intelligibilibus est Deus. r. Sicut ergo soli ubique radios suos spargit, ut omnia illuminet, calefaciat, vivificet, fructuetur: ita Deus radios beneficentiae suae in omnes et omnia, praesertim angelos et homines spargit, ut eos luce sapientiae suae illuminet, indeque sui amore inflammet, vitae gratiae et gloriae vivificet, ut et ipsi aliam eandem imperant. Quocirca S. Dionysius *De Divin. Nomin.*, cap. iv, part. 1, ait amorem divinum esse vim motricem et sursum trahentem in Deum, qui solus est ipsum per se pulchrum et bonum. Hujus amoris, beneficentiae et communicantis evidentia indicia et effectus sunt, Verbi eterni ad homines docendos et salvandos incarnatio, praedicatio, miracula, passio, mors, Sacramenta, missio Spiritus Sancti, cura singularis totius Ecclesiae et singularum fidelium. In incarnatione enim seipsum totum et omnia viscera sua effudit in nos, juxta illud Zachariae: «Per visera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto, » *Luce* 1, 78.

Rursum in justificatione et sanctificatione eaque, Deus non tantum se animae communicat per gratiam, charitatem et virtutes; sed etiam per seipsum: re ipsa enim dat Spiritum Sanctum, et cum eo ceteras personas divinas, juxta illud: «Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, » *Rom.* 5, 5; et: «Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum: et ad eum venimus, et mansionem apud eum faciemus, » *Joan.* cap. xiv, vers. 23. Quocirca haec sui communicatione justam ad se elevat, in se transformat facitque divinum; praesertim eos qui se totos dedunt Deo, illique vacant. Amor enim divinus facit extasim et excessum amantis a seipso, ut illum in amatum transferat, et illi rectissime uniat, unumque cum illo efficiat, ut in eo vivat, sentiat, gaudeat, quasi illi incorporatus. Amans enim Deum prorsus a seipso deficiens in Deum transit, et velut colligescit, nihil aliud cogitans, intelligens aut sentiens praeter Deum, nihil aliud appetens aut desiderans, nulla alia re gaudens quam bonis Dei. Qui sic adheret Deo, unus efficitur spiritus: quia seipsum exiit, et Deum induit, perinde ac si in divinam naturam transformatus esset. Quocirca

totus cogitatione et affectu est in Deo, uti ei precatur Christus, *Joan.* xvii, 11: «Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos. » Et vers. 21: «Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. » Ratio est, quia bonum est sui communicativum et diffusivum. Si ergo sit summum bonum, uti est Deus, summe se communicabit et diffundet: haec enim boni et summi boni est natura et indoles. «Deus, inquit S. Leo, serm. 2 *De Nativit.*, cujus natura bonitas, cujus voluntas potentia, cujus opus misericordia est. »

Nota secundo: Haec beneficentia Dei largitas et affluentia ingens est, et admiranda ex quinque capitibus, ut recte notat noster Lessius, lib. IX *De Attributis divinis*, cap. iv. *Primum* est, majestas omnipotentis et largientis. Quid enim majus et magnificentius Deo, qui tantum (imo infinites amplius) transcendit omnes angelos et homines, quantum caelum transcendit terram, quae respectu vastitatis caeli se habet ut centrum et punctum. *Secundum* est, conditio eorum in quo se suae effundit; qui ei naturam spectes, sunt homines, infirmi inter creaturas rationales (sicut enim materia prima est infirma inter res corporeas, ita anima est infirma inter res spirituales). Si qualitem ante me consideres, sunt peccatores, inimici, perbi, ingrati, carnates, inepti ad omne bonum, prout ad omne malum; si corporis, sunt mortales, morbidi, viles, sordidi, pulilli, mox futuri esca vermium, ut merito exclamant Psaltes, *Psal.* viii: «Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum? » *Tertium* est, bonum ingens et multiplex quod illis partim confert, partim offert. Homini enim dedit animam rationalem creatam ad sui imaginem, gratiam, promissionem gloriae, angelicam custodiam, letam mundi machinam, denique Unigenitum suum. «Nam sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam, » *Joan.* cap. iii, vers. 16. Quae verba si expendantur, singula magnam habent emphasim, novamque Dei beneficentiam significant. Quocirca Psaltes, *Psal.* xxxiii, 6: «Accedite, ait, ad eum, et illuminamini, et facies vestrae non confundentur. » *Quartum* est, finis ob quem confert, qui est, ut homini bene sit, non Deo: Deus enim de homine nullum lucrum, nullum commodum expectat vel accipit.

Quintum est, modus quo se communicat et effundit, qui est multiplex. *Primus*, quod se communicat nobis, non tanquam servis, sed quasi filiis, quos instituit suos heredes et coheredes Christi. *Secundus*, quod benignitatis divinae ingenium sit demittere se ad infima, curare infirma, colligere abjecta, attollere humilia, et ubi major est inopia, ibi magis opes suas erogare et opem ferre. Quocirca S. Bernardus, lib. V *De Consider.*, cap. xi, ita Deum definit, aut potius Dei affluentiam circumscribit: «Quid est Deus? voluntas

omnipotens, benevolentissima virtus, lumen aeternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo, creans mentes ad participandum, vivificans ad sentiendum, alliciens ad appetendum, dilatans ad capiendum, justificans ad promerendum, accendens ad zelum, focundans ad fructum, dirigens ad acquitatem, formans ad benevolentiam, moderans ad sapientiam, roborans ad virtutem, visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuens ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circumdans ad securitatem. » *Tertius*, quod sese communicat saepe antequam rogetur, uti patet in omnibus gratis praeventibus, quodque his moveat nos ad postulandum subsequentes. Nemo enim potest orare Deum eo modo quo oportet, nisi ad id moveatur a gratia Spiritus Sancti, uti passim docet S. Augustinus et Concilium Arausicum, imo S. Paulus, *Rom.* viii, 26. Rursum quod rogatus, plus det quam rogetur, juxta id quod orans proficitur Ecclesia: «Deus qui abundantia pietatis tuae merita supplicum excedis et vota. » Et S. Ambrosius in *Luce* xxiii, 42, recte a sberit latronem in cruce tantum petisse, ac dixisse: «Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum; » Christum vero longe plus ei praestitisse, dicendo: «Hodie mecum eris in paradiso. Nam uberior, inquit, est gratia quam precatio; semper enim Dominus plus tribuit quam rogatur. » Ita Eschias petit a Deo sanitatem, sed Deus cum illa adiecit ei quinquidem annos vitae, et victoriam miraculosam cassis 485 millibus Assyriorum, *Isaie* xxviii. Salomon petit sapientiam, sed Deus cum ea dedit illi ingentes opes et gloriam, *III Reg.* iii. Daniel petit liberationem populi e captivitate Babylonica; sed Deus dedit illi oraculum et promissionem de adventu Messiae ad redimendum totam mundum e captivitate diaboli, *Daniel* ix, 24. David petit filium; sed Deus praestitit ei Messiam: illum enim ei promisit, factique ex eo nasci, *II Reg.* vii, 42, et *Psal.* lxxxviii, 4. *Quartus*, quod sua dona conferat saepe in eos, quos praesertim fore ingratos, imo in impios, infideles, haereticos, atheos, blasphemos et reprobos, juxta illud Christi: «Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, etc., ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est, qui solem suum orti facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos, » *Matth.* v, 44.

Moraliter discamus hic primo, liberales esse in Deum liberaliter ei serviendo, cum ipse tam liberalis sit in nos, quia eo velle liberioriorem in nos jugiter experiemur. Certat enim ipse nobiscum, et cum sit liberalissimus, non patitur se liberalitate nostra vinci. Hoc est quod promisit per Isaiam, cap. lxxvi, vers. 11: «Ut sugatis et replemini ab ubere consolationis ejus: ut mulgeatis et delictis affluatis ab omnimoda gloria ejus. Quia haec dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugatis; ad ubera

portabimini, et super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos. » Praeclare Nazianzenus, orat. *de Amore pauperum*: «Nihil, ait, tam divinum homo habet, quam de aliis bene mereri. Fac calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando. » Et Nysseus *de Pauper. amandis*: «Beneficentia, inquit, est omnium laudatarum virtutum praestantissima. Haec est felicitatis comes. Haec assidet Deo, et magna est cum ipso necessitudine conjuncta, » uti ipsamet per visum apparet S. Iohannis Eleosynario, inclians eum ad eleosynam, affirmavit. Quin et Seneca, lib. III *De Beneficis*, cap. xv: «Qui dat, ait, beneficia, deos imitatur; qui repetit, feneratorum. »

Haec secundo, cum Deo in se nihil reddere possimus, reddamus ei id ipsum in sua imagine, puta in proximis nostris, ut in eos liberaliter sapientiam, gratiam ceteraque bona quae a Deo accipimus, effundamus: ideo enim ea ille nobis dedit, tanto plura daturus, quo plus in alios effundemus. Sicut enim fontes quo plus effluunt, eo plus affluent: si enim non efflueret aqua, nova non afflueret; prior enim canallem occuparet, et affluentem excluderet: ita prorsus se res habet in doctore, praedicatori, eleosynario, etc., ut quo plus dat proximo, eo plus recipiat a Ieo, uti ex S. Paulo et Basilio docuit *II Corinth.* ix, 8 et seq.

Tertio, imitemur Deum, ut petenti simplicem deus duplum. Sic Christus petentibus sanitatem corporis, addidit et animae; de quo proinde S. Petrus *Actor.* x, 38: «Qui pertransiit, inquit, benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo. » Unde Christi et Pauli axioma fuit: «Beatus est magis dare quam accipere, » *Actor.* xx, 35. Vide ibi dicta.

Hujus rei illustria exempla dederunt Gentiles: pudeat Christianos, si eos non superent, sed ab eis liberalitate se superari patiantur. Ita Plato Diogeni paululum vini et caricorum petenti integram lagenam vino plenam misit. Sed Diogenes more suo cynicus, id est caninus, ei egit gratias dicens: «Cum interrogaris, quot sint duo et duo? respondes viginti: ita non secundum ea quae rogaris das, nec ad ea quae interrogaris respondes; » uti refert Laertius, lib. VI, cap. 1, qui et addit Diogenem dicere solitum, manus non esse porrigendas amicis complicatis digitis, sed explicatis et liberalibus. Demosthenes rogatus, quid Deo simile haberent homines? respondit: «r. benigne facere; » ita Maximus, *serm.* 8. Cleero, orat. *pro Ligario*: «Homines, inquit, ad deos nulla re propius accedunt, quam dando. Nihil habet fortuna tua majus, quam ut possis, nec natura melius, quam ut velis servare quamplurimos. » Anaxilaus rogatus, quid in tyrannide esset felicissimum? respondit: «In conferendis beneficiis nunquam vinci; » ita Stobaeus, *serm.* 46. Cyrus, Persarum rex, ornamenta ad se missa distribuit in amicos, nihil sibi reser-

vans. Rogatus cur? «Ornatus, inquit, amicorum, ornatus meus est;» ita Maximus, *serm. 6.* Dionysius ad filium ingressus, videns copiam vasorum ureorum: «Non est, inquit, in te regis animus, qui his poculis qua a me tam multa accepisti, neminem tibi amicum feceris;» ita Plutarchus in *Regum Apophtheg.* Alexander Magnus rogatus, ubi hunc suum thesaurum haberes? amicos ostendens, ait: «In his scriniis;» ita Maximus, *serm. 6.* Idem omnia in amicos distribuens, rogatus a Perrillo, quid regi superasset? respondit: «Spes acquirendi majora.» Idem eundem donans urbeni, cum ille diceret, id non convenire fortuna sua, respondit Alexander: «Non quero quid te accipere, sed quid me, qui rex sum, dare deceat.» Idem Perrillo pro dote suarum postulanti decem talenta, iussit dari quinquaginta, dicens: «Tibi quidem satis est tantum accipere, mihi vero non satis est tantum dare;» ita Plutarchus in *Regum Apophtheg.*, qui et addit Alexandrum Xenocrati quinquaginta talenta misisse, ut ea suis amicis elargiretur. «Nam mihi, inquit, vix Dari opes in amicos suffecerunt.» Idem rogatus: «Quis esset rex optimus? qui amicos?» inquit, munus hunc retinet, et inimicos beneficiis reconciliat;» ita Maximus, *serm. 9.* De *Magistratu.* Ille liberalitatem ab Alexandro didicisti ejus dux Ptolemæus Lagi, primus rex eum Aegypti rex, qui amicos suos locupletabat, dicens: «Melius est dilare, quam dilacerare,» fests. *Eliano*, lib. XIII *Varia Hist.* Antonius triumphans cum Lepido et Augusto, adeo in donis erat profusus, ut dicitur amplitudinem imperii Romani non per ea que acciperet, sed per ea que daret illustrari, ait Plutarchus in ejus Vita.

Verum Christiani heroes hæc in re longo superarunt Gentiles. Nota est omnibus profusa magnificentia S. Joannis Baptistæ Alexandrini, qui inde cognomen tulit Eleemosynarii. Experientia enim continua dicitur, se cum duplum daret, quadruplum recipere.

Et S. Paulini Nolani Episcopi, qui viduus potenti stipem, partemque lyri ad redimendum filium, semelipsum, quantum quantum erat, pro filio in servitum Wandalis tradidit, ideoque meruit omnes Nolanos, civis suos, secum a servitute liberare.

Memorabilis quoque fuit liberalitas Adriani II Pontificis, qui ingenti turba peregrinorum confuente, cum œconomus diceret se non habere tantam, ut vel denarium singulis erogaret, quadraginta enim denarios duntaxat habebat: «Virtute, inquit, Christi, qui de quinque panibus et duobus piscibus quinquaginta milia hominum satiavit, non singulis singulos, sed ternos singulis denarios erogabo.» Dixit et fecit, ac superfluum sex denarii. Tum ad œconomum conversus: «Vides, inquit, quam largus et suavis sit omnipotentissimus Dominus, qui quadragenariam quantitatem nummorum et fratribus nostris per ternos distribuit, et mihi ternos, et tibi ternos æqua sorte

servavit;» ita ex Anastasio Bibliothecario Baronius tom. X, anno Christi 867.

Et non improbat, — non exprobat, dicens: Tu in mox es ere, tu mihi debes animum, hoc ego beneficium in te immerentem contuli, plura dedi quam merearis, etc.; exprobat enim he beneficiis sine tinea et serugo liberalitatis, que omnem ejus gratiam exsugit, omnem ejus colorem et speciem deformat et decolorat. Unde monet Sapiens *Eccli. XII, vers. 28.* ut caveas a ab amicia de sermonebus improprie, et cum dederis, ne improprie. Et cap. XVIII, vers. 18: «Stultus acriter improprie, et datus *(sic)*, id est datio, donatio) indisciplinatus tabescere facit oculos;» quia cum tibi dedit, contrariat et pœnfacit suis improprie, impudentia et duritie; et cap. XX, vers. 14: «Datus insipientis, non erit utilis tibi; oculi enim illius septemplex sunt, id est, multiplices, q. d. Multipliciter oculos in te facta et nichil significat, se plus a te expectare quam dedit. «Exigua dabit, et multa improprie; et apertio oris illius inflammatio est,» id est cholera, q. d. Tibi dure, aspera, cholericæ loquetur, græce *ἀσπερὸν ἐστὶν ἡ γλῶττα τῆς ἀσπερῆς*, id est, *apertis os meum ut præro, vociferabitur ut presso*, ubique preconizabit suum beneficium, et tuam indigentiam, vel ingratitude. In quem intorquetur Democritus suum illud speculum; a dolo peras, quia gratias virgines, meretrices effecti;» de quo Maximus *serm. 8.*

Quocirca sapienter Chilon Laedæmonius dicebat: «Dati beneficii dæcere oblivisci, accepit autem meminisse,» fests. *Laertio*, lib. I, cap. IV.

Alexander Magnus vero regium esse dicebat, a quibus male audias, in eos sepe et multum conferre, teste Pontano, cap. XXX *De liberalitate.*

Ex adverso Aristoteles Cyrenensis assererat, «non oportere beneficium oblatum a quoquam recipere. Aut enim, ut respondere possit, molestias habiturum; aut si non referat, ingratum audibitum;» ita *Eliano*, lib. X.

Huc spectat cavillus Antigoni, quem refert Seneca, lib. II *De beneficiis*, cap. XVII: «Ab Antigono, inquit, Cynicus petiit talentum; respondit, plus esse quam quod Cynicus petere debere. Repulsus, petiit denarium; respondit, minus esse quam quod regem deceret dare. Turpissima est ejusmodi cavillatio. Invenit quomodo neutrum daret: in denario regem, in talento Cynicum reperit, cum posset et denarium tanquam Cynico dare, et talentum tanquam regi. Idem Seneca ibidem cap. X: «Hæc, ait, beneficii inter duos lex est: alter statim olivisci debet dari, alter accepti nunquam. Lacerat animum et premit frequens meritorum commemoratio;» et cap. XI: «Quocirca dices: Ego te servavi, ego te eripui morti, etc. Admonitio tædium facit, exprobratio odium;» et cap. XIV: «O superbia magna fortuna! o stultissimum malum! ut a te nihil juvat accipere, ut omne beneficium in injuriam convertis, quidquid

das corrumpis.» Deus ergo cum sit liberalissimus, nemini exprobat donum, quod scilicet nimis, vel plus dederit quam homo mereatur, si dono suo uti, preterite et sancte vivere velit, uti videmus in Saulo, Magdalena, Petro, etc. Exprobrat tamen imple ingratitudinem, quod tot beneficiis affectus, maleficia Deo rependat, usque cum Dei beneficentia certet, ac in improbitate sua durus et obstinatus persistat. Talis exprobratio Dei est: *Michea IV, 3:* «Popule meus, quid feci tibi? etc. *Jeremia IV, 4; Isaiæ I, 2,* et seq. Sic in die iudicii Deus exprobrabit reprobis, quod gratia sua abusi sint ad suam perniciem et damnationem, ut patet ex parabola debentis decem millia talentorum, et ex gentis a conservo centum denarios, *Math. XVIII, 24.*

Et dicitur et. — Si videlicet potest pro se, necessaria ad salutem, pie et perseveranter. Hanc enim quatuor conditiones si habet oratio, certo impetrabit id quod petit, ait D. Thomas, II, *Quest. LXXXIII, art. 15, ad 2.*, qui et addit ex S. Augustino in *Senten.*, *Sent. 213:* «Fideliter supplicans Deo, ait, pro necessitatibus hujus vite, et misericorditer auditur, et misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utile, magis novit medicus quam œgrotus. Et propter hoc etiam Paulus non fuit exauditus, petens amoveri stimulum carnis, quia non expeditabat.» Et S. Basilus, *serm. De orando Deum.* «Ideo, ait, quandoque petis, et non accipis, quia perperam postulasti, vel leniter, vel fideliter, vel non conferentia tibi, vel destitisti.» Quocirca Plato in *Secundo Alcibiade* hunc orationem assignat: «Deus opt. max. optima quam dedit nobis voventibus, et non voventibus, tribue, mala autem poscentibus quoque abesse jube.» Nam, ut ait S. Bernardus, *serm. Contra vitium ingratitude:* «Sepe misericordie est, subtrahere misericordiam; quemadmodum ire et indignitatis, misericordiam exhibere.» Et S. Gregorius, lib. XV *Moral.*, cap. XII: «Majoris, ait, ingratitude est, cum hoc tribuitur, quod male desideratur, alque inde repentina ullo sequitur, quia hoc quoque obtinuit quod deo irascens concupivit. Beneficium ergo tunc negare, non maleficium, sed beneficium est; sicut parentes benigne negant cultros parvis poscentibus, ne iis se lædant: iis enim dare beneficium quod postulant, esset eis irgens facere maleficium.»

6. POSTULET AUTEM IN FIDE NIHIL HESITANS. — «Fides» hic tripliciter sumitur, vel potius tria complectitur, que in oratione poscit S. Jacobus: *Primo*, fidem proprie dictam; *secundo*, fiduciam, sive spem certam; *tertio*, credulitatem et firmam persuasionem obtinendi quod petimus. Huius triplici fidei opponitur hesitatio pariter triplex: *prima*, est hesitatio in fide, que est incredulitas et infidelitas; dubitans enim in fide, si in dubitatione sit pertinax, est infidelis et hereticus. *Secundo*, est hesitatio in fiducia, que est diffidentia vel desperatio. *Tertio*, est hesitatio in credulitate,

que est dubitatio, aut opinio et persuasio non obtinendi id quod petimus.

Primo ergo S. Jacobus ad orationem requirit fidem proprie dictam, non tantum generalem de Dei omnipotentia, providentia, munificentia, veritate, paternæ cura et amore erga nos, quod scilicet ut Deus possit, et ut pater velit, nobis quasi filiis suis beneficare: sed et particularem, quod scilicet id quod petimus, dabit nobis, si id expedit. Idipsum enim ipse promisit, qui mentiri, falli, aut fallere nequit, dicens: «Omnia quecumque orantes petitis, credite quia accipietis, et evenient vobis, *Marci XI, 39; Matthæi XXI, 21,* et alibi sæpe. Credimus enim ille divina Deum in promissis esse fidelem, ac proinde cum nobis id quod in oratione petimus, daturum, utpote cum idipsum promiserit, qui, uti seipsum negare nequit, ita nec promissa sua violare. Hanc fidem passim exegit Christus ab iis qui poscebant salutem, ut a cæcis, *Matth. IX, 28:* «Creditis, inquit, quia hoc possum facere vobis?» cumque responderent: «Alique Domine,» audiverunt: «Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum.» Dices: Ergo vera est fides specialis hereticorum, qui se credunt justos, prædestinatos et infallibiliter salvandos. Cum enim petant a Deo justitiam, salutem et gloriam, utique hæc a Deo assequuntur: Deus enim promisit se præstaturum quicquid ab eo petimus. Respondo: Promissio hæc Dei non est absoluta, sed conditionata, si videlicet oramus et petamus eo modo quo oportet, puta cum debita fide, humilitate, puritate, reverentia, devotione, perseverantia, etc. Ignoramus autem et incerti sumus, an hæc in oratione conditiones præstamus; ac proinde pariter incerti sumus an justitiam et salutem quam petimus, si-mus obtenturi.

Secundo, fides hæc, ut docet S. Cyrillus, *catech. 5.*, poscit paritque fiduciam: unde Apostolus fidem definiens, *Hebr. XI, 1*, ait, quod ipsa sit «substantia rerum sperandarum,» fides enim omnipotentia et fidelitatis Dei in præstantis promissis, est substantia, id est, basis et fulcrum spei et rerum sperandarum. Hoc est quod ait S. Augustinus, *serm. 36 De Verbis Domini:* «Si fides deficit, oratio perit. Unde et Apostolus, cum ad orandum exhortaretur, ait: Omnia quecumque ire vocaverit nomen Domini, salvus erit; ut ostenderet fidem esse fontem orationis (ac consequenter et spei, que est mater orationis; nemo enim orat, nisi qui sperat se accepturum), nec posse ire rivum, ubi caput argui, sicaretur, adjuvanti: Quomodo invocebant in quem non crediderunt?» Hanc fiduciam pariter posceat Christus, ut a paralytico, *Matth. IX, 2:* «Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua;» et ab hæmorrhœisa, vers. 22: «Confide, filia, fides tua te salvam fecit.» Vides hic, ut Christus cum fide poscat confidentiam, quam parit fides quasi mater filiam. Unde S. Thomas, II, II, *Quest. LXXXII, art. 13.*

ad 3: «Oratio, inquit, efficaciam merendi habet a charitate, at vero efficaciam impetrandi a fide et fiducia,» ut ait hic S. Jacobus. Porro certitudo spei nequit esse tanta, quanta est fides: «Quod enim videt quis,» per fidem divinam, «quid sperat?» ait Paulus, *Rom. viii*, 24. Unde S. Chrysostomus, imo Apostolus ad *Hebr. vi*, 18 et 19, fidem assimilat columnam domum sustentanti: hæc enim sustentatio est firmissima; spem vero anchoram, quæ navim in fluctibus sustentat, sed ita, ut iis jactetur et fluctet: sic enim et spes nostra inter fluctus timoris et confidentiæ jactatur et fluctuat. Verum quo major est fides, eo majorem gignit spem; et quo major est spes, eo validior est oratio, certiusque impetrat rem postulatam, ut fuit in S. Dominico, qui dicebat se nihil inquam postulasse a Deo, quod non impetrasset, et in S. Thoma Aquinate, qui asserbat se associatum omne id, quod per intercessionem B. Virginis efflagitasset. Quocirca S. Callianus Senensis in orando hanc spem accebat, dicens: «Domine, non dimittam te, nisi id quod postulo, v. g. conversionem hujus vel illius peccatoris, a te obtinero;» hæcque omnia obtinebat. Porro hæc fiducia oritur partim ex puritate et sanctitate vite, partim ex libertate sanctæ et familiaris Deo consuetudinis, juxta illud *I. Joan. iii*, 21: «Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; et quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata ejus custodimus, et ea, quæ sunt placita coram eo, facimus;» partim et potius ex instinctu Dei, qui orantes animat, et quasi promittit: «daturum id, ad quod petendum eos impellit et instigat. Quocirca hic fides magis fiduciam, quam fidem significat. Spei enim et fiducia proprius actus est oratio: quare quo major et efficacior est fiducia, eo major et efficacior erit oratio. Unde et in oratione maxime excitanda est fiducia, idque docet hic S. Jacobus, *g. d.* Postulate sapientiam magna certaque fiducia, ita eam certo impetrabitis.

Petes: Cur Deus adeo exigit in oratione spem? Respondeo primo, quia congruus ordo et dispositio eam post: deest enim orantem sperare id quod orat, imo sine spe rite orari nequit; nemo enim orat id, de quo desperat. Sicut ergo in vase, ut capiat ingentem vini copiam, requiritur ingens capacitas, ita in orantem, ut recipiat ingens donum a Deo, requiritur ingens fiducia. Hæc enim in anima idem est, quod capacitas in vase, ut docet S. Bernardus verbis mox citandis. Secundo, quia spes est quasi fistula et canalus, qui ab homine e terra in cœlum ad Deum erigitur, ut per eum defluant et depluant aquæ cœlestium gratiarum in ipsum. Sicut ergo aquæ cœlestis pluvie nisi in canali recipientium, in eumque conflant, diffundunt et disperunt: ita et imber gratiarum Dei nisi canali fiducia hauriatur et accervetur, in alia quolibet se diffundit et dispergit. Tertio, quia spes et oratio sperans est quasi pecunia, qua

gratiam a Deo emimus: nihil enim aliud ipsi pro ea offerre et dare possumus. Hanc vero spem magni ipse estimat: quia ea ipse summe honoratur. Ea enim profitemur, nos nobis diffidere, eo indigere, ipsumque esse omnipotentem, fidelem, liberalem, imo Deum, patrem, gubernatorem, provisorem nostrum omniumque creaturarum. Sicut ergo mendicus sperans, et laudans opes et liberalitatem divitis, ab eo emendat, emit et impetrat elemosinam, sic et nos a Deo. Hæcque spe, quasi honore Dei, emimus amorem opesque Dei.

Tertio, sicut fides poscit pariterque spem et fiduciam, ita spes parit fidem, id est, credulitatem et persuasionem obtinendi id quod petimus. Sic fides subinde sumitur pro credulitate, non divina et certa, sed humana et probabilis, ut *Rom. cap. xiv*, vers. 23: «Omne quod non est ex fide id est, ex credulitate, puta ex conscientia, qua dicitur et credit hoc illud sibi licere, v. g. manducare idolytia, peccatum est,» *g. d.* Quidquid facis contra dictamen et persuasionem conscientie, in eo peccas. Quo ergo major est spes in affectu, eo majorem gignit fidem et credulitatem obtinendi in intellectu. Ratio est, quoniam dat S. Bernardus, *serm. 3 De Ammon. Dom.*: «Sola, ait, spes apud te (Domine) misericordiam obtinet locum, nec oleum misericordie, nisi in vase fiducia ponis.» Qui ergo hoc Dei decretum novit, et hanc spei vim, ubique ex ea concepit fidem, id est persuasionem obtinendi id quod sperat et postulat.

Fides hæc triplex ad orationem efficacem requiritur. Unde solet eam Deus prius quam donet rem postulatam, postulanti aspirare, ac proinde illa ingens est donum Dei, et quasi certum præsagium rei consequende, etiam per miraculum, si opus sit. Hæc est enim fides miraculorum, mirum fides conjuncta cum certa fiducia divina opus ad patrandum miraculum, quam fiduciam parit instinctus Dei thaumaturgum animantis, eique quasi promittentis suam opem ad miraculum, quod patrare tentat, de qua Christus *Matth. cap. xxi*, vers. 22: «Si habueritis, inquit, fidem, et non hesitaveritis, non solum de ficulna facietis, sed et si monti huic dixeritis: Tolle, et jacta te in mare: fiet, et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.»

Vult enim Deus nos sibi plane fidere, ut fiducia nostra honoremus ejus de nobis paternam curam et providentiam. Quare gaudet se ea vinci, eoque sibi piam quasi vim inferri. Orans enim colloquitur cum Deo, sicut Jacob cum angelo, qui eum vincens, ab eo benedictionem obtinuit, et vocatus est Israel, id est, dominans: *Gen. xxxii*, 28. Ex adverso Deus diffidentiam odit, quasi minus dignæ de se suæque benignitatis sententiam. Quocirca Sapiens, *cap. i*: «Sentite, inquit, de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis querite illum, quoniam invenitur ab his qui non tentant illum; apparet autem eis qui fidem habent

in illum,» *græcè: τὸ ἐν ἀποκρίσει, id est, qui non disputant ipsi.* Unde Cassianus, *Collat. ix*, cap. xxxi, hæc illi signum certum exauditiæ orationis, «si abinuisse nos in ipsa orationis effusione quod poscimus, nosserimus. Tantum enim quis exaudiri atque obtinere merebitur, quantum vel in spei se a Deo, vel Deum crediderit posse præstare. Irretractabilis namque est illa Salvatoris sententia: Quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, et eveniat vobis.» Ex adverso, *cap. xxxiii*: «Pro certo, inquit, non exaudientur se supplicans quisque non dubitet, cum se dubitaverit exaudiri.» Addit deinde varias causas, ob quas exaudiri oratio.

Moraliter discit hic mensuram orationis et impetrationis esse fidem et spem: quod certo speras, hoc certo impetrabis: magna spera et postula, magna impetrabis. Quo enim magis dilatas animam per spem, eo illam donorum Dei capaciorem efficit, eo magis Deus eam illis implebit, juxta illud oraculum: «Dilata os tuum, et implebo illud,» *Psal. lxxxv*, 11.

Quocirca sapienter S. Bernardus, *serm. 45 in Psal. xc*: «Sperate in eo, inquit, omnis congregatio populi. Quæcumque enim locum occupaverit pes vester, vester erit: pes vester, utique spes vestra est, et quantumcumque illa processerit, obtinebit: si tamen in Deum tota figatur, ut firma sit, et non libet. Quid timeat aspidem, ut basiliscum? quid leonis rugitus, aut draconis sibilos expavescat? Quoniam in me speravit, liberabo eum.» Idem clarius, *serm. 32 in Cant.*, loquens de Sanctis magnis et magnanimis: «Magna, inquit, audent, quoniam magni sunt, et que audent, obtinent. Magna si quidem fides magna meretur: et quatenus in bonis Domini fiducia pedem porrexeris, catenas possidebis. Istiusmodi magnis spiritibus magnus occurrit sponsum, et magnificabit facere cum eis.»

Ita Judas Machabeus eum paucis illustres de Antiocho, ejusque maximis copiis habuit victorias; sed in ultimo prælio videns suos dilabi, contractus spe et animo, dicensque hesitante: «Eamus contra adversarios nostros, si pugnare poterimus contra eos,» succubuit et occubuit, *I Machab. ix*, 8.

Hæc fiducia pollens Sisois abbas, orans pro Abraham discipulo suo tentato et lapsu, fidenter dixit: «Deus, vis non vis, non dimitto te, nisi curaverimus eum.» Et curatus est discipulus, ut habetur in *Vitis Patrum*, lib. VI, cap. iv, num. 14.

Eadem armatus Theodoretus dicebat: «Si cœlum terræ adhereret, Theodorus non formidat;» *poposcerat enim a Deo, ut auferretur ab eo formido: ibidem lib. V*, cap. vii, num. 6. Plura illustris hujus spei et rei exempla recensuit *Ierem. cap. vii*, vers. 8.

Porro hæc non solum solis dicuntur, sed et peccatoribus. His enim, si ponere velint, certa a Deo

venia, gratia et salus (in quibus vera consistit sapientia) promissa est: ac proinde illi eandem certa fide et spe postulare debent, uti postulavit S. Magdalena, ideoque impetravit dum a Christo audivit: «Fides tua te salvam fecit, vade in pace,» *Luce. cap. vii*, vers. 50. Et paralyticus, dum audivit a Christo: «Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua,» *Matth. ix*. Hoc est enim quod passim per Prophetas clamat et promittit: «Convertimini ad me, et ego convertar ad vos. Si impius egerit penitentiam, etc., vita vivet, et non morietur, omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor,» *Ezech. cap. xviii*, vers. 12.

Nihil hesitans, — *ἄνευ δισταγμοῦ, id est nihil diducians, nihil disceptans, nihil disqurens (secum disceptat ac diduciat, qui non plane confidit), nihil ambigens, nihil addubitans, nihil disputans, nihil hesitans: qui enim dubitant, secum ipsi disputant alternantibus sententiis, ut patet in iis qui perplexi sunt, scrupulosi, anxii, metulosi, pusillanimes, melancholici.*

Hesitatio ergo hæc, vel fidei opponitur, et est incredulitas; vel potius fidei, et obtinendi rem petitam, et est diffidentia. Si sit incredulitas, revocatur in dubium Dei potentiam, bonitatem, veritatem, et quod non exaudiat, etiamsi adsint requisita ad orationem. Si sit diffidentia, hesitatio et diffidit non potentia et promissioni Dei, sed suis meritis, quod scilicet ob suam indignitatem rem tantam quam petit a Deo, non obtinebit. Diffidentia hæc oritur ex aetia et pusillanimitate. Sic hesitavit Moses ob populi rebelliam indignitatem, dicens: «Nam de petra hæc poterimus vobis aquam efficere?» *Num. xx*, 10; ideoque multatus est morte in deserto, nec permissus ingredi terram promissam. Sic hesitavit Petrus videns ventum in mari, ideoque mergi cepit, *Matth. cap. xiv*, vers. 31; unde audivit a Christo: «Mortuæ fidei, quare dubitasti?» Quocirca hesitatio hæc non comprehendit timorem, qui spei conjunctus, moderatus et sanctus est, donumque Dei. Sicut enim Sancti in cœlestis actionibus, sic et in oratione habent fiduciam, sed junctam cum timore. Nam ut vulgare habet proverbium: *Spes in vobis est, in Deo certus.* Jam varii Sanctorum fuerunt, et sunt Spiritus, et virtutes. Alii enim exercebant se et excellenter in spiritu timoris, uti S. Ephrem, S. Arsenius et Anachoretæ, de quibus Climacus, *gradæ de penitentia*. Alii vero magis exercebant se in spiritu fiducia et amoris, uti S. Antonius, cujus hæc erat vox: «Ego Deum meum amo, non timeo.» Hinc factum est, et fit, ut aliqui Sancti in oratione ostendant timorem et metum non obtinendi quod petunt, præsertim si sint res temporales, quæ animæ salutem non tangunt. In his enim sæpe Deus fideles non exaudit ad eorum voluntatem, ut exaudiat ad salutem. Sic David cum metu oravit pro vita pueri a se geniti ex Barsabee, dicens:

« Si forte donet eum mihi Dominus, » II Reg. xii, 22; et Ninivite orarunt pro venia, non culpe (hanc enim seclibant a Deo promissam penitentibus), sed penne et excosidit, dicentes: « Quis scit, si convertatur et ignoscit Deus, et reveratur a furore irasus, et non peribimus? » Jona iii, 9. Vido ibi aicta.

Verum prestat spiritus spei et amoris spiritus timoris et formidinis: unde quo magis crescit spes et amor, quo magis minuitur metus et timor. Denique « timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem; quoniam timor penam habet, qui autem timet, non est perfectus in charitate, » I Jona, iv, 18. Significat ergo hic S. Jacobus, orantem potius sperare debere, quam timere, se rem quam petit obtenturum. Unde ait: « Postulat in fide nihil hesitans. » Quare si vis fructuose orare, arde eam et in ea excita ingentem fidem et fiduciam, pro eaque Deum invocans, dicens cum Apostolis: « Adauge nobis fidem, » Luc. cap. xvii, 5. Et cum patre lunatici: « Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam, » Marc. ix, 24. Hinc S. Bernardus, serm. 4 De Quatuor, tria vitia et impedimenta orationis consignans, docet primo, eam non debere esse timidam; secundo, nec ex adverso temerariam; tertio, nec tepidam. « Timida enim oratio, ait, cœlum non penetrat: quia restringit animum timor immoderatus, ut orans non dicam non ascendere, sed nec procedere queat. Tepida vero in ascensu languescit et deficit, eo quod non habet vigorem. Tam temeraria ascendit, sed resiliit: resiliit enim ei; nec tantam non obinet gratiam, sed et meretur offensam. Quæ vero fidelis, et humilis, et fervens oratio fuerit, cœlum sine dubio penetrabit. Unde certum est, quod vana redire non poterit. » Petrus timida « ex eo oritur, cum se cogitat homo propriam indignitatem, ut non convertat oculos ad divinam benignitatem: abyssus enim abyssum invocat: abyssus luminosa abyssum tenebrosam, abyssus misericordia abyssum miseriam. Profundum namque est cor hominis et inscrutabile; sed si magna est iniquitas mea, multo major est, Domine, pietas tua. Ideo cum ad meipsum turbata fuerit anima mea, memor sum multitudinis misericordie tue, et respiro in ea: et cum introlero in potentias meas, nolo memorari justitie tue solius. »

QUI ENIM HESITAT, SIMILIS EST FLECTU MARIS, QUI A VENTO MOVETUR ET CIRCVMPERTUR. — Græcum *κλυθω* significat fluctuationem, tempestatem, turbationem, impetum, æstum undarum, præsertim cum a valido vento movetur, id est ventilatur, agitur, jactatur. Tunc enim fluctus fluctum continuo propellit, adeo ut reciprocantibus undis aquarum montes glomerentur, et navigantes videantur nunc in cœlum atolli, nunc in infernum descendere, iuxta illud Psalmi cvi, vers. 25: « Exaltati sunt fluctus ejus: ascendunt usque ad cœlos et descendunt usque

ad abyssos. » Et illud Ovidii, lib. I Tristium:

Me miserum quanti montes volvuntur æquarum?
Im jam tacitos sidera summa potes?
Quanta directo subdunt æquore rates?
Im jam tacitos tacita sœva rates:
Nec levius laterum abale sentiant ab undis,
Quam grave ballista moena pulsat onus.

Simili enim modo in oratione hesitans, et diffidens variis cogitationum, affectionum et passionum fluctibus, quos hesitatio quasi ventus excitat, impellitur et jactatur: ut nunc speret se obtenturum, nunc desperet, ibique dicat alternante animi restu: Obtinebo quod peto, non obtinebo; dabit Deus quod postulo, non dabit; sero dabit; medicus dabit: moror obtinere, non mereor: dignus sum, imo indignus: misericors et liberalis est Deus, sed est et justus rigidissimus: misericordia Dei magna est, sed peccata mea nimia sunt, quam ut exaudiri merear. Unde fit, ut nunc patiens Deum invocet, nunc impatiens queratur et murmuret; nunc exspectet; nunc adjicit animum, et irascatur, quod non statim exaudiat; hisque turbationum æstibus edit, raptique se simul, nec contra eos velis remissus committit, uti in tali re factu opus est. Hoc verius est cum quid adversi aut tribulationis insurgit, quod spera videtur elidere aut minuire. Tunc enim pusillanimes cadunt animo, cum potius tunc animos ad Deum, qui in arctis invocatus atrose solet, per fiduciam et orationem magis atollere, planeque in eo desigere debent. Sic ab oratoribus proverbialiter vocatur *κλυθω*, vel Euripus; homo varius, mutabilis, dubius fidei et inconstans, qui instar Euripi agitatur et fluctat; nunc ait, nunc negat; nunc vult, nunc non vult; nunc amat, nunc odit; nunc fidet, nunc diffidit. Euripus enim maris pars est inter Aulidem et Eubœam, septies die ab nocte reciproans; de quo Cicero pro Marcia: « Quod enim fretum, inquit, quem Euripum tot motus, tantas, tam variis habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, et quoniam æstus habet ratio commotionum? » Ferunt Aristotelem in indaganda causa tante reciproationis Euripi, ab eo esse absorptum, hinc illud vulgo tritum: « Euripus habet Aristotelem, non Aristoteles Euripum. » T. Livius, lib. VIII *Belli Punici*, Euripum a ventis quibusdam illic flantibus, ita rapti credit. Objicit Eschipes Demostheni, quod subinde commutata flectio Euripum ipsum inconstantiam suam vicisset.

Tales hodie sunt multi, qui constanti sunt inconstantes. Talis quoque est Euripus humane felicitatis, vel infelicitatis, que graphice depingit Nazianzenus, epist. ad Sapphrentiam: « Vides, inquit, que sit conditio rerum nostrarum, utque rota quedam negotiorum humanorum cursu circumagatur, nunc his, nunc illis florentibus ac mercantibus: dum neque prosperitas, neque adversitas, nobis constat, sed quam occisime in diversum mutatur ac transiit, ut auris aut litteris

aque inscriptis fidere liceat citius, quam humana felicitati. » Tales denique sunt impii et mundani, qui æstibus cupiditatum continuo agitantur ac jactantur, qui proinde similes fluctus et æstus in oratione subeunt, de quibus Isaias, cap. lvi, vers. 20: « Impli, ait, quasi mare fervens quod quiescere non potest, et redundat fluctus ejus in conculationem et lutum. Non est pax impiis, dicit Dominus. » Exemplum illustre est in Cain fratricida, Gen. iv, 13. Piis vero est pax, indeque pacifica, constans et felix mens, fiducia, oratio, operatio ac vita. Talis fuit Anna, mater Samuelis, que pro eo orans eum impetravit, « Vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati, I Reg. cap. i, vers. 18.

7. NON ERGO ESTIMET HOMO ILLE QUOD ACCIPIAT. — Pro ergo Græca habent *ἴσθι*, id est enim, sed sensum reddidit, q. d. Ne quis hesitet postulans, similisque sit fluctu maris; si enim talis sit, edocet ille quod nihil accipiet. Hoc autem est id, quod clare et cum emphasi dicit Interpres: « Non ergo estimet homo ille quod accipiet: » Adde Græcum *ἴσθι*, et Latinum enim, multa significare, nimirum *utique, profecto, omnino, certo, nimirum, quidem, igitur*: et omnibus his modis verti potest, que omnia Noster complexus est, vertendo ergo. Sic enim latine, subinde inchoat sententiam, idemque videtur esse quod ergo, ut apud Plantum in *Trucimmo*: « Enim me nominat; » et in *Persa*: « Enim non lois; » et in *Mel*: « Enim cognovi nunc. » Denique hebraizat S. Jacobus. Hebraico enim *ἴσθ* (ut vertit Syrus), id est *et*, significat enim, quoniam, certe, utique, igitur, etc. Est argumentum a contrario, q. d. Postulat in fide; ergo enim impetrabit: quia qui postulat hesitans et diffidens, nil impetrabit. Nam sola oratio fidens et constans meretur impetrare quod petit.

Nota: Loquitur S. Jacobus de acceptione et impetratione quantum est ex vi, et quasi merito orationis. Nam aliqui Deus subinde ex sua liberalitate supplet fidei et fiducie defectum, ac hesitantibus postulata largitur, uti largitus est reguli dubitanti an Christus absens filium absentem curare posset, multo magis an mortuum posset resuscitare, Joan. cap. iv, vers. 49. Absens enim cum curavit, ut hanc illi de se fidem et spem inderet, se nimirum esse Filium Dei omnipotentem, Messiam, Salvatorem mundi. Hanc enim fiduciam in mundo erat nova, recens et inaudita: unde a Christo miraculis probanda et confirmanda erat, uti notat S. Gregorius, hom. 26 in *Evangelio*. Eadem de causa curavit lunaticum post increpationem incredulitatis: « O generatio, ait, incredula et perversa, quousque ero vobiscum? usquequo vos patiar? » *Math. xvii, 17.*

8. VIT DUFLEX ANIMO. — Spectat hoc ad præcedentia (4): et unde S. Petrus apud S. Clementem,

lib. VII *Constit.*, cap. xii, huc alludens ait: « No sis in precatione tua duplex animo, ambigenti utrum sit futurum, an non. Mihi enim Petrus dixit Dominus in mari Modice fidei, quare dubitasti? » Et S. Ignatius, epist. 43 ad *Heremonem*: « Ne, ait, sis duplici animo in precatione tua: beatus enim qui non ambigit. » Unde Syrus vertit, *vie dicitur animo*, id est dubius, græce *διψατος*, id est *bianimis*, duas quasi habens animas. Qui enim dubitat et hesitat, videtur habere duas animas: unam, qua sperat futurum id quod petit, alteram qua diffidit et desperat: unam, qua credit Deum potentem et misericordem, alteram qua credit eum severum, nec facturum id quod petit. Opponitur hæc duplicitas simplicitati, qua fidelis in uno Deo fidem suam et spem firmare loare et firmare debet. Itursum duplex animus, est timidus et irresolutus, qui ex timore animum habet divinum, ut in ærumnis spem non ponat in Deo, nunc in homine, dum nunc Dei, nunc, quasi a Deo desertus, hominum opem implorat.

Secundo, *διψατος*, id est, *bianimis et bicolor*, dicitur, qui animum et cor partim Deo et cœlo, partim mammonæ et terræ, partim virtuti, partim vitio et cupiditati affigit. Hujus enim animus in duo distantissima dividitur, et quasi disceptitur in duos. Ita Æcumenius. Tangit ergo S. Jacobus hic radicem mali, puta hesitationis in oratione. Ideo enim hesitantes fluctuant fide et spe in orando, quia fluctuant mente, dum simul volunt placere Deo et mundo, simul amare cœlestia et terrena, simul gaudere bonis presentibus et futuris; hos redarguit Christus, *Math. vi, 24*, dicens: « Nemo potest duobus dominis servire, etc. Non potestis Deo servire et mammonæ. » Non potestis uno oculo cœlum, altero terram spectare. Opponitur hæc duplicitas simplicitati affectus et amoris, que totum cor et amorem in uno Deo et virtute collocat. Porro radix hujus duplicitatis est varietas, imo contrarietas affectuum, que oritur ex eo, quod anima hominis partim sit rationalis, partim sensitiva: quatenus enim rationalis est, amat bonum honestum; quatenus sensitiva, bonum delectabile, quod sepe honesto repugnat. Unde nonnulli Philosophi videntes in homine tantam contrarietatem affectuum et amorum, ex ea collegerunt in homine esse duas animas sibi invicem contrarias, unam rationalem, qua communicat cum angelis, alteram animales, qua communicat cum bestis. Verum hic est error.

Tertio, *διψατος*, id est, *bianimis*, vel duplex animo, est levis et mutabilis instar polyphi, vel chameleontis, qui omnium rerum, quibus se applicat, colores in se suscipit. Hæc enim levitas est mater inconstantia, de qua subdit S. Jacobus dicens: « Inconstans est in omnibus viis suis. » Hæc

puncto post Dominum, et substituto commate, aliqui volunt, ut sensus sit: Talis homo, animo duplex, fluctans in omnibus actionibus suis, non existimet se aliquid accepturum esse a Domino.

(1) Imo versus 7 et 8 uno spiritu legendos subliato

levitas quoque parit hasitationem in oratione, de qua processit sermo. Unde Cassianus, lib. VII *Instit.*, cap. xv, et S. Bernardus, *epist.* 99, hanc Jacobi sententiam applicant apostatis, qui habitum Religionis quam susceperunt, ex levitate excutiant et ad seculum redeunt. Opponitur hæc dupliciter constantiam, qua quasi simpliciter, absolute et constantem recte rationi et bono honesto sanctoque adheret (1).

Quarto, *ἀκράτος*, id est *biontatis*, est hypocrisis, parasitus, omnique valet et versipellis. Hic enim duplex habet cor, unum verum, alterum fictum. Nam, v. g. fingit se Deum amare, cum amet scelerata; fingit se fidelem et piū, cum sit impius et infidelis. Tales sunt heretici, item Politici, qui cum Catholicis sunt Catholicis, cum hereticis heretici, cum atheis athei. Item qui cum castis sunt casti, cum incestis incesti, cum sobrijs sobrii, cum ebrijs ebrii: sum enim pallium ad omnem ventum obvertunt. Hi sane exosi sunt Deo, ne proinde eorum orationes, ob hypocrisim et impietatem, Deo sunt execrabiles. Opponitur hæc dupliciter simplicitati, id est sinceritati: hinc enim adversatur hypocrisis.

Tales quoque sunt bilingues et adulatoris, de quibus *Psalm.* xi, 2: « Labia dolosa in corde et corde, » id est, duplici corde, locuti sunt. « Unum enim cor habent in ore, melleum et adulatorium, alterum in mente felleum et hostile. Unde horum symbolum est perdux, avis dolosa, ut ostendit *Jerem.* xii, 49 et 50, quam in Paphlagonia vere habere duplex, vel bifidum cor, tradidit Plinius, lib. XI, cap. iii, et Gellius, lib. XVI, cap. xv.

Bilingues ergo sunt bicordes, ideoque bicorporis, imo bicornes; sinceri vero et simplices sunt unanimes, unicordes, uncorporis, unilingues, ideoque fortissimi et invicti quasi unicornes. Hoc optabat *Psalm.*, dicens *Psalm.* lxxxv, 11: « Letetur cor meum, ut timeat nomen tuum; » pro letetur, hebraice est *יִיחַד* *ichad*, id est, *unicum*, aut *unum* *foe cor meum*, ut vertunt Symmachus et S. Hieronymus, ut scilicet tibi uni adhereret, itaque tibi uniatu tecumque fiat unum. Nam, ut ait S. Gregorius, part. III *Past.*, cap. xii: « Deus cum simplicibus sermociuari dicitur, quia de supernis mysterijs illorum mentes ratio sine visitatione illuminat, quos nulla umbra duplicitalis obscurat. » Quocirca recte S. Athanasius, *epist. De Nicæna Syn.*, hanc S. Jacobi sententiam præ cæteris ascribit Ariani hereticis, « qui nunquam, ait, unam eandemque sententiam, sed aliam aliam fovent, diacque sua nunc laude, nunc vituperio prosequuntur; ut quod jam probaverint, et vestigio damnet. » Nimirum heresis, quia falsa, inconstans est semperque varial, sicut ex adverso fides,

(1) *ἀκράτος*, « qui nec velle, nec nolle quidquam dici potest, quemque modo consilii premitit, modo penitentiae lapsus, » ut Q. Curtius loquitur.

quia vera, constans est semperque sui similis, imo eadem ubique. Ergo:

Ut quid tot fides leditur una fides?

Moraliter hanc animi duplicitalatem, duplicemque leges, mores et actus graphice depingit S. Gregorius, lib. X *Moral.*, cap. xxvii: « Duridetur, ait, iusti simplicitas: hujus mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia usu a juvenibus scitur, hæc a pueris prelio discitur: hanc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subjecti et amidi in alijs mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitalis iniquitalis mimime pallata diligitur, dum mentis perversitas, urbanitas vocatur: hæc sibi obsequentibus presepit, honorum culmina quærendo, adepta temporalis glorie vanitate cadere, irrogata ab alijs mala multiplex reddere; cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere; cum virtutis possibilitas deest, quiddam exulare per malitiam non valent, hoc in pacillata bonitate simulare. »

INCONSTANS EST IN OMNIBUS VIIS SUI, — puta i omnibus actionibus et sermonibus suis, q. Origo hasitationis in oratione est duplicitalis animi; qui enim hanc habet, in omnibus actionibus suis hasitat, estque inconstans.

Pro inconstans græce est *ἀκράτος*, id est confusus, incompotus, inconstans, instabilis, turbatus, infirmus. Unde *de constantia* est sedilio, inconstantia, tumultus, confusio, turbatus rerum ordo. Huic opponitur *σταθιστος*, id est inconstans, firmus, compositus, constans, stabilis.

9. GLORIE TUR AUTEM FRATER HUMILIS. — Etsi non sit necesse omnes Jacobi sententias inter se connectere, cum more epistolari varie sint et disparate, tamen nonnulli hanc connectunt cum versu proxime precedenti, quasi humilem opponat duplici, qui ad magna contendit, ideoque sit superbus, q. d. Glorietur superbi et duplices in sua presenti superbia, sed caduca et brevi duratura: at vero humilis et simplex glorietur in exaltatione sui futura, sed duratura in sempiternum. A duplicitalitate ergo gradum fecit, transiitque ad ei connexam superbiem et opulentiam, ideoque opponit paupertatem et humilitatem: itaque satis videtur appositum.

Alii aptius et concinnius hoc remotius referunt ad vers. 4: « Omne gaudium existimato, fratres, cum in varijs tentatione incideris, » quasi hic a thesi ad hypothesis, a genere ad speciem vel exemplum, puta a tribulatione ad paupertatem et abjectionem, qua premebantur primi Christiani, descendat et transeat S. Jacobus. Præcipua enim tribulatio primorum fidelium erat paupertas, tum quia sponte bonis se abdicarant, eaque posnerant ad pedes Apostolorum, *Act.* iv, 34, idque perfectionis studio; tum quia a Judeis Christianos per-

sequentibus, bonis suis erant spoliati. Hoc enim est quod ait Apostolus *Hebr.* x, 34: « Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. » Hoc ergo hic consolatur, et ad constantiam animat. Unde sicut vers. 4 dixit: « Omne gaudium existimato: » ita hic simili modo, imo amplius dicit: « Glorietur, » q. d. Non tantum gaudeat, sed et gloriatur fidelis in tribulatione, v. g. in abjectione et paupertate. Unde materiam hanc concludens subdit: « Beatus vir qui suffert tentationem. » Glorietur ergo humilis et pauper, quia conformis est Christo humilis et pauperi: humilitas enim et paupertas honorata, et gloriosa effecta est per Christum, adeoque regum opibus et splendore illustrior. Christi enim vox est: « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, » *Matth.* xi. Secundo, « gloriatur humilis, » quia humilitas scala est cæli, viæque certa ad exaltationem, de quo mox plura.

FRATER, — id est Christianus. Omnes enim Christiani fratres sunt, quia eundem habent patrem Christum, eandem matrem Ecclesiam, eodem baptismo quasi utero renati sunt, eandem hereditatem celestem expectant; quia, ut ait Tertullianus *Apol.* xxxix: « Unum patrem Deum agnoverunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantie ejusdem, ad unam locum exparverunt veritatis. »

HUMILIS, — *ταπεινός*, id est, *abjectus*, puta pauper: hebreum enim *עני* *ani* et *abjectum* sive humilem, et *pauperem* significat. Hæc enim duo ordinari conjuncta sunt. Unde humilis S. Jacobus opponit divitem, dicens: « Dives autem in humilitate sua, » q. d. Dives, ideoque superbus et gloriosus. « Vermis enim divitiarum est superbia, » ait S. Augustinus, *serm.* 5 *De Verbis Domini, secundum Mattheum.* « Et S. Bernardus *De Convers.* ad Cleric., cap. xxx: « Quisquam, ait, periclitetur castitas in delicijs, humilitas in divitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, charitas in hoc seculo nequam? » Sic vicissim humiles per pauperes significat Christus dicens, *Matth.* cap. v, vers. 3: « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. » Hoc Jacobus alijs verbis dicit: « Glorietur humilis in exaltatione sua. »

Porro *ταπεινός* significat tum vilem et abjectum, tum humilem sive humilitatis virtute preeditum: hic utrum includit? Significat enim abjectum, qui suam abjectionem ex virtute tolerat, eamque humiliter suscipit et capessit. Tali enim gloriari licet in sui exaltatione: alioqui qui in ea indignatur, aut est animo tumido et superbo, exaltationem sperare nequit, sed potius confusionem et abjectionem majorem. Talis enim Deo et hominibus est odibilis, juxta illud *Ecclesiasticus* xxv, 3: « Tres species odit anima mea, et aggravor valde animæ illorum: pauperem superbum, divitem menacem, senem fatuum et insensatum. » Ita *Ecumenius*, *Bionysius* et alii.

Nota: Dicit hæc Jacobus, quia communis primorum Christianorum tentatio et tribulatio fuit quod ubique despicerentur, quasi viles et abjecti, idque primo, quia ipsi pauci erant, pauperes et paupertatis studiosi: spernabant enim opes terrenas, ut acquirerent celestes. Secundo, quia vestitu modesto et simplici utebantur. Unde Lucianus in *Philopatru* ita Christianum pingit et ridet: « Pallium putre, sine calecis et tegmine, capite nudo incedens, detonsa coma. » Tertio, quia in verbis, omniique motu et gestu præ se ferebant humilitatem et modestiam. Quarto, quia christianismus tunc habebatur secta nova, vili, abjecta, ideoque exosa mundo, puta Gentilibus et Judæis: et talis etiamnum habetur apud multos Japonæ et Indos.

IN EXALTATIONE SUA. — Noster Serarius tripliciter hoc explicat. Primo, q. d. Humilis si contingat eum exaltari, humiliter se gerat, et in hac sua humilitate gloriatur. Secundo, q. d. Humilis gloriatur in sua humilitate, quia humilitas per Christum facta est sublimitas, summoque Christianum celebrat et exultat. Tertio, q. d. Humilis gloriatur in sua abjectione, quia hæc erit ei causa summas exaltationis, ut metonymice ponatur pro causa, sive merces pro merito, nimirum exaltatio pro humilitatione, quæ meretur et causat exaltationem. Quarto, simpliciter et germanius, q. d. Humilis gloriatur in sui exaltatione, quam certo expectat, hanc enim Deus humilibus promisit, ideoque eam prestat sæpe in hoc seculo, et semper in futuro. Aterna enim justique Dei sanctio est: « Qui se exaltaverit, humiliabitur; et qui se humiliaverit, exaltabitur, » *Matth.* xxiii, 12. Unde canit B. Virgo: « Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles, » *Luce* i, 52.

Ita Saul humilis evectus est ad regnum, sed superbiens vita cum regno privatus est. Unde audivit a Samuele: « Numquid cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? » *I Regum* xv, 17.

Sic David ex pastore ovium factus est rex. Sic B. Virgo humilitate sua meruit fieri mater Dei: « Quia respexit, inquit, humilitatem ancille sue, » *Luce* i, 48. « Proprium enim opus Dei est alta sterneræ, humilia erigere, » ut ait Philosophus.

Ita S. Franciscus, quia infra omnes homines se deiecit, supra omnes evectus est. Narrat S. Bonaventura in ejus Vita, virum sanctum vidisse thronum in cælis sublimem et gloriosum, cumque quæreret, cuiusnam ille esset? audisse: « Sedes hæc unius de reventibus fuit, et nunc humili servatur Franciscus. »

Ita Deus exaltavit vilem et humilem S. Equitium, ut narrat S. Gregorius, lib. I *Dialog.*, cap. iv.

Ita sancta illa virgo in monasterio Tabennesiotarum stultam se simulans, ideoque vili et despecta, ut totius domus videretur esse spongia, ab Abbate Piterio jussu angeli declarata et celebrata

est omnium sanctissima et sapientissima, idque ob humilitatem duntaxat. « Nungquam enim cum ceteris mensis assedit, sed micis tantum ex ea detergens, et albens ollas, his solis alimonis contenta vivebat; nunquam calcamentis usa est, nulli unquam fecit injuriam; nulla ipsius murmur audivit, cum tamen ab omnibus cederetur, et omnium iritiones et maledicta tacens sustineret. » Ita Heraclides in *Paradiso*, cap. XXI, et Palladius in *Lousiana*, cap. XII.

Ita S. Antonio revelatum est coritarium quemdam eo esse sanctiorem, qui omnes se sanctiores colloque dignos, se autem solum ob peccata inferno dignum, reumque estimabat. Ita *Vita Petri*, lib. VII, cap. xv.

Ibidem cap. xii, patres illi patres hanc humilitatem elogia: « Humilitas est arbor vite in altum exerecens. Perfectio hominis est humilitas. Humilitas ne ipsa inscitur, nec alios trahi permittit; Terra in qua Deus dixit sibi sacrificium offerri, humilitas est. Omnis labor sine humilitate vanus est. Humilitas enim precursor est caritatis; sicut Joannes precursor erat Jesu, omnes trahens ad eum: Ita et humilitas alitribus ad charitatem, id est, ad ipsum Deum, quia Deus charitas est. Quantumcumque se deposuerit homo in humilitate, tantum quoque proficit in altum. Sicut enim superbia, si ascenderit in caelum, usque ad infernum deductur: ita et humilitas, si descendit ad infernum, tunc exaltabitur ad caelum. Ibidem Abias Macarius audit a diabolo: « Magnam vim a te patior, Macari, qui cum te cupio nocere, non possum. Tu saepe jejunas et vigilas; ego semper sed tua re me vincis. » Rogante Macario, « Qua? ait: Humilitas tua sola me vincit. »

S. Bernardus, tract. *De 12 gradibus humilitatis*, docet scilicet Jacob a terra in caelum porroctum, significare humilitatem, qua per duodecim ejus gradus ad Deum ascendimus. « El Dominus desuper inmixit apparuit, quia in culmine humilitatis constituitur cognitio veritatis. » Ibidem, serm. 27 in *Canticis*: « Quid, inquit, voluntaria paupertas, quid humilitas? nonne altera regnum eternum, altera eque exaltationem promeretur aeternam? » Ibidem in *Amosaita*, *Dominus*, serm. 3, docet Christum e caelis in terram et utrum B. Virginis descendisse, « ut omnes ejus paupertate impletetur, ejus humilitate subleventur, ejus imitacione magnificemur, ejus incarnatione adherentes Deo incipiamus esse unus spiritus cum eo. » Ibidem *De modo bene vivendi*, cap. XXXI: « Quanto humilior fueris, tanto te major sequetur gloria altitudo. Descende ut ascendas, humiliare ut exalteris, ne exaltata humiliaris. Humilitas casum necit, scit ascensum. » Quare idem alibi graviter arguit fatuitatem hominum qui per factum ascendere volunt, cum ad ascensum non sit alia via, quam humilitas et descensus, eaque facillima.

10. DIVES AUTEM IN HUMILITATE SUA, — *transmissio*, id

est, *humilitate*, *abiectione* sui. Varii varie hoc exponunt. *Primo* aliqui censent esse ironiam, *q. d.* Dives, si libeat, gloriatur in suis divitiis, sed sciat certe se his brevi privandum et humiliandum. Ita Beda, Thomas Anglicus, Hugo, Lyranus, Dionysius, Gagneus.

Secundo, alii, *q. d.* Dives, si bonis suis spoliatur ab hoste, aut naufragio aliove casu privetur, hanc humilitationem et jaetram patienter ferat, cumque cum gaudio suscipiat, adeoque in ea gloriatur.

Tertio, alii, quasi dicat: Dives, etiamsi opibus affluat, non tamen his superbiat, nec insolenscat, sed in humilitate se continet, memor illas instar floris marcescere, et instar feni statim exarescere, id est, diffidere et deperire. Ita Vatablus, Cajetanus, Salmeron et alii.

Quarto, (Eusebius subaudit verbum *humilitatis*, vel *confitentis*, padebat, et dimisse de se sentiat, ut sit antithesis, *q. d.* Humilis gloriatur in spe sua exaltationis, dives autem confundatur in humilitatione, quae illi parata est, quamque certo expectare debet. Tacuit autem Jacobus *confundatur* ex modestia. Hic sensus est nervosior, cumque posere videtur antithesis humilis, sive pauperis et divitis in sorte, quae contraria alterutri obvenerit. Item id quod sequitur: « Quoniam sicut flos feni transibit, etc. » versus in itineris suis marcescet. « Ariditas ergo et marcor est humilitas, id est confusio divitis. Ita dives Epulo humilitatus est, cum sepultus est in inferno: Lazarus vero mendicus elevatus est ad sinum Abrahae. *Luc.* cap. XVI, vers. 22. Vere Seneca in *Herul. Parente*: « Sequitur superbus ultor a tergo Deus. »

Taxat S. Jacobus hac sententia maxime Gentiles et Iudaeos, qui opibus studebant et gloriabantur; ideoque Christianos pauperes et censa et spiritu asperabantur, imo persequabantur, bonisque et vita spoliabant.

QUONIAM SICUT FLOS FOENI TRANSIBIT, — quasi dicat: Ideo humiliter dives in humilitatione sui futura, quia scilicet, sicut flos feni transibit, mirum ipse dives, uti legit S. Augustinus in *Spicula*, non humilitas ejus: haec enim in inferno semper perdurabit. Notat Eusebius divitis opes et gloriam hic comparari, non feno, sed flos feni, qui speciem habet et splendorem, sed citius quam ipsa viridis herba feni a solo siccat, arecit et decidit: pari enim modo divitem opes splendorem habent et gloriam, sed his a Deo privatur illico, transigunt et evanescent, uti graphicè describit S. Ambrosius, lib. V *Hexameron*, VII. Sic Poeta juvenutum brevemque hominis vitam comparat flori, dicens:

*Collige virgo rosas, dum dos nervus, et nova pubes,
Et memore esto arum sic prosperare laeta.*

et Virgilius in *carm. de Rosa*:

Quam longa una dies, atas tam longe restat.

Hinc hemerocalitis, id est, uno die pulchra, dicitur; et Mantuanus:

*Mirabar colorem fugitiva nate juventum,
Et dum nascentur — senescente rosas.*

Plinius, lib. XVI, cap. xxv: « Flos, ait, est pleni veris inditium et anni renascentis, flos gaudium arborum. Tunc se novas aliasque quam sunt, ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant. Idem lib. XXI, cap. 1, docet flores esse lusum lascivum et pietatem naturae, eosque sua fragillitate et modica duratione hominem admonere mortis. « Quippe reliqua, inquit, usus alimentique gratia genuit natura; ideoque secula annosque tribuit his: flores vero odoreque in diem gignit: magna (ut palam est) admonitione hominum, quae spectatissime floreat, efferre marcescere. »

Secundo, sicut herba viridis, alias dulcis, si exarescat, fiatque fenum, amarescit: qua de causa eam secundam antequam areseat, jubet Cato, et ex eo Plinius, lib. XVIII, cap. xxviii: ita ubi divitis gloria transierit, amara est ejus memoria et recordatio.

Tertio, sicut sol suo aestu illico florem arefacit: ita incendium, rapina, naufragium, aliuseve similis casus et infortunium subito auferit diviti opes et gloriam.

Quarto, sicut flos et herba feni resecta, renascitur quotannis in vere et autumno; unde Varro, lib. IV de *Lingua Latina*, et Festus censent foenum diciam a fenore, quod quotannis in pratis novum foenum pariat: ita divitiae et gloria ab uno divite sublata, transeunt ad alium, in eoque quasi renascuntur et repullulant, ab hoc iterum brevi transiunt ad alium et alium.

Quinto, sicut flos oculos duntaxat suo colore pascit, nullum vero habet fructum, quo os et ventrum implet: ita divitiae oculos avari pascunt, mentem non satiant. Quocirca Sapiens cap. v, vers. 8, impiorum res et spes comparat umbram, fumio, navi, avi transvolanti, sagittae emissae, lanugini, spumae et fumo. « Quid nobis, inquit, profuit superbia? aut divitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, et tanquam nuntius percurrrens, et tanquam navis quae pertransit fluctuantem aquam, eujus cum praeterit, non est vestigium invenire, neque semilam carinae illius in fluctibus: aut tanquam avis, quae transvoat in aere, eujus nullum invenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum, et scindens per viam itineris aeternam, commotis alis transvolavit, et post hoc nullum signum invenitur itineris illius: aut tanquam sagitta emissa in locum destitutum, divisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius: sic et nos nati continuo desivimus esse; et virtutis quidem nullum signum, valuit ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi

qui peccaverunt: quoniam spes impli tanquam lanugo est, quae a vento tollitur; et tanquam spuma gracilis, quae a procella dispergitur; et tanquam fumus, qui a vento diffusus est: et tanquam memoria hospitis unius diei praeteritantis. Justo autem in perpetuum vivunt, et apud Dominum est merces eorum, et cogitatio illorum apud Altissimum. »

Sexto, idem flos colorem mutat, idque subinde per diem saepius. « Sic poli folia mane candida, meridie purpurea, sole occidente caerulea, aspicuntur, » ait Plinius, lib. XXI, cap. VII. Pari modo opes et deliciae speciem saporemque mutant, ac pro gustu divitis aliter aliterque sapunt: famenti mellea, saturo felixa videntur, sive fastidium ingerunt.

Septimo, florum tres praecipui sunt colores: coccineus in rosa, inlithus in viola, purpureus in iride. Hos tres colores ars imitatur in vestibus quas divites nunc tingunt gestantque coccineas, nunc ianthinas, nunc purpureas, ait Plinius, lib. XXI, cap. VIII. Hi tres colores representant pariter tres opum interempores, nimirum coccineus ignem et incendium, violaceus aquam et naufragium, purpureus caedes et rapinas. Opes enim vel percutit incendio, vel naufragio, vel rapina.

Octavo, arbores et herbae in flore sibi invicem succedunt. « Primo enim floret agygdalus, deinde pyrus, cerasus, prunus. Sequitur laurus, illamque expressus; deinde punica, hinc. Floret autem solstitio vitis, et quae paulo serius incipit olea. Deflorescunt omnia septem diebus, » ait Plinius, lib. XVI, cap. xxv. Sic merces divitum sibi invicem succedunt in flore, usu et pretio: sed omnes septenis, id est paucis, diebus deflorescunt, perduntque florem, usum et pretium.

11. EXORTUS EST ENIM SOL CUM ARBORIBUS, — tum mane, tum potius meridie: tunc enim ardet, praesertim cum est in canero, vel leone.

ET DECOR VULTUS EJUS DEPERIT. — Vultum floris metaphorice vocat, ejus formam et speciem. Sic decor vultus divitis, ejusque opum, est splendor vestium, lautitia mensae, fulgor domus et suppellectilis, pompa ministrorum, amorem et ascularum, et, ut ait Thomas Anglicus, humana gratia et favor. Omnes enim divitis gratiam ambiunt, eique applaudunt: sed haec omnia instar floris cito decidunt.

ITA ET DIVES IN ITINERIBUS SUIS (recte: hoc enim significat Graecum *επιτηρις*, Aliqui legunt *επιτηρις*, id est, *divitibus et opibus suis*). Porro « itinera » divitis sunt, tum ejus actiones, occupationes, recreationes: tum modi et vias quibus ad opes, honores et gloriam contendit, imo currit, atque in quibus gloriose incedit, vivit et triumphat, quasi dicat: Dives in sua opulencia, splendore et gloria) MARCESCIT. — Syrus *ܡܪܘܢ ܡܘܢܢܐ*, id est, arecet instar floris. Marcor enim est languor, putredo, consumptio, tabes, quae saepe a febris et calore, humidum radicale depascente et arefaciente, pro-

venit, uti patet in phthisicis et hecticis. Similem ergo opum et gloriae suae habem, phthisim et hecticam sive ab hoste, sive a morte, sive a fure, etc., expectant divites. Unde S. Augustinus in *Psalm. LII*, citans dictum impiorum *Sapient. II*, *Coronamus nos rosis antequam marcescant*: « Quid delicatius, inquit, quid lenius? Sperare de hac lenitate crucis, gladius? noli mirari, lenes sunt et radices spinarum. si quis eas contrectet, non pungitur; sed quo pungitur, inde nascitur. »

12. BEATUS VIA QUI SUFFERAT TENTATIONEM. — Est haec conclusio dictorum de tentatione a vers. 1 hucusque. Quoniam et quodlibet hic intelligatur tentatio, dixi vers. 4, nimirum tentatio est persecutio et quavis tribulatio, quin et tentatio proprie dicta, quam vel concupiscentia, vel demon suscitavit. Quisquis enim hanc constanter suffert, ut ei non cedat, accipit coronam vitae: ita Theodoros Studita, *epist. LIX* et *CXXVII*; et Hesychius, *lib. II in Levit.*, cap. VII. Porro haec sententia Jacobi est antistrophe sententiae Christi, qua ait: « Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, etc. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum, » *Matth. V*, vers. 5 et 10. Patiens ergo suffertur tentationem, dolorem et persecutionem esse beatus, tum in re, ob virtutem patientiae, quae est summum bonum et beatitudo hujus vitae, ut dixi vers. 4; tum in spe, ob coronam vitae et repositam in caelis, sine et vocatur « vir, » a virili animo, virtute et viros sustinendi omnia. Nam, ut ait Plinius, *lib. XI*, cap. *XLIX*: « Mares in omni genere fortiores sunt, praeterquam in pantheris et ursis. » Sub voce vir, et femine quae generose adversa sufferunt, intelliguntur: haec enim sunt virgines, imo viri, quia viros virtute vicerunt et etiamnum vincunt. Tales fuerunt S. Agnes, S. Cecilia, S. Agatha caeteraque omnes, quae pro Christo et virginitate gloriosum obierunt martyrium. Hos mundus vocat miseros, sed Christus et Jacobus beatos.

Nota: *Suffert*, inquit Hugo, idem est quod *sibi Deo fert*, vel *sursum fert*. Verum Graece est *trōphē*, id est sustinet, suffert, perferit, durat, perstat, moram tolerat, perseverat, praestolatur, expectat, persistit: inde enim *trōphē* vocatur patientia, non quævis, sed qua conjunctam habet perseverantiam cum spe, qua nimirum toleramus mala pro patientem expectationem, dum s' tunc spe præmii duramus in malis, et nos rebus melioribus servamus, uti dixi vers. 3. Patiens ergo si perseveret, est velut incus, ut ait S. Nazianzenus, in *Distichis*, quae omnes malleorum ictus constanter suffert, nec cedit; et velut rupe, quae omnes maris fluctus excipit et repellit, ut ait Horatius, *lib. IV*, ode *IV*:

Duris ut lixa ieta bipennis, etc.
Per danza, per coctas, ab ipso
Ducti opes animusque ferro.

Vere Cassianus, *Collat. XVIII*, cap. *XIII*: « A

passionibus et sustentatione, ait, patientiam dei nullus ignorat, ideoque constat patientem pronuntiant neminem posse, nisi eum qui universa quae sibi fuerint irrogata, absque indignatione toleraverit; et inferius: « Neque enim esset alienigena laudabilis fortitudo, si vinceret intentatus: cum utique victoria locum habere non possit, absque adversitate certaminum. Beatus enim vir qui suffert tentationem, quoniam eum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. »

Plutarchus in *Lacon*, mira scribit de sufferenti puerorum Laconum. « Pueri, ait, apud Laeciae montes in ara Dianae, cui ab indisciplabili virtute, cognomen Orthia, flagellis quotannis stato festo ex more totum diem caedebantur, itaque frequenter durabant ad mortem usque hilares ac læti concertantes inter se de victoria, quos ipsorum diffusissime fortissimeque tolerare verbera: unde nec gemitum, nec vocem dabant, nec scapulas aut corpus contrahent, tantum ad hoc, ut victoriae hujus nomen et deus obtinerent. » Quid jam faciat fidelis, qui non insane tolerantia ostentat, et modica hominum laus, sed aeterna in oculis gloriae corona, ac laus a Deo, Angelis et hominibus pro sufficientia promittitur?

Quocirca S. Athanasius per 46 annos persecutiones Arianorum, ac totius pene orbis, invictus animo sustinuit. « Scio, ait ipse orat. *1 Contra Arianos*, premium his quis sustinet, retribuendum esse a Salvatore, et quod vos ubi sustinueritis, habebitis gloriam, qua dicere licebit: Fidelis servavimus, recipietis autem coronam vitae, quam reprobis Deus diligentibus se. »

Ei S. Basilii praefecto Valentis imperatoris minanti mortem in Arianis consentire, inpropterea respondit: « Utinam mihi aliquid esset digni muneris, quod offerrem huic, qui Basilium citius de nodo follis hujus absolvet, ut ad Deum evolare! » Ita *Histor. Tripart.*, *lib. XI*, cap. *IX*.

Constantius Imperator minabatur abscissionem dextera Eusebio Samosatense, ni traderet decretum Arianorum contra Meletium factum; mox Eusebius ambas manus porrexit, inquam: Decretum non dabo. Ita eadem, *lib. V*, cap. *XLIX*.

S. Lucius ob fidem damnatus ab Urbicio, cum ad supplicium duceretur: « Gratias ago, ait, quod me nequissimis dominis absolutum ad summum oculi regem mittas. » Ita Eusebius, *lib. IV*, cap. *XVII*.

Simon Stylites in columna stetit per multos annos, patiens frigus, aestum, ventos, pluviam, famem, etc., inimoto corpore et animo; quia assidue orulum spectabat. Ita Theodoros in ejus Vita.

Valens Imperator per praefectum Edessae orthodoxos octoginta cogere volebat ad fidem abnegandam. Cum ergo diceret Elogio: « Communica possidenti regnum; » respondit: « Et mihi regni quoque ac sacerdotii consortium esse. » Ita *Tripart.* *lib. VII*, cap. *XXXIII*.

S. Dionysia, matrona nobilis, cum ab Haereticis ministris acriter caderetur, et rivi sanguinis toto jam corpore fluitarent, libera voce dixit: « Ministri diaboli, quod ad opprobrium meum facitis, ipsa est laus mea. » Ita Victor Uticensis, *lib. III Wandal*.

Abbas Alexander cuidam sententi acaediam et tridium in solitudine, dixit: « Istud, fili, signum est, quia nec regnum caelorum, nec aeternum cruciatum in mente habes. Nam si ista sollicita intentione cogitares, nullam in cella tua acaediam sentire. » Ita Joannes Moschus in *Prato spirituali*, cap. *XXI*.

Abbas Joannes in *Vitis Patrum*, *lib. VII*, cap. *IV*, n. 12, dicebat: « Porta caeli est injuriarum perpassio, et patres nostri per multas injurias in eam gratulantes, ingressi sunt. » Nam, ut ait S. Augustinus, *lib. X De Civit.*, cap. *VI*: « Ipse homo, inquit, dei nomen consecratus et Deo devotus, in quantum mundo moritur, ut Deo vivat, sacrificium est. » Idem in *Psalm. CXXVII*, concione 23, loquens de martyribus ait: « Nulli pati voluerunt, neque potuerunt: nulli tamen potuerunt, nisi qui voluerunt, etc., quia non est eis gloria temporalis hominum vana quarentium, sed aeterna gloria est brevi tempore patientium et sine fine regnantium. Unde sequitur: Quoniam exultatio cordis mei sunt; et si afflicto corporis, exultatio tamen est cordis. »

Patientia ergo et patiens est quasi palma, quae quavis ei pondera imponas, « non deorsum cedit, ait Gellius, *lib. III*, cap. *VI*, nec infra fecit, sed adversus pondus resurgit, et sursum nititur recurvaturque. » Propterea, ait Plutarchus, in certaminibus palmam signum esse placuit victoriae: quoniam ingenium ejusmodi ligni est, ut argentiibus opprimantibusque non cedat. Id sapiebat Germanorum sapiens P. Petrus Canisius, qui in omnibus morbis et adversis benedicebat Deum, dicens: « Benedictus sit fons ille bonorum, per quem augetur senibus torpor, fastidium, oblivio, incuria, modestia, etc., quae nos in fragili tabernaculo habitare, et ad meliorem vitam tendere hortantur. » Ita refert in ejus Vita P. Sacchini, *lib. III*, pag. 375.

QUONIAM CUI PROBATUS FUERIT, — cum scilicet per nullam patientiam fuerit exploratus, purgatus, expulsi et perfectus, ut dixi cap. III. Nam, ut ait *Eccl. II*, 3: « In igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles in camino humilitationis. » Et *Sapient. III*, 6: « Tanquam in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, etc., invenit illos dignos se. »

ACCIPET CORONAM VITAE. — Nam, ut ait S. Leo, *serm. 9 De Quadagesimo*: « Certa atque secunda est expectatio promissae beatitudinis, ubi est participatio Domine passionis, etc. Sicut ergo totus est corporis pie vivere; ita solius est temporis crucem ferre. » Gloria caelestis vocatur « corona vitae, » quia datur vincens tentationes; sicut

olim olympionice, id est, qui in agone Olympico vincebant, coronabantur corona myrica, laurea, hederaea. Vocatur « vita, » scilicet beata, gloriosa et aeterna. Unde a S. Petro, *epistola I*, cap. *V*, vers. 4, corona haec vocatur immarcescibilis, ut opponatur coronae divitum, hoc est capibus, delicis et gloriae, quibus divites quasi corona cinguntur et coronantur, nam haec est foena, et velut flos feni illico marcescit, uti dixit Jacobus, vers. 11; illa vero patientium est immarcescibilis, ideoque semper virens et florens. *Secundo*, vita haec congrua quasi merces redditur tentationibus, plagis et morti pro Christo toleratae, juxta illud, *Apoc. II*, 10: « Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae. » *Tertio*, « vita, » quia corona haec est viva et animata, vivitque in aeternum. Haec enim corona est visio et fructus Dei, qui Beati pascuntur, delictantur et beantur in aeternum. Cur gloria caelestis vocetur vita aeterna, dixi *Rom. VI*, 23, quia scilicet vita haec complectitur omne gaudium, omnes delicias, omnem sapientiam, omne bonum. Unde Didymus hanc coronam vocat spem, dilectionem et gratiarum. *Quarto*, addunt nonnulli vocari « vitam, » quia est premium vitae laudabilis in patientia et sanctitate transacta.

Alludit S. Jacobus ad *IV Esdræ II*, 23, ubi Esdras vidit Christum, singulorum patientium et Sanctorum capitibus imponere coronam. « Iii sunt, ait, qui mortalem tunicam deposuerunt, et immortalium sumperunt, et confessi sunt nomen Dei. Modo coronantur, et accipiunt palmas. » Et cap. *VII*, vers. 6, vidit Jerusalem caelestem, ejusque iter strictum et angustum, puta per tentationes, tribulationes et martyria. « Civitas, ait, est aedificata et posita in loco campestri: est autem plena omnium honorum: introitus ejus angustus, et in praecipiti positus, ut esset a dextris quidem ignis, a sinistris aqua alba (unde Psaltes: « Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium, » *Ps. LXXII*). Semita autem est una sola inter eos posita: hoc est, inter ignem et aquam, ut non capiat semita nisi sublimmodo vestigium hominis, » quod explicans vers. 18: « Iusti, ait, ferant angusta, sperantes spatiosa. »

Hæc est corona de qua Psaltes, *Psalm. XX*, 4: « Possisti in capite ejus coronam de lapide pretioso; » et *Psalm. CII*, 4: « Qui coronat te in misericordia et miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum, renovabitur ut aequis juvenis tua. » Christus Dominus S. Catharinae Senensis obtulit duas coronas, unam spineam, alteram auream et gemmeam, dicens: Elige utramvis, sed sicut quilibet elegeris, te alteram illi oppositam in futura vita habituram. Illo ipse elegit spineam, eamque capiti suo ita infixit, ut per plures dies graves dolores senserit. Ideo pro spineam in terris meruit gemmeam in caelis; nam, ut ait *Eccl. I*, 11: « Timor Domini gloria, et gloriatio, et lætitia, et corona exultationis. » Timor

nimirum quo quis fidelis timens amansque Deum, pro eo quælibet adversa patitur; et cap. vi, vers. 32: «Stolam gloriæ induens eam (sapientiam), et coronam gratulationis superpones illi;» et Sep. 7, 47: «Ideo accipient regnum decoris, et diadema speciei dæ manu Domini;» et *Isai. LXI, 3*: «Eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui;» et cap. XXVII, vers. 5: «In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ et sertum exultationis restititio populi sui.» Vide dicta Apoc. II, 20, et cap. III, in fine.

Præclare S. Augustinus, *homil. 44 inter 30*: «Cum Deus, ait, coronat merita tua, nihil coronat nisi dona sua. Quid enim habes quod non accepisti?» unde infert idem, *serm. 50 De Temp.* «Studeamus ut in membrorum (Christianorum) vity capitis (Christi) sit corona. Idem coronam hanc vite et gloriæ, ejusque Deus et præstantiam pathetico describit lib. *De Utrogendo Deo* (vel quæstus est auctor: stylus enim non redoleat Augustinum), cap. XVII, tom. IX: «Exultemus, ait, et cogitemus quide et quantum electorum sit unicum et singulare gaudium: illud scilicet summum bonum, quod vita, lux, beatitudo, sapientia et veritas, nec tamen non est nisi unum et summum bonum, omnino sufficiens, nullo indigens, quo omnia indigent et sicut, et hœsint. Hoc bonum est Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Hoc bonum continet jucunditatem omnium bonorum, sed tanta differentem, quanto distat creator a creatura. Si enim est bona vita creata, quam bona est vita creatrix? Si jucunda est salus facta, quam piraanda est salus que fecit salutem? Si amabilis est sapientia cum cognitione rerum conditorum, quam amabilis est sapientia que condidit omnia ex nihilo? Denique si malitie et magnæ sunt delectationes in rebus delectabilibus, qualis et quanta est delectatio in illo qui fecit omnia delectabilia? O qui hoc bono fovetur, quid illi erit, et quid illi non erit? Cur ergo per multa vagamur, querendo bona corporis et anime nostræ? Amemus unum bonum, in quo sunt omnia bona, et sufficit.» Et mox: «Regnum narque Dei omni fama majus est, omni laude melius, omni scientia innotuitabilis, omni gloria que patitur excellentius, regnum itaque Dei plenum est laicis ac pacis, charitatis et patientiæ, honestatis et gloriæ, dulcedinis et delectationis, iustitiæ et beatitudinis perennis, et omnis boni ineffabilis, quod nec dici, nec cogitari potest.» Et inferius: «Ergo futura vita creditur esse sempiterna, et sempiternæ beatæ, ubi est certa securitas, secunda tranquillitas, tranquillitas iocunditas, felix æternitas, æterna felicitas, ubi amor est perfectus, timor nullus, dies æternus, aliorum motus; et unus omnium spiritus de contemplatione Dei sui, ac de sua cum illo permutatione securus: ubi ipsa civitas, que est angelorum omnium atque Sanctorum congregatio beata, meritis fulgentibus micans, ubi æterna salus exuberat, ve-

ritas regnat, ubi nec fallit quispian nec fallitur: unde beatus nullus eiecit, ubi nullus miser admittitur.» Et sub finem: «Intellectus erit sine errore, memoria sine oblivione, cogitatio sine pervagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, incoluntitas sine debilitatione, salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimento, saturitas sine fastidio, et tota sanitas sine morbo.»

PROVISIT DILIGENTIBUS SE. — Qui nimirum ita diligunt Deum, ut ejus amore omnia adversa fortiter et alacriter tolerant. Alludit ad illud *Isai. cap. LXIV, vers. 4*, quod citat Paulus I Cor. II, 9: «Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominibus ascendit, que preparavit Deus his qui diligunt illum.» Vide ibi dicta.

Charitati ergo et amoris veluti merito et cause merendi, quasi merces promissa est corona gloriæ vitæque æternæ. Hinc patet contra Calvinum, justos sua patientia et bonis operibus mereri celestem gloriam. Hoc enim meritum significat hic S. Iacobus tum nomine corona: hanc enim vincenti quasi præmium et merces certaminis debetur; unde a Paulo vocatur corona iustitiæ: «Bonum, ait, certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex,» etc. II *Timoth. IV, 7*. Tum verbo *reprobandi*: quod enim reprobanditur sub conditione certaminis et operum, est merces eorundem.

Moraliter, S. Augustinus, *serm. 64, de Evangel. S. Joannis*: «Regnum Dei, ait, venale est: amo si vis. Nec nullum exactas de re magna propter pretii magnitudinem. Tantum vale, quantum habet. Noli querere quid habeas, sed qualis sis. Res ista tanti valet, quantum es tu. Te fide, et habebis illum. Sed malus sum, inquit, et forte me non accipit: dando te illi, bonus eris. Cum autem hocas fueris, pretium ipsius rei eris.» *Damus autem nos Deo per amorem. Amor ergo est pretium, quo emimus coronam gloriæ. Idem in Pa. cxxvii, cone. 23*: «Si, ait, diligendo operamur bona, æterna est ipsa dilectio, æque æterna est parata retributio. Propter quam retributionem dicit se ineffas cor suum ad suscipiendas iustificationes Dei, ut in æternum diligens, in æternum mereatur habere quod diligit.»

Age ergo, o pugil, o athleta Dei, qui cum Christo et pro Christo dura dique pateris. Attolle animos, pedes obfirma.

Perde et ebulla, dote hic tibi proderit olim.

«Especta Dominum, viriliter ago, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum;» stadium patientiæ ingressus es, in eo animose concerta, ut palmam referas. Spectaculum factus es Deo; mundo, angelis et hominibus. Spectat te Christus, spectant te angeli. Sanctique omnes, spectat te sanctissima Trinitas: eadem pugnantem adju-

rat, ut vincens coronet. Beatum te pronuntiat S. Iacobus, post probationem brevem et exilem, coronam vite tibi pollicetur, diligentibus Deum promissam. Patere ergo pro Deo, pro celo, pro amore Christi. Ille te dilexit usque ad mortem, et mortem crucis: dilectionem dilectioni rependa. Dulce est Christum diligere, dulcius pro dilecto pati, dulcissimum erit post modicum patientiæ egonium eo frui, et felicissime frui in omnem æternitatem. «Non sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis.»

12. 13. NEMO CUR TENTATUR DICAT. — Egit S. Iacobus hactenus de patientibus et fortibus qui tentationem, puta persecutionem et spoliationem bonorum fidei causa constantem et generose sustinebant, ideoque merebantur coronam vite: nunc agit de imbecillis, qui tentationi cedebant aut succumbentibus, ideoque merebantur mortem. Ut enim persecutionem evaderent, suaque bona retinerent, tentabantur ad fidem Christi vel negandam, vel dissimulandam, quales hodie multi nostro ævo fuerunt in Anglia. Docet ergo eos, tentationem hanc pusillanimitatis, timiditatis et æque non esse a Deo, sed a concupiscentia operum, honorum et voluptatum huius vite, quam ex animo extirpare et radicare debeant, si tentationem hanc superare velint.

DICAT, QUOMAN (QUOD) A DEO TENTATUR. — Græca habent, *Nemo dum tentatur dicat: Quomian a Deo tentatur; et ita legit S. Hieronymus, lib. II Contra Iovinianum*. Eodem redit sensus. Transit hic S. Iacobus a genere ad speciem, puta a tentatione generica ad tentationem specificam et proprie dictam, qua quis tentatur tentatione que sui natura, aut tentantis malitia incitat ad peccatum, qualis est que interioris concupiscentiæ, exterioris a demone suggeritur. Dixerat Iacobus, vers. 9, tentationem quantumlibet esse materiam omnis gaudii, ac consequenter esse bonam; et vers. 12, beatum esse eum, qui illam suffert: jam ne quis ex eo inferat: Si tentatio omnis est bona, facile beatum; ergo omnis est a Deo: Deus enim est fons omnis boni, ac præsertim beatitudinis; respondet, id non sequi: tentatio enim proprie dicta per se et natura sua est mala, quia ad malum illicit et impellit, licet per accidens in iustis et patientibus sit bona, quia illi per suam virtutem ex malo efficit bonum, ex veneno medicinam, ex vipera theriacam, dum contra tentationem luctando victoriam referunt, virtutem et meritum adæquant. Hæc sententia dicitur S. Iacobus heretico Simonis Magi, dicentis Deum esse auctorem tentationis et peccati. Eandem docuerunt mox post Simonem Florianus, Apelles, Hieronymus, Seleucius, Valentinus, Marcellus, Manichæus: sed hi duos Deos fluxerunt, unum bonum, auctorem omni boni; alterum malum, auctorem omni mali.

Quare his insipientior et impior est Calvinus, Melancthon, alique nostri temporis hæretici, qui docent Deum unum et verum esse autorem omnium operum, tam bonorum, quam malorum, qui malo indivulsa conjunctum sit, eo quod peccatum oriatur ex voluntate libera hominis volentis peccare, opus autem sit entitas physica cojus auctor est Deus. Verum hinc sequitur Deum esse auctorem malitiæ. Nam si Deus est auctor operis mali, ergo quoque auctor est peccati, quia peccatum infime conjunctum est cum opere malo, et rapta non est aliud quam opus malum. Nam, v. g. odium Dei est opus ita malum, ut a peccato nullo modo, cogitatione quidem separari possit. Si ergo Deus in voluntate causat hoc opus, puta odium Dei, ejusque est auctor, ergo quoque auctor est malitiæ et peccati, quod intrinsece et essentialiter in hoc opere includitur. Adde: Deus cum sit causa prima, secundum ipsos prævenit et præmoveret voluntatem ad omnia opera, ita ut voluntas ei resistere nequeat: ergo operum omnium causa est Deus, non voluntas libera, utpote que ita movetur a Deo, ut motum hunc amoliri, aliove se flectere nequeat. Quocirca Deus concurrens quidem ad entitatem physicam, que est in peccato, v. g. odio Dei, sed concursu generali et indeterminato; quo tam amor Dei, quam odium Dei a voluntate produci potest, optaque ipse et infendit, ut eo amore Dei producat, non odium; sed voluntas hœc Dei concursu abutitur, eumque divertit, distorquet et determinat ad odium Dei: quare ipsa sola odii Dei est auctor, non Deus. Vide D. Thomam et Scholasticos ac Bellarminum, lib. II *De Amissione gratiæ*, cap. VIII, et S. Basilium, *hom. Quod Deus non sit auctor malorum*.

DEUS ENIM INTENTATOR MALORUM EST. — Græco *ἀποπέσσει*, quod *primo*, alique exponunt passivo ut sit idem quod «intentabilis,» q. d. Deus in malo aliquo pulsari, aut tentari nequit: est enim impassibilis et optinus; qui nec pati, nec peccare, nec concupiscere potest, ac consequenter ipse neminem tentat; sed id facit demon, quia ipse ordet concupiscentiæ et malitiæ. Ita *Ecumenius et Cajetanus*. Uade quidam suspicantur pro *intento* legendum *intensus* in nostra Latina editione. Sed hoc est contra omnium Codicum fidem.

Secundo, alii accipiunt active, q. d. Deus nulli intentat mala, puta tentationes ad male agendum; Deus nullum exultat ad maleficia. Uade *explicans subdit*: «Ipsa autem neminem tentat.» Ita *Syrus vossii*, non est *ὁμοῦς νεωσσι*, id est, *tentator malorum*, quia scilicet nulla mala tentat, ac consequenter nullis malis tentatur.

Tertio, alii, q. d. «Deus intentator malorum est,» id est Deus non tentat malos, sed bonos duntaxat, ut Abrahamum, Davidem, Jobum, Tobiam. Unde S. Clemens, lib. II *Constit.*, cap. VII, legit: «Vir reprobus non tentatur a Deo,» a Ita *Salmaron*.

Quarto, alii *ἀποπέσσει*, id est *intento*, inquirunt, idem est quod *dissuasor*, *revocator*. Unde ante

subdit: «Deus autem neminem tentat, q. d. Deus a malis revocat, non autem ad ea impellit. Nam, ut ait Innocentius I, epist. ad Concl. Carthag. : «Necesse est ut quo auxiliante vincimus, eo rursus non adjuvante vincamur.»

Secundus sensus est genitivus: *ἀπειθεῖς* enim sumitur active, aequa ac *ἀπειθεῖς*, uti vocatus est Cato, eo quod nunquam rideret, esto rideretur ab aliis. Denique plerique et nervosior erit sensus, si primum jungas secundo: *ἀπειθεῖς* enim tam passive, quam active sumitur: tam enim intentatum, quam intentatorem significat: *ἀπειθεῖς* enim, vel *ἀπειθεῖς* dicitur, tam qui tentari nequit, quam qui non tentat, puta inexpertum, intentatum, qui experientiam non habet. Deus ergo est *ἀπειθεῖς* tentans, quia nullum mali aensum vel experientiam in eo habet, sed totus est bonus, ipsaque bonitas, ac proinde aliis mala ingerere, aut ad mala impellere nequit; perinde ac ignis nequit humectare, aut frigidare; sol nequit obscurare, humilitas nequit superbiere, bonitas, vel beneficentia nequit malefacere, sed tantum benefacere: hoc enim proprium est bonitati et Deo. Itaque Deus dicitur intentator malorum, quia nulla mala tentat, id est, experitur et sentit, vel in se, vel in aliis, quia nullam mali habet experientiam, explorationem, experientiam, sed est *ἀπειθεῖς*, id est mali experientia carens, mali expertus, malitia ignarus, simplex, rectus, bonus; ac proinde hinc mali experientiam in aliis non facit, nec eos tentat ad malum.

IPSE AUTEM NEMINEM TENTAT. — Pro autem Hugo, Dionysius et Cajetanus legunt enim: utrumque enim significat Graecum *καὶ*, ut tradunt Lexica Graeca. Verum alii passim Graeci et Latini legunt autem: quod est assueverant et confirmantis priorum sententiam, q. d. Deus intentator malorum est; ipse, inquam, cum sit optimus, neminem tentat: vel «atque adeo (hoc enim quoque significat ut patet ex Lexicis) ipse neminem tentat, » juxta illud Eccl. xv. 12: «Non dicas: Ille (Deus) me implanavit (id est, fecit errare): hoc enim est *καὶ*» : non enim necessarii sunt ei homines impii: omnia excrementum erroris odit Dominus. » Habacuc. 1: «Mundi sunt oculi tui ne videant malum.» Psalm. cxlv. 13: «Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis.» Causa est quod Deus per essentiam sit bonus, ipsaque bonitas, cui repugnat omne malum omnique malitia. Bonum enim idem est quod perfectum; et bonitas rei, ejus est perfectio.

Porro in Deo triplex est bonitas: *primo*, naturalis; *secundo*, moralis, puta virtus et sanctitas; *tertio*, bonitas beneficentiae, ut suum bonum aliis communicet. Bonitas naturalis in Deo, ut recte docet noster Lessius, lib. VII *De Attributis Dei*, cap. 1, est excellentiae naturae divinae, per quam habet perfectionem omnem in toto genere entis, adeoque infinitam et immensam, cum creatura

perfectionem accipiant a Deo limitatam ad certam speciem, v. g. angelus perfectus est in specie creatorum spiritualium, leo in specie brutorum, homo in specie animalium rationalium: Deus vero omnium specierum et generum bonitatem et perfectionem continet perfectissimam, vel formaliter, vel eminentior: unde habet bonitas Dei complectitur sanctitatem et benignitatem, atque divina attributa, quatenus ad divinae naturae perfectionem spectant. Cogita infinitam lucem, infinitam sapientiam, infinitam pulchritudinem, infinitam dulcedinem, infinitum gaudium, infinitas opes, infinitam gloriam, infinitam majestatem, infinitam puritatem, infinitum amorem, infinitam sanctitatem: haec omnia continet bonitas divina, tanquam infinitam horum omnium pelagus, a quo omnia bonum, quod habent, participant.

Ubi nota *primo*, Deum omnimodam hanc bonitatem habere modo eminentissimo, nimirum non accessoriam, per multas et diversas formas, vel qualitates: sed intimam et essentialem, per unam simplicissimam et eminentissimam formam, nempe per essentiam suam. Quocirca Deus sine qualitate magnus est, sine qualitate bonus, sine numero infinitus, sine figura formosus, sine tempora aeternus, sine loco immensus, sine extensione diffusus, sine multiplicitate perfectus, sine situ altissimus, sine habita sanctissimus. In ipso ergo est omnis amoris illicitum, omnis desiderii consummatio, omnis sanctitatis apex, omnis motionis terminus, omnis appetitus satisfactio.

Secundo, ab hac Dei bonitate omnes angeli, homines et creaturae suam omnem bonitatem emendicant et flauriunt. Deus enim, inquit S. Dionysius, *De Divinis Nominibus*, cap. xii, est *ὀλιγοειδής*, id est, *superperfectus*, quia scilicet ita plenus et superplenus est omnibus bonis, ut velut fons inexhaustus exuberet et redundet perpetua et incessabili largitione donorum in omnes res creatas. «Exuberans, ait S. Dionysius, una incessabili, et eadem, et superplena, et imminutibili largitione, per quam omnia perfecta perficit, et unumquodque congrua sibi perfectione adimplet.» Et paulo ante: «Pertingens ad omnia pariter, et super omnia indefectibilis largitionibus, et nunquam finieris operationibus.» Unde patet Deum dici bonum et perfectum, quia est auctor omnis perfectionis naturalis et supernaturalis in rebus omnibus, a summis et ipsi vicinissimis usque ad extremas, a primis substantia separata usque ad infimam materiam, et ipsis radii dum pertingere ad omnia, idque non semel tantum, sed assidue et indesinenter.

Tu ergo, o Domine, es ipsa boni plenitudo et universitas, ac consequenter omnis mali expertus. Si enim vel minimum mali haberes aut faceres, a bono deficeres, imperfectus esses, imo malus, quod horrendum est cogitare. Tu enim es omnis et solius boni fontalis origo, cui omnia bonum

quod habent, acceptum ferre debent. A te omnia lucida suam trahunt lucem, omnia sapientia suam sapientiam, omnia sancta suam sanctitatem, omnia pulchra suam pulchritudinem, omnia perfecta suam perfectionem. Tu enim omnis perfectionis non tantum es causa efficiens, sed et exemplar ac mensura, ut tantum quilibet angelus vel homo perfectus sit, quantum suam mensuram, puta tuam perfectionem eminus refert et imitatur. Tu enim sanctitas, sanctaque voluntas est regula omnis rectitudinis, virtutis et sanctitatis. Tu omnis boni auctor, forma, finis et conservator, omnem terminans infinitatem, omnem transiens finem, omnem desinens mensuram, omnem fingens speciem, omnem perficiens perfectionem, omnem sanctificans sanctitatem. Trahe nos post te, ut curramus in odorem unguentorum tuorum. Virescant nobis omnes opes, omnes honores, omnes deliciae; utpote vanae et fallaces, quae speciem habent boni, sed veritatem mali, ad quas nos allicit spurca caro, daemon et mundus: quia tu es honor, opes, delicia, dulcedo, beatitudo nostra, bonum omne, mali omnis expertus. Junge ergo nos tibi vinculo amoris insolubili, astringe nexu charitatis aeterno. «Quid enim mihi in caelo, et a te quid volui super terram, Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum?»

Viderunt ipsimum lumine naturae Gentiles, qui Deum Optimum Maximum cognominarunt, de quo Cicero, lib. II *De Natura Deorum*: «Jupiter, ait, id est, juvenis pater, quem conversis casibus appellamus a juvando Jovem, a Poetis pater Deumque hominumque dicitur; a majoribus autem nostris, Optimum Maximum, et quidem ante optimum, id est beneficentissimus, quam maximum: quia majus est, certeque gratius prodesse omnibus, quam opes magnas habere.»

Præ modo Socrates dicebat Deum esse optimum et felicissimum: ad ejus similitudinem quo quisque propius accederet, hoc et meliorem esse et beatorem. Socratem secutus est Plato discipulus, qui Deum bonorum duntaxat causam esse asseverat: malorum ergo causam alibi querendam, nec permittendum esse in civitate bonis legibus instituta, ut quis deote aut dicat Deum esse auctorem malorum. Ita ipse lib. II *De Republica*. Plutarchus, lib. *De Stoicis contrarietatibus*, exagitat illud Chryssippi dictum: «Deus operatur bella et malitia, homines incitando et pervertendo.» Ille illa impit apud inferos excruciat vox, *Enchirid. VI*:

«Dicitur justitiam moribus, et non tenere Divos.»

Flura vide apud Theodoretum, lib. VI *De Graecana affectu*, et Eusebium, lib. VI *Præparat. Evangelii*, cap. vii, ubi inter ceteros adducit Homerum, apud quem Jupiter congeritur, quod homines diis impingant causam malorum. Et juste, nam, ut recte ait S. Fulgentius, lib. I *ad Monimum*: «Deus non est auctor eorum quorum est ultor.» Est au-

tem ultor malorum, ergo eorumdem nequit esse auctor. Quin et ipse Calvinus, lib. I *Instit.*, cap. xvii, § 5: «Sicut, ait, factor cadaveris a solo putrefacti et reserati, radiis solis excitatur, tamen eos non coequinat, nec ipsi foletent: sic et mala hominum opera a Deo sunt, tamen ipse peccatorum sordibus non foeditur.» Ubi expresse fatetur Deum non peccare, auctorem tamen esse operis peccati: quae duo sunt *ἀπειθεῖς*. Alia enim est ratio solis, utpote agentis naturalis; alia auctoris peccati, qui est agens liber; ac proinde manifeste peccat, et peccato suo sordidatur sordē morali.

NEMINEM TENTAT — proprie, ut alliciat ad peccatum: sic enim tentat demon. Deus vero tentat justos, ut Abrahamum, Davidem, Jobum, etc., ut eorum virtutem orbi demonstret, peritiam ac coronet, uti dixi *Gen. xxii*, 1. Hoc est quod ait S. Augustinus, lib. II *De Consensu Evangelii*, cap. xxx: «Alia significatione intelligitur tentatio, de qua dictum est: Deus neminem tentat; et alia, de qua dictum est: Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum, *Deuterom. xiii*; illa seductionis est, haec probationis. » Sic pater tentat filium, herus servum, vir uxorem, magister discipulum, ut ejus ingenium, et studium, et affectum partim exploret, partim acuat et accendat.

14. USCUSQUE VERO TENTATUR A CONCUSPISCENTIA SUA ABSTRACTE ET ILLECITUS. — Pro *illicitus* graeco est *δολοειδής*, id est, insuculatus, esca captus, illecebris delinens et deceptus; sicut pisces et aves capiuntur esca, et sicut Esau illeceus essae lentis vendidit primogenita sua, *Genes. xxi*, 30; atque sicut Eva et Adam illecei pulchritudine pomi, illud contra mandatum Dei comederunt, ideoque mortem incurrerunt. Porro una concupiscentia superata, succedit et tentat nos alia, ut semper contra eam vigilare et dimicare debeamus. Vere S. Cyrillus, *serm. De Opere et electis*: «Obsessa mens hominis, ait, undique Zabuli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si avaritia prostrata est, exurgit libido.» Praeclara S. Gregorius Nazianzenus, in *Tetrastichis*:

Quid culpam in hostem semper ipsi vertimus,
Cum nostra praesertim robur ipsi crimina?
Te criminare proceris, aut certe magis,
Ignis tuus nam, flamma vero damnosa.

Nota: Tentat nos concupiscentia, *primo*, sicut Eva tentavit Adamum, eumque a lege Dei abstraxit et illeceit ad comedendum pomum vitium. Concupiscentia enim est quasi Eva, quam internam, intimamque nobis coherentem in carne et anima gerimus. Unde sicut diabolus per Evam deceptit et ad peccatum illeceit Adamum; ita idem per concupiscentiam deceptit et illeceit nos, uti ait S. Augustinus in *Paul. xlviii*.

Secundo, sicut febris tentat febrī aestuantem, ab-

trahitque et illicit ad hibendam aquam sibi noxiam, et subinde lethalifera. Concupiscentia enim est quasi febris, et calor innaturalis aestusque animae. Nam, ut ait S. Ambrosius, lib. IV in *Lucam*, cap. IV: «Vapores criminum febrilis caro nostra languet, et diversarum cupiditatum immodicis aestuat ardoribus. Nec minorem febrem amoris esse dixerim, quam caloris. Itaque illa animum, haec corpus inflammat. Febris enim nostra avaritia est, febris nostra libido est, eo quod ignitae sint cupiditates. Febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est. Quae licet corporis vitia sunt, ignem tamen ossibus impiant, mentem, animum sensumque pervertant.»

Tercio, sicut vulpes colligata cani, eum tentat, secumque abstrahit et illicit ad invadendam et devorandam gallinam occurrentem. Concupiscentia enim est quasi vulpes, quae rationem et voluntatem hominis specie boni delectabilis illicit et accipit, ut a bono honesto eam abstrahat ad volendum et amandum bonum concupisibile et illicitum.

Quarto, sicut lena virum tentat, abstrahitque ab uxore ad fornicandum secum: sic et concupiscentia animam a Deo sponso suo abstrahit, ut cum bonis creatis delictetur. Concupiscentia ergo est lena vitiorum, ait S. Ambrosius loco jam citato: similis enim est mulari lenocinanti, quam graphicè describit Sapientis Proverb. vii. 6, et ix, 13. Unde in *Vitis Patrum*, lib. V, cap. De fornicatione, num. 23. legitur a realem concupiscentiam eundem apparuisse in specie mulieris Aethiopsae, adeo turpis et fetidae, ut ejus foetorem ferro non posset.

Quinto, concupiscentia est ut scabies et prurigo, quam si scabies, stillationem, sed mox dolorem sentias. Unde emblemata:

Federe strictis anguibus caeni cave:
Pis mellis mure peragit urena tibi piper;
Assidue est repugnis coeque dolor.
Cupido tandem delamur (quæritur) vim tenet,
Pro melie felleam propinans poculum.

v. g. Indulsi gulae et se inebriasti, mox senties in corpore dolores capitis, stomachi, nervorum, etc.: in anima vero verum contemnit, dei offensam, reatum gehennae ipsamque gehennam.

Nota primo: Concupiscentia est causa intrinseca tentationis et peccati: extrinsecae vero sunt demon et mundus, puta pravi socii, cognati, amici, etc. Sed haec extrinsecae tentant per intrinsecam, suscitando nimirum concupiscentiam propositione boni delectabilis, ut illa ad illud voluntatem secum abripiat. Unde a S. Ephrem, tom. II, *Paranesti* 50: «Concupiscentia vocatur germen diaboli, vulnus animae, percussio cordis, arbor malitiae, vipera.» Eadem a Gersono, tractat. II De cognit. peccati, consid. 25, vocatur «nuntius diaboli» a nobis consensum requirentis. Nam sine concupiscentia nuntius hic imbecillus est et inva-

lidus; sicut frustra quis folle satum in ligula suscitit, nisi subit ignis, qui hoc flato excitatus ligula accendat, ait Thomas Anglicus.

Porro peccatum varias habet causas nobis intrinsecas, nimirum voluntatem, intellectum, passionem, imaginationem, habitum primum, ignorantiam et actum alterius peccati. *Primo* enim voluntas est causa immediata efficiens actum peccati, eumque in se suscipiens. *Secundo*, intellectus est causa peccati tanquam proponens, seu consulens voluntati, ut amplectatur bonum sensibile relictò honesto, atque tanquam non considerans regulam legis divinae, quae hoc bonum amari vetat. *Tercio*, imaginatio et passio est causa ejusdem tanquam representans vivaciter voluntati pulchritudinem boni sensibilis. *Quarto*, habitus pravus est causa, tanquam immediate inclinans in actum peccati. *Quinto*, ignorantia est causa, ut occultans malitiam peccati. *Sexto*, actus alterius peccati quadrupliciter est causa peccati: *primo*, auferendo gratiam, per quam homo peccato resistebat; *secundo*, inclinando ad similes actus; *tertio*, prohibendo materiam alteri peccato: sic gula est causa libidinis, superbia rixarum, avaritia furtorum; *quarto*, tanquam finis, ut eum quis ex intentione unius peccati eligat aliud peccatum, tanquam medium; sic ambitio est causa simoniae, et commensatio est causa furtorum. *Septimo*, propria est potentissima causalitas, et consequenter peccati, est concupiscentia. Haec enim movet et sollicitat voluntatem, intellectum, imaginationem, ad secum consentiendum peccato: eadem parit passionem, habitum primum, inconsiderationem et ignorantiam, cuius malitiam peccati tegit et velat. Quocirca jure concupiscentia vocatur fomes, origo, seminarium peccati; et a Paulo Rom. vii, 23, lex membrorum repugnans legi mentis.

Nota secundo, concupiscentiam non esse pravam aliquam substantiam productam a diabolo, quae pravos appetitus sensitivi motus suscitet et quasi exhalet, ut lacus exhalat putidos vapores: sicut opinatus est Illyrius, sed stolidus. Nulla enim substantia potest esse per se mala, nec producta a diabolo, nec esse peccatum; peccatum enim est accidens, puta actus liber voluntatis. Eadem fuit heresis Manicheorum, qui teste S. Augustino, lib. De *Hereshib.*, dicebant in homine duas esse animas, unam bonam a bono Deo, alteram malam productam a diabolo, haecque esse concupiscentiam, fontem omnis mali in homine. Haec spectat vesanus error Paternianorum et Venustianorum hereticorum, qui, ut ait S. Augustinus, lib. V *Contra Julianum*, cap. V: Dicunt a lumbis usque ad pedes diabolum fecisse corpus hominis, superiores vero partes Deum velut supra basin aliquam collocasse; adduntque nihil ab hoministudio requiri, quam ut anima, quam in stomacho et capite habitare dicunt, munda servetur. Pubem vero, si omnium flagitiorum sordibus oblinatur, aiunt ad

suam non pertinere curam. Ita semper, ut ipsi libidini turpiter serviant, titulum ei proprie potestatis affigunt. Rursum concupiscentia non est ipsum peccatum originale: eo enim per baptismum condonato et abolito, ipsa tamen in homine justo remanet, ut patet quotidiana experientia. Denique concupiscentia non est prava qualitas progenita a peccato originali, quae sit velut formax perpetuo scintillas peccatorum exhalans, uti vult Calvinus, lib. II *Instit.* cap. I, § 8, 9, 10, 11; et favet Magister sententiarum in II, *dist.* xxxi, § 2 et 3, ubi ait peccatum originale esse morbidam quamdam qualitatem in anima existentem, quae perpetuo prava desideria excutit. Addit Gregorius Ariminensis in II, *dist.* xxx, q. 1, qualitatem hanc in anima oriri ex alia quadam morbida qualitate, quae sit in semine parentum. Semen enim per hanc qualitatem infusere corpus, et corpus infusere animam; porro semen infectum esse ex flatu serpentis. Verum haec frivolata sunt, ac verè Philosophiae et Theologiae repugnantis. Unde

Nota tertio: Concupiscentia in re non est aliud, quam ipse appetitus sensitivus, ejusque naturalis inclinatio ad bona sensibilia, quae contraria sunt rationi et legi Dei, ideoque illicita et vitiosa, quatenus appetitus hic ob peccatum originale privatus est justitia originali. Nam homo fuisset conditus in statu purae naturae, talis fuisset qualis modo est, similisque appetitus motus habuisset quales jus habet; sed illi motus tunc non vocati fuissent concupiscentia, eo quod naturales ei fuissent, nec poena peccati: jam autem vocantur concupiscentia, quia sunt poena peccati originalis. Deus enim noluit hominem condere in statu purae naturae, ne imperfectus esset et miser; sed condidit eum in statu naturae integro, nimirum addendo illi gratiam et justitiam originalem, quae omnes motus appetitus compecebat et subdebat recte rationi, ita ut eam prevenire illique reluctari non posset. Verum, peccante Adamo, Deus hanc gratiam et justitiam originalem illi omnibusque posteris in poenam peccati sustulit, ideoque eum quoad appetitus et potentias reliquit sibi in statu purae naturae; quo fit ut appetitus sensibilis feratur in bona sensibilia praeter rationem, et rationis voluntatis dictamen, ac utramque secum ad sua bona abripiat: itaque caro concupiscit adversus spiritum. Ergo nunc vocatur concupiscentia, quia orta est ex peccato originali. Quare concupiscentia non est aliud, quam ipsa naturalis inclinatio appetitus, quatenus per absentiam justitiae originalis proximè disposita est, ut feratur praeter, vel contra ordinem rationis in sua objecta delectabilia: unde dicit habitudinem ad peccatum, quasi ad causam suam.

Nota de causa S. Augustinus concupiscentiam vocat morbidum affectum et affectionalem qualitatem, quia ipsa inclinatio appetitus est qualitas quamdam carens debito ordine, ex privatione

justitiae originalis, non tamen quasi semini permixta transfundatur, uti dicebat Ariminus. Unde lib. VI *Contra Julianum*, cap. vii, dicit concupiscentiam esse sicut malum valetudinem: atqui mala valetudo humoribus nihil addit, nisi privationem debilitate commensurationis. Quod ait S. Augustinus non voluerit concupiscentiam esse aliquam qualitatem positivam superadditam potentiae animae, videlicet appetitui inferiori et voluntati, sed ipsam inclinationem naturalem carentem ordine rationis, quem velut in habitu effliciebat justitia originalis, patet ex variis ejus locis, quibus non aliam reddit causam concupiscentiae, quam absentiam justitiae originalis, ut lib. I *De Peccato mort.*, cap. xvi; lib. IV *Contra Julianum*, cap. ult.; lib. XIII *De Civit.*, cap. xii. Item patet ex eo, quod S. Augustinus, lib. IV *Contra Julianum*, cap. v, et lib. II *De Peccato orig.*, cap. xi, et alibi doceat id quod in homine est vitium, in belluis esse naturam: loquitur de concupiscentia. Atqui concupiscentia in belluis non est aliquid distinctum superadditum appetitui naturali: ergo nec in homine. Ratio est, quia appetitus sensitivus natura sua promus est ad ea quae sunt delectabilia carni: movetur enim ex apprehensione rei delectabilis. Unde non requiritur aliqua qualitas superaddita, quae eum ad hoc inclinet, sed solum requiritur absentia justitiae originalis, quae eum retinebat, rectum faciebat, et rationi velut in actu primo conformem. Ergo ipsa inclinatio appetitus privata ordine illo, et conformitate ad rationem rectam, quam conformitatem in ipsa effliciebat justitia originalis, dicitur qualitas morbida, tabes, languor, etc. Ita Medina, I II, *Quaest.* LXXXII, art. 1 et 3, et fuse Bellarminus, lib. V *De omissione gratiae*, cap. xv. Hinc

Quarto, sequitur concupiscentiam non esse a Deo, utpote qui naturam integram et perfectam condidit; sed a peccato et diabolo, qui peccati fuit auctor. Hoc est quod docet hic S. Jacobus, nimirum tentationem peccati non esse a Deo, sed a concupiscentia. Et hoc est quod ait Christus parabola hominis incidens in latrones, quod ab illis vulneratus sit et spoliatus, *Luc.* x, 38; nam, ut ait ibidem Glossa: «Adam peccans spoliatus est donis gratuitis, et vulneratus in naturalibus.» Nam enim privatus est justitia originali, necessario vulnus accepit in natura, utpote quam integrabat justitia originalis. Deus enim primitus potentias hominis condidit inclinatam ad suum objectum, ac consequenter appetitum sensitivum ad appetendum objecta sensibilia, quasi objecta sibi proportionata et commoda: alique insuper addidit gratiam, quae subordinaret illum externae quae potentias recte rationi: qua per peccatum spoliatus homo relapsus est in suam ataxiam et concupiscentiam.

Quinto, concupiscentia non tantum est in appetitu sensitivo, licet in eo magis appareat, sed et in intellectu ac voluntate, quatenus in bona sen-

libilia et naturae commoda feruntur et propendunt, quae bono honesto et recte rationi reputant. Itaque intellectus et voluntas in homine virtualiter est quasi duplex. Est enim in ea pars superior, quae honestum, Deum et eorum intulur; et pars inferior, quae bona terrena et caduca spectat. Concupiscentia ergo intellectus est curiositas, vanitas, inflans superbia. Concupiscentia voluntatis est cupiditas honoris, gloriae, opum, deliciarum. Quocirca voluntas hic secum luctatur et pugnat, dum, ut ait Apostolus, caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Hanc duplicem voluntatem in se sensit et expressit Christus orans in hortu: « Pater, si vis, transfer calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. » *Luc. xxii, 42.* Pars enim inferior voluntatis Christi appellat vitium, horrebat mortem a Patre decretam; pars vero superior ejusdem plane erat conformis voluntati et decreto Patris, appetens et ambiens mortem: unde secundum eam Christus est exauditus, eademque noluit exaudiri desiderium et appetitum partis inferioris mortem deprecans, ut docet annotavit S. Athanasius, tract. *De Cruce et passione.*

Ex dictis patet, concupiscentiam esse vim appetendi immoderatum tum in voluntate, tum magis in appetitu sensitivo. Homo enim est, quasi compositum confilium ex angelo et bestia, et quasi utriusque participium, imo nexus et unio. Anima enim rationalis est infima in genere creaturarum spiritualium, ideoque animae sensitivae animalium vicinissima, in carne quasi degenat: jungit enim in se rationem, quam habent angeli, et sensum, quem habent bestiae; sed illa ut magis propendat in sensum, quam in rationem: unde plus habet bestiam, quam angelum. Quocirca prudenter monet S. Bernardus serm. 5 *de Aves.*: « Ordinemus, ait, et custodiamus in nobis statum utriusque substantiae, ne animam, nobiliorem utique hominis portionem, Tartaro pars devolvat inferior, sed secum potius ergo sanctificationem corpus acquirat. » Nam, ut ait Clemens Alexandrinus, lib. IV *Strom.*, « homo videtur compositus ex Centauro (adeoque esse Centaurus), scilicet ex rationis parte et rationis experte, animam solum et corpore: corpus tendit ad terram, animam ad Deum extollit. » Poeta enim finxit Centauros esse confilios ex homine et equo, vel tauro, ut equus cum equo esset Centaurus, ut dixi *Isaia 34, 14.*

DE CONCUPISCENTIA CUM CONCEPTO, PARIT PECCATUM. — Cassianus, *Collat. V, cap. iv.* legit: « Concupiscentia cum fuerit concepta (scilicet in voluntate) parit peccatum. » Beda et Theologi passim ex hoc loco distinguunt tres gradus tentationis, nimirum suggestionem, delectationem et consensum; suggestio enim est, cum concupiscentia in se et quasi in utero suo concipit et excitat hosce praves concupiscentiae motus. Talis est titillatio gulae, libidinis, ira, superbia, etc., ante-

quam eos ratio advertat: unde hi motus vocantur primo primi et indeliberati, in quibus proinde nullum est peccatum, sed conceptus tantum peccati materialis, qui parit peccatum formale, puta delectationem, qua ratio et voluntas illecebris concupiscentiae et peccati incipit delectari; in quo si haerent et plene advertens consentiant, erit consensus et consummatio peccati.

Dicit ergo S. Jacobus: Concupiscentia cum bona delectabilia, quasi malum semen per oculos, aures aut phantasiam, sive a demone, sive aliunde suggestum haurit, ex eo concipit peccatum, dum scilicet ex libera voluntate, cum patre, consensum aliquem, v. g. semiplenum, cum patre, ipsa quasi mater dicitur et efformatur. Unde S. Augustinus, *hom. 42 inier 30, cap. viii*: « Noli, ait, consentire concupiscentiae tuae. Non est unde concipiat, nisi de te? Consensisti? quae concubisti in corde tuo. Surrexit concupiscentia? nega te illi: noli eam sequi: concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, etc. Ergo ne astraharis a concupiscentia tua, nega te illi, noli eam sequi: illicita est, lasciva est, turpis est, aliena te a Deo. Noli dare consensionis amplexum, ne plangas partum: quia si consenseris, si amplexatus fueris, concipis. »

Nota: Conceptio peccati fit per factum rei concupitae imaginativum, quam excitat appetitus sensitivus, sive concupiscentia. Haec enim imaginatio rem concupitam ejusque pulchritudinem ad vivum rationi et voluntati representat, eique ostendit quam sit suavis et delectabilis, ac facit eandem iterum iterumque cogitari, inspicere, animo volvi et revolvi: quae cogitationum iteratio et revolutio parit rei delectationem, non tantum in ipso appetitu sensitivo, sed et in rationali, puta in voluntate, eo quod utriusque in eadem sit anima: unde ratio et voluntas incipit ipsi allecti, sed imperfecte, quia necdum plene advertit hoc esse grave malum, quod Deum graviter offendat. Peccat ergo venialiter ex indeliberatione; deinde pergens in hac rei concupitae cogitatione et delectatione, plene advertens ejus malitiam, victa delectatione ei dat manus eique consentit, tuncque est peccatum consummatum et mortale. Conceptio autem haec peccati, materialis tantum est, quamdiu haeret in sola imaginatione et appetitu sensitivo: mox vero ut ad se allicit rationem et voluntatem, est conceptio peccati formalis, solum venialis.

Quocirca Joannes Alba Electorum, cap. xcy: Concupiscentia, inquit, peccatum concipit, cum illud cogitat: conceptus enim phantasia et mentis, est ipsa ejus cogitatio. Nam concupiscentia primo tentat suggerendo homini illecebras. Deinde homo sic tentatus concipit, id est, cogitat et versat animo id ad quod invitatur a concupiscentia, nunc cogitans illud amplecti, nunc cogitans illud refutare, itaque secum luctatur et animo fluctuat, peccatque semipleno consensu, et tandem victus

illecebrarum appetitum delibere eis consentit, et pleno voluntatis consensu peccatum consummat.

Qui ergo vult tentationes concupiscentiae vincere et evadere, imaginationem cohibeat, et a bonis concupiscentibus violeenter avertat, eamque rebus bonis sanctis occupet, ac in primis lectioni et studio S. Scripturae, Patrum, vitarum Sanctorum, historiarum, Theologiae, Philosophiae, etc., addicat. « Ama scientiam Scripturarum, et vitia carnis non amabis, » ait S. Hieronymus. Quia et Seneca senior, qui fuit pater Senecae philosophi, praecceptoris Neronis: patris enim esse hoc opus, patet ex titulo, et docet Lipsius in *Contr.*: « Sapiens (Mela filius meus) hoc unum, inquit, concupiscit, nihil concupiscere. »

hinc patet primo, motus concupiscentiae qui rationem preveniunt, ideoque omnino sunt involuntarii, nulli esse peccata. Primo, quia S. Jacobus ponit progressum quo a tentatione venit ad peccatum, nimirum primo, ponit ipsam illecebram concupiscentiae ante omne peccatum, quae est ipsa tentatio, dum dicit: « Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua; » quam patet non esse peccatum, quia paulo ante dixit, eum qui suffert tentationem esse beatum, id est, qui eam pallit invitit, quia talis tentatio non est fomes peccati, sed materia meriti. Deinde ponit partum, videlicet peccatum aliquod, verbi gratia, veniale; qualis est delectatio preveniens plenum deliberationem. Tertio, ponit mortem, seu peccatum mortale, eum videlicet accedit plenus consensus.

Præclare S. Augustinus, lib. V *Contra Julianum*: « Profecto, ait, in his verbis (Jacobi) partus a patre discernitur. Pariens enim est concupiscentia, partus peccatum: sed concupiscentia non parit, nisi conceperit: non concipit, nisi illecebrat, id est ad malum perpetrandum obtinuerit voluntatis assensum. » Item, libro I *Contra duas epist. Pelag.*, cap. x: « Nulla ergo damnatio est illi qui sunt in Christo Jesu: non enim damnatur, nisi qui concupiscentiae carnis consentit. »

Secundo, quia isti motus non sunt in nostra potestate, ut eos avertere aut evitare possimus: non enim in nostra potestate est, quibus visis tangamur. Peccatum autem est in nostra potestate, puta voluntarium, adeo ut, si non sit voluntarium, non sit peccatum, ut docet S. Augustinus, lib. I *Retract.* cap. xii, et lib. XXII *Contra Faustum*, cap. xxv. Unde hi motus inveniuntur etiam in justificatis et sanctis, ut docet Apostolus *Rom. 7*, in quibus nihil est damnationis, ut idem ait cap. viii, 1.

Tertio, quia Philosophi et Theologi, ipsaque experientia docet tales actus non esse humanos, id est liberos, qui a ratione advertente et voluntate consentiente procedant; sed esse actus imaginationis et appetitus sensitivi. Unde S. Paulus, licet sanctus, sentiens tamen in se hosce motus, aiebat *Rom. vii, 20*: « Si quod noto illud facio, jam non ego operor illud, sed quod habitat in me

peccatum, » q. d. Si concupisco repugnante ratione, non ego, censor hoc facere: nam ex sentio legi Dei: sed concupiscentia, quam meam rationem et libertatem antevertit. Cum ergo hi actus non sint humani, homini ad culpam et poenam imputari nequeunt.

Quarto, id docet Concilium Tridentinum, sess. V: « Manere, ait, in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, haec S. Synodus fatetur et sentit; quae cum ad agonem ralleta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus, non valet; quinimo qui legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, S. Synodus declarat Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod vero et proprie in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. » Hinc S. Basilius, *De Constitutionibus monach.* cap. ii, asserit omnes affectiones carnis esse naturales, neque in his esse peccatum, nisi ex negligentia animae procedant. Sicut si equus petulant, ait, delectat, sessorum, culpa non est equi, utpote qui ratione non utitur, sed imperiti et incauti sessoris: ita si homo per concupiscentiam trahatur in peccatum, culpa non est carnis, sed spiritus. Et S. Chrysostomus, homil. 19 *Ad populum*: « Concupiscentia, inquit, naturale est, ad male concupiscere jam voluntatis est. » Et S. Prosper, lib. II *De Vita contemplativa*, capite iii, agens de stimulis carnis: « Non has, ait, affectiones habendo, sed eis male utendo delinquimus. » Et lib. III, cap. iv: « Peccatum perpetrare non possum, nisi male delectationi consentiam. » S. Gregorius, lib. XXI *Mor.*, cap. iii: « Mentem, ait, nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulsat, sed cum hanc sibi per delectationem subjugat. » S. Cyrillus, lib. IV *in Joan.*, capite xi: « Si voluptas quaedam ante omne peccatum praecurrit, et fervens cupiditas ad delicta solet illucere, quae ante peccati actum insidet, et mentis consensum arripit, persuadens facile haec via, veniendum nobis esse: quo gliscimus. Quod discipulus Christi verum ostendit, dicens: Unusquisque a sua cupiditate distractus atque seductus tentatur. »

Ex dictis patet errare Cajetanum, *Commentarius in D. Thomam*, loco mox citando, qui sensit motus concupiscentiae in appetitu sensitivo per se, et sine omni voluntatis consensu esse peccata venialia. Ratio ejus est, quod appetitus inferior habeat aliquam per se libertatem, uti indicat B. Thomas I II, *Quaest. LXXIV, art. 2, ad 3, et art. 3, ad 1.* Unde vulgo dicitur, « appetitum moveri potest a ratione, membra vero despotice. » Verum et hic est error. Omnis enim libertas est in voluntate, et a voluntate, ut docet Schola Philosophorum et Theologorum; nec dissentit B. Thomas, uti patet ibidem art. 1 et 2, ad 1, ubi expresse ex S. Augustino docet non nisi voluntate peccari. Quod ergo

tribuitur, necatum veniale appetitui, mortale voluntati, nec per quamdam attributionem, seu appropriationem: quia enim peccatum veniale est imperfectum humanum et voluntarium, ac sensualitas est prima ejus origo, idecirco illi tribuitur; mortale vero, qui perfectam libertatem requirit, tribuitur voluntati.

Porro dicitur appetitus inferior moveri politico, non quod in se liber sit, sed quia potest aliquo modo resistere voluntati, ut ei vis magistratui, saltem motu inflectat: repugnante enim voluntate et invita, non cessat appetere et concupiscere bona sensibilia et illicita.

Moraliter, S. Jacobus tacite hic docet primo, resistendum esse concupiscentiæ, ait S. Augustinus, lib. I de Civit. XXI, nimirum concupiscentiam esse malum et peccati illicitum, idecirco non amandam et sequendam, sed summe odiendam et assidua contra eam iuncta mortificandam esse. Inde enim passim homines velat enses et insanunt in peccata, quod velut bruta sequantur concupiscentias, sicut Adam secutus est suam Evam, iuxta illud Ps. XLVIII, 21: « Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis. » Concupiscentia enim in homine similis, imo eadem est, quæ in bestis, v. g. in sue est concupiscentia gula, in leone superbia, in lupo rapina, in asino avaritia. In homine enim appetitus inferior est sensibilis et vehementis; rationalis vero est spiritualis, insensibilis et debilis: unde facile sinit se trahi ab appetitu inferiori, quasi a pondere graviori. Qui ergo sapit, sanque anime et salutis curam gerit, sciat concupiscentiam, licet intima anime infirmam, licet blandientem, licet suavem, esse strenuam exitalem, esse hostem capitalem, ac proinde iam ut hostem insectetur, cum eaque gerat *serpente* *irreconciliabile bellum*. Ipsa enim est vipera, suo conceptu et partu matrem, id est rationem et voluntatem, enecans. Hinc « quocumque perginus, nobiscum portamus inimicum, » ait S. Hieronymus ad Eustochium. Unde semper et ubique per omnem vitam, nobis cum eo collocandum et acriter dimicandum est: quare semper in eum oculos defigere debemus, ne elanceum in omnium se insinuet, nimirum ut quasi hostem observemus, repellamus et mortificemus.

Secundo, innuit primis concupiscentiæ motibus statim obstandum esse, idque statim, ut ab illis illico fidelis mentem avertat ad Deum, ejusque opem ad illos superandum imploret: concupiscentia enim in blande irrepit, et instat serpentis quo caput inferi, eodem totum reliquum inducit corpus, eoque totus labitur. Quare hic verissimum est illud:

Principis obata: sero medicina paratur,
Cum mali per longas invalere mores.

Et istud Seneca, epist. 117: « Non oblinebis ut desinas, si incipere permiseris: imbecillis est

primo omnis affectus, deinde ipse se conat, et vires dum procedit parat; excolitur facilius, quam expellitur. » Et Plutarchus, lib. De Profectu virtutum, hoc profectus signum evidens assignat: « Si proficiens nullum jam peccatum exiguum putat, sed omnia studiosè vitat et observat. » Et S. Chrysostomus, hom. 22 Ad populum: « Cani, inquit, similis est voluptas: si pelias, fugit; si nutrias, permanet. » Idem, serm. 3 in verba Isaiæ, Vidi Dominum: Sic, inquit, cervus jaculo nonfixus in vitali corporis parte, etiamsi venatorum manus effugiat, nihil inde fert laeri: sic et anima accepto concupiscentiæ jaculo, si cum eo permittatur abire, ipsa per se corrumpitur, ac perit.

Prochore S. Hieronymus, epist. ad Eustochium de custodia virg. post initium: « Statim, ait, ut libido titillaverit sensum, aut blandum voluptatis incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocem: Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi caro. Et cum paululum inferior homo inter vitia atque virtutes cooperit fluctuare, dicito: Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quia consilio-ber illi salutare vultus mei et Deus meus. Nolo sinas cogitationem crescere: nihil in ta Babylonium, nihil confusionis adolescat. Dum parvus est hostis, interice; nequitiæ, ne ranna crescant, elidatur in semina. Audi Psalmistam: Filla Babylonis misera, etc., beatus qui tenabit et allidet parvulos tuos ad petram; quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille pnedicatur beatus qui, ut coepit cogitare corda, statim interfectis cogitatus, et allidet ad petram: petra autem Christus est. » Subdit de se exemplum: « O quoties ego ipse in eremo putabam me Romanis interesse deliciis, etc. Itaque omni auxilio destitutus ad Jesu jacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, et repugnantem carnem hebdomadarum inedia subigebam. Memini mo clamantem diem crebro juxisse cum nocte, nec prius a pectoris cessasse verberibus, quam redire Domino increpante tranquillitas. Post multas lacrymas, post oculo inharcentes oculos, nonnunquam videbar nulli agminibus interesse angelorum, et lætus gaudens que cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curramus. »

Sane contra omnes concupiscentiæ motus et tentationes, nullum est presentius et efficacius remedium, quam oratio, qua nostris diffisi viribus, Dei opem humiliter et ardentè imploremus, dicentes cum Psalme: « Domine in adiutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina: » uti docet Cassianus, imo Christus ipse, dicens: « Vigilate, et orate, ut non intretis in tentationem. » Matth. xxvi, 41. Quocirca demon id sciens, ut hæc arma tentatis eripiat, solet eis injicere alias cogitationes, ut ad humana auxilia respiciant, ad Dei et orationis obliviscantur. Qui sapit ergo, illico ut sentit concupiscentiæ simulacrum, ad Deum

mentem attollat, ejusque opem per Beatam Virgineam supplicet imploret, et statim illam sibi adesse sentiat. Porro ordinem gradusque tentationis egregie describit noster Thomas Theodidactos, lib. I De Vita Christi, cap. xiii: « Primo, ait, occurrit menti simplex cogitatio, deinde fortis imaginatio, postea delectatio et motus pravus, et assensio, sicque paulatim ingreditur hostis malignus ex toto, dum illi non resistit in principio. Et quanto diutius quis ad resistendam torpuit, tanto in se quotidie debilior fit, et hostis contra eum potentior. »

Tertio, quisque seipsum norit, nimirum qua maxime concupiscentia laborat et pulsatur: in his enim dominatur concupiscentia gula, in illis superbia, in aliis avaritia, in aliis avaritia. Dum ergo gulosus sentit cogitationem et concupiscentiam deliciarum, superbus honorum, avarus opam, acedit timoris et torporis, sciat hanc suam esse concupiscentiam, suam tentationem, suum vitium cui illico totis viribus resistere debet. Magna pars victoria est, nosse id quod suggeritur, esse tentationem: si enim serupulosi, acedi, timidi, melancholici sentent cogitationes, ut motus timoris, angoris, tristitiæ, pusillanimitatis, qui eis crebro suggeruntur, esse a serupulo, avidia, timore, melancholia, illico eos aversarentur et repellerent: at dum metus et anxietas mentem percellunt et obnubilant, id non vident timentque ne quid veri dubii, timoris et peccati subsit aut latent: ideo arguntur et cruciantur. Credant ergo suis confessoris, virisque prudentibus, credant suæ experientiæ, sibi que dicant: Ego laboro nimio motu, angore, serupulo, hic meus est morbus, hoc meum malum, hoc meum vitium: crebro ejus motibus exagitor: hactenus re discussa expertus sum et didici, metus qui mihi suggeruntur finnes esse et vanos: in re nihil esse metuendum; hunc ergo pariter ut inanem et vacuum contemnam. Sicut enim hydrophobi, qui metu et melancholia laborant, omnia tula timeant, ne v. g. domus in eos cadat, ne pavimentum eis delinseat, ne tegula decidens eos feriat, ideoque eis dieunt medici: Erras, ista tibi suggerit humor melancholicus; domus non gyrat, firma consistit, non caedet, sed tuum cerebrum gyrat, laboras capitis vertigine et mania; ne ergo credas illis suggestionibus, quos tibi tuus timor et mania parit: vides enim ceteros illos non credere, imo ridere ut vanos et fatiles, ita prorsus acedat serupulosis, melencolicis et tristibus, qui proinde suis apprehensionibus et angoribus totis viribus resistere debent, ac imitari Christum, qui orans in horto adeo valide timori et horrori mortis resistit, ut ex lueta et contentione sudavit sanguinem, Lucæ xxii, 44; ideoque plane horrorem hunc vicit et prostravit. Si simili conatu timoribus nostris resisteremus, utique eos debellaremus.

Idem est in aliis concupiscentiis et tentationibus; cum, ut ait S. Ambrosius, lib. IV in Lucæ,

cap. IV: « Honorum quidam, sublimitas potestatum, epularum suavitas, forma meretricis laqueus est diaboli, et quasi quidam nequitie spiritualis illecebrosus effectus, qui per carnis illecebram, que cito feminea quadam lenitate mollitur, animum quoque de gradu dejicit: neque enim formam mulieris animus prius quam corporis oculis concupiscit. Denique quod non videris, non amabis: sed ubi caro concupierit, compatiens quoque animi constantia defatiscit, et mens consortio amoris inflectitur. Duo enim in carne sunt: atque ita mors irrepit sceleris effecta, tentante diabolo, carne suadente. Vehementior tamen est animi, quam corporis febris. » Dat exemplum: « Theodorus cum gravi oculo rum inotomodo laboraret, et amaret uxorem: interfecta sibi a medico facultate coeundi, cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus: Vale, ait, amicum lumen; sic febris libido flagrantior est, graviusque precipitat et inflamat. Sed ubi quis respiciat a furore, tunc conscientia interior aperitur visus factique penitentia succedit, et pudenda sui quoque facinoris erubescit. » Quocirca sapienter S. Methodius apud S. Epiphanium, hæresi 64: « Vides, ait, quod cogitationes, propter inhabitantes in nobis peccatum fornicosus nobis instant velut canes rabiosi, aut feri, vel auentes latrones contra nos semper instigati a tyranno, ac principe iniquitatis, probantes nos non resistere ipsis possimus, et aciem contra instruere. Age igitur, o animi, fortiter resiste, ne forte remittens captaris. » Sic concupiscentia ira agit homines, cogitque insilire et rabie affici ut canes, pungere ut scorpiones, mordere ut serpentes. Porro concupiscentia nascitur nobiscum, uti docet S. Augustinus, lib. I Confess., cap. vii, esse deserti ante mortem. Helicta est ergo nobis a Deo in penam peccati ad agnoscendum, ut cum eis assidue collocantes incertam depellamus, vigilantes simul in Dei obsequio, ne creascamus in virtute, victoria et meritis; atque a terrenis mentem avocantes suspiremus ad caelum, ingemiscetes cum Apostolo: « Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? » Rom. vii.

Porro quam concupiscentia valida sit, afferunt et indomitam, liquet primo, in adolescentibus, qui immenso libidinum incendio flagrant, ut penes ad insaniam redigantur. Secundo, in inventione novarum illecebrarum gula et obscenitatis, quibus concupiscentia hominum longe superat concupiscentiam bestiarum, uti ostendit Pintarchus, lib. Quæc bruta ratione utantur. Tertio, quia Anachoretæ Sanctique omnes ut concupiscentiam dominarent, miris modis seipso continuo afflixerunt jejuniis, vigiliis, ciliciis, humi cubationibus, spinarum aculeis, flagellis, etc. Legit Vitas Patrum, et miraberis eorum austeritates et mortificationes. Quarto, idem liquet ex lapsibus virorum sanctorum, sapientum et fortium, quavis etate et quavis plaga. Quis fortior Samsone? quis sapientior

Salomone? quis sanctorum David? et tamen hoc prostravit concupiscentia feminarum. Quin et Plato, lib. III *De Regib.*, quem citat Clemens Alexandrinus, lib. III *Strom.*, asserit corporis voluptatem sapientie repugnare et esse dominam suavissimam, a qua felicissimum sit posse liberari. Et Sophocles, teste Cicrone, lib. *De Senectute*, ait nullam capitaliorem pestem, quam vol aptam corporis hominibus a natura datam.

Hinc Poetae ex concupiscentia formarunt Cupidinem quasi deum, Veneris filium; cuique etiam Deus est sua dira Cupido. Præterunt eum quasi puertina, velatis oculis, alatum, armatam arcu et sagittis, gestantem facem, et nudum.

Ex hisco disce concupiscentie conditiones, et merces. Concupiscentia enim primo, amabilis videtur instar elegantis pueri, atque instar pueri multabilis est, nunc hoc volens, nunc aliud, eaque de causa puer hic a nonnullis pingitur mulieris: multa enim capita multitudine et varietate alternantium cupiditatum representant.

Secundo, eadem caeca est, quia imprudens nascitur ex se diamna non prospicit, nec cavet, ait Socrates in *Symposio* Xenophonis. Et Plato: « Amor, ait, est cæcus, quia amantes in re amata cecuntant. » Et Theocriti interpres in desimo Idyllo ad alium Theocriti, Cæcus non modo Plutus, verum etiam dicitur Amor: « Nota, ait, quod antiqui duos cæcos dicebant, Cupidinem et Plutum: nam qui amat, cæcus est: quid faciat non videt ullus amans: nam deformem amat mulierem, que illi videtur esse pulcherrima; » amor enim facit turpe videri pulchrum.

Tertio, eadem aliata est, quia celerissime ad objecta concupita avolat, imo involat instar accipitris aut vulturis.

Quarto, eadem pharetrata est, quia spuarum illecebrarum cupiditate sauciata cor hominis; quod ferit et occupat.

Quinto, eadem voraxque est, et facem accensam gestat, quia rerum cupularum in animo aestus et incendia suscitât.

Sexto, eadem nuda est, quia seipsam manifestat et celare nonquit:

— Quis enim celaverit ignem,
Lammæ qui semper proclat ipse mo!

ita Alexander Aphrod. in *Problem.*

Septimo, fuit et in curia Octavia: (uti scribit Plinius) Cupido fulmen tenens, idque fractum: quia fulmine potentior est amor et cupiditas. Unde Poeta:

Aligerum fulmen fregit Deus aliger (Cupido) igne,
Dum demonstrat uti est, fortior ignis Amor.

Hinc et Themistocles in scuto gestabat Cupidinem tenentem fulmen, teste Athenagora, lib. XII, quia magis benevolentia quam ferro omnes sibi subjugare satagebat.

Octavo, Cupido cognominatus est *ἐπαρτίας*, id

est, *oculatus*, vel *oculatus*, quod oculis feriat: ad spectus enim rei pulchre intuitu sui inlicitam amorem quasi sagittam. Unde Plotinus: *ἔπος*, inquit, id est *amor*, dicitur quasi *ἐπαρτίας*, id est *aspectus et visio*. Nam, ut ait Propertius:

Si necis, oculi sunt in amore datus.

Nono, Cupido a Platone vocatur tyrannus, quod in nobiles celestesque animos baechetur, et tyrannidem exerceat, deprimit eas ad terrena et sordida; unde Euripides:

Teque, o Deum tyrane et hominum, Cupido.

Quin et Proclus in Platone Sophista, Cupidinem vocat magum, quia incantat animos, ut magi, et non raro magicis artibus sui amorem excitat.

Decimo, Harpyis deus, a rapacitate, vocatus *ἑστ* est Amor. Tradunt et fabule Erinyum furiam ab Amore amatam fuisse, ut impotentiam et impetum significarent insane ac perditæ amantium.

Undecimo, Cupido appellatus est *ἄσπετος*, id est, *omnium dominator*, unde hæc ejus est vox:

Perfringat, penetrant, erunt mea spolia falena;
Sicilicet hæc nomen est mihi *ἄσπετος*:

nam omnia vincit amor.

Duodecimo, Cupido hic et amor terrestris ostendit superandus et enecandus est: nimirum *ἑστ* per Anteroia, de quo Alciati in *Emblem.*:

Aligerum, aligerumque inimicum pueri Amoris,
Arcu armatus, atque ignis domans Nemesis,
Utque abis fecit, patitur et hic puer olim,
Intercepit gestas tela, miser hercynat.
Ter spoli, inque sinis linos (res mihi) erantur
Igno ignis, furias odit Amoris Amor.

Hinc Giraldus *De Diis Gentium* syntagmate 13. Hinc S. Basilius in *Constit. monast.*, cap. III: « Affectiones, ait, corporis tunc violentæ sunt, cum ratio cessat: easdem illa moderante et imperium suum exerceente, facillime obtemperant. » Ratio ergo pervigil eas domat regitque, perinde ut auriga vigilans equos: si enim dormiat, equi ibunt in avia. Idem ad Chilonem: Unam, ait, voluptatem expugnat, hæc, si omnes simul, omnes argumant in te irritate coarctant, turbulentamque accersant mentis tue tentationem intemperiem. Corpus subterne laborum exercitio, animam tentationibus equanimiter tolerandis assuefacit.

Denique ut Cupidinis et Amoris efficaciam, idemque fulmineum significarent, pinxerunt emblemata, in quo pro Jove tonante Cupido ornatus fulmen ejaculatur in mare, Neptuno interiusposito tridente, et genibus nixto Amoris numen reverente; sic enim canit:

Sol calet igne meo, Neptunus fregit in undis:
Quamvis liber erat, fœci servitæ Turazem.
Quamvis liber erat, Martem sine Marte subegi.

Et alius:

Amor Deum gubernat,
Amor omne regnum est,
Amor de Deo triumphat,

ait S. Bernardus. Nimirum amor et *ἄσπετος* vicit vixitque Deum, ut in carnem, mortem et crucem pro hominibus adeo amaris descenderet. Ille est noster sanctus Cupido, ex cujus passionis fonte si hauriamus aquam, imo sanguinem, restinguit ille omnes impuri Cupidinis faces, perinde ac Mutianus apud Plinium, lib. XXXI, cap. II, scribit Cyzic fontem Cupidinis esse et vocari, eo quod ex eo potantes amorem et cupidinem deponant. Vide S. Augustinum, lib. *De Continent.*, et serm. 45 *De Temp.*, ubi inter alia docet concupiscentiam cedendo augeri, resistendo minui. « Pugnat, inquit, repugna: non enim cedendo satiare, sed resistendo necare: si ei non consentias, minor et minor erit quotidia, nam sunt vires illius subjectio tua: si enim cesseris, das ei vires. » Et inferius: « Consuetudini ergo semper repugnandum est, quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus, finire non potest quamdiu vivimus. Quotidia minui potest, finire non potest, etc. Et in isto bello est tota vita Sanctorum. » Quodcirca sapienter S. Bernardus, serm. 56 *in Cant.*: « Cura, ait, concupiscentie totis resistere viribus, ut non pertrahat in consensum, et omnis deinceps malignitatis machina evanescat; nec est omnino quod sponsum prohibeat appropinquare tibi, præter solum partem corporis; » id fit per circumcisionem non carnem, sed cordis, de qua Jeremias, cap. IV, vers. 4: « Circumcidimini Domino, et auferite præputia cordium vestrorum, viri Juda, et habitatores Jerusalem, » id est visionis pacis, quam parit hæc circumcisio et mortificatio.

Porro vehementes concupiscentie et æremonis Insullus, cum phantasias illecebrosas ex visu, auditu, vel memoria rerum præteritarum, ad extricandum difficiles imaginationi, et per eam menti ingerit quasi jacula quedam ignita, vehementiori agilique imaginationis mentisque restituta, majore, inquam, contentione, et ad alia objecta animi applicatione elidere et eludere oportet, atque, ut ait S. Basilius in *Constit. monast.*, cap. XVIII: « Peritorum athletarum imitanda est consuetudo, qui summa tum animi attentione, tum corporis agilitate celeritateque adversariorum suorum apprehensiones elidunt, et belli omnis evasio, et telorum declinatio orationi, ac divine opis implorationi committenda. Hoc enim Paulus nobis præcepit, dum dixit: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. » Et mox: « Si vero per adversarii impudentiam, flagitiosum istiusmodi cogitationum vis vehementior etiam insurgat, ne sic quidem est succumbendum, aut deiciens animus, neque suscepta

certamina ex dimidia parte confecta relinquenda: sed eo usque obfirmate perdrandum, quoad Deus perspecta nostra constantia, gratia Spiritus Sancti nobis affulgeat, nosque illustret, que et insidiatorem in fugam propellat, et mentem nobis puram efficit, et divino lumine compleat, et rationi nostræ in pacatissima tranquillitate consistitæ otium ad Deum colendum suppeditet. » Id experti sunt S. Job, S. Antonius, S. Athanasius, S. Hilarion ceterique Sancti, qui tentationibus cunctis constantiter resisterunt, usque ad ultimum vite spiritum; ac proinde cum Habacucus, cap. III, vers. 18, victores cecinerunt: « Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo. Deus Dominus fortitudo mea, et ponet pedes meos quasi cervorum, et asper excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. » Cervi enim quantavis relictæ et laqueos ingentibus saltibus continenter transiliunt, donec in tutum evadant: ita et nobis in tentatione omni est faciendum.

Idem S. Basilius, lib. *De S. Virgini.*, sapienter monet virginem ut caveat a consortio virorum, etiam spiritualium; quia horum aspectu excitatur concupiscentia, ut tandem amor spiritalis degeneret in terrenum, et charitas fiat carnalis. « Proxima enim, ait, et velut contigua Januis Gentilibus quoque animæ vita esse virtutibus. Quælibet denique virtutis Janua similitudinem in vita ferentem utrimque speciem aperit, ut qui ad virtutem ingredi nititur, ejus primum Januæ assistens, dum hæc se pulsare arbitrat, aperta sibi hinc aut inde altera ex vitiorum Januis, inceptis maxima similitudine, ingrediatur veluti virtutis domum, cunctis ejus errorem irridentibus. » Sic sepe amoris divini Januam pulsantibus, viciniam et ostium aperit amor mundi; ut ad amorem mundi divertat pulsans, putans se divertere ad amorem Dei. « Hoc modo eos qui audentes ad virtutem esse euperent fallens, temerarios arguit; qui vero temeritatis probra metuerent, eos timidos ac pusillanimes prodidit. Et qui misericordes esse staderent, ad vitia male molliuit: qui vero misericordes esse reuenerent, immites immunesque declaravit: ita et qui charitatis pulchritudinem sequuntur, eos falso dilectionis nomine, vel ad voluptates corporis vitamque cunctis execrabilem dejicit, vel ejusce probra et opprobria pertimescentes, odisse fratres, et absque ullo boni sensu persistere facit. Itaque ne declinet ad dexteram, seu ad sinistram, ne forte erroris seductus in aliquam ex vitiorum portis devolvatur, sed mediam et regiam incedas virtutis viam. » Hæc S. Basilius.

PECCATUM VERO CUM CONSUMMATUM FUERIT, GENERAT MORTEM. — Hic enim, ut superius dixi, tentationis et peccati triplex est gradus et ordo. *Primum* est suggestio, seu cogitatio rei male, in qua nullum plerumque est peccatum, quia sepe a demone immittitur et suscitatur sine nostra culpa.

Secundus est, delectatio, videlicet cum voluntas negligit illam reprimere, vel imperfecte consentit: et in hoc est peccatum veniale. Tertius est consensus deliberatus in quo est peccatum mortale, si materia sit gravis, et sub gravi obligatione vetita. Unde S. Isidorus, lib. II De Synonimo, cap. xxiii: «Istis, ait, fomicibus quasi quibusdam gradibus convalescit omne peccatum: suggestio operatur delectationem, delectatio consensum, consensus operationem, operatio consuetudinem, hec necessitatem.»

Ubi advertit, peccatum dupliciter consummari. Primo, cum voluntas interior deliberat et plene in illud consentit; hoc generat mortem anime, quia per peccatum mortale anima privatur gratia, quasi vita sua, itaque spiritualiter moritur, filioque rea mortis aternæ. De hac morte hinc loquitur acceptit S. Augustinus; *homil. 42* inter 30, Bellarminus et alii multi. Unde Nazianzenus, *orat. 19*, ait unam duntaxat esse veram mortem, nimirum peccatum, quia ipsum est interitus anime. Et S. Augustinus, lib. III *De Civit.*, cap. xi: «Mors, ait, anime fit, cum eam deserit Deus; sicut corporis, cum id deserit anima.»

Secundo, cum in eo voluntas hæret et perdurat usque ad finem vite; tunc enim plene consummatur, generatque mortem æternam in gehenna, ad quam illico animam transiit: licet enim ibi anima vivat, discurt tamen mors, quia, ut ait S. Augustinus, lib. VI *De Civit.*, cap. ult.: «Si anima in penis æternis vivit, mors potius illa dicenda est, quam vita: nulla quippe major et peior est mors, quam ubi non moritur mors,» juxta illud Poetae:

Immortale malum nulla dehinc morte.

Hæc quoque respexit S. Jacobus, quia mortem hanc peccatum, qui tentationes vincuntur, opponit coronæ vite quam patientes, qui tentationes vincunt, et in hac victoria constantes perdurant usque ad mortem, post eam illico adipiscuntur in cælis, ut dixit vers. 12. Hæc est mors secunda et æterna, cujus illa prior est quasi conceptio et inchoatio. De hac accepit hunc locum Theodorus Studita, serm. 143: S. Fulgentius, lib. I *ad Monimum*, cap. v, Lorianus et alii.

Consummatur ergo peccatum, primo, per plenum et deliberatum in illud consensum internum. Secundo, et magis, dum consensum hanc opere externo consummat, v. g. dum homicidium mente designatum reipsa perpetrat. Tertio, cum in eo se obdormit, vel iterum, ut consuetudinem sibi inducat, et de hac S. Jacobum hic loqui censet Thomas Anglicus. Quarto, dum in eo moritur transiitque ad mortem æternam: mors enim est vite rerumque omnium consummatio et finis. Unde et Christus pro peccato moriens in cruce. Unde et consuetudinem, lytri, obediencia et patientia consummatione et mortis satisfactio, et abolitio peccatum,

ejusque consummationem que in morte consistit. Opposit S. Jacobus concupiscentiam patientiam in eo quod, sicut patientia perfectum opus habet, sic et concupiscentia perfectio et consummatio sit ipsa mors.

GENERAT MORTEM. — Nota hic insignem metaphoram portam a generatione humana, qua peccati generatio et prosapia describitur: nam mater peccati est concupiscentia, pater est libera voluntas; semen matris est suggestio et titillatio, vel voluptas quam ingerit excitatque concupiscentia; semen patris est ipse consensus voluntatis, prout est in fieri. Proles est ipse consensus, prout consideratur in facto esse, hic enim est ipsum peccatum. Proles autem hæc primo, est imperfecta, velut embryo et fetus incompletus; talis est consensus templenus, sive peccatum veniale ex indeliberatione. Secundo, est proles omnino formata et perfecta: talis est consensus plenus, sive peccatum mortale deliberatum. De peccatis enim quæ ex objecto et levitate materie tantum sunt venialia, hic directè non agit S. Jacobus. Nepe peccati est actus externus, v. g. ipsum homicidium. Pronepos est consuetudo peccandi. Abnepos est mors in peccato. Trinepos est mors æterna gehenne. Ecce quam mala et misera soboles a peccato, quasi a trinitate proeminant succrescit. Quocirca verò S. Augustinus, lib. V *Contra Julianum*, cap. III: «Concupiscentia carnis, ait, adversus quam bonus concupiscit spiritus, et peccatum est, quia inest illi inobediencia contra dominatum mentis; et pena peccati est, quia reddita est meritis inobediencia; et causa peccati est, defectio consentientis, vel contagione nascentis.»

Contraria est generatio et prosapia boni operis et virtutis. Eius enim mater est voluntas, pater gratia Dei, semen sanctæ cogitationis et inspirationes. Harum enim dulcedine affecta voluntas per gratiam Dei parit bonum opus, v. g. prænitentiam et propositum efficaciter mutandæ vite, quasi prolem spirituales, juxta illud *Isaie* cap. xxvi, vers. 18: «A timore tuo concipimus et peperimus spiritum salutis,» uti ex Septuaginta legit S. Augustinus, serm. 20 *De Verbis Domini*, Nepe est ipsa propositi executio, viceque nutritio. Pronepos est perseverantia et progressus in hoc bono proposito. Abnepos est mors in eo. Trinepos est coronæ vite et gloriæ æternæ. Hæc ergo est generatio Dei et filiorum ejus, quam diabolus quasi simia mediante concupiscentia imitatur, hæc exvertit et occiditque satagit, sicut occidit Adamum per Evam.

Sapienter S. Augustinus, *hom. 42*, inter 50: «Vel mortem, ait, time, si peccatum non times: peccatum enim cum consummatum fuerit, generat mortem. Nondum times peccatum: illico perducit peccatum. Dulce est peccatum, sed amarum est mors. Ipsa est infelicitas hominum; propter quod peccant morientes. Hic dimittant, et ipsum

peccatum secum portant. Peccas propter peccatiam, villam, mulierem? hic dimittenda sunt, quando oculos in morte clauseris, et ipsum peccatum quod committis, tecum portas, ut te comburant in omnem æternitatem.» Concupiscentiam enim sunt folles et fomenta gehenne, juxta illud *Isaie* I, 41: «Ecce vos omnes accendentes ignem accineti flammis, ambulatis in lumine ignis vestri, et in flammis quis succendistis. De manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormistis.» Ita Israelitis mortuorantes et concupiscentes carnes, a Deo puniti sunt morte, et sepulti in sepulchris concupiscentiam, Num. XI, 33. Plura et recentiora hujus rei exempla recenset B. Petrus Damianus, lib. VII, epist. 49 *ad Blancam Comitissam*. «Vegetigal ergo cupiditatis est calamitas,» ipsaque mors, juxta illud *Isaie* xiv, 11: «Subter te sternatur tinea, et operimentum tuum erunt vermes.» Dum ergo tentaris concupiscentia, cogita mortem, cogita tinea, cogita vermes et bufones, qui carnem tuam deponantur; in eaque tanto magis delibatur, quanto delectatus eam intraveris et impingueris. Sed hæc exilia sunt, et proclata tantum mortis æternæ ignisque gehenne, de quo *Isaie*, xxxiii, 14: «Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum arboribus sempiternis?»

16. SOLITE UTI QUOQUE FRATRES, — *Mi discipuli*, id est, non sinatis vos deduci et in errorem abduci a Simone Mago, hæreticis aut philosophis, ut scilicet eum tentantur, dicatis cum Simone, vos a Deo tentari: Deum enim auctorem esse omnium bonorum, quam bonorum; aut ut dicatis sapientiam et patientiam proprio ingenio et virtute comparandam esse, non autem postulandam a Deo, uti docuit vers. 8: tota enim disputatio Jacobi lucensque fuit de patientia et concupiscentia, nimirum docuit patientiam in qua sapientia Christiana consistit, flagitandam a Deo, ut concupiscentiam vincamus: Deum enim esse auctorem omnium boni et nullius mali, omnis virtutis et nullius concupiscentie. Unde errores hosce omnes una sententia et axiomate, quasi lethifero telo prospergens, subdit: «Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.» Paris enim erroris et impietatis est, vel cum Simone aliquid mali Deo ascribere, vel cum Philosophis et Pelagianis aliquid boni adimere. Impis enim et atheis est illa Philosophi vox de Jove, sive Deo:

Dei vitam, dei opes, animam equam mihi ipse parbo.

Ex adverso magna sapientia est sapere, et praecluce intelligere hanc veritatem, nos a nobis nil boni habere, nil sapientie, nil virtutis; sed totum id Deo donatum cum humiliter agnitione et gratiarum actione acceptum ferre. Sapiunt hoc S. Franciscus, cujus per necesse integris hæc una erat meditatio et oratio: «Quis ego, Domine, quis tu? Ego abyssus nihil, ignorantia, miserie, ma-

litiæ: tu abyssus omnis essentia, sapientia, felicitatis et bonitatis. Abyssus ergo meæ inopia tuam abyssum copie invocet.» Sic et Christus S. Catharina Senensi hæc duo documenta dedit: «Cogita quæ tu, quis ego. Cogita de me, et ego cogitabo de te.»

Idipsum celestis illustratio didicit noster Petrus Canisius, Germaniae apostolus: nam, ut in ejus Vita, lib. I, pag. 237, scribit P. Susebinus, cum Lauretum pergeret deipare callam veneraturus, «Ancone in templo aperuit Deus oculos mentis, novumque de cælo lumen infudit ingenio, fidele, magnorum caput ac fontem laudum. Monstrabat id lumen interiori oculo verum firmumque fundamentum religiose vite; simulque docebat, quemadmodum consilia ei sua omnia imponere, et studia omnia ac facta deberet. Fundamentum autem erit summe cognitionis intima, per quam penitus comprehenderet vilitatem inanitateque suam, quam foret ipse nihil, quam homi nihil neque nosset, neque vellet per se, neque posset, neque haberet; cum omnium bonorum initia, media, extrema in uno sita Deo, nec usquam alibi, præterquam in Deo ab ratione attentius collocanda sint.» Hoc lumen novum et insolitum magna gratiarum actione celebravit Canisius, eique quasi fundamentum omnes suas actiones superstruxit, soli Deo dans gloriam: sibi vero delectationem, correctionem, misericordiam. Inde tanta mole edificii, tanta gratiarum et animarum messis succrevit.

17. OMNE DATUM OPTIMUM. — *Discipuli*, id est bonum; idque primo, simpliciter, q. d. Omne datum bonum est a Deo dante: omne vero datum malum non est a Deo; sed vel a demone, vel a concupiscentia.

Secundo, «bonum» hic est *ἄριστον* insigne et præstant, optimumque intelligitur, nimirum «donum perfectum,» ut subdit, qualis est patientia, sapientia et victoria concupiscentie: de quibus lucensque egit S. Jacobus; ac generatio et filioque divina, de qua mox explicans subdit: «Voluntario enim genuit non verbo veritatis, ut simul *ἰνὴ ἰσχυρίας*, id est *primitias*, creaturæ ejus.» Hæc enim est donum perfectum et datum optimum, uti ad illam respiciens recte et solemiter vertit noster Interpres: ita datum hoc et donum ad sapientiam refert S. Cyrillus, lib. IV in *Joannem*, cap. xxv, et alii.

Hoc donum «desursum est,» quia descendit a Deo patre luminum, qui gloria sua thronum sursum posuit in cælis, de quo ait Moses *Deuter. LIII, 27*: «Ascensor oculi auxiliator tuus; habitaculum ejus sursum.» Vide ibi dicta.

Nota primo: Pro datum græce est *δῶρον*, id est, donatio: «donum» vero græce vocatur *δωρεῶν*, q. d. Non donum omne est a Deo, sed et ipsa doni *δῶρον*, sive donatio. Multi enim donant dona non sua, sed aliena, vel sua, sed aliunde accepta; aut sua non tam dant quam volunt:

Deus autem doni omnis quod donat, et simul ipsius donationis gratulatur et liberalis est auctor, non creator. Verum Noster *Deus*; veritatem *datum*, quia propter metonymiam ipse actus significat objectum, puta datio significat datum, sive donum. Item ergo est « datum optimum, » quod « donum perfectum; » utitur enim exaggeratione S. Jacobus ut donum Dei amplifiet. Sapienter Trismegistus in *Asclepio*: « Omnia Deus, ait, et ab eo omnia, et ejus voluntatis omnia: quod totum est bonum, decens, immutabile, prudens, ipse soli sensibile et intelligibile: et sine hoc nec dicitur aliquid, nec est, nec erit: omnia enim ab eo, et in ipso, et per ipsum. »

Nota *secundo*, per *datum et donum* posse cum Didymo quodlibet accipi, sive illud sit natura, sive gratia, sive gloria: omnia enim dona et opera Dei optima et perfecta sunt, *Genes. 1, 31; Deuter. xxxii, 4*. Proprie tamen duo posteriora spectat S. Jacobus, alloquitur enim fideles qui donum fidei, gratia, sapientiae et patientiae a Deo acceperant, certaque se expectabant donum gloriae: unde Thomas Anglicus *statum* accommodat donis, quae dantur in via, *donum* is quae in patria. Quocirca recte *primo*, hunc locum contra Pelagianos, negantes gratiam ad bene vivere datum a Deo postulantem esse, interque Concilium Aracenseum, *Can. ult.*; et saepe S. Augustinus, quin et Theophilus in Concilio Ephesino per *donum* accipit Spiritum Sanctum, et *sanctae* dona, puta remissionem peccatorum, conciliatorem, sapientiam, etc., quae Christus e caelo in fideles suos demittit. Alii accipiunt ipsummet Christum, qui seipsum cum suis donis immenso amore nobis dedit, et indes dat. Hic enim est datum optimum et donum perfectum, idque multipliciter: nam, ut canit Ecclesia ex Thoma:

So nascens donit sodam,
Convessens in edulium,
Se movens in pretium,
Se regans dat in prezium.

Secundo, recte quoque Auctor Imperfecti, hominibus, 39 in *Matthaeum*, donum perfectum adaptat ad potestatem regiam Principum et Virelatorum: haec enim omnia a Deo descendit et datur, uti docet Apostolus *Roman. xiii, 1*; quin et Titus Imperator apud Suetonium non timebat insidiatores, dicens « principatum tibi dari. » Melius Agatho Pontifex, episcopus, ad *Heracium et Tiberium*, per donum optimum accipit sapientiam principum, quae cognoscant et contendant se potestatem a Deo accepisse, nec eam posse sua prudentia et viribus recte administrare, sed ad hoc egerere directione Dei et sapientia ab eo infusa: hoc enim esse donum Dei optimum.

Tertio, S. Jacobus vult fideles poscere a Deo non quatenus quale datum et donum, sed optimum et perfectum, tum quia Christianissimus est status et professio vitae optima et perfecta; tum quia

Christianos vult entis ad omnem Christianismi perfectionem: uti revera emittuntur ejus vero primi Christiani. Vult enim eos pellers extima sapientia et patientia, ut summe gaudeant in tentationibus, persecutionibus et martyriis. Quocirca Cassianus, lib. II *Instit.*, cap. x, per « donum perfectum » accipit perfectionem virtutum; et S. Fulgentius, lib. I, *epist. 4*: « A Deo, inquit, emanat totius bonae voluntatis non tantum principium, sed et perfectio. » Id probat ex S. Jacobo dicente: « Omne datum optimum, etc. Deus enim est qui operatur in suis et velle et perficere. » Et S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, ac S. Augustinus, lib. I *De Virgin.*, cap. iv, per « donum optimum et perfectum » accipiunt virginatum, quam virgo non sibi, sed Deo humiliter ascribere debeat, uti docet Apostolus, I *Corinth. vii, 7*. Cyrillus vero, lib. IV in *Joannem*, cap. xxv, per « donum optimum et perfectum » accipit perfectam cognitionem Christi et veritatis: hanc enim esse summam gratiam, ideoque a solo Deo expectandam: cognitionem (inquam) non tantam et aridam, sed Dei amore informatam et ardentem. Summam enim Dei donum est charitatem, I *Corinth. xiii, 1*. Glossa vero accipit gratiam robustam et virtutem perfectam, qualis baptizatis datur in Sacramento Confirmationis. Alii idipsum adaptant vitae religiose: haec enim optima est et perfecta, ita noster Alvarez, lib. V, *part. I*, cap. I. Alii per « donum optimum » accipiunt tribulationes et crucis: has enim vers. 2 vocavit omne gaudium. Alii accipiunt Eucharistiam. « Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum et vinum germinans virginis? » *Zach. ix, 17*. Haec partialia dona sunt, non « omne donum, » ut ait S. Jacobus.

Denique humilis et verax fidelis sapiat et confiteatur cum S. Augustino, *Seriloq.* cap. xv: « Si quid boni est, parvi vel magni, donum tuum est, Domine: et nostrum, non nisi malum est. Unde igitur glorietur omnis caro? Numquid de malo? Hae non est gloria, sed miseria. Sed numquid glorietur de bono? Tuum, Domine, est bonum, tua est gloria: qui enim da bono tuo gloriam sibi querit, et non tibi querit, ille fur est et latro, et similis est diabolo, qui voluit furari gloriam tuam. »

DESCENDENS A PATRE LUMINE. — « Patrem lumen » vocat Deum et SS. Trinitatem. *Primo*, quia respicit ad sapientiam, quam dixit postulandam a Deo: sapientia autem est lumen mentis, cujus pater, id est auctor, est Deus.

Secundo, quia respicit ad solem: hic enim est pater omnis luminis in mundo. Nulla enim creatura corporata ita representat Deum, sicut sol: Deus enim est sol quidam increatus, lucidissimus et beneficentissimus, qui omnia sua beneficentiae luce et radiis illuminat, vivificat et perficit. Unde S. Dionysius, cap. iv *De Divin. Nomin.*: « Clara (ait) expressaque divinitatis imago est

magnus hic sol, totus lucens, ac semper splendidus, omnibus etiam quae ejus lucem capere possunt, collucet, habetque lumen per omnia diffusum, sursum et deorsum. Ac si quid est quod de eo non participet, id ejus luminis tenuitati aut parvitati non est tribuendum, sed is, quae quia apta non sunt ad capiendum lumen; ad id capiendum non explicantur. Itaque illius radius immensa splendoris magnitudine penetrat, ad vitam excitat, alit, auget, absolvit, purgat, renovat: ac lumen mensura est et numerus horarum, dierum totiusque nostri temporis; colligit convertitque ad se omnia quae videntur, quae moriantur, quae illustrantur, quae coalescunt, et uno nomine ea quae ab ejus splendore continentur; itaque *Deus*, id est sol, dicitur, quod omnia *solvent*, id est, congregat colligatque dispersa: eaque omnia eum expetunt, quae sensu percipiuntur, aut quod corne cupiant, aut sentire, illustrari, coalescere, omninoque contineri a lumine. « Ecce hic est pater lumen, hic est sol lucidissima divinitatis. Perperam ergo Anastasius Sinaita, lib. IV *Hexaem.*, censet *Deus* esse nomen Hebraicum, idemque quod *Ex*, id est, *Deus meus*, ideoque Christum in cruce sole obscurato exclamasse: « Eli, Eli, lamma sabaachani? » Vide octodecim analogias solis et regis, ac magis Dei, qui est Rex regum, quas recensui *Isaiae xlv, 1*.

Tertio, Deus est « Pater lumen, » id est bonorum: omnis enim boni causa et symbolum est lumen. « Ex ipso enim bono lumen est, et bonitatis imago. Itaque lucis nomine ipsum bonum celebratur, quasi in imagine exemplar expressum. Divinitatis enim bonitas omnia illustrat, efficit, vivificat, continet, perficit; estque eorum quae sunt et mensura, et aeternitas, et numerus, et ordo, et complexus, et causa, et finis, » ait S. Dionysius, *De Divin. Nomin.*, cap. iv. Hinc Ecclesia ad Primam, orans pro ope et directione Dei ad omne bonum toto die peragendum, ait: « Et si splendor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos. » Splendor enim et serenitas faciei signum est favoris et operis, benevolentiae et beneficentiae. Unde identidem orat Psaltes: « Ultima faciem tuam super servum tuum; » et *Psalms. lxxv, 4*: « Illuminans, ait, tu mirabiliter a montibus aeternis, » scilicet ut nos a tenebris obsidionis liberet, eadem castra Sennacherib ex montibus Sion et Moria, ait Theodoretus et Euthymius *ibidem*.

Hinc Joannes Alba Electorum, cap. xvi, « Patrem lumen » interpretatur « auctorem omnium bonorum. » Lumen enim est primum mundi bonum, per quod fruimur caeteris. Unde et primo creatur est a Deo, dicente: « Fiat lux. Et facta est lux; » illicque additur: « Et vidit Deus lucem, quod esset bona, » *Genes. 1, 4*. Hinc ex adverso Tobias Raphaeli appropinquat gaudium: « Quale, ait, gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo et lumen oculi non video? » *Tob. 7, 12*; et cap. x,

vers. 4, filium vocat « lumen oculorum suorum, id est, omne suum bonum. Hinc sicut videre bona Hebraeis significat potius bonis: ita et videre lumen, idem denotat, ut *Psalms. xxxv, 10*. In lumine tuo videbimus lumen, » id est, in te summo bono fruamur omni bono. Sic ait Pacatus in *Panegyrico Theodosii*: « In ipsi statim Imperii auspiciis privatorum domos adibat, et urbis angulos, qui nunquam imperatorum solem viderissent, pio lumine complebat. » Hic sensus symbolicus magis est quam litteralis.

Quarto, quia S. Jacobus opponit Deum concupiscentiae, quasi lucem tenebris: concupiscentia enim caeca est, hominemque excecat: unde Deus, inquit, quasi pater lumen invocandus est, ut sua luce omnes concupiscentiae tenebras illuminet et dispellat.

Quaes: Quot modis et rationibus Deus, et S. Trinitas dicitur « Pater lumen? » Respondet, sex: *Primo*, quia ad intra, sive in essentia sua Deus est lux increata, originalis et immensa. Vide S. Dionysium, cap. iv *De Divinis Nominibus*. Unde et S. Paulus ait Deum habitare lucem inaccessibilem, I *Tim. 1, 16*. Rursum singulae personae SS. Trinitatis sunt lux immensa; sicut enim a luce procedit lumen, ita a Patre procedit Filius, juxta illud Symboli Niceni: « Lumen de lumine; » sic et Spiritus Sanctus a Patre et Filio procedit ut lumen. Unde Ecclesia in hymno Pentecostis cum invocans: Veni, inquit, lumen cordium. Quocirca S. Dionysius, cap. v *De Divin. Nominibus*, Tertullianus, Justinus, Nazianzenus et alii mysterium Trinitatis per lumen explicant, utpote in quo sunt tria distincta et coeva; quae tamen unum quid videntur, nimirum lumen, splendor et calor. Rursum sicut lumen sine ulla sui immatione producit secundum et tertium, ita Pater sine ulla sui jactura generat Filium et spirat Spiritum Sanctum, eisque sum deitatem communicat. Audi Nazianzenum, *orat. 40*: « Lumen, inquit, hoc in Patre et Filio et Spiritu Sancto consideratur, quorum oppulenta naturae identitas est, atque una eademque splendoris proslatio. » Idem, *oratione 43*: « Deus, ait, est lumen inaccessibile, ac successioni minime obnoxium, nec principium habens, nec finem habiturum, nec in dimensionem cadens, perpetuo fulgore rutilans, trino splendore micans, et tale, et paucis, imo ne paucis quidem, perspicua sit ipsius magnitudo. » Unde rursum S. Dionysius ita orditur suam *Hierarchiam coelestem*: « Omne datum optimum, ait, et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre lumen, etc. Itaque appellato Jesu, qui lux est Patris, quae est, quae vera est, quae omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat, ejus benigne nobis ad Patrem lucis auctorem adire patuit, ad illustrationem sanctorum Scripturarum vniuersam, celestiumque mentium atque naturarum hierarchias consideremus, lumenque, illud « lumen oculi non video? » *Tob. 7, 12*; et cap. x,

placem ipsius radium splendoremque referamus. Et S. Augustinus, serm. 122 De Diversis, cap. xv: «Ipsam Verbum, ait, Deus incommutabilis est, sicut Verbum, apud quem est Deus. Nihil in illa persona cogitis detrimere, vel commutatione: Dea enim Pater luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio. » Denique ab Apostolo Hebr. 1, 3, Filius Dei vocatur «splendor gloriae, et figura substantiae Patris.»

Secundo, quia Deus ad extra producit angelos, qui toti sunt intelligentes et laudii, de quibus proinde ait Nazianzenus, orat. 2 De Pascha: «Secundum splendores procreati sunt, primi splendoris comministri, primario Dei fulgore colucentes. Ille ob splendorem Lucifer, » etc.; item homines qui pariter natura sunt intelligentes: unde et homo a Graecis *σοφ*, id est *sophos*, vocatur propter rationis usum, ait Nazianzenus, loco jam citato. Insuper Deus producit homines, aves, pisces et animalia que polent lumine oculorum, etque ad imaginationis et phantasie.

Tertio, quia Deus est Pater auctorque solis, lunae, stellarum omniumque luminum, eteque primo omnium lucem creavit, dicendo: «Fiat lux, » Genes. 1, ait Nazianzenus, oratione 43. Hoc est quod canit Baruch, cap. iii, 43: «Qui emittit lumen, et vadit; et vocavit illud, et obediit illi in remore; stelle autem dederunt lumen in custodia suis, et laetate sunt. Vocate sunt et dixerunt: Adeumus. Et luxuravit ei cum jucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster. » Rursus est auctor cujusvis lucis, id est, vite, puta angelice, humanae, animalis et vegetativae. Denique omnes creaturae suo lumine, id est, sua pulchritudine, ostendunt suum Creatorem quasi Patrem luminum. Nam, ut ait Sapiens, cap. xii, 3: «A magnitudine speciei et creaturae cognoscibiliter poterit Creator horum videri.»

Quarto, quia producit omnia lumina supernaturalia, puta fidem, sapientiam et patientiam, ceterasque virtutes, quae non sunt aliud quam lumina mentis, a Patre luminum derivata, ut quidam Sanctorum dixit. Hoc maxime respexit S. Jacobus: vult enim patientiam, sapientiam ceterasque virtutes non nobis, sed deo ascribi, ab eoque postulari. Unde et baptismus a S. Dionysio aliusque Graecis vocatur *φωτισμός* (quin et a S. Paulo, Hebr. vi, 4), id est *illuminatio*, quod per eum Deus fidelibus infundit fidem, sapientiam, gratiam, charitatem omnesque virtutes Christianas, quae sunt lumina quaedam supernaturalia. Vult ergo S. Jacobus fideles a Patre luminum poscere lumen intelligentiae, ut cognoscant et sapient virtutes illas sublimes mundo paradoxas, quas paulo ante docuit, nimirum tribulationem esse gaudium et felicitatem; patientiam habere opus perfectum; humiliter gloriantur esse in sua exaltatione, diviti autem in sua humilitate erubescendum; beatum esse qui suffert tentationem, etc. Haec enim sunt axiomata quae omne rationis et philosophiae lu-

men et dictamen transcendunt, nec nisi lumine divino a Patre luminum infuso capiuntur. Unde Nazianzenus, orat. 40, docet Deum esse lumen quoddam: «Quo princeps animi nostri pars illustratur, ac nostri secundum Deumgressus diriguntur: » Iona Christus: «Ego, ait, sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae, » Joan. viii, 12.

Quinto, quia omne lumen prophetieum descendit a Deo, quasi Patre et auctore luminum; Deus enim omnibus Prophetis sua oracula inspiravit, et quasi lumina revelavit: de quo dixi initio Comment. in Prophetas. Unde S. Dionysius, cap. iv De Divina Nomina, ait bonum vocari lumen mentis, quod mentem spirituali luce implet, eique sacrum lumen largiatur: «Lux ergo mentis, ait, diuina bonum, quod lucem omnem superat, quod quasi radius fontis lucis, quae manans effusio mentem omnem ex sua plenitudine illustrat, omnesque mentis facultates renovat, omnes complexu suo continet, congregat et colligit. » Idem, cap. vii, docet modum intelligendi divina esse, «si nos toti extra nos simus, totique dei sumus: praestat enim nos Dei esse quam nostros. Ita enim demum nobis divina tradentur, si cum Deo simus. » Et inferius assertit, sapientiae universae mentisque omnis, ac rationis et sensus omnis divini sapientiam principium, esse causam procreatricem, perfectionem, custodem et finem.

Sexto, quia lumen gloriae, quo Angeli et Beati omnes vident Deum, eoque fruuntur et beantur, promanat a Deo quasi Patre luminum; de quo Psaltes, Psalm. xxxv, 10: «Quoniam, ait, apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen. » Hoc enim omnium auctor est Deus: merito ergo «Pater luminum» indigitatur, nimirum, ut ait Poeta:

Ipsae est verus fons lucis dans lumen incoactum.

Porro hoc lumen gloriae in electis Deus ex anima derivabit in corpus, illudque faciet splendidum et gloriosum per dotem charitatis in illud transfusam. Unde Christi facies in transfiguratione resplenduit sicut sol, Matth. xvi, 2. Et Angeli in corpore assumpto representant omnes gloriam corporis Christi resurgentis, apparuerunt fulgidissimi fulgurantes. «Erat, inquit S. Mattheus, cap. xxvii, vers. 3, aspectus ejus, sicut fulgur. » Denique «justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum, » Matth. xiii. Quocirca Ecclesia invocans Christum quasi Patrem luminum, in festo Transfigurationis ad Laudes, ita jubilat:

Amor Ieri dulcissime,
Quando cor nostrum vistes,
Felix mentis caligine,
Et nos replebis dulcedine.

Quoniam felix est quem solus,
Comes patrum daretur!
Tu vera lumen patris,
Quod omnem sensum superat.

Splendor paterna gloria,
Incomprehensibilis bonitas,
Auctori toti caelum
In nobis per praesentiam,

APUD QUEM (Graece *πρὸς ἡ*, id est in quo, vel a quo; vel usitatus apud quem) NON EST TRANSMUTATIO localis, qualis est solis dum mutat locum et ab Oriente movetur in Occidentem, nec VICISSITUDINIS (Graece *εἰς ἄλλο*, quod Commentarius explicat, conversionis) OBUMBRATIO.

Dupliciter enim sol causat tenebras et umbram. Primo, motu diurno, dum eo finito abit et occidit in vespera; haec est transmutatio localis. Secundo, quodam vicissitudine et vicaria sui conversione a tropico Cancris in tropicum Capricorni; haec enim variis apud varios generalis umbras: quo enim magis accedit, eo minores; quo magis recedit, eo majores parit umbras: Deus vero nec mutationem, nec conversionem ullam subit: unde plane tenebrarum est expertus, nullasque secum vehit umbras.

Secundo, Thomas Anglicus: Apud Deum, ait, non est transmutatio in natura, quia omnino immortalis est; nec vicissitudinis obumbratio in effectu, quia ab ipso semper procedit lux, nunquam tenebra.

Tertio, alii: Apud Deum, inquit, non est mutatio accidentalis, ut quod prius voluit, postea non dicit, ut quod prius oderat; ut ira, metu, aliaque passione agatur. Nam, ut ait S. Augustinus, Deum alioquens lib. I Confess. iv: «Amas, nec desinas; zelas, et securus es; ponit te, et non dolens, irascens, et tranquilluss es; opera mutas, et non mutas consilium.»

Quarto, germanicus alii, q. d. Apud Deum non est mutatio nec vicissitudo luminis gratiae et umbrarum peccati, ut scilicet nunc causet gratiam, nunc tenet ad peccatum: de eo enim agit S. Jacobus. Et Graecum *απαλλάττει*, sive *απαλλάττει*, idem est quod *alternatio*, id est, per vias commutatio, variatio, vicissitudo, differentia, diversitas, aberratio, praeteritio, commutatio: ut serratores lignorum alternant mutantque vias, dum nunc aetram elevant, nunc depriment. Unde S. Hieronymus, lib. IV De Trinitate, verit, apud quem non est desinitio; S. Hieronymus, lib. I Contra Jovinianum, Apud quem non est differentia; Vatablus, apud quem non est immutatio. Alludit ad Astrologos qui observant stellarum, et praesertim cometarum parallaxin, id est, variationem in motu, situ, aspectu: sol enim ad quem quasi patrem luminum hic alludit S. Jacobus, suam habet parallaxin, non in essentia, nec in luce sibi intrinseca, sed in motu, situ et lumine quod diffundit.

Nota: Quintuplex est immutabilitas in Deo: primo, naturae, quia immortalis est; secundo, qualitatis, quia inalterabilis est; tertio, loci, quia immensus est, itaque immobilis; quarto, voluntatis, quia constans est; quinto, operationis et extensionis sui, quia eodem tenore semper ope-

ratur, eundemque se semper ostendit; quatuor ultimae ex prima promanant: quia enim Dei natura plane est immutabilis in se, hinc et talis est quoad qualitates, loca et volitiones: «Omnis enim mutatio quaedam mortis imitatio est, » ait S. Bernardus, serm. 81 in Cant.; et S. Gregorius, lib. XII Moral. xvii, hunc locum sic explicat: «Quid, ait, mutabilis, nisi mori quaedam est? quae dum rem quilibet in aliud immutat, quasi occidit quod fuerat, ut incipiat esse quod non erat. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: ipsa enim mutabilis umbra est, quae quasi obscuraret lucem, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret. Sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla ejus lumen umbra vicissitudinis intercidit. » Unde in Cant. exp. iv, vers. 6, gemit sponsa: «donec aspiret dies, » eternitatis; «et inclinentur umbrae, » mortalitatis et mutabilitatis. Itaque S. Jacobus non loquitur hic de quatuor primis Dei immutabilitatibus, sed de quinta quoad operationem, q. d. Deus in operando non mutat, nec variat vias, ut jam causet sapientiam et patientiam, jam concupiscentiam, impatientiam et peccatum; sed idem semper, sibi quoque per omnia similis non nisi bona constanter producit, eaque omnia, mala vero nulla. Confer enim et praefert Deum soli, qui licet in essentia et qualitate sit immutabilis, mutatur tamen loco, aspectu et operatione, ut nunc diem, nunc noctem; nunc calorem, nunc frigus; nunc aestatem, nunc hiemem efficit. Deus autem uti essentia et qualitate, ita et loco, aspectu et operatione immutabilis est, nimirum ut semper lucem, id est bonum producat, nunquam tenebras, id est malum. Unde Graecum *απαλλάττει* Proclus in Sphaera, pro solis conversione usurpat. Sensus ergo est, q. d. Deus est pater luminum et sol increatus, sed non patitur, ut sol noster, illam reciproconem motus, illuminationis et operationis, ut nunc accedendo lucem gratiae, nunc recedendo tenebras errorum et peccati inducat, sed perpetua est lux, constansque fons omnis luminis.

Nec VICISSITUDINIS OBUMBRATIO. — Graecum *εἰς ἄλλο* S. Augustinus pro *εἰς ἄλλο* videtur loquisse *εἰς ἄλλο*; nam lib. De S. Virgini, cap. vii, verit, nec momenti, id est, momentanea obumbratio: *εἰς ἄλλο* enim significat *sanctis in libro momentum*, hoc est inclinationem, librationem, impulsum. Unde Sapiens, cap. xi, vers. 23: «Tanquam *εἰς ἄλλο*, id est, momentum statera; sic est ante te orbis terrarum, et sicut gutta rosis antelucani. » Verum alii passim legunt *εἰς ἄλλο*, id est conversio, vicissitudo, fuga, solstitium; explicat enim, quam vocavit mutationem, nimirum vicissitudinem obumbrationem, id est, vicissitudinem umbrarum, hoc est, instar umbrarum obumbrantem; aut vice versa obumbrationem vicissitudinis, id est, vicariam et per vias succedentem lucem et illuminationem, uti obumbratio noctis suo tempore et vice succedit illuminationi diei. Est enim hyaloallage in utraque

voce. S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, legit, *sec conversionis umbraculum*, et lib. II *Contra Pelagianos*, cap. III: «Deus, ait, lux appellatur, et tenebrae in eo non sunt ullae, quia omnium aliorum lumina aliqua sorte maculantur. Apostoli lux sunt mundi, sed tenebrae in eis sunt aliquae; nam, ut ait Job, cap. XXV, vers. 5: Luna non splendet, et stellae non sunt mundae in conspectu ejus.»

Sensus ergo est, q. d. Noster sol, qui est pater luminum, patitur non in se, sed quoad nos, *scilicet* vicissitudinis obumbrationem: mutat enim vices, primo, diei et noctis: ut nunc hemisphaerium nostrum, nunc oppositum illuminet: nunc in nostro, nunc in opposito, causat umbram et tenebras. *Secundo*, mutat vices, quia *ipso*, id est, conversionem, et a tropico Canceri in tropicum Capricorni reciprocat: quare nunc habitantibus sub Cancro, nunc habitantibus sub Capricorno alternat, alternatque augeat lucem et umbram, causatque hiemem et aestatem. *Tertio*, sol patitur eclipsim per interpositionem lunae inter eum et terram: idemque lunam eclipsat, si inter utrumque interjectus sit globus terrae. *Quarto*, sol saepe nubibus, ventis et procellis obducitur, obumbratur et obscuratur. *Quinto*, sol dum est in solstitio hiemino, causat brevissimos dies, in aëstivo longissimos, in equinoctio aequales noctibus. Bursum causat et alternat quatuor anni tempora, scilicet ver, aestatem, autumnum et hiemem. Hisce enim motibus, accessibus et recessibus varias et multiplices efficit umbras, imo quotidie in singulis momenta umbrarum corporum omnium in terra juxta motum solis mutantur: umbra enim sequitur sinum corpus lucidum, puta solem, etque per omnia se accommodat: at Deus, qui est sol fixus, immotus et immensus, nullas in illuminatione et operatione causat umbras, nullas tenebrarum et lucis habet vicissitudines, ut nunc hominum operetur, nunc malum, sed quantum est ex se, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, *Jean. 1, 9*; nullam in operando, illuminando et beneficiando patitur *variatio*, id est conversionem, variationem, fugam, solstitium, diminutionem, umbram, eclipsim; sed semper et ubique in omnes et omnia beneficentiae suae radios explicat et expandit, nunquam tenebrosus vel umbrosus est, id est, nunquam maleficus aut minus beneficus, imo nunquam consistens quasi in solstitio, et a beneficio cessans, sed jugiter operans et beneficiens existit. Ita Beda. Vere *S. Fulgentius, epist. 4, cap. v*: «Ille, ait, nobis omnem boni sufficientiam subministrat, cujus non minuitur plenitudo cum donat.» Nam, ut ait Sapiens, cap. VII, 40 de Sapia in creata, quae est Deus: «Inextinguibile est lumen illius.» Quantum ergo est ex parte luminis et solis hujus, ille per se omnibus praefulget, in omnes radios suos spargit; si quis sua duritia claudat fenestram cordis sui, tenebras suas sibi, non soli huic ascri-

bat, uti superius dixi ex S. Dionysio. Ille dos soli Deo convenit, non angelis; nam, ut ait Gregorius, lib. V *Moral.* cap. XXXV: «Natura angelica etsi contemplationi auctoris inhærendo, in statu suo immutabilis permanet, eo tamen ipso quo creatura est, in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet.» Hinc Lucifer cum suis ex angelo factus est diabolus. Multo magis homo: «fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.» *Job xv, 2*. Hinc Dei nomen est *Jehova*, sive «Ego sum qui sum.» *Erod. III, 14*. Et: «Ego Deus, et non mutor.» *Malach. III, 6*. Vide ibi dicta. Quocirca recte Ecclesia Patrem luminum invocans orat feria 3, ad Matutium:

Censore poterit luminis,
Lux ipse lucis et dies,
Aster tenebras noctium, etc.

Et ad Laudes feria 2:

Splendet interior gloria,
De luce lucis potens,
Lux lucis et dies luminis,
Deus dico Humanis.

Versare sol illabere,
Micans manere perpetui,
Jocunde Sancti Spiritus
Infantiae nostris sensibus.

Hae de causa Dei Filius suscepit humanitatem factus homo, ut in ea posset umbras passionum, laborum, crucis et mortis suscipere, quarum incapax erat deitas, uti docet Anastasius Sinaita in *Epist.*, id est, *vix duce*, cap. XII. Unde S. Dionysius, visa, eclipsi solis miraculosa in morte Christi, rogans Apollonem quidam hoc sibi vellet, ab eo audit: «Ite sunt, o bone Dionysi, divinarum vicissitudines rerum, ut ipse refert epist. *Ad Apollonem*.

Hinc *secundo*, Gnosticos et Manichaeos docentes animam humanam esse divine partem aëris, et de ipsa Dei substantia decidi, confutat S. Augustinus, lib. *De heres.* cap. VI et XLVI, sic enim deitas mutaretur et minueretur. Creat ergo animam Deus, et creando infundit antequam corpori humani debite organizato.

Tertio, Deus in Scriptura subinde dicitur obumbrare, non quod instar umbræ patiatur defectum, aut variationem luminis; sed quod instar umbræ suos ab æstu tentationum et tribulationum protegat, juxta illud *Psalm. xc, 4*: «Scappulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis.» Aut quod in umbra, id est, arcana et obscure quosdam homines hominumque intellectum sua mysteria operetur. Unde de Verbi incarnatione dixit Gabriel ad B. Virginem Deiparam: «Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.» *Luce 1, 35*.

Quarto, hinc S. Augustinus in *Speculo*, cap. XII, docet SS. Trinitatem esse verum lumen, et *et c.*, id est, ipsum ens immobile, immensum, subsistens et constans. «Unus, ait, a se (Pater), unus

ab uno (Filius), unus ab ambobus (Spiritus Sanctus): ab uno omnia, per unum omnia, in uno omnia: id est, a se Pater; ab altero, id est a Patre, Filius; ab utroque Spiritus Sanctus; *et a se, et ab altero, et ab utroque*; omne autem semper in tribus, et omne *et aequaliter* in singulis: verax genitor, veritas ventus, amor amborum Spiritus Sanctus: una virtus, aequalis majestas, par gloria. Unde eam invocans subdit: «Deus trina et unus» Deus omnipotens, apud quem non est transmutatio, et ideo apud te cursus temporis, diei noctisque alternatio inaequum variatur. Deus lux vera, qui sine accessu ea quae eligis, illustras; et sine recessu ea quae respicis, *deseris*: et ideo in te nullus defectus, nulla mutabilitas venit. Deus, qui in temetipso manendo immutabilis es, sic in re transitoria condidisti, ut apud te transire nequam possint; et ideo in conspectu tuo tempus non defluit, quod apud nos sine decurrit. Deus, in cuius aeternitate fixa manent ea, quae non fiunt exteriori spectaculo volumina emanant; et ideo aeternitas tua dies est una, quae nec fine clauditur, nec initio aperitur. Deus, qui sine mutabilitate tui simul cuncta respicis, sine distensione comprehendis, et bona quae juvas, et mala quae iudicis, et quae juvas remuneras, et quae iudicans damnas, in his quo diverso disponis ordine diversus non es. Deus, qui opera tua extra circumdas, et intra poples; supra regis, et infra fere; et hinc superior per potentiam, inferior tamen per sustentationem; exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem; causa superior et inferior es sine loco; amplius sine latitudine, subtilis sine extentione, et ideo per membra corporis nusquam es, sed per faciem scriptam substantiam et immensitatem incommutabilis naturae nusquam dees. Deinde cap. XXXIII, sic Deum alloquitur: «Deus supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo nihil, ultra quem nihil, infra quem nihil. Deus sub quo totum, cum quo totum, in quo totum. Deus a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Deus cujus nos fides excitat, spes erigit, charitas iungit. Deus qui petere iubet, et invenire facit, et pulsantibus aperit. Deus a quo averti, cadere est; in quem converti, resurgere; in quo manere, consistere. Deus quem nemo amittit nisi deceptus, nemo querit nisi admonitus, nemo invenit nisi purus, aut purgatus. Deus quem nescire, mori est; quem nosse, vivere est; quem spernere, perire est; cui servire regnare est. Deus cujus pietatis ope et bene servit subjectus, et dominatur prelati; et ideo sine te nemo corum recto incedit tramite, vel ordine. Deus invisibilis et immense, ineffabilis et eterne, incomprehensibilis, et corpore immortalis et perpetue, incommutabilis et inextinguibile, mirabilis et benedicti, indicibilis, cui esse est vivere, sapere et intelligere, scire et posse pulchrescere et clarescere; unum et idem es, quia simplex es, et dividi non potes. Tu es iose Deus

meus vivus et verus, Deus pius, Rex nimis magnus.»

Denique hinc S. Gregorius, lib. XII *Moral.*, cap. XVII, docet viam et rationem acquiriti mentis stabilitatem et constantiam esse, si eam in Deo stabili et immutabili defigamus: qui enim in creatura cor et spes suas ponit, cum labili fit labilis; qui vero in Deo, cum stabili fit stabilis, ut nulla rerum, temporum, personarum, occupationum, passionum vicissitudine agitur; sed idem semper, siquae similis sit, eodem vultu et animo consistens in adversis et prosperis. «De sanctis, inquit S. Gregorius, scriptum est: Celi enarrant gloriam Dei; qui per naturam omnes in semetipsis propriam mutabilitatem habent; sed dum immutabili veritati studiose semper inhærent desiderant, inhærent agunt ut immutabiles fiant. Cumque ad hanc totam affectu se tenent, quandoque accipiunt ut super semetipsos diebus vincunt hoc, quod in semetipsis mutabiles extiterunt, etc. Ipse enim in semetipso solus immutabilis est, de quo per Jacobum dicitur: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.» Sancti ergo de Deo dicunt per *Psalm. LV, in* quavis occupatione et perplexitate: «In pace in idipsum dormiam et requiescam, quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.» Quae fuerunt ultima vota et verba S. Gorgonii, sororis S. Gregorii Nazianzeni, isque immortis est, testato Nazianzeno, orat. 14, quae est in funebri S. Gorgonii.

18. VOLUNTARIE ENIM GENUIT NOS.—Probat Deum non esse auctorem tenebrarum, id est tentationis et peccati, sed lucis, id est sapientiae, patientiae, omnisque doli optimi et doni perfecti; quia genuit nos fecitque filios suos, lucis, inquam, sicut ipse est pater luminum. Hæc enim generatio est datum optimum, omnique donum perfectum ambit et amplectitur. Quid enim Deus neget filijs suis?

Nota: 1. *Voluntarie* S. Bernardus, sermone 2 ad Fratres, super hoc, *Hæc est generatio quantum Dominum*, refert ad voluntatem hominis, non Dei, q. d. Deus genuit nos reformando voluntatem nostram, ut illa ex impia fiat pia, ex carnali iusta et sancta. In baptismo enim regeneramur voluntarie, utpote infantes; adulti vero per penitentiam sponte assumptam regeneramur voluntarie. «Nunc demum, etc.», voluntaria generatio voluntariam exhibet sacrificium, juxta illud *Psalm. LIII, 8*: Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est. Hæc est generatio quæroque Dominum. Quantum, an habentium dicam? Habentium utique et quantumque; alioqui non possent querere non habentes, Verbo genti, Verbum habent. Nam Deus erat Verbum, a Verbo græco est *Logos*, id est volens, ut veritatis S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*; «Eumenius, destinata voluntate; alii, quia voluit; alii, gratuita benevolentia. Vox ergo,

voluntarie, primo, secernit generationem nostram a generatione Filii Dei: Deus enim ab eterno genuit Filium, non voluntarie, sed naturaliter et necessario: nos vero generat voluntarie et libere: ita S. Athanasius, serm. 4 *Contra Arianos*, et S. Fulgentius, lib. III *ad Monim.*, cap. VIII.

Secundo, id est, *beneficentiam et benevolentiam*, qua sine meritis nostris, imo immerentes et indignos, clementer et liberaliter vocavit, elegit, justificavit, regeneravit, juxta illud *Osese XIV, 3*: « Diligam eos spontanea. »

Tertio, a voluntarie significat nos non casu, aut fortuna Dei voluntate, sed certo consilio, deliberatione, proposito et predestinatione Dei ab eo esse genitos: hoc enim significat *Psalm. IIII, 10*: « Ut notiam faceret nobis sacramentum voluntatis sue secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, iusturaro omnia in Christo, etc., in quo etiam et nos sorte vocati sumus, » predestinati secundum propositum ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue, ut simus in aeternam glorie ejus. »

Generi nos. — Ter genit sumus a Deo. *Primo*, naturaliter dum nati sumus: tunc enim genuit, id est creavit et formavit nos Deus. Ita Dionysius, *Secundo*, in baptismo, dum in eo renati sumus. *Tertio*, in penitentia, dum post baptismum in peccata relapsi per penitentiam renovati et regenerati sumus. Aliqui putant S. Jacobum ad tres hasc generationes respectisse. Verum verius est eum duas posteriores duntaxat spectasse: has enim fecit Deus verbo veritatis. A hoc est quod ait S. Joannes, *cap. I, vers. 12*: « Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. »

VERBO VERITATIS. — *Primo*, *g. d.* Per verbum, id est per Filium suum incarnatum, eumque « veritatis, » id est verum et veracem. Ita S. Athanasius, serm. 4 *Contra Arianos*; S. Bernardus, verbis jam citatis, et *Œcumenus hic*. Nam, ut ait S. Joannes, *cap. I, vers. 17*: « Lex per Moysen data est: gratia et veritas per Jesum Christum facta est. » E contrario generatio diaboli fit verbo falsitatis: promittit enim suis bona, sed falsa et fallacia.

Secundo, alii « verbo, » id est, jussu suo veraci, fideli et efficaci; ut veritas hinc idem sit quod fidelitas, qua Deus fideliter generationem hanc spiritalem in Christo promissam præstitit et adimplevit.

Tertio, alii « verbo, » scilicet sacramento, dicendo in baptismo: « Ego te baptizo; » et in sacramento penitentie: « Ego te absolvo. » Unde Apostolus ait: « Mundans eam lavacro aque, in verbo vite. » *Ephes. V, 19.*

Quarto, simpliciter et germanus, « verbo (Valabius, *sermo*) veritatis, » id est per Evangelium et veram Evangelii predicationem, tum exteriorem, tum magis internam per inspirationem et gratiam Christi: ita passim Interpretes. Cuius S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*: Christus, inquit, virgo virginitatem docuit verbo veritatis, quod successit umbræ ac speciei que processit in lege, dedicans in seipso virginis primitias virginum suarum. Rursum « verbo veritatis, » id est, per fidem veram: hæc enim est initium justificationis et regenerationis: diciturque verbum metonymice, quia ex verbo Evangelii prædicato et audito concipitur et « renatur. » Peccator enim audiens verbum Dei, ex illo Christi mediatoris concipit finem et spem veritatis, et ex ea dolorem de peccatis, contritionem et amorem Dei, quibus disponitur ad justificationem quasi ad generationem spiritualem Dei.

Denique Cajetanus « verbo explicat ad verbum, *g. d.* Geniti sumus non ad fabulas, sed ad verbum veritatis vite et vocis prædicandum, et celebrandum.

Moraliter dico: qualis quæque sit hæc generatio et filio divina, utpote per quam sumus divinus consortes nature, filii et heredes Dei, ac coheredes Christi. In ea ergo pater est Deus, semen est gratia proveniens, per Christi passionem et merita aspirata: mater est voluntas nostra; semen ejus est consensus in gratiam et vocationem Dei; pater est homo novus vivens vite gratia, imo ipso Deo et Christo. Hic enim per justitiam realiter et substantialiter mentem justis inhabitat, sanctificat, informat quasi animam, dirigitque et agit ad omnia bona; uti dixi *Osese cap. I, vers. 10*, et II *Petri I, 4*. Vere S. Bernardus *ad Fratres de monte Dei*: « Formatio hominis, ait, institutio est moralis: vita ejus, amor Dei. Hanc fides concipit, spes parturit, charitas format et vivificat. Amor enim Dei, vel amor Deus Spiritus Sanctus amori hominis se infundens, afficit eum sibi. Et amans semetipsum de homine Deus, secum unum efficit et spiritum ejus, et amorem ejus. Amorem ergo Dei in homine ex gratia genitum lactat lætio, meditatio pascit, oratio confortat et illuminat. »

Quocirca Christus Dominus ut hanc generationem et filiationem nobis procuraret, adeoque ut ipse quasi pater, imo mater nos parturiret et pareret, immensus dolores et cruciatus tota vita, sed præsertim in cruce et passione sustinuit: adeo ut videretur esse abyssus et mare dolorum, ut merito dicere possit cum Paulo: « Filii mei, quos iterum parturio, donec ego Christus formetur in vobis. » Et hoc significat hic græcum « *genuerit*, » id est progeniit, parturit, peperit, in lucem emisit. Unde S. Bernardus, serm. 16 *in Cantic.*: « Voluntarie, ait, genuit nos verbo veritatis, non stimulo carnalis cupiditatis excussit, quemadmodum genitor carnis meæ. Deinde

etiam non peperit Unigenito pro se genito. Ita ipse quidem patrem se exhibuit mihi, sed non ego me illi vicissem filium. Quamvis fronte attollo jam oculos ad vultum patris tam boni, tam mali filius? Pudet indigna gessisse genere meo, pudet tantum patri vicisse degenerem. » Idem in tractatu *De Diligendo Deo*: « Si totum, ait, me debeo pro me facto, quid addam jam pro refecto, et refecto hoc modo? Nec enim tam facile refectus, quam factus: nam qui semel et tantum dicendo fecit, in reficiendo profecto et dixit multa, et gessit mira, et pertulit dura; nec tantum dura, sed et indigna. Quid Deo retribuam pro se? Nam etiam si me mille rependere possem, quid sum ego ad Deum? Deus enim, ut ait S. Augustinus, plus me dilexit quam se, quia vitam suam dedit pro meâ. Quamvis est ut homo valeat Deum, ut pretium mortis nostræ sit mors Dei et Ilyrum vite meæ sit vita Dei? « Video, ait Eusebius Emisenus, hom. 6 in Pascha, ipsum transisse in pretium meum, quandoquidem tam pretioso munere ipsa redemptione agit ut homo Deum valere videatur. » Quocirca merito Petrus Chrysologus, serm. 70: « Homo, ait, redi ad Deum sic amatus a Deo, et ad illum gloriam data totum te, qui se totum propter te ad suam deduxit injuriam; et voca patrem fideles, quem tanto amore tum probas, sentis, intelligis esse genitorem. »

UT SIMUS INITIUM ALIQUOD CREATURÆ ERIS. — *Primo*, *g. d.* Ut simus initium Christianismi, Ecclesie et fidelium. Aut, ut initiemur, consecremur et dedicemur Deo. Quare perperam et impie Luthorus censuit justitiam nostram vocari *initium*, quia inchoata est tantum, non completa, eo quod permixta sit cum concupiscentia et peccato mortali: unde non tam esse justitiam, quam legem et pallium injustitiæ: non enim esse aliud quam justitiam Christi nobis injustis imputatam. Hæc enim non renovat mentem, nec regenerat, nec facit novam creaturam, ut ait S. Paulus, *Ephes. cap. IV, vers. 24*, et Jacobus hic. Vide Bellarminum, lib. V *De Amis, grat. cap. XI.*

Secundo et germanus, pro *initium* græce est « *ἀρχή*, » id est *primitia*, ut vertit Syrus et S. Hieronymus lib. I *Contra Jovinianum*. Ut simus, inquit, *primitia creaturarum ejus*; aut, ut Valabius, ut *principatum obtineamus inter creaturas ejus*; et, ut Œcumenus, *ut simus primi et honoratissimi*; et, ut Beda, *ut simus ceteris creaturis meliores*, nimirum ut simus ut primitiæ ex reliquo hominum ærevo Deo selectæ, ac præcipua pars totius creaturæ ejus, cum angelica natura sortem et locum accipientes dignitatis gloriæ ejus, ut scilicet simus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, utpote elevati ad filiationem divinam et ad jus hereditatis æternæ; ut tanquam sacrificiorum primitiæ, quæ ex optimis verberis seligi solent, offeramur Deo, participes effecti gratiæ, charitatis, amicitie, imo

nature divine, ita Beda, Titelmannus, Gagneus et alii. Sic *behamot*, id est *elephas*, vocatur « principium viarum Dei, » *Job XL, 14*, quia sua magnificentie est animalium princeps et rex; atque, ut ait S. Basilus in *Hexæm.*, « elephantes videntur esse quidam animati montes. » Sic *Prot. vii, 22*, Sapientia æterna vocatur « initium viarum Dei. » Sic Christus *Coloss. III, 15*, vocatur « primogenitus omnis creature, » et *Psalm. CIX, 4*: « Tacum principium (hebraice *רִאשִׁית* *resajot*, id est *principatus*) in die virtutis tue. » Alludit Jacobus ad illud *Jerem. cap. II, vers. 3*: « Sanctus Israel Domino, primitiæ frogum ejus. » Israelitas enim ex omnibus gentibus elegit Deus quasi primitias in gentem et Ecclesiam suam.

Per *creaturas*, vel, ut græce est, *creaturas, primo*, accipit tum homines et animalia, tum omnia creata: horum enim primus et princeps est homo justus. Christus ergo est quasi sol justitie eximie fulgens omnique collustrans: justus sunt sicut stellæ; sed ita radius hujus solis aspersi, ut inter omnia lucida lucidius resplendant: suoque splendore, licet participato, sed mirifice coruscante, solem ipsum quodamtenus referant. Nam, ut docet S. Thomas, I II, *Quest. CXXII, art. 9*, ad 3, bonum gratie est majus bono nature totius universi. Imo S. Augustinus, lib. II *ad Bonifacium*, cap. VI: « Gratia Dei, ait, non solum omnia sidera et omnes omnes, verum etiam omnes angelos supergreditur. » Sic similiter « principium » pro *præcipuum*, *Apostol. II, 14*: « Qui est principium (id est, præcipuum et princeps) creaturæ Dei; » et *Proverb. I, 7*, et alibi dicitur: « Timor Domini principium sapientiæ, » hoc est, præcipuum quiddam, et in sapientia præstantissimum. Sic sapientia dicitur « principium viarum Domini, » *Job XL, 14*; et « Initium vite hominis aqua et panis, » *Eccli. XXX, 28*; et « Brevis in votalibus est apis, et initium dulcoris habet virtus illius, » id est, obtinet primas partes in dulcedine, inter omnia dulcia dulcissimas est, *Eccli. cap. XI, vers. 2*. Ita noster Augustinus Quirós hic. Alludit ad primatum et dominium Adæ datum in animalia cæterisque creaturas, *Genes. I, 28*, quod peccato perditum recuperavit jussu per Christum, inchoate in hac vita, perfecte in futura.

Secundo, pressius et nervosius per *creaturas* accipit fideles recales et « generatos in baptismo. » Hic enim per Christi gratiam sunt novi homines, et novæ creature ipsius, ut ait Apostolus, *Ephes. cap. II, vers. 10*: « Ipsius, inquit, sumus factura, creati in Christo deo in operibus bonis, que præparavit Deus, ut in illis ambulemus, etc.; » *cap. IV, vers. 24*: « Induite novam hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. » Vidi hic dicta. Dicit ergo Jacobus, primos fideles a Christo genitos esse primitias creaturarum, id est filiorum ejus, puta fidelium deinceps futurorum; ideoque primitias Spiritus Christi accepisse, quasi in posteros verbo et exemplo

transfunderent et proserminarent: uti reipsa fecerunt apostoli, Martyres et Virgines, qui primo illo saeculo in omni sanctitate efflorescerunt, ac perfectae virtutis illustre exemplar futuris omnibus dederunt. Ita S. Fulgentius, *Contra objectiones Ariarum*, cap. iii, censet Apostolos hic vocari *initium creaturae*, quia primo a Christo fuere vocati et regenerati, ac per eos ceteri fideles: Apostoli enim acceperunt primitias Spiritus Christi. Unde addit Iacobus *ut aliquid*, quo significat primitias has, tum esse paucas, quam magna deinceps fidelium soboles propaganda et multiplicanda sint; tum e multis electas esse et optimas; tum eorum gratiam et dona esse tantum inchoata, complenda enim esse per gloriam in caelo. Sic Simon Magus dicebat se esse aliquid, magnum scilicet et eximium, *Acor.* vii, 9. Sicut ergo electus creatus est princeps bestiarum, homo animalium, Lucifer angelorum et populorum, Christus omnium creaturarum, uti paulo ante dixit: ita Apostoli et viri Apostolici a Deo electi et effecti sunt principes filiorum Dei, puta fidelium, totiusque Ecclesiae, quae est creatura, id est nova progenies, familia et prospecta Dei, quae proinde Patris luminum mysticis esse montes, de quibus ait Psaltes, *Psal.* lxxxv, 3: « Illuminavit in mirabiliter a montibus aeternis, » censent ibidem S. Augustinus et S. Hieronymus.

Mystico Occumenius, per primitias accipit sacerdotales, quos Deus in Ecclesia voluit esse principes et honoratissimos: sic enim Deus ex duodecim tribulibus Israel pro eorum primogenitis elegit et accepit Levitas, ut sibi in tabernaculo descenderent, sacraeque et sacrificia peragerent, *Numer.* iii, 12.

Hinc infert S. Athanasius, tractat. *De Passione*, eos qui designati sunt quasi primitivae, si quid ex se profanis usibus tribuant, id Deo suffurari. « Illud, ait, sciendum, quod quaecumque promissus Deo, jam nostra non sunt, sed in ere Dei sunt: adeo ut si quid inde subtraxerimus, haudquaquam id faciamus velut quae nostra sunt usurpantes, sed ut quae Dei sunt sacrilegio depraedantur. » Et S. Bernardus *ad Fratres de monte Dei*: « Nolite, ait, negligere, nolite tardare: grandis vobis restat via: non solum vestris omnem sanctitatem, sed omnis sanctitatis perfectionem, et omnis consummationis finem: non est vestrum locum attendere quod precipiat Deus, sed quid velit. Aliorum est Deo servire, vestrum adhaerere. »

19. Scitis. — Legit *scit*, jam legunt *scit*, id est itaque, vel *quapropter*, *g. d.* Quapropter, fratres mei, sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Verum Latini passim legunt *scit*, id est, *scitis*. Est clausula diclorum, *g. d.* Sat scitis, o Christiani, ea quae dixi esse vera et a Christo Christianis tradita; ac proinde ea plane in cor vestrum demittite, in proximi operando redigite.

SIT AUTEM OMNIS HOMO VELOX AD AUDIENDUM. — Transit hic S. Iacobus more epistolarii ad alia dogmata de formanda lingua et ira. Occasionem autem commodam eo transeuntis accipit ex his quae, vers. 5, dixit de sapientia, ac modo tum eam comparandi, nimirum per orationem; tum ea utendi, nimirum per patientiam in sufferendis tentationibus et persecutionibus. Ille enim tres alios modos eandem comparandi, et quae utendi subnoctat: a quibus primus est velocem esse ad audiendum; secundus, tardum esse ad iram. Nam nihil ita impedit sapientiam, atque tria vitia virtutibus iam dictis opposita, nimirum *primo*, tardum esse ad audiendum; *secundo*, aeternum esse ad loquendum; *tertio*, velocem esse ad iram. Ira enim turbat mentem, ut rem plene et sedate considerare nequeat, sed impetu feratur in cogitationes indignabundas et vindictivas; ac proinde sapientiae, quae quiescenti mentis requirit, inopacem efficit. Porro respicit S. Iacobus ad coetus et conventus fidelium in Ecclesia, in quibus promissive doctores, magisque ardentis doceant et exhortabuntur, prout Spiritu Sancto agebantur, ut patet *1 Cor.* xiv, 29; in quibus subinde aliqui audaculi discendi et docendi locum aliis modestioribus praeripiebant, ut suam ostenderent sapientiam et spiritum. Quare monet eos hic Iacobus, ut in illis coetibus humilitatis potius quam doctrine dent specimen, malintque audire et discere, quam loqui et docere alios. Alioquin enim in audiendis magis, obscenis, detractionibus, erroribus, praxis consiliis, non oportet velocem esse ad audiendum, sed claudere aures, juxta illud *Ecclesiastici* xxviii, 28: « Sepi aures tuas spinis, et linguam nequam noli audire. »

Porro, in velocitate audiendi S. Iacobus subintelligit velocitatem obediendi, et audita opere exequendi, ut ipse explicat vers. 22: « Non enim, ut ait S. Paulus, *Rom.* ii, 13, auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. » Ita Occumenius et S. Bernardus, *serm. De virtute obedientiae*: « Tu ergo, inquit, cum voluntatem cordi, simplicitatem operi, hilaritatem vultus conjunxeris, adde velocitatem, ut sis juxta Iacobum Apostolum velox ad audiendum, et ad implendum veloxior. » Vide Plutarchum, *lib. De Officio auditoris*. Alludit, imo citat Iacobus *Ecclesi.* v, 13: « Esto mansuetus ad audiendum, ut intelligas et cum sapientia proferas responsum verum. » Ubi Syrus et Graecus habent, *esto velox ad audiendum, et cum tarditate da responsum*; pro quo Iacobus ait: « Esto velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. »

TARDUS AUTEM AD LOQUENDUM. — Hoc etiam ad conectiones spectat, ut caventur nimium verborum volubilitatem, quam nonnulli vane consecutantur, ut faciendi apparent magis, quam ut populum moveant; licet enim subinde ad pathos incitanda sit vox et oratio, tamen reliquus sermo

potius sit sedatus et solidus, qualis fuit S. Gregorii, Chrysostomi, Leonis, Augustini et aliorum Patrum in concionando. Carpit Seneca volubilitatem orationis in Serpione, *epist.* 40: « Vis ista, inquit, discendi rapida atque abundans aptior est circulanti, quam agenti rem magnam, ac seriatim decedenti. Movere vult turbam, et inconsultas aures impetu rapere. Quomodo autem regere potest oratio, quae regi non potest? Quis medicus agros in transitu curat? Remedia non prosunt, nisi immorentur. Habeat vires magnas oratio; moderatas tamen: perennis sit unda, non torrens. » Seneca consonat S. Ambrosius, *lib. 1 Officiorum*, cap. iii; legens enim cum textu Graeco, *Eccles.* xxviii, 29: « Alliga sermonem tuum, » subdit: « Ne luxuriet, ne lasciviat: sit restitutus et ripis suis coarctetur. Cito lutum colligit amnis exundans. »

Quaerit hic *primo*, cur S. Iacobus ad sapientiam praereliquis requirit velocitatem audiendi et tarditatem loquendi? Respondeo *primo*, quia audiri est sensus disciplina, teste Aristotele. Unde videmus discipulos omnes audiendo doctrinam magistri, eam haurire fierique sapientes, juxta illud *Prov.* i, 5: « Audiens sapiens, sapiens erit. » Ita S. Thomas Aquinas attente et silenter audiebat Albertum Magnum, adeo ut a condiscipulis per secomam vocaretur *bos mutus*; sed defendit eum Albertus, dicens: « Bos mutus mox tantos edet magister, ut eos totus audiat mundus. » Ita factum vidimus, et etiamnum fieri videmus. Auditioni autem contraria est locutio, tum quia auditio sapientiam magistri recipit infunditque in animum audientis: locutio autem eam non infundit, sed potius effundit; tum quia auditio est discens, locutio docentis: satus autem, tutius et utilius curare est discere, quam docere, quia qui discit, seipsum; qui docet, alios sapiens implet. Et hoc hic intendit S. Iacobus, nimirum docere Christianos, ut potius ambient sapientiam Christiane esse discipuli audiendo, quam doctores loquendo. Diu enim multumque disci debet, quod doceatur. In quo multi praecipites errant qui docere volunt, quae non didicerunt; prius magistri, quam discipuli. Itaque ordinem naturae et disciplinae invertunt. Monet ergo Christianos ordinis, humilitatis et modestiae, ut potius cupiant audire docentes, quam docere audientes: sapientis etiam est, non nisi post multum auditionem, meditationem et studium prostrare ad docendum, idque tarde, et non nisi rogatum, imo jussum. Unde Pythagoras a suis discipulis exigebat quinquennale silentium, ait Beda. Celebre est illud Publilii Mimi:

Tacere quisquis nascit, hic nascit loqui.

Sublimis S. Augustinus, *epist.* 132, et in *Psal.* cxxxix: « Verbi Dei, inquit, inanis est fornicosus praedicator, qui non est intus auditor. »

Secundo, quia velocitas audiendi facit, ut homo

multa audiendo hauriat et cognoscat: tarditas autem loquendi facit, ut pauca et bene praemeditata loquatur: quorum utrumque est actus et praxis sapientiae; praesertim quia loquendo facile peccatur: « In multiloquio (enim) non deerit peccatum, qui autem moderator labia sua, prudentissimus est, » ait Sapiens, *Prov.* x, 13. Nam ex volubilitate et lapsu linguam innumera sequuntur mala et clades, uti audiemus: cap. iii, vers. 5. Unde Cato:

Nam nulli tantis nocet, nocet esse locutum.

Scilicet est illud Epaminonda: « Homo debet esse cupidus audiendi potius, quam loquendi; quia ex audiendo doctrina, ex loquente sententia nascitur. » Rursum, audita respi possunt; dicta revocari, et indicta esse nequeunt: nam « volat irrevocabile verbum. » Quocirca sapienter S. Augustinus, in *Questionibus ad Dilectum*, tom. IV, Quaes. III: « Ego, ait, plus amo discere quam docere; » citansque hunc locum Iacobi: « Ut ergo discamus, inquit, invitare nos debet suavitas veritatis; ut autem doceamus, cogere necessitas charitatis. Ubi potius orandum est, ut transeat ista necessitas, qua hominem docet aliquid homo, et minus omnes docibiles Dei. »

Tertio, quia Deus, qui est sapientissimus, hunc modum sapientiae non tantum verbo, sed et exemplo suo prescribit. Ipse enim per aeterna saecula in sua sapientia contemplanda et fruenda conquirevit, et tarde, puta initio mundi et temporis, cepit loqui, omnique verbo *fact*, creavit caelum et terram, omnique quae eorum ambitu continentur. Rursum Deus per quinque annorum millia, quibus stetit mundus, paucissima locutus est, nimirum ea duntaxat quae in Bibliis continentur; adeo ut plerique homines plus loquantur uno anno, quam Deus locutus sit per tot annorum millia. Deum ergo imitantur qui multa audiunt, et pauca sed effusa loquuntur; qui multa agunt, pauca dicunt, loquuntur Verbum incarnatum eumdem sapientiae modum reipsa nos docuit, dum Verbum hoc infans et e lingue factum est, dum selicet parvulus est in Bethlehemi; dumque idem usque ad annum aetatis trigessimum multa audivit, pauca locutus est. Nam quasi liber vitam egit in silentio; anno vero trigesimo cepit docere, sed quam pauca eunt eius verba quae Evangelis continentur, si cum abysso sapientiae, quam in se continebat, conferantur? Sic et B. Virgo pauciloqua fuit, adeoque paucissima ejus verba in totis Evangelis invenies: audiendi vero fuit avida, praesertim Christum. Unde de ea ait Lucas, cap. i, vers. 51: « Mater ejus (Jesu) conservabat omnia verba haec in corde suo. » Sic et Magdalena tota intenta erat audienti Christi sermonibus in silentio, ideoque a Christo dicitur optimam partem elegisse, *Luc.* x, 42.

Quarto, quia angeli, qui proxime inter creaturas ad Dei sapientiam accedunt, multa audiunt

a Deo, sed pauca loquuntur. Lego in Scriptura dicta et similia Gabriels ad B. Virgilem et ad Zachariam, Raphaelis ad Tobiam, Michaelis ad Danielem: videlicet verba eorum esse rara et paucata, ac subinde nulla. Simili modo « regum et principum est multa audire, pauca loqui, » ait Philosophus. Rursus angeli dum invicem loquuntur, uno conceptu quasi una voce, et uno mentis actu id faciunt, ut docent Scholastici in tractatu *De locutione angelorum*. Idem imitantur viri magni et sapientes.

Quinto, quia estur hunc sapientie modum nobis insinuat. *Primo* enim animalia sapientiora parum vocula efficit, ut elephantes, simias, leones: hi enim raras, sed efficaces dant voces. Rursus ayes canore stato modicoque tempore canunt, philomela, merula, cygni, garrula vero et stridula, ut passeris et hirundines, perpetuo pipiunt et garrunt. Quocirca S. Gregorius Nazianzenus, epist. I ad *Celsianum* arguentem ejus intractatam, respondet per apologum cyconorum et hirundinum, tribumque de eis proverbium: « Tunc cantabant cygni, cum graculi lacrimant. Sane tunc in morte cycones cygni vox gratior est omnibus graculorum stridoribus. »

Simili modo magna et prestantia corpora, ut orbis omnes celestes, motum omnem, qui maximus, continuus et velocissimus est, sine voce et strepitu in silentio peragunt. Atque haec est silens harmonia et harmonicum silentium colorum, quod celebrat Job dicens, cap. xxxviii, vers. 37: « Quis celebrabit celorum rationem, et concertum caeli quis dormire faciet? » Rursus in Scriptura legitur caelos subinde apertos, sed raro, et non nisi gravi de causa, ad Dei laudem et hominum salutem, ut cum caeli pluerunt manna, *Exod. xvi* cum Pater a caelo vocem dedit in baptismo Christi: « Ille est Filius meus dilectus, » *Matth. iii, 16*; cum Stephanus obitus martyrum vidit caelos apertos; ac Christum stantem a dextris Dei, ad ei opitulandum, ad dandum ei victoriam et coronam. Mystici caeli sunt Apostoli et Sancti, juxta illud *Psalm. xviii, 1*: « Caeli enarrant gloriam Dei. » Sancti ergo caelos imitantur, ut os non aperiant nisi ad laudem Dei et salutem proximorum, ut scilicet magna celestis sapientie et charitatis in eos effundat. Id de se jactabat Manes heresiarcha, qui se propterea vocabat Manicheum, quasi manna « fuserat; » sed revera erat « visus, id est insensibilis, » et Manicheus, id est *manica et insensibilis effusus*: sanctus vero sit Manicheus, id est *omnino effusus*.

Sexto, quia fabrica hominis, puta organa audiendi et loquendi, ipsius hominem docent. *Primo* enim solus homo rationalis inter omnia animalia vni loquendi, voceque articulata efformandi accepit, ut disceret rationis comitem et pedessequum esse linguam; eamque nihil eloqui debere, nisi quod ratio prius loquendum dicitur et jussit.

Secundo, Deus homini dedit aures apertas, ut multa audiret; linguam vero duobus claustris circumsepsit, nimirum dentibus et labris, ut esset tardiloquus.

Tertio, Deus homini dedit duas aures, et unam linguam, ut inueneret duplo plura illi audienda esse, quam proloquenda. Unde S. Basilius *De Vera virginitate*: « Duas aures, inquit, unam linguam nobis effinxit, quasi et duplum disciplinae causa audire debeamus, et ad ea qua interrogamus equalitatem proportionem contractum referre sermonem. Castigata ergo locutionis prudens virgo utetur, eumque tempestive oportuerit quempiam alloqui, multo audiet plura quam dicit. »

Quarto, aurium officium unum est, scilicet audire: lingua plura, videlicet loqui, cibum novum a commodo discernere, sapere, comedere, et in stomachum trajicere. Unde Varro linguam a ligando cibo dictam putat. Ita Lactantius, lib. *De Officio Dei*, cap. x.

Denique loquentes et garruli sunt pueri et famulae, in quibus minus est rationis, sapientie et celeritatis; viri vero sapientiores, magisque cordati sunt pauciloqui. Garrulitas ergo signum est insipientiae, aut minoris sapientiae: silentium vero sapientiae et limae iudicii. Unde et nonnulli fatum derivant a fundo, quod fari pestiat, et quidvis effudit. Nam, ut ait Sapiens, *Prov. xvii, 27*: « Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est, et pretiosi spiritus (qui scilicet spiritum novit cohibere, ne in verba temerarios erumpat; seu quibus peccati, id est irae et malitiae, sunt sermones) » et *Proverbi, xxxi, 20*: « Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quam illius correptio; » et *Ecclesi. xxi, 29*: « In ore fatuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum, » ut os non aperiant nisi corde consulto. Hinc qui pueros institunt, docent eos multa audire, et pauca loqui, ait Plutarchus, *De Officiis*. Qui et tractatum concilians: « Recte vivendi, inquit, tirocinium est bene audire. » Sic et Sapiens, *Prov. i, 8*: « Audi, inquit, fili mi, disciplinam patris tui, » etc. fratrum subdit: « Ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo. » Porro res omnium difficillimas sunt laecere et audire, ait Gellius, lib. I, cap. ix. Vere S. Bernardus, *De Interiori domo*, l. 1: « Multum loqui, inquit, stultitia est: lingua dicitur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, occidit mentiendo. Ligat, et ligari non potest: labilis est, et teneri non potest, sed labitur et fallitur. Labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta, uno ictu multos percutit et interficit. »

Septimo, hunc sapientie modum docuerunt omnes priores sapientes, tam gentiles, quam Christiani. Accipie Gentiles paucos selectosque « multos. »

Apollodorus dicebat, « optimos homines in di-

cento brevissimos esse, » ait Stobaeus, *serm. 31*. Qui et addit: Zeno philosophus audiens adolescentem nimis garrulam: « Huic, inquit, aures in linguam distullore, » significans adolescentem esse multa audire, pauca loqui: ideoque cum unum habere os et binas aures. Idem alteri stultiloquo: « Nisi lingua, inquit, in mentem intincta disserneris, adhuc multo amplius dicendo delinques. Idem dicebat et discipulis suis aliquos esse *stullos*, id est, studiosos rationis et scientiam; alios vero *stullos*, id est, loquendi duntaxat cupidos.

Theocritus audiens Anaximenum, dixit: « Inclipit verborum flumen, mentis gutta, » significans eum esse multiloquum, sed parum sapere.

Democritus avaritiam quandam esse dicebat deus tunc. « Deut. xxvii, 9: » Attende et audi Israel: Deus tuus. « Septuaginta, *audi Israel*. » *Inter*, quod preceptum pulcherrimum vocat Philo, libro *Quis rerum divinarum heres*. S. Joannes Baptistae, *Joan. iii, 29*, se nuncupat amicum sponsi (Christi), qui stat et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi.

Demosthenes in convivio cuidam multa loquenti: « Si tam multa, inquit, sapuisses, nunquam tam multa boctus fuisses. » Idem rogatus cur unam habuisses linguam, sed duas aures: « Quia, inquit, duplo plus audiendum, quam loquendum. » Ita Maximus, *serm. 47*.

Isocrates a Carneio loquaci discipulo, « duplicem inmoderum postulavit. Alteram, inquit, ut loqui discas, alteram ut tacere. » Ibidem.

Nicostratus dicebat: « Si continenter multa et celeriter loqui sapiendi signum esset, hirundines diceretur nobis multo sapientiores. » Ibidem.

Xenocrates in maledictis silens, rogatus causam, dixit: « Quia dixisse me aliquando permitit, tacuisse nunquam. » Idem de obscenis interrogatus, tum tacens, causam postulatus ait: « De talibus te rogare docet, me autem non respondere. » Ita Maximus, *serm. 31*.

Solon maxime dicenti, ideo illum non loqui, quod insanus esset, respondit: « Stultus silere nequit. »

Plato Dionysio tyranno roganti, num Athenis de se loquerentur? « Philosophi, inquit, Athenis nunquam ita vacant, aut de tam vili materia tractant, ut loqui de Dionysio valeant; » libere suggillans ejus vitam et tyrannidem. Ita Fulgentius, lib. VI.

Lactantius propria erant verborum paucitas, unde breviloquentia vocatur Laconismus. Cui ergo Alderitarum legatus apud Agidem ducendum finem non faceret, ac responsum postularet. Agis respondit: « Illud tui remittit, quantum temporis tibi opus fuit ad audiendum, tantum me silentio audire. » Ita ei loquacitatem exprobravit, teste Plutarcho in *Lacon*.

Idem Samiorum legatis multiloquis dixerunt: « Prima sumus oblit, postrema non intelleximus, quia prima non meminimus. » Idem ibidem.

Labotus cuidam prolixo in sermone dixit: « Quid mihi de re pusillo longa texitis proemia? » Lacon de Iusemia dixit: « Vox es, praeterea *stultus*. » Idem dicas garrulo; et tamen Iusemia di-

citur philomela, eo quod lugens canat. Audi Martialem, lib. XIV:

Fit philomela nefas incoeti Terens; et que
Mota mollis fuit, garrula facta avis.

Ibidem Charillus roganti, cur Lygurgus tam paucas leges dedisset Laconemopolis? « Quia inquit, pauca loquentibus paucis etiam legibus est opus. » sensit nimirum plerumque mala ex multiloquio nasci. Ibidem.

Accipe fideles et Christianos: Sponsa Ecclesia a Christo sponso audit *Psalm. xlii, 11*: « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscretrex decorem tuum; quoniam ipse est Dominus Deus tuus. » *Deut. xxvii, 9*: « Attende et audi Israel: Deus tuus. » *Septuaginta, audi Israel*. *Inter*, quod preceptum pulcherrimum vocat Philo, libro *Quis rerum divinarum heres*. S. Joannes Baptistae, *Joan. iii, 29*, se nuncupat amicum sponsi (Christi), qui stat et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi.

S. Gregorius Nazianzenus, epist. 98 ad *Cledonium*: « Sermo, ait, tacemus, ut quae loqui opus ait dicamus; » et epist. 102 ad *Eulodium*: « Tu solitudinem et inmodico jejuniu dnas operam, ego silentio. » S. Ambrosius, lib. I *Offic.*, cap. ii: « Lex dicit, ait: Audi Israel Dominum Deum tuum. Non dicit: Loquere, sed Audi. Ideo Eva lapsa est, quia locuta est viro, qui non audierat a Domino Deo suo. Prima vox Dei dicit tibi: Audi, si audis, custodi vitas tuas; et si lapsus es, cito corripere. Tace ergo prius et audi, et non delinquas in lingua tua. »

S. Basilius in monasterio silentium oculis per tredecim annos, totus vacans lectioni sacrae Scripturae et orationi: silentium enim est verbi nutrimentum, uti docet S. Gregorius, hom. 12 super *Ezechielam*; qui et lib. V *Moral.* cap. viii: « Silere, ait, est mentem a terrenorum desideriorum voce restringere, ut ad superna attollatur, » juxta illud *Psalm. xly, 1*: « Vacate, et audite, quoniam ego sum Deus. » Tertullianus in stylo strictus est et concisus, ideoque nervosus et efflax, neque ac S. Hieronymus.

S. Augustinus, in *Psalm. ii*: « Sicut, inquit, elige quo vescaris, sic elige quod loquaris. »

Idem in *Psalm. cxxxix*, explicans illud, *Vir linguosus non dirigitur*, « Qualis, inquit, esse debet servus Dei? ut magis epulet audire, quam dicere; sicut scriptum est: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et si fieri potest, hoc curpat, non habere necessitatem loquendi et docendi; sed audire illum cui dicitur: Auditui meo dabis gaudium et habitum. Gaudium autem taciturnitatis intus habet in voluntate, vocem doctrinae in necessitate. » Et mox: « Quare vis loqui, audire non vis? Semper foras exis, intus redire detrectas. Qui enim te docet, intus est: quando tu doces, tanquam foras exis

ad eos qui foris sunt. » Unde concludit: « Non ergo amemus magis exteriora, sed interiora. De interioribus habeamus, in exterioribus autem necessitatem habemus, non voluptatem. » Idem in Evangelio secundum Lucam, *serm. 32*: « Praelatinati in vitam eternam, inquit, operibus loquantur, non vocibus; » et *serm. 69 De Tempore*: « Noe, inquit, etsi tacebat voce, opere loquebatur: silebat lingua, fabricatione clamabat; » scilicet imminere diluvium: ut hoc enim evaderet, fabricabat arcam.

S. Bernardus, *serm. 18 in Cant.*, ait doctorem debere esse conciliam audiendo et retinendo, non canalem, effundendo: « tunc taxat verba sapientis, instar Christi, » de cuius plenitudine omnes accipiunt. Disce, inquit, et tu non nisi de pleno effundere, nec Deo largiri esse velis. Concha infertur fontem. Non manat ille in rivum, nec in lacum extenditur, donec suis siletur aquis, etc. Impleta prius, et sic curato effundere. » Idem in *Octo paucis perfectionibus*. « Bis, ait, ad limam veniant verba, quam semel ad linguam. Plus diligas audire, quam audiri: ut interrogatio magis respondeat, de silentio plura dicit *Throno*, in, 29; *Isaia* xxx, 43, et cap. xxxii, 17. Mora itaque pensanda sunt verba, et ad rationis obrusam examananda, ut non nisi clave mentis os pandatur. Ita S. Chrysostomus in *Psalm. l.*: « Os nostrum, ait, perpetuo custodiendum, rationem et linguam clavem adhibentes. » *Proverb. xxii, 11*: « Totum spiritum suum profert stultus, sapiens dilfert et reservat in posterum. » Quem locum illustrant Septuaginta: « Totum iram suam profert insipiens; sapiens autem dispensat per partes. » Explicat Cassianus, *Collat. 16*, cap. xxxvii, quid sit per partes iram dispensare: « sapiens autem paulatim eam maturitate consilii ac moderationis extenuat et expellit. » Nec minus congrue Seneca, lib. II *De Ira*, cap. xxviii: « Maximum remedium est ira mora: desinet, si exspectat; nec universam illam tentaveris tollere: graves habet impetus primos. Tota vincetur, dum partibus carpitur. » Hec vix in animo ad hoc prestandum, inculcent illi versus Ovidii, III *Tristium*, eleg. 3:

Quo quisque est major, magis est placabilis ira:
Et faciles moles mens geratiora capit.

Ita Julius Caesar omnes conjuratorum epistolae simul exussit, quod tantopere celebrat Seneca, lib. II *De Ira*, cap. xxv: « Gravissimum enim putavit genus venie (adde etiam tutissimum) ne scire quid quisque peccasset. »

ET TARDUS AD IRAM. — Ut ira velox et predominant non preveniat, secumque in praesens trahat rationem et voluntatem; sed tarde eam velut pedisequa sequatur, nec nisi jussa oculum suum exerat, ubi opus arduum iram, quasi eorum virtutis exposcit. Jungit S. Jacobus tardum

ad iram tarde ad loquendum. *Primo*, quasi suggerens remedium tardiloquentiae, *q. d.* Vis esse tardus ad loquendum, esto tardus ad iram. Communiter enim precipitatio linguae oritur ex precipitatio mentis, quam parit ira; et vicissim precipitatio linguae parit jurgia, iras et rixas: sicut ex adverso tardiloquentia facit hominem tardum ad iram. *Secundo*, inquit, ait S. Gregorius, lib. V *Moral. xxx*: « Per iram sapientia perditur, ut quid, quove ordine agendum sit omnino nesciatur: quia nimirum intelligentie lucem subtrahit, cum mentem permovendo confundit. » Idem docet Sapiens, *Eccles. vii, 10*: « Ne sis velox ad iram, quia ira in animo stulti requiescit. » Efficacissimum enim ira remedium est, vindicta, vel operis in ira concepti dilatio, ait Seneca, lib. III *De Ira*, cap. l. Unde Athenodorus philosophus abiens ultimam hanc monitionem dedit Augusto Caesari: « Iratus nil dicas, aut facias, priusquam alphabetum integrum recitaveris, » teste Plutarcho in Vita Augusti. Sapientius S. Ambrosius, Theodosio Imperatore qui ira, licet ex parte justa, commotus, Thessalonicensis jussisset necari, praecipit ut legem conderet, qua nec a se adjudicatos velaret plerumque ante trigessimam diem a lata sententia elapsam. Ita nimirum Deus lanceos habet pedes, sed ferreas manus: quia tarde ad vindictam pede progreditur, sed cum accedit, acriter punit, et tarditatem vindictae gravitate compensat.

Præclare S. Gregorius, lib. V *Moral. cap. xxx*, damna ira recensens: « Per iram, inquit, gratia vix socialis auditur, concordia rumpitur, lex veritatis amittitur, Spiritus Sancti splendor excluditur; ira stimulus accensum cor palpitat, corpus tremat, lingua se propedit, facies ignescit, exasperatur oculi, et nequaquam recognoscuntur amici; » et Cassianus, *Collat. XVI*, cap. xxvii: « Haec, ait, natura est ira, ut dilata languescat et pereat, prolata vero magis magisque conflaret. Dilatanda ergo atque amplianda sunt peccata, ne angustiis pusillanimitatis arotata, iracundiae turbulentis aestibus oppleantur; » et paulo ante docet, iram vincendam esse non fuga, sed amplexu ejus qui irascimur. « Nisi enim inquit, iracundia proximi homini statim satisfactione vincatur, provocat eam fugiens potius, quam desinat. » Idem, lib. VIII *De Institut. remitt.*, cap. vi, docet iram nobis datam, ut irascamur viciis, utque perimamus. Unde Nazianzenus in *carmine De Ira*: « Irascor, inquit, irae demoni intus condito; » quia ira ex homine facit feram, puta leonem, tigridem, serpentem, imo diabolum; ut iratus et furens non videatur esse homo, sed demon incarnatus.

Remedia quibus vincenda est ira, assignavi *Ephes. iv, 26*. Plura vide apud S. Basilium, Senecam et Plutarchum, tract. *De Ira*; Cassianum, toto lib. VIII *De Institut. remitt.*; et S. Gregorium, lib. V *Moral. cap. xxx*, ad *1^o in Job v*: « Virum

stultum interficere iracundia; » et S. Ambrosius, lib. I *Offic. xxi, 21*, inter alia ait: « Morum tranquillitas usu quodam affectionis proposito in naturam vertitur, ira ratione reprimitur; si praecociter mentem, ne reliquas locum tuum. Locum tuus patientia est, locus tuus sapientia est, locus tuus ratio est, locus tuus sedatio indignationis est. Si non poteris mitigare mentem, reprime linguam. » Et inferius: « Si irascimini, nolite peccare, sed vincite ratione iracundiam. Vel corie sic: Si irascimini, vobis irascimini, quia commoti estis, et non peccabitis. Qui enim sibi irascitur, quia cito commotus est, desinit irasci alteri: qui autem vult iram suam justam probare, plus inflammatur, et cito in culpam cadit. Melior est autem secundum Salomonem, qui iracundiam continet quam qui urbem capit: quia ira etiam fortes capit. » Ait enim Salomon, *Proverb. xvi, 32*: « Melior est patiens viro forti; et qui dominatur animo suo, fortior est expugnatore urbium. »

20. IRA ENIM VIRI JUSTITIAM DEI NON OPERATUR. — Deus enim sine ira cum tranquillitate judicat, *Sapient. xii, 48*. Unde S. Clemens, lib. II *Constit.*, cap. xxxvii: « Ubi est ira, inquit, ibi non est Dominus, sed amica Satanae. Inno Elias iratus cultoribus Baal, vidit Deum in specie non turbinis, sed aure lenis, quae symbolum est mansuetudinis animique placidi et sereni, III *Reg. xix, 12*. Nominat « justitiam » praeter alios virtutibus, quia ira induit nomen et praetextum justitiae: iratus enim putat asseritque se justam sceleris et injuriae sibi irrogatae ultionem deprecere. Ira ergo justitiae specie se velat et palliat.

Jam varii varios hic dant sensus. *Primo*, Cajetanus, *q. d.* Deus ad operandam et exercendam justitiam non constituit iram, sed iudices: illi ergo justitiam justamque vindictam exerceant, non ira et iratus, esto possit, viresque habeat ad se ulciscendum.

Secundo, Nilus abbas, tract. *De Ira*, explicat, *q. d.* Ira non amat, sed odit justitiam, ac proinde adeo non operatur justitiam, ut injustitiam, aequitatem et crudelitatem operetur: est enim indignitas et crudelitas operatur: est enim indignitas: parum enim dicitur, sed plus significatur.

Tertio, S. Hieronymus, lib. II *Contra Pelag.*: Ira, inquit, Dei iusta est et justitiam operatur, quia Dei ira quietas est et ratione ducitur: nec enim in Deo aliud est ira quam appetitus justitiae iustaeque vindictae: ira vero viri injusta est, quia de perturbata mente procedit.

Quarto, S. Gregorius, lib. V *Moral. cap. xxx*: « Ira viri, inquit, justitiam non operatur, quia dum perturbata mens iudicium suae rationis exasperat, omne quod furor suggerit furor putat. » Ira ergo pro justitia substituit furor, cuique censet esse justitiam, quia adeo circa est mentemque excoecat, ut unum contrariorum pro altero cernat: velut si quis turbato visu, id quod album est cerneret nigrum, et vice versa.

Quinto, genuine et adaequate « justitia » hic ge-

neratim sumitur pro qualibet virtute, *q. d.* Ira non operatur id quod justum, equum, rationi consonum et sanctum est, sed multa perpetrat contra mansuetudinem, charitatem, patientiam, prudentiam, aequitatem ceterasque virtutes; quas exigit et complicitur justitia Christiana. Alludit S. Jacobus ad *Ecclesiastici* i, 28: « Qui sine timore est, græce *σὺν φόβῳ*, id est, vir amicus, audax et iracundus (audacia enim equè adūs ira opponitur timori, ut docent Ethici), non poterit justificari: iracundia enim animositas illius, subversio illius est. » Ira ergo extinguit in animo irati omnem patientiam, humanitatem, charitatem, justitiam, etc.

Recte S. Thomas, III *part. Quest. XV*, art. 9, ad 1, quaerens an in Christo fuerit ira, cum S. Jacobus dicat iram non operari justitiam, respondet iram tunc proprie dici operari, cum prevenit rationem eamque secum rapit ad operandum: scens est cum sequitur rationem ejusque est instrumentum, aut fuit in Christo et Sanctis. « Ira, inquit, dupliciter se habet in homine: quandoque enim prevenit rationem, et trahit eam secum ad operandum, et tunc proprie ira dicitur operari: nam operatio tribuitur principali agenti. Et secundum hoc intelligitur, quod ira viri justitiam Dei non operatur. Quandoque vero ira sequitur rationem, et est quasi instrumentum ipsius; et tunc operatio quae est justitiae, non attribuitur ira, sed rationi: quae ira utitur quasi cote animi ad opus arduum, *v. l.* iusta vindicta. Accepit hoc S. Thomas a S. Gregorio, qui lib. VII, *epist. 126*, ad Beccaredum, regem Gothorum, monens eum ne in regendo iram admisceat: « Curandum, inquit, est, ne ira surrepat. Ne fiat cibus omne quod licet. Ira quippe cum delinquentium culpas excoquit, non debet quasi dominā praesire, sed post rationis tergum velut ancilla famulari, ut ad faciem jussa veniat; nam si semel mentem ceperit, justum esse deputat etiam quod crudeliter fecit. Inno enim scriptum est: Ira viri justitiam Dei non operatur. » Ex adverso de S. Mose dicitur *Ecclesiastici* xlv, 4: « In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne. » Ita S. Augustinus, *epistol. 76 ad Auxilianum*, Episcopum juvenem, qui ex ira videbatur precipitasse sententiam excommunicationis in Clasicianum, monet ut oret, et exclamet ad Deum: « Turbatus est praeter ira oculus meus: miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; ut porrigat dexteram suam, et comprimat iracundiam tuam, et tranquillam mentem tuam ad vindictam faciendamque justitiam. Sicut enim scriptum est: Ira viri justitiam Dei non operatur. » Ita S. Ambrosius, lib. I *Offic. cap. xxi*, laudat Archimatum philosophum, quod ad villicum suum dixerit: « O te infolens, quam te afflicterem nisi iratus essem! Sed etiam David armatus dexteram in indignatione compresserat: et bellatores adversus Nabal ad ultionem paratos, Abigail depreca-

tionem revocaverat, » I Regum xxv. Idem Ambrosius, De obitu Theodosii Imperatoris, eum laudat a domnata ira, dicens: « Beneficium se patabat, et tunc propior erat venis, cum fuisset commotio major inordinata. Prærogativa ignoscendi erat indignantium fuisse, et optabatur in eo, quod in aliis timebatur, ut irascitur. » Idem lib. II. Offic. cap. vii: « David, inquit, fortis in prelio, mansuetus in imperio, patiens in convitio, ferre magis promptus quam referre injurias, Ideo tam charus erat omnibus, ut juvenis ad regnum etiam peccator invitatus, resilens coarctetur, senex ne prelio interesset suis rogatur, quod nullent omnes pro ipso periclitari, quam ipsum pro omnibus. »

24. Propter quod abdicantes omnes inmunditiam, et abundantiam malitiæ, in mansuetudinem suscipite insitum verbum. — Multi hæc referunt ad iram, de qua proxime sermo processit, q. d. Et abijcite iram, abijcite inmundas cupiditates: hæc enim dum amantur, excitant iras et rixas contra eos qui easdem ambiunt et nobis eripere aut præcipere satagunt. Alii, q. d. Cum ira non iustitiam, sed injustitiam, omnemque iniquitatem operetur, hæc de causa cum abijcite: quia ipsa animam facit inmundam eamque sordidat, excitando motus ambitionis, avaritiæ, invidiæ, luxuriæ omniumque cupiditatum, sed præsertim malitiam et malignitatem, puta odium, vindictam, calumniam, homicidium, etc.

Aplos hæc referemus ad omnia præcedentia, etiam remota, ac præsertim ad vers. 18, ubi dixit: « Voluntatis nos sequitur verbo veritatis: » hoc enim vocat hic « insitum verbum quod potest salvare animas, » q. d. Cum regenerati simus verbo vocati, effectusque filii Dei, satagamus hanc regenerationem, novamque vitam et filiationem divinam tueri et conservare, ideoque abijciamus omnem inmunditiam et malitiam, que eam vel maculant, vel infirmant, vel intermunt. Porro, in nomine inmunditiam respicit ad concupiscentiam, a qua nos tentari, trahique ad mortem dicit, vers. 14 et 15; in nomine vero malitiam respicit ad iram, quam immediate ante cavendam mansuetudinem: tam enim concupiscentia, quam ira filiationem divinam, novæque Christianorum vite repugnat.

Pro inmunditiam græce est *κακία*, id est, spurcitia, sordes, fæx, retrimentum, situs, spualor, illuvies, pædor: cum vero transfertur ad animum, significat avaritiam, animum iliberalem, parcum et sordidum. Inde enim *κακία* vocatur sordidus, spurcus, iliberales, avarus. Proprie ergo S. Jacobus taxat hic avaritiam: hæc enim suscitât iras, lites et jurgia; hæcque erat prima causa Antio Christianorum: dum enim ob fidem Christi a Judæis et Gentilibus patiebantur persecutionem et rapinam bonorum, tentabat eos avaritia, ut ea conservarent, non tantum ad impatiendum, sed et ad fidelem, vel negandam vel certe dissimulandam. Tangit itaque tentationis, de qua

initio fuse egit, fontem et radicem, ut ea suadente societate tentationem, q. d. O Christiani, palam spoliationem bonorum propter Christum: ea spernite, omnemque eorum cupiditatem et avaritiam ex animo evellite: ita facile sustinebitis omnem hanc persecutionem; ita stabitis firmi et constantes in fide, gratia novæque generatione Christi, quam ultro suscepistis: *κακία* enim, et sordidi animi est, ut bona caduca retineas, perdes fidei, gratiam, animam ipsamque Deum. Sic hæc *κακία* sunt avari, qui ut aliquot obolos, denarios vel aureos luantur, fallunt, fraudant, peccant, negligunt sacrum Misse oblatum disto, aliasque Dei leges violant. Hi enim obolo, vel denario instar Judæ vendunt Christum, id est, Christi legem, gratiam, amicitiam, suamque conscientiam et vitam æternam. Inde merito de ea dixit Apostolus I Timoth. vers. 10: « Radix omnium malorum est cupiditas, » græce *κακία*, id est, cupido pecunia, sive avaritia. Hoc sensu scripsi potest inmunditiam, ut vertit Noster, pro sordibus avaritiæ; ut omnem inmunditiam abijcere sit idem, quod omnes sordes avaritiæ abijcere. Porro hæc avaritia non in solis opibus, sed in qualibet alia re locus habet, ut mox pluribus dicam.

Secundo tamen *κακία*, id est, spurcitia, potest significare luxuriam, golan omnique vitæ carnalia, que proprie vocantur « inmunditia, » quia in se spurca sunt, et corpus animumque conturpent, juxta illud Apostoli I Cor. vi, 18: « Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. » Ita per inmunditiam vitæ carnis accipit Beda, Thomas Anglicus, Salmeron et alii passim. Præclare Clemens Alexandrinus, orat. ad Gentes: « Ego, ait, calcare terram didici, non adorare. »

Et abundantiam malitiæ. — Perperam Beza vertit, et excrementum malitiæ; *κακία* enim abundantiam significat, non excrementum. Quæres: Quenam hæc malitia? Primo, aliqui accipiunt nimiam sollicitudinem rerum temporalium, quam ex animis fidelium volens evellere Christus, dicit Matth. vi, 34: « Sufficit diei malitia, » id est, sollicitudo et afflictio « sua. » hæc enim sollicitudo infirmat iram, impatientiam, aliarumque tentationum, de quibus egit S. Jacobus, est causa.

Secundo, alii pro malitiæ verbum timiditatis, ignavie, probri, dedecoris: hæc enim significat Græcum *κακία* apud Theophrastum et Demosthenem, q. d. Abijcite nimiam timiditatem et ignaviam quasi ingens probrum et dedecus; hæc enim facit vos persecutioni cedere, patientiam perdere, fidem prodere, Ita Catharinus.

Tertio, alii proprie « malitiam » accipiunt pro animo malo, pravo, fallaci, versuto, duplici, superbo, nocendi cupido. Ita Hugo per abundantiam malitiæ accipit abundantem pravitatem cordis, sed latentem; que proinde dicitur abundans,

quia « simulata equitas est duplex iniquitas, » Sicut et Glossa Interlinearis: Abundantia malitiæ, inquit, est inferior pravitatis, peculiaris improbis qui abundant divitiis, præsertim cupido vindictæ, ait Lyranus.

Quarto, *κακία*, id est, malitia, sumi potest pro *κακία*, id est, malignitate, maladicitia et malificentia, qua quis fit maledicens et calumniator, aliosque vexat et turbat. Sic Callimachus pietor dicitur esse *κακία*, Quasi *κακία* vis *κακία*, id est, maledicens, improbus, accusans suam artem et picturam, de quo Plinius, lib. XXXIV, cap. ix: « Ex omnibus, ait, maxime insignis est Callimachus, calumniator sui, nec finem habens diligentie: ob id *κακία* appellatus, memorabili exemplo adhibendi curæ modum. » Tales *κακία* sunt multi, qui omnia censent, carpunt, improbant, spernunt: itaque omnibus molestias, sibi odia et rixas creant. Quocirca Hugo ait inmunditiam esse in cogitatione prava, malitiam in voluntate perversa, abundantiam malitiæ in operatione iniqua.

Quinto, (Ecumenius et Beda per « abundantiam malitiæ » accipiunt peccandi consuetudinem, habitum, pertinaciam et destinatum propositum.

Sexto, Cajetanus, Serarius et Salmeron « malitiam » generaliter accipiunt pro quovis vitio quo voluntas ad malum accenditur; ideoque vocari « abundantiam malitiæ, » quia scilicet malitia abundat, imo exuberat in perniciem aliorum.

Septimo, alii censent per exaggerationem hic addi « abundantiam malitiæ: » idem enim esse quod inmunditiam, sed eam aggravare ex exaggerare: Gentes enim in inmunditiam et luxuriam erant profuse, ideoque abundantes in malitia.

Omnis hi sensus probabiles sunt, probabiliores tamen, nostræque Latine versionis congruentiores videntur tertius et quartus. Ubi advertet « abundantiam malitiæ » hic veteri a Jacobo, non quasi præcitis malitiæ permittatur; sed « abundantiam significat proprietatem malitiæ, q. d. Abijcite malitiam, quia ipsa ex sua natura et inde ebullit, abundat et redundat in omne malum; sicut enim vitium recens ebullit egerique continuo spumas et fæces: sic malitia semper ebullit, eructat et jurgit quælibet malas cogitationes, locutiones et actiones, omnesque fraudes et nocendi artes. Sic peccatum malitiæ opponitur peccato infirmitatis vel fragilitatis; Theologi enim peccatum ex sua causa in tres distinguunt species: aliud enim committitur ex ignorantia, aliud ex infirmitate, aliud ex malitia.

Denique Emmanuel Sa, et Maldonatus in Notis ad novum Testamentum, quas vidi legique in Collegio Romano, censent hic esse hebraismum, et « abundantiam malitiæ » idem sit, quod abundantia mala, id est, quicquid male abundat, omnis superfluitas. Hanc enim significat *κακία*, *κακία*; *κακία* enim est superfluitas, redun-

dantia, exuberantia et omne id quod motum excedit, puta excessus qui honesti et rationis limites transgreditur; sicque recte opponitur ei *κακία*: hæc enim sunt duo extrema, ideoque vitiosa, nimirum *κακία* et *κακία*, id est, avaritia et avaritia *κακία*, parcimonia et prodigalitas, que caveenda monet S. Jacobus, ut teneatur medium in quo consistit virtus, q. d. Nolite esse parci nec prodigi; nolite esse sordidi et avari, nec superbi et profusi in vestris opibus, sumptibus, familiis, actibus et rebus quibuslibet; sed in omnibus vestram mediocritatem servate, ac cor ab omni affectu reque ac defectu vitioso liberum, ut sit capax seminis divini et superfluitatis: est enim utriusque adversa bona tam tenacitas, quam copia, v. g. tenacitas veritatis bona est, neque ac copia liberalitatis sive elemosynas. Dedit ergo S. Jacobus malitiam et vitium in extremis consistere, puta in excessu et defectu; bonitatem vero et virtutem in medio, puta in moderatione et mediocritate: ideoque omnes aureolos et libras malitiæ et corde nostro esse evellendas, ut si virtus inseratur; ut nimirum semen verbi divini et inseri, coherere, radices agere, et bonorum operum fruges germinare ac producere possit.

IN MANSUETUDINE. — « Mansuetudinem » opponit malitiæ: mansuetudo enim facit cor docile capaxque seminis verbi divini, cuius incapax et indocile facit malitia, juxta illud Eccli. v, 13: « Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas et cum sapientia proferas responsum verum. » Mansuetudo enim est mentis serenitas, tranquillitas, claritas, que facile capit sapientiam, cernitque omne verum: unde ipsa est quasi aqua limpida, vel speculum tersum, in quo rerum imagines clare perspicuntur; ex adverso malitia et ira est mentis turbatio, tumultus, tempestas et obscuritas; unde similis est aque turbide et speculo pulveribus obducto, in quo nihil recte videri potest, præsertim quia sicut malitia et ira individua comes est superbiæ, ita mansuetudinis comes et sociæ est humilitatis, quam necessaria et optima ad sapientiam est dispositio: adeoque eam a Deo emendicando meretur accipere. Insuper mansuetudinem exigit S. Jacobus uti matrem patientiæ, que fidelibus illo ævo in tantis persecutionibus et tribulationibus erat necessaria; quam proinde eis vera, f et deinceps impense commendavit.

SUSCIPITE. — id est, susceptum retinete; significatur enim actus non inchoatus, sed continuatus et perfectus. Loquitur enim fidelibus, qui jam verbum fidei susceperant, quos monet ut illud studiosè conservent, augeant et promoveant.

INSITUM VERBUM. — Male Ecumenius *κακία* vertit,

rationem, quae opponitur irae : agitatur enim hic de verbo, non de ratione ; unde Syrus verit, *verbum quod est insitum in natura nostra*, graeco *φαρμακον*, quod Θεουμενιος et Vatablus vertunt, *naturale, nativum, verum, non fictum*, sicut Sops. xii, 40, ex adverso vocatur *φαρμακον*, *medicinis, naturalis malitia obstinatorum*. Melius alii passim hic *verbum* vertunt, inditum, insertum, implantatum, sicut fit cum ramus unius arboris alteri inseritur, et, ut agricolae loquuntur, *inoculatur*, vel *implustratur*, quam Graeci et Latini vocant *emphyteisin*. Sic enim *inocuemus* pomum arbori inseri ramum piri, per cuius aquae producere pira. Simili modo voluntati nostrae inseritur Dei verbum, fides et gratia quasi surculus et ramus vitis, per eumque voluntas nostra producit opera supernaturalia fidei, spei, charitatis, patientiae, martyrii ceterarumque virtutum. Ubi advertit, et insitum significare verbum Dei, fidem et gratiam non esse nobis conaturalia, sed aliunde, puta divinitus insita, ideoque gratuita et supernaturalia. *Secundo*, opera fidei et gratiae non tam esse tribuenda voluntati, quam fidei et gratiae : ex voluntate enim tantum accipiunt libertatem, scilicet quod sint opera vitalia, humana et libera ; ex fide vero et gratia accipiunt suam dignitatem et speciem, scilicet quod sint opera supernaturalia fidei, charitatis et gratiae : sicut arbor pomis cum per insertum ramum piri producat pira, esto succum suum ei communicet ; tamen quod pira producat, non poma, ramo piri inserto acceptum ferre debet, non sibi. Alibi S. Paulus et Scriptura vice versa dicit nos inseri Christo, quasi Christus sit arbor, cui nos quasi rami vel surculi inseramur, ut ab eo vitam, succum et vigorem gratiae sugamus, juxta illud *Roman. vi, 5* : « Si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus ; » et *I. Joannis cap. iv, 46* : « Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. » Sic S. Paulus, *Roman. xi, 17*, ait gentes infideles et impias, quasi oleastro, per fidem et gratiam insertos esse in bonam olivam, puta in Christum, ut dulces pinguesque charitatis et honorum operum olivas producant.

Quaes, quodnam est hoc « insitum verbum, » quod a nobis suscipi jubet S. Jacobus? Respondet *primo*, Concilium Viennense esse Christum, sive Verbum incarnatum : hoc enim, si per fidem et gratiam suscipiamus, salvabit nos : ejus enim incarnatio similissima est insitioni, sive inoculationi arborum. *Primo* enim sicut arbori aggressiori aut steriliori inseri solet surculus arboris melioris et feracioris, ut per eum ponatur agrum sterilitatem, fructusque meliores et copiosiores producat : ita carni nostrae et humanitati infundunt et sterili, in horto uteri beatae Virginis, operante Spiritu Sancto, insertum fuit verbum divinum, ut ex humanitate et divinitate fieret una hypostasis, unumque suppositum quasi una arbor, quod per ramum Verbi divini fructus di-

vinos, dulcissimos et optimos produxit ; vice versa dici potest, quod humanitas quasi ramus in Christo inserta sit Verbo et divinitati quasi arbori et trunco. Deitas enim et hypostasis divina sustentat humanitatem et humanam naturam in Christo, non autem vice versa hypostasis humana sustentat divinam, hinc enim fuit error Nestorii.

Secundo, sicut ramus resecatur ab una arbore ut alteri inseratur : ita Christus descendens in carnem quasi ablati fuit, et resectus a sinu Patris, ut e caelesti paradiso transplantaretur in terrestrem.

Tertio, sicut arboris, cui insitio facienda est, ramus praescinditur, ut ei alterisque melior inseratur : ita ab humanitate Christi ablata et quasi praecisa est hypostasis humana et creata, ut ei hypostasis divina communicaretur et quasi insereretur.

Quarto, sicut ramus arbori insitus cum ea coalescit, fitque una arbor : ita humanitas Verbo insita cum ea coealit in unam eandemque personam.

Quinto, sicut ramus colligitur arbori ut coalescat : ita colligata est divinitas humanitati per vinculum unionis hypostaticae. Praeclare S. Bernardus, serm. *3 De Vigil. Nativit.* : « Nihil Deo sublimius, inquit, nihil vilius limo, et tamen tanta dignatione Deus descendit in limam, tantaque dignitate limus ascendit ad Deum, ut quidquid in eo Deus fecit, limus fecisse creditur ; quidquid pertulit limus, Deus in illo pertulisse dicitur. »

Sexto, sicut in vere flante austro cum arbores sudant, ac in gemmas prorumpunt, facienda est ramorum insitio : ita incarnatio Verbi facta est in vere, puta 25 die martii, quo conditus est mundus, ut eum repararet et renovaret.

Hinc *secundo*, nonnulli per « insitum verbum » accipiunt Eucharistiam. In ea enim Christus nobis nostroque stomacho et menti realiter et substantialiter inseritur et quasi inoculatur ; sed ita ut nos potius convertat in -, quam ipse convertatur in nostram substantiam et qualitatem, ut ait S. Augustinus. Verum hoc mysticum est, non litterale.

Alii per « verbum insitum » accipiunt Christum cruci affixum. Arbor enim crucis erat lignum silvestre et sterile ; juxta illud : « Maledictus omnis qui pendet in ligno, » *Galat. cap. iii, vers. 13*. Christus autem generosus et fecundum fuit virgultum, juxta illud *Isaia iv, 2* : « In illa die erit germen Domini in magnificentia, et gloria, et fructus terrae sublimis. » Hoc igitur virgultum per clavos insitum et innexum fuit in crucem, tuncque crux uberimos orbis protulit fructus, juxta illud *Jerem. xxxiii, 13* : « Germinare faciam David germen justitiae. » Verum hic sensus accommodatus est et concionatorius, non genuinus.

Tertio, « verbum insitum » est Verbum Dei, puta S. Scripturam et Evangelium. Ita Beda, *Gloss.*

Jagneus, Catharinus et Cajetanus. Dicitur « insitum, » ut distinguatur a congenito, puta a lumine rationis nobis a natura ingenerato. Unde S. Thomas explicans illud *Ephes. cap. vi, 18, Et gladium spiritus, quod est verbum Dei* : « Praedicationi, inquit, dicitur gladius spiritus, quia non penetrat usque ad spiritum, nisi ducatur a Spiritu Sancto. » Dicitur ergo « insitum, » quia per Apostolorum praedicationem et audientium fidem animis creditum a Spiritu Sancto inseritur et inspiratur.

Ubi nota appositae analogiae inoculationis surculi in arborem et insitionis verbi in animam. Multae enim conditiones in insitione arborum servandae sunt, quas recenset Columella lib. V, cap. xi ; Varro, lib. I *De Re rust.* ; Plinius, lib. XVII, cap. xiv, et alii. *Primo* est, sicut ramus per insitionem arbori inseritur, ita Christus per praedicationem et fidem menti inditur. *Secundo*, sicut ramus nativus praescinditur ut alter melior inseratur, ita in lege veteri circumcidebatur caro preputii, ut fideles inererentur Ecclesiam et gratiae Dei : in lege autem nova circumciditur anima resecando peccata et vicia, ut Dei fides et gratia menti inseri possit. *Tertio*, ut ramus unius arboris commode alteri inseri possit, debet ei similis esse in cortice : ita Christus nobis inseritur, quia externa specie et quasi cortice, puta humanitate, nobis est similis. *Quarta*, findendus est ramus usque ad medullam, ut ei alter surculus inseri et agglutinari possit : ita findenda est anima usque ad cor et iutium ejus sinum per amorem Christi, ut ei ipse Christus inseri et inoculari, ac, ut ita dicam, in corda infimaeque uniri possit, sicut vicissim usque ad cor fixus et transfixus est in cruce, ut nostro cordi uniri posset. Unde *Canticor. cap. iv, vers. 9*, dicit : « Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, » ubi pro *vulnerasti* hebraice est *כרתי* *libbati*, id est, abstulisti mihi cor, transfixisti mihi cor, excoardiasti me : amans enim amato dare debet cor, ut, sicut in inoculatione rami ejus medulla medullae arbori, ita cor amantis cordi amati uniat et inseratur. *Quinta*, ramus insitus arbori, ei subito fimo et luto colligandus, et contra frigus astumque muniendus est : ita meditatione nostri fimi et luti, id est, misericordiae humanae, mortis et novissimorum, anima Christo colliganda, et contra omnes aecidias, gulae, luxuriae aliorumque vitiorum tentationes munienda est.

Sexta, in illo arborea facienda est in vere, flante Austro : ita insitio spiritualis optime fit in juventute et aetate florida, afflante Spiritu Sancto. Juventus enim flexilis est, omnemque insitionem recipit : senectus vero si in vitis nutrita consensit, difficile incilotes mores et vitia deponit, ac proinde perdifficile est virtutes oppositas ei inserere. *Septima*, surculi inserendi praescindendi sunt ex arbore nimirum triennali ; item ex ramis novis, qui spectant Orientem, idemque ramis altioribus arboris Orientem pariter spectantibus inserendi sunt : ita verbum Dei anime indendum, hauriendum

est a sancta Trinitate, et a Christo, cujus nomen est Oriens, *Zachar. vi, 12* ; ac vicissim anime ad Orientem, hoc est, parvi superioris, quae coelum caelestia spectat, vitamque novam et spiritualem desiderat, inserendum est. *Octava*, sicut arbor silvestris quae prius nihil producebat, aut non nisi pruna agrestia, per inoculationem piri producit pira dulciora et sapida : ita anima inculta et cupiditatibus luxurians, quae prius non nisi opera gulae, luxurie, superbiae, etc., producebat, per insitionem verbi et gratiae Dei producit pira suavissima sobrietatis, castitatis, humilitatis, charitatis, etc. : ita Clemons Alexandrinus, lib. VI *Stromat.*, vi, ubi quatuor insitionis corporalis species recenset, easque mystice totidem speciebus insitionis spiritualis accommodat. Nona, ramus insertus ramum arborenae cui inseritur, quasi maritali, et aretissimo conjugii vinculo sibi copulat : ita Christus per verbum Dei despondit sibi animam fidelem, juxta illud *I. Corinth. xi, 2* : « Despondi vos uno viro virginem castam exhibere Christo. » Rursus ramus insertus ramum alterum cui inseritur, quasi adoptat, juxta illud Ovidii, lib. I *De Remediis Amoris* :

Venerit insilio, fac ramum ut ramus adoptat.

Ita Christus per verbum, fidem et gratiam nos sibi in filios, sicut haeredes adoptat. *Decima*, sicut ramus insertus alteri cui inseritur, firme cohaeret, adeoque unus cum eo fit idemque : ita Christus per fidem et gratiam firme animae nostrae copulatur et unitur, ut nisi per hostilem voluntatem abiciatur et resecetur, perpetuo animae conjunctus et quasi conjugatus maneat. *Undecima*, insitio arbori est instar culturae : facit enim ut melior sit, melioremque ac magis digestum succum tribuat, indeque meliorem fructum producat : ita insitio fidei et gratiae animam alicuius excolit, innovat, perpolit, ut succum caelestem imbibat et induat, indeque caelestes actiones producat. Hinc discere quam utile sit audire, legere, ruminare verbum Dei : sic enim illud menti inserendo, eam innovamus, coelestemque facimus, ut omnis ejus succus, id est, cogitatio, et affectio, et fructus, id est, actio, sit spiritualis et caelestis : sicut ex adverso legere, audire, ruminare verba vana, carnalia, lasciva, maledica, hominum facti vanum, carnalem, lascivum, maledicum. Unde S. Ambrosius, lib. IX *in Lucam*, cap. xx : « Ut tener surculus, inquit, veteri excisus ab arbore in alterius facti radicis inseritur ; ita populus sanctus surculi veteris cicatricibus enodatis, in novo illo crucis ligno tanquam gremio pie parentis fatus inolescit, Spiritusque Sanctus in hoc carcere corpus infusus, velut in illis demissus terrarum scrobes, aquae salutaris irrigatio diluit quidquid est fetidum, membrorumque nostrorum habitus in caelestem erigit disciplinam. »

Mystice haec omnia facile adaptes verbo Dei inspirato, hoc est, inspirationi divinae : haec

enim inserit menti Spiritus Sanctus, alienaque verbum Dei frustra a concionatoribus predicatur exterius, nisi illud interior predicet, mentique inserat Spiritus Sanctus; sive autem ipse illud per concionatorem exterius, sive per se solum interiori menti inspiret et inserat, parum refert: idem enim utrobique est gustus et fructus. Transit enim in naturam nostram, factique nos Deo fructificare, ut ait P'romis Anglicus.

QUOD POTEST SALVARE (SYRUS, *ut supra*) ANTRAS VESTRAS, — nimirum eas regenerare, obque tribuere novam naturam, etiamque supernaturalem, hic per gratiam, in futuro per gloriam. Respiciat S. Jacobus ad id quod dixit vers. 18: « Voluntas enim nos genuit verbo veritatis; » verum enim veritatis est verbum ipsorum animo nostrum a Spiritu Sancto, ad peragendam hanc divinam generationem, que fit per remissionem peccatorum, infusionem justitie et sanctificationem, quam fideles invocare et augere possumus et debemus. Hoc est quod ait Paulus, *Rom. 1. 16*: « Non enim crebro Evangelium: virtus enim Dei est in salutem omnium credentium; » et cap. 8, vers. 10: « Corde creditur ad justitiam, ora autem confessio fit ad salutem. » Vide ibi dictum. Porro verbum Dei salvat animam, non per solum fidem ei credendo, ut voluit heretici, sed et obediendo, illudque opere et vita complectendo, ac presentem multo pro eo patiendo, ut passi sunt primi fideles et Martyres. Illud ita esse docet S. Jacobus dum subdit:

22. ESTOTE AUTEM FACTORES VERBI, ET NON AUDI-TORES TANDEM. — 9. d. Quod dixi: « Suscipite inquit verbum, » intelligo sic, ut non tantum illud audiat et credatis, sed et ut idem opera perficiatis. « Scilicet enim verbum et non factum, peccatum est illud, » ait S. Jacobus, cap. IV, vers. 17 et Christus, *Luc. XI, 29*: « Beati, inquit, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud, » adeoque « Jesus cepit primo facere, et deinde docere, » *Actor. 1. 1*. Christo enim « scientia erit norma vivendi, vita dicendi. » Non enim preclarior scivit, quam sanctus vixit; nec docuit majorem quam fecit. Christum docere imitari sunt omnes Sancti. Ita S. Paulus: « Imitatione aut, mei, estote, sicut et ego Christi, » *I Corin. XI, 1*. S. Gregorius, homil. 29 in *Beatus*, dicitur: « Ego jam credidi, ergo solvus ero, » respondet: « Verum dicit, si fidelem operibus tenet: vera enim fides est, que in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc enim est quod de quibusdam falsis fideiis Paulus dicit ad Titum, v. 14: Qui continentur nomine Dei, factis autem negant. » Hinc Iovannes ait, *epistola 1. cap. 1*: « Qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est. Tunc enim veraciter fideles sumus, si, quod verbis promittimus, operibus complemus. » S. Augustinus, *serm. de Hieronymo in Spiritum Sanctum*: « Scopus, ait, Christiane religionis est, ut que ex doctrina veritatis didicimus, opere

impleamus. Non enim audiores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. » Nervoso Nazianzeno, *orat. 27*: « Opus, inquit, sermone fortius est. » Et S. Bernardus ad Eugenium Pontificem, lib. II *De Consider.*, cap. VII: « Audi, ait, cantuum meum, et quidem minus suave, sed salutare. Monstruosa res gradus summus, et animus infimus; sedes prima, et vilitas ima; lingua magniloqua, et manus otiosa; sermo multus, et fructus nullus; vultus gravis, et tactus levis; legens auctoritas, et putans stabilitas. » Vide dicta Act. 1, 1.

FACTORES VOSMETIPSOS, — *ut supra* *ut supra*. Id est, paralogismo et fallaci argumentatione depingentes, et in errorem seducentes vosmetipsos, ut faciunt Sophiste. Hoc enim est sophisma diabolus et hereticorum: scriptum est: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; ergo bonis operibus non est opus, sed sola fides ad salutem sufficit. Absursum: Beatus est qui audit et suscipit verba Dei; valeant ergo opera et labores, inbeant errores in malam errorem. Sed respondendum est, nequaquam prudenter audire et credere, nisi auditis et creditis obediatis, eaque in opus redigatis. Porro infidelis est decipere quam decipi, » ait S. Eucherius, *epistola ad Valerianum*, sed infidelissimum est decipere seipsum, et discipuli a scripto, presertim ubi eterna salus agitur. Ita modo plurimi scriptos fallunt, audientibus enim verba Dei placet sunt tempa, sed factoribus vacat. Tot millia quibus audiuntur conciones, et vix minus est qui vitam in melius commutet: multorum, quia audiunt verbum Dei ut carmen inusitatum aure illudans, non mentem feriens, uti queritur *Ezech. cap. xxxiii*, vers. 32.

23. QUIA SI QUIS AUDITOR EST VERBI, ET NON FACTOR, HIC COMPARABITUR VIRO CONSIDERANTI VULTU SATIVITATIS SUE. — Id est, nativum eum quo natus est, non factum; non pictum, non personatum. Nota: « viro innuit viros non uti, sed abuti speculo; mulierum enim speculum, non vitium est speculum et imago. Unde S. Paulinus, Nota Episcopus, et eum imitatus nuper Cardinalis D. Ilerminius, rogantibus amicis ut permitteret se depingi, eamque imaginem suis operibus predicaret, ante et religiose respondit: « Val capitis designare meum veterem hominem, vel novum? Si veterem, ille deformis est; nec pictum, sed factum dicimus; si novum, ille necdum perfectus est. »

IS SPECULO. — Nota: Sicut speculum dicitur in quod inspicimus, et speculum id est imaginem, nostram contemplantur; sic illud vultum et lex Dei vocatur speculum, quia in eo nos inspicimus et speciem anime contemplantur, ut videmus quantum a virtutis perfectione distemus, et maculas anime intuentes eas abstergemus et eliminamus. Verbum enim et lex Dei ostendit clare sine loco et adulatione precepta virtutum et prohibitiones vitiorum omnium; illis addens promissa et premia, his minas et supplicia; ut illas nobis imprimat, hanc et mente erudit. Unde S. Augustinus

hanc scriptam vestrum quem vocavit Speculum, quia in eo colligit sententias morales S. Scripturae de virtutibus et vitis; ut in eo « credens, inquit, qui Deo obedire voluerit, se inspiciat, quantumque in bonis moribus operibus profecerit, et quantum sibi desit attendat. » Idem in *Psal. cii*, conc. 1: « Vide, ait, si hoc es, quod dixit (Psaltes); si nondum es, gemis ut sis. Remuniat tibi speculum faciem tuam: sicut speculum non sentit adulatorem, sic nec te palpes. » Et S. Leo, *serm. 11 de Quadrag.*: « Artifex misericordiae Dei, inquit, splendidissimum in mandatis suis condidit speculum, in quo homo suae mentis faciem inspicere; et quam conformis imagini Dei, aut quam dissimilis esset, agnosceret. » Speculum enim ita pingit Virgilius in *Epigramm.*:

Imago in uncta.

Hedibus clypeis liquida spectantis in uncta,
Qualem rejectis speculi cristallinus ortis.
Elypeis liquida respondet ab aequore fontis,
Quis et a speculo simulatæ umbra resultat.

Pari modo ait S. Bernardus, *serm. 1 de septem promissis*: « Evangelium, speculum veritatis, nemini blanditur, nullum seducit; talem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit, ut nec ibi timore trepidet ubi non est timor, nec letetur cum male fecerit. » Et citato hoc loco S. Jacobi: « Nos autem, fratres, consideremus nosmetipsos in ea quam audivimus S. Evangelii lectione, ut proficiamus ex ea, et corrigamur, si qua in nobis deprehendimus corrigenda. »

Hujus rei symbolo jussit Deus *Exod. xxxviii*, 8, fieri labrum autem ex speculis mulierum, ut in eo sacerdotes sacrificaturi se lavantes inspicerent, et si quid maculatum, vel incompositum invenirent, detegerent et compoherent. Nam, ut ait S. Gregorius, hom. 17 in *Evangelia*: « Specula mulierum sunt precepta Dei, in quibus se sancte anime semper aspiciunt, et si qua in eis sunt fragilitates maculae, deprehendunt, cogitationum vitia corrigunt, et quasi renitentes vultus velut ex reddita imagine componunt; quia dum preceptis dominicis solerter intendunt, in eis procul dubio quod in se celestis viro placet, vel quid displicet agnoscent. »

Sicut ergo femina dum se comunt et ornant, studiosae se in speculo intuentur, ut omne quod in facie viderint eluant, eamque polchre per omnia componant: ita Christianus debet assidue intueri speculum verbi et legis divinae, non solum eam se totum in ore omnes reformare et exornare. Scribit Ludovicus Vives in S. Augustini lib. VIII *de Civit.*, cap. XII, basiliscum sic occidi: circumstant venatores se unalique speculis, in qua cum ille se introspicit, venerat speculum visualium radii ex oculis egressi, vi speculi ad ipsomet reflectuntur, itaque eum inficiunt et enocant: ita peccator scelerum suorum radices in lege Dei intrens et ad se reflectens, compunctus intuetur illa peccata, que tam leda

et legi Dei repugnantia conspiciit, novumque hominem induit. Hoc est quod ait S. Paulus, II *Corinth. III, 18*: « Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritate, tanquam a Domini spiritu. » Nam, ut ait S. Augustinus, lib. XV *Trinit.*, cap. VI: « Speculantes dixit per speculum videntes (hoc enim est *speculum speculi*), non de speculo prospicientes. Transformamur ergo, dicit, de forma in formam mutamur, atque transimus de forma obscura in formam lucidam, » ut scilicet simus imago Dei, eumque quasi exemplar ad quod creati sumus representemus, dum conformamus nos verbo tum animato et incarnato, puta Christo; tum scripto, precepto et auditio; de eo enim ait Psaltes, *Psal. cxii, 103*: « Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. » Et *Proverb. VI, 23*: « Mandatum lucerna est, et lex lux, et via vite incroptio disciplina. » Preclare S. Leo, *serm. I de Quadrag.*: « Hæc, ait, nostri generis est dignitas, si in nobis quasi in quodam speculo divinitatis forma respiciatur. » Hinc utilissimum est crebro intueri, legere, vel audire vitam Christi et Sanctorum, que est quasi lex viva et speculum animatum, ut ex eorum nostris corrigamus vitiaque Christi et Sanctorum conformemus. Efficacia enim sunt sanctitatis exempla, quia Sancti fuerunt homines debiles et infirmi, ut sumus nos; et quod illi per gratiam Dei potuerunt, nos quoque possumus.

Nota: *Ti vultum nativitatis sue*, id est, nativum et genuinum (huo enim significat Græca vox *γεννητός*); significat nos in speculo non intueri imaginem vultus nostri, aut vulgus putat, sed ipsamet vultum per speculum non directam, sed reflexam. Aliter ergo videmus rem in speculo, aliter in imagine: quia ad imaginem quasi obiectum adæquatum terminatur visio, ex qua mens assurgit ad rem, cujus est imago, imaginandam et contemplantam; in speculo vero imago que videtur, non est imago, sed est ipsissima res obiecta speculo, visa in eo per sui speciem; a speculo ad oculum videntis reflexam, ita ut visio proxime terminetur ad faciem propriam. Itaque sit obiectum visus (non imago speculi), in quod ipse immediate per speciem illam reflexam fertur; illa ergo imago visa in speculo non est imago, sed est ipsissima hominis facies, prout per speciem in speculo et a speculo reflexam videtur. Quare dicitur *Int. Acta ant.*, quia in speculo seipsum quasi in imagine intuent, eum ea quasi cum alia muliere colloquebatur, arridebat, minabatur, etc. de qua Rhodiginus, lib. XVII, cap. H. Forunt et eos qui rapiant calulum Igitur, Illi insequuntur speculum et vitro obijcere, in quo ipsa se intuent, visa sui in speculo imagine, putans illam esse suum calulum, in eo contemplantum hæret raptoremque cum calulo abire permittit.

Sed audi hanc questionem utrumque ventillatam et definitent nostrum Franciscum Aguil-

olum, lib. I *Opticorum*, proposit. 46: « An imago illa, inquit, quam in speculo cernitur, species sit, an res ipsa? Alii aiunt, alii negant. Speciem esse his argumentis probari videtur. Primo, quia id quod in speculi profunditate oberrat, non tam verum aliquod corpus, quam phantasticum et imaginabile esse potest. Unde illud a S. Jacobo usurpatum cap. I: Si quis auditor est verbi, et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis *suæ* in speculo, etc. Delude res vera minime ibi est, ubi solum apparet. Est ergo hoc aliud a re ipsa: at nihil aliud esse potest quam species; ergo quod in speculo cernitur, species est, non res vera. Contra non speciem, sed rem ipsam in speculo videri, argumento est, quod phantasia in profunditate speculi immersa apparet: si autem species esset, ea in speculi superficie ubi terminatur, necessario videretur. Non est ergo species, sed res ipsa quam in speculo cernimus. At quomodo res intra speculum videtur, cum ibi non sit? Respondetur, in omni speculorum inflexione rem alio loco, quam revera sit, apparere. Idem est de imagine, sive de virgineo (unde ab Hebraeis vocatur *תורה*) qua in alterius pupilla cernimus. Est enim *con*ca velut a convexo speculo repercussa intuentis similitudo: cornea enim tunica propter horem formam rerum obiectarum remittit, at rebas ipsis minoribus propter sphericam convexitatem. » Sic mystice in verbo et lege Dei non imaginem aliquam, sed ipsissimam Dei voluntatem, Domine ipsum quasi in speculo intuemur, amplectimur et reveremur.

24. CONSIDERAVIT ENIM SE, ET ABIT, ET STATIM OBLIVIS EST QUALIS FUERIT. — Hinc Romæ vir quidam solers mihi questionem proposuit, an speculum vim aliquam habeat inducendi oblivionem sui potius, quam alterius subiecti in eo visi; id enim videtur innuere hic S. Jacobus. Verum nil tale est, nec tale quid significat S. Jacobus: speculum enim eodem modo, eadem claritate et efficacia representat vultum proprium, atque alienum, ac profunde tam quis obliviscitur vultus alieni, quam proprii, si eum in speculo duntaxat inspexerit, sed quia vultum alienum, quam in speculo inspexit, omnino in se sine speculo per speciem directam intueri potest, et serpe intuetur, hinc magis menti et memorie imprimat imaginem ejus, quam proprii, quem in se directe intueri nequit, sed tantum reflexe in speculo. Reflexa enim species refrangitur, ideoque debiliores sunt, et debilius feruntur in et mentem quam directe: unde Apostolus, *1 Corinth. xiii*, visionem per speculum vocat obscuram et ænigmaticam: « Videmus, ait, nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. » Ita Diogenes Cartusianus: « Imago, inquit, in speculo habet debile esse, et intentionale potius quam reale: ideo debilem facit impressionem, quia modus agendi sequitur modum essendi, ac

propterea ex tali impressione sequitur labilis in mente cognitio, indeque facilis obivio. » Idem docet Agulionius, lib. I *Optic.*, proposit. 46: « Cur, inquit, adeo debilis figura in speculo ostendatur? Respondetur, quia repercussione languescit. Unda cum eadem ex uno speculo in aliud et aliud reflectitur, secunda reflexio obscurior est quam prima, et tertia quam secunda, atque eodem ordine ceteræ. »

Quapropter speculum divini verbi et legis identidem nobis inspicendum est, ut ejus memoriam in mente renovemus, nutriamus, acutius, adeoque vivaciter imprimamus, ut voluntatem feriat, compungat et ad opera bona adigat. Ille significat S. Jacobus eum dicit: « Consideravit enim se, et abijt, » *g. d.* Oblit et in transitu contemplatus est se in speculo: ideoque abijt et in alia objecta incurrit, a statim oblitus est qualis fuerit, » id est, qualem se videri in speculo: unde nec meminit elocere, nec in composita componere curat. Simil enim modo qui oblit verbum Dei audit, et illico ad negotia terrena se caducas animam transfert, statim oblitus est et speculi et sui, id est, et legis divine et morum suorum, ut eos corrigere et legi divinae adequare non curet, præsertim si speculum hoc legis divine intueatur non tam utilitatis, quam voluptatis et curiositatis causa, nimirum ut pacat oculos et aures vana ejus cognitio et eloquentia: non autem ut illam in proxim redigat, vitamque illi conformet. Sic enim curiose molli, viri præsertim (unde solerter ait S. Jacobus, « similis est viro, » non mulieri: hæc enim se aspiciit in speculo ut mandet et ornent) intuentur se in speculo, ut videant an senes appareant, an juvenes; an pulchri, an deformes; an sereni, an morosi et rugosi; ut Claudianus, lib. I *in Eutropium*, de Laide se in speculo contemplante ait:

Seque reformidat speculo damnannte senectas,

et Ovidius, lib. *Trist.*:

Met quoque, ut in speculo reges aspexit aniles
Tyndaris.

Videre ergo in speculo, est proverbium significans, videre superficialiter duntaxat, ita ut penitus rem non perspicias, nec ejus intima penetres: unde I *Corinth. xiii*, 12: « Videmus, inquit, nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, » *g. d.* Videmus nunc divina per speciem superficialiter, sed in celo et visibus Dei per speciem intima eorum conspiciemus. Hinc et S. Jacobus visioni in speculo quasi superficiali opponit perfectionem, qua penitus res inspicitur et perspicitur, cum subdit: « Qui autem perspicit in lege. »

Quocirca apposite Petrus Blesensis, *serm. 51*, ait, triplices esse verbi Dei auditores, pigros, activos, contemplativos: *primos* audire et contemplare; *secundos* audire et auditus obedire;

tercios audire et in amplexu obdormire. *Primos* esse quos hic tangit S. Jacobus, qui alimur, aucto verbo Dei, cogitant de morte, judicio et inferno compunguntur; sed mox conversi ad terrena curas et illecebras, ejus obliviscuntur. Eodem nosse Joannes David in imagine quodcumque speculorum comparat cum iride, que solis quodcumque est spectum, ut ait Seneca, lib. I *Natur. quest.*, cap. iv, sed imperfectum et evanidum, quia partes aliquæ nubis sunt crassiores quam ut soleam transmittant, alie tenuiores quam ut excludant: quo fit ut in iride sit color igneus a sole, cæruleus a nube, cæteri ab utriusque mixtura.

Memorable est quod scribit Theodoretus in *Historia SS. Patrum*, cap. iv, de Eusebio anchoreta spectante arantes in agro. « Cum, inquit, videmus Ammianus legisset locum Evangelicorum, seiscitaretur autem interpretationem, jussit magnus Eusebius ut repereret lectionem. Cum is autem dixisset: Illis qui arant forte dilectus, minime exaudisti; suis deinceps oculis legem talli, ut neque campum illum unquam contemplantur, neque celesti pulchritudine et chori astrorum aspectu fruereur: sed angustissima utens egerita, ejus mensuram aiunt fuisse unius palmi, forente ad oratorum, extra eam deinceps egredi non est passus. Dicitur autem eum plusquam quadragesima annis vixisse post hanc legem. Quin et cum lambos zona terrea alligasset, et gravissimum cellare collo imposuisset, alio ferro conjunctum zonam collari, quod erat collo impositum, ut hoc modo inclinatus cogereur assidue in terram despicere. » Itaque ipse de se exegit pomas neglectæ audientis Evangelii.

Moraliter ex speculo et speculante se in eo, dicitur quale sit verbum Dei, ejusque auditor. *Primo* enim, sicut in speculo videtur, non imago rei, sed res ipsa per speciem non directam, sed reflexam: ita in verbo Dei videtur ipsa Dei voluntas, ipseque Deus, uti verbum mentis cernitur in verbo oris, quasi in speculo. Hinc tritum est ænigma speculi apud Symposium:

Nulla nobis certa est, nulla est peregrina figura:
Fulgur inat intum radianti luce coruscus,
Qui nihil ostendit, nisi quodquid videret ante.

Secundo, specula plana imagines exhibent ipsis rebas æquales, convexa vero minores: utraque quo longius absunt, eo minora reddunt idola, uti docet Agulionius, lib. I *Opticorum*, proposit. 36, et seq.

Unde et Plinius, lib. XXXIII, cap. ix: « Eadem, inquit, vi in speculis, usu polita crassitudine paulumque propulsa, dilatatur in immensum magnitudine imaginum. Tantum interest, repercussum illum respicit, an accipiat, etc. Plurimumque refert concava sint et pœculi modo, an depressa, an elata, an aversa, an obliqua, supina, an recta, qualitate excipientis figure torquente venientes

umbra. Nec enim est aliud illa imago, quam digesta claritas materie excipientis umbram. »

Pari modo verbum Dei plane, aperte et candida auditum, lectum et ruminatum, Dei voluntatem omnino nobis exhibet et quasi adequat. At vero si verbum Dei timore quodam sapientie et eloquentie humane exortatum fœuatumque nutius vel legas, minus in eo Deum Doique voluntatem cernes, minus pios erga eam mentis et voluntatis motus persentises. Quocirca præcones verbi Dei debent esse sinceri, aperi, nec curare auditorum querelas, juxta illud S. Hieronymi ad Nepotianum, *De Vita Clericorum*: « Neminem specialiter meus sermo pulsavit, generalis de vitis disputatio est: qui mihi irasci voluerit, ipse de se quod talis sit confitebitur. » Nam, ut ait Clemens Alexandrinus, lib. I *Pædag.*, cap. ix: « Si cui speculum non est malum deformi, quod ipsum ostendat, qualis sit; et sicut medicus non est egrotus malus, quod et fibrum annuntiat: non enim medicus est causa febris, sed ipse febrim arguit: ita nec is qui reprehendit, et male vult, qui laborat animo, neque ei delicta adjungit; sed ea que adsunt peccata ostendit, ad hoc ut avertat ab hujusmodi studiis. »

Tertio, uti virgines nobiles pulchritudinis et ornatus studiosæ, dicit multumque seipsas speculantur in speculo, omnesque novos et maceræ, etiam minims, quas in eo vident, emaculant et extergunt, ac totam faciem, vestes, gestus et motus ad speculum formant et componunt: ita fidelis qui salutis et pulchritudinis anime sue studiosus est, has virgines amulari, imo superare debet, ut assidue se in verbo Dei intueatur, morresque et vitam omnem enim lege et voluntate Dei conferat et componat, idque in dies melius semper et melius.

Quarto, « specula concava adversa solis radiis facilius accenduntur, quam ullus alius ignis, » ait Plinius, lib. II, cap. cvii, adeo ut stupas, chartam, manum aliaque opposita adurant et inflamment: ita si humili corde humilem Dei legem, ideoque radios divini ardoris excipientem, diutius et penitus intueatur, ab eodem amore divino accendetur. Nam, ut ait Psaltes *Psalms. xi*, 7: « Eloquia Domini eloquia casta, (sicut) argulum igne examinatum; » et *Psalms. cxviii*, 140: « Ignium eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud. »

Quinto, speculorum acies et fulgor menstris mulieris habetur, ut Plinius, lib. VII, cap. xv: ita luxuria et vitis carnalibus in anima offuscatur et quasi habetur verbum Dei, ut a luxurioso et carnali vix cerni et cognosci queat. Unde idem Plinius, lib. XI, cap. xxxvii: « hominum dentibus, ait, quoddam inest virus. Namque et speculi nitorem ex adverso habent, et columborum fetus implumes necant. » Dentis enim symbolum sunt gula, æque ac diabolicis, columborum et detractiois, quibus quasi nubibus verbum

Dei obvelatur ut eare perspicere queat. Porro idem Pliohus, lib. XXVIII, cap. vii, remedium assignat, atque hebetata aspectu specula recipere nitentem, si nullum piscem secum habeant, qui, ut idem ait, lib. IX, cap. xvii, durus est, ut nunquam percipi possit, nisi ferula verberatus: ita duritie et asperitate vite superatur gula et libido, ac verbum Dei intuenti pristinus ejus fulgor redditur.

Sexto, nullum interest quo situ, qualibusve oculis speculum intuearis: aliter enim videbis rem in speculo si ad levam, vel ad dextram; aliter et directe et terga distanti. Illud insperaveris: rursus aliter videbis si obliquis latus, aversis, etc., oculis illud intuearis, planeque qualiter speculum inspexeris, taliter illud vicissim esse, imo te, itaque imaginem tibi exhibebit. Si accessis, accedis; si recedis, recedit; si transis, transis; si procumbis, procumbit; si irrides, irridet; si irasceris, irascitur; si percussis, repercutit. Ita qualem te Deo. Denique verbo exhibes, talem vicissim ille se tibi exhibebit, juxta illud *Psalm.* xvii, 26: « Cum sancto sanctus eris, etc. ut cum perverso perverseris. » Infatens ergo hoc speculum, puta Dei verbum, in coque Deum ipsum directis, fixis et benignis oculis, et ille illum vicissim te aspiciet.

Septimo, Pliohus, lib. XXXIII, cap. ix: « Specula, inquit, optima apud utraque fuerunt Brundisina, statim et aere intus: et prelati sunt argentea. Primum fecit Praxiteles Magni Pompeii etate; nuperque crediti captum certiorum imaginem reddi quo appetit aversis. » Ita optima virtutum et vitiorum specula sunt leges et sententia illius S. Scripturae, quae instat argenti clare, et instat aere ac stanni fortiter et constanter intonant minus et supplicia, legum violatoribus a Deo delecta. Hae enim aedes mentis repercussa in se reflectitur, humiliatur, compungitur, cum Deo, Deique lege in gratiam redit.

Ita in oraculo et minis Jone, quasi in speculo Ninivite intui sui scelera, penituerunt in sacco et cinere, vitam mularum, excidium a Jona comminatum evaserunt, Jona. iii. Idem fecit David in oraculo Nathan, II *Reg.* xii, 13; et Nabueodonosor in oraculo Daniels, cap. ii, vers. 48; et Cornelius ad predicationem S. Petri, *Act.* x, 23. Ita Babelus nimis et mugis, habensque duas concubinas, adiens ecclesiam multosque Evangelium, diens: « Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum colorum, » *Matth.* iii, omnibus sese adlocavit, factusque est monachus, ac concubinis ut idem facerent persuasit, teste Joanne Moscho in *Prælo spirit.*, cap. xxxii.

Memorable est quod scribit Sozomenes, lib. II, cap. iv, et ex eo Baronius, anno Domini 380: Miles, inquit, fuit in Persia civitatis ejusdem Episcopus, cumque in ea predicando nihil proficeret, civitatem exierat inde discessit: quare Sapor urbem obsedit, et in agrum con-

vertit: ita ultus est Deus neglectum verbi sui et legis Evangelicæ. Simile extat in Vita S. Laurentii Justiniani, Venetiarum Patriarchæ.

In *Vitis Patrum*, lib. II, cap. xc, refertur quod, cum quidam apud Arsenium quæreret se verba S. Scripturae audire, sed non capere, nec ex ea fructum percipere, responderit Arsenius: a Filii mihi, necesse est ut magno ardore meditationi divine doctrinae insistas: audiivi enim a Patribus, quod serpentum incantatores verba quibus serpentes effascinant, non intelligant: serpentes autem audientes verba, ea intelligant, eorum vim percipiant, eisque obediunt. Idem et nobis faciendum est: etiam virtutes, et efficaciam sacram literarum plane non intelligamus, attamen virtutum verborum diaboli percipiunt, et fugantur.

Ita S. Chrysostomus assidue legens sacros libros in hisque sese intuens, et fidelis et sanctus et martyr effectus est, uti habet ejus Vita apud Surium, die 25 octob., cap. ii.

Ita S. Antonius audiens in ecclesia: « Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo, » atque hoc speculum jogiter intuens, ad illud totam vitam conformavit, teste S. Athanasio, item de S. Francisco scribit S. Bonaventura. Nam, ut ait S. Paulus, II *Timoth.* ii, 16: « Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudicendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. »

Denique in hoc verbi Dei speculo assidue et ardentem speculantes et excolentes s. S. Laurentius, Vincentius, Cécilia (que assidue Evangelium gestabat in pectore), Agnus, Augustinus, Basilus, Gregorius, Chrysostomus, omnesque sancti Doctores, Martyres, Virgines, Confessores, ad heroica martyrii, virginitatis, religionis, contemptus mundi cælarumque virtutum opera sese exstimulantes, tanti evaserunt, quantos colimus et suspicimus. De hisce respectu nostri vere dixeris illud Plauti in *Mostell.*: « Quid opus speculo tibi, que tunc speculo spectum es maximum? » eis enim speculo legem non erat opus, qui nobis ejusdem viva facti sunt specula.

23. QUI AUTEM PENSABERENT, — Intus, usque ad medullas, ait Hugo, Tigurina, *Qui vicia prospexerit*. Græce enim est *περαζόμενοι*, id est qui fixis intentisque oculis incumbens penitus inspexerit: opponit hunc ei, qui obiter et leviter se consideravit in speculo, et ab illa, ideoque oblitus est qualis fuerit, et quid in se corrigere debuit. *Περαιζόμενος* enim est inclinatio capitis, et collo curvato, protnoque corpore, intento vultu et oculis in obliquum aspiciere, uti faciunt, qui per fenestram proni et procumbentes transversis oculis venientes euntesque curiose observant. Unde proverbium, *καὶ ὁ οὐρανὸς κερταίνε*, de asino qui, cum ab agasone neglectum ageretur, in transitu caput in

tabernam vel officinam inseruit, et vasa evertit. Ita Budæus in *Comment. Iniquis Genes.* Senans ergo est, q. d. Qui non obiter, sed studiosa; non negligenter, sed attente; non confusa, sed accurate quasi lotus incumbens in speculum legis Christi, in illudque oculos obliquos et retorquens, illud introspexerit, exploravit, vimque ejus, sed efficaciam penetravit, hic ille quod vidit, in opus conferat, faciatque quod lex docet et jubet; itaque in facto suo beatus erit. Quæcirea minus recte *Ευμένειος περαζόμενος* vertit qui *transpexerit*, et quem in transitu aspexerit: hoc enim Græcum *καὶ* aliquando significat *trans*, obiter, cursum, tamen hic non transitum, sed fixam contemplationem significat; opponitur enim obiter consideranti et abentui. Significat ergo *transpexere*, id est, ad fundum usque inspicere; sicut faciunt qui toti incumbunt speculo, vel alteri rei inspiciente.

IN LEGEM PERFECTAM, — in legem Evangelicam: hæc enim perfecta est, cum Mosais fuerit imperfecta: quia perfecta vite et virtutis dat non tantum documenta et precepta, sed et auxilia gratia, eaque copiosa et efficaciam. Vnde II *Cor.* iii, Unde Christus ait *Matth.* cap. v, 17: « Non vana legem solvere, sed adimplere. » Quin et Cicero graviter inensat Clodium, orat. *Pro domo sua*, quod in suo domo, quam libertati consecraverat, libertatem officinas effugisset simulacrum meretricis. Qui enim meretrici et voluptatibus indulget, non liber est, sed servus: maxime enim hostibus et impotentissimis dominis servit. Aliqui legunt ut *legem perfectam libertatis*; verum Græci legunt *τιμω*, et Romana *perfectam*; sic et Syrus.

LIBERTATIS, — q. d. Lex Evangelicæ et perfectæ est lex libertatis, non servitutis, ut fuit vetus, *Galat.* iv, 24. Porro libertas hæc non est a lege, quasi Evangelium faciat Christianos liberos ab observatione mandatorum, ut nulla lege teneantur, sed perpetrare possint quicquid libet, uti docent Lutherus et Libertini: si enim in Evangelio est lex, eaque perfecta, ergo et subiectos obligat, et a Christianis servanda est, uti docet Christus, *Matth.* v. Nam Christus venit in mundum, non tantum ut ejus esset redemptor, sed etiam ut esset legislator nove legis, ut contra Lutherum definit Concilium Tridentinum, sess. VI, can. 19, 20 et 22.

Libertas ergo hæc legis Evangelicæ quam altissimi Christus, primo, est a lege veteri, puta a preceptis judicialibus et ceremonialibus Pentateuchi: illi enim excolit et liberavit nos Christus, non autem lege Decalogi: hæc enim obligat Christianos, non quatenus lata est per Moesem, sed quatenus est lex nature sancta a Deo et renovata per Christum, *Matth.* v. *Secundo*, est libertas a peccato et a potestate demonis et inferni, *Rom.* vi, 20. « Sola (enim) apud Deum libertas est, non servire peccatis, » ait S. Hieronymus ad *Colosianum*,

Tertio, est libertas a caecitate et metu, ut legem implessem non ex timore vindictæ, sed ex amore justitiæ, juxta illud II *Cor.* iii, 17: « Ubi spiritus Domini, ibi libertas; » et I *Timoth.* i, 9: « Lex justo non est posita. » Christiani enim non sunt servi, uti Judæi, sed filii; non sub spiritu servitutis in timore, sed sub spiritu adoptionis in amore, *Galat.* iv, 5. Sic olim Stoici et Cicero, *Pericles* II, censuerunt « solum sapientiam esse libertatem, et omnem stultum servum: » quia sapa plena se quibus rationem, legem facit facile, libere et libenter; ceteri vero difficulter, invite et coacte. Ita Seneca, *De Vita beata*, cap. xv: « In regno, ait, nulli sumus: Deo parere, libertas est. » Et Ovidius, lib. I *Metamorph.*, auream mundi etatem ita pingit:

— Qui vindice nullo,
Sponte sua, sine lege fidem rectaque colat.

Divinus S. Augustinus, lib. *De Continent.*, cap. iii: « Non sumus, ait, sed lege bonum quidem jubente, non tamen dante; sed sumus sub gratia, que id quod lex jubet faciens nos amare, potest liberis imperare. » Idem, tract. 91 in *Joannem*: « Noli libertate abusi ad libere peccandum, sed utere ad non peccandum: erit enim voluntas tua libera, et fuerit pax: oris liber, si fuerit servus, liber peccati, servus justitiæ. »

Quarto, in resurrectione erit libertas a morte omnique miseria. Vide dicta *Rom.* vi, 20, ubi ex S. Bernardo triplicem assignavi libertatem, scilicet naturæ, gratiæ et gloriæ. Perselare S. Agatha tyranno exprobranti: « Nonne te pudet nobili genere natum, humilem et servilem Christianorum vitam agere? » respondit: « Multo præstantior est Christiana humilitas et servitus, regum opibus ac superbia. » Nam, ut ait S. Augustinus, lib. *De Quantitate animæ*, cap. xxxiv: « Ille ab omnibus liberat, cui servire omnibus utilissimum est, et in cuius servitio placere perfecta, sola libertas est. » Ille est Christus.

Ex adverso infideles et carnales non ingenui sunt, sed suarum cupiditatum servi; imo mancipia. Ily libertas libertate perit, alioquin summa libertas summa est servitus, summa summa ius summa est injuria, et summa sapientia summa est insipientia: quia in ea tot servitur tyrannis, quot cupiditatibus.

ET PERMANERE IN EA, — cum assidue contemplando, meditando et opere exercendo. Hæc enim in Scriptura significat manere in lege, in Deo, in Christo, nimirum juxta meditari et facere ea que lex, Deus et Christus jubent; uti explicat Moyses, *Deuteronom.* cap. vi, vers. 7. « Sic ait Christus, *Joan.* xv, 7: « Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, et fiet vobis. » Et Moses, *Deuter.* xxxii, 26: « Maledictus qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eius opere perficit. » Et S. Joannes, *epist.* I, cap. ii, vers. 3: « Qui dicit se in

ipso manere, debet sicut ille ambulavit et ipsa ambulare. Lex enim est quasi anima, quae hominem, in quo manet, quasi informat et animat, agitur ad omne bonum quod lex praescribit, opere perficitur. Unde subit S. Iacobus:

NON ATTENTOR OBLIVIOSUS. — Graeco *ἀκούων*, id est *obliviosus*, qui scilicet ea quae audivit, tradit oblivioni; Syrus, non est auditor, qui audit et oblitiscatur; sicut lupi cognominati cervarii, praedae oblatae oblitiscuntur, allamque quaerunt, teste Solino in *Polihist.* cap. xviii: « Et lynces tergeni respicientes non mementur propriam, et mens perdit quod oculi videre desiderint, » ait S. Hieronymus epist. 44 ad *Chrysipponem*.

HIC BEATUS IN FACTO (in rebus), id est, in factum et operatione suo laet. — q. d. Beatus erit non in contemplatione, sed in facto, proxi et exercitio legis; « beatus, » inquam, beatitudine viae, quae recta dicit et perducit ad beatitudinem patriam. Hinc liquet beatitudinem nostram in hac vita consistere in faciendâ et adimplendâ lege Dei: haec enim est iustitia nostra; ex adverso miserum et infelicem esse peccatorem, qui violat legem Dei, adeoque infelicitatem huius vitae consistere in transgressione legis Dei, quia parit offensam Dei, qui dicit ad eternam damnationem, ubi est omnis miseria et infelicitas.

Ad hoc factum et factorum legis spectat quod legitur in Vita (apud Surium, die 23 aprilis) S. Epitii (qui fuit socius S. Francischi), viri rara sanctitatis et valde illuminati a Deo. Nam S. Agidius antequam omnium vineas vitulos suos objurantem, usque dicentem *halloe fate, fate, et non parlati*: « *Andile*, inquit, concionatores, quid iste vir dicit: facessant verba, et manus operi admoveat. Concionamini opere potius, quam verbo. Si enim solum terram possideres, nite tamen eam coleres, quid fructus ex ea perciperes? Certe nihil. Ex adverso, si parvum haberis agellum, cumque diligenter excoleres, multum inde fructus pro te tuisque perciperes. Sic pariter scientia legis divinae et cupislibet rei, licet eximia, nihil tibi conferet et eum per opera non excolas: a sin illa exigua sit, ad oparibus excolatur, magnam meritorum et gloriae messem producat. »

¶ **SI QUIS AUTEM PUTAT SE RELIGIOSUS ESSE** (Syrus, *servire Deo*: Graeco *ἐπίσκοπος* et religiosum et generosum, nobilisque significat), NON REFRENANS LINGUAM SUAM, SED SEDUCENS COR SUUM, HICUS VANA EST RELIGIO. — Etsi non sit necesse, omnes epistole sententias inter se connectere, i sepe enim sunt disparatae, et inchoa Hebraeo disparata dant monita; tamen haec sententia respicit S. Iacobus et confirmat id quod dixit vers. 19: « Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. » Rursum, immediate ante dixerat factorum operis beatum esse: factori autem repugnat loquax, qui non refrinat linguam suam. Huius enim animus occupatur in lingua, et deficit in

verba, ut manum deserat et opera negligat: sicut videmus loquaces parum operari. Alios vero, inquit (Clementius, videmus de factis suis gloriari et vano se iactare, qui laudem operis hae iactantia perdunt, eo quod non refrinant linguam: alios vero etiam probos, et in bonis operibus assiduos sentimus subinde garrulos et pronos ad censendum, detrahendum, maledicendum, ait Beda. Hos moni hic Iacobus, ut linguam refrinent. Denique commendat S. Iacobus factorum legis: nunc ostendit quis sit factor legis, nimirum religiosus, qui refrinat linguam. « Religio » enim iuxta nonnullos, a lege, puta a *religenda lege*, dicitur: sita enim est in observatione legis divinae. Ostendit ergo Iacobus Dei legem, cultum et operationem in omnibus quidem mandatis, sed praesertim in tribus certis, nimirum primo, in moderanda lingua; secundo, in visitatione pupillarum et viduarum; tertio, in custodiendo se immaculatum ab hoc saeculo.

Nota: « Religiosum » nonnulli accipiunt stricte pro eo qui studens perfectioni, arcte per vota se Deo religavit et obstrinxit: hunc enim hodie vulgus religiosum vocat. Fugis enim proprium est silentium, non colloquium, ait Gillebertus abbas, serm. 7 in *Cont.*, qui extat inter opera S. Bernardi. Ita explicat Auctor sermonum ad *Pratos in eremo* (qui falso tribuuntur S. Augustino), serm. 3, Hugo, Thomas Anglicus, Dionysius, Catherinus et alii. Sane religiosorum horum praeteris est tacere linguam, adeoque irreligiosus videtur, qui eam frangere nescit. Verum S. Iacobus generalius accipit nomen religiosi pro quovis fidei, qui Deum colit: ac primivi Christiani inter gentes videbantur religiosi, imo vere erant religiosi, uti ostendit *Actor*, v. 2. Quare plene decebat eos pauca, prudenter pieque loqui, ut et Christianos et Gentes edificarent, ac ad fidem Christi allicerent. Unde S. Cyrillus, lib. III in *Joan.* xxvi, pro *religiosis legit fidelis*. Ait enim: « Si quis in vobis fidelis videtur, qui non refrinat linguam, » etc.

NON REFRENANS LINGUAM. — Significat Iacobus linguam esse quasi equum indomitum et effrenum, qui nisi freno refrinetur a seorsu, puta a ratione, cum agit in praeceptis ut ruat in exitum, iuxta illud Theophrasti apud Laertium, lib. V: « Magis credendum infreni equo, quam verbo in composito. » Quocirca sapienter monet *Eclii*, cap. xxviii, vers. 29: « *Aurum tunc loqui, et argentum tuum conila, et verbis tuis facito siletram, et frenos ori tuo rectos, et attende ne forte labaris in lingua et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit eisus tuus insanabilis in mortem.* » Vide S. Thomam, in serm. *Dom.* iv post *Pascha*, ubi hanc Jacobi sententiam egregie pertractat, ostendens quae damna ex effreni, qui commoda ex frenata lingua consequantur. Porro frenum linguae est mens et ratio,

ejus proinde hoc est enigma apud Symposium:

Lex bona dicens, lex sum quoque dura tacenti,
Vis cordi lingue, suis sine fine loquenti.
Ipsa facies, dum verba loquit, ut lingua quiescat.

SED SEDUCENS COR SUUM. — Syrus, *ἄπιστος male*, id est, *errare faciens sibi cor suum*. Aliqui vertunt, *fornicans*; alii, *idololatrians*, quasi loquax et garrulus fornicetur cum lingua sua, eamque colat quasi idolum: sicut gulosus palatum colit quasi idolum, libidinosus ventrem, superbus sui estimationem, avarus pecuniam. Radix enim *שׁוֹד*, vel *שׁוֹד* tax chaldaice, syriace et arabice significat *errare*, et per metaphoram *fornicari*; inde per aliam metaphoram *idola colere*: summus enim error in carnalibus est fornicatio, in spiritualibus idololatria. Verum primus sensus est genivus: nam Graecum *ἀπειθεῖν*, et Latinum *seducere*, proprie idem est quod errare faciens, decipi, seducere; quia garrulus non tam alium decipit quam seipsum: sed per loquacitatem seipsum a vera salute, virtutis et quietis pacisque via averit, ac inducit in multas lites, rixas, pericula corporis et animae, mortemque presentem et aeternam.

Secundo, « seducens cor suum, » id est, ex *vanitate* et nimio sui amore sibi persuadens se religiosum esse, licet petulant sit, garrulus et maledicus, intendit S. Iacobus digitum ad fontem, unde fluit petulantia lingue, nempe ad cor seductum. Qui enim aberrare sinit cor suum, ut vertit hic *Figurata*, huius lingue nunquam rationis frenum injicitur: « Ex abundantia enim cordis os loquitur, » *Matth.* xii, 34. Quare si verba non expenduntur, aberrante corde, ruent evoco impetu sine freno. Sapienter enim scribit *Gellius*, lib. I, cap. xv, garrulorum orationem in ore nasci, non in pectore. Contra *Homerus* Ulysses virum sapientem facundia praeditum, vocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore. Quae *Gellii* sententia valde illustrat illud *Eclii*, cap. xxi, 18: « *Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium subtilia ponderabuntur. In ore labiorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum.* » Prudentes nimirum de corde suo proferent eloquia, *Job*, viii, 10: « *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, » Luc.* cap. vi, vers. 43. Stulti contra impraemeditata effundunt verba, *Psal.* li, 2: « *Tota die injustitiam cogitavit lingua tua, »* Recte *Origenes* apud *Agellium* lib. i: « *Cor factum, ait, in superficie solum est, non in profundo: ad labia exiit.* »

HICUS VANA EST RELIGIO. — Syrus, *hujus tantum est obsequium, vel vana servitus*. « Religio » ergo hic significat tum virtutem religionis, qua Deo debitum cultum deferimus, quae prima est inter theologicas; tum professionem Christianismi: haec enim vocatur religio Christiana, quia Deum vera religione veteris sacrorum cultu colit. Nam, ut

ait *Laetantius*, lib. IV *Diem. Instit.*, cap. xxviii: « *Haec conditio gignitur ut generandi Deo iusta et debita obsequia praestemus, hunc solum noverimus, hunc sequamur: hoc vinculo pietatis obstricti Deo et religati sumus. Unde ipsa pietatis nomen accepit. Et ad id dicimus nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum, quod homines sibi Deus religaverit et pietate constrinxerit: quia nos servare et ut domino, obsequi ut parenti necesse est. » Idem assertit S. Augustinus, lib. *De Vera Religione*, cap. iv. Sensus ergo Jacobi est, q. d. Loquax frustra se Christianum esse profleat, frustra se religiosum, id est, Deum timentem et colentem, jactat; inanis est ejus professio, inane religionis Christianae nomen praesertim, cum totam virtutum structuram deiciat garrulitas, et vana injustaque loquela: nihil enim iam Christianos et Christianam religionem apud Gentiles commendabat atque moderato pietatis verbo. Unde S. Hieronymus ad *Marcellam* de *Asella*, ait: « *Habebat silentium loquens, »* quasi silendo magis suam sanctitatem, quam loquendo explicaret.*

Causam dat S. Gregorius, lib. VII *Moral.* vii. Citans explicansque hunc Jacobi locum: « *Aque more, inquit, se habet humana mens. Sicut enim delenta aqua sursum elevatur, sic humana mens circumclusa ad superiora colligitur, et relaxata deperit, quia se per inima multiter spargit. Quot enim supervacuis verbis silentii sui censura dissipatur, quasi tot rivis extra se ducitur; unde et redire interius ad sui cognitionem non sufficit, quia per multiloquium exterius expansa, vim intimam considerationis amittit: unde scriptum est *Proverb.* xxv: *Sicut urbs patens absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quia enim murum silentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis, et cum se per verba extra semetipsum eiecit, aptam se adversario exhibet: quam tanto ille sine labore superat, quanto et haec eadem quae vincitur, contra semetipsam per multiloquium pugnat. » Hoc est quod ait *Isaias*, cap. xxxiii, vers. 17: « *Et erit cultus iustitiae silentium.* » Vide ibi dicta. « *Labia, inquit, tua sicut vitta cocinea, »* scilicet non loquendo disjuncta et divisa sunt, sed silendo conjuncta et unita instar vitta. Praecleari id in sacerdote praesertim requirunt Nazianzenus, orat. *De silentio Quadragesimae*: « *Providendum est, inquit, ne quem sonum edamus, qui a Dei laude discrepat. Equidem ipsi puris sacrificiis, quibus magnum illum regem mortalibus onculo, quae linguam servabo: neque enim committam, ut ab aliena lingua, feda atque obscuro mente, vivificum illum sacrificium purissimum Deo mittam. »***

Nota: « Religio » proprie idem est, quod cultus Dei. « Religio, » ait S. Augustinus, lib. LXXXIII, *Quest.* XXXI, est quae superioris cujusdam naturae quam divinam vocant, curam caeremoniam-

que offert. » Vide eundem, lib. X *De Civitate*, cap. 1. Religio enim est virtus qua Deum ut creatorem, doctorem et patrem vite colimus, etque debitum honorem deferimus: tum interius per adoracionem, invocacionem, reverentiam, etc.: tum exterius per vota, sacrificia, genuflexiones, hymnos, etc. Religio initium et fundamentum est fides, quia enim fide cognoscimus verum Deum, hinc enim ut talem religionis colimus. Unde S. Cyrillus, lib. III in *Jean*, cap. xxvi. legit: « Hujus fides est religio. » Nam: ut ait Trismegistus: « Religio est nestra fides. » Et B. Thomas, *Opus*, XIX, cap. 1, ad primam vinculum quo deo ligatur homo, esse fidem. Et Lactantius, lib. IV *De Vera Sapientia*, cap. IV: « Sapientia, inquit, procedit, religio sequitur, quia prius est Deum scire, consequenter colere. » Unde religio subinde vocatur pietas, et religiosi vocantur *pietati*, id est, *pia*, ut patet Actor. II, 5, et x. 2. Hinc spectat religio estymon, ut dicitur a religando, sicut jam dixi: per eam enim nos religionem et obstrigimus Deo, utamur omni lumine, tum gratie et glorie.

Hinc secundo religio extendit se ad legem Dei, et religiosi vocantur, qui studiosi hae leges omnes observant et religio enim inquit Dei timorem et reverentiam. Timor inquit, et cogit nos servare ejus leges et precepta. Unde in Scriptura viri religiosi vocantur timentes Deum, juxta illud: « Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus volens omnia. » *Psalm.* cxi. 1. Qui enim Deum honorat et revereatur, utique satagit ut ejus voluntatem ad legem implet. Hinc de personis religiosis Zacharia et Elisabeth, dicitur, quod erant « incedentes in omnibus mandatis Domini sine querela. » *Jacobi*, 1, 1. Hinc spectat estymon religio, nis quod offert Cicero, lib. II *De Natura Deorum*, ut dicitur a religendo, quia religiosus assidue legit et religit leges Dei. Hoc est quod ait Sapientia, *Eccles.* xii, 13: « Deum time, et mandata ejus observa, hoc est enim omnis homo. » Ita dicitur « religionem inquirere, » id est, scrupulum conscientie: « aliquid esse religioni, » id est, debito conscientiae ac necne ne Deum offendant. Sic officium, ad quod tenentur, vocatur religio. Unde Electo, actio IV in *Verruco*: « Ego, inquit, quos alitudo magistratus mihi populus Romanus mandavit, ita accēpi, ut me omnium officiorum religione obstrinxerit arbitrare. » Ita Franciscus Sanchez, lib. I *De Religione*, cap. 1.

Hinc tertio, « religio » vocatur ipsa professio fidei, legis et cultus Dei: unde religio Christi vocatur Christianismus, et professio Christiana. Nam, ut ait S. Augustinus, lib. VIII *De Civitate*, cap. xv: « Religio summa est imitari quem colis. » Et S. Hieronymus in cap. ix *Amos*, ait religionem homines quasi in unum colligare fascem: ne propterea justorum, seu electorum fasciculum appellari, quia una Domini religione constructus est. Unde et ipsa religio a religando, et in fascem Domini vinciendo nomen accepit.

Quarto, « religio » vocatur excellentia religionis, qua quis solum se Deo alligat et obstrigit, ut faciunt Religiosi per tria vota. Hinc enim dicitur Religiosi a religendo, ut ab eligendo eligentes, et a diligendo diligentes, et intelligendo intelligentes, ut ait Cicero, lib. II *De Natura Deorum*. Et Isidorus: Religio, inquit, dicitur a religendo, id est, eligendo, ut religio dicitur quasi obligio: religiosi ergo dicuntur ab eligendo, quasi reeligentes Deum fontem beatitudinis omnigenae boni, quem per peccatum amiseramus negligentibus, ait S. Augustinus, lib. X *De Civitate*, cap. iv. Hinc rursum Gellius, lib. IV, cap. 12, religionem dicit generat a relinquendo, ut religiosum sit id quod propter sanctitatem relictum, et remotum, et sepositum est, ut sunt religiosi et claustrales. Verus tamen estymon est, ut religio dicitur a religando, quia nos religat Deo, unde Religiosi vocantur quasi haeo religati. Ita S. Augustinus, Lactantius et alii, ait S. Thomas, *Opus*, XIX *Contra Impugn. Relig.*, cap. 1.

Loquax ergo qui linguam non refrenat, vana est religio quadruplex jam recensita.

Prima, quia ostendit se Deum non colere, nec magnificare velum quia in ejus praesentia et ab eo iudicari se sciens non veretur, nec reverentia loqui ex, quia Deo displicent: tum quia ore, quod Deus ei dedit ad sui cultum et laudem, abusus ad iram, turpam, maledicia, etc. « Lingua » enim nobis a Deo data est « quasi organum religionis, » ut ait « cithara et plectrum laudis divinae. »

Secundo, quia loquax religionem, id est, legem Dei, crebro multisque modis violat, mentiendo, detrahendo, irritando, jurando, etc. Rursum religionem, id est, studiosam et anxiam curam servandae legis divinae habere nequit, qui religiose, id est studioso linguam non frenat, ne leges divinas violat. Detraque offendat.

Tertia, quia loquax sua garrulitate dedecorat et infamat religionem Christianam, ut infideles dicant: impossibile est hunc Christianum (et consequenter ceteros) esse religiosum, detraque calore modestum et munde compositum, qui in verbis tam est effusus et incompositus, sicut S. Petrus Damianus, sermo, *De Spiritu Sancto*, scribit vaniloquio non tantum animam sauciari, sed et ipsam honeste vite rationem, quae hominem Deo iungit, evanescere. Quia et S. Petrus apud Clementem, epist. 1 ad Jacobum hunc nostrum, asserit S. Petrum crebro praediasse Christianis, ut studiosos os et linguam custodiant et moderentur. Ex lingua enim quasi « porta conscientium quae in domo, puta in mente, habitat, an senectus vel vanitas; an Deus vel diabolus. Sicut enim modesta corporis, praesertim lingue, arguit et indicat modestiam animi, ex qua illa quasi ex fonte promant et resultat: ita ex adverso immodestia et intemperantia lingue: index est et effectus immodestiae et intemperantiae animi.

Quarto, quia loquacitas signum est animi vagi, dissoluti, improvidi, irreligiosi: qui enim linguam non frenat, quomodo frenabit iram, curiositatem, iram, superbiam aliaque potentissima vita? Quamobrem S. Hieronymus (vel quisquis est auctor, certe non est S. Hieronymus) in *Regula* jubet monachos crebro relegere hanc S. Jacobi sententiam: religionem enim sanctam non posse esse in loquacibus, qui lingue moderari nequeunt, nam « mors et vita in manu lingue. » *Proverb.* xvii, 21. Quocirca S. Bernardus, serm. 1 *De mutatione aquae*, silentium vocat custodem religionis, in eoque silam esse fortitudinem Religiosorum, sicut Samsonis fortitudo sita erat in capillis. Hinc et in Ordinis bene omnibus arte, et sub gravibus penis praecipitur silentium; et qui monasteria reformare volunt, primum curant restituere silentium. Sane S. P. N. Ignatius, fundator Societatis nostrae, dicitabat: Vis nosse, an in aliquo Ordine viget religiosa disciplina? aspice an in eo rite hae tria serventur, ulmrum silentium, clausura et mundities. Si enim hae tria repereris, scito vigere in eo disciplinam: si non, scito eam languere.

Verò S. Bernardus (vel quisquis est auctor), tract. *De Passione Domini*, cap. xxxv: « Religio, ait, linguam tuam si vis esse religiosam; quia sine lingua religio est vana est. » Et mox: « Sciant homines spirituales, qui hoc experti sunt, quantum auferat devotionis, quantum auferat dissolutionis intrinsecus, frequens lingue resolutio. Nam sicut foras, cuius os semper apertum est, non potest in se retinere fervorem: sic nec cor Levionis in se gratiam poterit conservare, cuius os non fuerit janua silentii reclusum. Claudamus igitur os nostrum, ut cum devotionis fervore Christum devotionis largitorem in ferventi affectu possimus conservare. » et paulo post: « O quam bonum et jucundum est tecum, o dulcissimus Jesu, habitare in unum, tecum colloqui, tibi revelare causam animi nostrae, tuaque consolationis responso perfrui! »

27. RELIGIO MUNDA. — Alibi S. Jacobus tum ad Iudaeos quorum ipse erat Episcopus, qui suam religionem et munditiam collocabant in caeremoniis et purificationibus legalibus, tum ad Gentiles qui religiosos se putabant, si colerent multitudinem deorum nefandis sacrificiis et ritibus. Opponit ergo religionem mundam Christianorum vanae et immunde religioni Iudaeorum, etque ad imple superstitiosum Paganorum, Saracenorum et haereticorum: videtur enim Iacobus in spiritu praedisse et luxasse impuras religiones et ritus Gnosteorum et Carpoeraticorum, qui in suis oculibus incestu infandoque conceptu sese inquinabant, teste Eusebio, lib. IV, cap. vii, et Ophitarum, qui Eucharistiam suam consecrabant contactu serpentis: hunc enim credebant esse Christum, teste S. Augustino, *haerex.* 6 et 17. Sic hodie Lutheri et Calvinii impura est religio, qua

dannant Ecclesiae Jejunia, leges et vota; ac monachos incitant, imo cogunt ad sacrilegas nuptias. Senatus ergo est, q. d. Iudaei suae religionis munditiam collocant in multis lustrationibus; Paganii in multis multorum deorum victimis; haeretici in impiis sui cerebri figmentis et turpitudinibus; Saraceni nunc in cultu *Luciferi*, postea Mahometi, etc. At vere mundi est immaculata religio et pietas Christi et Christianorum maxime cernitur et consistit in misericordia et charitate: nimirum in visitando pupillos et viduas, ac immaculatam se conservando ab hae saeculo. Mundi enim est visitatio pupillorum, quia hoc est opus pure misericordiae et charitatis, cum a pupillis nihil lucri, gratiae, honoris aut mercedis speretur: unde et Deus, et angelus, et homines hoc opus pietatis ut purum et mundum dilaudant et celebrant.

Nota primo: « Religio » hae quatuor modis paulo ante dictis accipi potest, q. d. Et cultus Dei, et lex charitatis, et professio Christiana, et excellentis religio consistit maxime in visitandis pupillis ac in immaculata conscientia. Proprie tamen religio significat cultum Dei: hic in enim graece vocatur theoskoin (hebraice תורה אבדה, id est vera cultura, vera ministerium) a Theobus, quod hi ceteris religiosorum operant certo sacroque rita, institutore Orpho, colere Deum. Ita Suidas: « *theoskoin*, inquit, est latra, venerique cultus et Dei obsequium, et deorum veneratio. Narrant enim Orphum Thracem primum arte quaedam mysteria Graecorum tradidisse, et cultum deorum *theoskoin* nominasse, quod Thracum esset inventum. »

Posset denique « religio » hae sumi pro pietate. Sic enim viros pios vocamus religiosos: pietas autem est pius affectus non tantum erga Deum, sed et erga homines, praesertim miseros et afflictos: unde Hebraice *חסד* *chesed* pietatem et misericordiam significat, et *חסד* *chased* vocatur vir pius et misericors. Hae enim duo conjuncta sunt: qui enim pius est in Deum, pius quoque est et misericors in proximum: sicut qui amat Deum, amat et proximum propter Deum.

Nota secundo: Virtutis religiosus actus proprius et elicitus est colere et honorare Deum, tum interna mentis submissione et reverentia, tum externa; puta adoracione, victimis, hymnis, votis, iuramentis, etc. Actus vero a religionis virtute imperatur est, visitare pauperes, jejunare, mortificare carnem, etc., in honorem Dei et Sanctorum. Poterat ergo S. Jacobus dicere: Religio munda est, orare, psallere, svere, peregrinari Hierosolymam, Romam, Compostellam, etc.; hi enim sunt actus religionis eliciti. Poterat quoque dicere: Religio munda est abstinere carne, vino, gestare cilicium, jejunare, etc. Sed maluit dicere: Religio munda est visitare pupillos et viduas, quia hoc opus maxime tunc, ut mox ostendam, necessarium erat, Deoque gratissimum, et sum-

meo edificatorum apud infideles; adeo ut multi propter Christianorum charitatem et misericordiam ad Christi fidem se converterent: alioqui visitare pupillos proprie est actus misericordie; ab ea enim efficitur, sed a religione, ut dixi, imperatur. Perperam ergo hereticis hunc locum infortem contra monachos solitarios, qui pupillos non visitant: religio enim est multiplex, multasque species complectitur, adeoque religio monachorum est vera et proprie dicta. Insi enim toti sunt in Deo adorando, meditando, laudando, sequunturque sortem Magdalene, quam Christus laudavit et pretulit Martini, *Luce x. 42*: unde eius meritis et precibus sustentant Ecclesiam, sique magis possunt viduis, quam divites suis elemosynis, ut merito de his dixerit Rufinus presb. in *Vites Patr.*: « Quis dubitet stare mundum precibus Sanctorum? »

MEXA. — scilicet parit hos effectus, visitare pupillos et immaculatum se conservare ab hoc seculo. Aut, *q. d.* Religio munda est, si visitet pupillos et immaculatum se custodiat.

APUD DEUM ET PATREM. — Syrus, *apud Deum Patrem.* Idem enim est Deus et Pater: Deus enim est pater, id est creator, gubernator, conservator et provisor omnium, *q. d.* Apud Deum qui et pater noster est. Aliqui tamen, ut Dionysius Carthusianus, hanc distinguunt, et per a Deum accipiunt vel S. Trinitatem, vel Deum Filium, et per a Patrem a Deum Patrem, *q. d.* Apud S. Trinitatem et Deum Filium, qui ut Verbum omnia videt, et apud Deum Patrem, qui ut Pater omnibus, etiam miseris, quasi filius suis consultit, religio munda censetur, magni filii, et honoratur, visitare pupillos, etc.

VISITARE PUPILLOS. — Visitare per metalepsin significat visitando consolari, consulere, juvare, pascere: hanc enim vitam significat Hebr. *תָּפַח* pascere, id est visitare: Hebraeus enim S. Jacobus hebraizat; imo pauper qui pascere nequit, visitando solatur pupillum, juxta votum proverbium: a Farre lili qui thure non potest. a Graeco est *ἐπισκεψάμενος*, id est providere, prospicere; Syrus *curare*, et pro virili sublevare. Inde apud Gentiles a Episcopis vocabantur magistratus, quibus incumbere reipublice providere de frumento et annonae, ut dixi *Actor. 1. 20*.

Nominat praeter ceteris pauperibus et miseris pupillos et viduas, quia in prima illa Judaeorum et Gentilium persecutio multi viri Christiani parim occidebantur, partim in exilium aut carceres trahebantur, ac perique omnes bonis privabantur, ut dixi *Actor. viii. 1*. Hi ergo filios relinquunt pupillos et uxores viduas. Horum derelictorum curam suscipit S. Jacobus quasi oratorum Episcopos, ideoque eos Christianorum charitati commendat, quasi Martyrum vel Confessorum filios, sed pupillos; aut uxores, sed jam viduas. Jam enim cessat illa communitio et distributio bonorum Ecclesiae, de qua dixi *Actor. ii et iv.*

Creverat enim numerus Christianorum ad plurima millia, inter quae impossibilis erat haec vita communis. Adde, bonorum communitio tantum Hierosolymam fuit recepta in primo paucorum Christianorum fervore, non vero in ceteris Ecclesiis et urbibus, uti dixi *Actor. v. 2*. Quare cum pupilli et viduae nullas adhuc haberent curatores, tutelam eorum hic suscipit et Christianis commendat S. Jacobus. Ita S. Lucia, ut habet ejus Vita, cum opes suas in pauperes, viduas et pupillos distribuisset, easque rponsus per Paschasium prefectum reposceret, respondit: « Sacrificium perfectum reposceret, respondit: « Sacrificium vivum et immaculatum apud Deum et Patrem hoc est, visitare viduas et orphanos in tribulatione eorum; et quia nihil superest, offero meipsam in sacrificium Deo hostiam viventem, a nimium super pauperum necessitatem. » Id praesitit Job; unde ait cap. *xxxii. vers. 16*: « Si oculos viduae expectare feci. »

Ultimis hisce saeculis in hac virtute emulit S. Ivo, quem proinde ejus merito Clemens VI Pontifex reituli in Sanctorum numerum anno Domini 1347, die 19 maii. De eo enim sic inter alia scribit auctor gravis Vite ejus apud Surium, die 29 maii. « Pupillos et orphanos egregie tuebatur, et eorum causa diversis in locis adibat iudiciorum, patronum se illis exhibens, neque tamen illi spe aliorum muneris aut praemii, sed pietate et iustitia pernitens, imo vero suis impendit illorum causas defendebat apud iudices, ut posset a Domino audire: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Inde factum est, ut in illa regione merito appellatus sit, Advocatus pauperum; » et antea: « Orphanis, alii, calamitose homines ejus fovebantur humanitate et patrocinio: inter discordes conciliabat pacem et amicitiam: eos qui carceribus detinebantur, hortabatur ad patientiam: et cum proferenda ab ipso esset in iudicio sententia, sine lacrymis id non faciebat; in misericordiae opera totum se impendebat, toto pectore quo sunt hujus mundi despiciens, et caelestibus semperque mansuris bonis inhans. » Et inferius: « Alienigenas, pauperes, item egenos, mala affectos valetudine, deformes, haud secus ac fratres suos humaniter excepit, ad mensam sibi assidere voluit, de cibis suis apposuit, lectos apparavit, propriis manibus illorum pedes abluvi. » Unde et per miraculum panes in pauperes erogando sibi multiplicari, ac Christum ipsum, aut certe angelum Christi vicarium, specie pauperis mense socium habere meruit.

PUPILLOS ET VIDUAS. — Haec enim persona ab omnibus derelictae, ceteris afflictis miserabiliores sunt; sed sub his a par vel simili, quodlibet miseris, puta pauperes, egrotos, nudos, inaequos, famelicos, sifibundos, peregrinos, veidos, oppressos, tentatos, etc., accipe. Ita Dionysius. Horum enim omnium idea et speciem sunt pupilli et viduae, qui proinde mystice representant peccatorem, qui per peccatum hunc, quasi pater et

ponso orbatus, factusque pupillus et viduus, praeda fit daemonibus.

Plurima enim sunt viduarum et viduitatis incommoda, ait Nyssenus, tract. *De Virgine*, cap. iii, nimum viduitas, eremina, solitudo, caligo, tenebrae, luctus, lamentabiles ploratus, oppressio, etc. Unde Deus eas sibi asciscens, vocatur a pater orphanorum et iudex viduarum, *Psal. lxxv. 6*; et *Eccli. xxii. 22*: « Viduae et pupillo non nocentibus: si hereditas eas, vociferabuntur ad me, et ego audiam clamorem eorum. » Vere S. Ambrosius, lib. I *Offic. cap. xi*: « Nihil, ait, tam commendat Christianam animam, quam misericordia, nec quisquam magis beatus, quam qui intelligit super pauperum necessitatem. » Id praesitit Job; unde ait cap. *xxxii. vers. 16*: « Si oculos viduae expectare feci. »

Porro haec vocatur religio, quia religio versatur circa Deum, ut ei debitum honorem praestet. Ad Deum autem quasi ad patrem et tutorem pertinent pupilli et viduae; qui ergo eos laedit, Deum laedit; qui eos pascit et curat, Deum pascit et curat. Quocirca Heliodorus oculibus flagellatus fuit, quod ex vario templi bona viduarum diripere destinasset, *ii Machab. iii*. Hinc et Plato, lib. *xii De Legibus*, ait miserorum causas proprias esse Dei, ac proinde commem dare pupillos aut viduas alligere, ne Deum ultorem et hostem aequat. Haec de causa S. Ignatius, in epist. ad *Turcosenses*, a viduas a appellat a altare Dei, a quia scilicet sicut in altari offeruntur sacrificia, ita et elemosynis in viduos collatis maxime placetur Deus. Quocirca Sapient. *Prov. xxii. 26*: « Agrum, inquit, pupillorum ne introeas: propinquus *Hebr. xxxii. 1* post, id est redemptor, vindex, qualis in lege veteri erat propinquus et cognatus enim illorum fortis est, et ipse contra te iudicabit causam illorum. » Ideo S. Basilius, Ambrosius, Chrysostomus, Gregorius, etc., se exhibuerunt patres viduarum et pupillorum. Et S. Paulus, *Hebr. xii. 16*: « Benefecitiae, ait, et communiois nolite oblivisci: talibus enim hostis promeretur Deus. »

Si beneficentiae est hostia, ergo eandem est actus religionis, isque nobilissimus, puta sacrificium. Unde hanc hostiam ceteris preferens Deus: « Misericordiam, inquit, volo, et non sacrificium, a *Osae vi. 6*. Elemosynarius ergo visitans pupillos et viduas, est quasi sacerdos, victima est elemosyna, sacrificium est ipsa ejus donatio, altare est pupillus et vidua. Unde Apostolus in carcere recipiens elemosynam a Philippensibus: « Repletus sum, inquit, acceptis ab Epaphrodito, qui misit odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo, a *Philipp. iv. 18*. Sicut enim sacrificium est quasi cibus et potus Dei, ut dixi *Levit. ii*, sic est et elemosyna: in ea enim Deus comedit et bibit per ora pauperum, pupillorum et viduarum. Ipse enim dicit dicit que in die iudicii: « Esurivi, et dedistis mihi manducare; et

tivi, et dedistis mihi bibere, etc. Amen dico vobis, quamlibet fecistis uni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis, a *Matth. xxv. 40*.

Ita S. Gregorius praeiitio inter alios pauperes excepit angelum, ipsique Christum in mensa, qua etiamnum Romae in ejus domo, nunc ecclesia, ostenditur et religiose visitur. Sic S. Martyrius leprosum suscipiens, Christianus suscepit, teste eodem S. Gregorio, homil. 39 in *Evangelio*.

Jam vero qui viduae et pupillo consultit, sibi consultit. Nam, ut ait S. Ambrosius, *De officiis Theodosii*: « Bonus est misericors homo, qui dum illis subvenit, sibi consultit, et in alieno remedio vulnera sua curat. » Et S. Basilius, hom. 6 in *Dilectos*: « Benefactor gratias, inquit, ad dentes revertuntur: delisti esurienti, tibi consultisti: quod enim delisti, cum auctario revertetur, a

Elemosyna enim est: volut semen sparsum in agrum, quod in messe manum et dat fenus spargit, et eumque ingenti eum fenore reddit, ut ex S. Paulo dixi *ii Cor. ix. 10*. Quocirca Clemens Alexandrinus, lib. I *Pedagog. elemosynam comparat luco pile, in quo pila projecta per reverbationem reddit ad eum qui projecerat. Et S. Chrysostomus, hom. 84 in *Joannem*: « Elemosyna, inquit, est vestis quae cum mortuo resurgit. His vestibus fulgebant, qui tunc audent: Esurientem me vidistis, et dedistis mihi manducare: hinc insigne faciunt, hoc conspicuos, haec securos. » Idem, hom. 33 ad *Epaph.*, hunc dat titulum: « Quod elemosyna est ars omnium quatuordecim, a in qua inter alia haec est dat. Ista: a Melius est scire elemosynam, quam esse regem et diademate coronari: domos aedificat in caelis, sed permansuras. Haec te docet quomodo possis Deo similis fieri, a Idem, hom. 7 *De Penitentia*: « Elemosyna, ait, artifex est optimaque illorum propagaatrix et tutela, qui eam exercent: etenim Deo amica est, et cominus ei semper assistit: quos amaverit, his facillime gratiam impetaverit, modo non patiatur a nobis Injuriam. Quomodo vero patitur? cum eam fecerimus ex rapina. » Idem, hom. 16 in *ad Corinthios*: « Magnum, inquit, et pretiosum quid vir misericors. Ista major est gratia quam mortuos excitare: nam hic quidem in Christo beneficius, illic autem ipse tibi. Illis debitor esurienti Dei, hic elemosyna Deum debitorem constituit. »*

Mystice S. Chrysostomus in *Psalm. xcv. enumerat decem religionis et sacrificii species. Primum, inquit, sacrificium est proprie dictum, de quo Apostolus, *Ephe. v*: « Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo, in odorem suavitatis, a Secundum est martyrii, juxta illud *ad Romanos xii*: « Offero vos, fratres, ut exhibeatis corpora vestra usum viventem, sanctam, Deo placentem. » Tertium est deprecatio, juxta illud *Psalm. cxi*: « Dirigatur oratio mea sicut incensum in cor-*

speciei suo : elevatio manuum meorum, sacrificium vesperiarum : *Quarta* est laus et hymnologia, juxta illud Psal. xlix. 14 : « Inimici deo sacrificium laudis : *Quinta* est justitia, Psal. lxxi : « Time acceptabilis sacrificium justitiam : *Sexta* est misericordia et clemensia, Job. 11 : « Sacrificium (sic enim loquitur Chrysostomus) mundum et immaculatum est, visitare pauperes et orphanos in afflictione ipsorum : *Septima* est iudicium, Psal. xxxi : « iudicium et immolatio in labernaculo eius hostiam rationabilis : *Octava* immunitatis, Psal. l : « Sanctum deo spiritus contemplatum : *Nona*, humilitatis, Iudicium : *Decima*, obedientiam, Rom. xiii. xv. vers. 16 : « Sacrificium (græcè λέξις) id est sacra operum, sacrificia Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta et sanctificata in Spiritu Sancto ».

Et immaculatum se custodire ab hoc seculo. — *Ab hoc seculo*, id est, a mundo. « Mundus » sive seculum, metonymice sumitur pro secularibus, puta pro seculari, animal et carnali vita, qualis est hominum mundanorum qui se opibus, deliciis et honoribus hujus mundi inveniendis et fruendis delectant, ac proinde conscientias suas sæpe maculant avaritia, gula, libidine, ambitione, etc. Hinc in hystoria abrahamitans opibus mundi pompis, ideoque indignum veste ecclesiæ, inveniuntur eam candidam servare, referre et sistere Christo iudici in ultimo mundi die. Hinc et de Suetis Azim sequentibus dicitur Apoc. xv. 7 : « Sine macula enim sunt aula thronum Dei : » Imitat S. Jacobus Christianos, cum sint in seculo, debere cum secularibus conversari, et facile hinc conversatione inquinari, ut eorum vicia ipsis affricentur. Nam, ut ait S. Leo, serm. 4 De *Quinq.* : « Necessè de mundano pulvere etiam religiosa cœna sordescere : » qui et visitando papillos et vitiosos periculum esse a vanitate, avaritia, luxuria. Ergo sapienter monet ut inter eos ceterosque omnes ita versentur, ut immaculatos se servent.

Billicelle enim est in mundo versari, et ab eo non inquinari : qui enim tangit picem, inquinatur ab ea. Billicelle est, versari in igne, et non atari : mundus enim immundus est plenusque sorlibus, ut significat hie S. Jacobus : inquinat enim picem vastitatem, adicit nati cupiditatem. Unde ait Thomas Aquinas :

Mundus non mundus, quia mundus pollutat ergo, qui manet in mundo, quomodo mundus erit?

Quæres, cur religio munda sit servare se immaculatum ab hoc seculo, sive cur deus maxime colatur puritate conscientie et vite? Respondeo : *Primo*, quia deus est spiritus purissimus et a frece terre remotissimus : decet ergo eum victimam purissimam, puta mundissimam conscientiam, talique

honoratur et gaudet, juxta illud principium Ethice Galois :

Si deus est animus, nobis et carnis deum, illi tibi præcipue pura et sancto colatur.

Hinc angeli, qui sunt purissimi spiritus, purissimo et perfectissime colant Deum, adeoque tollunt in se annuale, fruendo et laudando, ac jugiter et accendendo : Sanctus, sanctus, sanctus, *Jugiter* vi. 3.

Secundo, quia deus est ipse per essentiam sanctus : decet ergo eum victimam sanctam. Sancta autem est ea qua illibata est et pura. Unde Origenes episcopus, id est sanctum, derivat a privativo, et ideo id est *terra*, q. d. sine terra, semotus a terra teraque inquinantis. Et S. Dionysius, lib. De *Divinis Nominibus*, cap. xii : « Sanctitas, inquit, est ab omni immunditia libera, et perfecta, et omnino immaculata munditia. » Hoc est quod suis ministris jubet sanctificare deus : « Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego hominum, et separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei, » Levit. xxi. 26. V. de illi dicta, et cap. xxi. ac xxii, ubi deus tam viciniam, quam sacerdotibus requirit puros omnique macula carentes.

Tertio, quia religio Christiana, ac consequenter deus, quem illa proficitur et colit, primo illo Ecclesie a se vobis honorabatur et celebrabatur apud gentes et iudeos toto orbe, per innocentiam et puritatem vite Christianorum, ut patet ex Tertulliano, Justinio, Athenagora in *Apologet.* Dicebant enim gentes : Quam sanctus est deus, qui tam pure et sancte a Christianis colitur, imo qui eos facit tam puros et sanctos? Id etiam nunq. fit.

Quarto, quia qui abstrahit se a seculo, unit se deo, et quo minus servit seculo, eo plus servit deo, adeoque sæpe totum se deo Deique cultui mancipat. Hinc vicissim deus in puris corporibus et mentibus, quasi in domo et templo inhabitat. « An mensis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis a deo, et non estis vestri? » ait apostolus, I *Corinth.* vi. 19. Denique : « Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt, » *Matth.* v. 8.

Porro modi et media conservandi se immaculatum in seculo et a seculo, sunt multa. Primum est honor Dei, ejusque iudicii et vindicte, juxta illud Psal. cxviii. 120 : « Conlige timore tuo carnes meas : a iudicis enim tuis timui. » Vere S. Augustinus, serm. 40 in S. Joannem : « Spes, ait, nostra non est de hoc seculo : non amemus seculum. Ab amore seculi hujus vocati sumus, ut aliud seculum speremus et diligamus. » Item, serm. 13 De *verbis Domini secundum Matth.* : « Attendite, ait, seculum quasi mare, ventus validus et magna tempestas. Unicumque sua cupiditas tempestas est. Amas deum, ambulans super mare, sub pedibus tuis est timor seculi. Amas seculum,

absorbabit te. Amatores suos vorare novit, non portare. Sed cum fluctant cupiditate cor tuum, ut vineas tuam cupiditatem, invoca Christi divinitatem. » Et mox : « Magna virtutis est cum felicitate iuculari, magna felicitatis est a felicitate non vinci : si illudus, si morgi incipis, die : Domine, pereo, libera me : die : Domine, pereo, na pereo. »

Secundum, mortificatio appetituum et sensuum. Inmunditia enim et macula non est in seculo, id est secularibus opibus, deliciis et honoribus, sed in appetitu nostro, qui nimis ea amat et ambit, relicto et ipse sæpe deo. Appetitum ergo mortifica et rectifica, ita a seculo non maculaberis. Unde S. Augustinus, lib. X *Confess.*, cap. xxxi : « Non ego immunditiam obsequi iuculo, inquit, sed inmunditiam cupiditatis. » Item consideratio vanitatis et brevitatis vite, omniumque honorum temporalium : ne ex adverso veritatis et æternitatis gloria celestis, ac gehenne et inferni. Hoc enim est sal, quo condendæ et mortificandæ sunt voluptates seculi, juxta illud Eccl. vi. 40 : « Memorare novissima tua, et in æternum non peccabis. » Quid amas seculum, hoc est, seculum? A seculo enim dicitur « seculum, » quod non est aliud, quam « ætas senescendorum hominum, » ait Varro, reimpugne omnium. Alii seculum, a sequendo derivant, eo quod sequatur se et in se revolvatur. Vere S. Augustinus in *Psal.* xxx. conc. 1 : « David ait, Accedera, ut hoc totum, quod nobis videtur, mundum volent seculum, intelligas punctum esse. Non est illi quod habet extremum : si adhuc viveret Adam, et hodie moreretur, quid ei processerit tandem vixisse? Ergo celeritas hæc quare? quia transeunt tempora, et quod tibi tandem est, in oculis Dei breve est. » Cur ergo amas voluptatem et honorem? dum oritur, senescit et occidit. « Fili hominum, ut quid diligis vanitatem et queris mendacium? » Mentitur voluptas : non voluptas est, sed dolor et angor. Mentitur rerum copia : non copia est, sed inopia rerum opum qua in oculis sunt. Mentitur honor : non honor est, sed outas et seculi ludibrium.

Item est constans resolutio et fertitudo ad resistendum sociis, illecebris omnibusque mundi invilamentis, quibus nos allicit illicite ad peccatum et maculamque conscientiam. Ea de Fabricio, consule Romanum, vulgi erat sermo : « Fabricius est solem a suo otrep, quam Fabricium a suo proposito avertere. » Testis est Plutarchus in *Apopht.* Similis fuit Cato, de quo ait Valerius Maximus, lib. vii, cap. ut : « Ex eodem natura utro et continentia nata est, et Cato. » Et C. Piso, de quo idem Valerius, lib. iii, cap. viii : « Nulla ait, et terrillia Piso contempit, dum speciosum mentis sui flecti non vult rigorem. » Et C. Marius, *Senatus Augusti*, qui captus ab Antonio, rogatusque quid de eo stat. debet : « Jugulari me,

inquit, jube : quia non salutis beneficio, aut mortis supplicio adhiberi possum, ut aut Caesaris milles desinam, aut tuus esse incipiam. » Ita Valerius ibidem. Multo magis tentanti seculo dicit fidelis illud S. Pauli : « Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? etc. Certus sum quia neque mors, neque vita, » etc. *Rom.* viii. 35.

Quarta est sanctitas quam minimum tango : hinc cor habemus pyramidale, cujus orificium spectat eorum, contra terram : ut per hoc significet deus, nos erde, id est amore et affectu tantum in puncto dolere terram et terram tangere. Id sapienter et factum Religiosi, qui totum affectum et conversationem a mundo abstrahunt, ut omnem spem et amorem in deo collocent, et cum Psal. Psal. lxxvii. dicant : « Mihi autem adhaerere deo bonum est : » et : « Quid mihi est in celo, et a liquid volui super terram, deus cordis mei, et pars mea deus in æternum? » Ita Abbas Olymptus apud Sophronium (vel potius Joannem Mesochum), cap. xii, hoc saltem monitum alteri dedit : « Contine linguam et ventrem : ne ubiqueque sederis, discissitur : Peregrinus sum. » Ita S. Gregorius Nazianzenus, episc. 51, alias 17. Casarius fratrem objurgat, quod honorum cupidine delinquit, se in Juliano Apostatae familiam captulatur, publicaque arari curam susceperat, utpote cum ut ab illa recedat : « Hinc enim esse veram gloriam, securitatem et opem, nihilum foriter et strenue adversus tempus stare, et quam longissima se ab seculo et puncto removere. Alloqui, inquit, honores expelent te : tibi majoris momenti detrimentum capies, immoque saltem, si non ignis, fies particeps, » q. d. Julianus idololatris si non culpam, certe famam et suspicionem tibi asperget.

Vis ergo immaculatus esse a seculo? esto pergrinus in seculo, et civis ac domesticus in celo. Peregrinus hospitio : cor tuum non affligit, non inharret, non fratur : quia scilicet se quasi peregrinum per illud transire, ac post hominem in eo non fore : omnibus ergo utilis velut in transitu. Fac similiter et tu : edis, bibis, etc. edis, libere, etc., necessitatis causa : sis utere, non fratre. Si voluptas se miscet, illa cum comestione et bibitione transeat. Noli cibo et potui affici, inharere, audire cor tuum : noli de his extra prandium cogitare, ea desiderare, eorum appetitu te oblectare et pascere : ita non maculaberis. Idem dicitur usitata de *episc.*, id est *more est*, et *episc.*, id est *amore favoris, benevolentie, laudis et gloriae humane* : qua aliud non est, quam evanida aura popularis meraque vanitas. Cogita illud *Psal.* cxviii. 96 : « Omnis consummationis vidi finem, » et finem celerem : « latum mundatum tuum nimis. » Id cogitabat S. Agnata, qui proinde abgehi hoc epiphthimum posuerunt : « Mentem sanctam, spontaneam, deo honorem, et patrie liberationem. » Vixerat enim in corpore

quasi carens corpore, quasi angelus in corpore assumpto. Et S. Barlaam, qui Josephat regi munditiam mentis, quasi ingentis preli thesaurum commendat apud Damascenum in *Historia*, cap. XXXIX.

Denique S. Augustinus, in *Paulin.* LXXIII: « Quis, ait, non contemnat dulcedinem seculi, inhians dulcedini vite eterne? » nam, ut idem ait in *Psalm.* CXXX: « Dulcedo hujus seculi ad tempus faucibus indulcat, sed in magnam amaritudinam postea convertetur. Dulcedo autem vite eterne constanti est: » hincque expers omnis tum amaritudinis quam fluit, mentem implet et saturat. Quod et S. Gregorius Nazianzenus, in *Diatichis*: « Perpetuum, inquit, ubi sit hoc studium, ut mentem tantum templum Deo extemus: sic estum eum pro spirituali statua in initio cordis habebis. » Et nonnullis interjectis: « Age vero deserto universo hoc mundo, mundique sarcinis excessis, ad vitam celestem vela pande: praesertim tibi Triunitas cura sit. Alii aurum, alii argentum, alii mensus delicatas, id est vitia ludibria in pretio habebant; ego vero Christum amplissimarum opum instar duco: quem vitam aliquando mihi

contingat pura mente intueri; cetera autem mundus habeat. » Causam dedit paulo ante: « Patris verbum est homo noster, ut huiusmodi mixture Deum hominibus misceret: unus utriusque Deus est, haec enim homo effectus, ut me et mortali Deum efficiat. » Et S. Eucherius, epist. ad *Valentinum*: « Vera, ait, beatitudo est seculi beatitudinem spernere, neglectisque terroris in divina flagrare. » Rursum Nazianzenus, epist. 57, alias 63, exhortans Eudoxium ut, rhetorica et mundo relicto, se det vite pure ac perfecte: « Migremus, ait, hinc, viri efficiamur, somnia projiciamus, umbras protereamus: alios occupatos beneant, jactent, Indificentur invidia, et tempus, et fortuna, valeant throni, principatus, opes, splendores, vitis haec et despiciatis gloria, ac denique magna huius saecula ludicia, nongaque theatricae: Nos verbum arctissime contemplamur; ac pro omnibus rebus Deum habere optemus: solum, inquam, perenne illud bonum, et nostrum; quia victus premium est, Deura fieri. Ad haec contendite et volite. Nusquam spes tuas siste, quoadusque ad illud summe expectandum et beatum bonum perveneris. »

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Transiit a respiciendo ad fidem, qua religionis est principium et fundamentum. *De fide ergo tria docet.* Primum, fidem non admittit acceptionem personarum, ut dicitur proferat pauperi, nobis in ignobili: hoc enim recte coheret ei, quod paulo ante dixerat: Religio munda, etc., est visitare pupillos et viduas in tribulatione ipsorum, et immaculatum se custodire ab hoc saeculo. Secundum enim proferri dicitur pauperi, nolentem ignobili, hocque est ejus vitium et macula. Secundo, vers. 10, asserit fidem docere, eum qui violat unum legis preceptum, fieri omnium reum. Tertio, vers. 14 usque ad finem, multis argumentis et exemplis docet, fidem sine operibus esse inane et mortuam, instar cadaveris.

1. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriae. 2. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, 3. et intendatis in eum, qui indutus est veste praecleara, et dixeritis ei: Tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: 4. nonne iudicatis apud vosmetipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum? 5. Audite, fratres mei dilectissimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? 6. Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad iudicia? 7. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod invocatum est super vos? 8. Si tamen legem perfecistis regalem secundum Scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis; 9. si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores. 10. Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnino reus. 11. Qui enim dixit: Non moechaberis, dixit et: Non occides. Quod si non moechaberis, occides autem, factus es transgressor legis. 12. Sic loquimini, et sic facite, sicut per legem libertatis incipitis

judicari. 13. Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium. 14. Quid proderit, si fidem qui dicit se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum? 15. Si autem frater et soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano, 16. dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefactimini et saturamini: non dederitis autem eis, quae necessaria sunt corpori, quid proderit? 17. Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. 18. Sed dicit quis: Tu fidem habes, et ego opera habeo; ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. 19. Tu credis quoniam unus est Deus: bene facis; et daemones credunt, et contremiscunt. 20. Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est. 21. Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? 22. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: et ex operibus fides consummata est. 23. Et suppleta est Scriptura, dicens: Creditit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam, et amicus Dei appellatus est. 24. Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum. 25. Similiter et Rahab meretrix, nonne ex operibus justificata est, suscipiens nuntios, et alia via eiciens? 26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.

1. FRATRES MEI, NOLITE IN (id est cum: potest tamen in proprie accipi, ut dicam inferius) PERSONARUM ACCEPTIONE HABERE FIDEM. — « Acceptio personarum » est vitium oppositum iustitiae distributivae, quo quis in distribuendis officiis, dignitatibus, beneficiis, muneribus, locis, etc., non respicit meritum, nec dignitatem, sed qualitatem personae ad rem non pertinentem ut meliora et majora det consanguineis, amicis, divitibus, nobilibus, pejora et minora exteris, inimicis, pauperibus, ignobilibus. Aliquando etiam opponitur iustitiae commutativae, ut cum iudex litam ad iudicem amico, qui ex iustitia adjudicanda erat inimico; et tunc induit obligationem restitutionis.

S. Augustinus, epistola 28, hanc sententiam Jacobi refert ad eos, qui ad Episcopatum aliosque Ordines et beneficia promovent consanguineos, amicos, aut divites, postpositis exteris et pauperibus, licet dignioribus: quibus proinde fit iniuria, aeque ac Ecclesiae, quae iure majores decet, huiusque auxilium a dignioribus expectabat. Quare hoc est peccatum mortale, uti docet noster Lessius *De Justitia et jure*, cap. XXXI, dub. 1. Benedictus Justinianus hic, et alii: unde graviter velatur a Concilio Tridentino sess. XXIV, cap. 1, *De reformat.* Verum S. Jacobi sententia generalis est et omnes perstringit, qui quocumque modo divites praefert pauperibus, hoc solo nomine quod divites sint, sive id fiat dando eis honoratorem locum in templo, mensa, consessu publico; sive in iudiciis favendo plus amicis quam exteris; sive in vectigalibus aliisque oneribus, gravando magis pauperes quam divites; sive in distribuendis officiis et beneficiis, dando illa cognatis licet indignioribus, etc. Maximo autem S. Jacobus spectat hic honorem quem multi divitibus

deferrebant, neglectis vel spreis pauperibus in communibus, ut ipse ait vers. 2, consessibus et convivis, praesertim sacris, puta in agapi, in qua divites post Eucharistiam ante se splendide epulabantur, non expectatis vel exclusis pauperibus. Unde idem hoc eorum vitium taxat S. Paulus, I *Corinth.* xi, 21, dicens: « Unusquisque suam comam praesumat ad manducandum; et alius quidem esurit, alius autem ebrius est: » vide ibi dicta. Hoc est enim quod vers. 3, subdit Jacobus eos dixisse diviti: « Tu sede hic bene; » pauperi autem: « Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum. »

Memorable fuit exemplum S. Martini, qui, ut inquit Severus Sulpitius, lib. 1 *Dialog.* cap. XXII, a Maximo, Tyranno feroces et victorios insolenti, ad convivium invitatus, cum minister regi pateram obtulisset, ille eam S. Martino dari jussit, exspectans et ambiens ut ab illius dextera eadem reciperet; sed vir sanctus ubi e bibit, pateram presbytero suo pariter pauperi tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se biberet: nec integrum sibi foro, si aut regem ipsam, aut eos qui a rege erant proximi presbytero pretulisset. Quod factum rex omnesque qui aderant ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempserant, placeret, parque totum palatium celebraretur feisse Martini in regis praedio, quod in infamorum iudicium convivis Episcoporum nemo facisset.

Idem videretur Gentilis, Lycurgus intelligentis aequalitatem et ad frugalitatem et ad concordiam in primis conducere, Sparta novam fecit agrorum partitionem, et in singulos civis aequam portionem distribuit, ut tota Laedemone videretur multorum esse fratrum, qui inter se diverserat hereditatem. Eadem de causa instituiti syssitia, id est convivis publica, in quibus inter omnes, potus

quasi carens corpore, quasi angelus in corpore assumpto. Et S. Barlaam, qui Josephat regi munditiam mentis, quasi ingentis preli thesaurum commendat apud Damascenum in *Historia*, cap. XXXIX.

Denique S. Augustinus, in *Paulin.* LXXIII: « Quis, ait, non contemnat dulcedinem seculi, inhians dulcedini vite eterne? » nam, ut idem ait in *Psalm.* CXXX: « Dulcedo hujus seculi ad tempus faucibus indulcat, sed in magnam amaritudinam postea convertetur. Dulcedo autem vite eterne constanti est: » hinc quoque expers omnis tum amaritudinis quam fluit, mentem implet et saturat. Quod et S. Gregorius Nazianzenus, in *Diatichis*: « Perpetuum, inquit, ubi sit hoc studium, ut mentem tantum templum Deo extemus: sic estum eum pro spirituali statua in initio cordis habebis. » Et nonnullis interjectis: « Age vero deserto universo hoc mundo, mundique sarcinis excessis, ad vitam celestem vela pande: praesertim tibi Triunitas cura sit. Alii aurum, alii argentum, alii mensas delicatas, id est vitia ludibria in pretio habebant; ego vero Christum amplissimarum opum instar duco: quem vitam aliquando mihi

contingat pura mente intueri; cetera autem mundus habeat. » Causam dedit paulo ante: « Patris verbum est homo noster, ut hujusmodi mixture Deum hominibus misceret: unus utriusque Deus est, haec enim homo effectus, ut me et mortali Deum efficiat. » Et S. Eucherius, epist. ad Valentinum: « Vera, ait, beatitudo est seculi beatitudinem spernere, neglectisque terroris in divina flagrare. » Rursum Nazianzenus, epist. 57, alias 63, exhortans Eudoxium ut, rhetorica et mundo relicto, se det vite pure ac perfecte: « Migremus, ait, hinc, viri efficiamur, somnia projiciamus, umbras protereamus: alios occupatos beneant, jactent, Indificentur invidia, et tempus, et fortuna, valeant throni, principatus, opes, splendores, vitis haec et despiciatis gloria, ac denique magna hujus saecula ludicia, nongaque theatrica: Nos verbum arcissime contemplamur; ac pro omnibus rebus Deum habere optemus: solum, inquam, perenne illud bonum, et nostrum; quia victus premium est, Deura fieri. Ad haec contende et volita. Nusquam spes tua sistit, quoadusque ad illud summe expectandum et beatum bonum perveneris. »

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Transeat a respiciendo ad fidem, qua religionis est principium et fundamentum. De fide ergo tria docet. Primum, fidem non admittit acceptionem personarum, ut dicitur proferat pauperi, nobis in ignobili: hoc enim recte coheret ei, quod paulo ante dixerat: Religio munda, etc., est visitare pupillos et viduas in tribulatione ipsorum, et immaculatum se custodire ab hoc saeculo. Secundum enim proferri dicitur pauperi, nolentem ignobili, hocque est ejus vitium et macula. Secundo, vers. 10, asserit fidem docere, eum qui violat unum legis preceptum, fieri omnium reum. Tertio, vers. 14 usque ad finem, multis argumentis et exemplis docet, fidem sine operibus esse inane et mortuam, instar cadaveris.

1. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriae. 2. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, 3. et intendatis in eum, qui indutus est veste praecleara, et dixeritis ei: Tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: 4. nonne judicatis apud vosmetipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum? 5. Audite, fratres mei dilectissimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? 6. Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad iudicia? 7. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod invocatum est super vos? 8. Si tamen legem perfecistis regalem secundum Scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis; 9. si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores. 10. Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnino reus. 11. Qui enim dixit: Non moechaberis, dixit et: Non occides. Quod si non moechaberis, occides autem, factus es transgressor legis. 12. Sic loquimini, et sic facite, sicut per legem libertatis incipitis

judicari. 13. Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium. 14. Quid proderit, si fidem qui dicit se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum? 15. Si autem frater et soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano, 16. dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini et saturamini: non dederitis autem eis, quae necessaria sunt corpori, quid proderit? 17. Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. 18. Sed dicit quis: Tu fidem habes, et ego opera habeo; ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. 19. Tu credis quoniam unus est Deus: bene facis; et daemones credunt, et contremiscunt. 20. Vis autem scire, o homo imanis, quoniam fides sine operibus mortua est. 21. Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? 22. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: et ex operibus fides consummata est. 23. Et suppleta est Scriptura, dicens: Creditit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam, et amicus Dei appellatus est. 24. Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum. 25. Similiter et Rahab meretrix, nonne ex operibus justificata est, suscipiens nuntios, et alia via eiciens? 26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.

4. FRATRES MEI, NOLITE IN (id est cum: potest tamen in proprie accipi, ut dicam inferius) PERSONARUM ACCEPTIONE HABERE FIDEM. — « Acceptio personarum » est vitium oppositum justitiae distributivae, quo quis in distribuendis officiis, dignitatibus, beneficiis, muneribus, locis, etc., non respicit meritum, nec dignitatem, sed qualitatem personae ad rem non pertinentem ut meliora et majora det consanguineis, amicis, divitibus, nobilibus, pejora et minora exteris, inimicis, pauperibus, ignobilibus. Aliquando etiam opponitur justitiae commutativae, ut cum iudex litam ad iudicem amico, qui ex iustitia adjudicanda erat inimico; et tunc induit obligationem restitutionis.

S. Augustinus, epistola 28, hanc sententiam Jacobi refert ad eos, qui ad Episcopatum aliosque Ordines et beneficia promovent consanguineos, amicos, aut divites, postpositis exteris et pauperibus, licet dignioribus: quibus proinde fit iniuria, aeque ac Ecclesiae, quae jure majores decet, hujusque auxilium a dignioribus expectabat. Quare hoc est peccatum mortale, uti docet noster Lessius *De Justitia et jure*, cap. XXXI, dub. 1. Benedictus Justinianus hic, et alii: unde graviter velatur a Concilio Tridentino sess. XXIV, cap. 1, *De reformat.* Verum S. Jacobi sententia generalis est et omnes perstringit, qui quocumque modo divites praefert pauperibus, hoc solo nomine quod divites sint, sive id fiat dando eis honoratorem locum in templo, mensa, consessu publico; sive in iudiciis favendo plus amicis quam exteris; sive in vectigalibus aliisque oneribus, gravando magis pauperes quam divites; sive in distribuendis officiis et beneficiis, dando illa cognatis licet indignioribus, etc. Maximo autem S. Jacobus spectat hic honorem quem multi divitibus

deferrebant, neglectis vel spreis pauperibus in communibus, ut ipse ait vers. 2, consessibus et convivis, praesertim sacris, puta in agapi, in qua divites post Eucharistiam ante se splendide epulabantur, non expectatis vel exclusis pauperibus. Unde idem hoc eorum vitium taxat S. Paulus, I *Corinth.* xi, 21, dicens: « Unusquisque suam comam praesumat ad manducandum; et alius quidem esurit, alius autem ebrius est: » vide ibi dicta. Hoc est enim quod vers. 3, subdit Jacobus eos dixisse diviti: « Tu sede hic bene; » pauperi autem: « Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum. »

Memorable fuit exemplum S. Martini, qui, ut inquit Severus Sulpitius, lib. 1 *Dialog.* cap. XXII, a Maximo, Tyranno feroces et victorios insolenti, ad convivium invitatus, cum minister regi pateram obtulisset, ille eam S. Martino dari jussit, exspectans et ambiens ut ab illius dextera eadem reciperet; sed vir sanctus ubi e bibit, pateram presbytero suo pariter pauperi tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se biberet: nec integrum sibi foro, si aut regem ipsam, aut eos qui a rege erant proximi presbytero pretulisset. Quod factum rex omnesque qui aderant ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempserant, placeret, parque totum palatium celebraretur feisse Martini in regis praedio, quod in infamorum judicium convivis Episcoporum nemo facisset.

Idem videretur Gentilis, Lycurgus intelligentis aequalitatem et ad frugalitatem et ad concordiam in primis conducere, Sparta novam fecit agrorum partitionem, et in singulos civis aequam portionem distribuit, ut tota Laedemone videretur multorum esse fratrum, qui inter se diverserat hereditatem. Eadem de causa instituiti syssitia, id est convivium publica, in quibus inter omnes, potus

ac cibi equa erat portio: quia et in vasis, et alia re quancumque statuit, ut dives non plus haberet, quam pauper. Ita Plutarchus in *Larone*.

Curios cum, devictis Sabinis, et a senatu plus agri offerretur, recusavit, et gregalium portionem contentus fuit, dicens esse malum civem, nisi non esset satis id quod ceteris erat satis. Ita Plinius Junior in *Vitis Illust.*, cap. xxxii.

Epaminondas Simonidi aliquid iniquum postulanti respondit: « Neque tu bonus poeta esses, si numeros carminis neglegeres, neque ego bonus praefor, si gratiam ejusmodi verbis antepone-rem. »

Socratis qui circulo Apollinis sapientissimus mortaliū est iudicatus, opes erant minime urgenti, ut Plato in *Apology*. Socratae hoc est, decem aurei coronati. Mina enim Graecis est libra, continens centum drachmas, hoc est, quantum denarios Romanos, seu quadragesimos aesthetos, qui decem decem coronatos. Ita Budaeus De *Ass.*

Themistocles admonitus a viro sapientia: « Bene principatum peres, si cunctis equalis et cotumelis esse volēs. » Ita Plutarchus in *Apology*.

Hanc fidem Romani socrati Jesu Christi. Viri varie hanc exponunt, sed paucis rem acu tangunt. *Primo*, aliquid « fidem » hic sumunt pro opinionis et existimationis, q. d. Nolle episcopi et exaltare de Domino nostro Jesu Christo, quod in ipso est acceptio personarum, Ita ut ad fidem et salutem convertit divites, non pauperes. Ipse enim est Dominus gloriae; ne proinde nullus ipse, sed omnes ipsius favere et gratia indigent. Ita Hugo.

Secundo, idem « fidem » proprie accipit, huncque dat sensum: « Nolle fidem Christi ponere in personis acceptis. Ita in *Actibus*, in illos quasi deos, ut *Act. 17*. quatenus per istos ambulus colatis.

Tertio, Dionysius Cartusianus « fidem refert ad gloria », q. d. Nolle habere fidem gloriae Christi, hoc est, nolle credere quod gloriam alterum a Christo sitis accepturi, si accipialis personae.

Quarto, alii accipiunt fidem pro spe et fiducia, q. d. Ne speratis gratiam Christi, si accipiendo personam ostentatis, ut spei solam in hominibus, puta in divitibus, Ita Boda.

Quinto et genitive, q. d. Nolle fidem Christi conjugere cum acceptio personarum, ut putatis hanc cum illa posse consistere. Fides enim Christi docet jubere justitiam, equitatem, integritatem, puritatem, iudicium iustitiamque repugnant acceptio personarum, quae divites praefert, pauperes spernit. Unde Valerius sic exponit: « Cum sitis Christiani, ne habeatis personarum delectum; » alii, q. d. Nolle putare vos vere Christianos, si accipialis personam. Prepositio enim in saepe apud Hebraeos sumitur pro cum; et in acceptio est ergo, id est cum acceptio personarum » q. d. Professio Christiana

non patitur acceptio personarum, eamque non admittit christianismus; sed vetat, culpam et damnat. Potius tamen ait in, quam cum, ut vili gravitatem exacerret, q. d. Nolle in eodem corde vestro ponere fidem et vitium acceptio personarum, imo nolle fidem ponere in vili hoc, id est, in corde vili hoc imbuto et pleno: nolle falsum nobilissimum fidem in vasso tam impuro et sordido collocare et inquinare, hoc enim injuriam est fidem, ipsique Christo, qui pauperes vocavit et elegit, osque beatos predixit. Simile est quod ait Paulus II *Cor. vi. 13*: « Quae societas luci ad tenebras? quae autem conventio tenebrarum ad lucem? Aut quae pars fideli cum infideli, qui autem consensus templo Dei cum idolis? » In ipsa recte curvis vili adaptat: nec enim in eodem corde potest virtus et vitium, fides et infidelitas, Christus et diabolus.

Quidam alii novissimis sic exponunt, q. d. Nolle fidem Christi ponere in acceptio personarum, id est, in acceptis personis (per metonymiam, vel hyperallegoriam), ut scilicet fidem si fiduciam vestram collocatis in personis divitibus et potentibus, quae collis et honoratis, aequae, vel magis, quam in Christo. Nolle transformare fidem et spem Christi in fidem et spem hominum, ut plus eis credatis et fidatis quam Christo; multi enim fidem, aequae ac cor, manū latent in aere, quam in terra; quia plures factum est, et est peritiam, quam opem oculi et Dei, quos fidem tibi quibus athenis. Tales sunt de quibus ait Paulus: « Nolle sperare in iniquitate, et rapinas vobis contempnere; divitibus si sufficit, nolle cor apponere, » *Psalm. 133. 11*. Et laeo videtur esse mens Ilugonis iuxta secundam expositionem.

Denique planissimus est sensus, si per facili metaphasim verba ita connectas: Nolle fidem habere gloriae Christi in acceptio personarum, q. d. Nolle credere quod Christi gloria consistat in acceptio personarum: quoniam sensum mox plenius explicabo.

Hoc est quod ait S. Hieronymus ad *Celastrum*: « Nescit religio nostra personam accipere, nec conditionem hominum, sed animas inspicit singulorum: servum et nobilium de nobis non promittit. Sola apud Deum libertas est, non servitium peccatis. Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. » Et S. Bernardus, lib. II *De Considerat.*, cap. 112: « Arguit et auri, inquit, usus bonus, ubi sic nuda, sollicitudo ubique, quibus impiorum. Unde S. Petrus dicit: « Arguit et aurum non est vili, quod autem habes, hoc tibi do, » *Act. iii. 12*. Quin et Apuleius: « Laudas, inquit, aliquem quia generosus est, parentem ejus laudas; si vero quia dives, fortunae hoc debetis; si cum lauda quia bonis moribus sit, tunc ipsum virum laudas, non aliena. » Libere vero S. Bernardus, lib. II *De Considerat.* ad Eugenium Pontificem, cap. xiv: « Non sit, inquit, in te ac-

ceptio personarum: non parvi le reum peccati existimes, si facies peccatorum, et non potius causas iudicas meritorum. » Acceptio ergo personarum iustitiam pervertit, charitatem bedit, scindit unitatem Christianismi. Cum enim fides et lex Christi sit lex charitatis, quae ex aequo debet comprehendere et in se unire; ne consequenter nec divitem ob divitias honorare et extollere, nec pauperem ob inopiam despiciere. Contraria ergo Christo et indigna Christianismo. Vere Clemens Alexandrinus, lib. III *Pedagog.*, cap. vi: « Solus Christianus, inquit, est dives: quia vere divitiae sunt in anima, puta fides, gratia et virtutes, quibus pollet Christianus. »

Glossa. — Graece *εἰς τὴν*, quod Erasmus et Tigurina vertunt *ex opinione*, scilicet non Christi, sed vulgi, quod divitias et divites colit, pauperem et pauperem spernit. Verum hic addunt *et*, multaque supplet quae non sunt in textu Graeco. Quare altissimam vertunt *gloriae*, illudque referunt vel remotius ad *fidem*, q. d. Videm gloriae, hoc est, gloriosum, quae quae dicit ad gloriam alteram: vel proximus et continuis ad *Christi*: Christus enim vocatur *gloriae*, scilicet rex et dominus, hoc est, gloriosissimus in se, subieque electis et Beatis, q. d. Accipiendo personas in fide Christi, facis injuriam Christo gloriosissimo; quasi scilicet ipse pendat a divitibus, si non potius divites ab ipso; aut quasi ipse vos juvare, tutari et promovere non possit, ut divitem favorem et gratiam capere debeatis; quorum utrumque injuriam est gloriae Christi Christoque gloriosissimo. Simili modo Christus vocatur spes gloriae, *Colos. i. 12*. Et Christi gratia vocatur gloria, id est gloriosa, *Ephes. cap. xviii*. Sic Dei proprium est esse et dici regem gloriae, *Psalm. xxxiii. 10*, Unde S. Cyrillus, lib. XII *Thesauri*, cap. xiii, probat Christum esse Deum ex eo, quod hic vocatur *Donatus gloriae*. Denique Joannes Alia Electorum, cap. xvi, *in gloria* exponit secundum, vel iuxta gloriam, q. d. Nolle estimare Christi fidem et fideles iuxta gloriam, id est, iuxta epus, honorem et potentiam eorum, Ita ut accipialis personam, divites et potentis colendo, pauperes vero spernendo.

Verum ut ingenue dicam quod sentio, hae omnes expositiones remore, dure et hincque videntur. Quare planissima sic exponemus, q. d. Nolle fidem habere gloriae Christi, id est, nolle credere quod Christi gloria sita sit in acceptio personarum, nimirum quod gloriatur vel glorificatur Christus, cum ad agapes et coetus vestros admittitis solos divites, nobiles et gloriosos, quibus vel exelusis pauperibus et squalidus, quasi gloria Christi et Christianismi consistat in gloria vestrum avarorum et purpureorum, in splendore alioiorum et famolorum, in pompa eorum et eorum. Hae enim est gloria mundi, non Christi; Judaeorum, non Christianorum; gentilium, non

christianismi: ita Thomae Anglicus. Nolant hoc confessari, condonatos, doctores, presides congregationum, qui gloriantur dum habent penitentes, auditores, discipulos, asseclas nobiles, divites, splendide vestitos; plebeios vero et squalidos aegre vident, aegre audiunt et admittunt. Sciant hunc esse sensum vanitatis, non veritatis; mundi, non Christi: saepe sub vestibus sericis magna est sordes.

Postremo, non bene alet, qui bene semper obit.

Hanc ergo vilem affectum exuunt, et contrarium Christi discipulo dignum induunt.

2. *ITEM* SI INTROIERIT IN CONVENTUM VESTRAUM, — tum privatum, tum publicum, tum civilem, tum sacrum, puta in concionem, liturgiam, S. synaxiam (quae Graeco *συναγωγή*, id est *convocatio*, coetus, congregatio, Ecclesia, uti etymo, ita significatione apte respondet: synaxis enim fiebat in synagoga, id est, conventi et Ecclesiae) et agape, uti superius dixi, docetque hic Thomas Anglicus, Salmeron, Serarius et Gagninus. Declarat acceptio personarum exemplo illorum, qui divites in conventu et coessu honorant, pauperes vilipendunt: quod commune olim fuit, et etiamnum est vitium, iuxta Iulium Orvidii, I. *Tantor*.

In prolo *gostium* nunc est, uti cunctis honoris, Coetus sanctitatis: pauper ubique pect.

Et Enripides: « In paupertate ignobilis est, et similitudo, et ignominia vita. » Vere Sapientis, *Eccles. x. 10*: « Pecunia, ait, obediunt omnia; » Septuaginta, *humiliantur omnia*; alii, *quodam*, id est adjuvant et applaudunt, omnia; alii, *testificantur omnia*; alii, *respondent omnia*, sicut famuli respondent domine vocanti et mandanti: Iesus enim omnia significat Hebraice *יֵשׁוּעַ* *ianne*. Hunc vulgi mundicie sensum, hunc paganismum corrigiit Christus et christianismus, qui in fide, gratia et gloria paupertatem divitibus, et pauperes divitibus usque, imo anteposit. « Quod plerique pauperes dicimus, non est, inquit Minutus in *Octavo*, infamia nostra, sed turba: nec pauper est qui non agit, qui non libit alieno, qui thes dives est. » S. Salvianus, lib. II *De Eccles. Cathol.*: « De illis, ait, qui expediti omnibus, aut pene omnibus sarcinis Salvatoris viam sequuntur, et Dominum Jesum Christum non sanctitate solum, sed etiam paupertate imitantur, nihil est quod illi possit, nisi illud tantum quod aliam Propheta dixit: « Nihil autem nimis honorifici sunt amici tui, Deus. Hoc enim ego omnes non aliter quam honoratos Christi honoro, non aliter quam Christi imagines colō, non aliter quam Christi membra suscipio. » Eodem lib. III. vocal numularios Christi: Christiani enim qui opes coelestes ambiunt, terrenas contemnant, imo illas emunt harum contemplant. Unde Christi preceptum est: « Dimitte terrena, et accipies caelestia, » ait S. Augustinus, serm. 233 *De Temp.* « Est

dendo, sermociando, et eaque opere exequendo; dum scilicet pauperem pro divite spernit, plusque splendori vestium, quam fidei et virtuti tribuit, honorando impios divites, et despiciendo sanctos pauperes, ait S. Hieronymus in *esp. 7. Isac.* Hoc ipse enim facile judicatis, quod dives tanto pauper sit melior, quanto est ditior, » ait S. Augustinus, *cf. st. 29 ad S. Hieronymum*, quod tunc falsum et perpersum est iudicium, insturque monstri, incongruus enim sermo est, ait *Epictetus*, ai dicit: « Ego sum ditior te, ergo te melior. Ego sapientior, ergo melior. Hi vero sunt congrui: Ego te ditior: mea igitur possessio melior est tua. Ego sapientior: mea igitur oratio melior est tua. Tu autem neque possessio es, neque oratio, » ita ipse *Enchirid. cap. LXI.*

Sepher, lib. X, *epist. 77*: « Gladium, ait, hominum dives, non cui deustratus est, haultus, nec cui viginti genibus distinguatur; sed cui est ad secundum subtilis acies. Regula, non quam formosa, sed quam recta sit queritur. Ergo in homine nihil ad rem perfecti quibulum ariet, quantum formosum, a quam multis scilicet, quam profecto incumbat lecto, sed quam bonus sit. Nemo istorum quos divites honoresque in illo fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus videtur? cum basi sua illum metris. Parvus parvulus, licet in mente celsitate. Colossus magnitudinem suam servabit, ut miseriter in puteo. Hoc laboramus errore, quod neminem estimamus eo quod est, sed adjectum illi et ex quibus ornatus est, imo ex illo ipsum estimamus et metimur. »

Porro, ait S. Iacobus *capitulum*, non cogitationis, græce *καταφρονει*, id est *ratiocinationum, consultationum, conclusionum*; quia hæc una, quia divitie preferuntur paupertati, nullas includit, et ex hæc una quasi principio multas alie educuntur, v. g. qui divitias præfert paupertati, secum ita ratiocinabitur. *Primo*, divites sunt commodiores, magisque in hominum pro dio; ergo divites præferunt pauperibus. *Secundo*, dives commendare, promovere, dicere potest, non pauper: divites ergo colendi, non pauperes. *Tertio*, divites sui contemptum vitare potest, non pauper: illius ergo offensam curanda est, non huius. *Quarto*, a paupere nihil exspecto: ergo mihi negligens est. *Quinto*, pauper mihi est dedecori et oneri, quia a me petiti et emendati elemosinam, itaque opes meas minuit: divites vero mihi est honori et commode: ergo hic sequendus, ille fugiendus est.

Hæc sunt ratiocinationes inique et falsæ, puta paralogismi mundi et mundanorum. Ex adverso Deus contra hos, ait *Philo*, lib. I *De Monarchia*, siveit *Exod. 20*: « Non facietis vobis idos argenteos et æreos, et sensu mystico: Il enim, ait, adorantur mane ad ades divitum quasi ad sanctissima templa curant, bona petuntur ab illis quasi nummibus; » cum tamen verissimum sit illud Augustini, lib. V *De Civit. cap. VI*: « Remota

jaclantia, quid sunt omnes homines, nisi homines? » Ergo contra hos primo argumentatur *Cicilius*, dicens: « Facile vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula, » *Luc. XVI, 19.*

Secundo, S. Augustinus, *serm. 33 De Temp.*: « Iste mundus, ait, aut ridet nos, aut ridetur a nobis. Melius est ut calces mundum, et calcato eo gradum tibi facias per quem in sublime conscendas. »

Tertio, *Seneca*, lib. *De Vita beata*, cap. *XXVI*: « Divites apud sapientem virum in servitute sunt, apud stultum in imperio. Sapienter divitis nihil permittit, vobis divitis omnia. » Unde et *Alexander Magnus*, lesa *Pintarcho*, orat. *4 De Fortuna Alexandri*, dixit: « Si Alexander non essem, divites esse vellem. »

Quarto, *Auctor imperfecti* apud S. Chrysostomum, *hom. 22*: « Si divitem honoras, ait, propter personam ipsius, honoras eum: si autem pauperem honoras, propter personam Christi honoras. »

Quinto, S. Ambrosius, lib. *II Offic. xv*, docet multis rationibus factores et beneficia pauperibus potius exhibenda esse, quam divitibus. *Primo*, quia Christus, ait, docet « ad epulas non eos qui divites sunt, sed pauperes invitandos, » *Luc. XIV. Secundo*, divites enim rogari videntur, ut ipsi quoque nobis reddant: pauperes quia non habent quod resaliant, cum acceperint, remunerant nobis factum hominum, qui se pro paupere obligandum obtulit. *Tertio*, quia dives dedit gratiarum beneficium, et pudet eum debitorem esse gratiæ. Quin etiam id quod collatum est sibi, meritis suis arrogat. *Quarto*, quia in accipiendo beneficio, eo ipso quod acceperint, divites reddisse se magis quam acceperint existimant: pauper vero etsi non habet unde reddat pecuniam, refert gratiam: in quo certum est, quod plus reddat, quam acceperit. Pecunia enim nummo solvitur, gratia nunquam extinguitur. *Quinto*, quod dives refugit, pauper facit quod sit obligatus debito, sibi que subventum, non honori suo delatum putat: donator sibi arbitratur filios, velam redditam, servatam familiam. » Idem ibidem cap. 1:

« Tantus, ait, splendor honestatis est, ut vitam beatam efficiant tranquillitas conscientie et sinceritas innocentie. Et ideo sicut exortus sol, luna globum et cætera stellarum abscondit lumina, ita fulgor honestatis ubi vero et incorruptio vibrat decore, cætera que putantur bona secundum voluptatem corporis, aut secundum seculum clarum et illustria obumbrat. » Et cap. IV, loquens de *Eli*, cui pauperi corvæ distabant panem, *III Reg. xvii*: « Numquid ideo, ait, minus beatus, quia pauper erat sibi? Minime, imo eo magis beatus, quia Deo divites. Aliis enim quam sibi divitem esse prestat, ut iste erat, qui tempore famis cibum a vidua petebat, largiturus ei, ut hydra farinæ per trionium et sex menses non

defecret, et per quætidianus usus olei vas viduo inopi sufficeret ut ministraret. »

Secundo, in paupere honoramus Christum quasi exemplarium suam imagine. Unde *Chrysologus*, *serm. 14*, explicans illud *Psalm. cxi*, *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem*, non dicit, ait, Qui videt, sed « Qui intelligit. » Arena enim res est, et oculum mundo paupertatis pretium. « *Oremus*, fratres, ut ipse nobis intelligere intelligenda concedat, qui se intelligi in paupere sic demonstrat, quod ipse qui celum tegit, sit nudus in paupere; quod in esuriente esuriat satietas rerum; quod sicut in silente fons fontium. Beatus proinde ille censendus est, qui hoc intelligit, ut super pauperes intelligat eorum necessitatibus occurrendo, eosque a necessitatibus erundo. »

Septimo, S. Bernardus, *serm. 1 De vigili. Natæ*: « Paupertas, ait, non inveniebatur in oculis: porro in terris abundabat hæc species, et noscibat homo pretium eius. Hinc inique Dei Filius concupiscens descendit ut eam eligeret sibi, et nobis quoque sua estimatione facit pretiosum. » Hoc est quod ait *Christus*, *Luc. XXI, et Luc. IV, 18*: « Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me. » Plura de bono paupertatis dixi *Act. IV, et V.*

S. Nonus Deus elegit pauperes in hoc mundo? — *Syrus*, *pauperes mundi* (1). Probat non esse accipiendos peronas ut divites honoramus, pauperes aspernemur, exemplo Dei, quod nobis debet esse instar normæ et præcepti. Deus enim elegit pauperes ire, eosque divites affectu fide; inopes censu, eosque opulentos fecit rerum divinarum sensu. Unde S. Leo, *serm. 10 De Quadr.*: « Quos viles, ait, facit carnalis sapientia, nescimus quam pretiosos spiritualis sit factura gratia. »

Divites in fide, — ut scilicet fierent divites, ipseque feceret eos divites in fide. Nam simili modo addit: « Et hæredes regni. » Clarum autem est Deum neminem elegisse qui iam erat hæres regni, sed eligendo hæredem regni fecisse, q. d. Pauperes non sunt spernendi, quia Deus non spernit, sed eligit pauperes; eosque eligendo ditavit fide, locute hæredes regni. Nihil ergo hic habent Pelagianum, quo prebent fidem esse ex nobis, non ex gratia Dei, quasi ob fidem viribus nature electum Deum fidelem eligat, infidelem respiciat. Fides enim est primum Dei donum, quo pauperes Apostolos primoque fideles ditavit Deus. Ita S. Augustinus, lib. *I De Provid. Sanct.*, cap. *xvii*. Agit ergo *Jacobus* de electione tam ad fidem et gratiam, quam ad regnum et gloriam. Quos enim Deus eligit ad gratiam, eos consequenter destinavit ad gloriam, ut fiant hæredes regni celestis. Hic sensus est genuinus, *Secundo* tamen *Gabriel Vasquez*, *I part.*, disp. *89*, cap. II,

sic explicat, quasi dicat: Deus Apostolos pauperes censu, sed divites fide et virtute, elegit ad gloriam, puta ad hæreditatem regni celestis, et ad vitam æternam ex meritis; quia scilicet providit quod ipsi bene sitendo et strenue cooperando fidei et caritatis sibi a Deo date, per bona opera mereantur regnum celeste. Unde sequitur: « Quod reprobi sunt Deum diligentibus se. » Censet ergo hic agi de electione ad gloriam duntaxat, eamque fieri ex meritis probare ex hoc loco contendit; gloria enim est hæreditas, quia datur filiis; eadem est et corona justitiae, ac merces, quia datur merentibus et vincensibus. Hinc et *Jacobus* prius ait, quod Deus elegit divites in fide, deinde quod « hæredes regni, » quia per divitias fidei destinavit nos ad regnum in prima electione, quam fecit ab æterno.

Moraliter: docet hic S. Iacobus veras divitias non esse aurum, argentum, vestes splendidas, sed fidem et fidei virtutes: sicut ex adverso paupertatem et pauperes non facit egenitas, sed cupiditas et impietas. Unde S. Augustinus, *hæc. De centum oculis*: « Deus, ait, omnibus æqualiter adest, sed apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit, non argenti, sed fidei. » Et S. Gregorius, *homil. 15 in Evang.*: « Sole, ait, divites sunt, que nos divites virtutibus faciunt. » Et *Clemens Alexandrinus*, lib. *VI Stromat.*: « Vere, ait, divitiae est abundantia in his que sunt ex virtute actionibus; paupertas autem est inopia in moderatis actionibus. » S. Ambrosius, lib. *III, epist. 10*: « Solum illum Deus divitem novit, qui sit dives æternitatis. »

Præclare vero S. Prosper, lib. *II De Vita contemplativa*, cap. *xii*: « Ille, ait, nobis sunt ambienda divitias, que nos ornare pariter possunt, et munire; que nec acquirere possumus inviti, nec perdere; que nos contra hostiles impetus armant, a mundo discriminant. Deo commendant, dant animas nostras atque nobilitant, nobiscum sunt, intra nos sunt. Divitias nostre credende sunt paupertas, que nos pudicos, justitias, que justos; pietas, que pios; humilitas, que humiles; mansuetudo, que mansuetos; innocentiam, que innocentes; puritas, que puros; prudentiam, que prudentes; temperantiam, que temperantes; et charitas, que nos facit Deo et hominibus charos, virtutum potentes, seculi contemptores, ac bonorum omnium sectatores. Hæc non sunt omnium, sed Sanctarum sanctas virtutes, divitie incorruptibiles momentum cordium, divitie inoscuppibiles momentum, sed humillimum pauperum facultates, patrimonium cordium, divitie inoscuppibiles momentum, quibus non abundant, nisi illi qui illis carnalibus ex corde renuntiant. » Et inferius: Propriè hoc igitur eis qui militat, Deo, fugienda sunt ex toto corde divitias: quas qui habere volunt, sine labore non querunt, sine difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt. Apostolus autem Christi militibus dicit: Vobis vas

(1) Melitæ: Annon Deus probat, seu diligit, rerum mundanarum egenos, etc.

feram? Quare inexcusabiles sunt peccatores et reprobi, imo simili sunt et insani, qui, ut creatura exigua, puta vili voluptate, vel honore fruuntur, eoque diligant, Creatorem oderunt; qui terram paradisi, homines et bruta angelis, regnum demonis regno Dei, infernum caelo anteponunt. Quid demeritis? quid insanus?

Præclare S. Augustinus, hom. 9 de *Verbis Apostoli*, docet pauperem sola bona voluntate, id est dilectione, emergere eorum: « Quia quod vultu necessarium est, inquit, habet: pauper est in arca, sed dives in conscientia; pauper est in domo, sed dives in animo, etc. Quam parvo contenti regnum colorum, quam vili pretio tanta possessio proponitur? Proponitur in terra, quod possideas in caelo; proponitur in tempore, quod possideas in aeternum. » Et mox: « Haec vultu mitis enim quodam videri regnum colorum, quia misit in quodammodo deus spiritum, Marc. xii. Misit illos in domum Dei, et ante regnum colorum. En duobus nutans vultu. Plus addo, vultu et vultu: vultu est calix aquae frigida, vultu est sola bona voluntas. Audi claritatis angelos: in terra pax hominibus bonae voluntatis. Bona enim voluntas ipsa dicitur charitas. Totum ergo habet, qui bonam voluntatem habet. » Idem, *hom. 13*: « Regnum colorum venale propositum, et pretium ejus calcem aquae frigidae esse voluit. » *Muth. x. 42*. Quocirca idem in *Manuale*, cap. x, suspirans ad Deum: « Amo, ait, te, Deus meus, amo te, et magis cupio magis amare volo. Da mihi, Domine Deus meus, species pro filiis hominum, ut desiderem te, ut amem te quantum volo et quantum debeo; immensus, et sine mensura debet amari, praesertim a nobis, quos sic amasti, sic salvasti, pro quibus tanta ac tanta fecisti. O amor qui semper ardes, et nunquam extingueris, dete eis Christo, bone Jesu, charitas Deus meus, accende me toto igne tuo, amore tuo, dulcedine tua, dilectione tua, desiderio tuo, charitate tua, jucunditate et exultatione tua, pietate et suavitate tua, voluptate et concupiscentia tua, quia sancta est et bona, qua casta est et munda, ut totus dulcedine amoris tui plenus, totus in flamma tuae charitatis vaporatus, diligam te Dominum meum dulcissimum et pulcherrimum ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex totis viribus meis, et ex omni intentione mea, cum multa cordis contributione et lacrymarum fonte, cum multa reverentia et tremore, habens te in corde, in ore, et praecordis meis semper et ubique, ita ut nullus in me adulterinis amoribus pateat locus. » Et cap. xi: « O dulcedo amoris, et amor dulcedinis, comodat te vultu meo, et neclare tui amoris replicatur vultu meo, et eructat mens mea verbum bonum. Claritas Deus meus, mel dulce, haec nectum, ebus us grandinum: fac me crescere in te, ut etiam palato possis manducari a me. Tu es vita mea cui vivo, spes cui inhæro, gloria quam adipisci desidero. Tu mihi cor tene, mentem rege,

intellectum dirige, amorem erige, animum suspende, et in superna fluentia os silentis te spiritus trahat. Faceat, queso, tumultus carnis. Conticeant phantasie terrarum et aquarum, veris et poli; taceant somnia et imaginariae revelationes, omnis lingua, omne signum, et quidquid transeundo fit. Sileat sibi et ipsa anima, et transeat se, non cogitando se, sed te Deus meus, quoniam tu es revera tota spes et fiducia mea. »

6. Vos autem EXHONORASTIS PAUPEREM: — *iniquum*, id est, inhonoratis, contempnitis, spreveritis: ita Syrus; ac consequenter inhonoratis Deum, qui auctor est paupertatis, paterque pauperum, qui auctor est paupertatis, paterque pauperum, juxta illud *Ecc. xi. 14*: « Bona et vita, et mors, paupertas et honestas (id est opulenta) a Deo sunt. » Et *Proverb. xii. 2*: « Dives et pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus. » Unde inferi idem cap. xv. 31: « Qui calcumatur egenum, exprobat factori ejus; honorat autem eum, qui miseretur pauperis. » Quare merito exclamavit Damascenus, *Parallel. 3*, cap. xxxvii: « O quanto est dignitas paupertatis! Dei velut larva efficitur: delitescit enim sub paupertate Deus; ac pauper quidem supplicem manum extendit; Deus autem est qui accipit. »

Porro S. Jacobus multat personam tertiam in secundam, dicens: « Vos autem exhonorastis, ut acris corripit pingueque divites superbos et in pauperes injurias. »

Datiquo aliqui per pauperem accipiunt Christum, qui pauperum fuit pauper (id est, pauperimus), ideoque eorum pater. Verum hoc arctum est et mysticum: ad litteram enim quosvis pauperes intelligit, ut patet ex toto sermonis discursu.

NONNE DIVITES PER POTENTIAM OPPRIMUNT VOS? — 6 pauperes. Compellavit divites oppressores nunc compellat pauperes oppressos. Graeco, *accidentibus vobis*, id est, *dominantur in vos*, tyrannice vobis imperant, violententer opprimunt vos oneribus, rapinis, injuriis, vaecialibus iniuriis: dum, ut ait Salvianus, lib. IV de *Provid.*, « discerpunt potentes, quod solvant pauperes; deserunt gratia divitem, quod perdit turba miserorum. » *Vulg. Eccl. xii. 23*: « Venatio leonis, onager in eremo; sic et passio divitem sunt pauperes. » *q. d.* Sicut leo venatur et praedator onagram, sic et dives pauperem. Divitiae enim inflant animam divitis, ut putet sibi omnia licere, se posse ceteris dominari, sibi oportere pauperes subijci et parere, sibi omnia debere; ac proinde pauperes esse quasi servos et mancipia, quibus suorum devorant, sicut pisces major devorant minorem Quocirca Sallustius in *Catalina*: « Divitiae et imperia, ait, bella atque certamina inter mortales excitant. » Et: « O urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit! » Et Juvenalis, *satyra 6*:

Luxuria inarbit, victorque adeclitor orbem;
Nullum crimen sicut facinusque libidinis, ex quo
Paupertas Romam perit.

TRAHUNT VOS AD JUDICIA. — ad tribunalia, etiam Gentilium et infidelium iudicium, quos vel consanguineos et amicos habent, vel muneribus circumponunt. Hoc enim illo aro a Christianis factitatum fuisse docet, et graviter culpat S. Paulus, I Cor. vi. 1: vide ibi dicta. Hoc est quod monet Sapiens, *Ecc. v. 7*: « Si videris calumnias egenorum et violenta iudicia, et subverti justitiam in provincia; non mireris super hoc negotio, quia excelso excelso est alius, et insuper universa terra Rex imperat servienti. »

7. NONNE IPSI BLASPHEMANT BONUM NOMEN. — « Blasphemant, » id est blasphemari faciunt, sunt causa ut blasphemetur. Est Hebraismus, cui ponitur pro *hephal*. Sensus est, *q. d.* Divites Christiani suo fastu, avaritia, tyrannice, oppressione pauperum faciunt, ut Gentiles haec eorum scelera videntes blasphemant nomen Christi et Christianismi, ipsaque fidem et religionem Christi; quasi illa talia doceat aut certe permittat, nec castiget vel puniat. Nota: Pro bonum graeco est *axos*, quod non tantum bonum, sed et praclarum significat, *q. d.* Blasphemant nomen Jesu, quod praclarum est et divinum, teque ac bonum, melifillum et salutiferum. Nomen enim « Jesu est mel in ore, melos in aure, jubens in corde, » ait S. Bernardus, *serm. 45 in Cant.*

NOMEN QUOD INVOCATUR EST SUPER VOS. — id est, nomen quo vos vocamini, quodque invocare soletis, puta nomen Christi et Christiani: a Christo enim vocamini Christiani, quasi asseclae, discipuli et filii Christi. Est hebraismus creber in scripturis, ut scriptis moxul. Alludit ad *Isaie lxxi. 2*: « Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit. » Vere S. Ambrosius, *serm. 12 in Psal. cxvii*: « Respondendum, ait, est tam glorioso nomini: Christianum dum dico, perfectum dico: in Christo enim plenitudo dignitatis est, cujus nomen usurpat; qui vocabulum *geris*, interpretationem vocabuli perfectionemque cur refugis? »

8. SI TENEMUS (id est, si tenemus, si tenemus, si tenemus) LITEM PERFICITIS REGALEM. — *gerunt licitae objectioni*: ergone divites odio habendi et contemnendi sunt? Respondet, nihil, *q. d.* Veruntamen non veto, quin lege communi charitatis et divites diligatis: si enim hoc facitis, bene facitis, dummodo personas non accipialis, nec pauperes aspernentur, praesertim quo, ut ait S. Ambrosius in *Luc. xvi*: « Neque omnis sancta paupertas, aut divitiae criminosa, sed ut luxuria infamat divitias, ita paupertatem commendat sanctitas. Et *Ecc. cap. xiii*, vers. 30: « Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia (est enim instrumentum eleemosynae et beneficentiae), et nequissima paupertas in ore impii. »

Secundo, et *abro* exponi potest igitur si, vel porro si, certe si, sane si, *q. d.* Porro, si perficitis

legem regalem quae dicit: « Diliges proximum tuum sicut teipsum, » bene facitis. Sic enim vultibus acceptionem personarum, hanc enim excludit dilectio, quae proximos omnes eodem charitatis sinu complectitur, tamque pauperes quam divites amore et honore debito prosequitur. Videtur enim hic assignare remedium acceptionis personarum, nimirum charitatem. Ubi enim est charitas, ibi exsultat cupiditas, ac consequenter personarum acceptio.

Queres, quoniam lex hic vocetur *regalis*, et cur? *Primo*, aliquid, ut Cajetanus, censent legem regalem vocari eam quia reges jubent suos praefectos, nuncios, amicos a subditis honorari, juxta illud Assurici regis de Mardochaeo dictum: « Hoc honore conligimus, quocumque Rex voluerit honorare, » *Esther vi. 11*, *q. d.* Jacobus: Dum veto acceptionem personarum ne divites honoratis, pauperes spernatis, non veto honorem deferri regibus et magistratibus, qui divites sunt: hic enim eis debetur, ac lege natura, divina et humana praescriptus est. Verum nulla regum hic praescripta aut sequitur mentio.

Secundo, alii legem quamlibet censent vocari *regalem*, quia praescript et sancit id quod justum est. Justitia enim est virtus regalis, basisque regni et reipublicae. Unde Orpheus in *Hyimno vincto*, *v. 10*, id est *legem*, vocat « deorum hominumque reginam. » Et Cicero, *Philipp. i*, legem definit « rectam, et a numine deorum rationem. » Et Aristoteles, lib. III *Polit.* cap. ultim. ait, quod lex imperat, hoc imperare Deum. Omnis enim lex est derivatio et radius legis aeternae, quae est in Deo. Quocirca Archidamus roganti: « Quinam essent Spartano civitatis praefecti? Leges, ait, et legitimi magistratus. » Demaratus vero percontanti: « Cur exsulare Spartam, cum esset Rex? Quoniam, inquit, leges in ea sunt potentiores; » regales ergo sunt leges, quia regibus imperant.

Tertio, alii censent legem regalem vocari, quia ad regnum caeleste et aeternum nos ducit, itaque est a Deo, qui est Rex regum et Dominus dominantium; unde Syrus pro *legem regalem* vertit, *legem Dei*.

Quarto, Hugo, Thomas Anglicus et Glossa: « Lex regalis, inquit, est lex gratiae, puta lex Evangelica: hinc enim lege natura et Moesica eminet quasi regina, facitque nos reges, Apoc. cap. v, vers. 10.

Quinto gemine, lex regalis vocatur lex charitatis et dilectionis mutuae: de ea enim explicat Jacobus, dum illud subdit: « Diliges proximum tuum sicut teipsum. »

Proximi ergo dilectio est lex regalis; idque primo, quia charitas est omnium virtutum regina et princeps. Lex ergo charitatis est regis regalis, hoc est, eximia, splendida, magnifica omniumque prestantissima: sic dicitur amicus regis, virtus regis, inunus regum, id est, magnificum et excellens: tale enim docet regem.

Secunda, quia hec virtus decet et ornatur omnes homines, presentium potentis, principes et reges: hi enim uti ceteris virtutibus, ita claritate maxime eminerent debent, utpote quam subditis omnibus exhibent oportet. Hinc Christus constitutum S. Petrum principem Ecclesie, hanc namque claritatis virtutem quasi conditionem necessariam ab eo postulavit, dicens: «Simon Joannis, diligis me plus his? et coque respondente: «Etiam, Domine: tu scis quia amo te? respondit: «Pax agnos meos, » *Joan.* XXI, 15.

Tertio, quia hinc est præcipua lex Christi Regum regum: quam impense et creberrime commendavit, ut *Joan.* XI, 47: «Hoc nuncio vobis, ut loquamur diligatis. » Et *cap.* XII, vers. 31: «Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut et dilaxi vos. » *Joan.* XIII, 34: «Omne mandatum in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Bilectio malorum non operatur: pleniudo — ro leges est dilectio. » Lex ergo charitatis regum est, quia ceteras in se complectitur.

Quarto, lex charitatis est regalis, id est, communis et universalis, quia omnes obligat, atque ad omnes omnino homines, etiam inimicos, barbaros, pauperes, se extendit. Sicut ergo dicitur via regia, id est, publica, communis, quia omnes incedunt, non avia, vel devia: sic lex charitatis floscit via regia, quia niti habet obliquitatis, nec declinat ad dexteram vel ad sinistram. Ita Hugo et Dionysius. Unde per eam omnes justi et sancti incedunt, tenduntque ad eam.

Quinto, quia regibus omnibus et tyrannis, omnique minis et supplicis est superior. Hinc Christiani olim esse pro Confessionibus capti et damnata offerrebant morti et martyrio. Unde exclamat S. Nilus, *hom.* II *De Christi decore*: «O eligentium omnibus rebus profectorem, maxime regem! Que enim reges armis excitabant, se absque armis dissolvebat: que isti macerando prohibebant, hec dum maceraretur excitabat, et suorum caudibus trophæos contra macantes erigebat. »

Sexto, est regalis, id est, inviolabilis, ait Vatablus: leges enim regum sunt inviolabiles, nam qui legem charitatis violat, culpam sui generis et incendii meretur.

Septimo, Moysi lex fuit timoris, ideoque servilis; Christi vero est amoris, ideoque regalis. Aureum enim veteres punire undique coronas aureis cinctum, quasi totum regalem.

Octavo, denique lex charitatis est regalis, quia, ut ait S. Bernardus, *serm.* 84 in *Cant.*: «Amor ubi venerit, omnes in se tradit et captivum affectus, quasi Rex omnibus affectibus imperans. » Et mox: «Solum est amor ex omnibus animæ sensibus, motibus atque affectibus, in quo potest creatura, etsi lon ab æquo, responderi auctori, vel de simili mutam reddere vicem, » etc. Nam quam amat Deus, non alius vult quam amari:

quippe non ad aliud amat, nisi ut ametur, seipsum ipso amore beatus qui se amaverit.

Moraliter, lex regalis charitatis et Christi significat omnes Christianos Christi subditos, eaque præditos esse reges, ac habere animum regum, hoc est, amplum, præstantem, beneficentem et humanitatem in omnes, ut singulos tam pauperes, quam divites; tam externos, quam cives; tam malevolos, quam benevolos amare, juvare, proferre, promovere gestant: arctum enim, strictum et frigidum cor est privatorum, qui dum laxat querunt commoda, ideoque injuris, maleficiis, calumniis sese contrahit et ab injuriarum adventu: regum vero et principum cor est largum, liberale, excelsum, æquum instar solis, qui in omnes vires amicos, sive inimicos radios suos læta decem spargit, ut dixi *Inno.* XVI, 4. Hoc est quod ait S. Petrus, S. Jacobo concians: «Vos gentes eligit, regale sacerdotium, gens sancta, » *quod.* I, *cap.* II, vers. 9. Quocirca Saul videns charitatem Davidis, qui suo inimico, quem in potestate habebat, pepercit, eam accepit ut certam regni omen. «Nunc scio, ait, quod certissime regnaturus sis, et habiturus in manu tua regnum Israël, » I *Reg.* XXIV, 21. Simili modo dicitur Deus Davidi Salomoni regi latitudinem cordis, III *Reg.* IV, 29. hoc est, animi magnitudinem et magnificentiam, ut inter Judæos et homines esset et emineret animo, sapientia, consilio, judicio, equitate, charitate, providentia, regniique quasi regibus: esseque quasi pater inter pueros, quasi magister inter discipulos, quasi pastor inter oves, quasi dux inter milites: ita et Abdiensi Tyrano, Cajetano et aliis noster Vineta, lib. VI *De Rebus Salomonis*, *cap.* IV. Præclare Plinius in *Panegyrico Trojano*: «Ut felicitatis est, inquit, quantum velle posse; sic magnitudinis, velle quantum possis.

Porro hæc magnitudo animi inducit ejusdem rectitudinem, æquitatem, tranquillitatem in omnibus et per omnia, ut nullis blanditiis, muneribus, virtutibus, nullis convitiis, injuriis, ingrattitudinibus, etc., a rectitudine regne ac a beneficentia dimoveatur. » Honestum, ait Polybius, *serm.* 6, decorum est, aut decorum qui dicit proximi censentur. » Ex adverso: «Tyrannis servire præstat, quam affectibus, » ait Pythagoras. Quocirca præclare Jamblicus, *epist.* ad *Agrippam*: «Oportet, ait, legis præfectum summe purgatum esse, juxta summam legum rectitudinem; ac neque seductione, neque fraude falli per ignorantiam, neque vim inferioribus inferri, nec ulla occasione iniusta alibi: nam servatorem et custodem legum tam incorruptum oportet esse, quam summum fieri potest in humana natura. » Quamobrem lex regalis eadem est que perfectæ libertatis, ut eandem appellavit S. Jacobus, *cap.* I, vers. 25. Labor enim a meta, amore omnique alia cupiditate, que sibi obsequentes servituti sue mancipat, facitque servos, regalem habet

animam et regalia opera, ac probe regaliter legem admittit. Lex autem charitatis, quia onat cupiditatem, parit suam libertatem, ideoque est lex perfectæ libertatis, adeoque regalis.

Secundo, lex charitatis et Christi est regalis et aurea, non tantum quia objectum ejus est regale, aureum et excelsum, sed quia modus ejus pariter est regalis, aureus et excelsus. Voluit enim Christus nos eam implere liberaliter ex amore justitie, non servitute ex timore vindicte. Insuper Christus, juxta illud *Osæ* XI, 4: «In finibus Adam traham eos, in vineis charitatis, » legem regalem charitatis quam nobis imposuit, ipse exemplo suo prævit, quando pro nobis ingratul et peccatoribus ex immenso amore omnem suam vitam, corpus et sanguinem expendit, ut nos idem ejus amorem et exemplo faceremus.

Tertio, charitas est regalis, quia nunquam velut serva laborum sentit, sed ut domina voluptatum habet etiam in morte et tormentis. Unde S. Augustinus, tractatu 83 in *Joan.*: «Quam mirandi generis mors est, ait, cui non satis fuit non esse in poenis, nisi esset insuper in deliciis? » Id adumbrosum est in Samone, *Judit.* XIV, 8, qui ad dilectam suam Philistinam profectus legem occidit, ac remans in ore leonis reperit favum mellis; quia amor quemcumque difficillima sent, dulcia facit et mellea. Ita Martyres ibant gaudentes ad crucem et ignem, quis urgebat eos lex, nrebant, inquam, charitas regalis.

Quarto, denique charitas regalis est, quia amantem facit reges, eis que coronas et diademata regni in coelis imponit. Maxime vero amor inimicorum facit animum excelsum et regium. Unde Diogenes, Chrysostomus et Euthymius in *Psal.* IV, asserunt Davidem ibidem eum ait, vers. 1, «In tribulatione dilatati mihi, » postulare dilatationem cordis et magnanimitatis donum, ac latitudinem charitatis, qua etiam inimicos diligeret. Charitas ergo regalis est, quia omne hominum, omnem dignitatem, omnem eminentiam complectitur. «Purus rex captus ab Alexandro rogatusque quomodo se tractari vellet? Regio more, Respondit: Res sumque interrogatus, an aliquid aliud vellet? Respondit: Nulli; nam in regno more insunt omnia, » inquit Philarchus, *oral.* I *De Fortuna Alexandri*. Multo magis in regali charitate lege et amore jussum omnia. Quocirca si qua ingruit in nobis vel cum proximis pugna cupiditatum, litium, bellorum, litium derimat, vincat et triumphet charitas quasi Rex, lex et iudex omnium, juxta illud *Colos.* III, 12: «Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis; et pax Christi exculet in cordibus vestris. » Vide ibi dicta.

SECUNDA SCRIPTURARUM. — *g. d.* Lex regalis quam peritendam monui, est ea quæ dicitur et sancitur sacris Scripturæ tam veteris quam novi Testamenti, nimirum: «Diliges proximum tuum sicut teipsum: » hæc enim lex scripta et sancta

est *Levit.* XIX, 18, ubi dicitur: «Diliges amicum tuum sicut teipsum. » Amicum enim est quisvis proximus, qui nobis naturâ conjunctus est, ut ibi dixi; ut *Matth.* V, 43, ac *Rom.* XII, 9. S. Jacobus enim hæc Epistolam scripsit post Epistolam Pauli ad Romanos, ut ostendi in proximo, ac tunc quæ post Evangelium S. Matthæi. Hoc enim scripsit S. Mattheus anno Christi 41, ut tradit Eusebius et S. Hieronymus. Epistolam vero ad Romanos scripsit Paulus, anno Christi 58, ut ibidem ex Baronio docuit.

DILIGES PROXIMUM TUUM SICUT TEIPSUM. — Proximus est quisvis homo: hic enim compos est ejusdem nature nobiscum; ideoque factus est ad imaginem Dei, atque a Deo ad eandem destinatus est gratiam, gloriam et felicitatem æternam. Vide dicta *Levit.* XIX, 18, et *Rom.* XII, 9. Sensus est, *g. d.* Lex regalis charitatis, quam jubet dicitur: «Diliges proximum tuum sicut teipsum, » non accipit nec excipit personas, sed omnes tam pauperes quam divites, tam amicos quam inimicos, tam externos quam domesticos, eodem charitatis gratia complectitur. Hanc ergo ubique exarctas, ita non peccabis acceptione personarum, vel alio peccato. Omne enim peccatum violat legem charitatis.

BENEFICENTIS, — si nimirum legem perficitis, ut processit. Unde evidens est nos posse cum gratia Dei legem perficere. Perperam ergo hæc infunditur heretici.

9. REDARGUIT A LEGE. — Lex enim vetat acceptionem personarum, *Levit.* XIX, 15; *Deuter.* I, 17, et ibi. Ait, «a lege, » scilicet nature, que scripta et sculpta est in conscientia. Conscientia enim dicitur acceptionem personarum esse peccatum: unde de ea dicit Menander: «Mortalibus omnibus conscientia est Deus. »

10. QUICUMQUE ALIUM TOTAM LEGEM SERVAVIT, OFFENDIT ALIUM IN UNO, FACTUS EST OMNIUM REUS. — Occurrit obiectio. Ne quis enim dicat: Ego reliquam legem cævo, esto accipiam persone divitum; ergo sum justus, ergo salvabor. Fuit enim hic error Pharisæorum, et postea R. Moysi et R. Salomonis in *Psal.* III, I *De Providentia*, nimirum salvandum fore qui majorem partem legis servavit, et non totam: eo quod majorem habent acceperunt operum honorum, quam malorum. Respondit S. Jacobus, eum qui unam legem violat, omnes violare, hæcque omnium reum; ac proinde esse injustum, et reum gehennæ. Ita Boethius et S. Augustinus, *epist.* 29.

Quæritur, quomodo hæc sit verum? Nulli enim unam legem tantum violant, ceteras observant. Ergo minus tantum sunt rei, non autem ceterarum omnium. *Primo*, Auctor apud S. Augustinum, lib. *De Vera et falsa Poenit.*, *cap.* XIV, respondit fieri omnium reum, quia omnia peccata dimissa quodammodo per ingratitudinem deridit et impunitur. *Secundo*, Dionysius et Richardus Victorinus, lib. *De Incarnat.* *Vers.* part. I,

cap. xiv, dicunt fieri omnium reum, quia omnia merita amittit, ac si totam legem violasset, juxta illud Eccl. xviii: « Omnes justitiae ejus non recordabuntur. » Tertio, nisi censent fieri omnium reum, id est, lasere omnes virtutes acquiras, quia destruit eorum statum perfectum, generans scilicet habitum viliosum, qui eorum operationes impedit. Verum haec responsiones ad rem non faciunt. Cum enim ait Jacobus omnium fieri reum, « omnium » intelligit peccatorum; non peccatorum, meritorum aut vitiorum acquiratarum. Quarto, verisimilis Glossa, Tyrannus et alii aiunt, fieri omnium reum, quia eandem poenam damni incurrit, scilicet privationem gratiae, charitatis, vitamque moralem a iustisurum, meritorum, ac ipsas gloriam et civitatem perire ac si omnia praecpta violaret. Verum hoc non potest utique argui, tum quia nonnulli quomodo omnium mandatorum fiat reus, cum omnia non violat; tum quia reatus proprie culpam significat, non poenam, esto ex culpa sequatur obligatio ad poenam ipsaque poena.

Pro responsione: Nota quod paulo ante de Pharisaeis inquit et Burgensibus et aliis, nimirum illo tempore fuisse errorem et heresim Pharisaeorum, qui nil in explicandis praecptis legis modis errabant, ut ostendit Christus, Matth. v, haec pariter censent unum aut alterum legis praecptum transgredi non esse grave peccatum, quo Deus offenderetur, nisi quis omnia praecpta aut potiorum eorum partem transgredere: a potiore enim parte quam servat, censendum esse justum potius, quam ab una violata injustum; nec omne peccatum esse iniquitatem; nec nihil esse crimen si quis charitatis officium proximo denegat, dummodo morem circa Deum retineat. Contra hoc asserti hic Jacobus cum quibus uno offendit, fieri omnium reum, deique offensam et iram incurere, utpole qui tam unum quam alterum praecperit: qui enim universam legem contudit, singula quoque ejus praecpta condidit. Contra eosdem scribit S. Joannes, epist. I, cap. iii, aitque: « Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit; et peccatum, est iniquitas. » Rursus: « Qui non diligit fratrem suum, in tebris est, et manet in morte: qui odit fratrem suum, homicida est; » lege cap. iii, quod totum est de hac re.

Similis fuit error nonnullorum Christianorum tempore S. Augustini, ut ipse refert Euchar. lxxx, qui potabant se sanctos et salvos fore si dicerent elemosynam, etiamsi cetera praecpta violarent et flagitiose viverent, ex eo, quod Christus dixerit, Luc. xi, 41: « Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis. » Sicut nunc haeretici docent se et suos sanctificari et salvari per solam fidem, etiamsi legem Dei violent et multa peccata committant. Contra hoc omnes docet hic S. Jacobus impium et injustum esse, ac damnationis reum, qui vel unam legem Dei violat, et

nil radice erroris refringit, aut enim omnium fieri reum, tantum abest ut ea servasse, indigne justus denominari aut dici possit. Bonum enim, ait S. Dionysius, de Divin. Nomin., cap. iv, est ex integra causa, malum ex singulis defectibus. Ut enim opus sit bonum, debet omnes conditiones requisitas habere; quod si vel una desit, malum erit, non bonum. Simili modo, ut quis dicatur bonus et justus, debet totam legem servare. Si enim vel unam violat, erit malus et injustus, omniumque reus.

At qua ratione omnium, cum unam duntaxat violavit? Respondeo: « omnium » intellige conjunctionem, sive copulationem sumptorum, non copulationem. Omnes enim leges et praecpta integrant et constant unam totalem legem, sicut decem praecpta integrant et constant Decalogum, q. d. Qui unam legem violat, totam legem universalem, quae ex singulis legibus integratur, violat, spernendo legislatoris, puta Dei, majestatem et potestatem, ut sequitur. Violat ergo omnia, non singula, quatenus omnia constant unum totum: toto enim violato, violantur omnes partes quo illud integrant, quatenus illud integrant. Est ergo enallage totius universalis pro toto integro: nimirum « omnium », id est totius legis, q. d. Violat omnem, id est totam legem, violat integritatem legis: totum enim deperit desinitque esse totum, si una duntaxat pars ex eo dematur, esto ceteris in eo remanent. Sic qui fornicator, totum Decalogum, qui denominatur a quarto mandato, ex hisque instat unius compositi cohaeret, transgreditur. Esto enim cetera omnia servat, non tamen potest dici servasse et implisse Decalogum. Simili enallage dixit Jacobus, cap. i, vers. 2: « Omnia », id est totum plenumque, et gratulum existimate, fratres, cum in varias tentationes incidistis. » Ita Beda: « Qui, inquit, offendit in uno, fit omnium reus; non quod omnia legis praecpta violavit, sed quod legis auctoritatem contempserit, eoque premio merito caret, quod legis cultoribus propositum est. » Hanc esse sententiam patet manifesto ex ratione quam subdit Jacobus: « Qui enim dixit: Non machaberis, dixit et: Non occides. Quod si non machaberis, occides autem, factus es transgressor legis, » quae scilicet quasi totum quoddam quantum integratur ex singulis legibus, quasi sui partibus. Simili modo in musica unica vox dissona totam musicam et harmoniam corrumpit. Sensus ergo Jacobi est, quasi dicit: Justitia consistit in observatione totius legis: quare, ut quis justus sit et dicatur, debet totam legem observare; adeo ut si vel in uno, puta in personarum acceptione offendat, sit et dicatur injustus legisque praevicator; ideoque ipse divinus reus et condemnationi obnoxius. Lex enim et justitia legis est quasi una corona, una vestis, una eyelas aeva vestiens ornansque totum hominem; quae tota violatur, si vel unam ex ea partem demas aut viol-

let: sic enim tollitur ejus integritas, species et decor.

Hinc secundo, S. Augustinus, epist. 29 (quae tota est de hac Jacobi sententia): « Qui in uno, ait, offendit, fit omnium reus. » quia contra charitatem facit, unde tota lex pendet. « Reus itaque fit omnium, faciendo contra eam, in qua pendet omnia, » utpole in qua connixa sunt, sicutque quasi unum integrum charitatis mandatum: charitas enim est forma legum et virtutum omnium. Sic et (Eumenius, et S. Gregorius, hom. 27 in Evangelio): « Omnia, ait, praecpta unum sunt in radice charitatis. » Sicut ergo haeretici, qui non credit unum articulum fidei, perdit totam fidem non tantum unum articulum, sed et ceterorum omnium: esto enim eos dicat se credere, tamen non credit eos fide divina, sed humana: sic qui violat unam legem, perdit charitatem, non tantum illius legis, sed et ceterarum omnium, ut licet eas observet et faciat, tamen nullam observet et faciat ex charitate.

Hinc tertio, Dionysius: Fit, inquit, omnium reus, quia avertit se a summo bono, in quo omnia habent quandam connexionem: omnia enim ab eo manant, et eodem tendunt; ita ut si unum negligas, summum bonum non sis adepturus.

Hinc quarto, fit omnium reus, quia perdit Dei amicitiam, gratiam et vitam spirituales, atque incurrit mortem spirituales animae et reatum gehennae; perinde ac qui toto corpore armatus, excepta una parte, in illa lethalem plagam accipit, quae illum occidit aequae, ac si in ceteris omnibus plagam lethalem accepisset. Sicut ergo plaga unius membra vitam admittit et ceteris: ita unum peccatum, v. g. ebrietatis, non tantum admittit vitam sobrietatis contrariae, sed et ceteris omnibus virtutibus; ita Auctor Imperfecti apud Chrysostomum, hom. 33.

Hinc quinto, Hugo, q. d. Fit omnium reus, id est, perinde damnabitur quasi hostis Dei, ac si esset omnium reus, licet non tam graviter tantaque poena: sicut qui unam portam hosti aperit, omnes, totamque urbem aperit: hostis enim per unam ingreditur, urbemque occupat et vastat. Sic una scintilla ignis totam domum comburit; sic unum foramen in agere facit eluvionem totius fluminis, ut omnes agros inundet; sic modicum fermentum totam massam corrumpit, ait Apostolus, I Cor. v, 8.

Omnes ergo hi sensus connexi sunt, et ex primo quem proprie ait S. Jacobus, quasi rivuli e fonte et quasi conclusiones a suo principio deducunt. Omnes enim elidunt errorem Iacobi et ceterorum paulo ante citatum, et nonnullorum rudium Christianorum, qui censent salvandos fore eos, qui plura habuerint opera bona quam mala. Et ad hoc probandum abutuntur dicto Christi: « Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis, » Luc. xi, 41. Quos

refellit S. Augustinus, Euchar. cap. lxxxv, ubi jam dixi. Longe enim alia est mens Christi, nimirum avarus Pharisaeus hortari ad elemosynam, illum enim eluere peccata, non baptismos et lustrationes legales, uti Pharisaei putabant, q. d. Omnia interna et externa, quae vos, o Pharisaei, pulvis cinis aqua vestra lustravit, non illa, sed potius elemosyna eluuntur. Elemosyna enim si a peccatore fiat uti debet, nimirum praemissa contritione peccatorum et proposito restituendi bona male parata, abstergit culpam omnem, aut certe eo hominem disponit, illique ad postmodum Dei gratiam et misericordiam conciliat et impetrat.

Nota: Agit S. Jacobus de offensa gravi et perfecta, puta, quae sit peccatum mortale. Hoc enim est perfecta legis violatio, facileque omnium reum: tale vero non est peccatum veniale. Unde recte ex hoc loco colligunt Doctores distinctionem peccati venialis a mortali. Secundo, ex hoc dicto Jacobi non sequitur dogma Stoicorum et Lutheranorum, nimirum omnia peccata esse paria, aut connexa; imo Jacobus supponit posse fieri, ut quis servet totam legem, et tamen offendat in uno. Ita D. Thomas, I II, Quaest. LXXXIII, art. 1.

Mystice et moraliter, in uno offendens fit omnium reus, quia violatio unius legis sensum adicit et trahit ad violationem alterius et aliorum, tandemque omnium, v. g. nimius amor peccatis trahit ad frandes, illicitos contra. aus, lies, pugnas, verbera, caedes, rursus ad fastum, gulam, libidinem, tandem ad blasphemiam, haeresim et atheismum: peccata enim sunt colligata quasi funes, qui impium construngunt, juxta illud: « Funicibus peccatorum suorum constringitur, » Prov. v, 22; et: « Vae qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustrum peccatum, » Isaia v, 18. Vide ibi dicta, hoc est quod ait Auctor lib. De vera et falsa penitentia, tom. IV operum S. Augustini, cap. xiv: « Offendens, ait, in uno fit omnium reus, quia omnis virtus patitur detrimentum ab uno vitio: nam si quis cadit in avaritiam, largitatem destruit, et in castitatem immoravit: amor enim peccatis violaret castitatem, vel saltem minus amaret. » Hinc rursus unum peccatum remittit neque nisi remittantur cetera omnia, quia unum remittit nequit nisi infundat: ut gratia et charitas, quae tam ceteris omnibus, quam uni soli repugnat. Hinc discite quanta cura et studio quodlibet peccatum vitare, totisque animis virtuti et charitati studere debeamus. Quia, ut ait Nazianzenus in Carm. ad Virgines:

— Qui parvis obvisi ibi,
in nonquam precepit sceleris in graviora fererit.

Nam licet una virtus imperfecta possit esse sine alia, tamen una perfecta ceteras omnes plerumque adducit: virtutes enim in statu perfecto sunt connexae, ut docet D. Thomas, I II.

Quart. LXXIII, art. 1, ad 1. Similiter ex adverso unum vitium perfectum adducit cetera; unde S. Augustinus, *epist.* 29: «Quanto, ait, quisque gravius leviusque peccat, tanto in peccato committendo major, quanto in diligendo Deo et proximo minor. Tanto itaque plenior iniquitatis, quanto inior charitatis. Et tunc perfecti sumus in charitate, quando nihil restat ex infirmitate.» Et antierius ex sententia Stoicorum ista virtutum et vitiorum consecrationem ostendit: «Certe hinc possident qui unam virtutem habuerit, habere omnes; et omnes deesse cui una defuerit, quod prudentia, nec ignavia, nec injusta, nec intemperans potest esse: nam si aliquid horum defuerit, prudentia non erit. Porro, si prudentia tunc erit, si et iustus et iustus et temperans sit, profecto ubi fuerit, secum habet ceteras. Sic et fortitudo imprudens esse non potest, vel intemperans, vel injusta; si temperantia necesse ut prudens, fortis et iusta sit; sic iustitia non est nisi verax, fortis et temperans: ita ubi est una vera aliqua eorum, et alia similiter sunt. Ubi autem alia desunt, vera illa una non est, etiam si aliquo modo similis esse videatur, etc. Si enim virtus esset, a ceteris virtutibus tanquam inseparabilibus comitibus nunquam relinqueretur.» S. Ambrosius, *lib. V in Luc.* ad illud, *Beati pauperes*, etc.: «Connexa, ait, sibi sunt contentantiaeque virtutes, ut qui unam habent, plures habere videantur; et Sancti una competit virtus, sed ejus quae fuerit uberior, uberior est primum.

Seneca, *epist.* 67: «Nihil invenies rectius recto, non magis quam verius vero, quam temperato temperantibus; omnis in modo est virtus; modus certa mensura est. Constantia non habet que procedat, non magis quam fiducia, aut veritas, aut fides. Quid accedere perfecto potest? nihil. Aut perfectum non erat cui accessit. Ergo ne virtuti quidem; aut si quid adjici potest, defuit. Crescere posse imperfecte vel signum est: bonum omne in eadem cedit leges: juncta est privata et publica utilitas.» Idem, *epist.* 68: «Cum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus virtutibus utitur, fortasse cum una in promptu sit et maxime apparet patientia. Ceterum illic est fortitudo, cuius patientia et perpassio et tolerantia rami sunt. Illic est prudentia, sine qua nullum initur consilium, que suadet quod affigere non possis, quam fortissime ferre. Illic est constantia que deique loco non potest, et propositum nulla vi extorquente dimittit. Illic est individuus ille coelestis virtutum. Quidquid honeste fit, una virtus facit, sed ex consilii sententia. Quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur, etiam si ab una fieri videatur, optabile est.

Plutarchus, *orat. 1 De Fortuna Alex.* Magni: et Alexander, ait, confirmavit Stoicorum illud decretum: Quidquid agit sapiens, omnibus eum virtutibus agere, unamque virtutem aliquam primas obire partes, reliquis autem socias sibi per-

ficiendum rei adscribere. Ita in Alexandro videre licet bellicam virtutem humanitate temperantem, mansuetudinem fortem, liberalitatem in donando rei familiaris rationibus accommodatam, iram placata facilem, amorem temperantem, remissionem non otiosam, tolerantiam laborum non vacillantem solatio. Quis miscuit bello festivitatem, quis comensationibus expeditiones, quis obsequiis et rebus difficillimis gerendis nuptias et hymenaeos? Quis peccantibus quasi magis infensum, adversas res passis humaniorum prebuit? Quis pugnans gravior, veniam potentibus benignior fuit?

Simili modo peccatum unum, nisi illico per penitentiam deleatur, illico suo pendere ad aliud et aliud trahit, ac tandem cetera inducit. Est enim uti virtutum, ita et vitiorum catena a nexus. S. Gregorius, *lib. XXXI Moral.*, cap. xxxi, alias xvii, ult.: «Ipsa vitiorum regina superbia, cum devotum plene cor cepit, mox ipsum septem principalibus vitis quasi quibusdam ductibus suis devastandum tradit, quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dicio importune vitiorum multitudines oriuntur.» Et inferius: «Radix quippe cuncti mali superbia est, de qua *Eccl.* x, dicitur: nihilium omnis peccati superbia. Primum autem ejus soboles, nimirum septem principalia vitia, de hac virulentia radice profertur.» Vide eundem, *lib. VII Moral.*, cap. xii, in illud *Job vi*, 18: «Involute sunt semita gressuum eorum.»

11. QUESITUM DIXIT: NON MORCHABERIS, DIXIT ET: NON OCCIDIS. — Probat et ostendit eum qui in uno offendit, fieri omnium reum, ex eo quod omnia precepta sancta sint ab eodem legislatore Deo, cujus proinde auctoritas contemnitur et offenditur, si vel unum transgrediaris, perfide ac si omnia transgredieris. In legislatore ergo uno leges omnes coeunt, suamque habent unitatem, ut si unam violes, omnes violare censetur, eo quod legis integritatem violes, eo modo quo paulo ante exposui (1).

12. SIC LOQUIMINI, ET SIC FACITE. — Concludit Jacobus hortando ut jam dicta faciant, nec personas divitum accipiant, sed legem regalem dilectionis proximorum tam pauperum, quam divitum impleant, memores iudicii divini, in quo gravius damnabuntur Christiani qui cum viola-

(1) Scite Salvianus: «Si enim pro aditu suo servi dominis intemperant, non in se quidem in quibus obtemperaverint, obsequuntur. Quando enim servus ex domini sui jussu ea facit tantummodo, quae vult facere, iam non dominicum voluntatem implet, sed suam.» Ceterum recte moral Petrus, hinc, quo dicta sunt vers. 19 et 21, non reverenda esse ad metaphysicam subtilitatem, quae Jacobus omnia peccata paria esse, et eum qui unum violaverit legem, eandem poenam ac si omnes violasset, datum esse contemnat; sed id unum memore voluisse, ne unus quilibet legis transgressionem esse villipendat, quia Deum habet auctorem, cujus auctoritas etiam vel uno precepto laeso admodum violatur.

runt, eo quod ipsi a Christo legem libertatis acceperint, eaque ingrate abusi, imo eam transgressi sint. Sensus ergo est, primo, q. d. Quae hucusque docui, praesertim de acceptione personarum vitanda, et ei opposita dilectione omnium consecutanda, nimirum, acceptionem personarum repugnare fidei et religioni Christianae; ac proinde non licere fidelibus sperare pauperes, et divites extollere; sed tam circa illos, quam hos implendam esse legem, quae sancit: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*: hinc, inquam, accipite ut dicta non mea, sed Christi, itaque credite, ac sic loquimini cum de his sermo incidit, et sic facite fidem et sermonem in opus conferendo, cum res poscit opus. Ad quod simulatum vobis suggero, nimirum memoriam et metum divini iudicii, in quo Deus exactam a vobis tam de verbis, quam de factis singulis rationem posecet; eoque majorem, quo vobis dedit legem Evangelicam, quae regalis est et perfecte libertatis, ut jam dixi: hoc enim modo vicissim a Deo diligemini, et misericordiam in ejus iudicio consequemini. Ita Bada.

Secundo, Thomas Anglicus haec restringit ad preceptum dilectionis proximi, quod processit, quasi dicat: Loquimini proximis tam benigne, tam affabiliter, tam amanter, ac opera talia dilectionis eis exhibete et facite, ut ipsi sentiant se a vobis diligi, vosque implere dilectionis divinae mandatum.

Tertio, Ferrandensis, q. d. Loquimini honeste, Christiane, religiose, ut decet discipulos Christi; non inhonesta, Gentilitia, mundana: talia enim congrunt carnalibus, Gentilibus et mundanis.

Quarto, generalis Dionysius, et noster Lorinus, q. d. in verbis et factis omnibus tam prudenter, honeste et ardentem vos gerite, quasi mox sitis iudicandi per legem libertatis, id est Evangelicam, quae a suis tanta libertate donatis, majorem exigit perfectionem. Unde concinens Jacobo S. Petrus, *epist.* 1, cap. iv, vers. 11: «Si quis loquitur, inquit, quasi sermones Dei (quod Jacobus ait, sic loquimini); si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus (quod Jacobus ait, et sic facite): ut in omnibus honorificetur Deus.» Primus sensus magis generalis, magisque textui adequatus videtur.

SICUT PER LEGEM LIBERTATIS (Evangelicam, de qua 1, 23) INCIPIENTES JUDICARI. — Graeco *αδελφους κρινεται*, id est *futuri iudicari*, hoc est iudicandi. Verum *αδελφους* in Scripturis saepe idem est quod *incipio*, ut patet *Apost.* iii, 10, et *cap. xviii*, vers. 14; *Joan.* iv, 47, et alibi, eaque significatio hic est aptior et efficacior, q. d. Instat iudicium illudque mox inchoandum est: ad illud ergo vos assidue comparate: quare sic facite, et sic loquimini, quasi memores vos brevi iudicandos, omniumque delictorum et factorum rationem Christo iudici redditorios. Lex enim Evangelica cum sit lex libertatis, non tantum exactam, sed et liberam ac liberalem exigit mandatorum Christi

observantiam. Incipit ergo Deus nos iudicare illico in hac vita per iudicium conscientiae, quod suum quasi tribunal in mente hominis constituit, ac saepe per plagas externas, et internas minas quas peccatoribus infligit; propria vero per iudicium particularis, quod animae subit in morte; perferit vero illud in extremo mundi die, in quo non iudicabit secundum legem libertatis, id est, Evangelicam, non Moisaicam.

Moraliter docet Jacobus non in omnibus dictis et factis recordari iudicii Christi, et iudicii divini; illud enim vicium esse, imo ex nunc facere. Inspirationes enim et minas a Deo interiori menti immissa, ac monitiones et reprehensiones Concionatorum, Confessorum, Supplicium; item adversitates et plaga a Deo inflictae, sunt quasi inchoatio iudicii extremi mox sequenti. Adde: Vita haec brevis non est aliud quam cursus ad mortem, mortisque inchoatio et continua persecutio; in morte autem fit iudicium animae particulare, quod est inchoatio, imo compendium et praedictum certum iudicii universalis et extremi. Hoc est quod ait Jacobus, cap. v, vers. 9: «Ecce iudex ante januam assistit.» Et S. Paulus Aropagitas impellit ad penitentiam metu iudicii, *Act.* xvii, 30; eoque ac Felicem Praesidem, *Act.* xxiv, 25, idem *Hebr.* xi, 27: «Statutum est, ait, hominibus semel mori, post hoc autem iudicium.» Barsam iudicium hoc incubat Romanis, cap. ii, vers. 5; et Corinthiis indigne communicandis, *1 Cor.* xi, 49; et Thessalonicensibus, *epist.* ii, cap. 1, vers. 8; et S. Joannes, *epist.* 1, cap. iv, vers. 17: «Ut fiduciam habeamus, ait, in die iudicii.» S. Iudas vers. 13, ex Henoch propheta: «Ecce, ait, venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes.» S. Petrus, *epistola* ii, cap. iii, vers. 10: «Adveniet, ait, dies Domini, et fitur, in quo caeli magno impetu transient, etc. Igitur quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, expectantes et properantes in adventum dñi Domini.»

S. Clemens, *epist.* 1, narrat S. Petrum dicere solum: «Quis peccare poterit, si semper ante oculos suos iudicium Dei ponat? Praeclare Clemens, *gradus* 20: «Sicut, ait, qui esurit, recordatur panis; sic qui salvari cupit, non potest non recordari extremum iudicium.» Unde illud obversans jugiter morant S. Augustinus ante conversionem, ardorem concupiscentiae in eo si non extinguebat, curae refrenabat, ne tot tantaque peccaret, ut ipse referat *lib. VI Confess.*, cap. iii. Et S. Hieronymus, *epist.* ad Florentium: «Ego, ait, cunctis peccatorum sordibus inquinatus, diebus ac noctibus opprimer cum tremore reddere mentisimum quadrantem.» S. Ephrem assidue mente versabat Dei iudicium, ideoque in continuo erubet timore, compunctione et lacrymis, quibus pleni sunt ejus libri et tractatus omnes. Sapiens ergo est qui huius sapientes, ac nominatim S. Jacobum

his secutus, sic loquitur, sic facit omnia sua, sicut in die iudicii de his Deo iudici respondero, et exigenti rationem reddere cogit et destinat, ut sapienter monet S. Gregorius, hom. 1 in *Evang.*: « Illum ergo diem, ait, fratres charissimi, tota intentione cogite, vitam corrigite, mores mutate, mala tentantia resistendo vincite, perpetrata autem libenter punite: adventum namque aeterni iudicii tanto severiores quandoque videbitis, quanto nunc distributionem eius timore provovitis. »

13. *Imperium sicut vultu ostendit* (supple. erit) illa quoque sicut ostendit. — Hic etiam procedimus ad obsequium. Dixerat enim Jacobus de nos loqui, sic nos facere debere omnia, ut semper in memores iudicii divini illud nobis concitemus, itaque benignum et propitium explemur. Jam docet modum illud conciliandi, esse misericordiam juxta promissum Christi: « *Bene misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur, Matth. v, 7. Ex adverso enim qui non dicit misericordiam, et experietur illud rigidum, et sine misericordia, et id est immiserere. Sub iudicio intellige metonymice ipsam damnationem, qua iudicio divino impiis et immisericordibus indiget, Matth. cap. xxv, 42. Item docet Christus parabola illa servi immisericordis, cui herus omne debitum decem millium talentorum jam condonatum revocavit, eo quod conservo suo noluisse condonare centum denarios, Matth. xviii, 24. Græce est elegans paronomasia: *et ipse servus, dicitur, et ex revocavit dicit, q. d. immisericos et crudele iudicium subitit crudelis et immisericos. Censam dat S. Gregorius, hom. 13 in *Evang.*: « Pense, ait, fratres, qui conclusit pietas Dei duritiam nostram non est jam quid homo excusationis inveniat. Deus despiciat et expectat: contemni se videt, et revocat: injuriam de contemptu suo suscepit, et tamen quandoque reverentibus etiam premia promittit: ideoque postquam Jacobus dixit misericordiam superexaltare iudicium, recte addidit iudicium strictum subiturum eum, qui hanc ineffabilem misericordiam non fuerit imitatus. » Quæ ergo non facit misericordiam in egenos, excludit a se Dei misericordiam, ait *Cyrenæus*.**

SUPEREXALTAT AUTEM MISERICORDIA IUDICIUM. — Potest accipi hic misericordia, vel divina, vel humana. De divina multi eum S. Gregorio jam citato accipiunt, q. d. Misericordia Dei superat Dei iustitiam et iudicium, quia Dei proprium est misereri et parcere. Unde lapsus generis humano peccante Adamo, cum iudicium vellet omnes punire et damnare, occurrit victurus misericordia, decernens ut homo redimeretur per Verbi incarnationem et passionem. Licet enim in Deo omnia attributa sint equalia, ac tanta sit iustitia, quanta misericordia, tamen magis ipse utitur et exercet misericordiam, quam iustitiam. Nam, ut ait Paulus, *Psal. cxlviii, 9, et miserationes ejus (Dei) super omnia opera ejus.* Unde et misericordia Dei impio

punit ultra condignum, et plus præstat ultra condignum, ut habet communis Scholasticorum sententia.

Hinc aliquid apud Bedam sic exponunt, q. d. Plures per Dei misericordiam salvantur, numerum qui fecerunt misericordiam, quam per iudicium damnentur: plures sunt electi quam reprobi. Hoc in angelis verum est: plures enim steterunt, quam ceciderunt: unde *Apoc. xii, 4*, dicitur draco traxisse tantum tertiam partem stellarum, id est angelorum, mystica: nam alius literalis ejus loel est sensus, uti ibidem dicam.

In hominibus falsum est. Certum enim est longa maiorem hominum partem damnari, si omnes omnino, etiam Gentiles, Saraceni, et hæreticos comprehendas. At, si tribus hisce exclusis solum Catholicos accipias, censent nonnulli plures ex eis salvari, non modo parvulos (hi enim omnes pene salvantur, cum omnes pene baptizantur), sed et adultos, eo quod plerique omnes in fine vite suscipiunt aeterna Sacramenta, quibus peccata omnia expiant, itaque expiati in statu gratiæ et salutis decedunt. Raret parabola nuptiarum regni cælestis, à quibus unus solus ex vitalis exclusus fuit, eo quod non haberet vestem nuptialem; *Matth. xxii, 12*: ubi unus ille representat totam multitudinem reproborum. Ita ex silvestro Franciscus Sarez, *De Deo. trino et uno, lib. II, cap. iii.*

Verum ex adverso plures ex Christianis adultis damnari quam salvari, suadere videtur ratio et auctoritas. Ratio, *prima*, quia a longe plures fuerunt dimitti tam in statu legis naturæ, utpote in quo omnes perierunt per diluvium, ex quo solus Noë justus cum suis filiis coramque uxoris evasit, quam in statu legis Mosaicæ, utpote in quo omnes egressi ex Ægypto, puta sexcenta hominum millia et amplius, ob murmur et peccata perierunt in deserto, tantquam duo, puta Josue et Caleb, ingressi sunt terram promissam: filii autem pereuntium qui ingressi sunt eandem, non fuerunt meliores parentibus; multi etiam Christiani iis non sunt meliores. *Secunda*, quia longe major pars Christianorum vivit in statu peccati mortalis: juxta regulam autem S. Augustini, sicut quis vixit, ita et moritur, ut raro qui male vixit, bene moriatur, et vice versa. Dices: Omnes suscipiunt S. Sacramenta in fine vite. Respondedo, non omnes: nam multi in preliis, navibus, montibus, pagis, etc. moriuntur sine Sacramentis. Rursum ex iis, qui ea suscipiunt, multi et male suscipiunt, ac proinde peccata non expiant: multi enim laborant ignorantia crassa articulo- rum fidei, quos explicitæ scire et credere tenentur, æque ac Sacramentorum; ac præsertim ignorant efficacem propositum abstinenti à peccatis quam fortis et constans resolutio animi requiratur ut propositum censeatur esse absolutum et efficacem. Alii esto sciunt necessaria salutis, tamen

vivunt incurii suæ salutis, toti intenti colligendis divitiis et dignitatibus, fabricandis domibus, hortis, vineis, etc., ut raro, vel nunquam de Deo et vita æterna, deique conscientia sua cogitent nisi in Paschate, hique idcirco tantum quia coguntur præcepto Ecclesiæ confiteri et communicare, hique se immergant, imo obruant. Alii irrediti sunt usuris, simoniis, bonis injustis que restituere nolunt. Alii habent pellices, vel abecenis amoribus sunt impleiti, ut iis se expedire nequeant, quia serio se expedire nolunt. Alii fovent lites, rixas et odia immortalia. Denique multi esto sciunt propositum efficacem requiri ad absolutiorem, tamen illud procurare et habere non satagunt, sed habere se simulat, imo sibi ipsis falso persuadent. Est enim propositum hoc serium res ardua, sublimis et difficilis: multo autem non vni sibi adhibere, et ad rem tam arduam totis viribus committi, præsertim in morbo et articulo mortis, cum ratio, iudicium, sensus et vires hominis debilitantur et sopiuntur: unde ex habitu leti annorum in morte formant tale quale solent in Paschate, scilicet superficiale, verbale et inefficax.

Hæc enim justa animadversione punitur peccator, ut qui vivens oblitus est Dei, moriens obliviscatur sui, ait S. Gregorius et S. Augustinus, *lib. III De Libero arbitrio*. Illa est pena peccati iustissima, ut qui rectum facere cum posset, noluit, amittat posse cum vult. Porro multos cavere hoc serio propositum colligitur ex variis indiciis. *Primum* est, quod hoc propositum oblitæ ameli alijant in Paschate ad hoc ut confiteantur, quia ad hoc a Pastoribus coguntur: unde hoc propositum magis extortum est et coactum, quam liberum et spontaneum: hinc mox a Paschate et confesione ad suas cupiditates, vitia et scelera redeunt, ut multi redeunt ad eadem post confessionem in periculo mortis peractam, si periculum hoc evadant et revalescant: qui reditus signum est illud propositum fuisse coactum, et meta mortis extortum, non sincerum et serium.

Secundum, quia multi malos habent habitus i. e. ebriandi se, fornicandi, etc., rixandi pejerandi, nãdiciendi quos deponere nolunt, aut si volunt, non adhibent remedia ad rem tam inutilitatem deficiendam necessaria. Porro, præ reliquis vitis passim in hominibus donantur luxuria et superbia: hæc duo potentissima sunt implentia infernum.

Tertium, quia multi habent præcepta pœnæ ut vitiosa, propositum huic directe contraria, in quibus a puero contruntur, adolescent et vivunt, v. g. injuriam tibi et tuis factam talione esse vindicandam: iniquiorum, vilem et infamem esse qui id non faciat: duellum si offeratur esse acceptandum, ne honor perdat: in conviviiis mulibet ad æquales haustus propinanti esse respondendum, ideoque inebriandum: ante omnia

consulendum esse stato, proventus, tamis: ut statum, honoremque rebus vel angustis, omni modo evitandum: nec evandam leges Ecclesiæ, vel Dei, si obstant: vitam et fortunam tuendam esse præ omnibus, etiam cum dispendio legis Dei: non esse tolerandas inominias, calumnias, verbera, sed par pari referendum. Hæc autem dictamina et principia data occasione serpius actu cogitant, destinant, confirmant, ac nunquam deponunt, ne in confessione quidem, adeo ut, si a Confessario de his præcisè rogentur, respondeant se in iis perstituros: quia, ubi agitur de honore, hæro aut commodo, non curant conscientiam, nec Deum, nec infernum. Porro hæc proposita habitualiter, imo virtualiter semper in iis manentia ex diametro repugnant proposito serio cavendi omnia peccata, hique legibus per omnia obediendi: atque Condonoatores sæpe hæc non docent, non explicant, non inculcant, sed communem tramitem explicandi evangelia sequuntur, peccatoribus commendant passionem Christi, misericordiam Dei, largitionem elemosynarum, et cultum B. Virginis, quod illa sui cultores non sint perire, nec descendant ad vitam huic illive loco propria, ut contra ea tonent et fulminent, æque extirpent: unde urbes et populi manent in iisdem malis legibus, consuetudinibus, propositis, vitis, nec ullum, vel æquum ex concionibus omnibus trullum referunt. Mutent ergo modum concionandi, si Deo, conscientia, Ecclesiæ et auditoribus consulere satagunt, ut conscientias feriant, ex iisque omne malum semen, quod in tali loco grassari sciunt, stirpitibus evellant.

Quartum esto aliqui in morte confidentes concipiant verum propositum, tamen post confessionem, si pluribus diebus, ut fit, decumbant, recurrit memoria pristinarum cupiditatum, quæ animam iis se pascere solitum, ad consensum flectunt, ut in pravam cogitationem et delectationem merosam præteritis et solite voluptatis illicitæ consentiat: præsertim quia demon tunc eandem menti obijcere et refricare solet, gravissimoque hominem tegitare in ultimo illo duglo, adeoque in ipso æque, quo anima et corpore migrat: permittit enim id demoni Deis iusto iudicio in penam scelorum et negligentia, qua sani et vegeti cupiditates illas mortificare non curant, sed eis indulserunt quasi equus et mulus: quare tunc multi succumbunt et pereunt, cujus rei plura funesta exstant exempla. Vere enim dixit noster R. P. Franciscus Villanova, uti refert P. Saechinus, tom. II *Hist. Societ.*, lib. I, a. 131: « Passi et vitium quod in vita mortificare neglecti, acriter tentabit te ingruente morte. »

Quintum, virtus, salus et gloria cælestis est res sublimis et ardua, superans omnes nature vires: ex altera parte hominis natura per peccatum corrupta, et plane ad res terrenas depressa est, tamque vivi in ea sunt affectus terreni et cupiditates

opum, ho...orum; commoditatum, deliciarum, ut vix apprehendat ut capiat res celestes, multo tutius ad eas se erigat, et totis viribus conitendo assurgat. Esto enim gratia Dei proveniat, tamen illa pericula se habet in homine lapsos, ac medicina in homine infirmo et prostrato, ut illum vix erigere queat; et, si erigat, facile rursum collabatur et correat. Quare in hac generali natura corruptionis, tacta est oculis et inter tot occasiones et tentationes carnis, mundi et demonis, tibi in aliquod peccatum mortale; ex eo autem resurgere per penitentiam et proposium efficacius, arduum est et periculosius. Atque hoc sunt due cause, et quasi duo poli, in quibus veritas hujus questionis cardo, pura damnationis multitudine, et salvandorum paucitas. Vero isti enim gnomo S. Justini apud Damascenum, lib. II *Patriarchi*, cap. lxxxvi: «Animos ad in bonis quibus excidit, nec revocari potest; ac rursus ab his quibus assuevit malis, non facili extrahi potest.» Sane harum rationum momenta et experientia coegerunt viros sapientes, ac inter eos nostrum Beneficentium Justinianum emulare sententiam, ut, cum prius sensisset plures Christianos salvari, hoc loco sententiam revocat, censensque plures damnari. Romae plures audivi idem sentientes, ac inter eos nuper celebris quidam doctor et confessor passim predicabat, confessiones eorum qui impenitente morte confitentur, cum male videtur, ceteris antea tota vita factis esse deterioribus. Quin et S. Augustinus, serm. 37 *De Tempore*: «Nec illud servet, inquit, ut in extremo vite sue tempore, tunc penitentiam petat, quando eam agere non possit, inutilis est enim, dilectissimi, ista persuasio.» Et mox: «Ideo penitentia que a moriente tantum petitur, limbo non ipsa moritur. Et ideo, dilectissimi, quicumque invenire vult misericordiam Dei, sanus agat penitentiam in hoc seculo, ut sanus esse valeat in futuro.» Idem ibi. 41 inter 60: «Agens, inquit, penitentiam, et reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus, a Cansam subdit: «Si vis agere penitentiam tunc quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa, ergo tunc certum, dimittit incertum.» Idem *De Verbis Domini secundum Lucam*, serm. 24: «Vivite bene, ne male moriamini.» Eadem rationes idem mihi pene persuadent, ut, licet in nonnullis oppidis, locis, populis bene indoctis et educationis, ubi scilicet insignis sunt magistri, pastores, confessarii, senatores, gubernatores, qui a seculo a pœro populum in fide et pietate erudiunt, nutrum et favent, plures salvari credant; tamen in multis aliis, ubi bene desunt, ubi scilicet magna est ignorantia et incuria salutis, atque ubi indoles gentis perversa, prava educatione aut societate nutritur et roboratur, plures damnari quam salvari opinari, aut metum.

Accedit auctoritas, primo, S. Scripture: «Hoc seculum fecit Deus propter multos, futurum au-

tem propter paucos: sicut terra dat multam materiam ex qua fiunt florilla, paucam vero ex qua fiat aurum et argentum. Nulli quidem creati sunt, sed pauci salvantur,» ait lib. IV *Ecclie*, cap. viii, vers. 1, 2, 3, qui liber dicit non sit canonicus, tamen suam habet auctoritatem. Rursum: «Multi sunt vocati, pauci vero electi,» *Matth.* cap. xx, vers. 16, ubi passim interpretis docent plures Christianos damnari, paucos salvari. Ha Origenes, Euthymius, Beda, Hymno, S. Thomas, Lyranus, Abulensis, Dionysius, Arias Montanus et alii, ne Maldonatus in cap. xxi S. *Matth.* vers. 14, Ludovici Molina, I *part.*, *Quest.* XXIII, art. 7. Eius Cojetanus explicans parabolam quinquaginta virginum futurarum et quinquaginta prudentium, *Matth.* esp. xxi, vers. 3, opinatur numerum salvandorum et damnandorum esse æqualem, totque salvari quot damnari. Insuper clara sunt verba Christi: «Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via est que ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quoniam angusta porta et arcta via est que ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam!» *Matth.* cap. vii, vers. 13; scilicet, ut ait Salas, cap. xvi, vers. 13: «Quomodo si paucæ olive que remanent, exultantur ex olea, et racem cum fuerit finita vindemia.» Et Michæas, cap. vii, vers. 1: «Vae mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumnis radices vindemia.» S. Anselmus illic faciens incidit in venditores et eos persequentes leporem, qui cum jam pene esset in ore canum, accitit ad pedes Sancti totus tremens et sudans. Manu eum excepit S. Anselmus, dixitque sociis: «Talis est anima in extremo periculo vite, quam canes infernales persequuntur, et devorare contendunt.» Ita habet ejus Vita.

Deinde favet huic sententiæ auctoritas Patrum. S. Augustinus, lib. III *Contra Cresconum*, cap. lxxv: «Ipsi, ait, boni verique Christiani, qui per seipsum multi sunt, comparatione malorum falsorumque fidem pauci sunt. Sic multa grana quibus herba nulla complentur, pauca dicimus in comparatione paleorum.» S. Chrysostomus, hom. 40 ad *Popul.*: «Multo sunt plures gehennam ingredientibus, sed magis est regnum cœlorum.» Idem *clarius*, hom. 40: «Quot, inquit, palus est in hac civitate nostra (Antiochia) qui salvi fiunt? Infestum est quod dicturus sum, dicam tamen: Non possunt inveniri in tot millibus centum qui salvantur, quin et de his dubio. Quanta enim in juvenibus multitudo? quantus in senibus torpor, etc.?

S. Gregorius, hom. 19 in *Evangel.*: «Ad fidem plures veniunt, sed ad eclesiam regna pauci perducuntur.» Idem fase probat Alfonso Mendocina *Quest.* I *positiva*, «An numerus predestinatarum superet numerum reproborum?» concl. 4, qui inter cœtera depravatios sæculi nostri mores recensens: Ad, inquit, aulas, tribunalia, officinas, nundinas, militia, fora, naves, circos, etc., et ibi puerorum, adolescentium, virorum, se-

quique corruptissimos mores intueri, perjuriam, invidiam, detractiones, fraudes, convicia, rixas, obsequenitas, corrupta desideria, superbiam, avaritiam, edacitatem, vinolentiam, etc., profecto necum senties dicemus: Nemo, aut unus alterve horum est, qui salvis suis memor ad Deum aliquid revertatur, juxta illud *Psalm.* xiii, 1: «Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum;» et *Michæas*, vii, 2: «Perit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est.» He rationes et hæc sententia magnum cuique de salute injiciunt metum sanetumque timorem, ut juxta Apostolum eum timore et tremore eam operetur, ac proinde conscientiam suam serio indagat; et si que in ea principia et dictamina saluti contraria inveniat, proas abneget et evellat, cor et voluntatem a nimio otium et honorum amore abstractat, cupiditatibus generose resistat, totumque se Domino, Deique legi assigat, inmens omnia pati, omnium iacturam facere, et milles mori potius, quam eum offendere, aut ejus gratiam et amicitiam perdere. Cum enim tam multi etiam Christiani damnentur, tam pauci solventur, quis non limet? quis non inter paucos esse satagat? quis non personam salutis studiosè devertat? quis non eam omni modo assecuret? Unum enim habemus animam, non plures: una perdit, omnes perditur; atque irrevocabili in omnia æternitatem, ut per eam futura sit misericordia aternitatem, ac in æternum oris felicissimum et gloriosissimum. Hoc cogita, quisquis hæc legis. Vive Deo, vive æternitati.

Secundo, ait, ut Damascius, II *Parallel.* cap. xvi, Catharinus et Salmeron hic accipiunt hæc de misericordia humana, ut sit antithesis cum hemistichio præcedenti, q. d. Judicium rigidum et sine misericordia erit et qui non fecit misericordiam: qui autem fecit misericordiam, habebit judicium mixtum magna misericordia, adeoque misericordia superabit judicium, ejusque severitatem fleabit et mollet. Unde Vatablus vertit, *misericordia non resistit iudicium*; Syrus clare, *exaltati tunc per misericordiam super iudicium*. Misericordiam impetrant per misericordiam et eleemosynam remissionem, vel mitigationem pœnæ peccatis suis debite, et in iudicio Dei eis indulgentie; atque si in peccato lethali sint, per eleemosynam disponunt se ad misericordiam, gratiam et iustitiam a Deo impetrant, eamque de congruo merentur et a Deo impetrant: quo fit, ut in iudicio hoc peccatum non damnandi, sed absolvendi sint. Misericordia ergo superat et elidit rigorem iudicii, atque a manu iudicis quasi virgam et flagellum extorquet, ut reus eo flagellandus immunis et liber abeat.

Hoc est quod ait Sapiens, *Proverb.* xiv, 21: «Misericordia et veritas preparant bona.» Et *Ps.* xl, vers. 1: «Beatus qui intelligit super egenum et

pauperem, in die mala liberabit eum Dominus;» et: «Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.» *Matth.* 7, 7. Denique Christus in die iudicii electos omnes, ob exercita opera misericordiam ad iudicium coelo, reprobos vero ob ea neglecta inferno, *Matth.* xxv, 31.

Tertio, plenus et adæquatus est sensus, si primum cum secundo jam dato jungas, et misericordiam hic accipias tam humanam quam divinam, q. d. Misericordia hominis misericordia provocat misericordiam Dei, eamque sibi advocatam et patronam adseisset: utraque autem tam potens et efficax est propter eam, ut ejus iudicio et justitie resistat, eamque vincat et elidat. Est propositio. Iudicium enim et misericordia finguntur quasi due personæ, gigantes apud Deum de homine peccatore et reo: iudicium quasi actor eum accusat reumque damnationis agit; defendit et excusat misericordia, impetratque et facit ut absolvat, liberque abeat.

Sic visus est S. Joanni Eleemosynario misericordia quasi virgo pulcherrima, splendide vestita et oblongis coronis in capite redimita, incedens cum ad eleemosynam, dicens se esse filiam summi Regis, eique familiarissimam et gratiosissimam, omniaque qua vellet ab eo obtinere, ut referat Leonius in ejus Vita, *Exaltatus*, ait, Joannem a somno, eumque subridens et loto vultu hilariter intuens, dixit: «Sum prima ex filiabus magni Regis. Si tu me filiâ nullam paraveris, potero te efflicere familiariter. Nullum enim majorem est apud eum quam mihi fiducia, quoniam ei ut e celo descenderet in terram, et carnem acciperet humanam, ego perstasi.» Quodam Joannes deinceps in pauperes fuit liberalissimus, nosque vocabat dominos suos; causamque dabat: «Nam illi tolli, ait, nihil possunt operari ferre, ut a Christis regno non excedam.» Ita explicat S. Augustinus in *Ps.* cxliii, dicens: «Superponitur misericordia iudicio, in quo inventum fuerit opus misericordiam, etsi habuerit aliquid forte in iudicio quo puniatur, tanquam unda misericordia peccati ignis extinguitur.» Et S. Hieronymus ad *Nepotianum*: «Non memini me legere, ait, mala morte mortuum qui liberatur opera charitatis exoritur: habet enim meliores intercessores, et impossibile est multorum pœnæ non exaudiri, et ut impotentem et contumeliam et penitentiam, si sit in peccato mortali, ne in eo decedat et damnatur, juxta illud *Tobia*, iv, 11: «Eleemosyna ab omni peccato a morte liberat, et non patitur animam ire in tenebras.» Ubi vide Serapionem et Bellarminum, lib. III *De bonis Oper.*, cap. iii.

Jam verba ipsa præcisè expendamus et explicemus. «Superexaltat autem misericordia iudicium,» hoc est, misericordia exaltat se supra iudicium, superat et vincit iudicium, ejusque rigidam damnationis sententiam, cui peccator obnoxius est, infringit et abolet, dum facit ut misericordes secundum misericordiam solventur, et non per

judicii rigorem et severitatem dementur. Interpres noster legis videtur *καταλαβόντων* (et sic habent aliqui codices Graeci), id est, cervicem erigit, collum attollit contra iudicium; *αὐτοῦ* enim Graecis est *cervea vel collum*; unde *καταλαβόντων* idem est quod *cervicem attollit, superbio*; et *καταλαβόντων*, quod Noster vertit, *manu exaltat*, cap. III, vers. 3. Superexaltat ergo misericordia iudicium, id est, exaltat se contra iudicium, super iudicium cervicem attollit, *g. d.* Misericordia est iudicii victrix, et quasi iudex illud discernit et iudicat: habet enim altius tribunal, ut iudicium sententiam irritare aut mutare possit, sicut rex et Pontifex irritant aut mutant sententias Cardinalium vel principum. Sicut ergo a Cardinalibus ad Papam, ita a iudicio ad misericordiam a misericordibus fit appellatio; adeoque qui in iudicio ob peccata stabant capite demisso et pavidi, quasi dammandi, in tribunalis misericordiae ob misericordiam, quam fecerunt, caput erigunt, certamque absolutiois gratiae et gloriae sententiam expectant. Unde noster Mariana sic explicat, *g. d.* « Misericordia iudicio superior est. » Et Emmanuel Sa : « Misericordia, ait, superat iudicium, scilicet hominem, id est, collocat eum super iudicium, hoc est, facit evadere condemnationem. Aliqui legunt *superexaltat iudicio*, id est, prevallet iudicio, scilicet liberans hominem a condemnatione. » Et Thomas Anglicus : « Misericordia, ait, exaltat iudicium, quia major est veluti curia misericordiae quam iustitiae: sicut fiet a minore curia appellare ad maiorem, ita a curia iustitiae ad curiam misericordiae. » Sicut Romae multi causam quam perdiderunt in signatura iustitiae, impetrant in signatura gratiae, quocirca suadet Paulus: *Uel. IV, 16*, dicens : « Ad iudicium ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. » Unde S. Cyrillus, vel potius Chetovans (hic enim medicus octo Cyrilli libros perditos supplavit), lib. V in *Joan.* cap. XIV : « Supra iudicium, ait, exaltatur misericordia, sicut oleum super aquam : » sicut ergo oleum aquae supernat, ita misericordia superat iudicium.

Porro Graeca nunc habent non *καταλαβόντων*, sed *καταλαβόντων*, quod respondet Hebraeo *וְיָרִיב מִחַלְלֵי*, id est, gloriatur misericordia contra iudicium, quasi illud superans et in causa triumphans : sicut qui litem vincit solet gloriari de victoria contra partem adversam. « Glorior » ergo, id est, vincit, exponit, obtulit, habet iudicium, ait *Οὐνοθεν* ; *καταλαβόντων* enim ponitur pro *κατ'*, per cataphresin, quia victoriam comitari solet gloriatio. Rursum gloriatur contra iudicium, id est, damnationem, hoc est damnationi quasi superior et victrix insultat. Huic lectioni et sensui aliqui adaptant nostrum *superexaltat*, subaudiendo Graecum *κατ'*, id est contra, *g. d.* « Superexaltat misericordia iudicio, » vel « contra iudicium, » id est, ipsa se effert et gloriatur ad-

versus iudicium, gloriose se extollit ac superiorem facit iudicio. Verum Latinis insolens est audire « contra. » Quocirca Erasmus, Gagnepius et alii suspicantur, pro *superexaltat* legendum esse *superat*. Sic enim S. Augustinus, *epist. 23*, legit *superat iudicium*; et *epist. 86*, *superat iudicio*; ac Beda hic dum sic explicat : « Sicut in iudicio dolebit qui non fecit misericordiam, ita qui fecit, remuneratus exultabit atque gaudebit. » Qui enim litem vincit, gloriatur et exultat super iudicium, quasi qui illud vicerit, *g. d.* Sicut qui non faciunt misericordiam, damnabuntur a Dei iudicio, et ab ipsa ejus misericordia, ita ex adverso qui faciunt misericordiam, non reformidabunt Dei iudicium et damnationem, sed ipsi iudicio, id est damnationi, morti, gehennae, peccato et diabolo quasi vires insultabunt, dicentes cum Christo eorumdem triumphatorum suorum salvatore : « Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua ? ubi est, mors, stimulus tuus ? » I *Corinth. XV, 55*. Et illud *Rom. VII, 31* : « Si Deus pro nobis, quis contra nos ? » Et vers. 33 : « Quis accusabit adversus electos (misericordes) Dei ? Deus qui justificat, quis est qui condemnet ? »

Hunc sensum posuit antithesis cum *honestitudo* procedenti : « Iudicium enim sine misericordia ei qui non fecit misericordiam : » huic enim opponit : « Superexaltat autem misericordia iudicium, » *g. d.* Immercors iudicabit rigide a iudicio, cum non habeat patronam misericordiam, qui eum defendat : misericors autem iudicabitur misericors et misericordiam consequetur, quia defendet eum misericordia, causamque ejus in iudicioaget et peraget, ut vincat et triumphet. Eandem sensum posuit connectio cum vers. procedenti : ejus enim dat rationem, ut patet ex vocula *rationi enim* ; versus autem procedenti dixit : « Sic loquimini et sic facite, sicut incipientes per legem libertatis iudicari, » *g. d.* Sic loquimini et sic facite, ut locutionis et factorum vestrorum Deo in iudicio exactam rationem vos reddiuros memineritis. Subdit deinde rationem, dicens : « Iudicium enim sine misericordia et qui non facit misericordiam, » *g. d.* Qui accipit personas divitum, pauperes vero aspernat, in eosque immisericos est, ac proinde violat legem charitatis : « Diliges proximum tuum sicut teipsum, » quam paulo ante commendavi : hic pariter subdit iudicium rigidum sine misericordia; qui vero non accipit personas, sed omnes tam pauperes, quam divites diligit, in eosque misericors est, hic pariter experit. At iudicium Dei misericors, adeoque misericordia omnem iudicii vim metumque superabit et auferet, ac faciet ut misericors non tantum damnationem evadat, sed et premio gloriaeque caelestis donetur. Hic sensus est verus et genuinus : ex quo discimus quanta sit vis misericordiae, et quam illa Deo sit grata, quamque illam amplecti et exercere debeamus, et

salvari velimus, cum in ea salus nostra consistat.

Tanta enim est vis misericordiae, ut in iudicio exaltare valeat misericordiae per pauperes, quos accipit sicut in aeterna tabernacula, ait S. Augustinus, lib. XXI *De Cret.*, cap. XXVII, qui et idipsum adumbratum fuisse in arca et propitiatorio scribit *Quest. CV in Ecod.* : « In arca, ait, iuxta sunt panis lez, et manna, et virga » Aaron; « in lege praecipua sunt, virga potestatem significat, manna gratiam, quia nisi cum gratia non est potestas praecipua faciendi. Verumtamen quia lex a quovis proficiente non ex omni parte completur, propitiatorium est desuper. Ad hoc enim opus est ut propitius sit Deus, et ideo desuper ponitur, quia super exaltat misericordia iudicio. Duo vero Cherubini patris suis obumbrant propitiatorium, id est, honorant velando. Et vultus eorum sunt in propitiarium, quia misericordiam Domini in quo una spes est, valde commendant. » Pulchre *Οὐνοθεν* est vocum analogia quae est inter *οὐραν*, id est *oleum*, et *δευξ*, id est *misericordiam*, utriusque vim et usum declarat : « Sicut, ait, oleum athletis illium dat eis elabi, ne ab adversariis beneantur, sic et in universali iudicio misericordia nostra erga egenos dabit effugere impetus ac pericula, quae a demonibus accusatoribus nostris immincebunt. » Sicut ergo Sardinus lapis pretiosus, sed rubeus et cruentus, ideoque symbolum iudicii et vindictae, habebatur oleo, teste Plinio, lib. XXXVII, cap. VII : sic iudicium Dei habebatur et refrangitur per misericordiam. Rursum S. Augustinus, *hom. 39*, *liber 30* : « Ante foras gehennae, inquit, stat misericordia, et neminem permittit in carcerem mitti. » Est ergo ipsa domina coeli, terrae et inferni, omniumque claves habet. S. Chrysostomus, *hom. 33 ad Popul.* : « Eleemosyna, inquit, astat tribunali non tantum patrocinaus, sed et ipsi iudici persuadens, ut reo patrocinaus praestet, et pro eo sententiam ferat. » Petrus Chryzologus, *serm. 42* : « Manducet, ait, Deus panem in caelo, quem percipit pauper in terra. Da ergo panem, si Deum debitorum, non iudicem vis habere. Misericordiam necesse divinis ignis exurere. » Vide S. Leonem, *serm. 3 De Jejuato*, ubi inter alia praeterea ait : « Aequatur plerumque merito, quod dicit impendio; quia potest esse par animus ubi impar est census. » *Iren.*, *serm. 10 De Quadrag.* : « Ubi Deus curam misericordiae invenit, ibi imaginem suam pietatis agnoscit. » Nazianzenus, *orat. 16 De Cura pauperum* : « Esto, inquit, calmitosus Deus. » Idem, in *Monastichis* : « Eris si beneficus, imitaberis Deum. Fac sis benignus, ut benignum habeas Deum. » Denique « misericordia secundum se est maxima virtutum, ait D. Thomas, II *II, Quest. XXX, art. 4*; unde et misereri ponitur proprium Deo, et in hoc maxime dicitur ejus omnipotentia manifestari. » Et mox : « Inter omnes virtutes quae ad proximum pertinent, potissima est misericordia. Nam supplere defectum alterius, est superioris et melioris. » Et S. Ambrosius in

illud I *Timoth. IV, Pietas ad omnes viros est* : « Omnis, ait, summa disciplina Christiane in misericordia et pietate est. » Et S. Mattheus, cap. XII, vers. 7 : « Misericordiam, ait, volo et non sacrificium. »

Porro Hugo Cardinalis quatuor alios affert sensus in se veros, sed huius loco incongruos et impertinentes. *Primus* est, *g. d.* Misericordia superponitur rationi et iudicio hominis, ipsumque illuminat sicut lucerna candelabrum. *Secundus*, *g. d.* Dei misericordia plus super condignum premiabit in iudicio bonos et misericordes, quam malis et immiseri cordibus de pena relaxet et remittat. *Tertius*, *g. d.* Plures salvantur per misericordiam quam per iudicium, plures enim deo dunt in peccatis venialibus, quae per misericordiam Dei remittenda sunt; pauciores mortuuntur ita puri, ut statim evocent in caelum. *Quartus*, *g. d.* Misericordia facit altius arcanusque iudicium ejus, qui magnam misericordiam consecutus est a Deo, si fuerit immisericos. *Quintus* est Dionysii Carthusiani, *g. d.* Plus placet Deo charitativa miseratione, quam iudicialis districtio. Unde oportet ut iura sint in misericordiam prona, et stent magis iuramento accusati quam accusantis, ac in dubiis casibus ad misericordiam partem inclinent. *Sextus* Cajetani, *g. d.* Sicut in statera una laux pondera aliquid depressa elevat alteram et adversam, ita misericordia elevat iudicium, *g. d.* Apud Deum plus ponderis et momenti habet misericordia quam iudicium, adeoque ipsa iudicii vim extenuat et elevat.

Hi omnes sensus partim delortu sunt, partim accommodatili, partim symbolici: quare litterales et genuini esse nequeunt.

Mystice, *primo*, Elias Cretaensis in *orat. 10* Nazianzeno, num. 23 : « Misericordia superexaltat iudicium, » quia misericordiae opera, ait, ascendunt ad Deum, et exaltant misericordiam; quo vero in voluptates effunduntur, abscedunt et ad cruciatum transmittunt, puta in gehennam, ubi est sedes iudicii et damnationis. Et Dionysii Carthusiani : Misericordia, ait, est altior iudicio, quia reluctat in beatis in caelo, iudicium vero jacet in damnatis in tartaro.

Secundo, S. Thomas, I *part. Quest. XXI, art. 3, ad 2* : « Misericordia superexaltat iudicium, » quia « Deus, ait, misericorditer agit, non contra iustitiam suam faciendo, sed aliquid super iustitiam operando; sicut si alicui, cui debetur centum denarii, aliqui ducentos det de suo, non facit contra iustitiam, sed liberaliter vel misericorditer operatur. Et similiter si aliquis offensam in se commissam remittit : eam enim donat et condonat. Ex quo patet, quod misericordia non tollit iudicium, sed est quaedam iustitiae plenitudo, unde dicitur, *Jacobi II*, quod misericordia superexaltat iudicium, » sicut quod supererogationis superant mandata, ac consilia Evangelica transcendunt praecipua : misericordia enim saepe

professet ad assequendam salutem. Dixi dies, qui potest succurrere: nam pauper pauperi magnam dat elemosinam, si ei commiserationis non effectum, sed affectum ostendat, eique bene precetur. Unde S. Augustinus in *Psalm.* cxxv: « Si corde miseraris, inquit, etiamsi non habes quod porrigas manu, acceptat Deus elemosinam tuam. » Et S. Job, cap. xxx, 28: « Flebam, inquit, super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi. » In quem loquimur S. Gregorius, lib. XX *Moral.*, cap. xxvi: « Vir sanctus, ait, apud omnipotentem Deum, aliquando majus datum noverat mentis esse quam munus. Exteriora enim largitus, rem extra se ipsam prebuit: qui autem fletum et compassionem proximo tribuit, aliquid etiam in semetipso dedit. Idcirco autem plus compassionem, quam datum dicimus: quia reus quamlibet geritque dat et qui non compatitur, nunquam autem qui vere compatitur, quod necessarium proximo conspicit, negat. »

16. QUAE NECESSARIA SUNT CORPORI. — Quia corpus eget victu ad sustentationem, velle ad tegendam nuditatem: inquit S. Jacobus Christianus in hac vita tantum querere debere necessaria vite, non vero ambire delicias luxuriae vestium. Idem docuit S. Paulus: « Est, ait, questus magnus cum sufficientia. Nihil enim utilitatis in hunc mundum haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in temptationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quae desideria, id est, cupidio arguit et pecunie, » 1 *Timoth.* vi, 6. Hinc severo S. Basilus, orat. in illud, *Destruam horrea mea*, sub finem: « At tu, ait, nomine spoliator es, qui cum dispensanda accepisti, propria re putas? Est panis famelici, quem tu tenes; nudi tunica, quam in conclavi conservas; discalceoli calcus, qui apud te marcescit; indigentis argentum, quod possides inhumatum. Quocirca injuriam tot pauperibus facis, quod dare valeres. »

17. SIC ET FIDES, SI NON HABET OPERA, MORTUA EST. — Quasi non habens animam, ipsam dilectionem, quae vegetetur et moveatur ad opera, » ait S. Bernardus, epist. 42. Talis ergo fides est quasi cadaver exanimae, ut ait idem, sermone 24 in *Cantico*, et corpus mortuum, quod fimen verum est corpus, sicut fides sine operibus vera est fides, quod falso negat Calvinus, sed elumbis, a sanguis, deses, inanis, otiosa et quasi mortua: sic radix dicitur mortua, e qua non germinant frondes, flores et fructus: sic aqua stagnans, quia stat, nec fluit, dicitur mortua, quia caret motu, qui in viventibus est index et effectus vitae. Sic virtutes dicuntur mortuae, si desit charitas: haec enim earum est quasi forma et vita

non physica, sed moralis, quia sua presentia tribuit eis dignitatem et statum virtutis, nec vim merendi, ut homo coram Deo censetur virtute praeditus, justus, amicus, filius, cuius opera digna sint et meritoria vitae aeternae; alioqui eharitatem non esse propriam fidei et virtutum formam nec essentialem, nec accidentalem, sed extrinsecam duntaxat et moralem, patet ex eo, quod fides sit in intellectu, charitas vero et virtutes sint in voluntate; rursus, quod fides in suo genere sit species perfecta, aequa ac charitas: charitas tamen fidem aliasque virtutes dirigit ad Deum quasi ad summum bonum ultimumque finem, ideoque eius dignitatem statumque virtutis tribuit. Vide Gregorium de Valentia, II II, disp. 1, quest. IV, puncto 3, ac dispens. 3, quest. I, puncto 3. Praeterea S. Chrysostomus in 1 *Thom.* v: « Videntes, ait, non eo tantum a mortuis differunt, quod solem et aeterni vident, sed eo quod boni aliquid faciunt: nisi enim id adsit viventibus, nihil sanctorum meliores sunt. » Est hoc secundum argumentum, quo probat Jacobus ad fidem, ut salvetur, requiri opera.

Ex hoc loco S. Jacobi colligit S. Cyrillus in *Conclio Ephesino*, part. III, cap. XLII: « Sicut fides absque operibus mortua est, ita vicissim ergo mortua sunt, si desit vera fides. Rursus: ergo fides habens opera viva est. »

Denique multi Patres asserunt fidem carentem operibus non esse veram fidem, quia scilicet non est fides viva, ardens, perfecta et charitativa formata, quae per dilectionem operatur, ut ait Apostolus, *Galat.* v, 6, sed informis et mortua: et quia fidelis deses ad bona opera, facile habitur in peccata, adeo gravia, ut tandem ipsam fidem amittat sicut in adulis. Tertio, quia fides docet et jubet facere opera bona. Si ergo ea non faciat, fallax videtur et mendax. Ita Didymus hic: « Fides, ait, mortua non est fides, sicut homo mortuus non est homo. » S. Bernardus, serm. 24 in *Cant.*: « Munus, ait, mortuum offert Deo, etc.: bene honoras Deum munere foetido? bene placatur fidei interfecto? » Cyrillus Alexandrinus in cap. iv *Malach.* n. 43: « Si quis, ait, post justificationem recidit in peccata, fidem in seipso quasi occidit. » S. Hieronymus in cap. v *ad Galat.*: « Cum dilectio procul abfuerit, fides pariter abscedit. » Cyrillus Hierosolymitanus: « Fides, ait, sine operibus est quasi lampas sine oleo. » Sicut ergo haec lucere nequit, ita nec illa salvare: hoc enim solum potest fides dilectione ardens. Quare fides bonis operibus alenda est, alioqui emoritur ut lampas ardens deficiente oleo. Unde S. Hieronymus in *Ezech.* cap. iii, ait haereticos propter impuros mores et opera fidem amisisse. Idem Christianis impie viventibus non raro accidere docet S. Gregorius, lib. XXV *Moral.*, cap. x. Symbolice quoque fides otiosa fides non est, quia fides dicitur, eo quod fiat quod dicitur. Si ergo non fiat quod dicitur, fides non est, si fidei typhon speo-

les, inquit Thomas Anglicus, Ualde et S. Gregorius: « Probatio, ait, dilectionis (consequenter et fidei), exhibitio est operis. » Simili phrasi dicitur mores feros et barbaros non esse homines, sed belluos, haereticos non esse homines, sed lucos, tyrannos esse frigides et leones.

MORTUA EST IN SEMETIPSA. — *ad invidiam*, id est, *secundum seipsam*, hoc est per se sola non solitaria, quia remotia a charitate ejusque operibus: licet enim fides actusque fidei in se sit vivus, tum naturaliter, quia scilicet est actus a vitali potentia, puta intellectu et voluntate vitaliter procedens; tum supernaturaliter, quia scilicet est actus fidei, quae est virtus supernaturalis et gratia inchoata; gratia enim dat vitam supernaturalem animae: quatenus tamen charitate, quae plenam et perfectam vitam supernaturalem tam fidei quam homini tribuit, destituitur, extenuis mortuus dicitur; sicut brachium stupefactum mortuum dicitur, quod ab anima vegetationem et nutritionem, non vero motum et sensationem recipit: mortuum enim est quoad animam sensitivam, vivit vero quoad vegetativam.

Prolevo S. Bernardus, sermone 24 in *Cant.*: « Mors fidei, inquit, est separatio charitatis. Credis in Christum? fac Christi opera, ut vivat fides tua. Fidem tuam dilectio animat, probet actio. Non incurvet terrenum opus, quod fides coelestium erigit. Qui te dicitis in Christo manere, debet ipse ambulavit, et tu ambulare. Quod si propriam gloriam quaeris, florenti invides, absenti detrahis, reponis ledenti te: hoc Christus non fecit. Coniter te nosse Deum, factis autem negas. Non recte planis, sed impie linguam Christo, animam dedisti diabolo. » Vita ergo linguarumque fidelium sunt opera: opera enim loquuntur, ait S. Augustinus, tract. 3 et 6 in *Epist.* S. Joannis, loquuntur, inquam, veram et probam esse fidem, quae tam proba parit opera. Nam, ut ait Nazianzenus, orat. in *plagam grandinis*: « Praestantior est sapientia quae factis indicatur, quam quae verbis praesentit. Intellectus enim bonus (inquit ille) omnibus facientibus eum, non item praedicantibus. »

Fides ergo *ἀνεργον* et carens operum praxi, i. ortua est, quia quando debet operari et idipsum renouari, signum est eam non esse vivam, nec habere animam et vitam charitatis: charitas enim operatur, si est; sin. enuit operari, charitas non est, ait S. Gregorius, tum quia vita anima, puta usitata, charitas et gratia operibus bonis alit, conservari et augeri debet, sicut vita corporis sibi alenda et conservanda est: si enim is desit, fimo contabescet et morietur. Ita Tridentinum, sess. VI, cap. x. Simili phrasi homo dicitur vivere ex respiratioe et halitu, adeoque carens halitu esse mortuus, quia halitus ita comitatur fovetque animam, ut haec sine illa consistere nequeat; nam refrigerando cor, conservat corpus, animam et vitam. Intellige haec de adultis, scilicet eos

dili non posse vivere vita gratiae, et bene operari negligenti. Nam in parvulis et adultis justificatis, si statim a baptismo, vel justificatione moriantur, patet eos salvari sine operibus. Cum ergo ait Iacobus, fidem sine operibus esse mortuam, intellige fidem quam renouari operari, cum lex charitatis aut alia opus aliquod jubet et possit. Ita Cajetanus. Quotidie enim lex divina vel humana non unum, sed plura opera fieri praecipunt, quae si quis facere contemnat aut negligat, peccat, sicutque amittit Dei gratiam, quae vita est animae: quo fit ut fides in eo jam non sit viva, sed mortua. Hoc est quod ait S. Augustinus, lib. *De Cognit. verae vitae*, cap. xxxvii: « Haec fides spe nutritur, sicut corpus cibo reficitur; dilectione animatur, sicut corpus anima vivificatur. » Idem *De Spiritu et Liter.*, cap. xxxi: « Charitas quae est vita fidei, ipsam non procedit, sed sequitur. » S. Bernardus, epist. 42: « Mortua fides est quae non operatur ex dilectione, quasi non habens animam ipsam dilectionem, quae vegetetur et moveatur ad opera. »

18. SED DICIT QUIS. — Erasmus putat esse occupationem, quasi Iacobus, ut ostendat non fidem abique operibus, nec opera sine fide valere, inducit hic duos colloquios, quorum alter fretus fide negligit opera. Huius dicitur: Tu fidem habes, sit hoc tibi satis. Rursus alter fidens operibus neglecta fide, respondit illi: Et ego opera habeo, mihi satis est. Iacobus autem utriusque sermonem refellit, dicens: Imo neutrum quod altera ter habeat, sufficit ad salutem. Sed tu qui fidem tuam factas, doce factis ipsis tibi fidem esse, quae certe res otiosa non est: et ego factis ipsis docerabo mihi neutrum deesse. Verum hoc intricatior est, nec trium personarum colloquium hoc in textu reperiri potest. Nam pronomen ego, cum ait: Ego opera habeo, est idem et ejusdem (non alterius) personae loquentis, ac mox dicens: « Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam: » ac consequenter tres personae, triaque eorum dicta hic inveniri nequeunt.

Secundo, Glossa, Hugo et Thomas Anglicus censent haec irridendo et impropereando facta, quasi is qui fidem et opera habet, irridat eum qui de sola fide se jactat, ex earum salutem sperat, ut significet talem esse rursus et probo dignum, ideoque explodendum. Verum, ut alia loquemur, haec irrisio indigna videtur gravitate Apostolica et modestia S. Jacobi.

Tertio ergo et genuine, est haec tota sententia et obiectio S. Jacobi, quae novo, puta tertio argumento, vel nova argumentum jam allati confirmatione retundit jactantiam ejus, qui sola fide gloriatur: « enim *ἀδύνα*, id est sed, est particula non adversantis, sed confirmantis, vel exaggerantis suum dictum, ut sit idem quod *sed sane*, verumtamen, certe, insuper, praeterea; vel quippe, quare, quamobrem; vel quinimo, imo, vero; haec enim omnia significat *ἀδύνα*, et haec omnia

huic loco congruunt, g. d. Sed sane, verumtamen, vel pretere, vel quippe, vel quoniam dicit, id est jure dicitur et recte obijcere poterit quis ei, qui fidem iactat et operam negligit (sicut nudis et famelicis: ito in pace, calidissimam, saturantini): Tu fidem habes et iustus, at ego fidei adjuncta habeo opera. Ostende ergo mihi fidem tuam sine operibus: certe enim namad sique desideratam namquam mihi ostendes. At ego ex operibus clare tibi ostendam fidem meam, itaque simul ostendam tibi me esse vere fidelem, et e contra Ecclesie verorumque fidelium, ad pariter ostendam fidem meam non mihi soli, sed et tibi alisque professes vel ad auxilium, vel ad exemplum. Ostensio enim fidei per opera ad hoc duo requiritur in Ecclesia, scilicet, primo, ut sit fidelis sibi in toto ostendat suam fidem, itaque coeant et confluent in eam eorum fidelium certamine visibilibus. Fideles enim quia homines sunt, non angeli, fidem mentis videre nequeunt: operibus ergo illam ostendere, alisque spectandam exhibere debent ad hoc, ut se invicem nosse, et ab infidelibus distinguerent, ac in unum certum convenire et coalescere possint. Quod circa Salvianus, lib. II de Providentia, tractans luno Jacobi loquitur, ait: «bonos actus esse testes fidei Christianae.» Sicut, ut fides unius non illi soli, sed et ceteris fidelibus prestet, vel eos jurando, vel honorum morum et virtutum exemplum praediando, liceat enim in Ecclesia, ut habet symbolum, est Sanctorum communio, puta bonorum in una communio, ut in ea singuli alius sua communicent, etque prodesse salvant. Iam quid mihi prodest fides quam in corde gerere dicis, si cum in operibus non videam, non sentiam, nec ullam ex ea emolumentum percipiam (1)?

Atque utrumque significat et ostendere. Ostendere enim in Scriptura significat non tantum rem spectandam proponere, sed et rem ipsam exhibere, dare, donare, largiri; ut cum dicimus Deo: «Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.» Ostendere, id est exhibere et elargire, ut scilicet tua dona, beneficia et opera misericordiae nobis impertias. Cum ergo ait Jacobus: «Ostende mihi fidem,» exigit non tantum ut illa oculis videanda subijciatur, sed et reipsa mihi communicetur, mihique commodum et utilitatem aliquam conferat, vel eleemosynas impertiendo, vel adjuvando, vel consulendo, vel aliis quibusque modis. Rursus, g. d. Ostende mihi fidem tuam esse vivam, et charitatem animatum vivere, non autem

(1) *Ita sed dicit qui varie explicant. Præmissa sententia Knappii, sequentem induci alium quempiam, probum et sapientem, qui priorem illam rursus de imaginaria sua fide temere predicantem refutat. Is legitur fitem jam sic affatur: Tu fidem habes, pro: Tu dicit te fidem habere. Id enim agit ut fidem illi proinde adijciat. Distinguit haec subjunxit: Atque ego factus habeo (quibus tu non stultus, teque tempore carere posse putas); ut iudicet, an istam requirere fidem, que cum factis conjuncta sit, id declaratam verita sequentia.*

esse mortuam et cadaver; vita enim ostenditur ex habitu et motu. Si enim animal se movet et respicit, vivit: si est immobile, est mortuum: ita pariter fides ostendit se vivere, si se movet et agat ad bona opera; sin ab his quiescat et sit immota, ostendit se esse mortuam.

OSTENDE MIHI FIDEM TUAM SINE OPERIBUS. — Jam contrario legunt Graeca et *τὸ ἔργον*, id est ex operibus: sed pro *τὸ* legendum *ἔργον*, id est sine; sic enim legit Noster, Syrus et multi Graeci: idque exigit antithesis: «Ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam,» g. d. Tu fidem sine operibus mihi ostendens non poteris, ego vero ex operibus plane tibi ostendam fidem meam. Ita Apostoli, Martyres et Virgines continentibus opes, honores, delicias, ipsamque vitam, ostendebant se credere vitam futuram, opes, honores et delicias coelestes. Ideo enim hic paupertatem amplexi sunt, humiliati, afflicti, ut in exilio ditarentur, exaltarentur et gaudis caeteris affluerent.

Censet Salmeron alludere S. Jacobum ad *Prover.* XII, 17, ubi pro eo quod Noster vertit, *qui quod novit loquitur, iudex iustitiae est*; Septuaginta vertunt, *ὁ μὴ ἀνομιλῶν τὸν ἀπαρτήσαν θεοῦ*, id est demonstratam fidem annuntiat iustus, quasi demonstratam fidem sit quod operibus demonstrabilem; Symmachus, *ὁ μὴ ἀνομιλῶν τὸν ἀπαρτήσαν θεοῦ*, id est qui patefacit fidem, puta per opera, annuntiat iustitiam. Verum fides, hi sumitur per veritatem et fidelitatem, g. d. Iustus patefacit veraciter et fideliter ipsam fidem, id est rei veritatem sibi patefactam et demonstratam. Hoc est enim quod Noster vertit, *qui quod novit loquitur, iudex iustitiae est*, id est indicat id quod verum et iustum est; cui per antithesin, testis est fraudulentus. Si ergo eo alludit S. Jacobus, veritate tantum alludit, aut certe mystice et symbolice duntaxat.

Symbolice haec adaptat haereticis, etique dicit: Ostende mihi fidem tuam novam, imo perfidam, sine operibus divinis, id est miraculis: ego ex his ostendam tibi fidem meam et orthodoxam. Miracula enim fidei orthodoxae sunt, ex mortuis suscitare vivos, ex caecis facere videntes, ex surdis audientes; haereticæ vero fidei miracula sunt, ex vivis facere mortuos, ex videntibus caecos, ex audientibus surdos.

Ita Calvinus volens suscitare vivum fingentem se mortuum, cum vere mortuum efficit, uti narrat Bolesius ejus discipulus in *Ipsius Vita*, cap. X. Idem fecisse Ciriolum Episcopum Ariarium, docet Gregorius Turonensis, lib. II *Hist. Franc.* cap. IV.

Sic S. Macarium disputantem cum Eunomiano haeretico provocasse ad miraculum, ut ex operibus quisque ostenderet fidem suam, ideoque mortuum suscitasse; cum Eunomianus dicens suae fidei, imo perfidiae, se subduxisset, narra Cassianus, *Collat.* XV, cap. II.

Efficacius arguit eandem Georgius, dux Saxoniae: cum enim a Luthero invitaretur ad summae fidei, respondit, opera Lutheri et Lutherorum ostendere ipsius fidem non esse a Deo, sed ex diabolo: opera enim quae fides Lutheri docet et suadet, sunt, violare vota, jejunia, festa, profanare templa et altaria, imagines Sanctorum confringere, S. Sacramenta conculcare, blasphemare beatam Virginem omnesque Sanctos, imo Deum ipsum, quem omnis operis mali auctorem facit. Quando unquam, inquit, facta sunt tot sacrilegia sacerdotum, Religiosorum et Virginum bono dicentium, quot sub tuo, o Luthere, Evangelio? Quando crebriores in principibus existeret rebelliones. Quando tot sacrarum aedium expilationes, tot furta et rapinae visae sunt? Quando tot maritis ablatae sunt uxores alisque traditae? Quando tot fornicationes, adulteria, incestus, etc.?

19. TU CREDIS QUONIAM QUIS EST DEUS: BENE FACIS: ET DEMONES CREDUNT ET CONTRIBESCUNT. — Est hoc quartum argumentum probans ad fidem iustificatam requiri bona opera, quod fides operum expertis sit demonum, non fidelium et sanctorum. Obijci Calvinus, S. Jacobum per fidem accipere umbram fidei, quia demones non habent fidem veram et divinam, sed humanam. Respondeo, multi probabiliter consent in demoniis et damnatis remanere habitum et actum fidei vitae: quia ipsi, exceptis haereticis, nunquam abierunt actum infidelitatis, qui aut contrarius fidei, eam expellit, et quia in damnatis remanet character baptismi, qui est quasi nota fidei et fidelium. Ita censent Durandus, in III, dist. XXII, *Quaest.* IX, art. 2; Alensis, III *part.*, *Quaest.* LXIV, memb. 7, Catharinus et Salmeron hic, Magister sententiarum in III, dist. XXII, § Aliud est, ubi id probat ex Augustino in *Psal.* LXXVII. Idem probabile esse censet Gregorius de Valentia, II, *Quaest.* V, art. 2, puncto 2, ac magis Justinianus hic, qui idem ascribit S. Augustino, *Enchir.* III, et S. Thomas, II II, *Quaest.* XVIII, art. 3, ad 2.

Veram verius est demonibus et damnatis non remanere fidem, quia Deus cum, uti et caeteras virtutes supernaturales, ab illis auferit; eo quod haec virtutes hominem ordinant et dirigunt ad salutem et vitam aeternam, qua indigni et incapaces sunt damnati. Ita censent S. Thomas, II II, *Quaest.* V, art. 2, quem Thomas Anglicus, Gregorius de Valentia et passim Scholastici sequuntur. Favet S. Dionysius *De Divinis Nominibus*, cap. IV, ubi ait naturalia in demonibus mansisse integra, perisse vero gratuita: fides enim est unum e gratuita.

Dico ergo, argumentum Jacobi non peti ab eadem specie et fide, sed peti a fide vel simili, g. d. Non est censet iactes te credere Deum caeterosque fidei articulos: quia etiam demones eorum evidenter (unde Plato in *Cratyl.* ubi demones dicit *δαιμόνια*, id est scilicet) coacti eosdem credunt, sive id faciant fide divina, sive humana:

et tamen haec eorum credulitas nil eis prodest, nisi ad majus tormentum. Pari ergo modo fides tua, etsi divinitus indita, tibi non proderit, nisi ad majorem damnationem, si secundum eam non vixeris, nec bona opera quae fides facienda dicitur, exercearis; sed cum demonibus recti uti fides, ita et sors ac gehenna tua, infra demones subsides, cum demonibus flammaberis: neque enim tua, ac demonum fides non est aliud nisi inanis cognitio, imo iners ac socors credulitas, qua credis Deum jussisset, ut hinc et illa factas, que tamn facere et operari non vis. Quocirca S. Augustinus, *Enchirid.* VIII, fidem sine operibus vocat demoniacam, eamque opponit fidei, que per dilectionem operatur. Et S. Anselmus, in cap. V *ad Galat.* fidem operibus destitutam vocat demonum non Christianorum.

ET CONTRIBESCUNT, — *ἐπιπίπτειν*, id est exhorrescunt, quia videlicet tantum Dei iudicis et vindictae majestatem, potentiam, severitatem non tantum credunt, sed et reipsa experiantur ac sentiunt.

20. VIS AUTEM SCIRE, O ROMO INANIS. — Instat acris S. Jacobus, quantumque argumentum affert, quo rem conficit, nimirum proponendo Abraham patrem fidei et iustitiae, qui ex operibus, non ex fide sola iustificatus est. Inanem vocat hominem, qui inanem iactat fidem, utpote frivolum, id est operum expertem, ideoque inanis et expertis est prudentiae sanctorum mentis.

MORTEA EST. — Ita Romanus, Graeca et Syra: minus ergo recte alique legitur *otiosa* est.

21. ABRAHAM PATER NOSTER. — Tum secundum caritatem, tum secundum fidem et spiritum. Jacobus enim Judaeus loquitur praecipue Judaeis, quorum eorum Episcopos, Proditum Abrahamum, tum quia ipse fuit pater credentium et exemplar justorum; tum quia Paulus, *Rom.* IV, 3, produxerat Abrahamum, dixeratque eum per fidem iustificatum esse; unde interfect Simon Magnus, cum sine operibus iustificatum esse. Explicat ergo hic Jacobus Paulum, nimirum fidem Abraham non fuisse otiosam, sed bonis operibus cumulata. Ita quoque seipsum explicat Paulus, *Hebr.* XI, 8 et 17, ubi heroica fidei Abraham opera recenset et celebrat (1).

(1) *o Vitis est nominis Jacobus contradixisse Paulo, expressis verbis docenti, Rom. III, 28, ubi dicitur dicitur dicitur quod fides sola iustificat. Nec verisimilitudine caret, vane homines Paulum illa doctrina alios fuisse. Sed hoc, fuisse inter Christianos, ad quos Jacobus scripsit, qui abierunt dicit Paulus de doctrina, tum Jacobus non ipse Paulum doctrinam, sed fuisse eandem explicationem Pauline doctrinae contradixisse dicentibus eam. Paulus nempe adversus Judaizantes, qui putabant observatione legis, imprimis Moision, ex debito quasi se expectare posse praemia et felicitatem aeternam, disputans, dixerat: Quisquam hominem, sive natione est Iudaeus, sive Paganus, sola Christi fidei, nullo suo merito bonis, Rom. III, 28 scilicet vero Christiani, adversus quos Jacobus disputat, in ea erant persuasiones, ut ex ejusdem Apostoli responsione patet, posse aliquam boni meriti gratiam (Spiritus), id est, fide destituta facta; saltem propter Chri-*

phantus, *hæres*. 78, quia mira Dei cum Abraham fuit familiaritas et amicitia, ut patet in Gen., u. cap. XII usque ad XXV. Hinc et si quasi singulari suo amico secreta sua revelaverit Deus, uti et ceterum Sodomam et Pentapolis. *Namquid*, ait, celum poterat Abraham? Septuaginta addunt *omnes terras* quæ gesturas sum? *u Gen. xviii, 17. Vult Philo, lib. II, d, Resp. ad Noe: a Cuiusmodi*, ait, hæc sors contigerit ut amicus Dei sit, in humana felicitatis terminos transcendit.

Ratio hujus amicitia fuit, *prima*, quod Abraham Deum miremans et colens, eum vocantem secutus, ex patria exiit in Libanon, ibique peregrinans, sed civis epi et domesticus dei vixit. *Secunda*, quod vel voluntate in omnibus se conformavit. Ita S. Augustinus; serm. 46 *De Temp.*, cap. IV. Vera enim libertas est in Deo et idem velle. ait Aristoteles. *Tertio*, quod una et heroiæ virtutum opera edidit, et in ratione valida fidelis Deo et constantis permansit, ut ait Iulius verbi paulo ante cetera. Nam, ut ait Seneca, lib. I. *De Provid.*: *a Bonum virum Deus in delictis non habet, a sed miris modis irribat, parat et exagitat. Quarto*, quod Deo fuerit similis: sicut enim Deus immolavit filium pro salute mundi, sic et Abraham immolavit Isaac; qui typus erat Christi, ubi Abraham dei Patris Similitudo autem est illic amplexus et obsequio, teste Aristotele. *Quinto*, quia Abraham in omnes fuit beneficentis et liberalis, id autem miræ Deo placet, eique nos facit persimiles: Deus enim in omnes beneficentissimus est. Natus imperator cum vespere recordaretur, se eo die nulli beneficium contulisse, exclamavit: *a Amici, diem perdidisti. a Quod rectans S. Hieronymus in rap. VI ad Galat.:* *a Et nos, ait, non putamus perire notas horum diem, mortuorum tempus, nossem, dum otio eorum verbum loquimur, pro quo reddidit omnes rationem in die iudicii? a Sexta*, quia conversatio ejus erat in eollis cum Deo et angelis; unde merito, lingua et moribus non tam terrestris erat, quam ceteris et divinis. *Septima*, quia Dei lidem, cultum et gloriam docendo, orando, sacrificando, *Neque* editendo altaria per totum Chanaanem propagavit. Rursus, eodem subant totam suam familiam et posteritatem inipissimam, quæ Abraham patriaræ disciplinam secuta in dei religio constants et firma stetit per annos his mille usque ad Christum. *Octava*, quia insigni fuit in rebus omnibus et eventibus animi moderatione et æquitate; quæ uti prorsus Dei, ita ea præditos quasi amicos dicit. Hinc in Scipione Africano celebrat Seneca, epi. 27: *a Animam ejus, ait, in celum, ex quo erat, rediisse mihi persuadere, non quis magnos exercitus duxit, hoc enim et Cambyses furiosus et furore sollicitus usus habuit, sed ob egregiam ejus moderationem. b*

Hislem de causis, S. Joannes, quasi alter Abraham novæ legis, vocatur: *a discipulus ille quem diligebat Jesus;* *a Jo. XII, 23. Quin* et Apostoli

omnes a Christo amici vocantur: *a Vos autem, ait, dixi amicos: quia omnia quocumque audivi a Patre meo, nota feci vobis;* *a Jo. XI, 42. Sic et ceteri Christiani non tantum amici, sed et filii dei nuncupantur, de quibus S. Joannes quasi ad hincm ait, epi. I, cap. VI, vers. 1: *a Vide qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii dei nominemur ut simus. a Eosdem providens in spiritu S. Paulus exultans cauebat: *a Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum;* *a Psal. CXXVIII, 17; et Sponsa Cant. v, 10: *a Dilatus meus, ait, candidus et rubicundus, electus ex millibus;* *a et vers. 16: *a Totus desiderabilis; talis est dilectio mea;* et ipse est amicus meus. a Porro hominum etiam principum, amicitia infusa est, fragilis, evanesca, instillis et saepe noxia, non tantum corpori, sed et anime extremam perniciam allert: Ita vero amicitia fida est, stabili, secreta, utilis, salubremque et corpori et animæ, tam presentem quam eternam conciliat. Quocirca sapienter Augustinus apud S. Augustinum, lib. VIII *confess.* cap. VI, iesta Vita S. Antoni, ait socium conversus: *a Discesso te, ait, omnibus labellibus hostis quo ambianus pervenire? quid quaerimus? e quis rei causa militamus? Majorne esse potest spes nostra in palatii, quam in amici imperatoris amos? Et illi quid non fragile penanque periculis? Et per qual pericula pervenire ad grandis periculum? Et quoad istud istud est? Amicus autem Dei si voluerit, *see noster filio, a Volui, et factus est. Porro*, inter Deum et justum non est amicitia rigida, quæ solum est inter æquales: Deus enim in immensum superat omnes homines, angelos et creaturas; sed quia esse potest et solet inter principem et subditum, inter patrem et filium, inter Creatorem et creaturam, quæ tota summa dignatione et benevolentia Creatoris nititur, in easque funditur et conestit. Et hoc sensu accipe illud S. Hieronymi, in cap. VII *Ad Galat.:* *a Amicitia patris aut accipit, aut facit; a parcs scilicet in officiis amicitia.******

23. RAHAB HEBRÆA. — Chaldoi, Kyrenas, Abulensis, Pugnitus, Arias pro *meretrix* veterum scriptorum vel *hoiatica*. Hebræi autem *ῥαῖα* sicut et communem et meretricem significant: uti utique hic congruit, quia non rarè hospitiæ dum maris erant, ita se quam sua prostituant. Porro Rahab meretricem fuisse ex Clemente Romano, Origene, Irenæo, Nazianzeno, Epiphani, Chrysostomo, Theodoro, Ambrosio, Augustino, Hieronymo et aliis docet noster Sarrasinus in Jo. cap. II, Quest. III et seq. Unde exemplo Rahab converso ad fidem et castitatem, sermo de S. Magdalene, S. Ephrem tomò I, serm. 2 *De Penit.*, invitât peccatores omnes ad penitentiam. Idem facit S. Chrysostomus, tom. 5 *De Penitentiâ*, ubi de Rahab ait: *a Erat in fornice velia, in volutabre confusa margarita, aurum in lato subjectum, nos sp. n. confosus, religio: anima reclusa*

le pietatis loco, a quia scilicet talis erat non actu, sed in dei presentia et præsertinatione. Unde et Rahab hebræice idem est quod *robur*, vel *fiducio*. Origenes, hom. 3 in *Jesse*, eam vocat Prothetidem. Cyrillus Hierosolymitanus, *catech.* 2, ait eam salvatum; quin et S. Paulus, *Hebr. XI, 31, eam* in catalogo Sanctorum veteris Testamenti collocat, et ab insigni fide commendat: *a Fide*, ait, Rahab meretrix non perit cum incredulis, excipiens exploratores eum pass; *a q. d. Cum omnem civem Jerichantis incredulis persisterent, nolentque se dedere Hebræis, quibus Deus urbem totamque Chananaeam dono dederat, perierunt et ab Hebræis occisi sunt; sola Rahab credens, et Hebræis dedit se et patriam, salvata est.*

Morniter S. Ambrosius, lib. III, *epist.* 25, sub finem: *a Hospitalliter*, ait, diligit, per quam S. Abraham invenit gratiam, Christum hospilio suscepit, filium Sara meruit effecta jam senectute, Lot quoque Sodomitan excidii evasi ignem: et in potes scopiores angelos, si adventantibus hospitium tuam offeras. Quid de Rahab dicam, que hoc munere juveni servavit?

NOTA EX OPERIBUS JUSTIFICATA EST? — Opera fidei Rahab fuisse illustra. *Primo*, insignis fuit ejus hospitalitas, quæ exteros et ignotos exploratores Jerichantis, patriæ licet hostes, hospitio excepit, abscondit, servavit, eo quod divino instinctu intellexisset Deum velle civitatem Hebræa trahi. Quare fallitur Abulensis in *Jesse I, Quest. XI, et XII*, ubi ait Rahab sine peccato potuisse exploratores prodere, vel occidere; Deo enim ejusque voluntati cogitane repugnare non poterat. *Secundo*, fuit in ea amor ingens Dei, quo victi amore patriæ, atque illo patriam Hebræis prodidit et perdidit: amor autem patriæ in civi vehementis est; antiquæ patriæ et matris præponitur, ait Plato in *Eritone*. Ita pro patria morti se devoverunt Cidrus, rex Athenarum; Curtius, Decii, Brutus, Thrasymbulus, Themistocles et alii, quos mire celebrat Valerius Maximus, lib. V, cap. VI, et Cicero, *Tuscul. I, Tertio*, erudit in ea fortitudo ingens, quæ suoque fortunas, et totam familiam extremè discriminè obient pro Deo ejusque populo. Nam, ut ait S. Ambrosius, in *Psal. XXXVII*: *a Animum suam non solum contemptu omnium que habebat, sed etiam viti periculis putavit esse redimendum, que exploratores Jesu Nave civibus suis queratibus denegavit, et hostes patriæ, legatos tamque fidei, mansit occultare quam prodere. Non enim tunc civium, non bello- rum pericula, non insidia patriæ, non suorum discrimina terrentur. Disce vir, disce Christiane, quomodo verum Jesum serpi debeas, quando femina contentis omnia sua, et Jesum in figura propter similitudinem nominis est secuta.*

Quocirca R. Simeon et R. Johai apud Masium in *Jossè II, pag. 19*, asserunt tantum fuisse fidem Rahab, atque Heb acceptam, ut etiamsi ducentos habuisset consanguineos et ducentas ex-

teras familias eis affinitate conjunctas, omnes illas ob Rahab salvandas fuissent.

Hinc nota *primo*, Rahab justificatam esse asserit hic S. Jacobus et S. Paulus; *Hebr. cap. XI, vers. 31*, ex communi Synagoga et Judæorum consensu, atque ex fide ejus tam generosa, qua et vitam suaque omnia pro populo Dei evidenter exposuit periculo, ac ex idololatra et Chananaea facta est fidelis et proselyta, utoque in vetera Dei religionem, Ecclesiam et judaismum transiit: unde et nupsit Salomon, principi tribus Juda, ex quo descendit Christus. Salomon enim ex Rahe Jonat Boos, hic Obed, hic Jesse, hic Daviden. *Matth. I, 3*. Quare necesse esse genitrix et avi Davidis, Salomonis, ipsiusque Christi. Adhuc Rabbini (pene quos sit fides), Rahab sui fida promeruisse ut ex ejus stirpe procrocantur Propheta et sacerdotes, Jeremias, Heleas, Sarias, Maassis, Barachias, Hanameel, Sellum, Zachari et Holdam.

Nota *secundo*, Rahab ante adventum exploratorum audiens prodigia, que Deus pro Hebræis fecerat in *Egypto*, et in transitu maris Rubri, antequam exiret exploratores, fidem conditione et charitate perfectam habuit, ideoque justificata sit; an vero post eorum adventum a colloquio eam conceperit, ita ut eas experientio non sit primo justificata, sed jam justa facta sit justior et sanctior. Utrumlibet est probabile et graves habet auctores: fuisse justificatam ante eorum adventum videtur indicare narratio historica, *Jossè II*. Non fuisse justificatam, suadet quod hic, et a S. Paulo, *Hebr. cap. XI, 31*, vocetur meretrix, que, ut ait Ambrosius in *Psalm. XL*, *a perfidiae et intemperantia se aiebat stipendii, tamen ubi exploratores vidit, quos miserat Jesus Nave, fidem induit et periculo imminente justitiam servavit. a Secundo*, quam non poluit velle mutare gentilissimum in veram religionem et judaismum, nisi visis et auditis exploratoribus Judæis, ab eisque de judaismo edoceret; atque debuit mutare gentilissimum in cultum et religionem veteri dei Hebræorum, antequam justificari posset: ergo debuit prius eos audire, et ab eis edoceri. Quare multa inter eas autem et exploratores colloquia de Deo, et Hebræorum religione eorumque port nisi intercessisse non est dubium, licet ubi dicitur *Jossè cap. II, Hebr. I* verum est, sequitur Rahab post et per adventum exploratorum fuisse plenè ad Deum conversam, primoque justificatam; quin justificatam deinde auxil abscondendo et dimittendo exploratores. Quocirca S. Jacobus agit tam de prima, quam secundaria ejus justificatione, puta de augmento justitiae.

SESCIPANS SECTIOS; — duos exploratores in Jerichio missos a Jossè, Hebræi nonnulli tradunt hos duos fuisse Caleb et Phinees, filium Elcazari,

quem aliqui censent fuisse angelum, vel instar angelii, qui cum vellet videretur, cum vellet absconderetur; ac proinde cum Rahab cum vellet abscondere, respondisse: Ego sacerdos sum; sacerdos vero quippe angelorum similes, si volunt, aspectu fles sunt; si nolunt, non cernuntur: Itaque si hinc abscondisse tantum Caleb, non Phinees. Sed hoc Rabbinicum olet fabulam et repugnat versioni Latinae *Josue*, II, 4, ubi uterque a Rahab absconditus dicitur.

26. Sicut enim coeres sine spiritui (id est habitu Itali, qui index et fomes est anime, ac vite indicium) mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est. — Hinc patet errare eos, qui vitam in verbis, non rebus ponunt, de quibus Plutarchus, lib. De Superstitiis, et Horatius: « Vitulium, inquit, verba putas, ut leuon ligna. » Ex aduerso enim Paulus, I Cor. II, 20: « Non in sermone, ait, est regnum Dei, sed in virtute. » Philo, lib. De Migrat. Abraham: « Vecha, inquit, Dei, opera sunt sapientis: quod enim Deus loquitur, hoc sapiens operatur. » S. Ambrosius, in *Paul. Iun.*: « Virtus, ait, non verbis et in voce, aut imitatione, sed in re ac in manibus et operibus consistit. » S. Ephrem, lib. De Vita spirituali: « Considera, ait, utrum habeas opera fidei continentia. Nam si dicendi tantum et audiendi studiosus es, illud in te facitur: Fides sine operibus mortua est. »

Hinc Christus, ut necessitatem operum nobis commendaret, « in vita passiva habuit actionem, et in morte passionem activam sustinuit, dum salutem operatur in medio terra, » ad Bernardus, serm. feria 4. *Habit. prisona*; quia, ut idem facit serm. De obedientia, patientia et sapientia, Christus dum operabatur, simul patiebatur, et dum allebatur, simul operabatur; ut utriusque nobis mire et iungere doceret. Idem, serm. De remr.: « Fidem, ait, veram opera testantur. Sicut enim corporis lusus vitam in motu suo dignoscimus, ita et fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima, per quam movetur et sentit; vita vero fidei charitas, quia per illam operatur; unde et refrigerante charitate fides moritur, sicut corpus, anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum vivere, in eo fidem esse non dubites, tenens fidei illius argumenta. » Hoc est quod ait Paulus, *Ephes.* II, 10: « Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, » id est, ad opera bona peragenda et accumulanda, « que preparavit Deus ut in illis ambulemus, » q. d. Ideo Christus nos fecit Christianos tanquam gratia donavit, ut ea non sit iners et otiosa, sed operosa, se in opera bona studiose conferatur.

Morality, Thomas Anglicus: « Nota, inquit, quod oportet nos habere fidem veram, non fictam, I *Timoth.* I: « Finis precepti, ait, est charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta. Certam, non dubiam, cap. I, vers. 6:

Postulat in fide nihil hesitans; *Math.* XVI, 31. Modice fidei quare dubitasti? Unam, non divi sam, *Ephes.* IV, 5: Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Vivam, non mortuam, *Hebr.* II, 4: Justus autem in fide sua vivet. Magnam, non parvam, *Math.* XV, 28: O mulier, magna est fides tua. Perfidam, non tepidam, *Math.* XVI, 10: Si habueritis fidem sicut granum sinapis. Uperiosam, non otiosam, ut hic: Fides sine operibus otiosa est. Firmam, non infirmam, *Colos.* II, 5: Videns vestrum ordinem, et firmamentum ejus que Christi est fidei vestre. Animosam, non timidam, *Ephes.* VI: In omnibus sumentes scutum fidei. Perpetuam, non transitoriam, *Tob.* II, 18: Filii sanctorum sanus, et vitam illam expectamus quam Deus datorus est illi, qui fidem suam nunquam imitant ab eo. »

Ex dictis liquet quomodo conciliandus sit S. Jacobus, dicens nos fide et operibus justificari, cum S. Paulo, qui assertit nos ex fide, non ex operibus justificari. Nam Jacobus per opera intelligit opera fidei: Paulus vero opera legis et nature, sed sola fide et gratia Christi, ex quibus nos non justificari manifestum est. Paro Paulus sub fide comprehendit opera fidei, ex hisque nos justificari non negat, imo assertit, utque ad Jacobum. Ut alia taceam, id ipsum plurimis exemplis confirmat toto cap. XI ad *Hebr.*, ubi heroica fidei patrum facta enarrat, per que ipsi Dei hominumque gratiam et gloriam meruerunt. Unde per anadiplosin concludens, vers. 31: « Godeon, inquit, Baraa, Samson, Jephthe, David, Samuel, etc., per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repositiones, obtulerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis effugerunt aciem gladii, etc., lapidati sunt, sed sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt. Circueverunt in melotis, in pellibus caprinis, egenes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in manibus et speluncis, et in cavernis terra. » Ita S. Augustinus, lib. De Fide et Oper. cap. XIV, qui et lib. LXXXIII. *Quest. IX*, cap. LXXVI, ait Paulum intelligere opert que fidem precedunt, Jacobum vero opera que fidem sequuntur.

Addunt aliqui Paulum loqui de prima justificatione, qua quis ex injusto fit justus; Jacobum de secunda, qua quis ex justo fit justior: see *Rom.* IV, 3, ostendi tam Paulum quam Jacobum, loqui de utraque. Verum tamen est, Jacobum magis loqui de secunda, puta de augmento justitie: conatur enim fideles et justos excitare ad studium bonorum operum; Paulum vero magis loqui de prima, qua quis ex impio fit justus. Hic liquet ex cap. III ad *Rom.*, vers. 23, ubi sic ait: « Omnes peccaverunt et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, etc., propter remissionem precedentium delictorum; » et cap. IV, vers. 3: « Credenti, ait, in eam qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam, » itaque

probat ex *Psalm.* XXXI, vers. 1: « Beati quorum reusis sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. »

Denique Paulus per opera proprie intelligit legalla. Cum enim Judaei censerent se justificari ex circumcissione, et ceremoniis lege Mosaica prescriptis, Paulus id ipsum confutat, docetque hanc omnia sine fide et gratia Christi esse inefficacia et inutilia ad justitiam et salutem. Id ipsum patet *Rom.* III, 28, ubi discrete ait: « Arbitramur justi-

ficari hominem per fidem sine operibus legis, » ac subdit: « An Judaeorum debet tantum? » uti Judaei putabant: « nonne et Gentium? imo et Gentium. » Idem liquet ex eo, quod *Rom.* II, III, IV, et epist. ad *Galat.*, cum nominat opera legis, semper affert exemplum circumcissionis, que fuit precipuum opus legale veteris legis. Jacobus vero per opera intelligit Evangelicam et Christianam, que sunt ex fide et gratia Christi, ex quibus nos justificari tam Paulus quam fides docet.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hoc capite S. Jacobus a fide transit ad fidei doctrinam, puta ad magistrerium; ac contentioni et ambitioni opponit sapientiam humilem et mansuetam. Primo, ergo tarat eos qui officium docendi ambiunt, quorum occasione in lingua vitia excurrunt, atque linguam esse indomabilem, ignem omnia comburentem, adeoque universitatem iniquitatis. Denique, vers. 13, docet veram sapientiam discendi et docendi non consistere in contentione et zelo, sed in mansuetudine et pace.

1. Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis. 2. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est, potest etiam frango circumducere totum corpus. 3. Si autem equis frenam in ora mittitis ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus. 4. Ecce et naves cum magna sint, et a venis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit. 5. Ita et lingua modicum quidem membrum est, et magna exallat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit! 6. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quam maculat lotum corpus et inflammat rotam nativitatis nostrae, inflammata a gehenna. 7. Omnis enim natura bestiarum, et volutrum, et serpentium, et ceterorum domantur, et domita sunt a natura humana. 8. Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum: plena veneno mortifero. 9. In ipsa benedicimus Deum et Patrem: et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. 10. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratre mei, hinc ita fieri. 11. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amarum aquam? 12. Numquid potest, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. 13. Quis sapiens, et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. 14. Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem. 15. Non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica. 16. Ubi enim zelus et contentio: ibi inconstantia et omne opus pravum. 17. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suavis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis; non iudicans sine simulatione. 18. Fructus autem justitiae in pace seminatur, scientibus pacem.

1. NOLITE PLURES FIERI MAGISTRI. — Graece ne multi doctores factis. Magister Latinis appellatur quilibet perfectus; unde vocatur magister morum, magister equitum, magister navis, magister populi, id est dictator, magister pecoris, id est

pastor. Hinc magistrare est regere, indeque nomen magistratus, ait Festus. Unde primo, aliqui per magistrum accipiunt Episcopos: Episcopum enim est doctor populi, ut ait Apostolus I *Timoth.* III, 2, q. d. Nolite plures fieri Episcopi

quem aliqui censent fuisse angelum, vel instar angeli, qui cum vellet videretur, cum vellet absconderetur; ac proinde cum Rahab cum vellet abscondere, respondisse: Ego sacerdos sum; sacerdos vero quippe angelorum similes, si volunt, aspectu hies sunt; si nolunt, non cernuntur: Itaque h. diab abscondisse tantum Caleb, non Phinees. Sed hoc Rabbinicum olet fabulam et repugnat versioni Latinae *Josue*, II, 4, ubi uterque a Rahab absconditus dicitur.

26. Sicut enim coeres sine spiritu (id est habitu Itali, qui index et fomes est anime, ac vite indicium) mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est. — Hinc patet errare eos, qui vitam in verbis, non rebus ponunt, de quibus Plutarchus, lib. De Superstitiōe, et Horatius: « Vitularem, inquit, verba putas, ut hœmum ligna. » Ex adverso enim Paulus, I Cor. II, 20: « Non in sermone, ait, est regnum Dei, sed in virtute. » Philo, lib. De Migrat. Abraham: « Vecha, inquit, Dei, opera sunt sapientis: quod enim Deus loquitur, hoc sapiens operatur. » S. Ambrosius, in *Paul. Iun.*: « Virtus, ait, non verbis et in voce, aut imitatione, sed in re ac in manibus et operibus consistit. » S. Ephrem, lib. De Vita spirituali: « Considera, ait, utrum habeas opera fidei continentia. Nam si dicendi tantum et audiendi studiosus es, illud in te facitur: Fides sine operibus mortua est. »

Hinc Christus, ut necessitatem operum nobis commendaret, « in vita passiva habuit actionem, et in morte passionem activam sustinuit, dum salutem operatur in medio terra, » ad Bernardus, serm. feria 4. *Habit. prisona*; quia, ut idem facit serm. De obedientia, patientia et sapientia, Christus dum operabatur, simul patiebatur, et dum allebatur, simul operabatur; ut utriusque nobis imbre et jungere doceret. Idem, serm. De remr.: « Fidem, ait, veram opera testantur. Sicut enim corporis lusus vitam in motu suo dignoscimus, ita et fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima, per quam movetur et sentit; vita vero fidei caritas, quia per illam operatur; unde et refrigerante charitate fides moritur, sicut corpus, anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum vivere, in eo fidem esse non dubites, tenens fidei illius argumenta. » Hoc est quod ait Paulus, *Ephes.* II, 10: « Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, » id est, ad opera bona peragenda et accumulanda, « que preparavit Deus ut in illis ambulemus, » q. d. Ideo Christus nos fecit Christianos tanquam gratia donavit, ut ea non sit inertes et otiosa, sed operosa, se in opera bona studiose conferatur.

Morality, Thomas Anglicus: « Nota, inquit, quod oportet nos habere fidem veram, non fictam, I *Timoth.* I: « Finis precepti, ait, est caritas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta. Certam, non dubiam, cap. I, vers. 6:

Postulat in fide nihil hesitans; *Math.* XVI, 31. Modice fidei quæra dubitasti? Unam, non divi sam, *Ephes.* IV, 5: Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Vivam, non mortuam, *Hebr.* II, 4: Justus autem in fide sua vivet. Magnam, non parvam, *Math.* XV, 28: O mulier, magna est fides tua. Perfidam, non tepidam, *Math.* XVI, 10: Si habueritis fidem sicut granum sinapis. Uperiosam, non otiosam, ut hic: Fides sine operibus otiosa est. Firmam, non infirmam, *Colos.* II, 5: Videns vestrum ordinem, et firmamentum ejus que Christi est fidei vestre. Animosam, non timidam, *Ephes.* VI: In omnibus sumentes scutum fidei. Perpetuam, non transitoriam, *Tob.* II, 18: Filii sanctorum sanus, et vitam illam expectamus quam Deus datorus est illi, qui fidem suam nunquam imitant ab eo. »

Ex dictis liquet quomodo conciliandus sit S. Jacobus, dicens nos fide et operibus justificari, cum S. Paulo, qui assertit nos ex fide, non ex operibus justificari. Nam Jacobus per opera intelligit opera fidei: Paulus vero opera legis et nature, sed sola fide et gratia Christi, ex quibus nos non justificari manifestum est. Paro Paulus sub fide comprehendit opera fidei, ex hisque nos justificari non negat, imo assertit, utque ad Jacobum. Ut alia taciam, id ipsum plurimis exemplis confirmat toto cap. XI ad *Hebræos*, ubi heroica fidei patrum facta enarrat, per que ipsi Dei hominumque gratiam et gloriam meruerunt. Unde per anadiplosin concludens, vers. 31: « Godeon, inquit, Baraa, Samson, Jephthe, David, Samuel, etc., per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repositiones, obtulerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis effugerunt aciem gladii, etc., lapidati sunt, sed sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egenes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in manibus et speluncis, et in cavernis terra. » Ita S. Augustinus, lib. De Fide et Oper. cap. XIV, qui et lib. LXXXIII. *Quest. IX*, cap. LXXVI, ait Paulum intelligere opert que fidem precedunt, Jacobum vero opera que fidem sequuntur.

Addunt aliqui Paulum loqui de prima justificatione, qua quis ex injusto fit justus; Jacobum de secunda, qua quis ex justo fit justior: see *Rom.* IV, 3, ostendi tam Paulum quam Jacobum, loqui de utraque. Verum tamen est, Jacobum magis loqui de secunda, puta de augmento justitie: conatur enim fideles et justos excitare ad studium bonorum operum; Paulum vero magis loqui de prima, qua quis ex impio fit justus. H. liquet ex cap. III ad *Rom.*, vers. 23, ubi sic ait: « Omnes peccaverunt et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, etc., propter remissionem precedentium delictorum; » et cap. IV, vers. 3: « Credenti, ait, in eam qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam, » itaque

probat ex *Psalm.* XXXI, vers. 1: « Beati quorum reusissis sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. »

Denique Paulus per opera proprie intelligit legalla. Cum enim Judæi censerent se justificari ex circumcissione, et ceremoniis lege Mosaica prescriptis, Paulus id ipsum confutat, docetque hæc omnia sine fide et gratia Christi esse inefficacia et inutilia ad justitiam et salutem. Id ipsum patet *Rom.* III, 28, ubi discrete ait: « Arbitramur justi-

ficari hominem per fidem sine operibus legis, » ac subdit: « An Judæorum tantum tantum? » uti Judæi putabant: « nonne et Gentium? imo et Gentium. » Idem liquet ex eo, quod *Rom.* II, III, IV, et epist. ad *Galat.*, cum nominat opera legis, semper affert exemplum circumcissionis, que fuit præcipuum opus legale veteris legis. Jacobus vero per opera intelligit Evangelicam et Christianam, que sunt ex fide et gratia Christi, ex quibus nos justificari tam Paulus quam fides docet.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hoc capite S. Jacobus a fide transit ad fidei doctrinam, puta ad magistrerium; ac contentioni et ambitioni opponit sapientiam humilem et mansuetam. Primo, ergo tarat eos qui officium docendi ambiant, quorum occasione in lingua vitia excurrunt, atque linguam esse indomabilem, ignem omnia comburentem, adeoque universitatem iniquitatis. Denique, vers. 13, docet veram sapientiam discendi et docendi non consistere in contentione et zelo, sed in mansuetudine et pace.

1. Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis. 2. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est etc., potest etiam frango circumducere totum corpus. 3. Si autem equis frenâ in ora mittatis ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus. 4. Ecce et naves cum magna sint, et a venis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit. 5. Ita et lingua modicum quidem membrum est, et magna exallat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendi! 6. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat lotum corpus et inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna. 7. Omnis enim natura bestiarum, et volutrum, et serpentium, et cæterorum domantur, et domita sunt a natura humana. 8. Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum: plena veneno mortifero. 9. In ipsa benedicimus Deum et Patrem: et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. 10. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratre mei, hæc ita fieri. 11. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amarum aquam? 12. Numquid potest, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. 13. Quis sapiens, et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientie. 14. Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem. 15. Non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica. 16. Ubi enim zelus et contentio: ibi inconstantia et omne opus pravum. 17. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suavis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis; non judicans sine simulatione. 18. Fructus autem justitiæ in pace seminatur, scientibus pacem.

1. NOLITE PLURES FIERI MAGISTRI. — Græce ne multi doctores factis. Magister Latinis appellatur quilibet prefectus; unde vocatur magister morum, magister equitum, magister navis, magister populi, id est dictator, magister pecoris, id est

pastor. Hinc magistrare est regere, indeque nomen magistratus, ait Festus. Unde primo, aliqui per magistrum accipiunt Episcopos: Episcopum enim est doctor populi, ut ait Apostolus I *Timoth.* III, 2, q. d. Nolite plures fieri Episcopi

quidem ipsum pro nobis oris. » Hoc est quod ait Ecclesiastes, cap. vii, 21 : « Non est homo justus in terra, qui faciat bonum et non peccet ; » et Proverbo xxiv, 16 : « Septies enim cadet justus, et resurget. » Unde Clemens Alexandrinus, I *Pedagog.*, ap. ii. : « Nil omnino peccare, inquit, proprium est Dei. » Clare vero S. Joannes, *epist.* I, cap. 1, vers. 8 : « Si dixerimus, ait, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est ; » et S. Paulus, I *Cor.* iv, 4 : « Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum. » Unde S. Gregorius, XIV *Moral.* cap. 3, vel xviii : « Quid ergo, ait, facient tabulae, si tenent columnas ? Aut quomodo virgula immobilis stabunt, si hujus parvis torbide etiam celi quantuntur ? » Quocirca singulariter ex precepto Christi quotidie oramus : « Dimitte nobis debita nostra ; » idque vere, non ex ficta humilitate, ac in persona propria, non aliena, ut contra Pelagianum definit Concilium Milvitanum, *can.* 6.

Itaque de fide est, hominem iustum non posse, etiam cum auxilio speciali, quod ordinarij conferunt, sine singulari privilegio omnia peccata venialia ad longum tempus vitare. Ita definit Concilium Tridentinum *sess.* IV, *can.* 23 : « Si quis, ait, hominem seculi iustificatum dixerit posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit. » Ubi nota primo, posse hominem iustum vitare omni omnino peccato ad tempus, v. g. cum baptizatur, cum de omnibus est toto corde conterritus et confitetur, cum intelligentiam plenariam consequitur, etc. Sed non potest per omnem vitam, ut volebant Pelagiani, imo nec ad longum tempus se continere ab omni peccato veniali.

Ratio est, quia auxilium omne gratie quod eius ordinarij confert, non tollit concupiscentiam, ut patet in S. Paulo, *Rom.* vii, et II *Cor.* xii, ac proinde non impedit omnes motus rationem praevenientes quibus rapimur in illicita. Motus autem hi concupiscentiae varii sunt, et pene innumerari, ac dum unum superamus, exurgit et quasi ebullit alius et alius quasi continue. Ubiqueque autem sunt tales tantique motus ad peccatum illicitum, fieri moraliter nequit, ut peccata humana infirmitate abfingendo non peccetur venialiter. Nam si vel parum quis negligens in uno fuerit, illico est peccatum veniale, non est autem humane industrie, istam extremam diligentiam et vigilantiam in omnibus animi motibus prestare. Ergo moraliter fieri nequit ut per auxilium speciale ordinarij, quod etiam sanctissimis confertur, homo evitet in tota vita, imo ad unum annum omne peccatum veniale. Minima enim negligentia sufficit ad peccatum veniale, quia non requirit perfectam deliberationem, aut advertentiam. Sic impossibile est, ut quis opus aliquod magnum conscribat vel imprimat, aut navim, domum, templum edificet ; et nullum, ne minimum

quidem errorem committat ; quia impossibile est, ut mens humana ad omnia etiam minima vigili excubet, vigilie consistat. Unde illud : « Quandoque bonus dormitat Homerus. » Sicut ergo facile in cithara chorda aliqua per longum tempus laxatur, facitque dissonantiam : ita et in homine contento animi diu durare nequit, quin se remittat et in aliquo hallucinetur. Rursum, sicut qui in Alpibus per montes asperos et saxa multis diebus incedunt, impossibile est ita semper esse cautos, ut aliquando in aliquod saxum non impingant et offendant : sic homini inter tot lapsuum occasiones et scandala, aliquando non impingere et offendere moraliter est impossibile. Licet enim singuli actus et lapsus sint liberi, ideoque in hominis potestate sit eos evitare, tamen omnes simul sumpti non ita sunt in hominis potestate, ut omnes vitare possit. Libertas ergo est singulorum, necessitas vero peccandi aliquando, est omnium copulata et simul sumptorum. Denique peccatum veniale non tollit iustitiam, aut gratiam Dei, sed cum ea consistit, estque quasi nevus in facie pulchra : unde pariter non impedit, quinimus iustus censeatur implere legem iuxta possibilitatem hujus vite. Praeter enim, et multo magis Deus, non curat errata minima, ut ob ea graviter indignetur, hominemque odio prosequatur et morte puniat.

Dices : Si homo tantummodo moraliter hanc lapsu veniali immunem integritatem praestare non potest, physice tamen potest, ergo non est ei absolute id impossibile ; ac proinde fieri poterit, ut aliquis in toto genere humano, per auxilium Dei commane vivat omne peccatum veniale. Respondet : Cum dicimus hominem moraliter hoc non posse, non sic intelligimus, quasi aliquo modo, raro tamen, aut non nisi cum summa difficultate fieri possit, ut homo omne omnino peccatum vitare ; sed quia non caret potestate intrinseca, puta libertate et voluntate physica, qua secundum se cum Dei gratia sufficiens est ad hoc praestandum : haec tamen tot difficultatibus et mutationibus est obvallata, ut spectata humane fragilitatis conditione nunquam possit reduci in actum ; et ideo dicimus moraliter hoc esse impossibile, physice tamen possibile, ut recte docet Andreas Vega, lib. XIV in *Concl. Trident.* xxv.

Si quaeras, an iustus cum auxilio speciali non possit vitare saltem omnia peccata venialia e genere, que plena deliberatione committuntur ? Respondet Durandus in II, dist. xxvii, *Quaest.* III, num. 8, id fieri posse ; idque non est improbabile, si de aliquo viro sanctissimo loquamur, ut de S. Joanne Baptista, qui nunquam videtur dixisse verbum otiosum. Unde de eo canit Ecclesia, quod a puero ierit in desertis, et ne levi saltem maculare vitam fame possit. Idem forte dici posset de S. Paulo primo eremita et Antonio, eos ad aliquot annos haec vitare potuisse ; licet de tota vita non ausim id affirmare ; facillime enim tanto

tempore contingit aliquis linguae vel phantasie et mentis lapsus, uti docet hic S. Jacobus. Ha olim sensus doctissime noster Lessius in tract. de *Gratia*.

Moraliter hinc peccandi necessitas est materia profunda humilitatis, acutique hominis vigilantiam, studium et lucram, ut quam minime peccet, atque ideo eam in justo permittit Deus, uti S. Paulus ait sibi stimulum carnis relictum, ne singulatio revelationum eum extolleret, et virtus divina in ejus infirmitate perficeretur, II *Cor.* xii, 9. Hic ergo Jebusius in carne nostra habitans, subjogari potest, extirpari non potest, sicut olim idem relictus fuit a Deo Hebraeis, ut in eo experiretur Israelum, *Judic.* ii, 22. Hic rursum monet nos misereri aliorum, eisque qui nos offenderunt, facile dare veniam, utpole conscios fragilitatis suae nostrae, quam aliens, ac pariter peccantes torripere in spiritu lenitatis, *Galat.* vi, 1. Unde S. Augustinus, lib. II *De serm. Domini in monte*, cap. xx, hunc corripiendi modum praescribit, ut corripiens consideret an aliquando idem vitium lubuerit, an non : « Si non habuit, cogitet se honorabilem esse, habereque potuisse ; si habuit et non habet, tangat memoriam communis fragilitatis, ut oburgationem non odium, sed misericordiam praecedat. Si est in eodem vitio, non reprehendat, vel objuret, sed congemiscat et ad pariter cavendum invitet. » Hinc de S. Francisco multisque aliis Sanctis legitimus, quod assidue se vocarent peccatores, et quidem maximos, adeoque noster Franciscus Bonica suis epistolis non aliud subscribebat, quam « Franciscus peccator, » uti refert Ribadeneira in ejus Vita. De aliis legitimus eos optasse liberari hoc exilio, et transire ad Christum, ut hanc eam offendendi miserabilem necessitatem viderent.

SI QUI IN VERBO NON OFFENDIT, HIC PERFECTUS EST VIR. — Didymus id accipit de verbo interno cordis, non externo oris ; qui enim, inquit, habet veritatem sensus de rebus quae sunt, is inoffensibile habet verbum : atque perfectio consistit in moderatione et sereno non tam verborum, quam cogitationum et passionum. Verum hoc symbolice est. Agit enim Jacobus de usu et vitio linguae, ut patet ex sequentibus ; perpetua enim lingua moderatio effectus et signum certum est moderationis cogitationum et passionum. Qualis enim est vita, talis est lingua. Unde Hugo Victorinus, annot. in cap. xi *epist.* ad Romanos, docet in moderatione linguae non tam consistere perfectionem, quam cum illam perfectionis ; sicut senem vocamus, qui centesimum annum agit ; et si enim solus centesimus non inducat senium, tamen id facit, si jungatur caeteris praecedentibus. Talem virum quasi vix invenendum requirebat *Eclii.* cap. xix, vers. 17 : « Quis est qui non deliquit in lingua sua ? » Ratio est, prima, quia inter vicia corruptae naturae humanae unum non minimum est innata loquacitas, ut quod cupit et concipit, hoc proloqui gestiat ; uti videre est in

pueris et mulieribus : hanc autem, quia innata et quasi naturalis est propensio, compescere et regere est difficillimum. « Ex abundantia enim cordis oris loquitur, » *Math.* xii, 34.

Secunda, quia lingua vicina est cerebro, et phantasia, ut quod illa cogitat mox derivat in os, et in verba effluit : quare nisi phantasia regas (quod est perdifficile), linguam non rexeris ; verbum enim oris est partus verbi mentis ; sermo est fructus cogitationis, imago cordis, index sensorum animi. Hinc Socrates dicebat : « Loquens, adolescens, ut te videam. » Unde Psaltes, *Psal.* xxxviii, 1 : « Dixi, ait, custodiam rivas meas, ut non delinquam in lingua mea. »

Tertio, quia magna rerum et circumstantiarum omnium circumspectio opus est in loquendo, ut dicas accommodate loco, tempori, personis audientibus, ne quem offendas, praesentem et perfectionis, ac virtus naturae in omni sermone tempore deest, ac uti acurrit, sed ad id graua Dei singulari opus est. Quocirca vero S. Augustinus, *epist.* 7 *Ad Marcellinum* : « Quamvis, ait, Tullius (ut scribitur) nullum verbum unquam emisit, quod revocare vellet, haec tamen laus creditibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto. »

Quarta, quia homo pronus est ad laudandum et alius detrahendum ; item ad adulandum, simulandum, fallendum, mentendum : rursum ad loquendum curiosa, fabulosa, otiosa et superflua, cum tamen Christus edicat *Math.* xii, 36 : « Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. »

Hoc est quod pronuntiat Sapiens, *Prov.* xvi, 1 : « Hominis est, preparare animam ; et Domini, gubernans linguam. » Hoc orat Psaltes, *Psal.* cap. cxl, vers. 3 : « Pone, Domine, custodiam ori meo, et osium circumstantium labiis meis, ut non declinem in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis. » Quocirca unus e Seraphim calculo ignito adussit labia Isaiae, ut expurgata discerent recta et ignita loqui, *Isaiae* vi. Idem viderunt Gentiles. Interrogatus Aristoteles apud Stobaeum, *serm.* 33, quae res homini esset difficillima ? respondit : « Silere tacenda. » Longius progressus est idem Aristoteles apud Antonium in *Melissa*, I part., *serm.* 73, tom. I *Bibliotheca SS. Patrum* ; cum enim ex eo quereretur, quisnam posset arcuam sibi creditum continere : « Qui carbo-nem, ait, ignitum lingua retinere potest. » Constantiae refert Clerico, lib. A *De Orat.*, Ennium dicere solitum flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta tenet.

Atque haec Philosophorum apophthegmata illustrant illud *Eclii.* xix, 12 : « Sagitta infixi femori carnis, sic verbum in corde stulti, et id est, qualis impressa fugax taurus bipenne, vultus et telum ferens (ut loquitur Bipenna in *Heracleo Fa-*

Christus, qui illud sua gratia frenat et regit. Ita S. Joannes, Apoc. vi, 2: «Ecco, ait, equus albus, et qui sedebat super illum habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens et vincet.» Hic equus sunt Apostoli, sessor est Christus, qui per eum vincit et subigit totum orbem. Equus ergo notat Apostolorum erga Christum primo, obedientiam; secundo, patientiam laborum; tercio, alacritatem et peccata; quinto, velocitatem in evangelizando; sexto, quod Christum Christifere nomen et regnum per totum orbem portat. Vide ibi dicta. Hinc S. Chrysostomus, hom. 17 in Math., linguam nostram vocat regium equum, quem si franes, graduarum efflores, dignamque cui insidat et inequit Christum, S. Ambrosius, lib. IX, in cap. XIX S. Lucae, vers. 30, quaerens cur Christus assu in die Palmorum vehi, daque Hierosolymam ingredi voluerit, respondet: « Non, inquit, mundi Dominum foransi specie gestari dorso asinae delectavit, sed ut latente mysterio, penetrabilia nostris insterneret. (1) In secretis animorum interiore concessi mysticas vector insidat, quasi quondam corpore divinitatis infusus, regens mentis vestigia, lasciviam carnis infrangens, ut ductu pietatis assuetum populi gentilis adomaret affectum. Felices illor, qui talem interius venibus recipere videntur. Felices plane illos, quorum ora ne multiloquio solvantur, vehi certis habena restrinxit. Quae ista habena, fratres? Quis me docet quemadmodum ora hominum aut restringat, aut solvat? monstravit mihi habenam illam: qui dixit: Ut detur mihi sermo in apertura oris mei. Sermo ergo habena est, sermo stimulus est, et ideo durum est sibi adversus stimulium calceae mittere. Docuit igitur hic non aperire ora, stimulum perpeti, juxta quum dicitur. Docuit et alius linguae retinacula pati. Barior enim facendi virtus est, quam loquendi. Docuit plane ille, qui velut mutus adversus dolum non aperuit os suum, paratus in flagella, et verbera non recusans, ut esset pia sessio Dei. »

Nota hic primo: Sicut freno domantur equi, cameli, ursi, aliaque animalia fera et indomita, juxta illud Martialis, lib. 1, Epigram. 103: »

Pieta quod jura delicata colla
Fardis vestigia, improbarumque fides
Indigent patientiam flagello;
Mucronis aurea quod lupuli cervi,
Quod frenis Libyici domantur ursi
Et quatuor Cyclops telago struunt
Paret purpureis asper exsistibus
Terpes credula quod trahunt bivota,

Ita nulla est lingua, phantasia et cupiditas tam saeva et vehemens, quae non Christi gratia et continentia dometur, circueitur, jugumque rationis et spiritus divini subeat. Hoc est quod monet Ezech., cap. xxxviii, vers. 29, dicens: « Aurum taurum et argentum tuum conlla, et verbis tuis fa-

cito stateram, et frenos ori tuo rectos. » Quia verba explicans S. Ambrosius, lib. 1 Offit., cap. III: « Possessio tua, ait, mens tua est; aurum tuum, cor tuum est; argentum tuum, eloquium tuum est, etc.: jugum sit verbis tuis et statera, hoc est, humilitas atque mensura, ut lingua tua menti subdita sit. Restringtonatur habena vincula: frenos habeat suos, quibus revocari possit. Ad mensuram sermonis proferat, libra examinatos justitiae, ut sit gravitas in sensu, in sermone ponderat, atque in verbis modus. Hinc si custodiatur, sit mitta, mansuetus, modestus. »

Porro Philo, lib. Quis dicitur, verum heres, infinitum, frenum linguae asserit esse meditationem rerum divinarum. Idem alibi: « Qui, ait, narrat quae non decent, non eloquentiam ostendit, sed stultiam impotentiam. »

Nota secundo: Sicut equus frenatur et freno inhibetur cum dolore, ideoque frenum a frangendo ore dicitur, uti jam indicavi: ita et linguae vis inferenda est per silentium et continentiam, cum dolore. Unde Seneca, lib. IV De Benef., cap. xxxvi: « Ecco, inquit, ut doleas, ut postea consideratus loquaris, quod dicere soleamus, linguarium. » Id est, linguae vinoulum et retinaculum, v. g. epistrium (quo equorum mordacium os et labra claudi et constrigi solent) « dabo. » Vulgus enim, aviditas et quasi pruritus loquendi quae vidimus, audivimus aut scimus, adeo nobis innata est, ut sine dolore inhiberi nequeat. Multis enim prurit lingua ad loquendum; magis, quam mens ad cogitandum, aut manus ad operandum. Quocirca sapienter S. Gregorius, lib. V Moral., cap. xi, alias xii: « Boni viri, inquit, freno consilii retinent praecipitationem verbi, et caute considerant ne relaxantes linguae lasciviam, auditorum conscientiam inane locutione transigent. Unde bene per Salomonem dicitur: Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum. Aqua quippe dimittitur, cum linguae fluxus effrenatur: sed dimissor aquae, caput jurgiorum efficitur, quia per linguae incontinentiam discordiae origo propinatur. Igitur sicut pravi in sensu leves sunt, ita in locutione praecipites, et redire pertractando negligunt quae loquantur; sed quod levis concupiscentia concepit, levior protinus lingua prodit. »

Nota tertio: Sicut sessor laxando frenum et calcarebus stimulo equum incitat ad cursum, ita pariter Christus jubet incitare suos praecones et fideles, ut tempore congruo loquantur, ac fideles et amicos praediceat, moneant, carpant vicia hominum. Quocirca ropandus est ut mittat in nos Spiritum Sanctum, qui linguas igneas et Seraphicas nobis indat, quibus tui equus magnalia celebremus, omnesque ejus amore accendamus; tum Deum fidenter et audacter invoquemus, ac pia quadam libertate et vi quasi cogamus ut postulat concedat, uti fecit Moyses, Exod. xxxiii, 32. Quia, ut ait Philo, loco citato: « Libertas loquendi cognata est amicitiae: nam arrogantis est

temeritas, amicit vero fiducia. » Quocirca S. Bernardus, De Passionibus Domini, cap. xxvi: « Oculum, ait, non semper patet, nec semper clauditur; sed in domo sapientis patet sapientibus, clauditur vero stultis: sic et os nostrum, quod est aedium cordis nostri, per quod verba quasi quaedam munia egrediuntur, nuntiata quid inferius agatur in corde, quod verbis prudentibus et utilibus est in tempore referendum, pravis vero verbis quae de malis moribus cordis surgunt, jugiter est claudendum. Tempus enim loquendi et tempus tacendi, nec minus peccat is qui subtrahit verbum in tempore opportuno, quam qui prava loquendo alios scandalizat. » Idem docet S. Gregorius, lib. VII Moral., in fine. Huc spectat illud Theophrasti ad quemdam, qui in convivio perpetuo siebat: « Si indoctus et imprudens es, ait, prudenter facis; si doctus, imprudenter. » Ita Laertius, lib. V, cap. II. Plutarchus vero sic dixisse scribit: « Si stultus es, rem facis sapientem: si sapiens, stultum. Est enim sapientiae pars non levis legere silentio stultitiam. »

4. ECCA ET NAVES. — Est secunda similitudo petita a navium gubernaculo, ideoque similis prima petita ab equorum freno. Nam navis in mari est id quod in terra equus et currus; ac sicut equus regitur freno, sic navis gubernaculo, unde navis a Plauto in Rudente, actu I, vocatur equus ligneus. Ea Homerus, Odysseus IV: « Celeres, vit, in mari nave equorum loco sunt. » Hinc et navis a Varro apud Nonium vocatur equisones; ac Seneca in Medea, actu I, rati sive navi dat frenum, quo instat equi frenanda sit. Et Pindarus Pyth. ode 3, ait anchorum esse frenum navis; quin et Horatius, lib. IV Carmin., ode 4, ait, Eorum « Siculas equitare per undas. » Pulchre vero Catullus in carmine de nuptiis Pelae, navim vocat collatam flamine currum, quia flatu ventorum agitur.

Ipsa, ait, levi fecit voluntatem homine currum,
Pinea conjungens iulicis testa carinas.

fice versa Martianus, lib. II, remigium navis rocat solis equos.
CUM MAGNE SINT, — Talia sunt, id est, cum tanta sint, puta tam magne of vase.
ET A VENTIS VALIDES, — valentes. Valablis, serti; Pagninus, duris; alii, asperis, rigidis.

NAVENTER, — navegare, id est, agitare; Pagninus, vehantur; alii projecit impellentur.
CIRCUMFERUNTUR A MOBCO (MOBICO, id est, mitemo) GUBERNACULO, — puta clavo; quod enim in aquo est frenum, in curru temo, hoc in navi est lavus. Unde proverbialia, ad clavum sedere, clamum tenere reipublicae, id est reipublice praesidere, namque gubernare et regere. Ita Cicero ad P. perium, lib. IX, epist. 15: « Sedebamus in puppi clavumque tenebamus; nunc autem vix est in sentina locus. »

URI IMPETUS INDIGENTIS VOLUERIT. — « Impetus, » id est, voluntas; sed dicitur impetus, id est impe-

tus, quia gubernator volens recta dirigere navim, debet saepe oblati ventis et undis; ideoque vi et impetu clavum sui opponere, aut certe illi eum totamque navim ita aptare et accommodare, ut, si non rectum, certe lateralem cursum teneat, feraturque in locum a se destinatum. Adde, quod accipi posse pro impetu, id est, impulsu, studio et conatu voluntatis: in nauclo enim ad clavum sedenti, ut eum recte gubernet, magis opus est animi attentione et dexteritate, quam brachiorum impetu viriumque impulsu. Vnde Plato, epist. ad Aziochum: « Frenis, inquit, ac flagello equos dirigimus, et navigamus aliquando velis navim expandentes, aliquando anchoris frenantes retinemus, seu depravamus: sic gubernanda lingua, Axiocle, modo ut verbis armamus, modo ut silentio reprimamus. »

5. ITA ET LINGUA MODICUM QUIDEM MEMBRUM EST — Vnde Nazianzenus, in earm. De silentio, inter a ait: « Lingua quidem parva est, ac viribus omni vincit, » praesertim in sacerdote, « cujus lingua, ait, est musicum instrumentum. » S. Bernardus, serm. De Custodia linguae, manus et cordis: « Lingua, ait, modicum est membrum, sed nisi caevas, magnum malum. » Item, De Interiori domo, cap. I, linguam ad ligendo, vel ligando deducit: « Quia, ait, lingui adligendo, mordet detrahendo, occidit mentiendo, etc., ligat et ligari non potest; labilis est, et tenari non potest: sed labitur et fallitur: labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta; tollit amicos, multiplicat inimicos; movet et excitat, seminatur discordias; uno iure mullos percutit et interficit; blanda est et subdola, lata et parata ad exhaurienda bona et miscenda mala. »

ET MAGNA EXALTAT. — Est hic apodosis, sive reddito utriusque similitudinis, scilicet freni regentis equum et gubernaculi regentis navim, quibus lingua comparavit. Per magna exaltata graece est μεγαλη, quod primo, multi juxta propriam verbi significationem usu communi receptam vertunt, magnifice gloriatur; Syrus, se extollet, nimirum, ut ait Poeta:

Prolicet impullus et ressupulatus verba.

g. d. Passillum membrum est lingua, sed jacta bundum, quod verborum suorum quasi solidus verberum jactu, impetu et pondere tota regna, totosque populos inter se committit; ac proinde maxime curanda est ejus directio et moderatio. Hinc Ueda et alii pro extollet exultat (qui peram Auctor Comment. in Psalm. cxi, apud S. Hieronymum, legit extollet), id est, impotent gestit, gloriatur, et jactantia sua quasi in altum exilit, ferocit et saevit, ut contineri non possit, nisi frenum rationis et continentiae adhibeatur. Sic Cicero, IV De Republica, dixit: « Omni crudelitate exultare, » quod Nonius interpretatur saevire. Rursum Cicero, lib. De Senectute: « Falcius, inquit, Annibalem juveniviter exultantem, » id est, ferocientem et sovientem, » patientia sua anollivit. »

Inaque S. Jacobus μεγαλαυχη hic non sumit prohani jactantia, ostentatione et gloriatione: hec enim παρ' οὐρανὸν vel mali efficit: sed pro jactantia impetibus et efficiat, qua lingua multos adeoque integros sepe populos ad magna, vel bona vel mala, impellit et committit. Hinc per metalepsin μεγαλαυχη idem est quod magna exultat, ut veritas Noster, id est, magna erigit, efficit, operatur. Unde Pagninus et Valabius vertunt, magna jactat, videlicet verba et verbera: Eucumenius, magna operatur, bona videlicet et mala: sic et Mariana et alii. Emmanuel Sa, magnas virtutes exultat. Alludit μεγαλαυχη ad ερις, id est cervix, collum, q. d. μεγαλαυχη, id est, magna in cervicem attollit, magna in altum erigit, magna exultat: unde eodem alludit in voce καταρση, id est, suppressit, ut dixi cap. ii, vers. 13. Rursum ερις est mors clavi, sive gubernaculi, in quam gubernator incedit, ait Pollux, idem pene quod ερις nominatum hic a S. Jacobo, ut μεγαλαυχη sit idem quod « magna navis clavum gerit et regit. » Sensus ergo est, q. d. Sicut fronsum cervicem equi totumque equum agit, et in altum erigit: et sicut clavus se totumque navim regit et erigit supra aquas et undas, ut is non obruitur et mergatur, sed is operatur et inquitur: ita quoque linguam non tantum hominem totum sua jactantia in altum sustollit, sed et ceteros ac populos integros in altum erigit, agitque quo vult, ac proinde magna, vel bona vel mala, exultat, id est erigit, efficit, producit: perinde ac aurigo cursum in profundo limi delixos modico instrumento ferat, quod instar vertebræ gyroso sese exerit, sensimque assurgit, facile elevat et educunt. Simili vertebræ et rota exigua vidi in Belgio, a puero uno maximos pontes et naves in altum attolli. Idem facit et lingua: hec enim minimum sit membrum, magna tamen potest et operatur.

Dicit ergo laubus: Sicut sessor peritus equitandi freno regit equum, ut eo vehatur quocumque liberit; imperitus vero sessor aut negligens frenum, facit tam se quam equum et currum, omnesque qui eo voluntur, periclitari, ut cursu precipiti illiduntur, excollantur, aut ruunt in præsepes. Rursum, sicut naucerus peritus clavo regit navim et omnes qui ea vehuntur, ut superatis fluctibus et ventis salvi perducantur in portum; imperitus vero aut negligens clavum, se, et navim, ac omnes qui ea vehuntur, certo periculo naufragii exponit, ut in scopulis illisa dissiliat, aut ventis fluctibus et verticibus lauriantur: ita pariter vir prudens, qui linguam rite moderatur, se multosque alios ad magna bona attollit; imprudens vero, qui eam regere nescit, sibi aliisque pluribus maxima mala invenit et accersit: lingue enim effrenis petulantia exultat lites, jurgia, odia, bella, excidia familiarum, urbium et gentium: lingua vero frenata et moderata salutem sibi, domui, urbi totique conciliat. Sicut ergo directum frenum et cla-

vus salutis est equo, navi et vectoribus, neglectum vero utrumque, periculum et perniciem utriusque affert: ita pariter et lingua a prudenti prudenter directa, pacem et omne bonum; ab imprudenti vero imprudenter directa, bellum et omne malum sibi multisque aliis conciliabit. Comparat enim linguam freno et clavo, virum sessor et naucero, domum, urbem et rempublicam equo et curru, ac navi et vectoribus. Hæc omnia intelligit, unoque verbo magna exultat, brevitate studio complectitur S. Jacobus. Unde Eucumenius: « Non est adeo, inquit, explicatus sermo, quoniam abbreviati Verbi discipulis est in quæ hoc scribit. »

Mystra Beza, Hugo, Lyranus et Thomas Anglicus: « Lingua magna exultat, » inquit, id est, magna prædit, vel magnas penas affert.

Exempla bonæ lingue magna bona conciliant sunt apud Valerium Maximum, lib. VIII, cap. ix. Prætor, de Valerio, qui cum plebs a senatu pestilera seditione divisa in montem sacrum recessisset, eandem sua oratione et blandimenta ad saniora consilia revocant senatum subiecit, id est, urbem urbi junxit. Verbis ergo laudibus ira, consternatio, arma cesserunt.

Secundum, de Hegesila Cyrenæico philosopho, « qui sic mala vite » sua eloquentia « representabat, ut eorum miseranda imagine audientium pectoribus insæta, multis voluntarie mortis appetendæ cupiditatem ingeneraret: idcirco a rege Pholomæo ultimus hæc de re disserere prohibitus est. »

Tertius sit Amphion, qui sua oratione saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicitur. Unde Horatius, De Arte poetica:

Dicitur et Amphion, Thebanæ equitator ubi,
Saxa movere non lesudinis, et præce blandi
Ducere quo vellet.

Idem, lib. III De Carm., ode 11:

Movit Amphion lapides cœnens.

Et Statius, lib. VIII Theb.:

Et diurnæ volucribus Amphionis caules.

Sic Orpheus et Arion perhibentur suo carmine et suaviloquentia movisse arbores, silvas et feras: non quod vere id fecerint, sed quod homines duros, stupidos et barbaros instar ferarum in silvis viventes, sua oratione pellexerint ad vitam civilem, humanam et sociabilem, ac ad urbes ac de causis construendas et incolendas.

Quartus sit Cicerò, qui Romæ omnia poterat, et Romanis persuadebat quæcumque volebat, Catilinam, Antonium aliosque tyrannidem ambientes urbe expulsi. Audi Phitarchum in ejus Vita: « Nempè hic vir quantum affert honesto condimentum eloquentia, ostendit populo Romano: atque invincibile esse, quod justum est, sic recte dicitur: debereque eum qui sedulo tra-

are Rempublicam intendit, semper quidem in rebus apertis honestum blandienti anteferre, sed in dicendo verbum eximare condonabili. » Et inferius: « Fuit Ciceronis ea tempestate potentia Romæ maxima; et cum omnia efficeret quæ vellet, Antonium factione oppressit, » etc. Subdit Augustum, postea Cæsarem, per Ciceronem postulas et impetrasse consulatum, quo viam sibi atrox ad triumviratum, deinde ad monarchiam.

Similis Ciceroni in suavitate dicendi, sed in efficacia dicendi superior fuit Athenis Demosthenes; de eo enim sic scribit Plutarchus in ejus Vita: « Hujus oratoris vis quæ excitabat animos et incendebat ad gloriam, obstruxit omnibus reliquis, ut quasi lymphati ab ejus oratione rapti a i honestum, metum, rationem, gratiam abjicerent, ut legatos mitteret Philippus ad pacem petendam, omnis Græcis eligeret se; accommodarent se vero Demostheni non modo prætores Athenienses dicto et indientes, sed et Buctarchus, consensibus illis præsert omnibus, Thebanorum æque ac Atheniensium. »

Verum hos omnes superavit orator Christiani, ac in immensum Christus ipse, qui turbas flocebat quo volebat, ut missi a Pharisæis ad eum expiendum stupéfati rediret dicerentque: « Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo, » quia scilicet erat Verbum in carne loquens lingua celesti et divina, Joan. vii, 46; et Petrus: « Domine, ad quem illius (nisi ad te) » verba vite intravit illes, » Joan. vii, 68. Hinc Apostolus linguam dicit igneam, ac præsertim S. Paulo, qui reges et principes, oratores et philosophos Judæos et Græcos, adeoque Gentes totius orbis prætraxit ad Christi fidem et cultum. Ejus discipulus fuit S. Joannes, Patriarcha Constantinopolitanus, qui ab aureo ore et lingua persuadendi quilibet cognominatus est Clarysionus. Tales posterioribus sæculis fuisse S. Antonius de Padua, S. Vincentius Ferrerius, S. Bernardinus, qui suis concionibus sexa hominum corda ad penitentiam et aedificandam inflexerunt; adeo ut eorum linguæ essent plectra et organa Spiritus Sancti.

Exempla mala lingue magna mala conciliantis recitat Valerius loco citato: « Phisitratius, inquit, tantum dicendo valuisse traditus est, ut ei Athenienses regium imperium oratione capti permitterent, cum præsertim ex contraria parte amatissimus patris Solon niteretur; sed alterius salubres erant conciones, alterius dissortiones. Pericles liberis Athenarum cervicibus jugum servituti imposuit: egit enim et versava illam urbem arbitrio suo, cuiusque adversus voluntatem populi loqueretur, jucunda nihilominus et populari ejus vox erat; unde fatiscentur in laboris hominis mille illucorem leporem habitare. Quod tunc senex vixit exclamavit, cavere illum civem oportere, quod Phisitratius simillima ejus foret oratio. Nec hominem aut estimatio eloquii, aut morum augurium fellidit. Quid enim inter Pisi-

tratum et Periclem interfuit? nisi quod ille armatus, hic sine armis tyrannidem gessit. »

C. Græchus sua eloquentia pertulit rempublicam, ait Valerius, lib. VIII, cap. xv. Inter fideles quid Eva et Adamo totoque generi humano miserabilis? quid illud in has miserias conjecit? lingua serpentis, Genes. iii. Quid exilia lingua Judæ? que prodidit et perdidit Christi funem, unicum hominum et angelorum bonum et gaudium. Quid stolidia lingua Roboam vesanus? que sua sevitia totum Israël regnum a se, a Juda, a templo et Deo averit, III Reg. xii. Quid hodie bella inter regna et reges Christianos, que utrisque innumeras calamitates et ciades afferunt, suscitavit? lingue pestifero invidorum et iniquitatorum, qui suam quietem æstimant bellum commove, qui sua iura æstimant damna aliena, qui rapinas et spolia iniqui et orbem incendit, quæ totam domum, linguam et orbem incendit.

Quantus, — id est quantulus, quam exiguus; græce enim est ὀλιπος, id est modicus, parvus; videtur interpretis legisse, ὀλιος, id est quantus, sic enim habet textus Græcorum Veronensis, testo Gagnebo, qui et explicans addit: « Et hoc modicum frontem legendum: Videte quantum et quam magno igni opus est ad incendendam silvam, q. d. Non nullo opus est, sed modico, imo una scintilla duntaxat. Ita, ut ait S. Hieronymus, in cap. iii ad Galat., « Arius in Alexandria parva scintilla fuit, sed quia non statim oppressus est, totum orbem flamma ejus est populata. » Ita Faustulus Manichæus sua eloquentia, ait S. Augustinus, lib. V Confess., cap. iii, a magnis erat loquens diaboli, et multi implicabantur in eo per illecebram suaviloquentie. »

Ita Lutheri lingua quasi ignis scintilla, quæ illico non repressa, proserpens incendit totum Germaniam; Calvinii Galliam, Wiolef Bohemiam, etc. Annon hæc faces orbis?

6. ET LINGUA IGNIS EST. — « Et, » id est sic, simili modo, pariter, licet enim hic apodosis, sive reditio similitudinis, q. d. Sicut tuodius ignis totam silvam accendit, simili modo ignis est lingua, sive est universitas iniquitatis, quam lingua accendit: dum domos, urbes, republicas et regna impet rixit, illius, bellis aliisque sceleribus, juxta illud Prov. xvi, 27: « Vir impius fodit malum, et in labiis ejus ignis ardescit. » Et Eccl. xxxii 11: « Homo fructuans incendit litam, etc. Secus dum enim ligna silvæ; sic ignis exardescit. » Et

alludit hic Jacobus. Sic in Proverbiis passim Hebraei «*van*, id est est, sumitur pro *sic*, ut patet inveniunt.

Comparat linguam igni. *Primo*, ob formam et speciem: utrumque enim formam habet pyramidalem. *Secundo*, ob similem colorem: utrumque enim rubicundum est. *Tertio*, ob velocitatem, volubilitatem et celeritatem similem. *Quarto*, ob parem effluviem: verum enim *flamma* et cruciat proximum instar ignis. *Quinto*, ob similem agendi modum: unde flamma neque ac lingua dicitur lambere rem quam accendit, juxta illud Claudian, I *Rapt.*:

Lambit coevas innoxia flamma grana.

Scito, quia lingua se prodiit internus ignis, id est amor, vel impurus et carnalis, vel parus et diivinus, qui proinde Apostolis indidit linguas igneas. Quocirca sapienter et pie S. Augustinus, lib. X *Confess.*, cap. XXVII: «*Quotidiana fornax nostra, ait, est humana lingua, imperat nobis et in hoc genere continentiam: da quod jubet, et jube quod vis. Tu nosti de hac re ad te genitum cordis mei, et flumina oculorum meorum. Neque enim facile colligo quam sim ab hac peste mundator: et multum timeo occulta mea que vorant oculi tui, mei autem non. Est enim qualescumque in aliis generibus tentationum mihi facultas explorandi me, in hoc pene nulla est.*» Et inferius: «*Confiteor me delectari laudibus, sed amplius ipsa veritate, quam laudibus.*» Desirip uti ignis, ita lingua damnans saepe est irreparabile. Fama enim semel perditam recuperari nequit, *Proverb.* xxv, 8.

Moraliter: Sicut lingua et loquacitas ignem et incendium immane excitat, ita silentium et lingue moderatio idem sopit et extinguunt. Unde Sapient, *Prov.* xxvi, 20: «*Cum defecerint lingua, inquit, extinguetur ignis: (sic) et susurrone subtrahit jurgia conquiescent.*» Et *Ecl.* vii, 4: «*Non liges cum homine linguato, et non strues in ignem illius ligna.*» Quocirca S. Basilus graviter deceptus et offensus ab Eustathio haeretico, quem simulatam conversionem ad communione amiserat, per fratrem suum silvium, et ne vel litterarum ad eum scripsit, ne potius ex dolore quam ex ratione cum eo expostulare videretur, nove novae rixas suscitaret. Ita habet ejus Vita. S. Basilium quasi socium et fratrem unitatis est S. Gregorius Nazianzenus. Cum enim nonnulli probra in eum *facti* essent, ut ignem, id est iram, elicerent, ille se silivio narrat, oral. *De verb. suis*: «*Negant, inquit, ut pyritem (qui lapis est internum habens ignem, quem percussus exerit, ait Nicetas), sic me conviciis tundere desituros, donec ex parva scintilla ingentem sermonum flammam excitarint.*»

Hujus rei symbolo, Deus incendium voce silentis extinxit. Erat is Hadulphus, ob silentium continuum cognominatus Tacens: per sedecim enim

annos nullum verbum ex ore emiserat. Habitabat ipse in monasterio Affligiensi, quod Bruxellae adiacens, Belgis notum est et celebre. In eo casu exortum est incendium, quod cum nulla vi restingui posset, Hadulphus silentium solvens fidenter edixit: «*Stes, ignis; flamma: penitus conquiescas:*» illico stetit ignis, ut stetit sol ad imperium Josue. Ita Thomas Cantip., lib. II *De Apibus*, cap. xii, § 4. Quocirca S. Ephrem, *De Passione animi*, sic nos antequam loquamur pro lingua moderanda Deum orare docet: «*Digitus gratiae tuae, Domine, semper movet linguam meam, tanquam nervum citharae ad gloriam tuam. Concede mihi, Salvator, petitionem cordis mei, fiatque lingua mea velut cithara ad resonandum fugiter laudes tuas.*» Et *Ether*, xiv, 13: «*Tribus sermonem compositum in ore meo.*» Et *Psalm.*, *Psal.* L, 17: «*Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam.*» Et *Psal.* lxx, vers. 8: «*Replebat os meum laude, ut canticum gloriam tuam.*»

UNIVERSITAS INIQUITATIS.— Universitas, id est, cumulus, congeries; simili proverbio vocamus aialorum oceanum, malorum illudem: *græce* *κρηνη*; *επι*, *επι*, id est, mundus injustitie, scilicet est lingua, aut potius silva, quam lingua quæsi ignis *incendit*. Sicut enim linguam comparat igni, ita mundum iniquum comparat silvæ, in quam agit ignis lingua: alioqui quid igni cum universitate iniquitatis? Jam *secundo*, id est *primo*, cum nostro *Interprete* accipi potest pro universo, sive universitate, *q. d.* Ubi mundus omnium rerum varietatem et universitatem complectitur: ita lingua omnem iniquitatem parit et continet: aut potius, *q. d.* Lingua totum hunc mundum, qui non est aliud quam silva que iam iniquitatis et injustitie, velut ignis infernalis accendit. Rursum, *q. d.* Lingua implet totum universum iniquitate. Nulla enim est regio, nulla civitas, nulla platea, imo saepe nulla domus quam maledica lingua non implet detractionibus, calumniis, libellis, tumulibus, bellis, concupiscentiis, libidinis. Ad hoc mundus iniquitatis accipi potest ipsa congeries injuriarum et scelerum: hujus enim follis et causa est lingua: adeo ut ipsa tribulatio, que sunt *tyla* justitie, implet falsis testibus, injustis advocatis, procuratoribus, iudicibus. Ita lingua impta et haeretica Deum blasphemant, Sanctos omnes probris afficit, verbum Bonini corrumpit, auditorum mentes excoecat, voluntates ad quidvis audendum accendit, fidem exterminat, spem in presumptionem vertit, charitatem extinguat, humanitatem tollit, seditionem bellorumque faces accendit; facit superbos, invidios, rixosos, avaros, golosos, luxuriosos; corpora commaculat, et animas in tartarum demergit. An non ergo ipsa est universitas iniquitatis? omnes enim iniquitates et scelera per linguam aut perficiuntur, aut persuadentur, aut defenduntur, aut excusantur: «*Lingua (enim) est lena*

et conciliatrix peccatorum,» ait S. Basilus in *Psal.* xxxiii. Denique lingua est mundus et universitas iniquitatis, quia maculat totum corpus, totamque vitam hominis ejusque, uti subdit et explicat S. Jacobus. Addunt aliqui: Lingua est «*universitas,*» id est academia, «*iniquitatis:*» quia sicut in academiis docentur omnes artes et scientie, sic lingua docet omnia genera iniquitatum. Sed *secundo*, non significat academiam.

Secundo, *secundo*, id est mundus, verti potest ornatus et ornamentum; sic enim mundus muliebri vocatur mulierum ornatus, *q. d.* Lingua est velamentum et ornamentum iniquitatum. Sicut enim meretrix sua *decorata* et sordes tegit vestibis seriis et aureis: sic multi sua scelera velant, excusant, imo exornant sua garrulitate et falsiloquio. Ita Oecumenius et Isidorus Pelusiota, lib. IV, *epist.* 10. Hinc toties in Scripturis lingua dicitur concinnare, id est, comere et adornare mendacium vel dolos, ut *Psalm.* xlix, 49; *Job* vi, 26; *Proverb.* xii, 19. Verum prior sensus aptior est et nervosior, ac plane genuinus.

Symbolice *primo*, Thomas Anglicus: Lingua, inquit, totum Universum, puta cælum, terram et infernum, implet iniquitate. In celo enim Lucifer, dicens: «*In cælum conscendam, super astra exaltabo solum meum, etc.*, similis ero Altissimo,» *Isaie* cap. xiv, 13; suisque asectis idipsum suadens et persuadens, cælum implevit seditione et apostasia. Sic et impij a posterum in cælum os suum,» *Psalm.* lxxii, 9, maledicendo Deum et cordes. Rursum, *q. d.* Lingua eorum transivit in terra,» quia terram implet rixis, bellis, perjuriis, etc. Damna vero infernum implet suis blasphemis, jurgis, sannis, maledictionibus. *Secundo*, lingua impellit Deum blasphemando, proximum calumniando, seipsum jaclando. *Tertio*, noster Salmeron et Paës hoc loco per litteras alphabeti ostendunt linguam esse alphabetum et congeriem omnium vitiorum: ex lingua enim oritur adulatio, blasphemia, calumnia, detractio, excusatio in peccatis, gloriatio, haeresis, hypocrisis, irrisio, lamentatio, mendacium, nuge, olosa verba, perjurium, querimonia, rixa, susurratio, secreta revelatio, scandalum, taciturnitas noxia, vituperatio, zelus amaros. Scribit Joannes Pellicyus e Societate nostra librum hoc titulo, *Universitas iniquitatis*, in quo quot quantaque sint vitia lingue ostendit.

LINGUA CONSTITUITUR IN MEMBRIS.— Græce addunt *συν*, id est *sic*. Hic enim dicitur apodosis: explet enim hic Jacobus ceptam similitudinem ignis et silvæ cum lingua et universitate iniquitatis. Verum quia concisus est, multa subaudit, ut superius annotavi ex Oecumenio. Quare tota hæc ejus sententia ita reddenda et connectenda videtur: Ecce quantulus ignis quantam silvam accendit: ita enim scintilla potest accendere totam silvam Herodianam, cujus, ut ait *Cæsar*, lib. VI *Comment.*, latitudo ad novem diastas, longi-

tudo ultra sexaginta diastas extenditur. Pari modo et lingua ignis est, universitas iniquitatis est silva, in quam lingua instar ignis agit; sicut ergo modicus ignis in silva constitutus eam totam accendit, sic lingua quasi modica corporis particula instar scintille in membris constituitur, que totum corpus putida sua exhalatione et adustione commaculat, totamque vite seriem malitie flammis succendit. Hunc esse sensum patet ex Græco, eumque exigit hujus versus cum procedenti coherentia et connexio, nec alia idonea causa afferri potest, cur Jacobus dicat linguam constitui in membris nostris.

Nota: Lingua a Deo posita est in ore hominis et animalium quatuor de causis: *Prima* est, ut sit interpretis animi, ejusque cogitationes et affectus enuntiet. Nam, ut ait S. Augustinus, *præfat.* in *Psalm.* xcii, «*Quid velit cor, lingua testatur.*» Et Aristoteles, lib. *Periherm.*, docet vices esse signa conceptuum et passionum animæ.

Secunda, ut serviat cibo et comestioni: lingua enim contritos et commolitos dentibus cibos colligit, et collectos vi sua deprimit et transmittit ad ventrem. Quocirca Varro censet linguam dici a ligando, quod liget cibum: licet alii a ligendo dictam velint.

Tertia, lingua saporis sentimus et discernimus ut cibos commodos ab incommodis et noxis discernamus; lingua ergo est quasi præparator et præparator stomachi.

Quarta, lingua bestias in potu adjuvat: illæ enim extensa cavataque lingua hauriunt aquam, eamque comprehensam lingue sinu, ne tarditate ac mora deluatur, ad palatum celeri necessitate complodunt, itaque in ventrum trahunt.

Verum homo corruptus et vitiatu his omnibus abutitur, eaque in vitium et scelus vertit, primum scilicet in mendacia, perjuris, detractiones, rixas, etc., secundum, tertium et quartum in gulam et crapulam.

QUE MACULAT.— Persistit in metaphora ignis. Ignis enim dum rem adurit, eam atro colore, æque ac odore inficit et maculat: ita lingua dum adurit totum hominem, eandem tetro libidinum, rixarum, vulnere omnisque vitii, æque ac infamiae colore et odore foedit et maculat. Ita Oecumenius. Probat mundum sive universitatem iniquitatis esse silvam, quam lingua instar ignis accendit, ex eo quod lingua totum corpus totamque vitam, omnesque actiones hominis ejusque commaculet et succendat: ex omnibus enim hominibus conficitur mundus, et ex iniqua vita ejusque hominis conficitur universitas iniquitatis.

TOTUM CORPUS.— Per hoc aliquid accipiunt omnes hominis potentias, habitus, passiones, que sibi invicem subordinatæ unum quasi corpus constituunt. Alii totam actionum humanarum congeriem, ac corpus. Verum hoc corpus mysticum est potius, quam litterale. Alii, *q. d.* Lingua vitia animi profert in lucem, itaque totum quasi

corpus hominis publice dehonestat. Ego propriam maculam et hominis corpus hinc intelligo, quod suis membris constat et integratur: in his enim dicit constitutum esse linguam, q. d. Lingua exiguus in membris hominis constituta est, non tam quasi membrum, quam quasi particula et pene punctum membrorum. Quod enim in circulo est centrum, in rota nodulosus, hoc in capite est lingua. Sicut ergo, moto centro, movetur totus circulus, et centro vitiat, vitiat circulus, ita mota et maculata lingua movetur et maciatur totum caput, totumque corpus hominis. Porro, per corpus synecdochice animam totumque hominem intelligit, q. d. Lingua maculat corpus et animam, id est totum hominem omnesque ejus actiones: nam, ut explicat S. Chrysostomus homilia 22 ad Populum, maculatio corporis, necesse est maculari animam, juxta illud: «Corrumpunt bonis mores colloquia prava.» I Corint. cap. XV, vers. 33; lingua enim inficit aures, et per aures plantissiam caput, mentem et voluntatem pravis destitit, cupiditatis, adivis, inanimiculis, erroribus, etc. ex quibus sequuntur crapulae, fornicationes, idollatria, pugnae, verbera, caedes, etc., quae corpus commaculant. Rursus lingua inficit tres appetitus hominis, et per eos totum hominem: inficit enim appetitum concupisibilem concupiscentis; irascibilem ira et rixa; rationabilem errore, odio, heresi, etc. In hujus rei signum et symbolum Deus Mariam, sororem Moysi, lingua ablutentem et murmurantem contra Moysen percussit lingua in toto corpore. Num. XII, 1. Simili enim modo lingua impudica, rixosa, blasphemica, etc., totam mentem et totum corpus, id est, totum hominem commaculat et quasi lepra inficit.

ET INFLAMMAT ROTAM NATIVITATIS NOSTRE. — Pro *rotam*, id est generalitatis, *nativitatis*, nonnulli apud Eocumenium legunt *rotam*, id est *gehennam*, q. d. Lingua incendit et exhalat in nos gehennam, veluti grossarii faciens adversus nos ignem. Sed et ipsa incenditur a gehenna, ut manifestum est ex divite, qui lingua cruciatur. Luc. XVI, ait Eocumenius. Hinc spectat illud Christi Math. cap. V, 22: «Qui dixerit, fatue, reus erit gehennae ignis.» Verum alii passim legunt *rotam*, quod primo, Syrus vertit, *genealogiam*, «Inflamat, inquit, series genealogiarum nostrarum, quae currunt in modum rotarum;» lingua enim serens odia inter familias, urbes et regna, eodem transmittit in posterum per multas generationes et saecula, ut perpetue inter eos, immortales et irreconciliabiles litas et inimicitias esse videantur.

Secundo, alii per *rotam* *rotam* accipiunt universum orbem conditum, ut *rotam* ponatur pro *orbem*, id est, circulo et orbis; *rotam*, pro *orbem*, id est, creatione et conditione respicit enim et explicat id quod dicit, linguam esse ignem a quo accenditur *orbis*, *orbis*, id est, mundus vel universus *iniquitatis*, q. d. Lingua totum orbem tartareo igne inflamat.

Tertio, Vatablus per *rotam nativitatis*, id est rotam natam et genitam, non arte a fabro factam, accipit totum corpus, quod est vehiculum anime, q. d. Lingua adducit in discrimen totum corpus et animam, id est, totum hominem; si inconsculle movetur: sicuti mole molsidorum totum molendinum incendunt, ubi nimio motu ignem concipiunt.

Quarto et genuine, «rotam nativitatis» nostrae vocal Jacobus universum vitam nostrae cursum, qui a lingua inflammatur ira, libidine, superbia aliisque sceleribus, atque uritur multis arumis, morbis, molestis et malis, ait Vatablus. Hic cursus dicitur rota, quia instar rotae a nativitate usque ad mortem semper volvitur cum rotatione sequi, qui subiacet, et a qua regitur et rotatur. Gregorius enim *regis*, si accentum gravem ponas in ultima, significat tam rotationem quam rotam; si vero per accentum in penultima legas scribasque *regis*, significat cursum. Unde Beda: «Cursum, inquit, humane vite lingua contaminat, quo ad mortem usque veluti currenti rota agitur.» Ita Eocumenius: «Rota, inquit, dicitur vita, quia in se ipsam revolvitur.» Et Isidorus Pelusiota, lib. I, epistola 128: Tempus, inquit, vite nostrae rota speciem imitatur, utpote quod in se torquetur et convolvatur. Dies enim succedit diei, mensis mensi, annus anno, ut uno finiente alter incipiat, itaque ad sui principium dies, mensis et annus quasi redeant et in se perpetuo revolvantur, ut choream quem agere videantur. Sic et Lyranus, Glossa, Hugo, Thomas Anglicus, Cajetanus, Salmeron, Catharinus, Vatablus et alii passim.

Etis ergo vitae nostrae vocatur rota. *Primo*, quia nunquam consistit, sed semper instar rotae circumvolvitur. Unde S. Gregorius Nazianzenum in *Senten.*: «Rota, ait, est incerta fixa, brevis haec et multiplex vita. Sursum movetur, ac deorsum trahitur: neque enim stabilis est quantumvis ita videatur: fugiens tenetur, et manens effugit; saltat plerumque, nec tamen fugere potest: stationem suam motu trahit ac retrahit. Quocirca ipsius innatus nullo modo resilius describi potest, quam si vel fumus, vel insomnium, vel herba flos appelletur. Atque olim quidem avortus quispiam his verbis usus esse fertur: Fortunae guttam malo, quam mentis dolium. Sed ei praedare sapiens quidam hoc opposuit: Mentis guttam pluviae facio, quam fortunae dolium.»

Aliaut S. Jacobus ad rotam cursum et ad lamas referat, quae ignis circumvoluta rotis a fabris affiguntur, ut rotae sint fortiores, et lapidibus, dum per eos rotantur, diutius resistent. Hic enim lamina ignis comparat linguam, q. d. Quod lamina ignita est in rota, hoc lingua est in rota vitae: sicut enim lamina haec igitur in fornace, ita lingua igitur in fornace gehennae; et sicut lamina ignita a fabris dem applicatur clavisque affigitur rotae, undique vomit flammam, videtur

que totam rotam ligneam circumvoluta inflamat, ita pariter lingua inflammata totam rotam vitae nostrae. Ita de lingua laudante dixit S. Augustinus, lib. XX *Confess.*, cap. xxxv: «Quotidianam fornax nostra lingua humana.» Quid de petulant, impudica, maledica, invida, rixosa dixisset?

Secundo, sicut rota in puncto tantum terram attingit, ita hominum vita res terrenas leviter tantum degustat: ille enim mox rotatur et abeunt.

Tertio, sicut rota major rapit minorem sibi subditam et subalternam: ita rotatio coeli secum rapit et rotat rotam vite nostrae, ait Cajetanus.

Quarto, quia instar rotae velocissime ad metam et mortem decurrit. Vocatur autem «rota nativitas», quia ab ipsa nativitate ad mortem properamus, et instar rotae currimus. Unde ex Isidoro Pelusiota Eocumenius: Lingua, inquit, inflamat rotam nativitatis, contaminat vitam, dum temere ac petulantiter movetur; unde *terrorem*, id est *anxiositatem*, exasperatur, atque innumeris rerum varietatibus et arumis succumbit; vel, ut alii legunt, *terrorem*, id est acceleratur vite nostra, sive tempus et finis vite nostrae. Simili metaphora *Eccl.* XII, 6, dicit in morte conterit hydriam super fontem, et confringi rotam super disternam. Ubi interpretes per *hydriam* accipiunt venas aut fel, per *fontem* lacum; aut per *hydriam* corpus, per *fontem* elementa, in quae moriens homo abijt et resolvitur; per *rotam* caput, per *disternam* cor, ex quo caput haurit omnes spiritus vitales. Corde enim extincto, etiam cerebrum deficit et extinguitur. Hinc noster Serarius hic: «Rota, ait, est nativa qualibet perturbatio, qua tanquam rota, haec illac rotatur et agitantur.»

Quinto, sicut rota rotando redit ad sui principium, sic vita nostra tum agendo, tum moriendo redit ad sui principium. Dum enim una actio finitur, incipit alia: sic labor laborem parit, et saepe dum credimus eum finire, de novo idem incitandus est, juxta illud *Eccl.* XIII, 6: «Cum consummaverit homo, tunc incipit.» Ita Lyranus. Hinc veteres pinxerunt autem quasi serpentem actum in gyrum, qui eandem ore mordeat: quia ubi cauda et finis unius anni desinit, ibi os et principium alterius incipit.

Sexto, sicut in rota dum una pars utitur, adversa erigitur: sic in hac vita, dum hi deprimuntur, illi exaltantur: et vice versa. Haec est rota fortunae. Rotam hanc quisque continuo subit, ut nunc humilietur, nunc exaltetur, nunc rursus humilietur.

In hujus rei symbolum Archiepiscopus Moguntinus pro stemmate gerit rotam: cujus origo et auctor fuit Willigisus, qui cum ex carpentario et fabro rotarum creatus esset Archiepiscopus Moguntinus, rotam pro insigni sumpsit, ut perpetuo prioris suae tenuis fortunae memor, in humilitate

se continueret; quod deinde successores ejus retinuerunt, uti narrat noster Serarius in *Moguntia*, lib. IV, pag. 723.

Simile est quod Glyceas refert, lib. IV *Amal.*, de Sultano capto a rege Francorum, qui cum in vinculis nunquam rississet, sua rotatione cursum in risum se effudit: rogatus causam, dixit rotationem hanc ei representasse suam et rerum humanarum vicissitudinem, qua nunc hi, nunc illi, imo quisque nunc erigitur, nunc deprimitur: quocirca vinculis liberatus in Consiliarium numerum a rege cooptatus est. Hoc est quod Boetius in seipso expertus, de rota fortunae ait, lib. II *De Consol.*, prosa 1: «Hae nostra vis est, hunc continuo ludum ludimus: rotam volubili orbe versamus, infima summis, summa infimis mutare audent. Assende, si placeat; sed ea lege, ne utique cum ludere mei ratio possent, descendere injuriam putes.»

Sic et Theodorus Prisci medicus, apud Nicephorum, lib. XVIII, cap. xxix, recitat quemdam regem, Sesostri regis junctum curru, rotarum ejus continuas rotationes spectantem, et his vitam nostram comparantem. Hoc est quod Boetius asseruisse, Sesostri enim quatuor reges divites instar equorum cursum suum trahere jussisset; sed haec unius sapientis oratione flexus illos hoc juro exsolvit. Vere Pythagoras apud Diogenem Laertium, lib. VIII, ait vitam humanam similem esse foro et mundis, ad quas dum alii veniunt, alii revertuntur, alii venditari, alii empturi, alii spectaturi.

Porro caetera vitae certam aetatis et vite partem occupant, ut gula peritiam, libido juventutem, ambitio vitalem aetatem, etc., omniaque ferè cum homine senescunt et emoriuntur: solum lingua vitium omnem vitam occupat, ut ait hic S. Jacobus, et in seculo perdurat. Senum enim propria est loquacitas, qua narrat omnia per totam vitam a se gesta, visa et audita; quare polent se sapere nunquam esse loqui, esse juvenum autem tacere, audire aut discere. Inter omnia vitium lingue vitia nocentissimum, ac perpetuum, et quasi per omnem vitam perennans est destructio. Haec inflammata totam rotam et cursum rotis nostrae, ac denigrat et maculat alienam. Haec est quae turbat domos, urbes et regna: haec est quae concitat oedra, lites, rixas immortales, et bella internecina. Haec est quae ubique grassatur et domiatur: unde quidam eam comparat linguam diabolicam *scholasticam*, quae collisione ad rotulam ignem elicit, qui subsparsum pulverem inflammans glaudem plumbeam ejaculatur, qua instar fulminis illico quemlibet percussit et occidit; sed perperam censet S. Jacobum de ea loqui: haec enim non est rota nativitatis, haec cognita rotata S. Jacobi, sed nuperimum inventum Germani anacrony, qui illud primo ostendit Venetis in bello contra Genenses, anno Domini 1330, uti narrat Polydorus Virgilius, lib. II *De Inventor.* rerum, cap. XI. *De Inventor.*

Hanc Ecclesiasticus, cap. xxviii, vers. 16, vocat « linguam tertiam », quia discordiam serit inter duos, et quia detrahit tertio absenti. Alii *tertiam* exponunt trisulcam, quia instar tridentis et gladii triplicis, ac fulminis trisolei, tres uno ictu ferit et conficit, nimirum detrahentem, audientem et absentem cui detrahitur, uti notat S. Bernardus, serm. *De Triplici custodia manus, linguae et cordis*. Sed audiamus utrumque: « Lingua tertia, ait *Ecclesiasticus*, multos commovet, et dispersit filios de gentibus in gentem: civitates muratas dixit, virtutes destruxit, et domos magnarum effodit: virtutes populorum concecit, et gentes fortes dissolvit: lingua tertia mulieres viratas (graeco $\delta\epsilon\iota\tau\epsilon\iota\varsigma$, id est viriles, viragines) eiecit, et privavit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguae comminuit ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Beatus qui factus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, et qui non attraxit jugum illius, et in vineulis ejus non est ligatus: jugum enim illius, jugum ferreum est; et vinculum illius, vinculum aereum est. Mors illius, mors nequissima: et utilis potius infernus, quam illa, » *q. d.* Satus est mori et ire ad inferos statumque defunctorum, puta ad limbum, quam pati vexationes linguae tertiae, puta detractoris.

S. Bernardi verba sunt: « Numquid non videntur est lingua ista? Ferocissima plaga, nimirum quam lethaliter tres inficit flatu uno. Numquid non lancea est ista lingua? Profecto, et acutissima, quae tres penetrat ictu uno. Lingua, inquit Psaltes, eorum gladius acutus. Gladius equidem anceps, imo triplex est lingua detractoris. Nec vero ejusmodi linguam ipse etiam macrone, quo Dominicum latus confossum est, crudeliorem dicere verearis. Fodit enim haec quoque Christi corpus, et membrum de membro, nec jam exanimi fodit, sed facit exanimi fodiendo: ipsis quoque nocentior est spinis, quas illi tam subtili capiti foror militaris imposuit: sex etiam clavus ferreus, quos sanguissimis manibus illis et pedibus consummatum judaeae iniquitatis infixit. Nisi enim hujus quod nunc pungitur et transfoditur corporis sui vitam, illius vitae corporis praetulerit, nunquam illud pro isto mortis injuria, crucis ignominiae tradidisset. Et dicimus: Levis res sermo, tenera, mollis et exigua caro, lingua hominis: quis sapiens magni pendat? Levis quidem res sermo, quia leviter volat, sed graviter vulnerat; leviter transit, sed graviter urit; leviter penetrat animum, sed non leviter exit; profertur leviter, sed non leviter revocatur; facile volat, atque ideo facile violat charitatem. Vilius res est musca moriens, sed exterminat oleum suavulatis. Tenerum membrum lingua, stamen vir teneri potest: substantia quidem infirmum atque exi-

guum, sed usu magnum et validum invenitur. Modicum membrum est; sed nisi cavens, magnum malum. » Denique noster Augustinus Quirous hinc nove, sed ingeniose et apposite hanc rotam explicat. Arbitror, inquit, hic rotam summi metaphoricæ pro acerbissimo illo antiquissimo quoque cruciata, quem $\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon$ Graeci, rotam Latini nominarunt: cujus supplicii mentio fit *Proverbiis*, cap. xx, vers. 26: « Et incurvat super eos fornicem: » ubi in Hebraico textu et in editione Septuaginta legimus: « Et immittit illis rotam, » graeco $\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon$; observatque ibi Valabius, quomodo fuisse supplicii usitatum apud Hebraeos. Et vero in eo supplicio non solum, distantis laxataque membris, homines atrocissime excarnificabantur, sed urabantur etiam admotis flammis, ut aperte constat ex Josepho in lib. *De Machabeis*, cujus haec sunt verba: « Et erat affixus rote, igni in catasa obijctus; atque ita tendentibus corpus radis, et contrahentibus flammis, et costis deinde patentibus, laterum vitalia rumpuntur. » Et ex Apuleio, lib. III *De Asino aureo*: « Nec moris, ignis et rota: tum omne flagrorum genus inferuntur. » Ab hoc supplicii genere vocitatos affirmat Christianos per irrisionem sarmentillos Tertullianus in *Apologética*, cap. I: « Quae ad stipitem, inquit, dimidiis axis revolvit, sarmentorum ambitu exuritur. » Tractant de hoc supplicio Baronius in *Martyrologio*, die 23 aprilis; Pontanus in lib. VI *Enchiridionis*, col. 1488; Turnebus, lib. VII *Adversariorum*, cap. xvi. Omnium vero ut novissimus, ita accuratissime noster Cerdia in lib. VI *Enchiridionis*, vers. 616, num. 10; Bisciola, tom. II *Horarum subcivitarum*, lib. XII, cap. ix. « Rotam itaque nativitatis » explicat per metaphoram, supplicium naturae nostrae: nam etiam Plautus metaphoricæ usus est et vocabulo et supplicio rotae, in *Castellaria*, actu II, scena I, « Factor, crucior, agitor, stimulator, versor in amoris rota miser. » Eodem gignendi casu usus est Jacobus, cap. I, vers. 23, cum faciem nativam appellavit « vultum nativitatis. » Quod autem supplicium atrocissimum, quia carnis naturae nostrae tripulentior excogitari potest, quam impotentis animi perturbationes? Et nativae enim sint, id est ipsa ab natura ingentem, ubi modum intemperanter excedunt, hominem miserrime et acerbissime torquent: ut merito rota nativitatis, hoc est nativae cruciatae, nomen. Subiicit haec explicatio sagacissimo ingenio Serarii nostri, dum ait in Commentario hujus loci: « Vel rota est nativa quilibet perturbatione, qua tanquam rota hinc illos rotatur et agitatur. » Haec ipse.

Vita ergo nostra est rota, non qualibet, sed torquens et discrucians, adeoque ipsa est tormentum rote, quia non est aliud, quam continua rotatio laborum, morborum, dolorum, anxietatum, perturbationum, curarum, timorum, cupiditatum, miseriarum et malorum omnium, quae hominem continet, sed varie rotant, lace-

rant, discerpunt, excrescunt: huic vero tormento rota aliud, ignis scilicet, addit lingua petulans, dum hominem tot malis rotatum instar ignis urit, cruciat, consumit: perinde ac tormentum rote erat: quo corpus ut rote aptaretur, debebat necessario frangi, excorari, exvertebrari. Deinde corpus sic rote illigunt et pendens rotabatur in gyrum, idque velocissimo et conversim, ut jam in unam partem versaretur, jam in contrariam mutato motu: quo fiebat, ut viscera et membra omnia miserum in modum jactarentur et disvelerentur, juxta illud Senecae in *Hercule Furente*:

Rotatur volari tortus ictu rota,

Et Statius, VIII *Thib.*:

..... ictu frango

Vorticibus.

Denique non raro homini sic rote affixo subijciatur ignis, uti factum esse Machabeis testatur Josephus in eorum Vita. Talis est et rota vitae nostrae, ab igne linguae succensa.

INFLAMMATA A GEBENNA. — Cajetanus verit active inflammata sub gebenna, *q. d.* Lingua inflammata rotam nativitatis nostrae, id est vitam presentem quoad culpam, sed futuram quoad poenam: in gebenna enim et sub gebenna, puta supposita et subjecta igni gebennae, rota ardens et sulphurea inflammabit hominem, qui lingua tota vita abusus est, per omnem aeternitatem. Sic dives Epulo in gebenna cruciabitur in lingua, quae delicata vivens spreverat Lazarum: unde petebat eum ad se mitti, ut injecta frigida mitigaret incendia linguae, *Luc. xvi.*

Verum passive vertendum est inflammata, uti verit nostrae et alii passim: passivum enim est, utrumque *phlegma*, appositum activo *phlegma*, quod dixit de rota nativitatis, *q. d.* Lingua adeo est exitialis, adeo omnia adurit, adeo inflammata rotam totius vitae nostrae, ut videatur conflata in fornace gebennae, ibique igne tartareo inflammata inflammare rotam et cursum totius vitae nostrae, ac consequenter totius Universi: sicuti Poete fixerunt furias, accensis ex Erebo facibus, totum mundum inflammare; est catachresis: non enim verit et proprie lingua maledica inflammatur a gebenna, sed per similitudinem; quia scilicet tam maledica et tam pestilens urensque est, ut videatur non terrene, sed infernali ignis succensa: Is inferno enim damna ex desperatione lingua ignita et torbunda maledicunt Deo, sanctis ac creaturis omnibus. Simili tropo dicimus: Haec tyranni superbia, haec ira, haec indignitas tanta est, ut non videatur humana, sed infernalis et diabolica (1).

(1) *Is inflammata a gebenna* Rosenmullerus sic explicat: « Sicut Ipsa (lingua) incendit, ita et ipsa, nempe cum corpore, incendium feret gebennae. Lingua, quae tota succendit, et corpus hominis vitamque depasta est,

Adde, linguam sibi inflammari a gebenna per metonymiam, quia scilicet inflammatur a diabolo, qui est rex et princeps gebennae. Sicut ergo Sancti, praesertim doctores et predicatorum, loquuntur lingua angelorum, imo angeli per eorum linguam loquuntur: ita ex adverso perversi, praesertim doctores, ut haeretici, schismatici, susurratores, seminant rixas et bella, docentes obscena, famam alienam mordantes, etc., loquuntur lingua demouum, imo demones per eorum ora et linguas loquuntur. Unde haereticus omnes suos haereses didicisse a doctore diaboli docet S. Augustinus, lib. II *De Genesi contra Manichaeos*, cap. xxv et xxvi; Irenaeus, lib. V, cap. xxiii; S. Athanasius, orat. *contra Arianos*. Imo ipsos habuisse demones padores, id est assessores et familiares, tradit Irenaeus, lib. I, cap. ix, et lib. II, cap. lvii. Eodem habuisse Berengarium, Iutherum, Calvinum, Zuingleum, ostendit *Timotheus*, iv, 1. Hoc est quod ait *Job*, cap. xli, vers. 12, de Behemot, id est elephante, qui est typpus dial oil: « Hallus ejus primas ardere facit, et flammam de ore ejus egreditur. » Et S. Joannes, *Apoc.*, cap. ix, vers. 17: « Vidi equos in visione, et qui sedebant super eos habebant loricas igneas, et hyacinthinas, et sulphureas, et capita eorum erant tanquam capita leonum, et de ore eorum procedit ignis, et fauus, et sulphur. » Vide ibi dicta. Concludat S. Chrysostomus, homil. *Ad baptizandos*, tomo V: « Undique, ait, nobis insidias demonum preparare consuevit; sed facillime lingua et ore peccante: nullum enim atque congruum illi organum in ministerium est interitus atque peccati. »

Denique gebenna est proprius locus ignis et incendiiorum, eorumque quasi fons, imo oceanus et barathrum: ardent enim damna ut omni culpa et scelere, ita et omni poena et igne; quocirca sicut Aetna, Vesuvius, Hecla similesque montes qui ignes evomunt, dicuntur a multis inflammari ab igne inferni, ejusque esse quasi os, camini et spiracula: ita et lingua qui ardore litium, bellorum, incendiiorum, omniumque scelerum et malorum tam culpae, quam poenae suscitator, dicitur inflammari a gebenna, quasi illa in vicinum sibi superpositam terram eos exhalet, per catachresin, quae res quoque suis assignamus locis, quibus abundant. Sic flumina omnia dicuntur oriri a mari, *Eccles.* I, 7, quia mare aquas abundat. Igiter sicut faber lignarius, vel carpentarius contundens cedendisque lignis et lapidibus preparans malleum, eundem prius ad ignitam multum incedum, ut ibi aptetur et exacuatur: ita maledicus homo, impetu fu-

post haec omnia denuo ardebit, inflammata et discruciat a gebenna. Sensus idem qui *Matth.* v, 22. Jacobus sine dubio respicit ad vulgarem Judaeorum opinionem, eam corporis partem, quae homo in hac vita imprimis peccasset, in inferno imprimis puniri, sive igne cruciari, *Sapient.* 31, 17.

reas, odiosque armatus ad incudem inferni, ad caedemones gehennae malleatores suum mittit linguam, ut furiali quodam splendescat acmine, quod deinde mores hominum confundat, honorem, famam vitamque prorsus comminat, discindat, laceret; quin et caedes, rapinas, incendia domorum, urbium et regnorum suscitet, accuat, inflammat.

GEHENNA. — Ita per orationem dicitur hebraice « gebenn Ennom, » id est, *vallis filii Ennom*, quae erat juxta Jerusalem, in qua parentes cremabant filios idolo Moloch, et ne eos ejulantes audirent, pulsabant *tophi*, id est, tympanum: unde locus dicitur esse *Tophet*. Ibi enim erant ad angelos occidit ardore et igne 185 milia militum Senacherib; unde et similem crudelitatem, stragum et incendia inferens dicitur esse *Qubana* et *Tophet*, ubi dixi *Isaia xxxii, 33, et Jerem. vii, 31, et xix, 2.*

Denique totam hanc Jacobi sententiam egregie pertractat Gilbertus abbas in *Appendice ad Canticum S. Bernardi*, serm. 24, dicitque: « Jacobus ait: lingua modicum membrum infirmum nativitate nostrae, inflammata et ipsa a gehenna. Quomodo potest bene inflammare lingua tam pessime inflammata? vitiosae civitatis mobilit corruptela per se nimis rotatur ad malum, et volubilitate propria fertur in praecipit. Et quid necesse est inflammari rotam hanc, quae firmari non potest, sed per se fertur in malum? Denique diligenter appositum est cor hominis in malum rebus adolescentia sua. A prima nativitate impulsit necesse est cursum deflectere, et tu illam linguam prava impetibus amplius et inflammas? Lingua, prava frandiae et indignationis occasiones requirit, injurias vel fabas simulat, vel veras exaggerat, quae debuerat dissimulare; ad offensam officia etiam interpretatur, et venenali sermonis scintillas adhibet ad commovendum cor suum. Quid, lingua nequam, cordi tuo laeni adhibes flammam? sufficit illi flamma sua, sufficit illi concupiscentiae ardor carnalis, et levitatis calor innatus, quibus cor tuum ac si volubilis rota impellitur. Deinde ejus originem et terminum recenset. Hanc tibi flammam nativitas prima ingenuit, sed renascendi gratia restringit. Non ignem igni a labore, et concupiscentiae addere malitiam: ignem hunc quem ovium, hauris de gehenna: inde incipit, et illo rapit: Lingua, inquit, inflammata a gehenna. Lingua hinc mala coequetur est, sed vitia non est. Non enim ligat, sed dissipat. Male succedit, quia succedit vitia, quia dissidit verba scintilla, et flamma talis de inferis est: nam flammam, quae desursum est, publica est: praefica est, homin consentiens, et bonos faciens. Verbum enim dulce et multiplicat amicos, et mitigat inimicos. Quasi flammam flamma consumit, inferiorem super, inferiorem coelestis; dum sapiens et suave verbum vincit malignum, et dulce curam emollit, et laeae dicit: Sicut vitia occinea labia tua, et eloquium tuum. *Sicut Sion*

enim docent sponsum nisi verba dulcia, verba amoris, verba quo delicati funiculi vice funguntur, verba quo sponsum irrident, et trahunt vinculis charitatis. Felix anima, quae hujus novit dulcium verborum necesse refra, quibus Jesum illaqueet, alligat Verbum Patris, amice affectibus vel affectibus Christum includat, amatorio delinuit sermone et delectet, ut ejus eloquium dulce sit ei qui habet verba vitae aeternae, et est Verbum aeternum, quod cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen. »

7. OMNIS ENIM NATURA BESTIARUM. — S. Iacobus, ut ostendat quantum vim et efficaciam habeat lingua, ac proutem quanta ei sit affibenda cura, primo comparavit eam fraeno equi; secundo gubernaculo navis; tertio, igni modicum incendendi. Unde quarto, hic comparat eandem bestia ferocissimas, atque his magis offeram et indomitam: idque oppositae ad etymon linguae in Hebraeo; lingua enim hebraice dicitur *לשון* *lason*, quod videtur esse diminutivum a *לש* *lais*, id est, leo (sicut ab *ויר* *is*, id est, vir, dicitur *ויר* *ison*, id est, virulentus et papilla: *אש*: in ea enim apparat virulentus). Unde *lason*, id est lingua, idem est quod leonculus, parvus leo; quia sicut leo servus est et fortissimus animalium, ac bestiarum omnium rex: ita et lingua servissima, et fortissima est, omniumque principis et dominum, horumque, sicut leo latet in apertione, ea quoque in praedam a se visam improvisis insidit: ita lingua lata in ore quasi in insidiis, ex omni obvio quosque et ignaros invadit. Porro *לש*, id est leo, dicitur a *לש* *lus*, id est, subleget, eo quod praedam subigat, omnesque feris sibi subijciat. Unde alii *lason*, id est lingua, der. v. ut per metathesin a *לש* nascit, id est, *delectant*, *delect*: utrobique enim eadem progressus sunt litterae, sed transpositae: *lason* enim nascit, id est, lingua omnia detrahit, delect, subleget et sternit quasi Leo. Porro ab Hebraeo *lason* nonnulli deducunt Graecum *γλῶσσα*, id est lingua, addito γ, et a *γλῶσσα* deducunt Latinum gloria, quasi *gloria*: lingua enim est quae gloriatur, ipsaque videtur glorificationis et iactantiae est instrumentum. Simili modo nonnulli linguam latine dicitam velunt et legendam, quod ipsa quasi indomita fera et leo, dentium et labiorum sepius, tanquam moris, valuta ac ligata sit. Hinc de lingua imbedita ait *Eccli*, cap. xxxviii, vers. 27: « *Immittitur in filios (iugatos et iugatos) quasi leo, quasi pardus habet illos. Ipsi est ergo quasi leopardus, superior leone et parvo, utpote qui utriusque servitium exstitit et in se conijungit. Hinc et illud Proverb. xx, 2: « Sicut rugitus leonis, ita et terror, » puta lingua, et vox terrilis, » regis: qui procedit cum, procedit in animum suum, » q. d. Antea, id est vitia sunt, creat periculum. Et *Isaia* vi, 20, de Nabuchodonosor: « *Rugitus ejus ut leonum, rugit et catuli leonum.* » Simile est *Eccli. vii, 2; Eccli. xi, 7.**

Nota: In statu innocentie et integre nature, in quali conditus fuit Adam, postquam in paradiso, omnia animalia, etiam ferae, homini obediunt ad nutum. Unde singula venerunt ad Adam, quasi servi ad dominum, ab eoque singula nomen acceperunt. Genes. ii, 19. Id fiebat per instinctum obediendi homini, quem eis debebat Deus per angelos: per talem enim instinctum canes, equi, asini, ovini et boves parent homini, et catuli ferarum parent matribus feris. Hinc instinctum perdidit bestiae, peccante Adamo, qui proutem jus herile et dominium in eas per peccatum amisit. Sancti tamen eminentes, qui proxime accesserunt ad primam innocentiam, hoc dominium recuperant, ut S. Paulus, S. Antonius, S. Franciscus. Ceteri homines longo usu, arte et industria similem instinctum feris induunt, itaque eas aliquo modo domant et circumstant.

Primo ergo feras quaslibet domari ab homine, multis docet exemplis. Experientia constat, et docet Plinius, lib. VIII, cap. xvi, hac arte domari et vinci leones, etiam feroces et irroentes, si quis in caput eorum pallium aut vestem objiciat, et feritas desistit in oculis. Addit Plinius: « *Jugo subdidit eos, primusque Romae ad curram junxit M. Antonius, et quidem civili bello, cum circumactum esset in Pharsaliis campis. Primum autem hominum leonem manu tractare ausus, et considerare mansuetum Hanno et clarissimis Ptoemorum traditur, damnatusque illo argumentum, quodam nihil non persuasurus vir tam artificie ingenium videbatur; et maere credi licetis et, cui in tantum cessisset etiam feritas. Mentor Syracusanus in Syria leone obvio suppliciter volitante, utonitus pavore, cum refugientem unguis fera opponeret sese, et vestigia lambere adulanti similis, animadvertit in pede ejus tumorem valuosum, et extracto sarculo liberavit cruciatum. »*

Simile est, quod de leone obediente Andro, ob spumam et pede sibi ab eo exemptam, recitavi *Isaia* 1, 3. Et tale subdit Plinius de Elpide Samio, lib. II *Saturat*, esp. x, in fine, de corvis Augustum salutantibus: « *Ave, Caesar, victor, imperator, » quos viginti milibus numerorum emisit. Simile ludum accipiens, salus « corvum instituit ad patrem salutationem. Hae audita dum transit Augustus, respondit: Salis domi salutatorum talium habeo. Superfuit corvo memoria, » ut et illa quibus quarentem dominum solebat audire, subloqueret: Operi et impensa parit. Ad quod Caesar risit, emique avum jussit, quanti nihil adhuc emerat. » Subdit de greculo, qui Caesar solebat porrigere honorificum epigramma, ac simile submissionis a Caesare legendo laudavit, admirans tam voce quam vultu, et Caesari paucos denarios dedit, adjecto hoc sermone: « *Non accedendum fortissimum tuum, Anguste; si plus habeo**

plano, Aristotele et aliis recenset Lipsius, contra 1, epist. 30. Denique bestiarum, sive profecti bestiarum Romae elebant et regabant leones, tigrides, pardos, ursos omnesque feras, quas e caveis in amphitheatrum ad pugnas et spectacula educabant et reductebant.

Jacobus ergo comparans linguam cum bestis, innuit in ea quid esse irrationale, stultum et bestiale, ideoque indomitum. Ita Philosophi censent loquacitatem signum esse parvi cerebri et judicii, adeoque stultitiae. Unde Solon cuidam dicebat, illum ideo non loqui, quia insanus esset: « *Nullus, inquit, stultus tacere potest.* » Theocritus audiens initium orationis Anaximenis: « *Incepit, inquit, verborum flumen, mentis gutta; » significans illum esse multiloquum, sed parum sapientem. Ita Stobaeus, serm. 34. Alfonso, Aragonum rex, teste Panormitano in ejus *Gestis*, lib. IV, homines ad loquendum tardos et quasi distentos vocabat utros et vesicas: turgent enim, donec ea eruantur. Quare prudenter Aneas Silvius, lib. I *De Gestis* ejusdem Alfonsi, ait: « *Sapientias esse agere quam fari: »* nunquam enim nisi cum necessitas postulat, sapiens loquitur; neque vana, sed ponderata profert. Stulto autem nullum esse tempus sermoni locum, sed quovis loco et tempore quidquid in buseum venerit, effluit.*

Secundo, volucres quaslibet ab homine domari, puta falcones, aquilas, accipitres, merulas, graculos, lascinias, etc., patet experientia; et quae multae earum humanum sermonem addiscunt tam Graecum, quam Latinum: ut de sturno et lascinias Caesarum narrat Plinius, lib. X, cap. xlii. Idem de perdie affirmat Philadelphus in *Sympusia*. De psittace res clara est. Idem de picis certi generis asserit Plinius, loco citato: « *Adamant, inquit, verba quae loquuntur; nec discunt tantum, sed diligunt, meditantisque intra semet cura aique cogitatione intentionem non occultant. Constat emori vitiosae difficultate verbi, ac nisi subinde eadem audiant, memoria fallit quarentes; mirum in modum hilarari, si interm, acciderit illi verbum. » Lepida sunt quae narrat Macrobius, lib. II *Saturat*, esp. x, in fine, de corvis Augustum salutantibus: « *Ave, Caesar, victor, imperator, » quos viginti milibus numerorum emisit. Simile ludum accipiens, salus « corvum instituit ad patrem salutationem. Hae audita dum transit Augustus, respondit: Salis domi salutatorum talium habeo. Superfuit corvo memoria, » ut et illa quibus quarentem dominum solebat audire, subloqueret: Operi et impensa parit. Ad quod Caesar risit, emique avum jussit, quanti nihil adhuc emerat. » Subdit de greculo, qui Caesar solebat porrigere honorificum epigramma, ac simile submissionis a Caesare legendo laudavit, admirans tam voce quam vultu, et Caesari paucos denarios dedit, adjecto hoc sermone: « *Non accedendum fortissimum tuum, Anguste; si plus habeo***

rem, plus darem. » Quare Augustus sesteritia centum millia graeco numerari jussit. Verum pro graeco legendum est Graeco, puta homine Graeco, ut patet ex narrationis serie, et ex emendatis Macrobii codicibus.

Tertio, serpentes domari patet ex Plinio, lib. VIII, cap. vii, qui a Thoonem in Arendia servatum a dracone narrat. Eum nutrierat puer, dilectum admodum, pavensque serpentis naturam et magnitudinem melius in solitudine tolerat; in quibus circumvento Istrorum insidiis, aegritudine voce, subvauit. Idem, lib. X, cap. xxvii, narrat de aspide rem miram: « Ipsam (enim) cum ad mensam egypti in Aegypto veniens aleretur assidue, unum catulos, quorum ab uno filium hospitii interceptum; illam reversam ad consuetudinem cibi intellexisse culpam, et necem intulisse catulo, nec postea in lectum id reversam. » Psyllus et Marsos domare serpentes tradit Plinius et alii, licet nonnulli viri sapientes censeant eos esse incantatores. Crocodilos mansuescere tradit Elianus, lib. VIII, cap. iv; addunt alii Tondyris eis inquirare; qui et addit murenam piscem aenovisse vocem Crassi Romani, et ab eo altam et dilectam adeo, ut in ejus morte luxaret. De delphinis in homines amores et obsequio mira narrat Plinius, lib. IX, cap. viii, mirum quod ipse puerum a quo alebatur, in dorsum receptum, a Puteolos per magnam rem in ludum forebat: simili modo revehens pluribus annis, donec morbo extincto puero, subinde ad consuetum locum veniens istis et moerenti similis, ipse quoque desolatio expieavit. Et infra: « Quae faciunt ut credatur, Arionem quoque citharedicum artis interficere nautis in mari parantibus, ad interceptos ejus questus, elibanditum, ut prius caneret cithara; congregatis enim delphinis, ad interceptos nautis in mari parantibus, ad interceptos ejus questus, elibanditum, ut prius caneret cithara; exceptum ab uno Tenarium in litus pervectum. » Subdit delphinos evocatos a piscatoribus accurrere, et cogere mugiles in eorum retia. Quid ad haec homines indoctos, loquaces et indomiti? utique eis dociliores, cui delphin et bestiae, magisque domari et regi se sinant.

Et ceterorum — animalium, Ita Romana: legit Interpret *non dicitur*, id est *aliorum*; vel *videtur*, id est *variorum*: jam legunt *variorum*, id est *marinorum*: ita Syrus. Unde nonnulli pro « ceterorum » censent legendum *ceterorum*. Ita Cajetanus, Clarius, Salmeron, Gagneus, Catharinus et alii. Ceterum enim varium sunt species, quas recenset Rondeletius et Adrovandus, lib. *De Piscibus*. Maxima est balena, quam domat, imo regit pisciculus, cui nomen musculus. Hic enim eam ducit et praet, ejusque est quasi oculus. Hic enim eam ducit et praet, ejusque est quasi oculus. Hic enim eam ducit et praet, unde eo moriente moritur pariter balena, teste Eliano, lib. II, cap. xiii, et alius. Verum si *ceterorum* non respondet Graeco *variorum*, id est *marino-*

rum; innuera enim sunt genera animalium marinarum, e quibus unum duntaxat est cetus.

DOMANTUR, — non ait, circulantur, quia aliquae bestiae adeo ferae sunt, ut plane circuari nequeant; sed « domantur, » ut scilicet eorum feritas compescatur et refranetur. Domantur autem nulla pastu: illi enim a quo pascentur, observantur; aliae frenis et capistris; aliae flagellis et verberibus; aliae per res quas metuant, ut homines terrentur flammis, rotis et voce galli gallinaeae; aliae fame et inedia. Unde illud: « Quis docuit psittacum suum *xyxi*? fames. » Aliae per animalia sibi vicina. Sic, inquit Plinius, lib. X, cap. lxxvii: « Dissident olares et aquile, corvus et milvus, cornices et noctuae, mustela et corax, turtur et pyralis, anates et gavia, sorices et ardeae, agnithus minima avis cum asino, vulpes et Nili angues; mustela et sues: dissident fiores et lenes, et minima aequae ac maxima. »

8. LINGUAM ALTERI NULLIS HOMINUM DONARE POTEST. — (Ceterum legi interrogative, q. d. Fere domantur, cur lingua ab homine domari non possit? omnino potest; humanum enim et docilior est, quam ferae. Abutebantur hac lectione et expositione Pelagiani, ut probarent gratiam Dei non esse necessariam, sed hominem suis et naturae vinibus posse refranare omnes tam linguam, quam animae passionis et concupiscentias. Verum perperam: nam ceteri Graeci et Latini legunt assertive, non interrogative. Sequitur enim: « Inquirenti malum, plena veneno mortifero. » Ita S. Augustinus, *De Natura et gratia*, cap. xv, litem, serm. 4 *De Verbis Domini secundum Matth.*: « Homo, ait, domat feram, non domat linguam; domat leonem, et non refranat sermonem; domat ipse, et non domat seipsum; domat quod timebat, et ut se domet, non timet quod timere debebat. » Et mox: « Ergo intelligimus, charissimi, quia si linguam nullus hominum domare potest, ad Deum confugiendum est, qui domat linguam nostram. Si enim tu eam domare volueris, non potes, quia homo es: linguam nullus hominum domare potest. » Sic Christus, *Matth.* xix 24, ait: « Impossibile esse divitem salvari, quam impossibile est camelum transire per foramen acus. Mirantibus discipulis ac dicentibus: « Quis ergo poterit salvus esse? » respondit sequi explicavit Christus dicens: « Apud hominem hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilis sunt, q. d. Non hominis, sed Dei virtute ac gratia potest dives salvari, aequae ac camelus per foramen acus transire. Pargit S. Augustinus: « Attendite similitudinem ad ipsius bestias quas domamus. Equus non se domat, camelus non se domat, elephantus non se domat, aspis non se domat, leo non se domat, et sic homo non se domat. Sed ut dometur equus, bos, camelus, elephantus, leo, aspis, queritur homo. Ergo, Domine, refugium tu factus es nobis, etc. Quid ergo, fratres mei, dubitare debemus, quia

mansuetos nos faciet Dominus, si nos domandos ei praebeamus? Domasti leonem quem non fecisti, non domat te qui fecit te? etc. Imago Dei domat feram, et non domat Deus imaginem suam. »

Subdit modum domandi Dei, scilicet tribulationibus: « In illo, ait, spem nostram ponamus, et donec domemur et perdomemur, id est perficiamur, dormitem feramus. Plerumque enim profert dormitor noster etiam flagella. Si enim tu ad domanda jumenta (id est, ad jumenta infirmitatis tuae) tua, profers virgam, profers flagellum; Deus non profert ad domanda jumenta sua, quod sumus nos, qui de jumentis suis faciet filios suos? » Et paulo post dat stimulum praemii: « Domitio tibi Deus hereditatem servat, quod est ipse Deus; et constituit te cum patris in aeternum, ubi jam non indiges domari, sed tantummodo a piissimo possideri. Erit enim tunc Deus omnia in omnibus: nec erit ulla infelicitas quae nos exerceat, sed felicitas sola quae pascat. » Subdit exemplum filii quem castigat et erudit pater, ut eum honorem omnium reliquit heredem: « Deus autem tuus, redemptor tuus, castigat tuus, pater tuus erudit te. Quo? ut accipias hereditatem, ubi non efferas patrem, sed hereditatem habens ipsum patrem. Ad haec spem erudiris et murruras, et si quid triste acciderit, fortasse blasphemias? Nonne melius est, ut flagellet te et recipiat te, quam parcat tibi et deserat te? » Unde concludit: « Dixeramus ergo: A te non recedemus, cum liberaveris nos ab omnibus malis nostris, et impleveris nos bonis tuis. Bona das, blandiris, ne fatigemur in via. Corripis, caedis, percutis, diris, ne aberremus a via: sive ergo blandiris, ne fatigemur in via: sive castiges, ne aberremus a via: Domine, refugium tu factus es nobis. » Hoc est quod ait Sapienter, *Proverb.* xvi, 1: « Hominis est animam preparare, et homini gubernare linguam. » Nam, ut ait Ecclesiasticus, cap. xix, vers. 17: « Quis est qui non deliquerit in lingua sua? » adeo ut et S. Job ita laudatus a Deo dicat, cap. xii, vers. 3: « Inspicenter locutus sum, et quae ultra modum excederent scientiam meam. » Tanta enim est lingue cupiditas et pruritus ad loquendum, quanta est ejus qui hausit venenum ut illud evomat, quanta est musti bullientis et diffringentis lagenas, quanta est mulieris gravidae ad parientium, quanta est vulnerati ut sagitta eximitur. Audi Ecclesiasticum, cap. xix, vers. 10: « Audisti, ait, verbum adversus proximum tuum? commoritur in te, fidens quoniam non a dirumpet. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus parturientis infantis. Sagitta infixae femori carnis, sic verbum in corde stultum. » Unde Elias, *J.* xxxii, 18: « Plenus sum, inquit, sermonibus, e. oarctat me spiritus utrius mei. En ventor meus qui cum mustum absque spiraculo, quod lanunculae novae dirumpit. » Hinc lingua a Nazianzeno, tract. *De Sententia*, vocatur *ad praeceps*, id est *indomabilis*; *expulsa*, id est *effrenata*; *strepit*, id est *exierit*, quia

scilicet frenari non potest a natura, sed a gratia; non ab homine, sed a Deo. Rursus, quia cum gratia communi et ordinaria nemo, id est, pauci et vix ullus, ita eam frenare potest, quin aliquando exorbitet, et frantum excutens instar effrenatis equi hinc illicque discurrat, et in aliorum noxam grassatur. Unde Nazianzenus, loco citato, ait se jejuniis, vigiliis, ciliis, humi cubatione domuisse gulam, libidinem, iram, etc., sed non linguam.

Namque tibi, ait, effrenis lingua est et gignit, per quam Livor me innumeris aliis vaque mania.

Verum loqui videtur de lingua non sua, sed invidiorum sibi detrahentium, sequae exagibundum. Praefere hanc Jacobi sententiam praeractat B. Petrus Damianus, lib. II, epist. 18 ad *Conradum*; additque Religiosus pro cetera vere certis a sola lingua esse periculum damnationis (quod et alii viri sapientes olim asserunt, et etiam nunc asserunt). « Fateor, ait, fratres mei, nil fore in monasteriis agitur, unde mens mea terribiliter super monachos imminere Dei judicium suspicatur: nam continuo meatus impulsus, quasi torrens per decliva devexa procedens eorum lingua deurit; et cum linguarum sonitu, sic illis est, tanquam si de repente fontem lectu eorum caput illud. Quod tamen de quibusdam, absit autem ut de omnibus dicam, etc. Omnibus horis laborandi, ac legendi studium quidam postponentes, abutuntur in fabulis, et quidquid laboribus ac lectionibus debent, totum vaniloquis sermonibus exhibent. » Et mox citato *Proverb.* xviii: « Mors et vita in manu lingue: quam inhonestum est, ait, ut in hoc munere, quo creaturis omnibus homo praeripitur, ipse largitur ab homine frequentius offendantur! Et cum mularis reliquis homo presideat, et casque suae ditionis legibus subdat, quanti pudoris est, ut carunculam tantum quam intra fauces includit, elomare non possit! Unde et Jacobus dicit: Omnis natura bestiarum et volucrum domabilis est, linguam autem nullus hominum domare potest. Nullius quippe frons doctoris coercere valent linguam se cohibere nolentis (est hae ejus nova et tertia hujus loci S. Jacobi expositio); alioqui si pulsat et nititur, quod optat procul dubio consequetur. » Et inferius: « Serpentes sunt de quibus dictum est: Venenum aspidum sub labiis eorum. Ubi ergo supervacuis vacatur inestis, et quasi symbola congerantur verbis otiosis, apud intrinsecus auscultantem non sermones hominum, sed quasi multigena decurrunt vociferatio bestiarum. Ipse nimirum est, de quo in *Canticis*, cap. ii, dicitur: Dilectus meus respicit per fenestram, respicit per cancellos. Et ipse per Prophetam *Jerem.* vii: Attendi, ait, et auscultavi; nemo quod bonum est, loquitur. Sed ut noster sermo ab ea quam semel cepit, materia non recedat, et loquentium vili per non loquentiam animalium prose-

guntur exempla, nunquam fauces hydrys ingreditur, nisi cum crocodilus oesitans invenitur: nam si clausum eo tenent, insidiantis impetum non formidat. Antholopus cum exclamavit, ad suum ignarus infectum, gladius venatoris invitavit: qui donec obtinuit, persequens industriam fugacis cursus opinione delusit. Atque ut hoc inferum, quod cancer ostreo, facit plerumque diabolus monacho, etc. Solenter explorat, si quando ostrem suam contra solis radios aperiat: tunc ergo calculum clandestina mensura intravit, sicque hiantia claudens reperiens, viscera ostrei interna decerpit. Ostreum significat monachum qui in seipsum vivit, dum sub silentio censura concluditur: perit autem cum ad loquendum immoderatus aperitur. Quid enim designat calculus, qui ostreo ne recludatur injicitur, nisi duritia consuetudinis, qua quisque ne sese ad penitentiam emolliat, induravit. Nam quasi quidam lapillus prava consuetudinis obstat, ne is qui fabularum vacat inceptis, a sua se vanitate declinet. Cancer qui post se naturaliter graditur, est apostata spiritus, qui postquam semel a conditore recessit, in peccatis relabi nunquam desit.

ISQUETUM MALUM. — *Isquetum*, id est, ut Paganus et Valabus, *inoperabile*; S. Hieronymus, lib. II *Contra Pelagium*, *incontines*, scilicet possibile, quod contineri et cohiberi nequit; alii, *incohibibile*; Syrus, *impedibile*, *irrenovabile*; alii, *intercalabile*.

Normilli legunt *isquetum*, id est, *instans*, instabile, consistere non potens, sicut cor et pulmo, quibus lingua respondet, et quoad formam assimilatur, consistere nequeunt, sed perpetuo agitantur; cor, ut spiritus vitales toti corpori subministrat; pulmo, ut cor refrigeret. Unde Poeta:

Cor sepit, et pulmo laquilur, sed commovet bran,
Spiram ridere facit, cogit amare jecur.

Item *isquetum* est seditiosum et tumultuosum: nam *isquetum* est *seditio*, inconstantia, tumultus, confusio, turbatus rerum ordo. Hinc et sequitur: *a* Plena veneno mortifero. Porro cor lingua rit iniqua, causam dat S. Augustinus, serm. III *De Verbis Apostoli*: *a* Lingua, inquit, facilitatem habet motus, in solo posita est, facile in lubrico habitat. Quanto illa citius et facilis movetur, tanto tu adversus illam fixus esto. Domabis, si vigilabis; vigilabis, si timebis. Amabis, si Christianum te esse cognoveris.

PLENA VENENO MORTIFERO. — quo proximi famam, suam et audientis animam, ac sepe multorum corpora occidit per odia, rixas et bella que suscitavit; unde *Psal.* CXXXIX, 4: *a* Aconerunt aut, linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum. *Et Psal.* V, 11: *a* Sepulcrum patens est guttur eorum, linguas suis dolose agebant, iudicia illos Deus. *a* Sepulcrum est, *primo*, quia lethiferum est guttur maledicentium,

et quos tetigerit occidit, et in sepulcrum infert, juxta illud *Jerem.* v, 16: *a* Pharetra ejus quasi sepulcrum patens, *a* q. d. Nabuchodonosoris sagittae sunt lethiferae, et omnes quos confixerit, occidit et sepeliat.

Secundo, quia instat sepulcri tetrum et lethalem halitum ac virulentiam calumniarum, dolorem et impiarum machinationum exhalat.

Tertio, qui obscena loquuntur, aut ibidem S. Chrysostomus, ora habent quasi sepulera, quia factor ille spiritalis, qui ex animae putrefactione oritur, fetore sensibili major et gravior est.

Lingua ergo similis est hydrargyro, sive argento vivo, quod consistere nequit, sed perpetuo agitur, ac si tangatur, in mille et minutissimas partes dissilit; estque venenum exitiale, ut si vel minimum quid ex eo hauriatur, illico interiturus: ut olim Lovani juvenem christianissimas exusu illud delibantem, illico interiui conspexi. Porro illud dicitur inebriat ad linguam aspidum et serpentum, quae venenata est, et venenum morsu effundit. Nam animalia quae veneno nocent, venenum in vesica sub lingua inclusum habent; quae, cum mordent, rumuntur, et morsu venenum effundunt, aut Mercurialis, lib. *De Venen.*, juxta illud *Job*, cap. xx, vers. 12: *a* Cum enim dulcis fuerit in ore ejus malum, abscondit illud sub lingua sua.

9. IN IPSA (id est ipsa, per ipsam) MENSURATUR DEUM. — tum psallendo, tum docendo, tum orationando, etc. (1). His enim est finis lingua, ob quam quibusdam Deo est in illa, sicut in illa Deum glorificamus, aliosque glorificare docemus. Ita fecit S. Antonius de Padua, qui ardenti corde et lingua concionando innumeros ad Deum convertit. Unde 32 anno a morte ejus, lingua ejus in corrupta, recens et rubicunda inventa est a S. Bonaventura, qui lacrymando eam deoscedans: *a* O lingua benedicta, inquit, quae Dominum semper benedixisti, aliosque benedicere docuisti, nunc liquet quam grata ei fueris, quantaque apud eum merita. Ita habet ejus Vita et Chronica Ordinis S. Francisci: quae et addunt ipsius S. Bonaventurae linguam 160 annis post mortem, pista anno Domini 1434, integram et recentem esse repertam, *a* quae ac cor et caput in translatione ejusdem. Ita Psalter, *Psalm.* XXXIII, vers. 1: *a* Benedicam, inquit, Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. *a* Ita Sancti in collis non aliud lingua concinunt quam Dei laudes et magnalia. *Apost.* IV, 8, et cap. V, vers. 8, et cap. VII, vers. 12: vide ibi dicta. Quocirca S. Paulus quasi angelus terrestrium, satagens fideles effi-

(1) Per *commemorationem* Jacobus loquitur in prima persona; intelligit autem sanctos, imprimis, ut videtur, doctores et ipsi s. huiusmodi magistri volebant videtur doctores Christiani, illisque Deum tantum sermone suis celebrabant: sed huiusmodi sermone illis celebrabant, se non esse Dei amones. Quomodo enim Deum ex animo veneretur in, qui hominibus, omnino in his terris creaturam, et rationem, impetratur?

cere celsitas et angulos: *a* Implorami, inquit, Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri, *a* *Epistolae*, v, 18. Ita S. Nazianzenus in *carum*. *De Silentio*, de lingua canit:

Sua tibi supra regis, moribusque ceteris
Hinc ceno, qui tremulo cuncta parvo quatit.

Ita S. Augustinus, totis tredecim libris *Confessionum*, assidue benedicit, laudatque Dominum; unde illa oritur: *a* Magnus es, Domine, et laudabilis valde; magna virtus tua, et sapientie tua non est numerus. Et laudare te vult homo, aliqua portio creature tuae, et homo circumferens mortalitatem suam, circumferens testimonium peccati sui, quia superbis resistis: et tamen laudare te vult homo, aliqua portio creature tuae. Tu enim excitas ut laudare te delectet: quia fecisti nos ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. *Et* lib. IX, cap. 1: *a* Laudet te cor meum et lingua mea, et omnia ossa mea dicant: Quis similis tibi? Quocirca impius Nestorius lingua abolens, et maledicens Christo, ejusque matri, dicebatque et docens Christum non esse Deum, ac consequenter ejus matrem non esse Deiparam, sed Christiparam, in eadem a Deo maledictus est: lingua enim ejus a verbis corrosa et exesa est, teste Cedreno et Evagrino, lib. I, cap. VII. Ex adverso Martyres plures, quibus ob confessionem excelsae erant linguas, Deum laudarunt perinde ac si ille excelsae non fuisset, ut fecerunt Martyres Africani, teste Victore Ulicensi in *Persephone Wandalica*. Tota ergo vita fidelium, praesertim Clericorum, Religiosorum et Praedicatorum, non aliud esse debet, quam continua Dei laus et praedicatio.

Hic hoc Jacobus, ut ostendat propriam finem et usum linguae, qui est benedicere et laudare Deum, ut ex illo ostendat gravitatem abusus, quo homines passim eadem inique et quasi sacrilege abutuntur ad maledicendum. Nam, ut ait S. Chrysostomus, *hom.* 14 in *epistolae ad Ephes.*, *a* Os habes, inquit, spiritale obsequium Spiritu Sancto: cogita quae sit oris tui dignitas. Patrem vocas Deum, et fratrem mox vituperas? Cogita quam mensa dignatus sit os tuum, quae contingat, quam degustet, quo cibo fruat. Perpende cum quis blasphemus tempore mysteriorum adest, nampe cum Cherubin ac Seraphim. Seraphim nebulam vituperant, sed unus et idem usus ora illorum adimplet, nempe benedicendi et glorificandi Deum. Quomodo ergo potes cum illis dicere: Sanctus, sanctus, sanctus, qui ore tuo ad vituperium abuteris? Portentam ergo osi qui lingua praedicat Dei bonitatem, eandem vero exactus in consortes et proximos suos. Indignus est hominis titulo qui pacem habet in ore, opere autem serit lites

et bella; qui semen caelestis doctrinae pollicetur, et merum seminum acronium. Idem Chrysostomus, *hom.* 21 in *epistolae ad Rom.*: *a* Quomodo, inquit, sacram oblationem sumes, qui lingua humano sanguine eruentasti? Quomodo pacem das ore, bellis adeo refero?

DEUM ET PATREM. — Deum qui est pater omnium. Vide dicta cap. I, vers. 27.

ET IN IPSA BENEDECITUS HOMINES. — *a* *accipienda*, id est *caeremur*, mala imprecamur, diris devotus; rursus, calumniatur, conviciatur, iridemus, subnamimus, etc.: hae enim omnia significant *a* maledicendum per antitresis. Videtur idipsum per antitresis Gentiles: Ameharsia rogatus quid in homine esset optimum, quid pessimum, respondit: lingua; laus est Laetius, lib. I, cap. IX. Bias Anasi regi Aegypti poscenti optimum et pessimum ex victima, linguam remisit, sentiens linguam, si ratione rector, esse optimum hominis membrum; sin ira, alava passione instigetur, esse pessimum. Ita refert Plutarchus, lib. *De Garrulitate*. Vide Pierium, lib. XXXIII, titul. *De lingua*.

QUI AD SIMILITUDINEM (id est imaginem) vide dicta Genes. I, 26; DEI FACTI SUNT. — *a* *q. d.* Maleficendo homines, maledicimus Deum, quia homines sunt opus, creatura et imago Dei. Prohara S. Anthonius, lib. *De Dignitate humanae coelae*, cap. III: *a* Quis major, inquit, honor hominis potuit esse, quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur? *Et* S. Leo, serm. 1 *De Injuria X mensis*: *a* Si fideliter utique sapienter creatio nostra intelligamus exordium, invenimus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoritas, et hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis quae in quadam speculo, divinae benignitatis forma respiciatur. *a* Explicat venenum mortiferum linguae, taxatque proprie eos qui per videntur, Deumque benedicunt psallendo, orando, praedicando, et interim prout in maledicentiam assidue eadem lingua petulant maledicentis proximi, eo utique nocentius, quo ex pietatis specie, quae pro se ferunt, iuste et pie id facere videntur. Tales sunt non pauci qui frequentes sunt in officis divinis, et domum reversi cum implent rixas, iurgias, calumnias, maledictus, ut in templo videntur esse angeli, in domo demones. Contra quos magna patientia certandum est, et cogitandum illud Seneca *De Beneficis fortibus*: *a* Bene nesciunt loqui; faciunt non quod mereor, sed quod solent: quibus iam enim animus sic innatus est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latent.

Sensus ergo est, *a* *q. d.* En lingua adeo plena est veneno mortifero, ut etiam tunc cum Deum laudat, non cesset a maledictis in proximos, itaque in Deum sit injuria, adeoque Deum simul maledicat et benedicit. Qui enim imaginem, imo amicum et filium regis violat, aut maledicti, regem violat aut maledicti; multo magis qui Dei Deum

«*Communius hæc legit interrogative: « In ipsa benedicimus Deum, et in ipsa maledicimus homines? » q. d. Fieri potest, ut eodem ore et lingua laudemus Deum et vituperemus homines, qui simul peculum et imago Dei? Fieri potest ut simul laudes et vituperes Deum? laudes in se, vituperes in sua imagine? Unde subdit Jacobus: « Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri; » sed si laudas Deum, lauda et hominem, qui est magna Dei portio. Hoc est quod ait Sapiens, *Prov. cap. xiv, vers. 31*: « Qui calumniatur egenam, exprobrat factori ejus; honorat autem eum, qui miseretur pauperis. » Et *Psalmes, Psal. XLIX, 16*: « Peccator autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? etc. Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos, sedens adversus fratrem tuum loquebaris. » Tales similes sunt panthera, que cum homini nocere nequit, imaginem ejus dilacerat, teste S. Basilio, orat. 10 De *Invidia*: ita et hi cum deo nocere nequeant in seipso, nocent ei in sua imagine, puta in homine.*

Nota: Etsi homo quoad naturam inferior sit angelo, itaque minor imago Dei, tamen quoad quendam animum superat, magisque quam ille est imago Dei *Primo*, quia mundus hic visibilis creatus est propter hominem, non propter angelum, ut ipse qui spiritus est invisibilis. Homo ergo in mundo est quasi princeps, rex et Deus quidam terrestris: in eo ergo magis refert Deum quam angelum. *Secundo*, quia omnes bestias, aves, pisces, elementa, sidera, cæli, quin et angeli serviunt homini, perinde ac serviunt Deo. *Tertio*, quia homo per tot rerum inventiones, per tot fabricas et machinas, per tot fructuum rationem et productionem, per tot artes mechanicas quibus nihil non efficit, videtur imitari Dei omnipotentiam, omniscientiam perungua omnium creationem. *Quarto*, quia hominis productio refert S. Trinitatem: Adam scilicet ingenitus representat Patrem ingenitum; Eva producta ex Adamo, Filium genitum; Seth, Spiritum Sanctum procedentem ex utroque, uti inquit Nazianzenus, orat. 39. *Quinto*, quia sicut in Deo sunt omnes rerum species et gradus vel formaliter, vel eminenter: ita sunt et in homine. Homo enim habet esse commune cum inanimis, vivere cum plantis, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Denique homo est affluus, consanguineus et frater Dei per Verbum incarnatum, non angeli: Christus enim nascens non angelos apprehendit, sed semen Abraham, » *Hebr. ii, 16*. Noli ergo, o homo, te abjicere et tantum generis esse degener, sed divine consors nature despice hæc vilia et exilia, suspicio illa magna et divina, Deum tuum imitare. « Esto quidam quasi in terris obambulans Deus, et sanctus in carne angelus. »

Vidit hæc per umbram Trimegistus; unde scribens ad Asclepium exclamat: « O Asclepi, magnum miraculum est homo, animal adorans

dum. Hic enim in naturam Dei transit, quasi ipse sit Deus. Hic humane nature partem in seipso despicit, alterius partis divinitate confusus; diis cognata divinitate conjunctus, partem sui qua terrenus est despicit: cætera omnia quibus se necessarium esse celestis dispositione cognoscit, nexu secum charitatis astringit, si que suspicit cælum. Sic ergo feliciore loco mediocritas est positus, ut que infra se sunt diligit, ipse a superioribus diligatur. Elementis velocitate misceatur. Acumine mentis in maris profunda descendit: omnia illi lucent. Non cælum videtur altissimum; quasi enim proxima sagacitate animi intuetur. Intentionem animi ejus caligo aeris non confundit, non aquæ altitudo aspectum ejus obtundit: omnia idem est, et ubique idem est. » Nam, ut aiunt Theologi: « Factus est homo ut Deum in fratergeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. »

10. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. — Exaggerat mali indignitatem, illudque insistendo et repetendo perurget, q. d. Ex eodem ore procedit benedictio et maledictio, quod in se tam iniquum et indignum esse liquet, ut aliis verbis magis exaggerari non queat, imo nequeat; unde «*Communius*» rursus hæc legit et intelligit interrogative: « An justum est ut ex eodem ore et benedictio et detestatio egrediat? non profecto. » Hinc et læni plaque, sed effocati correptione ipsius studiose cavendum, monet S. Jacobus, dicens: « Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri; » sed ore ad benedicendum tantum ad hoc enim nobis Deo inditum est, non ad maledicendum, ut nos convenit, S. Maximus, *serm. 43*, et illi hæc Jacobi sententiam apposite exponunt de adulteribus qui palam laudant, oculo vituperant, et ex eodem ore calidum et frigidum, ut vulgo dicitur, efflant. Verum prior sensus videtur genuinus: loquitur enim de eadem benedictione et maledictione, de qua locutus est immediate ante.

Disce hic mansuetudinem in corripiendo a S. Jacobo, quam ipse didicit a Christo, cui per omnia similis erat, ideoque vocabatur frater Domini: unde et subditos vocat «*fratres*». Præclare S. Chrysostomus, *hom. 22 ad Popul.*, ait linguam nostram fieri linguam Christi, si in loquendo, et docendo et corripiendo imitemur mansuetudinem Christi. Ita David de se: «*Memento, inquit, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus, Psal. CXXXI, 4*. Et Paulus, *II Corinth. X, 1*: «*Ipse ego Paulus, inquit, obsecro vos per mansuetudinem et modestiam Christi.* » Et *Ephes. IV, 2*: «*Obsecro itaque vos, ego victus in Domino, ut dignæ ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine.* » Et *I Thimoth. VI, 11*: «*Tu vero, o homo Dei, hæc fuge, sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.* » Et *ad Titum, III, 2*: «*Omnes ostendentes mansuetudinem ad omnes*

homines. » Aurea est Sapientis vox: «*Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligere, » Ezech. III, 19.*

11. NUMQUID FONS DE EODEM FORAMINE EMANAT DULCIS ET AMARA AQUA. — q. d. Non. Ergo nec homo ex eodem ore debet proferre benedictionem, que est quasi aqua dulcis; et maledictionem, que est quasi aqua amara amaricans Deum et homines, sed solum benedictionem. Rursus, sicut aqua amara immixta dulci cum efficit amarum, ita dulcedinem benedictionis maledictionis amaritudo in eodem ore consumit, ait Bedæ: sicut modicum fermentum totam massam corrumpit, *I Corinth. V, 6*. Ruric tamen non obstat quin concionator populo nunc blandiri, nunc minari et objurgare; nunc dulcia Dei promissa, nunc amara ejus minas et penas proponere debeat: quia hæc omnia inducent populum ad Deo servitium et benedicendum, ideoque sunt Dei benedictio, non maledictio.

Nota: Quidam fontes dulcem et amarum fundunt aquam, sed diverso tempore, vel loco. Audi Plinium, *lib. II, cap. CIII*: «*In Troglodytis Solis appellatur dulcis, et circa meridiem fons frigidus; mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore et amaritudine infestatur.* » Et mox: «*Lyncæstis aqua que vocatur Acidula, vini modo temulentos facit. In Andro insula templo Liberi patris fontem novis januarii semper vini sapore fluere Mithianus credit.* » Addeunt nostri Conimbrienses, *tract. 9 in Meteora, cap. IX*, «*in Troglodytis lacum esse qui ter die fit amarus salsusque ac deinde dulcis, fonsque etiam noctu.* » Similes ac Ardanna, non longe a Leodio, sunt fontes Sphaeræ aciduli, qui ferri, nitri, sulphuris et vitrioli saporem referunt; eo quod eorum aqua per venas ferri, nitri, sulphuris et vitrioli perlabatur, eorumque vim et saporem imbibat, uti o trienniali experientia eos frequentando didici: quocirca invicem vicini fontes diversos habent sapes, ob diversas venas quas pertranseunt: imo idem fons, si per aliam venam labatur, saporem mutabit.

Talis quoque est Arethusa, fons et flumen Syracusæ, qui diversis in locis fertur diversum habere saporem, eo quod alii fontes in eum influant; et quia sub mari labatur, si ex eo quid hauriat, marinam et salsam dulci immixtam emanabit, de quo Virgilius, *ecloga X*:

Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem,
Sic tibi, cum fluetis subterlabere Siccas,
Doris amara sum non intermiscet undam.

Sed audi Thoma Fazellum, oculatum testem, qui de Arethusa ita scribit, *lib. IV De Reb. Siculis, pag. 89*: «*Crassas saliosesque et ad potum injuandas habet aquas; quarum usum, cum duræ et incoctiles sunt, incolumitati humane minus conferre lib. II docet Athenæus. Non procul ab Arethusa, in mediis maris fluctibus fons aquæ*

dulcis mire exundat, caputque inter aquas salvas attollit, oculus Gilicæ vulgo appellatur. » Et mox: «*Quod si ex Arethusa fontibus hic non est unum, ex aliquo certe vicino monte gignit, et ex pelagi vadis, expellente eum interiori vento, sursum emergere necesse est.* » Et anteriore causam aperit, scilicet quod aqua Arethuse non oriatur in Sicilia, sed in Achaia et Peloponneso. Siquidem Alphæum, ait, Achaia regionis fluvium terra absorptum, subter mare in Siciliam per passuum millia fere quingenta fluere, atque ex hoc fonte Arethusa rursus emergere primum Pindarus, deinde Timæus, quos Græci et Latini secuti sunt, tradiderunt. Sic de Ascanio lacu et fontibus Chalcidicis scribit Plinius, *lib. XXXI, cap. X*, eorum superficiem dulcem esse et potabilem, inferiores vero partes nitrosas et amaras.

Verum S. Jacobus loquitur de fontibus communibus et ordinariis: hi enim sicut aquam dulcem et amarum non reddunt; pauci jam nominati extraordinarii sunt, et quasi portenta et monstra nature, ideoque sunt typi et symbola lingue, que simul fundit maledictionem et benedictionem, ideoque ipsa pariter ostentum est et monstrum nature. Adde, licet in jam dictis fontibus, exterior fons, puta fontis orificium sit idem, quod emanat aquam dulcem et amarum; tamen interior fons, hoc est, ipsa prima vena et scaturigo, que est quasi cor aut hepatis fontis, est diversa, ut patet ex dictis de fonte Arethuse, cui nomen *oculus Cilicæ*. In homine autem secus se res habet. Sicut enim in eo unus est fons exterior, puta unum os, proferens bona et mala: sic et unus est fons interior, puta unum cor et una anima, ex quo utraque manant. Hoc ergo instar portenti est et prodigii, quod scilicet idem cor per eandem linguam injuriam et laudem, pietatem et impietatem, mortem et vitam, veritatem et mendaciam deprimat.

12. NUMQUID POTEST, FRATRES MEI, FICUS UVAS FACERE. — Græca et Syrus pro uvæ legitur *uvæ*, id est *olivæ*, et tunc major est antithesis: ficus enim sunt dulces, olivæ vero amare; sed sequentia indicant de uvæ agi. Subdit enim: «*Aut vitis ficus? » q. d. Nullo modo: nec enim vitis per se aliud quam uvas profert, nec ficus vitis inseri potest, ut in ea producta ficus, uti pirus inseritur pruno, atque in pruno profert piram.*

SIC SEQUE SALSAM DULCIS POTEST FACERE AQUA. — «*Salsa, » id est fons salisus: unde græce est, «*sic nullus fons salisus salsam ac dulcem potest edere aquam.* » Ita Tigurina, Pagninus et alii. Probat enim priorem similitudinem, scilicet quod ex eodem fonte non manet aqua dulcis et amara (ex qua probat et concludit moraliter non posse, id est non debere, ex eodem ore prodire benedictionem et maledictionem), alia similitudine vitis et ficus, quarum illa non ficus, sed uvas duntaxat, hæc non uvas, sed ficus duntaxat profert. Burgensis tamen censet hic esse aliam,*

puta te tam similitudinem: primam enim peti a fonte, secundam a vite et feno, tertiam hic ex aqua salsa, quae ex se non potest dulcem diffundere. Verum si diffundit, ergo fons est et fontis rationem habet: quare eadem est hanc similitudo cum prima. Ex hisce similitudinibus ostendit Iacobus in natura esse et praeter rerum ordinem, ac quasi cum ipsa natura pugnare, ut ex ore a Deo et natura destinata ad benedicendum procedat maledictio: sicut enim natura pugnat, ut ex fonte dulci procedat aqua amara, ex vita fons, ex feno uva; itaque id ipsum fieri nequit. Rursum, sicut aqua amara immixta dulci eam facit amaram, ita maledictionem mixtam benedictioni in eodem ore eam vitare, ac quasi convertere in maledictionem; quia scilicet maledictum est os, quod cum sit soli benedictioni destinatum, ex se emittit maledictionem: bonum enim est ex integra causa, malum ex singulis defectibus, ut ait S. Dionysius. Insuper sicut fons non profert uvas, nec vitis flos; sic maledictum licet aliquid boni ad tempus loqui videatur, fructum benedictionis habere nullatenus posse. Ita Beda. Porro octo differentias et quasi species male linguae assignat Thomas Anglicus: mirum linguam tertiam, inquit, de qua *Eccli. xviii, 16*, est detrahorum, solamque detrahit: falsa est adducenda, *Eccli. xx, 18*; magniloqua superbiorum, *Psal. xi, 4*; viperæ hereticorum, *Job xx, 16*; blasphemæ maledictorum, *Job xv, 3*; dolosa hypocrisis, *Psal. cxxx, 2*; coquinata luxuriosorum, *Eccli. ii, 3*; iniqua advocatorum, *Prov. cap. xvi, vers. 4*.

Nota: S. Iacobus noxam et damna linguae demonstrat ex duodecim partim argumentis, partim attributis. *Primum* est vers. 3, quod instar equi sit effrenus. *Secundum*, vers. 4, quod modica licet, magna tamen exaltet. *Tertium* ibidem, quod sit instar scintillae quae totam silvam comburit. *Quartum*, vers. 6, quod sit universitas iniquitatis. *Quintum* ibidem, quod maculat totum corpus. *Sextum*, quod inflammat totam rotam navivialis et vitæ nostræ. *Septimum*, quod inflammatur a gehenna. *Octavum*, quod imago Indomita sit quam omnes terro, ideoque a nemine domari possit. *Nonum*, quod sit inquietum malum. *Decimum*, quod sit plena veneno mortifero. *Maledictum*, quod cum sit data et dicata benedictioni Dei, simul tamen maledicat proximis. *Duodecimum*, quod sit quasi fons monstruosus, eructans simul aquam dulcem et amarum (1).

13. **QUI SAPIENS** (sicut id est eruditus, scilicet rerum divinarum) ET DISCIPLINATUS, — *enquies*, id est sciens ea quæ ad praxim et mores pertinent, non tantum speculative, sed et practice, hoc est, disciplina studiosus.

(1) Sic neque sola dulcem potest facere aquam, q. d., ait Atholi: Creatores quoque suam sequitur a Deo sibi destinatum finem: ita quoque lingua ad bonos usus destinata eos semper sequi et persequi debet.

Porro idem est sapiens et disciplinatus; sed hic illi additur, ut significetur sapientem non speculativum duntaxat, sed et practicum esse debere, puta disciplinatum et bene institutum: unde vers. ultimo discrete asserit sapientiam esse pudicam, pacificam, modestam, suadibilem, etc. Disciplina enim est moram ordinata correctio, et regularum a majoribus traditarum studiosa observatio. Ita Cleoro, *Tuscul. IV*: «Sapiens, ait, est qui rerum divinarum et humanarum (ad quas pertinet morum disciplina) scientia est præditus.»

OSTENDAT EX BONA CONVERSATIONE OPERATIONEM SUAM IN BENEFACTIVITATE SAPIENTIE. — Syrus, ostendat opera sua in conversationibus bonis. Redit S. Iacobus ad doctores et magistros, de quibus egit vers. 1, quorum occasione hucusque digressus est ad vitæ linguas. Eis ergo impense commendat mansuetudinem et modestiam, ut plus doceant exemplo quam verbo; plus modesta et miti conversatione, quam magna ostentatione sapientie. Magis enim docent et movent opera quam sermones, magis vita quam vox. Ita Christus prius cepit facere, deinde docere, Act. ii, 1. Christum imitatus S. Petrus pastoribus hanc legem præfigit *epist. I, cap. 7, vers. 3*: «Forma, inquit, facti gregis ex animo; » premiumque assignat: «Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.» Et S. Paulus *Philipp. iii, 17*: «Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulat sicut habetis formam nostram.» Hinc pontifex Aeronius in Rationali ad peccata gestabat «erim et tuncin.» id est doctrina et veritas, ut significaret in Pontifice requiri tam veritatem, id est integritatem vitæ et exempli, quam doctrinam legis et Scripturæ, *Erod. xxviii, 30* (2).

Insignis in hac re fuit Origenes, de quo scribit Eusebius, lib. VI *Histor. cap. iii*, «quod qualis ejus erat sermo, tales et mores; et quales mores, talis sermo, » ideoque habitus est Ecclesie oculo, orbisque miraculum, ac plurimos ad fidem et sanctimoniam convertit. Ex adverso probro fuit ille qui audivit: «Verba tua sunt verba Dei, sed facta tua sunt facta diaboli.»

Illustrior fuit S. Lucianus Martyr, qui adeo moribus erat compositus, pius, hilaris et sanctus, ut angelus videretur, omnesque ad sui et Christi amorem alliceret: quocirca Maximianus Imperator non nisi eminus et per velum eum aspiceret et alloqui est ausus, timens ne et ipse ab eo virtutis quasi philtro dementaretur; volenteque filii Christianus. Vide dicta *Philipp. iv, 5*.

Similis fuit S. Bonaventura, in ejus funere perorans in Concilio Lugdunensi anno Domini 1274, Petrus Tarantasiensis, Cardinalis ex Ordine S. Dominici, qui postea creatus Pontifex dictus

(2) Operacionem suam, q. Gall. non talent, ostendat scilicet se esse sapientem, idque per sapientiam lenitate conditam.

est Innocentius V, inter alios ejus laudes dixit: Quotquot aspiciant vel audiant S. Bonaventuram, ejus amore capiebantur, illi cedebant, illius sententiam et consilium amplectebantur; eo quod esset benignus, affabilis, humilis, charus omnibus, pius, prudens, castus, pacificus omnique virtutis ornatus.

Sapienter S. Hieronymus, *epist. 3*, Heliodoro Episcopo hunc vivendi canonem præfigit: «In te, inquit, oculi omnium diriguntur: domus tua et conversatio tua quasi in specula constituta, magistra est publicæ disciplinæ. Quicquid feceris, id sibi omnes faciendum putant. Cave ne committas quod aut qui reprehendere volunt, digno læcrasse videantur; aut qui imitari, cogantur delinquere.» Talis fuit Gregorius senior, Episcopus Nazianzenus, pater S. Gregorii Nazianzeni. Nam, ut hie de eo ait orat. 19: «Fervens hominum mores hand magno negotio mitigavit, tum pastoralis artis sermonibus, tum etiam quod velut spirituale quamdam statum ad optima ejusque actionis pulchritudinem expolitam ad imitandum proponeret.» Idem in *Laudibus S. Basilii*: «Oratio Basilii erat tonitru, quia vita ejus erat fulgur.» Ex adverso S. Bernardus, lib. II *De Consid. ad Eugenum Pontificem*: «Monstruosa res, inquit, est locus summus, et animus infusus; sedes prima, et vita ima; lingua magoliqua, et manus otiosa; sermo nullus, et fructus nullus.»

Idem animus viderunt Gentium Philosophi. Aristides apud Platonem in *Theog.*, profertur se ex alloquio Socratis nihil didicisse, ex conversatione et moribus plurimum. Agesilaus rogatus qua ratione quis maxime apud homines probaretur: «Si dicat, inquit, optima, et faciat honestissima.» Præclare Seneca, lib. I, *epist. 6*: «Plus, inquit, filii et viva vox, et convictus, quam oratio prodehit. In rem presentem venias oportet. Primum, quia homines amplius oculis, quam auribus credunt. Deinde, qui longum iter est per precepta, breve et efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodo audisset: vite ejus interfuit, secreta perspexit, observavit illum an ex formula sua viveret. Plato et Aristoteles, et omnis in diversum itura sapientium turba, plus ex moribus quam ex verbis Socratis traxit. Metrodorum, et Erymachum, et Polyvnum, magnos viros non schola Epicuri, sed contubernium fecit.» Idem alibi: «Bani, ait, doctorem esse quem magis admiseris eum videris, quam cum audieris.» Scitum est illud Democriti apud Laertium, lib. IX, *cap. vii*, *lyce lyce pæi*, id est, oratio operis est umbra. Sicut ergo se habet umbra ad corpus, ita oratio ad opus: opus ergo est quasi corpus solidum, oratio et sermo quasi umbraticum et evanidum, puta corporis virtutisque umbra, non corpus et solida virtus.

IN MANSUETUDINE SAPIENTIE. — In mansuetudine sapientia, que mansuete audit, respondet, moest, corrigit et docet. Talis enim est Christi et discipu-

lorum ejus, juxta illud ejusdem: «Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.» *Matth. xi*. Est hebraismus. Sic charitas fraternitatis vocetur charitas fraterna, filius dilectionis vocatur filius dilectus, filii inobedientium et diffidentia vocantur filii inobedientes et diffidentes.

Nota: Veræ sapientiam propria dos et quasi flos est mansuetudo. Vide dicta *cap. i, 21*.

Querit Petrus Damjanus libro *De Contemptu sæculi*, *cap. xxviii, cur, IV Regum iv, 34*, Eliseus nequiverit puerum suscitare per baculum illi applicitum, sed per seipsum incumbendo illi eum revocavit ad vitam? ac respondet: «Is quem terrores virga suscitare voluit, digno læcrasse spiritum ad vitam redit, dumque se parvo accommodavit et composuit, facile erexit et suscitavit.» Sic subditi saepe magis moventur amore Prælati, quam terrore, si lenitas se eis accomodet, morosque attemperet et benigne componat. S. Augustinus, *serm. 6 De Verbis Domini*, dicitur Prælatum vocat tentatorem subditorum. Vide S. Dionysium, *epist. 8 ad Demophilum*, et S. Bernardum, *serm. Ite S. Magdalena*.

14. **QUOD SI ZELUM AMARUM HABEATIS.** — «Zelus amarus» est invidia, zelus dulcis est fervens charitas, a qua Simon Chananæus cognominatus est Zelotes. Opponit mansuetudini sapientie zelum amarum, id est, amarelatum emulationem et invidiam, quæ nata ex superbia et amore excellentie parit contentiones et schismata, ideoque abicit in errores, hæreses et mandacia, ex quibus gloriosum, sed vanum doctoris nomen accipitur, ut scilicet inaniter de nova secta sivevnta, de nova schola, novisque discipulis glorioret et se jactitet.

Notat Isidorus Pelusiota, lib. II, *epist. 96*, plures fuisse et esse sectas, contentiones, schismata et hæreses in christianismo, quam fuerint in judaismo et gentilismo, eo quod diabolus, sectarum auctor, invidens et indignans utilitati et excellentie Christi et christianismi, ut eum evitaret, illa magis nunc serat et succendit quam ante, præsertim quia gentilismus totus erat diabolus, Judæorum etiam longo major pars. Accedit, primo, quod inter Christianos major sit sapientia majusque sapientie studium: inter studiosos autem sapientie oriri solent variæ sententiæ et sectæ. *Secundo*, quod in christianismo omnes errores se tegant sanctissimo nomine Christi, prætexta veræ fidei et pietatis, quem diabolus magisteris superbia et novarum opinioquam avidis obtendit, itaque eos excusat, ut vere, recte et pie se agere putent.

Adverte etiam: nam invidia est amarelatum, et itis quibus invidet, et magis sibi. Invidius enim mire cruciatum cruciata invidia sicut, quo torquet et affligit se de excellentia alterius, quem docet sibi præferri vel æquare in sapientia, virtute et gloria: tunc enim, ut ait Statius, II *Theb.*: «I trucem secretis cogit invidiam.» Hinc nota conditiones invidiæ. *Primo* est, invidia signum est animi parvi et abjecti: invidiendo enim agnoscit animo

esse se superiorem, vel parem. Et qui invidet, fore sunt inertes, pusillanimes, depressi, juxta illud Ovidii, lib. V. De Ponto :

Livor, iners vitium, notes non exit in albos,
Quae lites ima vepera serpit limbo.

Unde Plinius, lib. VI, epist. 17 : « Disertor es? inquit, tanto magis ne invidetis. Nam qui invidet, minor est. »

Secunda, id quod excolit et eminet, ferit oculos invidi, estque objectum invidiarum. Unde Ovidius, lib. I. De Remedio amoris :

Summa peti livor, peribit abbasion ventis,
Summa petunt dextra fulminis missa Jovis.

Quocirca Themistocles juvenis dolebat sibi non invideri : hoc enim signum est, inquit, me nihil ad me praechari gessisse. « Sicut enim cantharides rosae, sic invidia virtuti innascitur. » Ita Antonius in Melisso, sermone 62, ubi et addit, Aristotelem rogatum quid esset invidia, respondisse, esse antagonismam fortunarum.

Tertia, invidia sepe res maximas impedit et evertit, ut in urribus, bellis, congregationibus etiam Lororum subinde experitur. Testis est Belisarius, ducis Justiniani Imperatoris, tot victoriis invidi, sed per amulos ad extrema redacti, mendica et miseranda vox : « Da obolum Belisario, quoniam extulit virtus, cecavit invidia. » Ita multi, licet nonnulli viri docti ex Zonara et aliis id referent, asserantque Belisariorum honoratum semper vixisse et obiisse. Vere Silius, lib. 1 :

O dilem exitum mortibus, o nihil unquam
Crescere, nec magna patena exurgere laudes,
Invidi!

Ita duos primos fratres Cainum et Abelem una domus, imo lotus mundus capere non potuit.

Quarta, invidiam liquet esse amarum et felleam : commovet enim fel et bilem utranque, scilicet tam flavam quam atram, hoc est, tam choleram quam melancholiam ; adeo ut invidus in vultu atrum, felleum lividumque colorem praese ferat. Ut de Martialis, lib. 1 :

Ecce iterum nigros corollit lividus angues,
Ombros invidias, livide, nemo tibi.

Et Silius, lib. XI :

Atra veneno
Invidie, nigroque undantia pectora bello.

Quinta, duo sunt actus invidiae, videlicet : « Insultare malis, rebusque egrescere lites, » ait Statius, lib. II.

Sexta, invidia summum est tormentum invidi, eumque lenta longaque tabe exedit et consumit, indeque invidia vocatur edax. Unde Claudianus, lib. III. De Rapta Proserpina :

Invidis alteris rixas macerescit opinia.

Et Horatius, lib. I epist. :

Invidia Sicili non invenere tyranni
Najas tormentum.

Hinc Socrates dixit invidiam esse ulcus, imo terram animae, teste Stobaeo, sermone 36, et Antonio in Melissa, serm. 62 ; et Martialis, lib. IX :

Rumpitur invidia quod amaram, quovae probarem
Rumpitur quisquis rumpitur invidia.

Et Ovidius, II Metamorph., graphice eam depingit :

Lentaque miserata tale
Liquitur, ut glacies faceret suavia sole,
Felicisque bonis non lenius vitior flentes,
Quam cum epiplois ignis suspouitur hauris.
Quae neque dicit finiam, lenisque tepore creantem.

Hinc Poetae innoxerunt invidios apud inferos septem viciis, et hybris recreari. Quin et Cassianus, Collat. XVIII, cap. xvii, illud Jerem. viii, Ecce ego mittam vobis serpentes regulas, quibus non est incantatio, et mordelant vos, mystice accipit de invidia. Vide enim, Agis, rex Laedemomon, aditiones sibi ab aemulis invideri : « Gemina igitur, inquit, habebunt molestiam : nam ipsos et sua ipsorum mala discernabunt, ac insuper meis et inorum bonis torquebuntur. » Magulica vox, significans eos quos tenet invidia, magis esse misericordia dignos quam ira ; ac invidiam satis dure ponarum, etiamsi alius ejus ulla non existat. Ita Plutarchus in Lacon ; nam, ut ait Antisthenes apud Laertium, lib. VI, cap. 1 : Sicut ferrum consumit rubigo ex ipsomet nata, ita invidus suo ipsius vitio contahescit. » Elegantis vero Chrysostomus, serm. 172 : « Invidia suorum carnifex semper extilit : extendit sensus, torquet animos, cruciat mentes, corda corrumpit. Quid plura? Hanc qui receperit, sua sustinet sine fine supplicia, quia in se domesticum semper diligit habere tortorem. Quis tibi malorum finis, ubi alterius bonum poena est? ubi cruciatus est aliena felicitas? » Propterea acute dixit Nazianzenus, orat. 27 : « Solus ex omnibus affectibus, iniquissimus simul et aequissimus est invidia : iniquissimus, quia bonis omnibus adversus est ; aequissimus, quia dominos suos exest et conficit. »

Septima, remedium invidiae est humilitas, modestia et gloriae contemptus. Hinc Cato dicebat eos qui moderate sobriusque fortuna uterentur, minime peti invidiam. Non enim, inquit, nobis, sed bonis quae nos circumstant, invidet homines. Externa bona extra hominem sunt ; ad insolentem utentem vitium intra hominem est ; qui eo sibi confiat invidiam, seque facit invidiosum et exocosum. Ita Plutarchus Apoph. Roman. Diogeni Cynico, utpote omnium contemptori, nemo invidet. Crates Thebanus dicebat se pro patria habere gloriae contemptum et pauperlatem, in qua nullum suum exerceret fortuna. Aiebat item se Diogenem esse discipulum, qui nullis invidiae patebat insi-

dilia. Opes enim et honores plerumque conciliant invidiam, praesertim subitii, si sortem statumque valde excedant. Ita Laertius, lib. VI, cap. v. Praeclare S. Ambrosius, lib. II De Abraham, cap. iv : « Grande, ait, virtutis mysterium, cui cito invidetur. Et ideo ut invidiam reprimat, humiliorum se praestare debet. Non sibi principatum super omnes vindicet ; non sibi soli sapientiam praecipuam arroget. » Idem, in conflictu vitiorum et virtutum, « Invidia, ait, dicit : in quo illo vel isto minor es? Cur ergo eis vel equalis, vel superior non es? Quanta vales quae ipsi non valent? Non ergo tibi aut superiores, aut etiam aequales esse debent. Verum dilectio fraterna respondet : Si ceteros, o homo, virtutibus antecellere te existimas, latus in infimo quam in summo loco temetipsum servabis. Semper enim de alto pejor fit ruina. Quid si tibi, ut asseris, quidam superiores, alii aequales sunt, quid te ledit? quid te nocet? Cave proprus ne, dum alius locum celsitudinis invides, illum imiteris de quo scriptum est : Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. Imitantur autem illum qui ex parte ejus suat. »

Octava, denique invidia solet morte ejus cui invidetur finire, et in commiserationem, quin et admirationem verti.

Pascitur in viva livor, cost fata quiescit.

Et : « Virtutem incolorem odimus, sublatam ex oculis quoniam invidi. » Ita Julius Caesar audiens tragicam necem Pompeii sui aemuli, illa crymativ.

ET CONTENTIONES SUNT IN CORDIBUS. — Contentiones solent esse in ore et lingua, non in cordibus : per contentiones ergo hic accipie studia et proposita contendendi : unde graece est *litibus*, id est contentio, in singulari, hoc est voluntas et cupiditas contendendi, quam parit zelus amarus, id est invidia. Qui enim fel invidiam gerit in mentis stomacho, ille gessit illud ore exhalare, omnibusque contradicere, et eum omnibus contendere. Praeclare Sapiens, Proverb. xx, 3 : « Honor est homini stulti misceretur contumelias. » Id est contentiones, quae parit iactantque vicissim contumelias. « Puerilis enim animositatis est contendere, » ait S. Augustinus, epist. 174, et studere ut alter alterum vincat, cum apud Christianos vincere debeat veritas, pax et humilitas. Et Seneca, lib. II De Ira, cap. xxxiv : « Cum pari contendere, inquit, anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum ; pusilli hominis est miseri esse repetere mordentem. Imbecilla se ledi putant, si tangantur, ut mures et formicae ; quas si manu amoveris, ora convertunt. »

Id quæris, o Christiane, dum contra Christi leges cum fratre contendis? utique scientiam ostentationem et victoriae laudem apud tui similes, superbos et stolidos. Egregiam sane laudem nancisceris, ut audias contentiosus, arrogans, osten-

tator, sophista : quanto gloriosius tibi foret abstinerere jurgio ; ut apud cordatos audires sapienter, pacifens, religiosus, mantis linguæque ex ipso et dominus? Sapienter Papias, S. Joannis Apostoli discipulus et S. Polycaepi sodalis, audiens multorum clamoribus Dei veritatem laecari : « Non multa dicentibus, inquit, sed vera tradentibus auscultandum est. » Ita Eusebius, lib. III, cap. lxx. Religiose S. Ignatius, fundator Societatis nostre, hoc suis documentum dabat :

Nulli vel minimo quavis ratione repugnes ;
Celere te potius quam superare javes.

Et S. Bernardus, lib. De Modo bene vivendi, cap. xvii : « Viri milites, ait, semper despiciunt lites. » Et mox : « Si detractio et jurgia sunt in claustris, ubi est tacurnitas regularis, ubi sanctitas religionis, ubi silentium Ordinis, ubi religiositas monasterii, ubi vinculum charitatis, ubi pax unitatis, ubi concordia fraternitatis, ubi amor socialis? Heu prob dolor! perit tacurnitas regularis, ablata est sanctitas religionis, deficit silentium Ordinis, ad nihilum devenit religiositas monasterii, annullata charitas fraternitatis ; sed si illi qui in pace debent vivere, incipiunt contendere, ifigurare, detrabere, ubi est vita tranquilla, ubi vita quæta, ubi vita pacifica, ubi vita honesta, ubi vita modesta, ubi vita casta, ubi vita contemplativa, ubi vita angelica? Et inferius : « Contentio lites parit ; contentio pacem cordis extinguit ; contentio rixas gignit ; contentio jurgia seminat ; contentio faces odiorum accendit ; contentio concordiam rumpit ; contentio conturbat oculum mentis. » Modum eam excludendi subdit, si quis ubique eligat vitiora ; ac concludens ait : « In nulla causa decertare studeas, nisi ut soli Deo placeas. »

NOLITE GLORIAN ET MENDACES ESSE ADVERSUS VERITATEM. — q. d. Si sentitis in mente ardorem contendendi, nolite illum sequi, cumque per os verbaque egeret et exeret, ut gloriosa et mendaciter oppugnatis veritatem ; sed potius ardorem hunc silentio reprimite et ratione compescite (1). Unde Graeca habent : *Ne gloriamini, et mentiamini contra veritatem* ; Syrus : *Ne intonescatis adversus veritatem, et mentiamini*. Qui enim libidinis contendendi agitur ex studio contradicendi, ut scilicet videatur esse prudens, vel doctor ceteris omnibus, tam veris quam falsis contradicentibus, omnesque et omnia impugnat ; ac proinde necessum est ut sepe inaniter glorioret et mentiatur contra veritatem, uti clare videre est in sophistis et haereticis, qui agulum veritatem impugnant. Significat Jacobus zelum, sive invidiam matrem et fontem esse contentiosis, iactantis et mendacio-

(1) Alii : Nolite gloriam sapientis titulo, quem contra veritatem vobis arrogatis. Alii graecum *et* interrogative sumant, *nonne falso gloriamini*, etc. Est pleonasmus in illo *mentaces esse contra veritatem*. Similis locutio Rom. ix, 1.

rum. Porro, sicut summum decus est tueri veritatem, ita summum dedecus est eam impugnare et propagare falsitatem: quod faciunt invidi et contentiosi. Quocirca cum quereretur quidnam esset fortissimum, unicus responderet esse regem, alius esse virum aut militem, Zorobabel rem eam tangens respondit esse veritatem, de qua perorans coram Bario rege, impetravit ab eo tolli genti suae plenam solutionem captivitatis Babylonice et templi reedificationem. Vide III. *Esdræ*, cap. iii, vers. 42 et seq. usque ad vers. 47, cap. iv.

Præclare S. Augustinus, epist. 9 ad S. Hieronymum: « Incomparabiliter, ait, pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Grecorum: præsertim enim fortius nostri martyres adversus hanc Sodomam, quam pro illa illi heroes adversus Trojam dimicaverunt. » Idem, epist. 7 ad Hieronymum: « Nilis, ait, perverse suspensum amat, qui et alios vult errare, ut error suus lateat. » Demosthenes rogatus, « quid deo simile haberent homines, » respondit: « Benigne facere, et virtutem amare. » Ita Maximus, serm. 8. Pythiasas assererat huius duo divinitus hominibus esse longe pulcherrima, veritatem ampliori et beneficii operam dare: utrumque enim cum deorum immortalium operibus comparari posse, uti illius, lib. XII. *Tar. Hist.*

Denique veritas et caritas sorores sunt. Adeoque Deus per essentialiam tam est veritas quam caritas: qui ergo veritatem oppugnat, oppugnat pariter caritatem, ipsumque Deum, qui est prima veritas et hæc caritas. Remedium igitur contentiosis et clypeus veritatis est caritas. Nam, ut ait Apostolus, I. *Corinth. xii, 4*: « Caritas non ambulat, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. » Et S. Bernardus, tract. *De Dialectica Gradibus humilitatis*: « Bona, inquit, est via humilitatis, qua veritas inquiritur, caritas acquiritur, generatioque sapientibus participatur. Denique sicut filius legis Christus, sic perfectio humilitatis cognitio veritatis. Christus cum venit, a tulli gratiam: caritas quibus innotuit, dat caritatem; innotuit autem humilibus: humilibus ergo dat gratiam. » Tres igitur sociæ et comites inseparabiles, ac quasi tres Christianæ Charitatis sunt humilitas, veritas et caritas.

Idem paulo post tres veritatis gradus assignat: Primum, quo datum est Christum a nos ipsos agnoscamus, ideoque eum summe reveremur, et nos sub eo summe humiliamus. Secundum, quo proximorum culpas et miseria pervidemus, eisque compatiuntur. Tertium, quo Deum contemplantur, partim hic in avigmate, partim in coelo facte ad faciem per visionem beatificam, juxta illud: « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. » Ad primum, inquit, ascendimus per

laborem humilitatis, ad secundum per conscientiam compassionis, ad tertium per excessum contemplationis. In primo veritas reperitur severa, in secundo pia, in tertio pura. Ad primum ratio dicitur, qua nos discimus; ad secundum affectus perducit, quo alios miseremur; ad tertium puritas rapit, qua ad invisibilia sublevamur.

Tropologice Beda explicat, g. d. Jacobus: Nobile, o Christiani, mentiri Deo, cui in baptismo promissis vos abrenuntiare Satanae et pompis ejus: hæc enim non abrenuntiat, si bona vestra insolentius jactetis, et gloriosius supra, imo contra veritatem mendaciter prædicetis. Magis ad mentem S. Jacobi dicas eos Deo mentiri, qui eum ejus cultores se profiteantur, proximos tamen quos Deus ut seipsos diligere jubet, frastulant, indignantur, irident, cum eisque contendunt et rixantur, in eoque quasi re præclare et animose gesta gloriantur.

III. NON ESTI ISTA SAPIENTIA (solum animam habentis et contentiosi, qui gloriam accipiunt, ideoque veritatem mendaciter oppugnat, ut videatur ceteris sapientior) DISCURSUS USUUMUS (coelitus a Deo Patre luminium, ut dixit cap. i, vers. 17, infusus), SED TERRENA (ob avaritiam, qua querit opes terrenas), ANIMALIS (ob glulam et luxuriam, qua concupiscit voluptates sensibiles ventris et generis, ideoque filius Deus veniens est, ut ait Apostolus, *Philip. iii, 19*), MATERIALIS, — ob superbiam, qua ambit per contentis excellere et honorari; atque ad id subiles modos, dolos et astus pervenit, quorum auctor et artemansus est diabolus. Ex adverso sapientia vera viri et doctoris humilis, pacifici et sancti est coelestis, spiritalis, divina. Antistropa tunc Jacobi sententia est illa S. Joannis, *Epistola I, cap. ii, vers. 16*, qui mundo tribuans id quod Jacobus sapientie terrena et mundane, ait: « Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt, etc. Quoniam omnia quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et putra gula et luxuria; et concupiscentia oculorum, et avaritia; et superbia vite, que non est ex Patre, sed ex mundo. » Antistropa quoque, et magis est illa S. Pauli, I. *Cor. iii, 3*. Sic tunc enim sit inter vos zelus et contentio, nomine carnales estis et secundum hominem ambulabitis? » ubi Theodoretus: « Carnalis, ait, est, qui contentus est propellis cogitationibus, et spiritus doctrinam non admittit. » Ambrosius vero: « Qui peccatis similibus, ait, sensum suum in terrenum deprimunt, ideoque non ascendunt nisi ex quo videt, non putat aliquid posse fieri nisi quod est; ideo quicquid aliud audit quam veritas, solutum iudicat. » Talis est hæresis et hebetas, qui non capit nisi terrena, non capit nisi que sensu sensibilibusque tangit, non capit nisi ventrem et venærem, non ambit nisi primas cathedras. Hæc quoque plenus est invidia, odio, contentione, factu ostentatione, falsitate

Nota: *Primo*, animalis, et græce estis qui

non capit, nec capit et sapit aliud, quam id quod familiare et gratum est anime et animali, puta sensui, gustui et tactui, instar bestiarum, quales sunt gulosi et libidinosi: et, ut ait S. Bernardus, vel quisquis est auctor, lib. *De Solertia vite*, qui corporis sensibus et anime sensitive desideris acrit, et pascit ac nutrit sensualitatem suam, ideoque nescit nisi corporeas voluptates imaginando cogitare: ubi et addit tres esse gradus filialium, nimirum primum incipientium; secundum esse animale, secundum rationalem, tertium spirituale. Sic Tertullianus jam factus Montanista, orthodoxos per somnia vocabat *psychicos* (male Rhenanus legit *Physicos*), id est animales; se vero et Montanistas spirituales, eo quod tres Quadragesimas jejunarent, damnarent secundas nuptias, etc., quas admittent orthodoxi. Unde scripsit librum *De Jesuitis* contra Psychicos. Rursus animales sunt heretici, qui nil credunt nisi quod vident et intelligunt. Nam, ut ait S. Augustinus, serm. 431 *De Temp.*: « In homine carnali tota regula intelligendi est consuetudo cereandi. »

Secundo, hæc mundi sapientia vocatur et diabólica, tum quia diabolum imitatur: primus enim diabolus in celo invidit Deo suam thronorum gloriam, eumque voluit invadere, et contra eum ejusque angelos contendit et dimicavit, sed victus dejectus est in tartara; tum quia a diabolo suggeritur et aspiratur, unde « invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, » *Sapient. ii, 24*. « Insuper Princeps est super omnes filios superbia, » *Job xii, 25*. Insuper est mendax et mendacii pater, *Joan. viii, 44*. Sic Paulus Elymam sibi et Christo resistentem vocavit « filium diaboli, » *Act. xiii, 10*. S. Polycarpus Marcionem vocavit « primogenitum Satanae, » lesis Eusebio, lib. IV *Hist.*, cap. xiv. Irenæus, lib. III, cap. iii, eundem vocat « os diaboli. » Porro alludit Jacobus ad etymon demonum: demones enim dicuntur quasi *deserentes*, id est sceleres; et his antiqui tribuebant scientiam et artium humanarum inventionem; sed proprio ipsi primi auctores et inventores sunt sapientie mundane, que docet se suaque extollere, alios deprimere, ideoque miscere lites, contentiones et bella.

Igitur sapientia coelestis est *theodora*, id est, dei donum; terrena vero est *demonodora*, id est, diaboli donum. Ita *Theodora*, minor sapiens Justiniani imperatoris, facta diæsi que est demonodora, cum Justinianum ad hæresim Eulyclianam inlisset, Concilium Chalcedonense proscriptis, Silverium Pontificem cepit morture cogit, atque nefanda perpetravit. Ita Theophilus in Vita Justiniani. Quocirca coelitus ieta misere perit. Audi Victorem Tunzarum in Africa Episcopum in *Chronico*: « *Theodora Augusta*, inquit, Chalcedonensis Synodi inimica, canceris plaga toto corpore perfusa, vitam prodigiose finivit. »

IV. UT ESUM FILIUS ET CONTENTIO. — « Contentio, ait S. Augustinus, lib. IV *De Beat. Christ.*, cap. xxxvii, est non curare quomodo error vincatur vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius. »

Int inconstantia. — Græce *ἀστασία*, id est « inconstantia, » inquietudo, inordinatio, turbulencia, perturbatio, agitatio, tumultus, seditio, ut dixi vers. 8. Probat Jacobus superbiam invidiorum et contentiosorum sapientiam esse terrenam, animaleam ac præcipue diabolicam, ex eo quod sit inconstans et turbulenta, ciatque tumultus et seditiones: id quoque in hæresi et heresibus omni sæculo visum est, qui intersecina bella et seditiones ubique suscitaverunt. Unde hic verum est illud Tertullianus, lib. *De Pollo*, cap. v: « Plus totum hærese Rempublicam, quam locum: » plus scilicet in pace hæresiarum læsserunt Ecclesiam quam in persecutione tyranni: nam hinc Martyre extiterit invidi et gloriosi, inde peritii et seditionis apostata, qui Rempublicam et Ecclesiam discederunt.

Porro quam heretici in hæresi sint inconstantes, patet ex eo quod in dies nova eundem dogmata prioribus contraria. Unde S. Hieronimus, lib. a. *Constantium et Constantiam Imperatorem*, asserit, « Ariani annus et mensuras esse filios; circumferunt enim omni vento doctrine, ut ait Apostolus, *Ephes. iv, 14*. In Luthero clare ostendit Cochlaeus in lib. cui titulus: *Lutheros septiceps*. Ratio est prima, quia heretici aguntur spiritu vertiginis; secunda, quia hæresis est mendax: omne autem mendacium debiles habet pedes; mox enim ejus falsitasprehenditur, tumque aliam advenit, qua se obvelet et sustentet. Tertio, quia diabolus ejus auctor mendax est et pater mendacii, atque omes ad nova semper et pejora scelerata, ac blasphemias impellit ex odio immani quo flagrat in Deum, et invidia qua uritur in homines, ne in thronos coelestes quibus ipse excelsi, succedant.

EX OMNI OPUS PRIMUM. — Ex invidia enim et contentione oriuntur rixæ, contumelias, blasphemias, pugnae, odes, rapinae, schismata, hæreses, sacrilegia omniaque scelera: nam qui ait S. Cyrillus, serm. *De Zelo et Livore*: « Mala cetera habent terminum, et quodcumque delinquuntur, delicti consummatione finiuntur: invidia terminum non habet, permanens jugiter malum, et sine fine peccatum. » Vide quanta scelera et clades secuta sint ex hæresi Donatistarum apud Optatum contra Parmenium, et Ariarum apud Athanasium, *Apolog. ii*, et Victorem Ulfenssem in *Wandalica*. Quale incendium Gallie, Germanie, Anglie, etc. intulerint Luthero et Calvinis, nuper spectavimus, atque adhuc spectamus et lugemus.

17. QUI AUTEM DESURSUM EST SAPIENTIA, PRIMUM QUÆM PUDICA EST. — Opponit falsæ invidiorum, superbiorum et contentiosorum sapientiam, que

terrena est, animalis et diabolica, veram et sanctam fideliem et doctorem, humilitati, paci, charitati et modestiae studentium, ejusque novum, partim signa, partim effectus et dotes assignat. Sapientiam intelligit cognitionem sapientum (puta eum affectu, amore et praxi conjunctam) verum divinarum, quae fideles ad salutem et beatitudinem perducent. Sapientia ergo haec complectitur omnia mysteria fidei, totam doctrinam Christianam, Theologiam, & Scripturam, Ethicam, ceteraque quae ad Christiane sanctorumque viderum conducent. Haec a deorsum est, quia in Christo tradita, qui haec de causa e vestra descendit, ut eum nos doceret. Hinc sum, quia sine superna gratia Dei lumine et gratia intelligi et capi nequit, requirit tamen ipsa hominis cooperationem et studium: licet enim Apostoli iam infusam accepissent, iamque postari eorum proprio studio et labore eam acquirere et augere debent: ut in qui plus et vacent, sapientiores evadunt. His qui minus et student: uti videre est in Theologia et Theologia. Hinc enim lumen et dogmata fidei: quatenus, ex his speculando alias virtutes scrutantur, et quasi conclusiones theologicas ex suis principiis eliciunt et colligunt. Denique a deorsum est, a qua eorum spior et amor ac praxis sine gratia Dei haberi nequit.

Porro conferre libet haec novem antitheses verae et falsae sapientiae, quas hic assignat S. Jacobus, easque ut in synopsis lectori spectandas proponere. Prima est, sapientia vera est pudica; falsa est animalis et impudica. *Secunda*, vera est pacifica; falsa, contentiosa. *Tertia*, vera est modesta; falsa, petulans et superba. *Quarta*, vera est suavis; falsa est imparsibilis, quia haec a vera quicquam sibi suaveri sinit, nec seipsam coram persuadere potest. *Quinta*, vera est bonis consentiens; falsa est bonis invidens, adversans et rixosa. *Sexta*, vera est plena misericordia; falsa, inimiciorum, crudelis et impia. *Septima*, vera est plena fructibus et operibus bonis; falsa, plena operibus malis cunctisque sceleribus. *Octava*, vera aequanimiter tangere iudicat; falsa iudicium praecipit, quia omnia censurat et carpit. *Nona*, vera est sincera, falsa est simulata et hypocrisis. Simili modo ait Apostolus, I Cor. xiii: «Charitas (quam includit sapientia haec practica) patiens est, benigna est, non emulatur, congaudet veritati, » etc. Jam si sapientia pudica est, pacifica, modesta, suavis, etc.; ergo et sapientis videtur est, pacificus, modestus, suavis, etc. et argumetum a conjunctis: sapiens, i. e. iam, in discipulis, tum doctor; doctorum enim et magistrorum causa haec dicit Jacobus, ut patet vers. 1.

Pudica est, — sibi, id est pura, casta, intemerata est instar agni, tum a libidine, tum a quavis impuritate pravae doctrinae, sceleris et vitii, ut possit pingi specie S. Agnetis, quae pudicitiae aequae sapientiae Christianae fuit exemplar et viva effi-

gies, ut iure vocatur siquae Agnes. Nulla enim religio aut secta docet jubetque tantam puritatem tam castitatis et morum, quam veritatis et dogmatum, atque Christiana. Haec enim de Deo docet omnia augusta, divina eoque digna. Haec sanxit omnia quod honestum est. Haec jubet conjuges caste in conjugio vivere, sibi servare fidem, nec eo uti ad voluptatem, sed ad suscipiendam educandamque Deo prolem. Haec consulti virginitatem, calitatem et continentiam, et omne omnibus sacerdotibus et Religiosis severe praecipit et indicit.

Quocirca haec puritas doctrinae, castitatis et vitae est una e notis veram Dei, religionis et Ecclesiae. Ad ea enim longe aberrant et aberrant Gentiles, Mahometani, haeretici: docent enim calitatem et continentiam homini esse impossibilem; fornicationem esse licitam consenserunt Gentiles, ut colligitur Actor. xv, 29. Mahometani tot in Alcorano, permittuntur concubinae, quae possunt alere, hinc de Deo et Christo multa Cyent insula, ridicula, blasphema, eoque ac Cyent in Thalarad, Heresiarchas omnes suas haec bissa amasias, docet S. Hieronymus, epist. a *Crispionem*: scilicet Simon Magus, inquit, habuit Helenam meretricem; Nicolaus Antiochenus choros duxit leuineos; Apelles habuit Philumenaem; Montanus, Priscam et Maximillam; Epiodius, Agrippam; Priscillianus, Gallam, etc. G. sticti docebant frequentandam esse fornicationem in quasi palmarum vitium, conceptum vero in se quod par abortum, conceptum vero in se quod, teste Epiphania, haeresi 26; qui et haeresi 27, tradit Carpocratianos docuisse quomodo salutare debere ut ante mortem omnibus sceleribus et commaculet, alioqui toties revocandum ad vitam, donec id perfecterit et perpetravit. Quam impia et impura docebat Lutherus et Calvinus, omnibus liquet, ut Deum esse auctorem operum tam malorum quam honorum; Christum in cruce perpassum esse poenas gehennae, ideoque desperasse; Religiosis et sacerdotibus vitanda esse vota castitatis; non esse liberum arbitrium, sed electos a Deo in eorum, reprobus in tartara unius dei decreto, quasi facti agi et impelli; si uxor nolit rem uxoriariam, vocandam ancillam; omnia opera fidelium, etiam pia et sancta, esse vana; nulla esse eorum merita; sola fide quomodo salvari; quomodo fidelium certum esse de sua fide, gratia et salute, ad credere debere fide divina se iterum in caelum ad gloriam aeternam.

Denique Dionysius Carthusianus ait veram sapientiam, puta fidem et professionem Christianam, esse pudicam, eo quod perscipiat quanta conjuges peccati sit feditas, ideoque illud eam pejus et angue fugiat et exeret; ac eo quod summae veritatis, ac primae lucis pulcherrimum puritatemque contemplant, parit in mente castum pudorem et timorem, quo homo timet et

erubescit se in divina Majestatis presentia et aspectu vultu turpiterque gerere, aut aliquid cogitare, dicere, agere, quod Dei oculos offendat. Itaque quae de praeteritis cupis salutem iniecit pudorem, ut earum conditione et lacrymis delectat. Tertio, quia facit ut ad contemplationem Dei reverent, pure et verecunde quis accedat, non presumptuose, impudenter ac temerarie ingerens se ad divinarum ac incomprehensibilium perscrutationem.

Moraliter: Disce hic comitem individuae et quasi sororem sapientiae esse pudicitiam. Hinc auctoritate in somnis S. Gregorio Nazianzeno, eumque complacentes dixerunt: «Ne moleste accipias, juvenis; nota tibi et familiares amicus: altera enim ex nobis sapientia, altera castitas dicitur; et missa sumus a Domino tecum habitare, quia juvenium nobis et mundum in tuo corde habitaculum preparasti. » Uti refert Rufinus in prologo *Apolog.*

S. Joannes Apostolus, quia virgo, meruit ex peccatore aeternae sapientiae Christi Domini haurire arcana coelestia. Unde quasi aquila libravit se ad thronum S. Trinitatis, Verbi quoque aeterni generationem enarravit. Ibi quoque dicitur Apocalypsim, quae tot habet sacramenta quot verba; inde unus ipse Apostolorum cognominatus est Theologus. Similis ei fuit Joannes Baptista, aequae ac Elias, atque virgo, atque Propheta: nam, ut ait Clemens Alexandrinus, III *Pedag.* cap. 7: «Domus, foris, semper comes est sapientia pudicitia.»

S. Thomas Aquinas, Doctor Angelicus, angelicam habuit tam castitatem quam sapientiam, adeoque ab angelis in extasi cingulo castitatis (quod Vercellis in templo P. Dominicanorum religiose asservatur) accinctus, omni deinceps libidinis sensu caruit.

Illustre est quod legitur in Vita S. Laurentii Justiniani: hic enim cum annum aeger decimum novum, qui etatis flexus inebriens esse solet, apparuit ei Sapientia, puta Christus Dominus, specie virginis, cujus splendor solis splendorem superabat, eique dixit: «Cur, adolescens, eorum effundis, et pacem sectando teipsum per multa spargis? Ego, si me sponsam acipere decesseris, pacem hanc certissime polliceor. » Illa tam magnifica specie et promissio delectatus, quavis quod et nomen, quod genus esset? Tum illi: «Ego sum Dei Sapientia, quae ad homines reformandos humanam formam assumpsit. » Quae cum Laurentius se vero eam libentissime accipere respondisset, illa, dato oculo, leta et gaudentis abscessit: ipse autem non multo post in monasterium ad oblatas nuptias sapientiae et castitatis se coaluit, in quibus abunde id expertus est, quod promissio acciperat.

Simili visu et schemate sapientia despondit sibi Henricum Susonem, qui proinde inter alia sepositi officium de aeterna Sapientia, omnibus

ejus studiosis et discipulis quotidia recitandum, indeque vocatus est *Minister aeternae Sapientiae*, ut habet Vita ejus, cap. iv.

Simili, sed reali et visibili specie, Sapientia incarnata, puta Christus Jesus, despondit sibi S. Catharinam Senensem, virginem castissimam, quae licet litterarum radis, inde facta est sapientissima, quia et prophetiae spiritum accepit. Amulio huius ejus desponsationis Romae in monte, qui vulgo dicitur Manganapoli, religiose asservatur, ubi mihi ostensus est.

Causa est, quod sapientia sit coelestis et purissime sapientiae Dei participatio. Deique filia, ut ait Alonst Alfonso, Aragonum rex, apud Panormitanum, lib. III. Requirit ergo cor purum et coeleste, non spurcum et libidinosum: hoc enim in coeno luxuria demersum, coelestem hanc lucem inferri nequit. Unde Sapiens pingens sapientiam cap. vii, vers. 25: «Vapor est, inquit, virtutis Dei, et manatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sideris, et ideo nihil inquinatum in eam incurrit; candor est enim lucis aeternae, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius. » Ex adverso Osee cap. iv, vers. 11, ait: «Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor. » Haec Bersabee demisit Davidem, virum secundum cor Dei, et milites demerantur Salomonem regem sapientissimum: eccitas enim mentis est proles luxuria, ait S. Gregorius, lib. XXXI *Moral.* Nimirum cum in aliquem supercilium ignis concupiscentiae, videri ab eo nequit sol intelligentiae, ut docet S. Augustinus in *Psal.* c. lvi, vers. 9. Haec Dralla excoecavit Susonem, *Jude.* xvi; et libido Sodomitas, *Gen.* xix, 11.

Ubi viderunt Gentilium Philosophi Seneca, praefat. ad *Controversias*, asserit nil tam mortiferum esse ingenio, quam luxuriam. Plato semper fuit coelestis ob sapientiae studium, ait S. Augustinus, lib. De *Vera Relig.* Idem Academicum locum moribundum, ideoque aptum libidini reprimendo, ad scholam elegit. Hinc Platonis ad Musam monitum, fuit teste Laertio: «Venerem exhortescite, Nymphae. » Cui Musae: «Aliger huc ad nos non volat ille puer. » Hinc et Musae vocantur Camenae, quasi castae mentis. Sibyllae sapientissimae fuerunt virginis, imo ob virginitatem adeptas sunt donum prophetiae, ait S. Hieronymus contra Iovinianum et Lactantium, lib. I. *Dieta*. Instat. Averroes, lib. VII. *Physic.*, ait castitatem et alias virtutes, quibus concupiscentia carnis committitur, plurimum valere ad acquirendas scientias speculativas. Hippocrates coepitum carnalem vocabat puram epilepsiam: quia in ea homo ita a turpi voluptate abripitur, ut videatur esse epilepticus, et rationis mentisque imos: libido enim, ait Nyssenus, lib. De *Virg.* cap. iv et seq., facit homines quasi porcos, quorum oculi in coenum demersi caelum et coelestem aspicere nequeunt. Coero in *Hortensio*, asserit luxurie mortuum uti maximum est, sui inimicissimum esse sa-

plentia. Illas Venus, juxta nonnullos, dieta est a re, quae est partuula privativa, significans sine, et potius, id est mass, quasi sine mente, animus: aut potius, ut Varro, a *videndo*, id est, ligando et vinciendo, quia ligat rationem, mentem et voluntatem amantis. Venus enim ex homine facit brutum; ex adverso castitas ex homine facit angelum.

PACIFICA, — *εἰρηνική*, id est, pacis amica, pacem colens in se, et consequenter eandem aliis communicans et concilians; Syrus, *pleni pacis*. Ex adverso falsa sapientia, ut haeresis, *εἰρηνική* id est, contentiosa est, amans litium, rixarum et bellorum; ut omni aetate, sed praesertim nostro in Gallia, Scotia, Germania, Hollandia, etc., videtur. Causa sunt: *Primo*, quia vera sapientia est donum Spiritus Sancti, qui concordat et pacis est auctor; falsa est enim donum diaboli, qui discordat, bellis et seditionum est princeps. *Secundo*, quia sapientia haec fidei et charitatis nititur, quae una eademque est in omnibus fidelibus: unde e multitudine credentium erat cor unum, et anima una, » ait S. Lucas, *Act. ii, 82*. Itaque sapientissimus mortalium fuit rex Salomon, id est pacificus. Ille Christus, *Monach. vers. ult.* habete, inquit, in vobis sal, et pacem habeto inter vos. » Sal est symbolum sapientiae, hujus comos est pax. » Sal quippe sine pace non est virtutis donum, sed damnationis augmentum, » ait S. Gregorius. Unde et sal praesens erat symbolum antiochiae, ideoque hospitibus ante cibos apponi solebat, teste Hiero, *Hieroglyph. xii*. Unde proverbium: » Non oportet transgredi saltem et amicitiam, » id est, jus amicitiae. Sed audi S. Gregorium, in *par. Pastor. cap. iv*: » Per sal, inquit, sapientia designatur. Qui loquitur igitur sapienter mittit, magnopere metuat ne ejus eloquio audientium nihil confundatur. His Paulus ait: Non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Nunc in sacerdotis veste juxta divinam vocem tintinnabulis mala panica conjunguntur. Quid enim per mala panica, nisi fidelis unitas designatur? Nam sicut in malo panico uno exterius corde haec unio interiorum primum manumitur » sic Iudeos Ecclesiae populus unitus fidei contigit, quos inter diversas eorumque tonet. » *Tertio*, quia pax non est alia, quam tranquillitas ordinis: ordinare autem est sapientis, ait Aristoteles, lib. I *Metaphysic. Quarta*, quia Sapientia increata, a qua nostra creata derivatur, est Christus, qui est pax nostra, *1 Cor. ii, 14*, et princeps pacis, *sicut ix, 6*. Unde sui valedicentis, *Joan. xiv, 27*: » Pacem, inquit, relinquo vobis, pacem meam do vobis » illic de Cherubinis (qui creata sapientia primum virtutisque sunt exemplar) dicitur *Esai. cap. i, 9*: » Aliternaque erant panem eorum aliterius ad aliternum, » in signum pacis et concordiae. *Quinta*, quia sapientia est humilis; humilitas autem est ipse pacis: unde humiles jugiter sunt in pace cum inter superbos semper

sint iurgia. *Sexta*, quia sapiens seipsum non pace constare, omnia vero mala dissensionis, litae et bello confitari; omni ergo conatu pacem seclatam, lites fugit. Hinc Apostolus, *Philipp. iv, 7*: » Et pax Dei, inquit, quae exuperat omnia sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras. » Vide ibi dieta. Et S. Augustinus, *XIX Civit. xii*: » Pax corporis, inquit, est ordinata temperationum. Pax animae rationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animae rationalis, ordinata cognitionis actionisque consensus. Pax corporis et animae, ordinata vita et satis animantium. Pax hominis mortalis et Dei immortalis, ordinata in fide sub aeterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax civitatis, ordinata imperandi atque obediendi concordia civium. Pax celestis civitatis, ordinatissima et concordatissima societas fruendi Deo et fruendo in Deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Ordo est parium disparitumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. »

Monstra, — *τραίμα*; Syrus, *mansueta, demissa, humilis*; Tigurina, *argua*; Valabius et Paganus, *morigeri*; alii, *moderata, humana, factis, civitas*; nam mundi sapientia facit superciliosos, morosos, diffidiles; alii, *moderata, vestita, honesta, laudabilis*; haec enim omnia significat *εἰρηνική*. Modestie mater est humilitas, illa veremundia, soror patientia, magistro excedenda: nam, ut ait Cicero *pro Roscio Comulo*, quo quisque est solertior et ingeniosior, hoc docet iracundus et laboriosus; et quod ipse celeriter arripuit, tanquam tarde a discipulis percipi videns, discruciat. Porro modestia in schola et disputatione est necessaria, ut refragant juvenum petulantiam et audaciam: unde modestia ab oratoribus vocatur « Flos et decus adolescentum; » ab Euripide, « donum pulcherrimum decorum; » a S. Ambrosio, « purpura virtutum. » Ejus haec est sanctio: « Sic habitum, vocem, vultum, grossum compone, ut deceat Deum, ut te ornent, ut proximum edificent; alioquin desis latet in animo, despectus patet in voce, vultu, habitu. » Vide dieta *Philipp. ix, 5*, et S. Nazianzenum, *or. 26*, quae est de moderatione in disputatione servanda. Vere S. Bernardus, serm. 36 in *Cantic.*: « Multa scientia, inquit, ingesta otiosa anima, si charitate decocta non fuerit, convertitur in pravos noxiosque humores, alique inflationes mentisque tormina facit. »

Secundus, — id est, peragatus fidelis. Graece *εἰρηνική*; Syrus, *obsequiosus, obsequens*; Paganus, *morigeri*; Tigurina, *tractabilis*; alii, *facile cedere et credens*. Ex adverso falsa sapientia, ut haeresis, est *invidiosa*; id est *impersuasibilis*, intractabilis, cerebrosa, dura, cervicosa, pertinax, obstinata in sua sententia et errore: Sapientis ergo est rationi cedere, veritati cor pandere, errorem agnoscere, sententiam mutare. Unde Apostolus Episcopum; qui est doctor populi, vult esse docibilem, in *Tim.*

cap. II, vers. 24. Et Salomon postulans a Deo sapientiam, petit *cor docto*, Hebr. *audientis*, III Reg. cap. ut. Doctitas enim est pars prudentiae, ait Plato apud Macrobius, lib. I in *Somnium Scipionis*. Quia, ut ait S. Cyrilianus, epist. ad *Stephanum*, Episcopum et doctorem » oportet non tantum docere, sed etiam discere: quia idem melius docet qui quotidie proficit et crescit discendo melior. » Ita S. Augustinus, S. Damascus alique doctores contemplantur S. Hieronymum in epistulis S. Scripturae. Vide S. Augustinum in *epistolis*, quas plures de eis dedit ad eundem. Idem Augustinus ad *Dulcium*, Quaes. III: « Ego, inquit, plus amo discere, quam docere. »

Porro *εἰρηνική* dupliciter accipi potest. *Primo*, passive, ut sit idem quod quae « facile sibi persuadet » sinit. *Secundo*, active, « qua facile persuadet alios, » quia ipsa facile seipsam sibi persuadet: sapientia enim tantum veri et honesti habet speciem, ut illius ardentes se suadest persuadent. Ita religio Christiana nil doctae absurdum, nil turpe, nil inopinabile, nil contra naturam et recte rationi conformia, uti contra Gentiles docent Eusebius in lib. *De Demone*, Augustinus in lib. *De Civit.*, et alii.

Ex adverso Philosophi et haeretici plurima docent absurda, turpia, incredibilia. Igeurgus dabat impunitatem adulteris. Persa cum sororibus et fratribus in vitam conjugia. Plato, qui a suis nuncupatur sicuti apertus, uxores voluit esse communes, et propositarum libertatem communitam, lib. III *De Republ.* In solo foro Tomo haec habet paradoxa, imo contraria: Primum, mundum creatum esse non ex nihilo, sed ex atomis. *Secundum*, mundum fieri animal intelligentis eternum, eo quod pulcherrima creatura, qualis est mundus, non possit esse sine intellectu. *Tertium*, haec animal a Deo creatum esse ad hanc alterius animalis. Fingit enim ipse animal aliud universale, aeternum, separabile et ideale, ejus exemplum Deum secutus sit in creando. Rursum, Deum esse animam mundi. *Quartum*, ignem et terram esse primo fabricata, deinde vero et aqua quasi viginti fuisse distillata. *Quintum*, terram antiquissimum deorum collo contentorum fieri. *Sextum*, mundum aut ali sentio et consumptione sui ipsius, et tamen aeternam esse. *Septimum*, mundum dura appellat Deum beatum. *Octavum*, animam mundi poni in ejus medio, abjectissima scilicet parte. *Nonum*, stellae censet animalia esse, imo deos. *Decimum*, solum in secundo a tempore creatum stellas a Deo positum, quod Astronomi et ratio ipsa confutat. *Undecimum*, astra ex igne esse fabricata, ideoque ignea. *Dodecesimum*, terram esse circa potum suspensam, antiquissimum et primum deorum (id est stellarum) qui intra eodem sunt quati. *Decimum tertium*, fabulosam demonum generationem ex terra et aere, et prospiciam per Ossymum et Theidem productam, fidulam esse idem in *Apolog.*; « Demones, ait, sunt deo-

rum filii spiritus, » unde deos facit adflecteros. *Decimum quartum*, omnem animam statim aeternam et ingentem. *Decimum quintum*, Iniquos transmitti in orbem secundo in mulieres, aves et bestias pro cuiusque delicto. *Decimum sextum*, delicta expiari per ignem et reliqua aemula. *Decimum septimum*, deos Juniores fecisse hominum corpus ex qualiter elementis secundum atomos. *Decimum octavum*, mundi generationem aut ex necessitate et mentis actu mixtam, quasi Deum coactus fuisset mundum generare, aut facere. Ille spectat quod de necessitate Nilius, scilicet Pareis, scribit lib. X *De Republ.*, et quod alibi habet de fortuna pariter gubernante mundum: et quod Deus necessitati non repugnet. Unde Marcellus, Platonis interpres, duplicem Platonico-rum sententiam affert. Primam Proci, mundum factum esse; secundam, mundum non esse factum, sed semper fuisse et fluxisse a Deo, quasi fiat semper et fluat. *Decimum nonum*, ante mundum elementa in suis fuisse sedibus inordinate mota, Deum ordinem attulisse et ornatum. *Vigesimum primum*, homini dicit plures animas, unam a Deo factam, alias duns mortales, perturbationi et libidini obnoxias, factas a Dei filio, id est stellis et demoniibus, quarum unam jecori, alteram cordi indidit. *Vigesimum secundum*, in jecore, ait, dicit vanae explori staterunt, membro scilicet rationis experte, ne quis sit sapiens simul et vates. Quare nemo dum sanus est mentis valeat, sed cum via prudentiam somno, vel morbo oppressa, aut divino aliquo furore a suo statu est dimota; vanae enim esse pronuntata furentis ingenii. *Vigesimum tertium*, hominem acquire immortalitatem ex veritatis intensissimo intuitu: unde colligas animam per se non esse immortalis. *Vigesimum quartum*, anima, ait, cum semper divinum colat, ipsiusque familiaris demonem in se habet ornatissimum, sit beata. Hoc familiaris demono valde gaudent Platoni, ob id magis suspecti, ut et Socrates. *Vigesimum quintum*, idem alibi docet animam ante corpus existisse, ideoque cognitionem nostram non esse scientiam, aut potius discantiam, ut illi dicitur, sed remissionem, etc. *Vigesimum sextum*, ponit *εἰρηνική*, sive rectum rerum ordinem, futurum post duodecim millia annorum (quod spatium ipse magnam annum nuncupat): hic enim praesens continet annos 4234, ait Cicero, lib. II *De Natur. deor.* omnia praeterita in integrum revocanda esse, ut iterum fiat eo modo quo facta sunt.

Aristotelis, qui a S. Hieronymo et aliis vocatur miraculorum naturae et ingenii, paradoxa sunt: *Primum*, mundum fuisse ab eterno. *Secundum*, primum motorem Orienti assignat. *Tertium*, assertum moveri Iulo et naturali necessitate. *Quartum*, futurorum contingentium non esse determinatum veritatem, nec Deum ea determinate scire. *Quin-*

ten, de animis mortalitate ita subinde loquitur, ut nonnulli asserant eum putasse animam esse mortalem; licet alii verius contrarium opinentur. *Secundum*, censet licere parum abigere, et libere necesse parare. *Septimum*, docet Dei providentiam non se extendere ad singularia. *Octavum*, lib. *De Bonor. fortun.*, negat Deum omnem gerere fortuitorum. *Nonum*, negavit Dei providentiam se extendere infra lunam, Deumque curare sublatari, si credimus Clementem, lib. *V Strimat.*, Nazianzenum, orat. *I De Theolog.*, Ambrosium, *I Offic.* cap. *xiii. Beatum*, motum et tempus censuit esse perpetuum, ideoque infinitum. *Undecimum*, ex nihilo nihil fieri: unde inferunt Deum non creasse mundum, sed omnia fecisse ex prejacata materia. Plura vide apud S. Justinum, lib. *De Virginitate*, Aristotelis, Stoicorum et Epicureorum absurda dogmata recensiti Act. xvii. 18.

Vere Peccator, Psal. cxviii, 85: « Narraverunt, inquit, mihi iniqui, et fabulationes, sed non ut tuta; » nam in vera sapientia tum increata, tum creata et derivata, est « Spiritus intelligentia, sanctus, et Sapientis, cap. vii, vers. 23, unicus, multiplex, subtilis, discretus, mobilis, incoquinatus, cæcitas, suavis, amarus hominum, acutus, quem nihil vetat, humanus, hereticus, stabilis, securus, etc., intelligibilis, mundus, subtilis; omnibus enim mobilibus mobiliter est sapientia, attingit autem ubique propter suam unitatem. »

BONIS CONSENSIENS. — Hoc epithetum non est in Græco et Syro; hinc expungit Proseper, lib. *De Lib. Arbit.*; Dionysius, Cajetanus, Catharinus, Gagneus et alii: legunt tamen Romani codicis es. Videtur ergo additum ad explicandum et determinandum si *incoquinabilis*, nimirum quod sapientia sibi bona persuaderi sinat, non mala, ut bonis tam rebus quam hominibus sit consentiens, non malis, nimirum eis credendo, eorum bona consilia et opera probando, imitando, diligendo et promovendo, nulli videndo aut resistendo, neminem vituperando, et a sancto opere impediendo. Ex adverso hereses et heretici bonis dissentiant, malis consentiunt. Ita Lutherus in *Colloquio mensalibus* respicit Chrysostomum ut loquentem, Basilium ut abjectum, Cyrilianum ut infirmum Theologum, Hieronymum ut errantem et de heresi suspectum, ac omnibus præfert Apologiam sui Melancthonis: qui et alibi satanico fastu intonat, nihil se curare, si mille Cypriani, mille Augustini, mille Ecclesie contra se starent.

Moraliter S. Augustinus, serm. 42 *De Verbis Apost.*: « Nihil, ait, in te alteri resistit? vide ne forte ideo non sit bellum, quia pax perversa est, forte in totum carni consentiens, et nulla rixa est. »

PLENA MISERICORDIA. — Syrus *ܡܘܬܝܪܚܚܡܝܢ*, id est, miseratibus ex intimis visceribus manantibus. Sapientia enim novit, didicitque illud Christi: « Beati misericordes, quoniam ipsi mis-

ericordiam consequentur. » *Matth.* cap. v, vers. 7. Ita S. Cyprianus, serm. *De Leprosi*: « Doleo, ait, fratres, vobiscum. Cum singulis copulit peccatum meum, cum iocundus facere me credo, cum prostratis fratribus facere me credo, cum Talis quoque fuit S. Job, ut patet cap. xxxi, et S. Paulus, *II Cor.* cap. xi, vers. 29: « Quis, ait, infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror? » et S. Leo, serm. 10 *Quadragesima*: « Pulchrum valde est et divine nevolentie comparandum, sui querere in alt meminsisse. » Porro Plinius, lib. ii, cap. vii, nem divinitatem ponit in Beneficentia: nam qui atheus dubitat de deo et numine, deos vero censet ab hominibus factos, fuisse non alios, quam viros fortes et beneficos. « Deus, ait, est mortali juvare mortalem: et hæc ad eternam gloriam via. Hæc proceres iere Romani: hæc nunc celesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis auctor Vespasianus Augustus, fessis rebus subveniens. Hic est vetustissimus referendi benemeritis gratiam mos, ut tales numinibus ascribantur. Quippe et aliorum omnium nomina deorum, et que supra retulit scelerum et hominum, nata sunt meritis. »

Misericors ergo et beneficus suis clientibus est Apollo, Esculapius et Jupiter, id est, juvans patrem idem de beneficiis in deos relatis censet Cicero, lib. ii *De Legibus*, et ex eo Lactantius, lib. *I Inst.*

ET FRUCTIBUS BONIS. — puta bonis operibus; hæc enim sunt effectus, partes et fructus sapientie.

NON IUDICANS. — Multi codices et interpretes delent *non*, et *si iudicans* nequiter sequenti, leguntque *iudicans sine simulatione*, *g. d. Iudicis sincere*, non fecte et simulata; verum codices Romani, Lovanienses, Lugdunenses, Regii et cæteri, æque ac Syrus et Græcus legunt, *non iudicans*; Pagninus et Tigrina, *nihil iudicans*, scilicet temere, non usurpans sibi munus iudicandi, non faciens se iudicem aliorum eos carpendo, censurando, spernendo, juxta illud Christi: « Nolite iudicare, ut non iudicemini. » *Matth.* vii, 1, *g. d. Nolite in aliorum facta et mores curiose inquirere, carpere, censurare, damnare: ita fiet, Deo iuste disponente, ut vicissim ab aliis non iudicemini, censuremini et damnemini.*

Secundo, Græcum *ἀδύνατος*: quasi passivum noster Turrianus, lib. *IV De Dogmat. charact.*, vertit passivè, *que non iudicatur* quia scilicet certa et indubitata est, ut ipsa possit de aliis iudicare debeat, quam iudicari: quomodo Apostolus ait spirituali a *νεκρῶ* iudicari, *I Corinth.* ii, 15. Hinc S. Augustinus, lib. *De Grat. et Lib. Arbitr. ad Valent.*, cap. ultim., *ἀδύνατος* vertit, *inestimabilis* *g. d. Sapientia adeo sublimis et pretiosa est, ut superet omne hominum iudicium et astutiam* de qua re vide Baruch, cap. iii, 16 et seq. uent., et Job xxviii, 43 et seq. *Tertio*, aliqui *ἀδύνατος* ter; ver-

tunt, *nihil hesitans*, non dubitans, non mutans, sed resoluta, certa et secunda de veritate.

SINE SIMULATIONE. — *ἀδύνατος*, sine hypocrisis; Pagninus, *nihil simulans*. Ex adverso falsa sapientia, ut heresis et heretici, simulat veritatem, sinceritatem, castitatem, pacem, sanctitatem, cum moluntur deoquæ falsitatem, hypocrisis, libidinem, bellum omnesque scelus: sunt ergo lupi vestiti pelle ovina, ut ait Christus, *Matth.* vii, 17. Vere *Sup.* cap. i, vers. 5: « Spiritus Sanctus, ait, discipline effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu; » et cap. vii, 13: « Quis sine fictione didici, et sine invidia communito, et honestatem illius non abscondo. »

Vide actus et mores hypocritarum graphice depingentem S. Gregorius, *X Moral.* xvi, alias xviii.

18. FRUCTUS AUTEM IUSTITIE IN PACE SEMINATUR, FACIENTIBUS PACEM. — Syrus, *itis qui sunt pacifici*. « Iustitie, » id est sapientie; sapientia enim practica, de qua hic agitur, est iustitia, id est, complexio omnium virtutum (1). Concludit Iacobus totius capituli de sapientia et magistris discursum hæc quasi epiphonemate, que sapientie usum, fructum et premium assignat et completitur, *g. d. Dixi sapientiam plenam esse misericordia et fructibus bonis, quia sapientia et sapiens certo scit hos iustitie, id est virtutis honorumque operum, fructus esse quasi semen eternæ felicitatis et glorie, quam quasi copiosum segetem ac premium debere in pace, pacem et mutam concordiam studiose colendo, et inter dissidentes conciliando; cura seges hæc et merces solis pacis cultoribus proficere et promissa sit, non superbis, non contentis, non factibus schismata, non se, et sua dogmata factaque iactantibus, qui alios contemnunt, ut soli sapere videantur: hos enim toto capite taxavit S. Iacobus. Nam, ut ait Origenes, hom. 43 in *Levit.*, Deo grata opera nostra, quantumlibet in se bona, esse nequeunt, nisi in pace peragantur, adeo ut et sacrificium ejus qui a fratre dissidet, et non placeat, juxta illud Christi, *Matth.* v, 23: « Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordaris fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offers munus tuum. » Antitropa huic Iacobi sententia est illa S. Pauli, sub idem tempus ad eisdem edita, *Hebr.* xii, 14, cum de disciplina ait, quod a fructum pacatissimum exercitatus pacem reddet iustitie; et: « Qui seminat in carne sua, hæc et metet, Quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet carnem plonem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam eternam. » *Galat.* vi, 8; et*

illud Paulus de Apostolis et doctoribus. « Euntes ibant et flebant mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. » *Psalm.* cxxv, 6.

Nota: « *facientibus pacem*, id est opera pacis, quos scilicet ad pacem conciliandam et augendam faciunt, qui scilicet et sibi et aliis pacifici sunt, ut vertit Syrus: sic enim in Scripturis jubemur facere misericordiam, iustitiam, iudicium, pietatem, etc., id est, opera misericordia, iustitiam, iudicium, pietatis, etc.

Moraliter: Nota quanta sint commoda pacis. *Primum*, quod Deo sit gratissima, unde ipse vocatur Deus pacis et dilectionis, *I Cor.* xiii, 11. *Secundum*, quod pax sit via ad cælum, adeoque inchoatio vite cælestis. In cælo enim unum a summis Sanctorum gaudiis est summa eternaque omnium pax. *Tertium*, quod pax sit ipsa Dei et SS. Trinitatis similitudo: in Deo enim cum sint tres persone, una tamen voluntas est, unus amor, unus omnium sensus et consensus. Audi Nazianzenum, orat. 2 *De Pace*. « Non minus, ait, quam ipsa secum divinitas (nisi hoc nimis magnifice dictum videatur) inter nos consentimus, concordæque sumus, labiumque unum et vox una existimus: contrario tamen modo atque illi qui terram olim extruebant; animo alique ore Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum celebramus, idque de nobis prædicatur quod vere in nobis sit Deus, eos, a quibus unum, unum, quantum, quod Christus ideo et cælo descendit, ut pacem hominibus cum Deo et secum afferret. Unde S. Chrysostomus, hom. 18 in *ad Corinth.*: « Ut in Christo, ait, uniamur, multa movere nos debent, quia ipse est caput, nos corpus; ipse fundamentum, nos ædificatio; ipse vitis, nos palmites; ipse pastor, nos oves, » etc. *Quintum*, quod pax vitam suavissimam efficit. Vide S. Bernardum, serm. *V De Assumpt. B. Virg.*: « Unitas, ait, Sanctorum alia est que iustificat, alia que glorificat: una meritum, altera premium; unitas que in hac vita habetur, est decus suavitatis, de qua scriptum est: Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. Cum enim descripsisset Propheta polihritandem, non tacuit utilitatem: quoniam ille benedictionem, illic vitam eternam. » *Plura de pace dixi Isaie ii, 4, et Philép. i, et seq. Ephes. iv, 3, Colos. iii, 15.*

Porro ut hæc pax cum Deo, nobiscum et cum proximis habeatur, nobis, id est nostris concupiscentiis, inferendum est bellum. Unde S. Augustinus, serm. 6 *De Verbis Apostoli*: « Et si spiritus, ait, concupiscit adversus carnem, et si modo rixa est in ista domo; maritus litigans, non pernicem, sed concordiam querit. »

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Causa procedenti innotuit est fœdum, præsertim magistrorum, contentiones, amulationes et lites; hæc unum iudicem indicent et amputat, inimicum concupiscentias; amorisque mundi et consodorum presentia vice, cui opponit amorem et accessum ad Deum. Agitur, vers. 1, concupiscentia quasi litium et bellorum fœditate perscrutatur. Inde, vers. 2, docet munditiam mundi esse inimicam Deo. Ad Deum autem, qui appetit vestit, per humilitatem et munditiam cordis procedendum esse, ut ipse nos exaltet. Tertio, vers. 11, frechitur in detractores. Quarto, vers. 13, accipit vanitatem concupiscentiarum ex vanitate vobis, cui et inhæret et ostendit. Summa ergo capituli est: concupiscentiam honoris et excellentiæ, sive auliciorum, quam mater est invidia, litium, bellorum et detractionum, conare et extinguere per studium humilitatis et modestiæ.

1. Unde bella et lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militat in membris vestris? 2. Concupiscentiis, et non habetis: occiditis, et zelatis, et non potestis adipisci; litigatis, et belligeratis, et non habetis, propter quod non postulatis. 3. Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis: ut in concupiscentiis vestris insinuat. 4. Adulteri, et occiditis quia amicitia iniqua mundi inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicum esse carum huius, inimicum Dei constituitur. 5. An putatis quia inanimiter Scriptura dicit: Adavidium concupiscit spiritus, qui habitat in vobis? 6. Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 7. Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, et fugiet a vobis. 8. Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis. Emanate manus, peccatores; et purificate corda, duplices animo. 9. Miseri estote, et lugete, et plorate; risus vester in luctum convertatur, et gaudium in moerorem. 10. Humiliamini in conspectu Domini, et exaltabit vos. 11. Nolite detrahere alterutrum, fratres. Qui detrahit fratrem, qui iudicat fratrem suum, detrahit legem, et iudicat legem. Si autem iudicatis legem, non es factor legis, sed iudex. 12. Unus est legislator et iudex, qui potest perdere et liberare. 13. Tu autem quis es, qui iudicatis proximum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie aut crastino ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus. 14. Qui ignoratis quid erit in crastino. 15. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur: pro eo ut dicitis: Si Dominus voluerit, et: Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud. 16. Nuque autem exultatis in superbis vestris. Omnis exultatioialis, maligna est. 17. Scienti igitur bonum facere, et non facienti, peccatum est illi.

4. UNDE BELLA ET LITES IN VOBIS? — Primi Christiani nulla gesserunt bella, nec gerere poterant, apote pauci et gentilibus subditi: *bella* ergo vocat lites, rixas et pugnas. *ut res et sit explentium, q. d. «Bella,» id est «lites,»* ut dicitur. Secundo, a lites accipi possunt corporum, *bella* a verberum; unde Thomas Anglicus: *lites*, inquit, pertinent ad ligantes eorum iudices, dum volunt obtinere causam per calumniam, prebentur iusticie: *bella* pertinent ad violentos, qui rem per violentam injuriam sibi vindicare conantur. Tertio, per *bella* accipi pugnas et duella: duellum enim est duorum bellum. Denique providebat Jacobus

inter Christianos post Constantinum fore bella, eaque hic tollere satagit (1). Sensus ergo est, q. d. Capite procedenti copulavi invidiam et contentiones, quæ suscitant bella et lites, id est quasi studium modestiæ, concordie et pacis: nunc profundius radicem eorum digito commonstrabo, ut ea a vobis amputata, ampulentur pariter mali huius rami. Unde ergo et ex qua radice oriuntur

(1) Beatus Albius: Per versus ha. *ut dicitur* *Abstinete ab omni lites de quibus agit in present. capite, qui existimationem et magistrum auctoritatem amicum pot, unde exoriantur lites et dissidia familiarum, secretorum, partium in eadem civitate,*

bella et lites in vobis? utique ex concupiscentiis vestris: dum enim plures eandem rem concupiscitis, eamque simul omnes obtinere non potestis, quisque pro ea obtinenda sibique vindicanda «on» vidit, litigat et pugnat. Cupis proferre limites agri et domini tui, aspiras ad dignitatem, ambis officium: resistitur tibi ab aliis qui eadem retinere, vel obtinere satagunt; incitatis ergo ut cum eis litiges, eosque pessumdes, itaque retri concupiscam assequaris. Omnes ergo lites et bella oriuntur propter meam et tuam: tolle hæc duo pronomina e mundo, aut saltem e mentibus hominum, auferat erant lites, nulla bella, inquit S. Chrysostomus. Hinc, ut ait Virgilius, XII *Æneid.*:

Limes agro positus, litem ut discernent eris.

Sane princeps et tyrannos non alia causa incitavit ad bella, quam ambitio proferendi imperii et cupiditas opum externarum. Id significat Hebraicum *רב רב*, id est *tis*: derivatur enim vel aliquid ad *רב רב*, *rabab*, id est *superbii*; et ad *רב רב*, *rabab*, id est *multiplicantur*. Ex superbia enim et cupiditate excellendi, ac multiplicandi opes et honores, oriuntur omnes lites et bella. Audi Sallustium in *Conjur. Catil.*: «Una, ait, et ea vetus causa bellandi, profunda cupido imperii et divitiarum.» Et Tacitum in lib. IV *Hist.*: «Aurum et opes præcipue bellorum cause;» et Lucianum in lib. III *Pharsal.*:

At pars vilissima rerum
Certamen movisset opes.

et Ovidium, I *Metamorph.*:

Janque nocens ferrum, ferroque nocentes aurum
Prolicet, proli bellum, quod pugnat utroque.

Porro sapienter S. Augustinus, lib. IV *De Civit. vi*: «Inferre, ait, bella finitimis, et inde in scelera procedere, ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere, quid aliud quam grande labrocinium nominandum est?» Talia fuerunt olim bella Alexandri, Nabuchodonosoris, Cesaris, et passim regum Assyriorum, Babyliorum, Persarum, Medorum, Græcorum et Romanorum. Unde flect Priscianus bellum dictum palat per antiphrasim, quasi minime bellum, id est pulchrum; Festus vero, quasi bellum et ferum; alii tamen censent dictum a Belo, qui primus Assyriorum rex cepit bello vicinos appellere et subjugare. Porro Belus proprio nomine vocatus est Nemrod, cuius tyrannus describitur *Genes. x*. Appellative vero vocatus est hebraice *Bel, Baal, Bel et Belus*, id est dominus, quia omnibus dominari satagebat. Vide dicta *Genes. x*, 10. In Cassiodorus, lib. I *Variarum epist.* 30: «Non erant, inquit, prius armata certamina, sed pugnis se quælibet feruida læcessebat intentio: unde et pugna nomen accepit. Postea Belus ferreum gladium primus produxit, a quo et bellum placuit nominari. Conclum atrox, crudele presidium, ferina certatio.

Crimini applicandum est, quod inde posteritas potuit inferre. «Intellige post diluvium; nam ante diluvium gigantes bellis et caedibus fuere infames, teste Josepho, lib. I *Antiq.*, cap. xxi. Ubi et primum qui militare artem exerebant, censet fuisse Tubal Cain, qui invenit artem fabricandi: cuncta opera eris et ferri, *Genes. iv*, 22. Sepulchrum sequitur Glossa.

NONNE HINC, — scilicet ex concupiscentiis, et sequitur.

EX CONCUPISCENTIIS (græce *ἐπιθυμίαι*, id est voluptatibus) VESTRIS, — quas scilicet concupiscentiis, hoc est, ex concupiscentiis operum, scilicet honorum et deliciarum: quia licet irasit in appetitu irascibili, oritur tamen ex appetitu concupisibili. Ex enim quod obtinere nequit rem concupitum, irascitur, lites et bella movet. Porro pax dedit materiam concupiscentiis, concupiscentia bello: unde tempore persecutorum nulla inter Christianos fuerunt bella usque ad Constantinum, sed pax ab eo data Ecclesie, illico in ea lites et bella movere coeperunt Ariani Episcopi et principes; ac mox cæteri. Unde vers. S. Leo, serm. 6 in *Epiphani.*: «Terrores, ait, proscriptorum diabolum in avaritia mutat incendium, et quos damnis non fugit, cupiditate corumpit; inflammat concupiscentiis, quos non potest vexare tormentis.» Et Tertullianus: «Magis tamen læsare rempublicam, quam lites.» Licet enim lites et bellum iustum debito modo susceptum, etiam Christianis licitum sit et sanctum, ut contra Erasmus et Anabaptistas docet S. Augustinus, *Enchirid. lxxviii*, tamen vix caret peccatis, saltem venialibus: forte enim suscipitur ex nimio amore rerum terrenarum. Insuper facile se inluserit cupido vindicte, invidia, malevolentie, superbiæ, gloriæ, etc.

QUE MILITANT IN MEMBRIS VESTRIS. — Licet enim passiones et concupiscentiæ sint in anima et appetitu, vel concupisibili, vel irascibili, tamen quia hi appetitus sedem habent et quasi castra sua figunt in membris, per eaque se exerunt, hinc pariter concupiscentiæ in membris suam habent sedem, ut ita in felle, libido in membris generationi destinatis, tristitia in liene, amor in jecore, etc. Hinc concupiscentia ab Apostolo vocatur lex membrorum, *Rom. vii*, 23. Porro concupiscentiæ militat adversus mentem et spiritum. Nam, ut ait Apostolus, *Galat. v*, 17: «Caro, id est concupiscentia, concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem.» Illi ergo sunt quasi duo milites, qui potius duo belli duces, qui assidue inter se confligunt, suosque milites in aciem educunt, nimirum concupiscentiæ, educit omnes passiones, sensationes, imaginationes et membra: spiritus educit fidem, spem, charitatem omnesque virtutes morales, quæ cum concupiscentiis singulis decertant, uti graphice describit Prudentius in *Psychomachia*, id est animus pugna.

Denique concupiscentiæ hæc in membris: ita militat, ut dominentur quoad actus subitos et in-

deliberatos, qui rationem et libertatem praevalent: quod actus vero humanos, liberos et deliberatos non dominatur: sed iam ipse quam membra subsunt voluntati et libero arbitrio, a quo reguntur non despotice, uti brutum regitur a homine; sed politice, uti civis regitur a magistrato, cui contradicere et reluctari potest. Unde Apostolus hortatur fideles iam baptizatos et justificatos, Rom. vi. 12, dicens: « Non ergo regnet peccatum (peccati fomes, puta concupiscentia) in vestro mortali corpore, ut ob illius concupiscentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato; sed exhibite vos Deo sicut sancti et mortui viventes, et membra vestra arma justum Deo: peccatum enim vobis non dominabitur. » Vide ibi dicitur. Hinc vere et sapienter ait Laurentius Justinianus, lib. De Interiori Conscientia, cap. viii: « Omnis disciplina Christiane professionis non in miraculis faciendis, non in futura praedicando, non in eloquio composito scripturarumque explanatione, sed in resistenti concupiscentiis commendatur. Quantum Christum quis diligit, in hoc spirituali certamine recognoscit. » Et S. Augustinus, lib. De Agone Christiano, cap. iii: « Ibi ergo, inquit, vincuntur inimici nobis visibiles potestates, ubi vincuntur visibiles cupiditates. Et ideo qui in nobis viciniam temporalium rerum cupiditates, necesse est ut in nobis ipsis vincamus et illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. Quando enim dictum est diabolo: Terram manducabis, dictum est peccatori: Terra es, et in terram ibis. Datus est ergo in cibum diabolo peccator. Non sicut terra; si voluit manducari a serpente. »

2. CONCUPISCITIS, ET NON HABETIS. — Docet concupiscentiam, quae dicitur lites et bella, inquietum esse malum, quod animam iusti rerum concupitarum desiderio et siti cruciat, ac nunquam explet et satiat. Rursum concupiscentiam concitare lites et bella, ut rem concupitam sibi vinceret, at frustra: res enim concupita non armis paranda, sed a Deo, rerum omnium auctore et datore, postulanda est. Concupiscentia ergo non nisi tumultus irarum et litium in animo suscitatur, eosque inanes et evanidos: utpote quibus re desiderata poliri nequit, magisque angores, metus et dolores sibi asciscit.

« Concupiscitis » ergo « et non habetis. » Et potest primo, accipi more Hebraeo pro quia, q. d. Concupiscitis, quia non habetis id quod concupiscitis: concupiscentia ergo significat vos esse egentes et miseros.

Secundo, « et » simpliciter accipi potest ut vox copulativa, q. d. « Concupiscitis, » et tamen « non habetis, » non obtinetis quod concupiscitis, idque primo, quia saepe aliena et illicita concupiscitis, quae per jus et fas, et saepe per injuriam et nefas acquirere non potestis. Secundo, quia concupiscentia est insatiabilis; nam habito eo quod concupivisti, illico aliud et aliud in immensum concu-

pisset. Id videmus in mercatoribus, qui cum centum fuerati sunt, appetunt mille, inde decem milia, inde centum milia, inde millionem, etc., juxta illud:

Quo plus sunt potes, plus scilicet cupis;

et in ambitiosis: nam qui ambit esse senator, ubi id obtinuit, ambit esse gubernator; inde Comes, inde Dux, inde Princeps, inde Rex, inde Imperator.

Tertio, quia concupiscentia est instabilis: nam ubi rem concupitam obtinuit, fastidit, et aliam concupiscit: ita fias concupiscentie unius, est initium alterius, juxta illud Thren. i. 8: « Peccatum peccavit Jerusalem, propterea inlabilis facta est, » ubi nullas hujus instabilitatis causas attulit. Idem vidit Seneca, lib. De Vita beata, cap. vi: « Voluptas, ait, tunc cum maxime delectat, extinguitur. Nec multum loci habet: itaque cito implet et tedio est, et post primum impetum marcescit. Nec id unquam certum est, cuius in motu natura est. Ita non potest quidem illa ejus esse substantia quod venit transitive celeriter, in ipso usu sui periturum. Eo enim pervenit, ubi desinit; et dum incipit, spectat ad finem. » Idem, lib. III De Beneficentia, cap. iii: « Novus, ait, semper cupiditatibus occupati non quid habeamus, sed quid petimus insatiabilis: non in id quod est, sed in quod appetitur intenti. Quicquid enim domi est, vile est. » Ergo « non habetis, » quia licet habetis, habere vos non existimatis: et quia aliud concupiscitis, quod revera non habetis. Concupiscens itaque est quasi chameleleon, qui vivit vento sui desiderii, et re desiderata non fruitur: estque, ut ille ait, vir desideriorum, sed alio semper quam Daniel, cap. ix, vers. 23.

Quarto, quia concupiscens non tam habet rem concupitam, quam ab ea habetur et possidetur quasi ab herede, imo tyranno. Audi Senecam, lib. De Vita beata, cap. xiv: « Certum non ipsi voluptatem, sed ipsos voluptas habet, cuius aut inopia torquentur, aut copia strangulantur. Miseri, si deseruntur ab illa; miserosque, si obruantur. Sicul deprehensum mari Syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur. » Et mox: « Ut feras cum labore periculoque venamus, et capturum quoque illarum sollicita possessio est: saepe enim ianiam dominos: illa habentes magnas voluptates, in magnum malum evadere, capiteque capere: quae quo plures innoxiaeque sunt, eo ille minor ac plurimum servat est, quoniam vulgus felicem appellat, etc., nec voluptates illi sunt, sed se voluptatibus vendit. »

Quinto, quia cupidiorum vita in rerum cupiditatum prosecutione saepe tota pene consumitur. « Quosdam, ait Seneca, De Brevis vita, cap. xix, cum in summum ambitionis emiserunt, inter prima iocundantes metas relinquunt. Quosdam cum in consummationem dignitatis per mille indignationes (alii legunt indignitates) erupissent, in ea

subit cogitatio ipsam laborasse in titulum sepulchri. Quorundam ultima senectus dum in novas spes, ut juvenia, disponitur, inter conatus magnos et improbos invalida deficit. » De hac concupiscentia ambitionis maxime hic agit Jacobus: huc enim innumeros suscitavit huiusmodi, alii lites et bella.

Sexto, quia saepe cupidus re cupita uti fructu non audeat; ita avarus opes congerit, et sordide vivit, nec eas expendere audeat, ne minuat. Opes ergo quas habet, vere non habet, sed aliis habendas custodit. Hoc est quod ait Sapiens, Proverb. cap. xii, vers. 7: « Est quasi dives, cum nihil habeat; et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit. » Unde Democritus, teste Hippocrate, epist. 2 ad Damagnum, ridebat hominum insaniam, quod dum non habent opes, expellant; dum habent, occultent; quod omnia pervertant ad propriam cupiditatem; quod ex omnibus afflictiouibus regerent; quod concupiscunt ea que tristitiam et noxam inferunt; ideoque feris sint detiores et stolidiores, utpote quae intra sufficientiam se continent. Denique Sapiens, Prov. xxx, 13: « Sanguisuga, ait, duae filiae, dicentes: Affer, affer, » Sanguisuga est hirudo, quae ab haerendo dicitur, juxta illud:

Non misera culam nisi pleni cruoris hirudo.

Duae ergo filiae sunt duo ora, quibus hirudo sanguinem sugit. Symbolice sanguisuga est concupiscentia, praesertim avaritia in pauperes, de qua immediate ante egerat Sapiens, quae quasi hirudo pauperum sanguinem sugit. Haec dicit: Affer munera, ut vendam justitiam; affer dona, ut vendam gratiam, ait Cajetanus. Bona vero: Sanguisuga, ait, est diabolus, cuius duae filiae dicentes: Affer, affer, sunt luxuria et avaritia. S. Bernardus autem in Declaratione, sub initium: « Proprie voluntatis, ait, sanguisuga duae sunt insatiabiles filiae, clamantes: Affer, affer. Siquidem nec animus vanitatis, nec voluptate corpus aliquando satiatur. » Fuge sanguisugam hanc, et omnia reliquisti. Vere Seneca, lib. VIII De Beneficentia, cap. xxvi: « Aspicit, ait, quemadmodum immensae hominum cupiditates hinc temper, et possunt. Non miraberis ibi numerum reddere, ubi nemo satis accipit. »

Occurrit. — Legit interpres cum Syro, Complut. et Regis, eorum, vel eorum. Alii legunt eorum, id est cupiditas. Ita Cajetanus, Clarus, Vatablus; non enim videntur fideles adeo invidisse amulis, ut eos occiderent. Sed respondeo in tanto numero fidelium aliquos in credes erupisse, ut eruperunt in haereseis et schismata: quorum licet paucorum scelus hic Jacobus exaggerat et quasi indignum omnibus execrandum proponit. Rursum « occidit, » in actu non perfecto, sed inchoato, id est occidere cogitatis, credem machinamini. Invidia enim et ira semper crescunt, ac tandem in credes erumpunt. Unde vicina sunt, uti nomine, ita et re ac operatione eorum et eorum; id est invidia et occisio. Soleat oratores, cum vi-

tium insectantur, extrema et gravissima ejus damna, licet rara, recensere et exaggerare, ut auditores magis ad vitium odium impellant: ita factus hic Jacobus, praesertim quia scribit etiam postoribus, quos praevidebat ex ira et invidia patraturos homicidia, uti saepe nunc fieri videmus.

ET ZELATIS. — Primo, « et, » id est quia, ut paulo ante dixi, q. d. Quia invidetis, ideo occiditis; alioqui enim decreverat oratio: nimis enim malum est invidere, quam occidere. Secundo proprie, q. d. Postquam occidistis, pergitis illis invidere, imo zelari: zelus enim non qualem qualem, sed vehementem et acrem invidiam significat, qualis fuit in Cain fratricida. Quocirca Eusebius, lib. XI De Prepar. cap. iv, « Cain » ex Hebraeo interpretatur invidiam et zelum, a rad. ZEP kana, id est zelari (unde Simon Apostolus dicitur esse Chananus, id est zelotes), licet mater Eva eum vocaverit Cain, id est possessionem, a rad. KAP kana, id est possedit, dicens: « Possedi hominem per Deum, » Genes. iv, 1. Nimirum portendit, quod amor possidendi in Cain causaret invidiam, invidia eadem in omni paritium.

ET NON POTESTIS AMPHICIS, — id quod concupiscitis et ob quod zelatis et occiditis. Causas dedit paulo ante.

LITIGATIS ET BELLIGERATIS. — An, et quantum distet lis a bello, dixi initio capitis.

PROPTER QUOD (propterea quod; graece enim est *propter* *quia* *quod*) « non potestatis. » — Significat causam, cui rem concupitam non obtineant, esse quod eam litibus et armis per injuriam occupare satagant, non vero postulent a Deo, qui solus est dator omnium.

3. PETITIS, ET NON ACCIPITIS, EO QUOD MALE PETATIS, UT IN CONCUPISCENTIS (graece *petatis*, id est *voluptatibus*) VESTRIS INSEMETIS. — Syrus, ut eis abitis, cibetis, pascalis et nutritis. Est occupatio: occurrit enim objectioni concupiscentium ac dicentium: Ecce nos petimus saepe a Deo res quas concupiscimus, et non impetravimus: frustra ergo nos mones petere eas a Deo, non per lites et bella occupare. Respondet S. Jacobus: Petitissimum quidem, sed non accipitis, eo quod male petatis, ut his abundantius contra Deum ad vestram libidinem. Audi Bedam: « Male petit a Deo, ait, primo, qui jussa Domini contemnens, a Domino beneficia superna desiderat. Secundo, qui, amisso amore superiorum, infima tantum querit bona percipere. Tertio, et hoc non ad existentionem humane fragilitatis, sed ad redundantiam libera voluptatis: quod est velle insinere in concupiscentis. » Modus recte petendi est, quem docuit Christus, Matth. vi, 33, dicens: « Quae sunt regnum Dei et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis, » quae scilicet necessaria sunt ad vitam, non ad concupiscentiam: Deus enim dat tantum bona et salutaria, non mala et noxia, qualia sunt ea quibus expletur concupiscentia. Eis ergo qui talia petunt, Deus aures ob-

eruit. Illa enim odit, quia turpia, ac proinde ea largiri nequit: nec dolensinis fons amarum aliquid sceleris potest, ait Cyrillus, lib. IX in *Joan.* cap. xxi, et S. Augustinus, tract. 73 in *Joannem*, et ex eo S. Bernardus, serm. *Contra vitium ingrati*. Misericordiam, aut, est aliquando subtrahere misericordiam, quemadmodum ira et indignationis misericordiam exhibere, uti fuit Hobræis in murmurare petentibus carnes, eis dare: mox enim ira et ultio Dei ascendit super eos, *Psal. lxxvii*, 20.

Quocirca Cassianus, *Collat. IX*, cap. xxvii, dicit: Ita Deo non esse postulandas opes, honores, delicias, potissimum, robur, etc. Nihil enim conuictum, uti vult a se, nihil vile, nihil temporale utilitatem conditor implorari. Itaque magnificentia eius, ac omnificentie maximam irrogabilem injuriam, quilibet, contemptis petitionibus pretermissis, desideriorum aliqui et caducum ab eo malècè postulare, et offensas potius quam propitiationem iudicis sui, villitate orationis moueret. Eleganter S. Gregorius, hom. 27 in *Joan.*, explicans illud Christi, *Joan. xvi*, *Si quid petieritis in nomine meo: et Nomen, inquit, filii Jesus est: Jesus autem Saluator, vel etiam Salutaris dicitur: ille ergo in nomine Salvatoris petit, qui illud petit quod ad veram salutem pertinet, etc.* Pensate, quæso, petitiones vestras, videte si in nomine Jesu petitis, id est si gaudia salutis æternæ postulatis. In domo enim Jesu lesam non queritis, si in æternitatis templo impetrat pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit uxorem, alius petit villam, alius postulat vestem, alius dari sibi depretat alimentum. Et quidem cum hæc desunt, ab omnipotenti Deo petenda sunt; sed meminisse debemus quod ex mandato ejusdem nostri Redemptoris accipimus: *Querite primum regnum Dei.* Subdit aliquis orare prohibita a Deo, ut vindictam et mortem intimo, atque: *Quisquis itaque sic orat, in ipsi suis precibus contra Deum pugnat:* unde et sal Jude spæcie dicitur: *Fiat oratio ejus in peccatum.* Oratio autem in peccatum est illa petere que prohibet ipsa qui petitur. Chrysostomus, serm. 132: *Qui mala a Deo postulat, inquit, Deum mali iudicat et sentit auctorem.*

Sanciant idipsum Gentiles. Sæpe, *epist. 10*, ex Athenodoro: *Tunc, ait, scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo perveneris, ut nihil Deum roges, nisi quod rogare possis psalm.* Nunc enim quantis est dementia hominum! turpissima voto hæc insuccurrant: si quis amoverit aurem, concitescent et quod scire hominem nolunt, Deo narrant. Et max: *Sic vive eum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere eum Deo, tanquam homines audiant.* Et *Jovialis, sententia 10:*

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano;
 Fortem posse animam, miris terroris auctoribus,
 Qui spiritum viri et frenum laquei manuâ pugnat
 Naturæ: qui ferre quæcunque labores,
 Sociat hæc, curat nihil.

Platonis oratio erat: *Jupiter, da nobis bona, sive ea petamus, sive non: arce vero malo, etiam si ea ex errore petamus.* Secus enim videtur velle Deo legem sapiendi et dandi præscribere. Sed audi de Socrate Valerium Maximum, lib. VII, cap. ii: *Socrate, humana sapientia quasi quoddam terrestre oraculum, nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitratur, quam ut bona tribuerent: quia si demum scirent, quid unicuique esset utile: nos autem plerumque id votis exoptare, quod non impetrasse melius foret. Etenim, densissimis tenebris involuta mortalium mens, in quam late patentem errorem cæcæ precepciones sensu spergis? Divitias appetis, qui multis exitio fuerunt: honores concupiscis, qui complures pessumdederunt: regna tecum ipsa volvis, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur: splendide conjugis injicis manus, at hæc ut alligando illustrant, qui nonnuncquam funditus dantes epertunt. Desine igitur, stulta, futuris malorum tuorum caussis, quasi felicissimis rebus inhiare, loque totum celestium arbitrio permittite: quia qui tribuere bona ex facili solet, etiam eligere aptissima possunt.*

Quocirca misericordiam suam ostendit Deus, cum noxia quæ petimus, negat: iram vero, cum ea tribuit et concedit. *Mullos Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad salutem,* ait Hieronymus, lib. III de *Summo Bono*, cap. vix, et S. Augustinus, *epist. 34 ad Pontilianum*: *Bonus Dominus, qui non tribuit sæpe quod volumus, ut quod maliorum tribuat.* S. Bernardus, serm. *Contra vitium ingrati tudinis*: *Misericordiam res est, hæc in parte subtrahere Deum misericordiam.* Denique S. Gregorius, lib. XV *Moral. xi*: *Majoris iracundie est, inquit, cum hoc tribuitur, quod male desideratur, atque inde repentina ultio sequitur: nam quanto citius malum volum impleri permittitur, tanto celerius punitur: sicut punivit Deus Judæos concupiscentes carnes, dum eis illis dandum, illico plagam mortis in penam eis inmisit.* Numer. xi, 33: ideoque loco datum est nomen, *« Sepulera concupiscentie »*.

3. ADULTERII. — Græca addunt, *et ingratissimum, id est, et adulterum: tam enim feminis, quam viris conjugat. Dicit: Vocare aliquem adulterum, est grave convicium.* Respondeo: Convicium est, cum in aliquem torquetur ut probrum, ad eum infamandum vel dehonestandum; cum vero jaicitur in aliquem ad eum corrigendum et oburgandum, ut ille se emendat, correctio est et disciplinæ, que ex amore, non ex odio et ira proficiscitur. Talis est hæc Jacobi, æque ac illa Joannis Baptiste, *Matth. iii*, 7: *« Progenies viperarum; et illa Christi Luc. cap. ult., vers. 25: « O stulti et tardi corde ad credendum in » et illa Pauli Galat. iii, 10: « O insensati Galatæ: » et Actor. xiii, 10, ad Elymam Magum: « O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli. » Duri enim dure sunt increpandi, uti jubet Apostolus Tito, cap. 1,*

vers. 43. Sicut enim longæ et pertinacis morbi non estustione, sectione et cauterio curantur: sic et amor mundi, puta concupiscentia omnibus ingata, quam homines quasi bruta sequuntur, non nisi acri obprobriatione, longaque mortificatione quasi purificatione et sectione curari potest. Porro, si parentibus et magistris licet filios et discipulos flagellare virgis et verberibus, nullo magis licet eosdem verbis acrioribus castigare: imo, ut ait S. Chrysostomus, homil. 7 ad *Popul.*: *« Tunc maxime patres sunt, cum filios mansa prohibent, flagella licentur, afflictiunt ignominia. »*

Quæro, quo sensu et qua veritate vocat eos *« adulteros »*? Respondeo: Eo quo idololatras et Prophetas vocantur adulteri, quia scilicet, relicto Deo, animæ suæ sponso, adherent idolis, quasi adulteris; ita hi, relicto Deo sponso, adherent mundo, quasi adultero. Nam, ut ait Apostolus, II *Cor. xi*, 2: *« Respondit vos uni viro virginum castam exhibere Christo. »* Aut, quod eodem rectè, adhiberi dicuntur, quia ad amplexus mundanæ sapientiæ turpiter deflectebant, spreto celesti, quam paulo ante S. Jacobus celebravit: de qua etiam ait Sapientis, cap. viii, vers. 2: *« Quæsi sponsum mihi cum assumere, et amator factus sum forma illius. »*

Morali ter hæc disce, quam mundum odise et fugere debeamus, nimirum quasi adulterum: nec ergo mundi est adulterium spirituale et mysticum, quod tanto gravius est carnali et literaliter, quanto Deus, qui hic contemnitur, nobilior est hominè, cui mox se despondit. Amans ergo mundum vere coram Deo est adulter, et ut adulter proleat. Omnes enim ejus amores sunt adulterini, qui casto Dei amoris et charitati, que per Spiritum Sanctum diffusa est in cordibus nostris, e diametro repugnant. Hoc est quod Synagoga idololatram increpans Jeremias intulit, cap. iii, vers. 2: *« Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. »* Et *Osee, cap. ii, vers. 2: « Judicabo matrem vestram, judicante: quoniam ipsa non uxore mea, et ego non vir ejus. Auctant fornicationes suas a facie meæ, et adulteria sua de medio aliquam fornicum. »* Et illud hic Jacobi: *« concupiscentia enim, de quibus hic agit, sunt mystice fornicationes et adulteria animæ: unde qui eis obediunt contra Dei legem, sunt diaboli quem imitantur et sequuntur, illi dicendi sunt, quom Deo, ait S. Irenæus, lib. IV, cap. lxxvij, hæc S. Nazarius in *hereticis*, serm. 3, divitiis vocat *« meretricem »*, quæ in meretricis tunc huic amasio blanditur, nunc illi, nunc aliter, omnesque ludit et decipit, sic et divitiæ.*

Secundo, alii sic explantur: *« Adulteri, vid est spiritui, degeneres et adulteri illi videmini: quia non Deum patrem vestrum, sed mundum adulterum amatis et collitis. »* Sic ait Paulus, *Hebr. xii*, 8: *« Quocirca extra disciplinam estis, etc., ergo adulteri, quæc vbi, id est adulterini et spiritui, et non « Iustis. »* Verum prior sensus est genuinus: quia

græce est *postul*, id est *adulteri*, non *vici*, et est ad *« eris et spiritui »*.

Necesse. — Hoc verbum erythrasim habet acriterque pangit, g. d. Itane igitur vatis, aut non consisti satis juratum vestrum huic *« em, puta mundum, imo eum unicuique putatis, qui vos Dei vestri inimicos constituit? Et sane mira est hominum ignorantia, inconsideratio et dementia, quod mundum cum Dei et honorum celestium æterno dispendio sequantur et diligant.*

QUA AMICITIA MEORUM MUNDI INIMICA EST DEI. — Aliqui alloquia legunt, *« inimicitia est Dei: »* si enim *« legas cum Syro accantu pœnoso, significat inimicitiam: sin cum aliis passim legas accantu gravi »*, significat inimicium.

Quæro, quamvis est *« amicitia mundi? »* Primo, aliqui active accipiunt eam quia mundus improbus nunt, fovet, exultat; probos vero odit, deprimit, persequitur, *Joan. xv*, 18.

Secundo, alii melius *« amicitiam mundi »* accipiunt passive, que scilicet mundus a mundanis amat et collitur præ Deo, imo spiritui Dei lege. Unde apposito subdit Jacobus: *« Quicumque ergo voluerit esse amicus vœculi hujus, inimicus Dei constituitur. »* Amicitia ergo mundi est, quæ quis amat mundi bona, puta opes, honores, delicias, ita ut propter illa Dei legem violet, aut violare, eumque mortali ter offendere sit paratus. Hinc ea non quis amat et collit homines mundanos, quæ superbia, divites, potentes, ut ad eorum gratiam captandam, aut retinendam præcepti Dei et Ecclesiæ transgrediat. Id ita esse patet, eo quod quis paulo ante vocat concupiscentiam, eam tem hic vocat mundum. Unde huic Jacobo locum antistrophæ sententia explicans S. Joannes, *epist. I*, cap. ii, vers. 15: *« Nolite, inquit, diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Quoniam omnia quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo. »* Vero Sæpea, *epist. 84*: *« Relinque, ait, ista ad quæ diciturur, relinque divitias, potentium possidentium, aut omnes relinque corporis æque animi voluptates: mollities et mœritant; relinque ambitum: mundus res est, vana, ventosa, nullam habet terminum: tam sollicita est, ut quem ante se videt, quam ne alium post se: laborat invidia, et quidem duplici: viles autem quæ miser sit, si is, cui invidet, et invidet. Contra: post in fastigium dignitatis via est. »*

Quocirca Christiane et sapienter Tertullianus: *« In hoc mundo, ait, nihil nostrum habet, nisi ut quamprimum ex eo excedamus. »* Et S. Cyprianus, lib. *De Habitu virg.*, cap. ii: *« Sciant Christiani bona illa esse que sunt spiritualia, divina, eclesiastica, que nos ad Dominum ducunt, que nobiscum apud Deum perpetuo possessione permancant. Ceterum quæcumque ferreæ sunt in sæculo accepta et hic cum mundo remaneant: tam contemni debent, quam mundus ipse eo »*

tenetur, ejus pompis et deliciis jam tunc renuntiamus, eam meliore transgressi ad Dominum venimus. » Idem tractat. *De Mortalitate*. » Porro, ait, cum mandas oderit Christianum, quid amas eum qui te odit, et non magis sequeris Christum qui te redemit et diligit? Mundus ecce mutatus et labitur, et rogam sui non senectute rerum, sed sine testatur, etc. Considerandum est et identidem cogitandum renuntiasse nos mundo, et tanquam hospites et peregrinos ille interim degere. » Vide S. Ambrosium, toto libro *De Fuga saeculi*, qui et de *Virginis forma vivendi* cap. 1, hisce Jacobi verbis urget virginem Deo addictam, ut plane fugiat secularium consortia. Et S. Gregorius, homil. 28 in *Evang.*: « Ecce, ait, mandas qui diligitur, fugit; Sancti isti (Nerius et Achilleus) ad quorum iunibam consistimus, nocentem mundum mentis despectu calcaverunt. Erat tunc vita longa, salus continua, opulentia in rebus, fecunditas in propagine, tranquillitas in pace: et tamen cum in seipso sereret, in eorum cordibus mundus areret. Ecce jam mundus in seipso aruit, et adhuc in cordibus nostris ferret. Ubique mors, ubique luctus; ubique desolatio, undique percutitur, undique amaritudinibus replentur; et tamen cetera mente carnalis concupiscentia, ipsas ejus amaritudines sequimur, fugientes sequimur, labenti inhæremus. Et quia labentem retinere non possumus, cura ipso labitur quem cidelem tenemus. »

QUICUNQUE ERGO VOLUERIT AMICOS ESSE SAECULI (mundi) necesse, INVICEM DEI CONSTITUIT. — Ergo contrarii et antagoniste sunt, hostesque Internecii, Deus et mundus, amor Dei et amor mundi. Ita Didymus hic: « Sicut, ait, impossibile est servire Deo et mammona, ita amicum Dei esse amicum et mundi. » Et S. Augustinus, lib. XIV de *Civitate*, cap. XXVIII: « Peccerunt, ait, civitates duas amores duo: civitatem Jerusalem amor Dei, usque ad contemptum sui; civitatem Babylonem amor sui, usque ad contemptum Dei. » Illic ad amorem Christi classicum canens Apostolus: « Mihi, inquit, absit gloriarum nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quam mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. » Vide ibi dista; quem omnia magistrum secutus S. Ignatius, epist. ad Rom.: « Amor meus, inquit, crucifixus est. » Sapienter Richardus Victorinus, *De Gradib. charit.*, cap. III: « Columbinus, inquit, vere pili oculus amor est, qui in rebus humano usui concessis nulla libidine figitur, sed in transitoris contemptu aeternam. » Vere enim Beda hic: « Omnes, inquit, amatores mundi, omnes inquisitores nugarum. » S. Augustinus (vel quisquis est auctor), lib. *De Duodecim abusionibus*, gradu 7: « Mundi amor, inquit, et Dei pariter in uno corde cohabitare non possunt, quemadmodum idem oculi celum pariter et terram nequaquam aspiciunt. » S. Cyrillus, epist. ad *Donat.*: « Arridet mundus, inquit, ut seviat; blanditur, ut fallat; illi-

cit, ut occidat; extollit, ut deprecatur; foet quodam nocendi, quam fuerit amplius summi dignitatis et honorum, tam major exigitur et usura penarum. » Benigne mundi typus fuit Sodoma, plena omnibus et infandis scelibus, quae proinde coelitus siderata condagravit. Sicut ergo Lot Sodomo incendium angelum sequens effugit, ita nos gratiam Dei sequentes mundi periculis et incendiis fugiamus.

Nota: Pro *constituitur* Graeco est *zaberrata*, id est, plane et firmiter constituitur, puta semper et in omnes aeternitates, nisi Deus in illa sua clementia amatorem mundi in gehennam ruentem excipiat, et ad se coelumque revocet.

In Theodorus Archimandrita adhuc puer, haec Jacobi sententia commotus et compunctus, mundum operaque contempsit, ut habet ejus Vita; aequae ac S. Nicolai Tolentini, audito conclamante Augustiniano disserente de illo S. Joannis, I *quæst.* I: « Nolite diligere mundum, » eo spreto, monasticon Ordinis S. Augustini complexus est.

5. AN FATIATIS? — Graeco $\epsilon\iota$, id est est, et sic legunt nonnulli Codices. Verum $\epsilon\iota$, id est aut, sepe idem est quod *est*, ut multis exemplis docet Theodorus lingua Graeco.

QUIA INANITER (frustra, sine causa) SCRIPTURA DICIT. — Quid? Respondent aliquid, id quod proxime praecessit, scilicet ut mundi amicitiam, iuges et consortia fugiamus, ac Dei gratiam et amicitiam ambiamus: hoc enim passim concionantur Prophetae et alii libri sacrae Scripturae. Ita Beda. Alii cum (Commemo) referunt ad id quod paulo post sequitur: « Deus superbia resistit, humilibus autem dat gratiam. » Verum alii passim referant ad id quod proxime sequitur: « Ad invidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis, q. d. Deus est zelotes et quasi zelotypus animae vestrae, velut sponsa sua; unde non patitur rivalem, mundum scilicet: nam ad invidiam concupiscere idem est, quod esse zelotypum. Qui enim zelotypus est, ita rem amatam concupiscit, ut eandem rivali cullibet invidet, enipiatque ea solus potius, nec quemquam in amoris partem admitti patitur: Deum autem esse zelotem, scriptum est *Erodii* xx, 3; *Nathan*, 1, 2, et alibi. Si velis plus velle S. Jacobum, nimirum hanc sententiam ab eo recitatan, in Scripturis praecise et in terminis scriptam esse, fateor ubi ea scripta sit me latere, nec quisquam haecenus id ipsum indicare potuit. Quare nova et concerta videtur (Eumenii) dispositio, verso et expositio. Ipse enim sic dispungit, vertit et explicat: « An putatis quia inaniter Scriptura dicit, qui ad invidiam? » q. d. An putatis quod Scriptura diffidit nobis praeccepta et vires excellentia de odio mundi et concupiscentiae tradat, eo quod illa nobis invidet? Erratis: non enim id facit inaniter aut ex invidia, sed quia « concupiscit » *invidia* in accusativo, id est spiritum, scilicet rectum, id est bonum propositum bonamque voluntatem

sua exhortatione in vobis excitare et habitare; quam tibi per spiritualium modestiam invenierit operantem in vobis, majorem dat gratiam. Ceteri enim omnes aliter despiciunt et vertunt, excepto Francisco Luca, *Aunf.* 394, qui (Communionem) sequitur.

AD INVIDIAM CONCUPISCIT SPIRITUS QUI HABITAT IN VOBIS? — Ita per interrogationem haec legunt Codices Romani et alii plerique: nonnulli tamen interrogationem tollunt et legunt assertive. Rursum alii interrogationem referunt ad *si putatis*, alii ad *concupiscit spiritus*. Jam nonnulli per spiritum accipiunt humanum, sed vario sensu. *Primo*, aliqui, q. d. Spiritus hominis mundo deditus et concupiscentis ea quae sunt mundi, sibi suaeque salutis nocet et quasi invidet: sed Deus copiosius imperit gratiam, quam ipsi cupiamus. *Secundo*, q. d. Spiritus humanus et mundanus impellit nos ad aliena concupiscentia, et ad aliis ea invidendum. Ita Lyranus, Hugo et Thomas Anglicus. *Tertio*, Emmanuel Sa, q. d. Spiritus hominis ad invidiam, id est per invidiam, concupiscit bona proximi. *Quarto*, alii, q. d. Spiritus zeli et fervoris habitans in nobis adeo concupiscit, id est, concupiscere nos facit virtutem et sanctimoniam, ut sanctam in nobis excitet invidiam respiciendi, imo superandi eos, qui nos in studio virtutis praecurrunt.

Verum alii passim accipiunt hic Spiritum divinum et Spiritum Sanctum, idque melius. Illi enim soli competit id quod sequitur: « Majorem autem dat gratiam. » *Primo* ergo Beda inter alias expositiones hanc affert, q. d. Putatisne quod Spiritus divinus nos excitet ad concupiscentiam et invidiam? Erratis, si id putatis: ipse enim est spiritus continentiae, charitatis et concordiae, ac « majorem dat gratiam, » quam sunt bona et gratia mundi, quam concupiscitis: ergo malus sit spiritus oportet, qui ad concupiscentiam et invidiam vos concitat. *Secundo*, Glossa, q. d. Spiritus Dei cupit et concupiscit ut invidiam mundo eumque odio prosequamur. *Tertio*, Hugo, q. d. Spiritus concupiscit ad invidiam, id est contra invidiam, ut scilicet ea quasi opus diaboli tollat: « mundo, » *vanto*, noster Justinianus, q. d. Spiritus Sanctus, quo in baptismo imbuti estis, ad invidiam concupiscit, hoc est, ita afficitur erga vos sui cultores et amicos, tantisque donis vos cumulat, ut mundi amatores merito vobis invidere queant, juxta illud *Isaia* LXX, 13: « Ecce servi mei comedent, et vos esuriatis. Ecce servi mei bibent, et vos sitiatis, » etc. Hoc sensu invidia datur mundanis, non Deo, ut fit in aliis expositionibus, quae proinde duriusculum videntur. Nusquam enim alibi in Scriptura invidia tribuitur Deo, sed nec proprie tribui potest. *Quinto*, apposite alii interrogationem referentes ad *si Spiritus concupiscit*, exponunt, q. d. An putatis Spiritum Sanctum vos inhabitantem et regentem vestri esse zelotypum, vobisque mundi amicitiam, quae eo re-

vestra sit, invidere, ut ipse solus corde vestro possit et fruatur, quasi ex hoc illi ingens bonum accedat? q. d. Absit: imo vero majorem dat gratiam quam vel accipit, vel sperari possit a mundo; quam tamen ipse mundi amatoribus, ut ipse tam tibi, quam propria salutem contrariis, negat. Propter quod scriptum est: « Deus superbia resistit, humilibus autem dat gratiam. » Ita Franciscus Titelmannus et Franciscus Lucas, *Notat.* 393. *Sexto*, Gagneus, Cajetanus, Catharinus, Salmeron, Mariana et Lorinus interrogationem referentes ad *si putatis*, censent significantius et nervosius hic anthropopathos: Spiritui Dei tribui invidiam, id est, zelotypiam, quae Deo tribuitur a Prophetis et Apostolis, II *Cor.* XI, 2; *Enoch* XI, 3; *Jerem.* cap. II, et aliis locis maxime citandis. Invidia enim subinde in bonam partem capitur, ut cum duorum virtutis emulationem, et in antegressu contentionem vocamus sanctam invidiam. Talis quoque est ea quae vilis et vitiosus invidet opes et honores, quibus ipsi contra Deum ad scelera abutuntur. Talis quoque est illa Phinii, lib. II, *epist.* ult.: « Quid invidet bonam mortem, cui dare vitam bonam non potestis? » Sic Deus invidet mundo, quod animas a Deo ad se pelliciat et perdat, quae utique est sancta invidia. Sensus ergo est, q. d. Putatisne, o Christiani, frustra in Scripturis Deum vocari zelotypum vestri, ac osorem mundi, illic quasi invidentem possessionem cordis vestri, eamque « ad invidiam, » id est cum invidia mundi, sive ita cum invidet mundo, concupiscere? non sane frustra ita vocatur. Reipsa enim est zelotes, consortis impatiens: non patitur ut alios amemus praeter ipsum, non fert nos diligere mundum quasi adulteros. Deus ergo concupiscit cor nostrum instar zelotypi, magnoque zelo illud affectat, ideoque dolet et quasi invidet mundo, quod animas Deo desponsatas per illecebras ad se pelliciat. Probat Jacobus id quod dixi, scilicet ut mundi amicitiam esse inimicitiam Dei, ex eo quod ita nos amat Spiritus Dei, ut solus velit amari, nec patitur rivalem. Amat enim nos tanquam sponsas suas clarissimas. Unde si alium, puta mundum, amemus, nobis quasi ad altera irascitur. Ardet ergo nostri amore: si quando igitur aliud nobis postulantibus neget, non est facti quod nobis invidet, utpote qui usque ad invidiam amat nos, sed ne id nobis obsit, nosque ab amore suo ad amorem mundi avertat (1).

(1) Ita et Allodi. Heinicus: An ergo ignoratis passim a Scriptura dici, spiritum hominis, seu qui habitat in homine, adversus Deum et cum indignatione ejus, cupi ditates suas exerceat? Potius: Invidiam respicit Spiritus divinus nobis, vel vobis concessus, ita ut potius gratiam atque humanitatem erga alios nobis commendat.

Hic versus igitur explicatu difficillimus est, adeo ut Erasmus dicat, plura omnia interpretationibus a theologis recensitibus huc convelli. In eo tamen est tam multiplex hujus loci interpretatio, quod ea interrogationibus alii per spiritum intelligent spiritum hominis carnalis, vel

Ubi mox nota quantus sit amor Spiritus divini in nos: nimirum ardenti zelo amant nos, et eodem vult amari a nobis; ac si non ametur, indignatur et sicut tanquam ursam raptis catulis raptori occurrentem, *Osae xiii*, 8. Praeclare S. Augustinus hunc zelo ut Scriptura in Deo ponit et defendit, lib. *Contra Adimantum*, cap. xiii: «Tolle, inquit, de zelo errorem et dolorem, quid remanebit aliud nisi voluntas custodiens castitatem, et corruptionem vindicans conjugalem? Quo igitur verbo nisi zelo Dei melius possit insinuari? quo vocatur ad eum fugium Dei, et non vult nos turpi amore corrumpi; et punit impudicitiam nostram, et diligit castitatem. Non enim frustra etiam vulgo dici solet: Qui non zelat, non amat.» Hic ergo Dei zelus sanctus est, haec sancta indignatio, simul schemata et figura Deo tribuitur: ut Deus regit, eumque pro iustitia exere, sanctus erit, nec tam vindictae furor, quam iustitiae rigor. Sic et S. Hieronymus in *Sophon*, 1: «Nisi Deus, inquit, amaret animam humanam, nunquam zelaretur eam, et in similitudinem maris peccatum ulisecretur amoris.» Quin et S. Paulus, II *ad Corinth.* xi, 2: «Emulor, inquit, vos Dei emulatione: despondi enim vos aut viro virginem castam exhibere Christo.» Quocirca debet nos simul, cum pari non possumus, passu, hinc Deo amori occurrere, vicemque vici et zelum zelo respondere, ut totum cor, totumque amorem a creaturis mundi avocemus, in eum unum totam animi contentione et ardore conferamus.

Ita fecit S. Agnes, qua Christo sponse totam se addixit, ideoque juvenem nobilissimum nuptias ejus ambientem, ac omnia promittentem dantemque quasi diaboli satellitem cum suis muneribus indignanda repulit: «Discede, inquit, a me, fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis. Discede a me, quia iam ab alio amatore praevienta sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, et annulo fidei suae subarravit me, longe te nobilior et genere et dignitate. Cujus est generositas celsior, possibilitas fortior, aspectus pulchrior, amor suavior, et omni gratia elegantior: cujus Mater Virgo est, ejus Pater feminarum nascit, ejus pulchritudinem Sol et Luna mirantur, ejus odore reviviscunt mortui, illi soli servo fidem, illi me tota devotione committo. Quem cum amavero, casta sum; cum tetigero, munda

diaboli, alii vero Spiritum Sanctum qui habitat in nobis pro idem et gratiam. At verus es, cum Albiali et Cathariorum perique intelligi Spiritum Sanctum, ut colligitur ex vers. seq. Non ergo inaniter dicit Scriptura Deum amare Istar relopipi, ut protulit mirum non ait quod anima diligens mundum, et cum eo adulterans, constituat inimica Deo, sicut uxor in adulterio deprehensa fit inimica marito, et frequenter ab ipso interficitur. Tribuit igitur Apostolus invidiam et zelotypiam Deo, loquens more humano, ad significandam maximam indignationem

sum; cum accepero, virgo sum, ut refert S. Ambrosius, lib. IV, *epist.* 34. Idem nobis dicendum mundo, carni et diabolo, cum nos tentant, et a Christo ad se pellicere solent. Quocirca S. Agnes post mortem apparens parentibus cum choro Virginum, cycludibus aureis et ingenti lumine radiantium, consistens juxta Agnum vine candidiorum, sic dixit: «Congaudete mihi et congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi: illi sum juncta in caelis, quem in terris posita tota animi intentione dilexi.» Ita S. Ambrosius. Similis est sponsa in Cantibus, quae ubique non nisi amoris ardorem, languorem, delicias et zelum spirat: «Fulcite, inquit, me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus annulatio; lampades ejus lampades ignis autis flammaram.» *Cantic.* vii, 6, et. Et Psaltes in Epithalamio Christi et Ecclesiae, sive anime sanctae: «Astitit, inquit, Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui: et concupiscet Rex decorem tuum.»

Porro Christus usque ad agoniam et sanguinem sudorem zelatus est nos. Patiens enim et orans pro nobis in horto, sanguinem copiosum sudavit ex amore non tam doloris, quam amoris nostri, quodque plus amans nos param ametur a nobis, imo a multis odio habetur. Hinc sum in nos zelum passim in Prophetis explicat, ut *Isaia* ix, 6: «Parvulus, inquit, natus est nobis, etc. Zelus Domini exortitum faciet hoc.» Et *cap. lxxv*, 17: «Operatus est quasi pallio zell.» *Zachar.* viii, 2: «Zelatus sum Sion zelo magno, et indignatione magna zelatus sum eam.» *Ezech.* xxxvi, 6: «Ecce ego in zelo meo et furore meo locutus sum, eo quod confusionem gentium sustineritis.» Et vers. 5: «In igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus.» *Psal.* lxxviii, 5: «Accenditur velut ignis zelus tuus.» *Sep.* i, 10: «Auris zeli audit omnia.» *Ezech.* xxxii, 25: «Ponam zelum meum in te.» *Sophon.* iii, 8: «In igne zeli mei devorabitur omnis terra.» Ad haec loca alludit hic S. Jacobus. Hinc zelum pro Deo et vice Dei ostendit Angelus custos S. Ceciliae. De eo enim ipsa sic ait ad Valerianum sponsum: «Volo te scire me Angelum Dei habere amicum, qui summo zelo corpus meum cu. c. ij. Et si vel minimum fuerit suspicatus, quod tu incesto me amore contingas, iam sum protinus in te accendit, et juvenis tui florem perdet; sin autem cognoverit quod tu simpliciter et immaculato me amare tenearis, et virginitatem meam integram et impollutam custodias, te sicut me diliget, et ostendit tibi suam gratiam,» ut reipsa praesentit, dum visibiliter ipsi apparens eum Christianum, virginem et martyrem efficit.

Porro pie et pulchre Chrysologus explicat ad

«Denissimum zelum ecclesiae sponsi Christi pendente in cruce, et adulteras animas benigne ad se vocantis, *serm.* 168: «Distendit membra, dilatata viscera, pectus porrigit, offert sinum. Nonne dicit: Vide in me corpus vestrum? et si quod Deum est, timelis, quare vel quod vestrum est non amatis? si bonium fugitis, quare non recurritis ad Parentem? Sed forte vos passionis meae, quam fecistis, magnitudo confundit? Nolite. Clavi isti non mihi infingunt dolorem, sed vestram mihi infingunt altius charitatem. Sanguis meus non mihi deperit, sed vestrum prorogatur in pretium.» Nec minus eleganter Bernardus, tum Spiritus Sancti, tum Christi charitatem extollit, *epist.* 197: «O geminum ipsi quoque firmissimum Dei erga nos amoris argumentum! Christus moritur, et meretur amari; Spiritus afficit, et facit amari: ille facit eum amare, iste ut ametur: ille suam multam dilectionem nobis commendat, iste et dat: in illo carnis quoque amemus, ab isto sumimus unde amemus: charitatis igitur ab illo occasio, ab isto affectio.»

QUI HABITAT. — Graeco *επιπροσθε*, id est habitavit, q. d. Olim in baptismo habitavit Spiritus Dei in vobis; at jam in multis vestrum non habitat, quia ab eo deservistis et mundum diligitis: in caeteris tamen, qui in gratia baptismi perseverant, etiamnum habitat.

6. MAJOREM AUTEM DAT GRATIAM. — Syrus, *prostantiorens autem dat gratiam datus nobis Dominus noster*, puta Spiritus Sanctus ostendit Spiritum Dei ad invidiam, id est, ardentissimo et quasi zelotypie nos amare et concupiscere, ex eo quod longe majorem dei gratiam, dona et bona, quam mundus, et quam mereamur, ut nos a mundi, nemini sui, amore avellat, et ad sui amorem invitet et pens cogat. Invidet ergo mundo, quod pauca donans, multum ametur: se vero infinita donantem parum et vix a nobis amari. Rursum occurrit objectioni mundanorum discipulorum: Amor mundi ita nobis innotuit est, ut eum abjicere nequeamus. Respondet enim: Deus majorem dat gratiam, quam sit amor mundi, ut per eam amorem mundi facile vincere et ex animo eiectione possit, si gratia Dei vos subleget et strenue cooperari velit. Nam, ut ait Apostolus, *Philip.* iv, 13: «Omnia possum in eo qui me confortat;» et: «Potens est Deus omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus.» *Ephes.* iii, 20. Alludit Jacobus ad illud *Ezech.* xi, 6: «Faelians misericordiam in millia his qui diligunt me: sicut in te ad invidiam concupiscit spiritus, alludit ad vi. ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes. *Ibid.* vers. 5.

PROPTER QUOD DICIT (hic versus in nonnullis Graecis deest; unde cum omittit Tigurina et Patavinus. Verum Romani alique plures Graeci et Latini eum legunt. Probat Spiritum Dei majorem dare gratiam his qui ipsum amant, reverentur, invocant, ipsique totos se subdunt, ex eo quod

dicat Scriptura et Spiritus Sanctus): DEUS SUPERBUS (qui spreto Deo mundum mundique honores et pompas sectantur) ASSISTIT (vel, ut Cassianus legit, lib. XII *Instit.* cap. vi, *adversatur*; vel, ut Cyprianus, *epist. ad Novatianum, contraxit*); Syrus, *deprimat, conterit*), UMILIUM AFEXA (qui spreto mundi pompis et fastu, humiliter se Spiritui Dei subdunt et per omnia obediunt, ab eoque se in omnibus duci regique sinunt) DAT GRATIAM. — Porro id dicit Spiritus Sanctus, *Prov.* iii, 34: ibi enim nos legitur: «Illusores ipse deludet, et mansuetis dabit gratiam.» Septuaginta quos more suo citat et sequitur S. Jacobus hic, et S. Petrus I *epist.*, cap. v, vertunt: «Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.» Illusores enim sunt superbi, et mansueti sunt humiles.

Antiochus hinc Jacobi gnomas habent omnes nectores hagiographi, ut hoc dogma verissimum, sed in praxi obscurem et difficile, et consonis testibus nobis persಾದent. *Primo* est Davidis, *Psal.* xvii, 28: «Populum humilem salvum facies, et oculos superborum humiliabis.» *Secunda*, Salomonis, *Proverb.* xxxv, 2 et 3: «Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscepit gloria.» *Tertia*, *Isaia*, cap. ii, vers. 12: «Dies Domini super hominem arrogantem et superbum.» Et *cap. lxxvi*, 1: «Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum et contritum spiritu, et trementem sermones meos?» *Quarta*, Annae, matris Samuelis: «Aurus fortium superbus est, et infirmi accincti sunt robore. Suscitet de pulvere egenum, et de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus, et solum glorie teneat.» *Quinta*, *Judith*, ix, 16: «Nec superbi ab initio placentur tibi, sed humilium et mansuetorum semper tibi placebit deprecatio.» *Sexta*, Virginis Dapiane: «Deposuit potantes de sede, et exaltavit humiles. Ensuriens implevit bouis, et divites dimisit inanes.» *Lucia* i, 51. Accedit *septima*, unus ex Septuaginta sacrae Scripturae interpretibus, qui rogatus a Ptolemeo Philadelpho, rege Aegypti, qua ratione quis posset cavere superbia, respondit: «Si cogitet quod Deus superbus deprimat, mansuetos autem et humiles exaltat.» Denique omnes divinatorum voluminum paginae hanc ubique sententiam spurant, ait S. Augustinus, *lib. III Doct. Christ.*, cap. xxxiii. Quocirca apostrophe Isidorus Pelusiota, lib. I, *epist.* 164, monet Martyrum, dicens: «Superbis Deus resistit: nam etiam ipsorum principii ab initio sese opposuit. Considera igitur quantum est, et Deum hostem atque adversarium habere, et verem hominem socium.» Cause sunt multae. *Prima*, quia ut radix omnis peccati et mali est superbia, *Ecclesi.* cap. x, vers. 15: ita radix et fons omnis boni et virtutis est humilitas.

Secunda, quia superbus est vas tumidum et vento arroganter pleum, ideoque gratiae inopax: humilis vero est vas depressum et vacuum, ideoque gratiae et liquoris divini copax. Sicut ergo pluvia

a collibus descendit in valles, ita gratia e celo deprimi in humiles.

Tertio, quia Deus est zelotes gloriae suae: unde superbos eam ambientes deprimi et sterni in gehennam, humiles vero eam adorantes exaltat ad gratiam et gloriam. Rursum humilitas meretur ditari et sublimari, superbia spoliari et deprimi. Sicut ergo umbra sequentem fugit, fugientem sequitur: ita haec superbos, qui eam ambitiose sequuntur, fugit, humiles qui eam fugiant, sequitur.

Quarto, quia gratia est gratis et gratuito datur, nec nisi gratis, quales sunt humiles, qui de ea gratis agunt: non superbis, qui eam suis viribus et meritis attribuunt.

Quinto, quia regnum, et praesertim Dei, sublimitas et magnificentia possit illud Vespilii, *Enchirid.*, lib. VI:

Pavores subjectis, et debellare superbos.

Denique humilitas est virtus propria Christi et christianismi, iuxta illud *Matth.* XI, 29: « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde: » ita S. Bernardus, tract. *De Grad. humil.* Unde humilitas tam potens est, ut resistat Deo, iuxta illud: « Dixit ut disperderet eos, si non Moyses clectus eius stetit in confectione in conspectu eius. » Confectio enim cordis est humilitas, virtutum regina, quae Deum vincit pro sua reverentia, ait Rupertus, lib. IV in *Exod.*, cap. XXVI.

Quocirca S. Chrysostomus, hom. 20 in epist. ad *Roman.*, ait superbiam esse summam stultitiam et insaniam, nec superbo quidquam esse insaniam. Quid enim insaniam quam Deo resistere, et cum Deo insulari gignant, velle bellum gerere? Quid insaniam quam se Dei, a quo omnia pendunt, favore, gratia et opere sponte privare et spoliare? Quid insaniam quam non hominem, non angelum, non demonem, sed Deum habere antagonistam et hostem, eumque qui in superbos tonat et fulminat, ad duellum provocare? Unde S. Hieronymus, epist. 45: « Quale, ait, malum sit oportet, quod adversarium habet Deum! » Superbus enim suo fastu quasi Deum laesit, et ad singulare certamen provocat. Unde Deus zelotes illud acceptat, atque: Meus est hic antagonista, meum hoc duellum: hic exercentiae meae vires, hic proterendus novus Lucifer. Ita Cassianus, lib. XII *De Instit. renunt.*, cap. VII.

Unde S. Ambrosius, serm. 7 in *Psalm.* CXVII, de nuperia, locutus: Quid, inquit, hoc peccato potest esse deterius, quod a Dei cepit injuria? Ideoque Scriptura dicit: Deus superbis resistit, *Jacob.* IV, 6. Tanquam sese contumeliam propulsator, veluti quoddam suscepit adversus superbiam speciale certamen; tanquam dicit: Meus iste adversarius est, qui me laesit: mihi debetur ista congressio.

Sapienter ergo S. Fulgentius, epist. 6, cap. IX: « Crescat, inquit, in te humilitas animi, quae vera

est et integra sublimitas Christiani; et tanto magis in te cognoscere gratiam Dei crescore, quanto magis tibi humilitatem cordis videris abundare. » Et S. Augustinus, serm. 16 *De Martyribus*: « Altitudinem, inquit, queritis? per vallem pervenitur ad montem. Sedem queritis claritatis? prius libere enicem humilitatis. » Idem, serm. 3 *De Verbis Domini*: « Comprehensus est Christus, cecus, crucifixus et occisus. Ista est via. Ambula per humilitatem, ut pervenias ad aeternitatem. Deus Christus: patria est quae inus; homo Christus: via est quae inus. Ad illum inus, per illum inus, quid timemus ne erremus? Non recessit a Patre, et venit ad nos: ubera sorgebat, et mundum continebat: in presepi manebat, et angelos pascebat Deus homo. Idem homo qui Deus, idem Deus qui homo. » Idem, serm. 8 *De Epiphania*: « Toti, inquit, Christianae sapientiae disciplina non in abundantia verbi, non in astuta disputandi, neque in appetitu laudis et gloriæ, sed in vera et voluntaria humilitate consistit, quam Dominus Jesus Christus ab utero matris usque ad supplicium crucis, pro omni fortitudine elegit et docuit. » Idem, epist. 65 *ad Discipulum*, docet non esse aliam viam ad veritatem, quam humilitatem; et sicut Demosthenes dicit, omnem vim eloquentiae consistere in pronuntiatione, sic omnem vim christianismum consistere in humilitate.

Idem viderunt Gentiles. Aesopus rogatus a Chitone, « quidnam ageret Deus, » respondit: « Tenens *ipsos, et ipsa tenens*, id est, humilia exaltat, alta humiliat: ita habet ejus Vita. Artabanus, ut Xerxi dissonant expeditionem in Graecos, ait Deum alias arbores, turres et montes fulminare, humiles vero servare et terri; magna et superba castra porvis copis sternere, nec sine alium praeter se altum sapere. Ita Herodianus, lib. VII. Vere Tragicus: « Sequitur superbos ultor a tergo Deus. »

Porro haec signa et effectus humilitatis assignat S. Basilius, orat. 17 *De humilitate*: « Qui, inquit, summa modestia est praeditus, et qui dum conviciis afficitur, fatetur se longe esse inferiorum, quam dicatur, ejus animum nulla inquam convicia percellant et perturbant: sed si opprobriabitur inops, novit se inopem esse, et omnibus rebus indigentem, ac quotidiana Domini suppeditatione opus habere. Quod si acciperit ignobilem et obscuro loco natum se dici, iam animo multo ante percepit factum se esse ex limo. » Et mox: « Consequitur autem humilem animum visus subtristis et in terram demissus, habitus neglectus, capillus passus, vestis sordida, ita tamen ut videantur hae casu ac fortuito fieri, quae lugentes de industria faciunt. »

7. SCIENTI ERGO ESTOTE DEO, — *invenit*, id est *subordinamini*; Syrus, *serm. estote*: rectus enim naturae ordo postulat, ut creatura subordinetur et serviat suo creatori. « Deo ergo servite, » ut Dei gratiam et amicitiam obtineatis. Nam, ut dixi, « Deus humilibus dat gratiam. » Quocirca

Psalmes, *Psalms.* LXXI, 2: « Nonne Deo, inquit, subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutarem meum. Nam et ipse Deus meus, et salutaris meus, susceptor meus, non movebor amplius (1). »

RESISTITE (*resistere, id est, contra stare*, opponite vos, adversamini; Syrus, *insurgite in eum*) DIABOLO, — qui quasi rex super universos filios superbiam, ut ait Job cap. XLII, vers. 25, vos sollicitat ad superbiam, pompasque mundi ambienda. Resistere autem non possumus acriori et longiori tentationi, sine novo gratiae Dei auxilio, uti ex S. Augustino docent Doctores. Ergo ante omnia invocanda est assidue Dei gratia, ac parva victoria illam non nostris, sed Dei viribus acceptam ferre debemus. « Nam utique ut diabolo resistamus et fugiat a nobis, ideo precantes dicimus: Ne nos inducas in tentationem, » ait S. Augustinus, *De Natur. et Gratia*, cap. LVIII.

ET FUERIT A VOIS. — Si homini te invadenti resistas, non ideo illum fugas et vincis: at si diabolo resistas, illum fugas et vincis. In tua ergo potestate, libique facilis est de eo victoria: quia, ut ait S. Augustinus, *hom.* 12, inter 30, « Snaedere diabolus et sollicitare potest, cogere omnino non potest; et ideo cum per Dei adiutorium in tua potestate sit, utrum consentias diabolo, quare non magis Deo, quam ipsi obtemperare deliberas? »

Porro diabolus « nostris ipsorum desideriis nos oppugnat, » ait S. Basilius, *hom.* 23. Et, ut ait S. Ambrosius, lib. I *De Cain et Abel*, cap. V: « Oculis delectat, aures demulcet, sed mentem iniquat: multa mentitur, « alia adjungit, vera subducit: pondat pecuniam, aurum offert, sed auferit disciplinam. » Ad huc illa est calliditas diaboli, ut ea parte qua inferiores carnis nos oppugnet; sicut dux oppugnat arcem ex parte qua debilior est, ait S. Gregorius, XXXI *Mor.*, XVII, alius XXX, qui et addit: « Holosus adversarius simul ferre nititur, et aperte saeviens et in insidiis latens, etc. Sape enim tentationem proponit de libidine, et subito fraudulentiis cessans elationem suggerit de servata castitate. Et sunt nonnulli, qui dum multos ex castitate arce in foveam elationis occidisse conspiciunt, vitam suam castitatem negliges, et in immunditia libidinis demerguntur. Sunt vero et diverso nonnulli, qui dum libidinis immunditiam fugiunt, per castitatis eulmen in voraginem elationis ruunt. » Quocirca semper vigilare debemus, semperque parati ad dimicandum, ac nascenti tentationi illico resistere; nam, ut idem ait XXI *Mor.*, VII: « Si tentationi in corde nascenti festine non resistitur, hae eadem qua nutritur, mora roboratur; et exis-

(1) Hic cum veribus praeced. connecti possunt, hoc modo: Subdite Deo vestram de appetentia et de modis appetita consequendi opinionem, ipsamque cupiditatem; nihil querite, quod ille quaeri non vult; nihil eo modo, quo ille non vult; nihil ad eam usque mensuram, ut quam usque non provohi non vult.

tens foris in operibus vicini vix praevalat, qui ipsam intus membrorum dominiam mentem captivam tenet. » Rursum domon semel victus et fugatus, iterum iterum redit ad nos tentandum, uti redit ad Christum, *Matth.* IV, 5 et 8. Si tamen reddat et constanter repellatur, non tam facile et cito redit ad tentandum nos, saltem eodem tentationis genere, ne iterum vincatur et pudeat. Unde S. Ambrosius in cap. IV *Lucan*: « Cedere, ait, solet vere virtuti, etsi invidere non desinat, tamen insulare formidat: quia frequentius refugit triumphari. »

Quocirca S. P. N. Ignatius in *Exercit. spirit.*, diabolum comparat *primo*, feminam prociaci, qua viro timido impotenter dominatur et insolat, audacem vero voratur, eique silens se submittit. *Secundo*, S. Gregorius, lib. V *Mor.*, cap. XVII, ac Olympiodorus, et alii exponentes illud Job cap. IV, vers. 13, *Tigris perit, eo quod non haberet praedam*; ubi pro *tigris*, Septuaginta vertunt, *myrmecoleon*, id est *myrmecoleon*, qui coram piis et constantibus qui ei resistunt, timidissimus est ut formica; impis vero et inconstantibus qui ei cedunt, terribilis instat ut leo. Sic et Theodorus Studita, *epist.* 68: « Timidus, ait, est diabolus, relictus, imbellis, ideoque animositate quodam longe abigendus, ut ideoque germanus Dei claret S. Inocentius: Resistite diabolo, et fugiat a vobis. » Tertio, S. Chrysostomus, conc. 3 *De Luxu*, « diabolus comparat cani, qui mensae assistit quandoquid isrele ei proficitur; sin nil ei projiciatur, quin et baculo fortiter abigatur, fugit, nec tenere redit. Idem, homil. 22 *ad Popul.*: « An, inquit, similis est voluptas: si pellas, fugit; si nutras, permanet. » Quarto, diabolus est similis militi qui acrius insequitur fugientes, ut ignavos et imbelles; *Ita S. Bernardus, epist.* I *ad Robertum*, qui Cas tercio iugerat Crotesium: « An, inquit, quia fugisti ex acie, putas te raris hostium evasisse? Libentius te insequitur adversarius fugientem, quam sustineat repugnantem; et audacius insulit a tergo, quam resistat in faciem. » Quocirca sapienter S. Cyprianus, serm. *De zelo et livore*: « Tam paratus, inquit, ad repugnandum semper animus debet esse, quam ad impugnandum semper inimicus. »

Moraliter: Notat S. Gregorius III *Mor.*, cap. VIII, diabolum quo valentius vincitur, eo ardentius ad insidias instigari, ut qui viribus victus est, insidiis et dolis vincat. Unde Cassianus, lib. V *Instit.*, cap. XIX, monet athletam Christi, ut quanto magis triumphorum successibus crevit, tanto collocationum robustiorem ordinem successuum expectet. Hinc sicut vulpes procumbunt, quasi mortuae, ut gallinas quasi securas alliciant et devorent; sic et demon subinde se quasi victurum fugere simulat, ut hominem quem de victoria securum, ex improvise invadat et prosterat: perinde ac Horatius, unus et tribus superstes, fugiens.

tes Curiales vicissim occidit, itaque Romanis dominum in Albanis consignavit. Et Antonius cedens hostibus, dicebat se non fugere; sed commo- dum enim a tergo persequi, teste Metarcho in *Apopht.* Benigne sanctiores magis infestat diabolus, isque magis insidiatur, utpote quos sibi dissimiliores, ac Deo similiores videt et invidet: peccatores enim quasi sibi similes negligit, quia eos possidet.

8. **APPROPIQUATE DEO** (non corporis, sed cordis mentisque passibus, id est affectibus), ET **APPROPIQUANT VOBIS.** — **Quæres qui via appropinquemus Deo?** Respondit *prima*, recedendo a diabolo cujus resistendo, ut processit: Deus enim et diabolus sunt duo extrema summe contraria, utque hostes sibi infensissimi: unde quo magis ab uno recedis, eo magis accedis ad alium oppositum: Ita Origenes, lib. IV in *epist. ad Roman.*, cap. v: Bellum, inquit, contra diabolum, pacem parat ad Deum; tuncque hanc appropinquamus, cum illi resistimus.

Secundo, humiliando nos; Deus enim humilibus dicit gratiam, ut processit; Ita S. Augustinus, serm. 2 *De Ascensione*: « Videte, fratres, ubi, magnum miraculum. Altus est Deus: erigit te, et fugit a te; humilia te, et descendit ad te. Quare? quia excelsus est et humilia respicit, et alta, id est superba, de longe cognoscit, ut deprimat; » Ita Hugo: Per humilitatem, ait, et bona opera appropinquare debuitus Deo, « ut ad misericordiam, ut amici ad divitem, ut famelici ad panem, ut infirmi ad medicum, ut servi ad dominum, ut discipuli ad magistrum, ut cæci ad lumen, ut frigidi ad ignem. »

Tertio, peccando nos a peccatis per penitentiam. Unde quasi explicans subdit S. Iacobus: « Emundate manus, peccatores, et purificate corda: » quo enim magis a peccato et impuritate recedimus, eo magis ad virtutem, puritatem et Deum accedimus, juxta illud *Psalm.* xxxv, 15: « Declina a malo, et fac bonum. » Ita Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. vi, docet peccatores accedere ad Deum per actus fidei, timoris, spei, dilectionis, contritionis et propositi novæ vitæ; juxta illud *Zacharia* 1, 3: « Convertimini ad me, et ego convertar ad vos. » Ita Magdalena penitens accedit ad pedes Jesu rigans eos lacrymis, osculans et unguens, *Lucæ* vii.

Quarto, amando Deum et opera charitatis exerce- cendo. Amor enim jungit amantem amato, imo eum in illum transformat. Unde S. Johannes, *epist.* 1, cap. iv, vers. 16: « Deus, inquit, charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in eo; » et Sapiens, *Preverb.* viii, 17: « Ego diligentes me diligo, et qui mansi vigilant ad me, invenient me; » et Apostolus, *Rom.* viii, 33: « Quis nos separabit a charitate Christi? An tribulatio? An angustia? » etc. Nimirum magnæ amoris est amor: amor trahit amorem, uti mag- nes ferrum.

Quinto, per orationem eam per studium perfec- tionis; Ita Origenes, hom. 1 in *Genes.*: Sicut, inquit, non æqualiter illuminantur oculi corporis a sole, sed tanto magis, quanto altius quis in al- tiora loca conscenderit: ita mens quanto excel- sius appropinquat Christo, tanto clarior ejus lu- mine radiatur; juxta illud *Psalm.* xxxiii, 6: « Accedite ad eum, et illuminamini. » Propria vero appropinquamus Deo, eum quasi obsequentes servi, amici et filii nos nostraque omnia offerimus Deo tanquam summo omnium domino, amico et patri; dicimusque cura *Psalm.*: « Mihi autem adherere Deo bonum est, » *Psalm.* lxxii, 28. Ex universo enim queritur Deus de nonnullis, dicens *Isaie* xxix, 13: « Appropinquat populus Iste ore suo, et labiis suis glorificat me; cor autem ejus longe est a me; » et *Jerem.* cap. ix, 2: « Prope es tibi corum, et longe a rebus eorum. » Vidit id per umbram Plotinus Platonicus philosophus, *Enchirid.* 6, lib. IX, cap. vii, cum ait: « Oportet nos animam ab omnibus rebus exter- nis separare tanquam a sareinis et obstaculis, ut possit a Deo illustrari. Sicut enim oportet materiam primam omnibus formis esse vacantem, ut ita figuræ omnium rerum possit recipere: ita oportet animam hominis esse informem, ut a Deo illustrari commode possit. »

Porro appropinquamus Deo non parvis natura et liberi arbitrii visibus, quasi illi nos prepara- mus ad Dei gratiam recipiendam: uti contende- bant Sempelagiani facientes gratiam pellicis- quam liberi arbitrii; sed preventi et excitati a Dei gratia. Heo enim nostro conversionis et accessus ad Deum est, et dux, et principium, uti definit Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. v. Et Christus ipse: *Apoct.* iii, 20: « Ecce sto ad os- tium et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, et cenabo cum illo, et ille mecum. » Et *Psalm.*, *Psalm.* lxxv, vers. 11: « Misericordia ejus preveniat me. » biserte vero Christus assertit *Joen.* cap. vi, 44: « Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. » Vere S. Hieronymus in cap. ii *ad Ephe.*: « Absque eoque (id est, merito quæ- ris) Domini Jesu, nemo appropinquat Deo. »

Et **APPROPIQUANT VOBIS.** — Deus cum sit ubi- que, non longe est ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, movemur et sumus, ut ait Apostolus, *Act.* xvii, 28. Localiter ergo et substantialiter nulli appropinquat, sed accidenta- liter per gratiam, et casualiter per operationem virtutum. Sicut enim peccator per peccatum re- cedit a Deo et appropinquat diabolo, morti et inferno: sic idem per penitentiam et bona opera accedit ad Deum. Ita Cain post occisum fratrem vagus et profugus exulavit a Deo, *Genes.* iv, 15. Et filius prodigus abiit in regionem longinquam, *Lucæ* xv, 13. Sed, ut recte notat S. Augustinus, lib. IV *Confess.*, cap. ix: « Qui amittens dimittit Deum, fugit ab ipso placato ad ipsum iratum. »

Et contrario ad Christum accesserunt Apostoli, dicitur: Petro: « Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, » *Johannis* vi, 63.

Porro non tantum peccatores per peccatum orales, sed et justi per peccata venialia clonant se aliquatenus a Deo, præsertim per tepidi- tatem et torporem, cum in bonis operibus et studio profectendi intepescunt: appropinquant vero Deo, cum defectus suos lacrymis abluint, fervorem resumunt, bonis operibus sedulo inten- dunt, perfectioni student. Jam quia multiplex nobis quotidie obrepit negligentia, hinc jugi ejus expurgatione mentisque excitatione nobis opus est, uti docet S. Leo, ser. 7. 3 et 41 *De Qua- dragesima*.

Nota: Appropinquat Deus penitentibus et jus- tis ferventibus per multiplicem operationem et affectum, quem quadruplicem assignat Thomas Anglicus, *Primum*, inquit, est illuminatio mentis respectu cognoscendorum, ut cum cæcus illumina- tus est a visu, *Lucæ* xviii, 40. *Secundum* est, in- structio respectu operandorum, juxta illud *Deuter.* cap. xxxiii, vers. 3: « Gentes Sancti in manu illius sunt: et qui appropinquant pedibus ejus, accipiant de doctrina illius. » *Tertius* est, recu- peratio divini gratiæ, pila jectiæ, vel prima, vel augmenti illius. *Quartus* est, delectatio inter- na beatitæ, qui dicitur hymnus omnibus Sanctis Dei, populo appropinquanti sibi, *Psalm.* cxlviii, vers. 14. « Bonus es, Domine, anime querenti te, quid ergo invenisti? Vis ergo inveniri ut quaeraris, queri ut inveniaris, » ait S. Bernardus, *De diligendo Deo.* Et *Psalm.*, *Psalm.* lxxxiii: « Beatus vir cujus est auxilium abs te, assensionem in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit. »

EMUNDATE MANUS — ab omni rapina, pugna, libidine, gula omnique peccato. Per « manus » enim intelligit metonymice carne opus externum: hoc enim manibus fit et perpetratur; sicut per corda intelligit opus internum. « Manus » ergo significant externas actiones, cor interna affectiones, g. d. Purificate corda ab omni prava cogitatione, machinatione, delectatione, ac vicissim et manibus ab omni pravo opere, ut nec mali quidquam agatis, vel velitis. Alititit ad *Psalm.* xxvi, 3: « Quis ascendet in montem Domini? innocens manibus et mundo corde. » Sic Paulus jubet oculos levare ad Deum puras man- us, 1 *Timothæ.* ii, 8: vide ibi dicta. Hujus rei sym- bolo sacerdotes et fideles ante sacram commu- nionem lavant manus, ut protestentur se penite- re de culpa per manus commissis; nam, ut ait Beza: « Hoc est veraciter nos appropinquare Do- mino, operis videlicet munditiem et cordis simplicitatem habere. »

Et **PURIFICATE (SYRUS, sanctificate) CORDA.** — ruentes et animos. Dicit hoc *primo*, contra Ju- daeos, qui omnem purificationem ponebant in cre- temonibus externis, cum Christus et Christianismus

præcipuum sanctitatem ponant in puritate cordis et mentis. **Secundo**, ut doceat quomodo debeat emundare manus, id est opera, nimirum purifi- cando eorum fontem et radicem, pala cor. Nam, ut Christus ait: « De corde exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia: hæc sunt quæ coinquinant ho- minem, » *Matth.* xv, 19.

Sicut ergo medici curant externos ne-abrorum morbos, expurgando internos viscerum pravos humores qui eos causant: ita fidei expurganda est mens, ut sordes manuum, quid est operum, inde manantes expurgentur. Quocirca S. Paulus, 1 *Timoth.* i, 3: « Finit, ait, præcepti est charitas de corda pura, et conscientia bona, et fide non ficta. »

VERBIS ANIMO. — In *Psalmis* vocantur « dupli- citer cordis, » qui aliud quasi cor in visceribus abscondunt, aliud in manibus et operibus ostendunt. *Græce* *βίβλος*, id est *bibliones*, inconstantia, qui tunc hoc, nunc aliud cupiunt et volunt; unde Syrus vertit *dicitur vel dicitur mente; vide dicta* cap. i, vers. 8. *Preclure Nyssæmus*: « Sim- plicem mentem, ait, et unius modi voco, eam que in sola bono animadvertitur, et nullius *multi communiõne* permittit est. » Et *Cicero*, lib. *De Senat.*: « Animos, ait, omni admitione cor- poris liberatos, puris et integer esse cupit. »

8. MISERI ESTOTE. — *Græce* *παύσατε*, id est *affi- gite* vos, vel affligimini, tum per internam dolo- rem mentisque compunctionem; tum per externa corporis afflictiones, ut jejunia, orationes, humicationes. Syrus, *humiles efficiamini.* Debet modum emundandi manus et cordis, itaque appropinquandi Deo, esse penitentiam, compunc- tionem, afflictionem, quia miseria animæ nostræ non tantum cognoscimus et confitemur, sed et deploramus, punimus, castigamus, extirpamus per penam et miseriam partim hujus vite patienter toleratas, partim voluntarias et sponte assumptas.

« Miseri estote » ergo, *primo*, miseriam vestram humiliter agnoscendo; *secundo*, miseriam culpæ et peccati deporando et castigando; *tertio*, mis- eriam hujus vite patienter tolerando; *quarto*, mis- erias et tormenta eterna behæntes per magis et breves penitentias redimendo; *quinto*, tenta- tiones et persecutiones fortiter cum Christo sus- tinendo; *sexto*, alienis calamitatibus compatiendo; *septimo*, qui labores presentis vite alacriter ad æternam gloriam transeundo; *octavo*, a miseris hu- jus peregrinationis et exilii ad Christum et celum suspirando. Unde Thomas Anglicus octo hujus vite recenset miserias, nimirum culpe originali- peccati actualis, innatae fragilitatis, munditiæ paupertatis, humanae persecutionis, diaboli- tentationis, æternæ calamitatis, penitentia va- riatæ. Sumus ergo hic in valle lacrymarum et miseriarum, ideoque nos ipsos miserari, *gemere* et deplorare debemus, juxta illud *Eccles.* vii 3:

« Cor sapientium, ubi tristitia est : et cor stultorum, ubi letitia. » Quin et Seneca in *Consolat. ad Polye.* : « Larga, ait, ubique fletus est et assidua materia. Lacrymæ nobis docerunt antequam causa dolendi. » Quocirca Heraclitus semper flebat suam hominum miseriam ; Democritus vero eorumdem ineptum stolidamque in tantis arum laetiam et risum perpetim ridendo ridebat.

Solenter colligit S. Bernardus, serm. 3. De *Nativitate*, ex Christi exemplo : « Ipsa est promissio olim per Isaiam parvulus, sciens reprobare malum et eligere bonum ; malum ergo voluptas corporis, bonum afflictio est ; siquidem et hanc eligit, et illam reprobatur. » Jam quod ad promittendam peccatorum veniam attinet, asseveranter affirmat Nazianzenus, orat. 48, pag. 490 : « Neque enim Deus ulla re, perinde atque corporis curam conciliatur. » Et B. Virgo Maria affirmavit S. Elisabeth apud Bonaventuram in *Vita Christi*, cap. II : « Pro certo habeo quod nulla gratia descendit in animam, nisi per orationem et corporis afflictionem. »

Et LEGITE ET FLORETE. — Syrus, מַלְאֵי עֵבֶר, id est, *hope* instar Abelis, qui persecutionem passus, et occisus a Cain fratre tyrum gerit lugentium, sicut Cain gaudentium : unde Abel, Hebr. אָבֶל, significat *vanitatem*, vel *factum* (paral. 1738 a.). id est *lucis* : Saep enim Hebraei cum T. conmutant, inquit Origenes, tract. 26 in *Matth.*, et S. Augustinus, lib. XVIII De *Civitate*, cap. XV. Causa luctus sunt quotiæ miserie jam recensitis. Unde Bada sic explicat, q. 4. « Nolite locupletari et gaudere in hoc seculo, sed memores seculorum que fecistis, hoc potius procurate, ut per breves vite hujus miseras, paupertatem, ac lamentationem transitoriam ad sempiterna gaudia celestis regni pertingatis. » Et S. Augustinus in hunc Jacobi locum : « Utique regio ista scandalorum est, et tentationum, et omnium malorum, ut gemamus hic, et mereamur gaudere ibi ; hic tribulari, et consolari ibi, et dicere : Quoniam exornasti oculos meos a lacrymis, pedes meos a luto, quoniam placebo Domino in regione vivorum : in regione mortuorum labor, dolor, timor, tribulatio, gemitus, suspirium. » Christianos ergo in hac vita decet luctus et dolor, non risus et gaudium ; sed illud in celo expectant. Ex adverso infideles et impii hic gaudent ad modicum, sed in gehenna veterum ejulabunt, juxta illud Christi : « Vae vobis qui ridetis, quia flebitis. » Luc. vi, 25 ; et : « Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. » *Matth.* v. Sanctus ergo hic luctus opponitur risui et risibus, ac gaudio omnique felicitate affluentibus, quibus mundus ut beatit. applaudit, Christus vā intendat ; lugentes vero beatos pronuntiat. Ubi nota tres hujus beatitudinis gradus : Beati enim sunt, qui adversitates lugubres a Deo immissas aut permissas patienter tolerant, ait S. Augustinus, lib. I De

Serm. *Domini in mont.* Beatiores sunt, qui sua aut aliena peccata lugent et desunt. Ita S. Chrysostomus, Ambrosius, Hilarius et Hieronymus in *Matth.* v. Beatissimi sunt, qui pro dolore hieque quam habent cum carne, mundo et diabolo, ac pro desiderio celestis patrie, et amoris Dei et Christi, lugent suum hoc in corpore exilium. Ita Nyssenus, orat. 3 De *Beatitude*. Talis lugens fuit Paulus, dicens : « Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ? » Rom. vii, 24 ; et : « Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo. » *Philip.* i, 23. Vide ibi dicta. Talis quoque fuit David, dicens : « Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ? » *Psal.* vi, 7. Et Jeremias totis *Threnis*, ac presertim cap. II, vers. 18 : « Deduco, ait, quasi torrentem lacrymarum per diem et noctem ; non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. » Tales fuerunt veteres Anachoretæ, quorum luctum recenset Climacus, *gradus* 7, ubi luctum sanctum ita definit : « Luctus secundum Deum est moror animæ, afflictio cordis affectus, semper id quod sibi ardentissime inquirens ; quo non potitur, summo id cum labore persequitur, atque post ipsum morens ululat. » Deinde hæc luctus assignat partim signa, partim effectus. « Proprium illorum est qui in beato luctu proficiunt, continentia, laborumque silentium. Eorum vero qui jam profecerunt, non inest, injuriarumque omnino oblivisci. Eorum vero qui perfecti et consummati sunt, profunda animi humilitas, ignorantia salutis, vexationemque invitis advertentium spontanea esuries, peccantium non condemnatio, sed ultra vires miseratione. » Et mox praxim luctus tradit : « Sta in orationis precor tenens, nec aliter quam judicio assistens, ut et interiori et exteriori habitu favorem justitiamque concilies, » etc.

Inter preicos lugentes excellit S. Ephraem, qui totus est in compunctione et luctu, ut patet ex omnibus ejus operibus, ac presertim tractatu De *Compunctione* : « O lacrymarum virtutem, inquit, que medicinalis obliosa es peccatorum, per te peccatores efficiuntur beati. » Et : « Luctus animam lacrymis surgit, mundanæque reddidit, voluptates excindit et virtutes perficit. » Et S. Bernardus, serm. 16 in *Cant.* : « Paveo, inquit, gehennam ; contremisco a dentibus bestiarum infernalis, ac ventre inferi, a rugientibus preparatis ad escam ; horreo verum rodentem et ignem torrentem, fumum et vaporem, et sulphur et spiritum procellarum ; horreo tenebris exterioribus. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrymarum, ut preveniam fetibus fletum et stridorem dentium ? » Patheticè vero S. Augustinus in *Meditat.*, cap. XXXVI : « Da mihi, inquit, Domine, irriguum superius et irriguum inferius, ut sint mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Præsta mihi hanc gratiam propter te, ut quoties de te cogito, de te loquor, de te scribo, quoties

tui reminiscor, tibi assisto, laudes, preces et sacrificium offero, totus obortus lacrymis in conspectu tuo copiose et dulciter fleam, ita ut effusantur mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, » etc. Et S. Laurentius Justinianus, in *Ligno vite*, ix : « O lacryma humilis ! inquit, tuæ est potentia, tuum regnum : tribunal iudicis non vereris, auditorum tuorum accusatoribus silentium imponis. Quid plura ? Vincis invincibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium Virginis, aperis colum, fugas diabolum. »

« Bisus vester (quo resistis in gentilismo gaudentes epulis, Jodæ, stultiloquio, scurrilitate, omnique voluptati turpi indulgentes) in luctum convertatur » penitentie, ac gravioris et severioris vite Christianæ ; juxta illud Christi : « Mundus gaudet, vos vero contristabimini ; sed tristitia vestra vertetur in gaudium, etc. » et gaudium vestrum nemo tollat a vobis, » *Jozæ*, xvi, 20 ; et illud *Apoc.* vii, 17 : « Abstergit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. » Et illud *Ps.* cxxv, vers. 5 : « Fontes ibant et flabant mittentes semina sua ; venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. » Et illud *Psal.* cxxxvi, vers. 1 : « Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, dum recordaremur tui Sion. » Ubi sparsit S. Augustinus : « Flumina, ait, et Babylonis sunt omnia que hic amantur et transeunt. « Amas honores, opes, delicias ? amas flumina Babylonis, id est confusionis, que celerrimè instar fluminum pertranseunt. » Alii ergo cives sancte Jerusalem intelligentes captivitatis suam, attendunt humana vota, et diversas hominum cupiditates hæc atque illæ sapientes, trahentes, impellentes in mare. Vident hæc, et non se mittunt in flumina Babylonis, sed sedent super flumina Babylonis. O sancta Sion, ubi totum stat, et nihil fuit ? quis nos in ista precipitavit ? Quare dimissimus conditorem tuum et societatem tuam ? Ecce inter fluentia et labentia constitisti, vix quisquam raptus a flumine, si tenere lignum poterit, evadet, etc. Sede super flumina, noli in flumine, noli sub flumine, sed tamen sedâ humilis. Inde oportet fleas, eorlando Sion. Multi enim fluit fluvio Babylonicæ, quia et gaudet gaudio Babylonis : quis gaudet lucris, et flectit damnis ; utrunque de Babylonia est. Flere debes, sed recordando Sion. O pax illa, quam videbitis apud Deum ! o pax illa, et sancta aequalitas Angelorum ! o illa visio et spectaculum pulcherrum ! Ecce in Babylonia pulchra sunt, que tenent non te teneant, nec decipiunt. Aliud est solatium captivorum, aliud gaudium liberorum. » Nimirum illud ad quod suspirat *Psaltes*, *Psal.* lxxxiii, vers. 1 : « Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum ! Concepisset et deficit anima mea in atria Domini. »

Et GAUDIUM IN MOROREM. — Syrus, in *augustiana*.

40. HUMILIAMINI IN CONPECTU DOMINI. — Tigu-

rina clare, *humiliate vos* ; Syrus, *humiles vos redite coram Domino*. Redit ad dicta vers. 6 et 7, de humilitate ; et quia humilitas est filia veri luctus, de quo egit versus precedenti. « Qui enim flet, non superbi ; qui luget, humiliatur, » ait S. Ambrosius, lib. V in *Lucam*. Sunt enim nonnulli qui falso et fidei lugent, nimirum qui dum lamentantur, contra proximum vel Deum superbiunt et murmurant, ait S. Gregorius, lib. IX *Moral.*, xix, alias xxviii.

Alludit Jacobus, imo citat illud Christi, *Luc.* cap. xiv, vers. 11 : « Omnis qui se exaltat, humiliabitur ; et qui se humiliat, exaltabitur ; » sicut Christus humiliatus se infra omnia, exaltatus est super omnia, *Philipp.* ii, 8. Nam, ut ait S. Augustinus, tract. 104 in *Jozæ* : « Humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est premium. »

Nota et in conspectu Domini, q. d. Primo, humiliamini non fide, sed sincere et interiori ex toto corde coram Domino, qui cor infretur. Secundo, q. d. studeite profunde et inlime humiliamini : hoc enim ante districti iudicis oculos ceteris virtutibus preeminet, ait S. Gregorius, loco jam citato. Tertio, q. d. humiliamini non tantum coram hominibus vos prosternendo, peccatores proficendo, pedes osculando, sed et coram Deo fastum mentis deprinando, ac calcando ; de qua vidè Cassianum, *collat.* XIX, cap. xi, et S. Bernardum, serm. 42 in *Cantic.* : « Humilitas, inquit, iustitiam non, non humilitatio. Quam humiliantur, et humiles non sunt ? Alii cum rancore humiliantur ; alii patienter, et alii iusti : quanquam ad innocentiam portio iustitie est ; sed consummatio ejus apud humilium. Qui autem dicere potest : Bonum mihi quia humiliasti me, is verè humilis est. » Quarto, quia humilitas vera nihil aliud est, quam vera et practica cognitio sui et Dei, nimirum ut homo cognoscat suum nihil et immensitatem Dei. Verus ergo humilis non homines, sed Deum respicit : seipsum enim in oculis Dei considerans, videntis quæ esse abyssum nihil, ignorantie, peccatorum et vitiorum, profundissime coram Deo se deiecit ; et si quid boni habet, ab eo sibi gratis habum agnoscat, niqutantum acceptum referat. Ita S. Franciscus noctes integras non aliud dicebat, non aliud meditabatur quam : « Quis tu, Domine ? Quis ego ? Tu abyssus omnis boni, ego abyssus omnis mali et nihili ; » Denique humilis cum Deum cognoscit et reveretur, semper Dei presentiam cogitat, omniaque ita humiliter agit et loquitur, ut Dei se intentus oculos nusquam offendant, sed placet et oblectet.

Et EXALTANT VOS — in celo, et etiam in hac vita per gratiam ; et sepe per famam et gloriam apud homines, presertim post mortem, q. d. Ne vereamini studere humilitati, quasi illa vobis depressioni et dedecori sit futura. Hæc enim est exploratus error, qui multos hominum occupat :

nam illa sola vos exaltabit et decorabit, idque ea proportione et mensura, ut quantum descendendo vos humiliaveritis, tantum ascendendo exaltemini: uti Christus super omnes celos ascendit, quia meritis descendit ad imos inferos. Hoc enim quis ipse promissit, qui est aeterna veritas et immutabilis filius, Luc. xiv, 11. Ratio est *prima*, quia congruum humiliationis premium est exaltatio. *Secunda*, quia humiles summe honorant Deum: merentur ergo vicissim ab eo honorari. Unde sapienter Ecclesiasticus, c. g. vii, vers. 21: «Quantum magnus es, inquit, humilia te in omnibus, et eorum Deo invenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solus, et ab humilibus honoratur. Humilis enim sicut coram Deo suam summam vilitatem, sic et Dei summam majestatem videt et agnoscit. *Tertio*, quia plerique res est humilitas, qui ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne vilesat, ait S. Bernardus *De Gradibus humil.* in nouo. Plures rationes dedit vers. 6 et 7.

Antistrophe huic Jacobi sententia est illa S. Petri I, cap. v, vers. 6: «Humilitati sub potestate manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis: et illa Sapientia: «Humilem spiritum suscipiet gloria, et *Proverb.* xxx, 23, et Job xxx, 29. Ita Virgo Beata merito humilitatis facta est mater Dei, et exaltata super omnes Angelorum choros. S. Joannes factus est Baptistae Christi, quia indignum se putabat, qui solveret corrigiam calcamenti ejus. S. Petrus se quasi peccatorem indignum iudicium hospitiis Christi, factus est Christi Vicarius, et primus Apostolorum caputque Ecclesiar. S. Paulus sentiens se abortivum et novissimum Apostolorum, uti seipsum postea vocavit, factus est vas electionis. Quocirca merito S. Cypriana ait libro *De zelo et luctore*: «Exaltationis apud nos non potest esse contritio: de humilitate ad summam crescit; didicimus unde placeamus. » Haec viam munierat nobis celestis Magister, *Marci* cap. ix, 34: «Si quis vult primus esse, erit (id est) sit, vel *facti* omnium novissimus. » Eandem docuit Augustinus, serm. 213 *De Tempore*: «Esto parvulus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei. » Et S. Bernardus, serm. 2 *De Ascensione*: «Sola est humilitas quae exaltat, sola quae ducit ad vitam: haec est via, et non est alia praeter eam. »

Nota: Haec Jacobi sententia et sequentes aliquot ad verbum citantur a S. Clemente, epist. 2 ad *Jacobum fratrem Domini*, ne ab eo tribuantur S. Petro, non Jacobi: unde Epistole illi Clementis non carent sermulo, ut advertit Bellarminus *de Script. Ecclesiast.*, in *Clemente*, praesertim quia epist. 1, dicit jam mortuum esse S. Petrum; cum consistet Jacobum ad quem scribit, oecium esse ante S. Petrum: quare videtur auctor illarum Epistolarum consensisse Jacobum fratrem Domini, et primum Episcopum Hierosolymae ad quem scribit, diversum esse a Jacobo Apostolo, auctore hujus Epistolae, ut dixi in Prologo. Idem Epi-

stola quinta citat Platonem dicentem amicorum omnia debere esse communia, etiam uxores; nec id ipsum refutat, quantum in exemplari Vaticano id non invenitur: unde videtur a scolo aliquo insertum, et huc translatum ex lib. X *Regum*, ubi Clemens idem citat et refutat.

11. NOLITE DETRAHERE ALTERUTRUM. — Transit ab humilitate ad detractionem, quasi ad vitium oppositum. Humilis enim se omnibus inferiori et pejorem aestimat; unde nulli detrahit, nisi sibi: superbus autem aliis detrahit, ut his major et melior appareat, itaque concitat odia, lites et bella, quae laxavit Jacobus, vers. 1. Porro hoc detractionis vitium adeo proclive et commune est, ut omnes penes domos et fideles, etiam quos, occupat, adcoque *vix* sit colloquium aliquod longius, cui esse non immisset, «tantaque hujus mali libido mentes hominum invasit, ut etiam qui proci ab aliis vitis recesserant, in istud tamen quasi in extremum diaboli loquium incidant, » ait S. Hieronymus, epist. ad *Celsantium*.

Fit autem quintupliciter: *primo*, falsum crimen alteri impingendo; *secundo*, verum nimis exaggerando; *tertio*, occultum prodeundo; *quarto*, benefactum male interpretando, vel extenuando, vel frigide laudando; *quinto*, reticendo virtutes et laudes, cum eas deberet pandere et recitare. Grave est hoc crimen, quia proximo admittit famam, quae melior est opibus et bonis fortunae: imo majus est furto et proximum homicidio: unde ipsum manens ex odio est spiritale homicidium, ait S. Petrus apud Clementem, epist. 1 ad *Jacobum*, qui scilicet occidit animam tam decens, quam audientis, si consentiat: quin et ejus qui detrahitur, si eum vicissim ad odium et detrahendum conesset.

Nunc detractor dicitur odibilis et abominabilis Deo, *Prov.* cap. vi, vers. 16 et 17; *Rom.* 1, 30. Ratio est triplex. *Primo*, quia levit non tantum charitatem, sed et justitiam, quam debeamus proximo: auferit enim illi famam, quae ingens est ejus bonum. *Secundo*, quia Dei legem id voluntatem contumit. Lex enim Christi est: «Nolite iudicare, et non judicabimini, » *Matth.* vii, 1; et *Mosis*, *Levit.* xix, 16: «Non eris eriminator, nec esurro in populo; » et *Sapientis*, *Proverb.* xv, 24: «Temo-ve a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te. » Rursus detractor et iniquus censet inique usurpat iudicium Dei, cujus solus est deus factus et intentionibus hominum; praesertim occultis, iudicare. *Tertio*, quia nemo est sine peccato, dum ergo quis peccatum alterius censet et iudicat, hoc ipso summo ipse condemnatur, et simili censura dignum iudicatur. Adde, detractor ordinem pervertit: debet enim prius sua vitia carpere et emendare, antequam carpat aliterius: sicut ergo illum sententiam Christi contra Phariseos dictalam: «Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, » *Joan.* viii, 7.

Merito ergo queritur S. Augustinus, serm.

De Temp.: «Maxima, oii, pars generis humani indiscretio iudicio ad reprehendendum prompta et parata esse probatur, cum tamen non ita vel ab aliis iudicari, quomodo vult alios iudicare. Violat ergo illud naturae et Christi praeceptum: «Proul vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter. » *Luce* vers. 6, 31. Et S. Hieronymus, epist. ad *Rusticum*: «Nulli detrahas, nec in eo te sanctum putas, si ceteros laceres. Accusamus saepe quod facimus, et contra nos ipsos discreti in nostra vita involvimur, multi de eloquentibus iudicantes. » Idem ad *Celsantium*: «Est sane hoc vitium quod vel in primis extingui debeat, et ab eis qui se sancte insituere volunt, prorsus excludi. Nil enim tam iniquitatum animi, nihil est quod ita mobilem mentem ac levem faciat, quam facile totum credere, et obtrictatorum verba temerario mentis assensu sequi. Hinc enim crebrae dissensiones, hinc odia iniusta nascuntur. Hoc est quod saepe de amicis etiam inimicos facit, dum concordos quidem, sed crefulas animas malitiose lingua dissociat. » S. Bernardus, serm. *De Simplici custodia*, «linguam detractoris» vocat «viperam et tanquam quae tres penetrat lecta uno. Gladius quidem aneps, ait, imo triceps est lingua detractoris. » Vide eundem, serm. 24 in *Cantio*. S. Chrysostomus, hom. 3 ad *Pop.*, ait vitandum esse detractorem, periure ac vitium aeternum committente, quae nil nisi futores excitant; iuxta illud Sapientis: «Sopi aures tuas splenis, linguam nequam non audire, » *Ecclesiast.* xxviii, 28.

S. Francisus, ait S. Bonaventura in ejus *Vita*, lib. 1, esp. viii, «detractiois vitium inimicum fonti pietatis et gratiae, tanquam serpentium abhorrebat morsum et atrociissimam pestem; et piissimo Deo abominabile fore firmabat, pro eo quod detractor animarum sanguine pascitur, quos gladio linguae necat. Tanto major est, aiebat, detractorum impietas, quam latronum, quanto lex Christi, quae in observantia pietatis impletur, magis animorum quam corporum, nos astringit opere salutem. »

QUI DETRAHIT FRATREM, AUT QUI IUDICAT FRATREM SECUM, DETRAHIT SEMET, ET IUDICAT LEGEM. — Et consequenter ipsam legem legem deum iudicat, id est, arguit et condemnat: ita *Ecumenius*. Sed quo sensu? *Primo*, aliquid sic exponunt, q. d. Detractor condemnat legem, quia quos peccantes lex sustinet et penitentem, ipsi illico ut penitentes iudicant, et supplicio dignos clamant. *Secundo*, S. Thomas, III, *Quaest.* LXXV, art. 1, ad 3: Detractor, inquit, detrahit legem, id est, eam contemnit. Sicut enim is qui servat legem, eam honorat: ita qui transgreditur, quasi detrahit et infamat eam. *Tertio* et genuine, q. d. Detractor iudicat legem in actu, non signato, sed exercito: quia non verbum, sed facto dicit legem non recte sanxisse, ne cui detrahimus, aut ne quempiam iudicemus. Iudicat ergo legem non iudicio formali et explicito, sed virtuali et tacto, quia reipsa et practice iudicet

sibi hie et nunc esse faciendum id quod lex vetat, scilicet esse detrahendam. Unde videtur legem divinam maculare, carpere et reprehensibilem reddere, quasi impossibilia vel incongrua praeceperit: ita *Thomasius*, *Cajetanus*, *Catharinus*, *Salmeron hie*, et *Cassianus*, *Collat.* XVI, cap. xv. Lex enim dicit: Tibi non est iudicandum frater. E contrario detractor sciens hanc legem, reipsa dicit: imo vero nulli hie et nunc iudicandum est frater. Iudicando ergo fratrem, iudicat legem hie fratris iudicium voluntatem, illamque tacto arguit et condemnat, quasi ipsa perperam hoc vetaret. Simili modo qui furabit, tacite iudicat legem qua dicit: Non furaberis; sed magis proprie is qui iudicat fratrem, iudicat legem id voluntatem, quia format sibi formale iudicium, de fratre, de eoque contra legem formale iudicat: quod non facit fur, qui nunc iudicat. Denique detractor in terminis iudicat legem, cum alieni detrahit ob opera virtutis legem Evangelicam sancta aut convulsa, eaque in program et irrisionem vertit (!): quod tunc frequens erit, uti et nunc est, ut dum fratrem pietati studentem vocat hypercritum; dum palienter proter tolerantem vocat ignavum; dum silentem vocat recedendum; dum modestum vocat infirmum et simplicitatem; dum sua omnia dantem pauperibus vocat prodigum, et secudentem in monasterium vocat insanum. Hoc ipso enim opera virtutis et sanctitatis quae lex commendat, condemnat, haecque vitia novam ergo legem sancti Dei legem contrariam, sed ipsos legem est lex vitiorum: Dei lex est lex virtutis. Ita *Ecumenius*, *Lycianus*, *Hugo* et *Guguenus*.

Quocirca sapienter monet S. Bernardus, serm. 40 in *Cantio*: «Exe, ait, aliene conversationis curiosus esse explorator; aut temerarius iudex, etiam si perperam actum quid deprehendat: nec sic iudicet proximum, sed magis excusa. Excusa intentionem, si opus non potes; puta ignorantiam, puta salubritatem, puta casum. Qui si omnem omnino dissimulationem rei certitudo reuscat, suade nihilominus ipse tibi, et dicit apud teipsum: Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset, si accepisset in me similliter potestatem?»

12. UNUS EST LEGISLATOR ET IUDEX. — puta Deus et Christus, sive Deus homo: hii ergo iudicant ne linque, nec tibi arroga, q. d. Dum fratrem iudicas, legem et legislatorem iudicas, in eumque peccas duplitter; *primo*, quia tactis ejus legem redarguis; *secundo*, quia ejus iudicium tibi arrogas et usurpas, cum ipse solus sit tam legislator, quam iudex omnium, scilicet primus et summus, a quo Moyses, Abraham, Salomon ceterique reges et legislatores, quasi ejus ministri, suam vim et potestatem leges condendi acceperunt, iuxta illud *Proverb.* viii, 15: «Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt: per me princi-

(1) Ille est, ut videtur, hujus loci geminus sermo.

pes imperant, et potentes decernunt justitiam. »

QUI POTEST PERDERE ET LITERARE. — Græce, *enai aut hndia*, id est *salvare et perire*, scilicet tam in presenti vita, quam in futura et æterna. Sic et Syrus. Addit hoc Jacobus, ut docent hominum non esse judicare fratres, sed Dei, qui suos siveque legi obediens (qui scilicet non detrahunt, nec judicant fratres suos) salvabit et beatit in æternum; inobedientes vero, scilicet qui detrahunt et judicant fratres, idcirco facile judicant legem, et in ipsam legem incurrunt, sunt, perdet et damnabit ad gehennam, ut omnes hæc spe et metu a detractioe et iudicio temerario avocet. Rursum occurrit objectioni detractentis ad dicentis: Si ego non castigo peccatum et injuriam fratris, illa manebit impunita. Respondet enim non fore impunitam, sed puniendam a Deo, q. d. Cum ergo frater peccans suum habeat iudicium et vindicem æternum, is tibi sufficit; tu noli eum judicare: si n vis eum misereri, eumque convertere et salvare, tu velle non debes, nec potes eum perdere. Ita Hugo. « Non eadem est sententia tribunalis Christi, et angeli surronum, » ait S. Hieronymus, *epist.* 39; ait S. Ephrem, *Paræmi.* 4: « Non judicemus quomquam, inquit, quia non novimus ope positivam: in testacis vasis aurum saepe reconditur. » Antitropha huic Jacobi sententia est illa Pauli *ad Roman.* xiv. 4: « Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit. » Et vers. 10: « Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare speras fratrem tuum? omnes enim stabimus ante tribunal Christi. »

Id. TU AUTEM QUIS ES, QUI JUDICAS PROXIMUM? — « Quis, » id est qualis, quam temerarius et audax es, qui cum sis vilis homuncio, similibusque et saepe fisdem peccatis obnoxius, audas tamen de his fratrem judicare, et Dei de eo iudicium usurpare. Sic ait David: « Quis est hic Philistheus incircumciscus, qui exprobravit acies Dei viventis? » *I Rey.* xvii. 26.

Moraliter nota hic quam vitanda sit detractio et iudicium temerarium proximi. Quæcirca in *Vitis Patrum*, lib. V, libello iv, § 1, Abbas Moyses: « Debet, inquit, homo quasi mortuus esse socio suo, hoc est, mori amico suo, ut non dijudicet eum in aliqua causa. »

Et S. Antonius: « Nolle, ait, ante tempus judicare: debent enim omnes Christi, cui soli occulta patent, reservari iudicari. Aliud enim hominum, aliud Dei est iudicium. Quisque seipsum inspicat et iudicet. » Ita S. Athanasius in *Epist. Vita.*

Abbas Isaac, qui quemdam peccantem iudicavit, occurrit angelus dicens: « Ubi iubes ut mittam fratrem illum culpabilem, quem addixisti? » Mox Isaac: « Peccavi, inquit, ignosce mihi. » Cui angelus: « Surge, ignoscit tibi Deus; sed vide ne de cætero ad iudicem quemquam priusquam Deus ad iudicet eum. » Ita in *Vitis Patrum*, lib. V, libello ix.

Idem alius dicit: « Peccata mea sunt post me currentia, et non video eam; et veni ego hodie iudicare peccata aliena. » Et alius: « Quomquam hæc agerimus peccatum fratris nostri, tæget et Deus nostrum; et quæcumque hora prodiderimus culpas fratrum, et Deus nostras similiter prodet. »

Alius: « Ne iudices fornicatorem, si castus es: quoniam similiter legem pravavicaveris. Etenim qui dixit: Non forniceris, dixit: Ne iudices. » Alius vidit gratiam, que visibiliter in celebratione Eucharistie solebatur in virum sanctum descendere, ab eo recessisse; qua de re eum admonens, cum ille detractioe culpam agnosceret et penitentem, visa est gratia ad eum reverti. Verum maxima omnes a temere iudicando absterere debet illa augusta Christi sententia et promissio, *Matth.* vii. 1: « Nolle iudicare, et non iudicabimini; nolite condemnare, et non condemnabimini. »

Memorabile est exemplum quod scribit S. Anastasius Sinaita, Episcopus Antiochenus tempore S. Gregorii [cujus *Pastoralis* ex latino in Græcum convertit], orat. *De S. Synaxi*, et ex eo Baronius, tom. VII, anno Christi 399: « Quidam, ait, monachus, qui negligentissime per summum olium vixerat, cum ad mortem infirmaret, eam non perhorrescens, summa sollicitudine magnaque cum gratitudine actione exsultatus viculis excedebat. Ad quem assidentium Patrum unus: Frater, inquit, scimus te summa negligentia hucusque vixisse: unde ergo tibi hæc tanta securitas? Cui ille: Haec est, negligentissime vixi: sed angeli Dei hæc ipsa hora peccatorum meorum ad me chirographum attulerunt; cumque ea que fecissem postquam seculo renuntiassetem, peccata legissem, in unum agnoscerem, rogaverunt. Quibus ego: Maxime vero, inquam, agnosco: sed idem ex quo renuntiavi saculo vitamque insitui monachum, nec iudicare quemquam, nec ab ullo mihi factam injuriam meminisse volui. Igitur Domini verba ad me quoque perficere opto et oro, qui dixit: Nolle iudicare, et non iudicabimini; et: Dimitte, et dimittetur vobis. Que postquam angelis dixi, chirographum peccatorum meorum consideravi: et inde nunc summa cum lætitudine et reverentia profiteor ad Dominum. Hoc ubi frater ille narravit Patribus, Domino in pace spiritum reddidit. » Plura recensit *Jerem.* xxxvii. 17.

Ecce, — § 7. Que vox transitionis est nota, novumque sermonem et materiam inchoat, q. d. Agite, videte vestram prudentiam, superbiam et stultitiam, quam vobis demonstrat. Unde vers. 16 concludens, ait: « Omnis exultatio talis maligna est. »

QUI DICITIS: HODIE, AUT CRASTINO IBIUS IN ILLAN CIVITATEM. — Disparata videtur hæc sententia a precedente: vobis enim sua dogmata ethice docebant per gnomas disparatas, ut patet in *Proverbiis* et *Ecclesiastico*. Romani tamen codices eodem versu cum precedenti hæc connectunt, quasi ad iudicium temerarium hæc spectent, q. d. To

quis es qui iudicas fratrem tuum? nimirum es homo liber, preceps, inconsideratus, qui longam tibi liberamque vitam polliceris; nec cogitas tibi imminere mortem; in qua iudicii temerarii omniumque peccatorum exactam iudicii Deo redditurus es rationem. Verum esto ita connectamus; generalis tamen hæc est sententia, ut notat Beda, qui Iacobus taxat multorum stoliditatem, qui toti lucris mundique negotiis intenti diu se victoriosæstant, itaque pro arbitratu futura disputant, quasi liberi, vitæque et temporis domini; nec cogitant hæc omnia pendere a Dei nutu, qui singulis celorem finem vite certamque diem mortis presulit, qui omnes hæc dispositiones et spes succidit; de quibus celebratur festus iste apologus rusticus, qui lactis amphoram portans ad forum tacite secum cogitabat: Tanti vendam lac meum, ex pretio emam gallinam, illa mihi generabit pullos; illos alam, et grandiores effectos vendam, ex pretio emam porcellum, quem impinguatum emam; emamque vitulum, illum saginabo et vendam. Quid tanto pretio faciam? emam equulum cui filius meus inquiet, ac gestiones subsultare cepit, ac exprimere speciem filii in equo exultantis. Subsilientia amphoram a capite extrussit, et hæc omnia in terram effudit, ac cum lacte pariter omnes suas spes, conceptus et gaudia effudit. Ita hodie multi magna moluntur, magna sibi pollicentur, auræ aure velut chamæleontes vivunt, spes altissimas sibi efformant, sed chimericas; quas vel morbus, vel mors, vel sinister aliquis casus evertit, et in ipso saepe exortu succidit. Nimirum.

Nescis mens hominum fili sortisque future.

Exemplum divitis extat *Luc.* xii. 17, qui sibi applaudens dicensque: « Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam. *Destitum* horrea mea et majora faciam; et illor *mercedem* omnia que nata sunt mihi et bona mea, » d. am anime mee: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibere, epulare. » Sed eadem die audiit a Deo: « Stulte, hæc nocte animam tuam repetent a te: que autem parasti ejus erunt? » ulique memoris, ingrati et sepe ignoti incertique heredis.

Nota: hæc futura, « ibimus, faciemus », mercabimur, lucrum faciemus, » accipi possunt pro optativis, esse, faciamus, mereamur, lucrum faciamus, ut vertunt Pagninus et Tegerina; significent enim non tantum suam de futuro dispositionem, sed et (hique magis) suam lucrandi cupiditatem, scilicet se non Deum, non ocelum, sed lucrum duntaxat cogitare et ambire; quos merito miserans S. Ambrosius, lib. *De Naboth*, xii: « Servitis, inquit, divites, ac miseram quidem servitutem, qui servitis errori, cupiditati, avaritie, que expleri non potest. Captiva est opulentia, pauperia libera. » Et cap. xiv: « Desideriorum suorum aestu volvuntur, et quodam sale

fluctuant. » Nam, ut ait S. Chrysostomus, hom. 30 in *Genes.*: « Mare fluctibus non ita intumescit, ut talem animam a cogitationibus et affectibus infestari videamus. » Et S. Gregorius vocat banc pinguiam muscarum ægyptio a Mose inflicta: « Musca enim, inquit, nimis insolens et inquietum animal est, in qua quid aliud quam insolentis cure desideriorum carnalium designantur? Unde hos culpans Sapiens, cap. xv. vers. 12: « Estimaverunt, inquit, Iosum esse vilam nostram; et conversationem vite compositam ad lucrum, et oportere undecumque etiam ex malo acquirere: » cum tamen mala lucra semper damnant afferant, ut ait Hesiodus et Munander.

FACIENS UT QUIEN ANXUS. — S. Ignatius, fundator Societatis nostre, eundem dicenti se post aliquot menses quippiam facturum: « Bone Deus, inquit, tandem tu victurum putas? » cui mors certa, sed die incerto imminet, et veterat. Quid enim est annus vite tue, nisi annulus qui semper in orbem rotatur, donec ad numerum sibi a Deo præfixum decurrat? Audi Servium: Annus, inquit, dicitur quasi annus, id est annulus, quia in se redit:

Atque in se sua per vestigia volvitur annus.

Vel *des* *res* *avocata*, id est, ab *impetitione*, quod scilicet assidue innovat et alter fiat.

Id. QUI IGGORATIS QUID ERIT IN CRASTINO. — Magna hominum est fidentia, qui de crastino ita secure disponunt, atque si crastinum in sua habent manu et domino, cum nesciant an crastino sint victuri, res suas habituri, libertate et sanitate usuri. Sapienter ergo monet Sapiens: « Ne gloriaris in crastino, ignorans quid superventura (temes), ill est *crastino* parat dies, » *Prov.* xxvii. 1; et *Psalm.* 5: « Deus meus es tu, in manibus tuis sortis mee, fiebre tempora mea. » *Psalm.* xxx. 15. Et Christus, *Matth.* xxv. 13: « Vigilate, quia nescitis diem neque horam. »

Quocirca sapienter monet S. Gregorius, lib. IV *Dial.*, cap. xix, diabolum ilaqueare homines promittendo longam vitam, datque exemplum de quodam: « Qui dum somnia, inquit, vehementer attendet, ei per somnum longa spatia huius vite promissa sunt. Cumque multas pecunias pro longioris vite stipendiis collegisset, illa repente defunctus est, ut intactas omnes relinquere, et ipse secum nihil ex bono opere portaret. » Itz multos decipi videmus a Mathematicis, qui dum falso promittunt amplios honores, metum mortis ac ingruente morte non tantum honoribus, sed et vite priventur presenti, ac saepe æterna.

Vere Pinclurus in *Nemesi*, ode 8: « Vane spes, inquit, exitus habent futiles. » Idem in *Isthmis*, ode 3: « Tempus, dum volvuntur dies, ab aliâ affert rerum vicissitudinem, sed tamen involuntabiles sunt illi decursum; » et ode 5: « Mortalia

mortales decerit; et ad 7: « Vetus beneficium dormit: immo inopesque sunt mortales ejus rei, quae non pervenit ad florem summum sapientiae. »

Egregie Seneca, lib. XVII. epist. 102, narrata sublima morte Senecionis Cornelii, qui totus divitiis imminuit, in ipso procurreris pecunia impetru rapta est, subdit:

Instrere nunc, Melior, vides, pone ordines viles.

« Quam stultum est a seipso disponere! nec crastino quidem dominamur. Quae quantal dementia est spes longa infortunium! Bnam, edificabo, credam, exiam; honoris geram, tum domum hiansam et plemat. senectutem in otium referam! Omnia, mihi crede, etiam felicibus, dubia sunt. Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere; id quicquid quod tenetur per manus exit, et ipsam quam proximis hominum, casus incidit. Volvitur tempus rata quidem lege, sed per obscurum. Quid autem ad me, an nature certum sit, quod mihi incertum est? Navigationes longas, et peccatis litioribus alienis, seros in patrem reditus proponimus, militiam, et estrensium laborum laeda mancipia, procuraciones, officiorumque per officia processus; cum interim ad latus isozs est, quae quoniam nunquam cogitatur, nisi aliena, subinde nobis ingeruntur mortalitatis exempla, non diutius quam diem mitemur, haesura. » Et mox: « Stat quidem terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatoreum necessitas fixit; sed nemo scit nostrum quam prope versetur terminus: sic itaque formemur animam, tanquam ad extrema ventum sit: nihil differamus, quotidie cum vita parat faciamus. Maximum vita vilius est, quod imperfecta semper est, quod in aliud ex alio differtur. Qui quotidie vita suam summam manum inpositit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia, timor nascitur, et cupiditas futuri excedens animam. Nihil est miserius dubitatione volutantium quorsum evadant, quantum sit illud quod restat, aut quale. » Quam deinde: « Quomodo affligimus hanc volutacionem? Uno, si vita nostra non prominet, si in se colligatur. Ille enim ex futuro suspenditur, qui irritum est praesens. Ubi vero, quiddam mihi debet redditum est, ubi stabilita mens est, nihil interesse inter diem et seculum, quiddam deinceps dierum rerumque venturum est ex alto prospicit, et cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enim varietas mobilitas que casuum perturbabit, si certus sit adversus incerta? Ideo, mi Laclii, propere vivere, et singulos dies singulas vitas puta. Qui hoc modo se aplatit, cui vita sua quotidie fuit tota, securus est. In spe vivitibus, proximum quodque tempus elabitur, subitibus aviditas temporis, et miserrimus, atque miserrima omnia efficiens melius mortis. Inde illud Maeccanis turpissimum votum, quo et debilitatum non recusat et deformitatem, et novissime centam crucem, dummodo inter hac mala spiritus proregetur. »

Quocirca Plutarchus, lib. De Tranquill., docet sapientem ita moderari vitam per prospera et adversa, ut lis non insolescat, his non delectetur: sicut muscus chordas et fistulas, quarum aliae acutum, aliae gravem, aliae medium sonum edunt, ita contemperat, ut suavem harmoniam efficiant.

13. QUA EST ENIM VITA VESTRA, — ut antea de ea in crastinum et futurum certo disponere? « Quae » id est, qualis et quantula, puta quam instabilis, brevis, caduca et misera est. « Tanquam semper victuri vivitis, nunquam vobis fragilitas vestra inuenit » ait Seneca; De Brevitate, cap. iv: Omnia tanquam mortales timemus. Omnia tanquam immortalis concupiscitis. Idem, epist. 121: « Nihil, ait, imprudentius aut stultius fingi potest, quam si putre corpus soliti, elegam lamen proponamus, et in quantum potes etas humana protendi, tantum spe occupemus. » Et mox: « Ideo magis animos sibi conscius melioris vite dat quidem operam, ut in hac statione qua positus est, honeste se atque industrie gerat; ceterum nihil horum que circa ipsam sunt, summ judicet, sed ut comoditate vilitur peregrinus et prosperans. »

VAPOR EST, id est, quasi vapor, vel vapori similis) ad MODICUM VALES, ET DEINCEPS EXTERNAMUR. — Graecum $\alpha\pi\epsilon\mu$ significat primo, vaporem; secundo, flatum; tertio, fumum; quarto, halitum; quinto, auram tenuem; ab $\epsilon\alpha\upsilon\mu$, id est evaporato, exhalo, exipiro. Aliud id illud axiomata et epiphonema, Eccl. cap. i, vers. 4: « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas, » pro quo Aquila, Symmachus, Theodoton caeterique omnes, exceptis Septuaginta, ut ait ibidem S. Hieronymus, vertunt, vapor vaporum, et omnia vapor. Quid enim vanus vapor, qui illico lennes vanescit in auras? Porro vapor, ait Aristoteles, 1 Meteorol., cap. i, fit cum humidum quod circa terram est, a radiis et ab alia que desuper est caliditate evaporans fertur sursum, ubi in frigiditatem vel in rorem et pluviam resolvitur, vel constructus in nivem, pluviam, glaciam et grandinem densatur et coalescit. Unde hunc vocat quasi fluvium perennem, qui circulariter fluit sursum, cum fit vapor; et deorsum, cum resolvitur in pluviam que in terram, e qua vapor ascendit, dephit.

Talis vapor est vita nostra. Primo enim in vapor calore cogitur, ascendit et consistit, se modico: ita et vita nostra calore consistit, se modico, estaque quasi scintilla ignis, ut ait Sapient., cap. ii, vers. 2.

Secundo, sicut vapor statim in auras dispergitur et evanesit, sic et vita nostra. Et hoc proprie hic lotendit S. Iacobus.

Tertio, sicut vapor adeo exilis, tenuis et pen invisibilis est, ut non tam res, quam rei videatur umbra et simulacrum: sic et vita nostra, adeo que omnis res creata respectu entis increati et aeterni, puta Dei, est tantum umbra; unde Dei

domen est: « Ego sum qui sum; » nostrum: « Ego sum qui non sum, » ut dixi Ezech. iii, 14.

Quarto, sicut vapor adeo debilis est, ut omni vento etiam minimo huc illucque feratur: sic et vita nostra minima re impellitur et mutatur. Unde S. Gregorius in Prologo Psal. vi. Parit: « laboriosa, ait, est vita temporalis, levior fabulis, velocior yrisora, instabilitate fluctans, imbecillitate nutans; cui nulla est certitudo, nulla propositi constantia, nulla a turbulentibus requies, nulla a laboribus resiliatio. Quis denique est, quem non excruciet dolor, sollicitudo non urgeat, non subruat timor? Risus fletum sequitur, gaudium tristitia comitatur: esuriei succedit sataritas, sataritatem iterum excludit esuries: in nocte dies optatur, in die nox quaeritur, in algore calor, in aestu refrigerium; ante ebium suspiria, post cibum tribulatio, ira, indignationes exagitant, et innumerabiles miseros homines motus perturbant. »

Quinto, sicut vapor obscurus est et coalescit in nubem, sic et vita nostra plena est ignorantia, errore, imprudentia. Unde S. Gregorius, lib. XIII. Moral., cap. xii, Isaiam citans, cap. xxvi: « Propheta, inquit, ad vindicandum Dominum quamdam se premi caligine videbat, dicens: Anima mea desiderat ut in nocte, q. d. in hac obscuritate vis praesentis, videre te appeto; sed adhuc infirmitatis nubilo circumscribor. David quoque huius noctis caliginem videns, claritatem veri luminis praesulatus ait: Mans astabo tibi et videbo. »

Sexto, sicut vapor confusus est, ita et confusa et perturbata est vita nostra: idque pio Dei consilio, ait S. Gregorius, XXV Moral., cap. xv, « eorum viam pro patria diligamus; ne, dum viator delectatur in via, obliviscatur quod desiderabat in patria. » Idem, lib. XXXI, cap. xvii: « Justus, ait, vitam suam bonis malisque permixtam occupat, et cogitationes suas aliquo modo spe et timore confundit. »

Septimo, sicut vapor resolutus in pluviam descendit, reditque in terram, ex qua exhalando ascendit: ita et vita nostra ad corpus, per morbum et mortem resolutum, redit in terram, ex qua sumptum est; unde Salomon concioneum suam de vanitate mundi, quam pre caeteris expertus erat, ita concludit Eccl. xii, 1: « Memento creatoris tui in diebus juventutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis, etc. Et revertatur pulvis in terram suam, unde erat, et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, et omnia vanitas. » Alii, ut dixi, vertunt: « Vapor vaporum, et omnia vapor. »

Octavo, sicut vapor terrenus putrescit, et vocatur situs, ait Aristoteles, lib. V De Gener. animalium, cap. iv: « Situs, inquit, caries vaporis terreni est: nam si vapor se effersus concreverit, fit prolia; si putrescit, situs. Sic comandi senectutis situm pruinam nominant. » Unde infert: « flocto dixeris morbum esse adventitiam senectutem, senectutem autem esse morbum naturalem. » Sic et

vita nostra vaporibus, tum corporalibus in catarrhos, phlegmata et flatus resolutis; tum spiritalibus; puta concupiscitibus carnalibus, quae quasi vapores exhalat, corrumpitur et putrescit. Unde Avicenna et medici docent in montibus puriorem esse aerem, ideoque ibi homines diutius, sanius et robustius vivere: in vallibus vero aerem esse impuriorem, ob continuos vapores ex ea ascendentes, ideoque hominum in vallibus habitantium vitam minus esse longevam, sanam et robustam. Pari modo in hac lacrymarum valle brevis, tenebra et infirma est vita nostra ob vapores corporales, quibus corpus, et spirituales, quibus anima inficitur. In coelis vero quasi in montibus aeternis ab omni vapor et exhalatione liberis, vita est aeterna, sanissima, fortissima et gloriosissima.

Porro sacra Scriptura ut brevitate, instabilitate, exilitate et miseriam vitam nostram nobis representet, variis ultit similitudinibus. Primo, comparat eam momento, id est, inclinationi statera, cujus lances continuo ascendunt et descendunt, Isai. xi, 13. Secundo, guttae roris autelucani, quae illico a sole oriente sorbetur, uti vita a febris aliove morbo, Sap. ix, 13. Tertio, fumo, Sapient. cap. ii, 2: « Fumus flatus est in auribus nostris, et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum, quae extincta cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffandetur tanquam mollis aer, et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvitur, quae fugata est a radiis solis. » Quarto, umbrae: « Umbra enim transitus est tempus morbum. » Ibidem. Quinto, flori illico marcescenti, et feno arido, Isai. xl, 6: « Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri. » Vide ibi dicta Job xiv, 4: « Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, replerit multis miseriis: qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. » Sexto, stille et pulveri, Isai. xl, 4: « Ecce gentes quasi stilla stilium, etc. Ecce insulo quasi pulvis exiguus. » Septimo, nihilo, Ibid. vers. 17: « Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt sapor eo, et quasi nihilum et inane reputabuntur eis. » Octavo, palmo, id est, mensurae quatuor digitorum transversorum, Psal. xxxviii, 6: « Mensurabiles posuisti dies reos; » hebraice מִנְדֹב tepachot, Septuaginta εὐνοεία , id est, palmares. Symmachus, palmae posuisti dies reos. Nono, araneae, Psal. lxxxix, 10: « Anni nostri sicut aranea meditantur. » Graecum ἀράχνη polys telam quam aranearum significat: sicut ergo tela aranea sepa everritur, sic vita nostra telo, aut morbo. Hebraice est רַחֵל hege, id est medullatio, vel sermo loquens, ut vertit S. Hieronymus. Sed Septuaginta vertunt, aranea: qua ipsa est animal cogitabundum et quasi meditantibus. Sabbiti Psaltes: « Dies aeternum nostrorum in ipsis, septuaginta anni: si autem in potentibus, octoginta anni, et amplius eorum labor et

dolor. » Decimo, imaginis et vanitati, *Psal. xxxviii*, 7: « Universa vanitas omnis homo vivens; veruntamen in imagine pertransit homo, sed et frustra contrahitur. » *Undecimo*, vento, *Job vi*, 7: « Memento quia ventus est vita mea. » *Duodecimo*, pluvie aut fluminis, *II Regum xiv*, 14: « Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram, que non revertuntur. » *Decimo tertio*, nuntio perverenti, navi sulcanti mare, avi per aerem transvolanti, et sagitta emissæ, *Sapient. cap. v*, vers. 9 et ser.

Ita nunc, mortales, erigite familias, filios, palatia, arces: interius vos cruciatis, eras morituri. Mors aditum vite vestre actum claudet: cum ad mortalitatis fluxum veneritis, hinc pæctus erit honorum et opum: discedet ambilio, nullus erit avaritie locus, omnis cupiditas in æternam conticescet. Ut quid ergo calucea ambitis, que mors adimet, inno extinguet?

¶ Quis hominum? o quæstio est in rebus intell.
O quem angustis hinc cruciatis terminis?
O quam angustis mortalium animis!

Æternitati creati estis: cur temporis tam modico vivitis? Cælo destinati, cur terræ quasi talpæ incumbitis? Denique possessori, cur mundi possessioni inhæsitis?

¶ Qui mentem traxisse polo, quid profuit altum
Exercise caput, pecuniam si more pererrat
Avia, si tranquilli communita palato, glandes?

ait Claudianus, *III De Raptu Proserp.* Glandes sunt deliciae, opes, honores; pompæ: has porcis et pecudibus relinquit; escam angelorum querit; Christi nectar et ambrosiam ambit.

Idem uno ore clamitant Gentiles. Manilius, *libro IV*:

Nascentes moriatur, flusque ab origine pendet.

Martialis, *lib. I*:

Si capis, utaris totis, Cythine, diebus,
Extremumque tibi semper adesce putea.

Seneca in *Hercule Furioso*:

Vivite laeti, properat curam
Ita cælo, volentesque illa
Cota præcipiti vertitur anni, etc.
Certa veniant ordine Parces.
Nulli scriptam proferre diem,
Nulli jussu cessare licet:
Recipit populos ura cinisas.

Menander: « Umbra somnum est homo. » « Homo, ait Philosophus, est fortune lusus, temporis spoliolum, inconstantis imago, imbecillitatis exemplum, invidiæ et calamitatis trutina, reliquum piliuta et bulli. » Rursum: « Homo bulla. » Sicut ergo pueri conchas saponem et aqua plenas infant, bullasque tremulas excitant, que mox tenues diffillant in auras: sic et omnis vita nostræ decor et honor bulla est, que mox in auras eva-

nescit. Ambis ergo sponsam? bullam ambis. Ambis delicias ventris et voveris? bullam ambis. Ambis Canonicatum, Episcopatum, etc.? bullam ambis. Horatius, *lib. IV Carm.*, ode 7:

Palvis et umbra sumas.

Homerus apud Plotarchum in *Oratione consol.*, « Quale est foliorum genus, tale est et hominum; » sicut enim illa vento, ita homines levi adversitate decutuntur. Zeno: « De ludibrium est homo. » « Quotidie, ait Seneca, *epist. 24*, morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vite, et tunc quoque cum crescimus, vita decrescit; infantium ambimus, deinde peritiam, deinde adolescentiam; usque ad hesternum quidquid transit temporis, perit; hunc ipsum quem agimus diem, cum morte dividimus. » Idem, *lib. VI Natur. quest.*, cap. xxxi: « Fluit tempus, ait, et avidissimus sui deserit; nec quod futurum est, metum est, nec quod fuit: in puncto fugientis temporis hæreo. » Et *epist. 98*: « Nihil firmum infirmo, nihil fixum æternam et invidiam est; tam necesse est perire quam perdere. » Idem, *epist. 59*, docet vitam nostram non consistere, sed jugiter fluere. « Nemo nostrum, ait, idem est in senectute, qui fuit juvenis; nemo est manens, qui fuit prædix: corpora nostra rapiuntur fluminis more. Quod quid vides currit cum tempore: nihil ex his que videntur, manet. Ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est quod ait Heraclytus: In idem flumen bis non descendimus. » Plura recensui hæc de te Esop. *II*, 1.

AD MORMICUM PARENEM. — Modico tempore apparens: græce *φανέρωτος*, *g. d.* Vita hæc est vapor, qui nullam habet soliditatem, nullam quasi substantiam et consistentiam, sed tantum apparentiam modicam et modici temporis: periunde ac spectra que in aere, et persone ac larvas que in comediiis representantur, nullam penè habent subsistentiam, sed sunt res duntaxat apparentes et fictæ, que proinde a Philosophis vocentur *φανέρωτος*, quales sunt parhelli, sive tres soles apparentes, aeris hiatus, halones, colores iridis, etc., de quibus Proclus in *Sphæra*, Aristoteles in *Meteorol.*, et Aratus in *Phænomenis*: hæc enim sicut ex radiis solis in vapore et nube varie receptis, transparentibus et reflexis. Sic Augustus Cæsar moriens, omnem suam vitam pompam dixit esse comediam jam transactam. Audi Suetonium in ejus Vita, cap. cxcix: « Amicos admissos percunctatus, æquid his videretur, mihum vitam commode transigisset? » adiecit et clausulam: *Μεγαλόν, καὶ μέγαν; hæc præter hæc: μεγαλάνητος, id est dala plausum, et omnes vos cum gaudio plaudite. Finita enim comedia, validissimo spectatibus dicunt actores: « Valetis et plaudite. »*

ET DEINCEPS EXTERMINABITUR. — In Græco est elegans et emphatica paronomasia inter *φανέρωτος*, id est parens, et *φανέρωτος*, id est evanescent, quasi diceret: Vita hæc est quasi vapor apparens, et au-

sto disprens, ita ut nullum ejus vestigium cernatur, sed prorsus evanescat et exterminetur: hoc enim est *ἀφανέωτος*; unde Syrus vertit, qui cito *ἀφανέωτος* et *deijicitur* ac *evanescit*. Sapienter S. Antonius apud S. Athanasium: « Ad inertiam, inquit, calcandam Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur: similiter et nos humanam conditionis vitam ancipitem retrahentes non peccabimus. Cum enim excitati a somno, ad vesperum nos pervenire dubitemus; et quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus adventu, et ubique naturæ ac vite incertæ memores, Dei nos infelleamus providentia gubernari. Hoc modo non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur; sed nec irascemur quidem adversus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus: quin potius metu quotidiani recessus, et sejungendi corporis jugi meditatione, omnia caduca calcabimus. » Vis exemplum?

Scribunt Plinius, *lib. VII*, cap. vii, et Valerius Maximus, *lib. IX*, cap. xii, Anacreontem poetam acino vixisse pertinacius in faucibus hærente, Fabium vero senatorem unico pilo in lactis haustu gutturi transverso, strangulatos. Clullon Spartanum dum victorem Olympicum filium amplectitur, præ gaudio inter filii amplexus animam efflavit, ait Plinius, *lib. VII*, cap. xxxii. Sophocles in certamine tragædia victor renuntiatus, præ læthia expiravit, ait Valerius, *lib. IX*, cap. xi. Clidemus dum victor auro coronaretur, repente obiit, ait Tertullianus, *lib. De Anima*, cap. lxi. Diagonem cum tres filios eodem Olympice die vincere coronarique videret, illicque coronas sibi detractas capiti patris imponeret, animam exhalavit, ait Gellius, *lib. III*, cap. xv. Itè nunc, mortales, qui tam fragilem ordinem vitæ et vitæ telam, et Nestoris annos vobis promittite, eras morituri. Sapienter Tertullianus, *De Anima*, cap. lxi: « Vis est et illa navigis, inquit, cum longe a saxis, nullis depugnata turbibus, nullis quasasna decumanis, adulante flatu, labente cursu, lætante comitatu, infestino repente perousi, cum tota securitate desidunt. Non secus naufragia sunt vitæ etiam tranquillæ mortis eventus. »

PRO EO UT DICATIS (refert hæc superius ad vers. 13: « Ecce nunc qui dicitis: Hodie aut crastino bibimus in illam civitatem, » etc. *g. d.* Vos vestras actiones et lucra ita disponitis, quasi a nullo pendatis, ideoque dicitis: bibimus, mercabimur, lucrum faciemus: cum cogitare deberetis vitam, omneque abus vestros pendere a nutu Dei, ideoque addere et dicere): SI DOMINUS VOLTUERIT; — ut hoc dicto Dei providentiam contemnamini, reverentiam, invocetis, illicque vos, vestraque omnia humiliter totoque corde subdati et committatis. Ipse enim est vester Elohim, id est Dominus, creator, provisor, gubernator, conservator, protector, judex et vindex. Ita suis decretis et propositis addere solent: « Si Deus volue-

rit, » non tantum Christiani, sed et Judæi, Gentiles et Saraceni. Christiani ex doctrina S. Jacobi hæc. Unde S. Augustinus in *Psal. xxxii*, conc. 1: « Discite, ait, habere in corde, quod habet omnis homo in lingua: quod vult Deus. Ipsa lingua popularis plerumque est doctrina salutaris. » Ita S. Paulus, *I Corinth. iv*, 19: « Veniam, inquit, ad vos cito, si Dominus voluerit; » et cap. xvi, vers. 7: « Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit; » *Philip. ii*, 19: « Spero in Domino Jesu Timotheum me cito mittere ad vos, » Hæc ergo Christiana, hæc Paulina est vox: Faciam hoc Deo volente, si Dominus voluerit, permiserit, cum Dei opæ, per gratiam Dei, etc.

Judei, ut Judas Machabæus innotuit prælium ait: « Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat, » *I Mach. cap. iii*, vers. 60. Eadem est praxis et phrasîs cæterorum Judeorum, ut aliqui facturi dicant: Si Deus voluerit; curius originem ex Bala Syria narrat hic noster Serarius. Quædam, inquit, dicens: Cras inibo nuptias, monitus fuit ab amico, ut adderet: Si Deus voluerit. At ille: Sive, inquit, Deus velit, sive nolit, ego eras cum sponsa sedebam in thalamo meo: sedique cum ea tota die; nocte vero mortui sum antea. Quos cum mortuos invenissent, dixerunt: Vere dixit Bala Syria: Sponsa ascendit ad thalamum, neque novit quid acciderit sibi. Quenimque ergo cupit aliquid facere feliciter, dicat prius: Volente deo; vel: Si Deus voluerit. Diserte Jeremias, cap. x, vers. 23: « Scio, ait, Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri est ut ambulet et dirigat gressus suos; » et cap. xvii, vers. 8: « Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus; » et vers. 14: « Sana me, Domine, et sanabor: saluum me fac, et salvus ero: quoniam laus mea tu es. »

Gentiles. Socrates suum Alcibiadem docuit ante opus dicere: « Si Deus voluerit. » ait Plato in *Alcibiade*. Vide Brissonium in *Formis*, *lib. I*, pag. 57, ubi ostendit hæc voces fuisse familiares Augusti, Ciceroni, Catoni, Ennio, etc.: Si Dii volent, Diis volentibus. Seneca, *epist. 41*: « Prope, inquit, est a te Deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos: hinc prout a nobis tractatus est, ita nos tractat: bonus vir sine Deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo agatur, exurgere? Ille dat consilia magnifica et læta. » Et inferius: « Animus excellentem, moderatum, omnia tanquam minorâ transeuntem, quidquid timeamus optamusque ridentem, celestis potentia agit: non potest res tanta sine adminiculo numinis stare. » Idem, *lib. IV de Beneficiis*, cap. vi: « Unde tibi istum quem trahis spiritum? Unde istam, per quam actus vitæ tue disponis atque ordinas, lucem? Unde sanguinem, cuius cursu vitalis continetur calor? Unde ista palatum tuum spiritibus

expositis ultra satisfactionem Incessantia? Unde hinc irremedia sunt lassae voluptatis? Unde ista quies in qua putrescit ac marcescitur? Nonne si gratus es, dices:

— Deus nobis haec omnia fecit.
Nanque erit ille mihi semper Deus: illius aram
Sepe tener coarctis ab oculibus habet agnos:
Iste meos error hinc (et cunctis), et ipsam
Ludere quae velum calamo percutit aegriti. a

Sarceni et Turcae tibi a Dei voluntate quasi a fato pendunt: idcirco in praedio et periculis precipites caecique ruunt. Aguntur enim hoc dilem- ma: Aut Deus statuit me hoc praedio mori, hoc periculo obire, aut non: si statuit, non possum evadere; si non statuit, ergo non moriar, non obstruam. Nullum enim bonum, vel malum cuiquam evenire potest, nisi volente et immittente Deo. Sed paralogizant: Deus enim multa non statuit, nisi praevia hominum libera dispositione, merito, vel demerito. Sic non statuit ut moriaris in praedio, nisi illi te ingesseris; non statuit ut periculo obstruas, nisi te sponte in illud con- jeceris. Sed hanc argutiam Turcae non capiunt. Quocirca Solymanus imperator eum illum ha- beret refractarium et regimen turbantem, ac qui- dam e principibus consuleret, ut illum quasi per- niciosum republicae a medio tolleret, illico illi caput eorum se praecidi jussit, eo quod non addi- disse: « Si ita Deo placuerit; » nam postea ejus consilium secutus, filium interfecit. Ita refert P. Sibirion hic.

Ex si viximus. — Agit contra superbos sibi- que presidentes, nec Deo imitantes. His jubet addi: « Et si vixerimus: » ut memores fragilitatis suae et mortalitatis, cristas ponant, ac a Deo se suaque pendere profiteantur. Nam aliqui fideles in omni sua deliberatione et proposito idipsum facile subintelligunt: qui vero religiosiores sunt et modestiores, idipsum expresse addunt, exem- plo angeli, qui ad Abraham ait: « Revertens veni- am ad te tempore isto, vita comile, » Genes. cap. xviii. vers. 10.

Idipsum moneri et representare voluerunt Gen- tiles, quando tres Parcae vita nequeque nostram praesidia exogitarunt: quarum una colorem ge- stabat lana obvolutum; altera fila sensim e lana deducebat, tuloque agglomerabat; tertia deni- que cum filo praestitutum aedat temporis mo- mentum, repente stamma secebat, vitamque prae- cidebat, juxta illud Poetae:

Colore lanae reinet, Lachesis met, et Atropos occidit.

Cicero, lib. III De Natura Deorum, Parcae Erubi et Nectis illas facit, et easdem fata esse existi- mat. Unde est illud Claudii: « Ducunt volentem Ista, nolentem trahunt. » Et Virgilius:

Concesserit statim Parcae munus Parcae.

Hic subinde alludit Scriptura, ut Ezechias, Italia

cap. xxxviii, vers. 12: « Praecisa est velut a torente vita mea: dum adhuc ordire, succidit me. » Ezech. cap. xxxviii, vers. 14: « Perit fides nos- tra, et abscessi sumus. » Ubi nonnulli vertunt, « perit glomus noster, et succisi sumus. » Hinc prima dicta est Clotho, a circumvolvendo tenio, eo quod contorta et coordinata omnia tenent: adhaec enim Graecis idem est quod circumvelvo, glomero, contorqueo. Secunda dicta est La- chesis, id est sortitio, a λαχων, id est sortiri, quasi sortito vite spatia hominibus obtruncant; hae enim est quae fila ducit. Martialis, lib. I, epigram. 89:

Cum mihi supremos Lachesis peroverit annos.

Hujus item nominis vestigium in sacris monu- mentis reparimus. Nam ubi legitur in Hebraeo textu, Psalm. xxx, 16: « In manibus tuis tempora mea, reddiderunt Septuaginta, in manibus tuis sortis meae. Valuerunt nimirum sapientissimi viri (ut docti ibi observat Agellius) Parcaram fal- las corrigere, ad veramque sententiam traducere. Asserebant Poetae spatia vite culque, vel fato obtingere, aut sorte sua temere evenire; unde Parcaram unam Lachesim, hoc est sortitionem, appellabant, hae mendacium refutabant Septua- ginta, et sortitionem omnem in Dei manu esse di- xerunt: ab eo vite spatia mortalibus tribui, ab eo propagari, ab eo denique pro aeterno suo consilio arbitratuque finiri. Hoc sortito et quasi temere hominibus hae accidero videntur, quia intentes in abdito delictis pectore tanto varieta- tis causis investigare non possumus. Tertia deni- que Parca vocabatur Atropos: ad verbum red- das inviolabilis, aut, si latinis mavis, inexcora- bilis, implacabilis, inflexibilis; quia fatalis illa moriendi necessitas, ubi adest instans praestitutum, nullo modo flecti aut immutari potest. Unde Mar- tialis, lib. III:

Lachesis mihi tres exorare passis:
Configi: observant quae statuta dicit.

Quocirca sapienter Seneca, epist. 61: « Id ago, inquit, ut mihi instar totius vite sit dies: sic illum aspicio, tanquam esse vel ultimus possit. » Sapientius S. Gregorius, hom. 12 in Eyang.: « Qui poenitentis, ait, veniam spondit, peccanti dum crastinum non promisit: semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possumus providere, » juxta illud:

Omnia crede diem tui diluxisse supremum.

Praemonuit omnes Christus, dicens: « Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, » Matth. cap. xxv, vers. 12.

16. NOVA ATTEM EXULTATIS IN SUPERBIS VESTRIS. — Graecoladonensis id est factantia et arrogantis vestris, quibus factatis vos hoc illovis hinc hae et ista facturus, tantis merces et lucra cap- turos. Secundo, Glossa et Thomas Aquinas:

« In superbis, » inquit, id est, in divitiis quae faciunt superbos, et in quibus superbis, « Ver- mis enim divitiarum est superbia, » ait S. Augus- tinus. « Atque enim est hominum plura quam praestare possint pollicentium, ait Ulpianus in Donosthano. Illic pro exultatis graeco est εὐχολογία; vel, ut alii legunt, εὐχολογία, id est glo- riantur contra alium, puta Deum, quasi vestro Marte tot vobis opes paratis. Facite Socrates ir- risit Alebiadem sua praedia jactantem, cum ei obicit tabulam cosmographicam Africae, petit- que illa sibi in ea ostendi: cum enim ea ostende- re non posset: « Vide, inquit, quantula ea sunt, quae in tantilla tabula ostendi nequeunt. » Ita Elianus, lib. III Variarum Historiarum.

ORNIS EXULTATIO TALIS (graeco εὐχολογία, id est gloria) MALIGNA EST, — suggesta a maligno spiritu, graeco νεφέλη, id est, nubes, improprie est.

17. SCIENTI Igitur BONUM FACERE, ET NON FACIENTI, PECCATUR EST ILLI. — Tacite significat S. Jacobus fideles hae sua monita scire, q. d.

Crede vos hae scire: vane moneo ut ea opera perficiatis. Sciens enim bonum quod Deus et lex praecipit, si illud non facit, peccat, et ut reus a Deo punietur, fecte S. Ephrem ex hae sententia colligit, serm. De Poenitentia: Si scienti bonum et non facienti, peccatum est illi; multo magis ma- lum scienti et illud facienti, peccatum erit S. Ber- nardus, serm. 36 in Cant.: « Scienti, ait, bonum et non facienti, peccatum est illi; ac si per simili- tudinem dicat: Sumens cibum et non digere- renti, permissio est ei. Cibus siquidem indi- gestus malos generat humores, et corrumpit cor- pus, non nutrit: ita et multa scientia ingesta stomacho animae, quae est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, et per quosdam artus animae, moros scilicet atque actus, transfusa at- que digesta, etc., reputabitur in peccatum, tan- quam cibus conversus in noxios praevisque hu- mores. Anon infusions et torsiones in conscien- tia sustinebit, qui hujusmodi est, sciens videlicet bonum et non faciens? »

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit perstringere divitum in pauperes sollicitam, insolentiam et luxum. Ista, vers. 7, pauperes et afflictos hortatur ad patientiam, exemplo Job et Prophetarum. Moa, vers. 12, vestat jurare, tristia jubet orare, lutos pullere, myros ungi oleo, peccatores peccata sua constert. Denique, vers. 16, commendat studium orationis et salutis proximorum.

1. Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseris vestris, quae adveniat vobis. 2. Divitiarum vestrarum putrefactae sunt: et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. 3. Aurum et argentum vestrum araginavit: et arguro eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus. 4. Ecce merces operariorum, qui messerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamat: et clamor eorum in aures Domini sabaoth introivit. 5. Epulati estis super terram, et in luxuriis eun- ditionis corda vestra in die occisionis. 6. Adduxistis, et occidistis justum, et non restitit vobis. 7. Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat temporeum et serotinum. 8. Patientes igitur estote et vos, et confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit. 9. Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non judicemini. Ecce iudex ante januam assistit. 10. Exemplum accipite, fratres, exitus mali laboris et patientiae, Pro- phetae qui locutus est in nomine Domini. 11. Ecce beatificatus es, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis, quoniam miserioris Dominus est, et miserator. 12. Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per celum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester, Est, est; Non, non: ut non sub iudicio decidatis. 13. Tristatur aliquis vestrum? orat. Aequo animo est? psallet. 14. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. 15. Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et, si in peccatis sit, remittentur ei. 16. Confitemini ergo alterutrum peo-

expositis ultra satisfactionem Incessantia? Unde hinc irremediabilia sunt lassae voluptatis? Unde ista quies in qua putrescit ac marcescitur? Nonne si gratus es, dices:

— Deus nobis haec omnia fecit.
Nanque erit ille mihi semper Deus: illius aram
Sepe tener coarctis ab oculibus habet agnos:
Iste meos error hinc (et oculis), et hinc
Ludere quae velium calamo perennis aegriti.

Sarceni et Turcae (qui a Dei voluntate quasi a fato pendunt): idcirco in praedio et periculo precipites caecique ruunt. Aguntur enim hoc dilem-
mate: Aut Deus statuit me hoc praedio mori, hoc periculo obire, aut non: si statuit, non possum evadere; si non statuit, ergo non moriar, non obstruam. Nullum enim bonum, vel malum cuiquam evenire potest, nisi volente et immittente Deo. Sed paralogizant: Deus enim multa non statuit, nisi praevia hominum libera dispositione, merito, vel demerito. Sic non statuit ut moriaris in praedio, nisi illi te ingesseris; non statuit ut periculo obstruas, nisi te sponte in illud con-
jeceris. Sed hanc argutiam Turcae non capiunt. Quocirca Solymanus imperator eum illum ha-
beret refractarium et regimen turbantem, ac quidam e principibus consuleret, ut illum quasi perniciosum republicae a medio tolleret, illico illi caput eorum se praecidi jussit, eo quod non addidisset: « Si ita Deo placuerit; » nam postea ejus consilium secutus, filium interfecit. Ita refert P. Sibirion hic.

Ex si viximus. — Agit contra superbos sibi-
que presidentes, nec Deo imitantes. His jubet addi: « Et si vixerimus: » ut memores fragilitatis suae et mortalitatis, cristas ponant, ac a Deo se suaque pendere profiteantur. Nam aliqui fideles in omni sua deliberatione et proposito idipsum facile subintelligunt: qui vero religiosiores sunt et modestiores, idipsum expresse addunt, exem-
plo angeli, qui ad Abraham ait: « Revertens veniam ad te tempore isto, vita comile, » Genes. cap. xviii. vers. 10.

Idipsum moneri et representare voluerunt Gen-
tiles, quando tres Parcae vita nequeque nostram praesidia exogitarunt: quarum una colorem ge-
stabat lana obvolutum; altera fila sensim e lana deducebat, tuloque agglomerabat; tertia deni-
que cum filo praestitutum aedat temporis mo-
mentum, repente stamma secebat, vitamque prae-
cidebat, juxta illud Poetae:

Colore lanae reinet, Lachesis met, et Atropos occidit.

Cicero, lib. III De Natura Deorum, Parcae Erubi et Nectis illas facit, et easdem fata esse existi-
mat. Unde est illud Claudii: « Ducunt volentem
Ista, nolentem trahunt. » Et Virgilii:

Concesserit statim Parcae munus Parcae.

Hic subinde alludit Scriptura, ut Ezechias, Italia

cap. xxxviii, vers. 12: « Praecisa est velut a torente
vita mea: dum adhuc ordire, succidit me. »
Ezech. cap. xxxviii, vers. 14: « Perit fides nos-
tra, et abscessi sumus. » Ubi nonnulli vertunt,
« perit glomus noster, et succisi sumus. » Hinc
prima dicta est Clotho, a circumvolvendo, ten-
eo quod contorta et coordinata omnia telio: ad-
da enim Graecis idem est quod circumvelvo,
glomero, contorqueo. Secunda dicta est La-
chesis, id est sortitio, a λαχων, id est sortiri,
quasi sortito vite spatia hominibus obstruant;
haec enim est quae fila ducit. Martialis, lib. I,
epigram. 89:

Cum mihi supremos Lachesis peroverit annos.

Hujus item nominis vestigium in sacris monu-
mentis reparimus. Nam ubi legitur in Hebraeo
textu, Psalm. xxx, 16: « In manibus tuis tempora
mea, reddiderunt Septuaginta, in manibus tuis
sortes meae. Valuerunt nimirum sapientissimi viri
(ut docti ibi observat Agellius) Parcaram fal-
sas corrigere, ad veramque sententiam traducere.
Asserebant Poetae spatia vite culque, vel fato
obtingere, aut sorte sua temere evenire; unde
Parcarum unam Lachesim, hoc est sortitionem,
appellabant, hanc mendacium refutabant Septua-
ginta, et sortitionem omnem in Dei manu esse di-
xerunt: ab eo vite spatia mortalibus tribui, ab
eo propagari, ab eo denique pro aeterno suo
consilio arbitratuque finiri. Hoc sortito et quasi
temere hominibus hanc accidero videntur, quia
intentes in abdito delictis pectore tanto varia-
tis causas investigare non possumus. Tertia de-
num Parca vocabatur Atropos: ad verbum red-
das inviolabilis, aut, si latinis mavis, inexcora-
bilis, implacabilis, inflexibilis; quia fatalis illa mor-
tendi necessitas, ubi adest instans praestitutum,
nullo modo flecti aut immutari potest. Unde Mar-
tialis, lib. III:

Lachesis mihi tres exorare passis:
Configi: observant quae statuta dicit.

Quocirca sapienter Seneca, epist. 61: « Id ago,
inquit, ut mihi instar totius vite sit dies: sic
illum aspicio, tanquam esse vel ultimus possit. »
Sapientius S. Gregorius, hom. 12 in Evang.: « Qui
penitentis, ait, veniam spondit, peccanti dum
crastinum non promisit: semper ergo extremum
diem debemus metuere, quem nunquam pos-
sumus providere, » juxta illud:

Omnia crede diem tui diluxisse supremum.

Praemonuit omnes Christus, dicens: « Vigilate
itaque, quia nescitis diem neque horam, » Matth.
cap. xxv, vers. 12.

16. NOVA ATTEM EXULTATIS IN SUPERBIS VESTRIS.
— Graecoladonensis id est factantia et arrogantis
vestris, quibus factatis vos hoc illovis
haec et ista facturus, tantis merces et lucra cap-
turos. Secundo, Glossa et Thomas Aquinas:

« In superbis, » inquit, id est, in divitiis quae
faciunt superbos, et in quibus superbis, » Ver-
mis enim divitiarum est superbia, » ait S. Augus-
tinus. « Atque enim est hominum plura quam
praestare possint pollicentiam, ait Ulpianus in
Donosthano. Illic pro exultatis graeco est ε-
ξυλτασις; vel, ut alii legunt, ε-
ξυλτασις contra alium, puta Deum, quasi vestro
merito tot vobis opes paratis. Facete Socrates ir-
risit Alebiadem sua praedia jactantem, cum ei
obijcit tabulam cosmographicam Africae, peti-
que illa sibi in ea ostendi: cum enim ea osten-
dere non posset: « Vide, inquit, quantula ea sunt,
quae in tantilla tabula ostendi nequeunt. » la
Elianus, lib. III Variarum Historiarum.

ORNIS EXULTATIO TALIS (graeco ε-
ξυλτασις), id est
gloriatio) MALIGNA EST, — suggesta a maligno
spiritu, graeco νεργα, id est, malo, improprie est.

17. SCIENTI Igitur BONUM FACERE, ET NON FACI-
ENTI, PECCATUR EST ILLI. — Tacite significat
S. Jacobus fideles hanc sua monita scire, q. d.

Crede vos hanc scire: vult monere ut ea opera
perficiatis. Sciens enim bonum quod Deus et lex
praecipit, si illud non facit, peccat, et ut reus a
Deo punietur, fecte S. Ephrem ex hac sententia
colligit, serm. De Penitentia: Si scienti bonum et
non facienti, peccatum est illi; multo magis ma-
lum scienti et illud facienti, peccatum erit S. Ber-
nardus, serm. 36 in Cant.: « Scienti, ait, bonum
et non facienti, peccatum est illi; ac si per simi-
litudinem dicat: Sumens cibum et non digere-
nti, perniciosum est ei. Cibus siquidem indig-
gestus malos generat humores, et corrumpit cor-
pus, non nutrit: ita et multa scientia ingesta
stomacho animae, quae est memoria, si decocta
igne charitatis non fuerit, et per quosdam artus
animae, moros scilicet atque actus, transfusa at-
que digesta, etc., reputabitur in peccatum, tan-
quam cibus convulsus in noxios pravosque hu-
mores. Anon infusions et torsiones in conscien-
tia sustinebit, qui hujusmodi est, sciens videlicet
bonum et non faciens? »

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit perstringere divitem in pauperes succitiam, insolentiam et luxum. Ista, vers. 7, pauperes et afflictos
hortatur ad patientiam, exemplo Job et Prophetarum. Moa, vers. 12, vestat jurare, tristia jubet orare,
lotos pullere, myros ungi oleo, peccatores peccata sua constert. Denique, vers. 16, commendat studium
orationis et salutis proximorum.

1. Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseris vestris, quae adveniat vobis. 2. Di-
vitiarum vestrarum putrefactae sunt: et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. 3. Aurum et
argentum vestrum araginavit: et arguro eorum in testimonium vobis erit, et manducabit
carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus. 4. Ecce merces
operariorum, qui messerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamat: et clamor
eorum in aures Domini sabaoth introivit. 5. Epulati estis super terram, et in luxuriis eun-
disticis corda vestra in die occisionis. 6. Adduxistis, et occidistis justum, et non restitit
vobis. 7. Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola exspectat
pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat tempore unum et serotinum. 8. Patientes igitur
estote et vos, et confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit. 9. Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non judicemini. Ecce iudex
ante januam assistit. 10. Exemplum accipite, fratres, exitus mali laboris et patientiae, Pro-
phetas qui locuti sunt in nomine Domini. 11. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt.
Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis, quoniam miserioris Dominus est, et
miserator. 12. Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per celum, neque per
terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester, Est, est; Non,
non: ut non sub iudicio decidatis. 13. Tristatur aliquis vestrum? orat. Aequo animo est?
psallet. 14. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum,
ungentes eum oleo in nomine Domini. 15. Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit
eum Dominus; et, si in peccatis sit, remittentur ei. 16. Confitemini ergo alterutrum peo-

cala vestra, et orate pro invicem ut salvemini: multum enim valet deprecatio justis assidua. 17. Elias homo erat similis nobis passibilis: et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex. 18. Et rursum oravit: et caelum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum. 19. Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis cum: 20. scire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore via sua, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum.

1. AGITE NUNC, DIVITES, PLORATE. — S. Jacobus, in fine esp. praeced., taxavit divitum culpam, puta avaritiam et insolentem exultationem: hic eandem reprimat assignando poenam, puta miseriam eis obventuram: unde quot cap. praeced., vers. 3., hortatus est eos ad iuctum et ploratum, hic perurgeat. Sicut enim faber insistit tonsioni ferri, donec illud ad arbitrium suum flectat et formet: ita et conitoriarum est multumque tundere debet dura et vitiosa hominum corda, ut ea ad poenitentiam novamque vitam inflectat. Per divites accipe philodivites, id est, divitiarum cupidos et tenaces: sicut per sophos intelliguntur philosophi, id est, amatores sapientiae. Qui enim cor non habent divitiis affixum, sed cor, si divites licet sint censu, pauperes tamen sunt spiritu. Vocat tamen divites, quia divites solent esse philodivites: divitia enim sunt viscosae, sibi que cor possident illigant, ut saepe eas cupiat per fas et nefas. Unde illud: « Dives, aut iniquus, aut iniqui heres. » Hinc Thomas Anglicus divites explicat, in pecunia aegre de in peccatis. Nam, ut ait *Ecl. xi, 41*: « Si dives fueris, non eris immundus a peccato. » Et Christus, *Lca. vi, 24*: « Vae, ait, vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. » Ubi ponderanda est particula causalis *quia*, iuxta illud Epuloni dictum: « Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. » Nam, ut ait S. Hieronymus, *epist. 34*, « difficile, imo impossibile est, ut presentibus quis et futuris fruatur bonis: et hic ventrem, et ibi mentem expleat, ut de deliciis transeat ad delicias. »

Porro est illud ploratum eicens, a Christo et Scriptura divitibus intentatum, non tantum est futura, sed et praesentis vitae: quod explicans S. Cyrillus, *lib. II, epist. 2*, ait: « Hos inter divitias suas trepidos cogitationis incertae sollicitudo discruciat: non cibis securo, somnive contingit: suspirat ille in convivio, bibat licet gemma, et cum epulis marcidum corpus toros mollior alto sinu condiderit, vigilat in pluma: nec intelligit miser speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri, et possideri magis quam possidere divitias. » Consentaneus Ambrosius, *lib. De Nabute, esp. xv*: « Bene, inquit, viros divitiarum appellavit David, *Psal. lxxv, vers. 6*, non divites viros, ut ostendat eos non possessores divitiarum esse, sed a suis divitiis possideri. » Recte item omnino Seneca, *epist. 119*: « Sic

divitias habent quomodo habere dicimur foris, cum illa nos habeat. E contrario dicere debemus: Febris illum tenet. Eodem modo dicendum est: Divitiae illum tenent, imo et torquent. » Acute observat S. Gregorius, expendens varia illius divitis, *Luca xii, 17*: « Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? » a O angustia, inquit Gregorius, *lib. XV Moralium, xi*, ex satietate natal de uberato agri angustiatior animus avari. »

Concludat S. Augustinus, *tract. 9 in Joan.*: « O homo, qui laboras, amando avaritiam, cum labore amatur quod amas: sine labore amatur Deus. Avaritia jussura est labores, pericula, tristitia, tribulationes; et obtemperaturus es. Quo fine? ut habeas quo impleas arcam et perdas securitatem. Securior forte eras antequam haberes, quam cum habere cepisti. Ecce quid tibi sunt avaritia. Implesti domum, timentur latrones: acquisivisti aurum, perdidisti somnum. Deus sine labore cum amatur, acquiritur et tenetur. » Legendus omnino etiam ejusdem sermo vigesimo secundus de verbis Apostoli, ubi et de vobis, quem capere tales nequeunt, plura ingerit.

PLORATE CLULANTES. — Syrus, *plorate et ululate*. Ululare proprie est luporum et canum cum rabida fame cruciantur: inde transfertur ad summas in extrema clade complorationes et ejulatus, quales solent esse feminarum cum hostis urbem capit, omniaque ferro et flamma vastat, q. d. O divites crudeliter, more luporum fame rabidorum ululate: quia cum Titus vastabit Judaeam, et magis cum Deo detruet vos in tartara, extrema inopia, dolore et quasi lupina ac canina fame et siti cruciabitur, adeo ut in ardentissimis flammis cum divite Epulone postulantes vel guttam aquae ad refrigerandam linguam, non sitis obtenturi, eo quod pauperibus fame et siti afflictis, panem et potum postulantiibus negaveritis, imo mercedem operis et labori ipsorum promissam delibantique fraudaveritis. Ita Hugo. Ita poeta flagrant Tantalum quasi schema avari et avaritiae, apud inferos siti torquenti et fame. « Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus, » ait Cicero, *IV Tuscul.*, et Virgilius, *VI Aeneid.*, de Tantalus:

Epulaeque ante ora parata
Regibus luxu; furibrem maxima jura
Accubat, et manibus prohibet contingere mensas.

Hinc Plato, in *Cratilo*, Tantalum dictum censet

quasi *ταλαντος*, id est infelicitissimum. Secundo, « ululate, o divites, » in tanta clade, sicut pueri et mulieres ululant in communi domus urbisve ruina, quia vixistis ut mulieres habentes cor affixum rebus vixissimis, puta terra et luto. Unde S. Chrysostomus, *hom. 25 in Math.*: « Nihil, ait, mulierosius quam vinci ab avaritia. » Quocirca Beda censet hic moneri divites, ut flebilibus et elemosynis inferorum supplicia redimant: « Divites enim qui pietatis et misericordiae opera neglexerint, inquit, non modo visibilis gehennae ignis cruciabit; sed etiam memoris iuanium divitiarum, quibus suas culpas redimere poterant, et ante iudicium ammas eorum, et post resurrectionem etiam carnes exuret, cum sibi irasci ceperint, quare culpas elemosynis non redemerint; unde dicitur diviti: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua. »

IN MISERIS (sati, id est super, propter miseriam) QUE ADVENTENT VOBIS. — a vindice Deo, tum in hoc saeculo, tum in futuro. Miser dicitur qui omnem felicitatem amisit, ait Isidorus, *lib. X Etymol.* Unde Eusebius censet hic praedici excidium Hierosolymae et Judaeae, quo divites omnes tamen Christiani quam Judaei bonis, libertate et vita spoliantur. Sic Prophetae divitibus insolentibus sui oculi tentant cladem et captivitatem Babylonicam; ut Amos, *vi, 1*: « Vae qui opulenti estis in Sion, et in montibus Samariae, optimates, capta populum, ingredientibus pompatico domum Israel. » Et Isaias *v, 8*: « Vae qui conjugitis domum ad domum, et agrum agro copulatis, etc. Numquid habitabitis vos soli in medio terrae? » Et Christus, *Luca cap. vi, vers. 24*: « Vae vobis divitibus qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. » Patheticus auctor *serm. ad Fratres in eremo*, tom. X. S. Augustinus, *serm. 62*: « Cogitate, ait, fratres charissimi, ubi sint reges, ubi potentes, ubi amici, ubi parentes. Ecce quomodo de tanta potentia vel basilia tanta provenit miseria et angustia: de tantis divitiis tot inopiae; de tantis satietatibus tanta fames; de tam levi delectatione tam longa infirmitas; de tam brevi tute tam longa tenebra; de tam parva suavitate odoris vel luxuria, tanti doloris, ac formosae damnationis perpetuae; et de vestimentorum abundantia tanta nuditas. » Istas catastrophas saepe Deus justis scelerum vindex facit in hac vita, uti oculis certissimus, et semper faciet in futura.

Symbolice Hugo: Recte, ait, dicitur, *quae adveniunt*; quia miseria poenae venit ad miseriam culpae, et simul conjungantur, et quamdiu durat culpa, durat et poena; quia vero in inferna culpa perennis erit, sic etiam poena. »

2. DIVITIAE VESTRAE PUTREFACTAE SUNT. — Haec est justa causa luctus et ploratus. Syrus, *opes vestrae corruptae sunt, et feturunt*; ex corruptione enim oritur potredo, ex putredine fetor. Divites avari malunt sua frumenta, vina, panes, carnes, pisces, ova, etc., in arcibus putrescere, quam ea dare pau-

peribus,isque emere celestes et aeternas opes, quae sane ingens est stoliditas, aequo ac crudelitas. S. Augustinus (vel quisquis est auctor), *lib. De Duodecim abusivis, tom. IX*, inter duodecim hanc ponit quartam. Prima abusus, inquit, est sapiens, et praedicator sine bonis operibus; *et cetera*, senex sine religione; *tertia*, adolescens sine obedientia; *quarta*, dives sine elemosynis; *quinta*, femina sine pudicitia; *sexta*, dominus sine virtute; *septima*, Christianus contentiosus; *octava*, pauper superbus; *nona*, Rex iniquus; *decima*, Episcopus negligens; *undecima*, plebs sine disciplina; *duodecima*, populus sine lege. Hinc Seneca avaros vocat opum arcas, *lib. De Remed. fortuit.* « Magnam, inquit, pecuniam habet, hominem illum iudicas? area est. Quis avarus, qui plenae loculis invidet? Et iste, quem dominus in pecunia divites, pecunie loculus est. Multum habet: utrum avarus, an prodigus est? Si avarus, non habet; si prodigus, non habebit. Iste quem beatum credis, saepe dolet, saepe suspirat; multi illum comitantur: malis muneribus sequuntur, cadavera lupi, frumenta formicae: praedam sequitur ista turba, non hominem. » Nam, ut ait Isidorus in *Eginitione*: « Multi pecuniae, non hominis cognati sunt. »

Notat S. Chrysostomus, *orat. De Divit. et Pauper.*, pecunias graeco *τοις χρηματι* a *χρημα*, id est *uti*, quod is utendum sit, illeque expendende in nostram et aliorum utilitatem: servi esse, a servare eas quasi in custodia; domini, eas expendere. Avaris ergo quasi servis *χρηματα* non sunt *χρηματα*, sed *κρηματα* *systemata*, id est possessiones tractiles; imo *χρηματα*, id est formicarum domicilia. Quocirca idem Chrysostomus, *hom. 15 in Joannem*, prudenter monet, ut opes fugacis per manus pauperum in caelum, quasi in asylum transmittamus, eas ibi post mortem reperiri. Et S. Augustinus, *serm. 50 De Tempore*: « Quid, ait, sum pauperes, nisi latrarii nostri, id est bajuli? Das latrario tuo, ad caelum portat quod das. » Et mox: « Perdes quod dedisti; sed sequeris quo misisti. Non sine thesauro remanebis, sed quos habebas in terra sollicitus, habebis in caelo securus. » Et S. Ambrosius, *lib. De Nabute*, cap. xiv: « Custos, inquit, es, non dominus facultatum, qui aurum terrae infodis: minister utique ejus, non arbiter. Vende potius aurum, et eme salutem; vende lapidem, et eme regnum Dei; vende agrum, et eme tibi vitam: ternam. » Et mox: « Necis, o homo, struere divitias: si vis dives esse, esto pauper saeculo, ut sis dives Deo. Dives fidei, dives est Deo. Qui dives est in misericordia, hic dives est Deo. Dives in simplicitate, dives est Deo. Dives sapientiae et scientiae, dives est Deo. » Et cap. xv: « Quicumque igitur patrimonio suo tanquam possessione non utitur, qui largiri pauperi, et dispensare non novit, is suarum servulus est, non dominus facultatum: quia aliena custodit ut famulus, non tanquam dominus suis utitur. In

hujusmodi ergo affectu dicimus, quod vir divitiarum sit, non dividit viri.»

ET VESTIMENTA VESTRA A TINIS COMESTA SUNT, — *ἐσθλοῦρα ἴφρησ*, id est, facta sunt tiniosa, sive lineis olivacea, pura lala ut a lineis rodantur, quibus pauperes nudos vestire debeatis, qui proinde in die iudicii sceleratam vestram avaritiam accusabunt et damnabunt. Unde Origenes hanc referens ad sequentia: « Divitia, aut vestra, quas sicut ignem thesaurizatis, comedant carnis vestras: putredo autem divitiarum, et corrosio indumentorum a tinis, et aerugo aurum et argentum contra vos testificantur, et avaritiam vestram arguit, quod nemini eas distribuere volueritis. Ideo, inquit, in extremis diebus, adventus sancti Domini, divitias vestras sicut ignem, in purgationem vestram reconditis et thesaurizatis reperietis. » Hinc avaris istis et tiniosis Deus minatur se fore tiniam eam corrodentem: « Et ego, inquit, quasi tinis Ephraim, et quasi putredo domui Juda, » *Gen. v. 12*. Nota physis ex Plinio, lib. XI, cap. I, in: « Pulvis, inquit, in lanis et vestis tinias erant, praecipue si aranens una includatur: sicut enim, ut omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. » Hinc Horatius, lib. II, *satyra 2*:

Qui stragula vestis,
Blattarum se tiniarum caelestis, potestis in aera.

Que stullitia, quo sevitia, dare vestes comedendas tinis, quibus in pauperes distributis, amissis estiam? In quibus concillasset tibi gratiam non tantum pauperum, sed et Dei celestium: que omnium? Vere enim dicit fidelis illud M. Antonii: « Hoc habeo, quodcumque dedi, » teste Seneca, lib. VI *De Benef.*, cap. III.

Porro lineas a vestibus arcent herbe odoriferae is opposita, ut lavandula, rasmarius, mentha; aut amara, ut absinthium, teste Plinio, lib. XXVII, cap. VII; aut si olei amara decocta cistam perlinas, teste Catone, lib. *De Re rustica*, cap. XCIV. Ita mysticum tiniam et cariem, id est, corruptionem animae, que fit per otium et avaritiam, arcent odorata virtutum opera, et amara carnis mortificatio, et obata charitatis et misericordiae exercitia.

Moraliter nota: Sicut elemosyna elemosynarios efficit divites, uti patet ex Vita S. Joannis Elemosynarii, et ex S. Chrysostomo, hom. 33 *ad Populum*, cuius hic est titulus: « Quod elemosyna sit ars omnium questuosissima; » ille ex adverso immisericordia et avaritia avitum, hoc divitem, depauperat, adeo ut opes ejus seipsas instar tinem consumant: sicut feruntur penae aquila, si pennis aliarum avium miscantur, eas vorare et consumere. Sola enim Deus segetes, fruges et opes avitorum inmissis locustis, tinis, arundine, hostibus disperdere, juxta illud *Prov.*, cap. XI, vers. 26: « Qui abscondit frumenta, male dicitur; benedictio autem super caput vendentium. »

Ita Joannes Moschus in *Prato Spir.*, cap. LXXXV, narrat in monasterio abbas Theodosii triticum omne fuisse corruptum, eo quod monachi consuetam et statutam a Theodosio elemosynam, ob avaritiam caritatem pauperibus subtraxissent, ac pro quingentis modis, quos de more dari erant pauperibus, quinque millia modiorum perdidissent. Unde abbas eos arguens: « Quantum, inquit, nobis ipsis nocuimus? Iusto proleto mala egimus, unum, quia mandatum Patris nostri preterivimus; alterum, quia spem in Deum non habuimus, sed in horreo nostro. Vel ex hoc discamus, fratres, quia fons est qui disponit omne genus humanum; quodque S. Theodosius invisibiliter pro nobis filiis suis curam sollicito gerit. » Noster Delrio, tom. II *Magic.*, lib. III, part. 1, Quest. VII, ex Petro Bialo narrat Suevum quemdam opulentum, instante avaritia caritate, comissem omne frumentum, ut caro venderet: cumque pauperi illud solito pretio nollet vendere, pauperem ei dicitur impreatum, atque illico visos fuisse nigros boves (utique demones erant specie boum) in horreo, qui omne frumentum absumperunt. Idem de multis monasteriis legitur, imo vicinis, scilicet ea fuisse opulenta quamdiu liberales dederunt elemosynas; ut ubi eas restrinxerunt, Deum pariter restrinxisse suam manum, eo proventus annos iniquos. Festive quidam euidam hujus depauperationis causam perquirenti, hanc dedit: « Date, inquit, et dabitur vobis, » sunt sorores iugiter sibi associatae a Christo, *Luce vi. 38*: vos unam expulstis, nimirum « date; » sororem ergo expulsam secuta est soror altera, nimirum « dabitur vobis, »

S. Paulinus, Nole Episcopus, integram in mari perdidit navim frumento onustam, eo quod uxore ejus iussa dare pauperi panem qui unum domi erat reliquus, cum non didisset; uti habet ejus Vita.

Memorable est quod scribit Sigebertus, et ex eo Baronius, anno Domini 603, omnia stulitia navis ejusdem fuisse conversa in saxa, eo quod nauclaeus pauperi pelenti elemosynam disiecit se in mari nisi lapides habere; ac pauper ditius et improcutus, optasset omnia verti in lapides.

Aliis prodigiis idipsum saepe declaravit Deus, quibus opes et bona a se hujus illive provincia dicta subtraxit, eo quod aliqui sibi solis tyrannice ea vindicarent, aut tributis ea onerarent. Audi tria talia recensentem Athenagor, lib. III *Primum*: « Philarchus, inquit, scribit cum ante et iniquum et nunquam Aegypti faba sereretur, aut sata cresceret, preterquam in Aegypto, Alexandro tamen, Pyrrhi filio regnante, in Epiri palude quadam enatam casu fuisse, ac toto biennio abunde fructus peperisse. Cum vero presidium Alexander ibi collocasset, quo arcerentur, non ita tantum qui decerpere relleat, sed illi etiam qui eo commensari vendendi gratia, exsiccata fuisse paludem, et in posterum non solum ejus fabae non genuisse plan-

tas, sed nec jam inde aquam in ea fuisse conspectam. »

Secundum accidit et in Epiro per miraculum. Nam procul a caeteris aquis rivulus, mari vicinus, gelidam aquam fundens emicuit, cuius potus agris plurimum auxilium habebat, ideo confluentibus illo nullis etiam a locis remotioribus, ut aquam hiberent; Antigoni vero duces cum res principis administrare diligentibus coperent, et hiberatos vectigalis nomine pendere quippiam jussissent, evanuit illa scatebra. »

Tertium: « In Troade cum antea cuvis permitteretur salem Tragasaeum auferre gratis, inox ut Lysimachus inde salarium tributum exigi mandavit, illic postea nihil salis visum est. Admiratus id Lysimachus tributum remisit, continuoque sal rursum exiit. » Haec Athenaeus. Similia plura exstant in historiis. Avaritia ergo dona Dei auferit, et fontem divinae liberalitatis exsiccato: quia non patitur Deus ut que ipse omnibus liberaliter eroget, a paucis usurpentur, onerentur aut restringantur.

3. AUREUM ET ARGENTUM VESTRUM ARGINAVIT, — custoditum in aera situm, et arginiam vel potius auriginem contraxit. Sicut enim aurum vitium et corruptio dicitur aerugo, ac ferri ferrugo, sic aurum dicitur aurigo. Verum sicut aes significat quamvis pecuniam, etiam auream et argenteam, quia prima veterum pecunia fuit aera, teste Plinio, lib. XXXIII, cap. III, unde et avaritiam vocatur gazophilacium; sic pariter ejus vitium vocatur aurigo. « Ferrum et aes, ait Philo, lib. *De mundi opificio*, aliasque hujusmodi naturas comperit habemus sua ipsa sponte excolere, cum videlicet rubigo gliscens eas absumit instar morbi serpentis. » Seneca est, *q. d.* Vos, avari, aurum et argentum in aera asservatis ut corruptatur et arginiet; quare illud quasi idolum vestrum colitis, ac Deum verum spernitis, quia non vultis communicare ea quae ipse voluit esse communia; sed pecuniam quamvismodi quodcumque custoditis et conditis in aera, adeo ut illam tangere et expendere non audeatis. Unde Apostolus avaritiam vocat « idolorum servitutem, » *Gal. vi. 20*, et *Ephes. vi. 7*: vide ibi dicta. Hinc veteres pecuniam fecere deam, ac deos fecere Aesulanum et Argentinum, teste S. Augustino, lib. IV *De Civili.*, XXI. Unde Propertius, lib. III, *eleg. 13*.

Aurum omnes victa jam potestate colunt.

Hinc S. Basilius, hom. 7 *Contra divites avaros*, eos comparat gryphis et draconibus, qui generantur in locis ubi gignitur aurum, ut illud custodiant; uti narrat, vel potius fabulantur Poesa.

Nota aurum et argentum vere arginiam contrahere. Id enim docet S. Jacobus hinc, et Baruch, cap. VI, vers. 3 et 23, ac Sapiens, *Prov. xxv. 4*. Item experientia et ratio: quia sicut alia metalla, sic et aurum vetustate vitiat, minuitur, consumitur: quod vitium vocat Jacobus arginiam;

proprie tamen arginiam et rubiginem, id est, sicut coloris laterici, sive viridis et humidus, contrahit aes et ferrum, non aurum et argentum, uti docet Plato apud Rhodiginum, lib. XIII, cap. XXX, et Sappho ita de auro canit: « Quia Jovi prognatum aurum, ipsum neque tinia, neque cassus reddidit; » et Plinius, lib. XXXIII, cap. III: « Super caetera, inquit, non rubigo ulla, non aerugo, non aliud ex ipso, quod consumat bonitatem, minuatve pondus, » scilicet tam facile et cito, ac fit in aliis metallis; aere tamen et tarde consumitur quoque bonitas auri, et pondus minuitur. Rursum nota: « *ae ipse*, quia caetera metalla sensim ex se ejiunt sordes et quasi faeces, uti oleum ejiit amurcum, quae causant arginiam: aurum vero sibi purum sit, nihil sordium ejiit; aliunde tamen, puta ex terra locoque humido, viscoso, mucido, situm et mucoreum aequae ac aquae alia res contrahit; atque ex calce, vitriolo, aqua ferri corrosionem et vitium quasi arginiam patitur, ut experientia constat. Denique aurum sepe non est purum, sed est aurichalco, aliaque res mistum, et tunc arginiam contrahere omnes consentiunt: imo qui eandem monetam auream, auro miscet aes, ut illud colliget; idque ea proportione, ut undecim partes sint auri, duodecima sit auri. Hinc Festus censet aurum dici a custodiendo, quod scilicet se custodiat, aut custodiatur ab avaris: graece enim *ἀγρία*, custodia dicitur; unde et thesauri nomen. Alii aurum dici censent, quod mentes hominum avertat. Hippocrates ab inventore, quem vocatum dicit Auryon, putat dici aurum. Alii ab aurore, quod illi colore est simile. Praedare Isidorus Pehsiolo, lib. II, *epist.* 146 et 233, ostendit divitem dies noctesque tam dure cruciari, ut inferorum supplicium jam perpeti videatur. Iugum enim terrore agitatur dum latrones timet, potentiores veretur, famulis non credit; et aliquando a filiis non solum morti, sed et vivi spoliatur.

ER ARGO FORUM IN TESTIMONIUM VOVIS (SYRUS, contra eos) ERIT, — *q. d.* Ergo in Dei tribunal testis erit vestra crudelitas et avaritia, tactoque vos accusabit et damnationis rogos peraget, quod aurum vestrum mala fideis corruppi et perire potius, quam uti pauperes expendere. Ita Caesarius Arelatensis, hom. 7, agens de elemosyna, ait se terri hac Jacobi sententia: « Quis forte aliquidque, inquit, evenit, ut per negligentiam vestimenta mea, quae debebant accipere pauperes, devorarentur a lineis; et timeo ne mihi ipsi pauci ad testimonium proferantur in die iudicii, secundum illud quod Jacobus Apostolus perhibet increpato, diceas: Agite nunc, divites, turbate et inulate, » etc.

Praedare Seneca, lib. III *De Ira*, cap. XXXIII: « Avaritia, inquit, iterum sub terras refert quo male egressa. » Praedare S. Basilius, hom. 7 *in divites avaros*: « Grandis profecto insaniam est, inquit, primum, in metallis aurum lactans omni diligentia in laeem proferre, ac ex hamo recti-

dere; deinde semel effossum rursus in terra occultare. Nam quicumque hoc facis, profecto et cor simul fodere videris; dicitur enim, *Math. vi, 21*: Ubi thesaurus tuus, ibi et cor tuum. » Congruenter S. Ambrosius, lib. II *De Jacob et Vita beata*, cap. vii: « Multi defosso auro incubant; aurum eorum sub terra, et cor eorum sub terra: aurum ergo tu et cor tuum terre vivis infodias. » Depingit hic S. Jacobus avarorum ingenium: quo plures corraserunt opes, eo illas amant ardentius; eo difficillius erogant in egenos; adeoque sibi putrescere malunt, quam alius professo. Verissimum est illud S. Hieronymi: *ad Paulinum*: « Avaro tam deest quod habet, quam quod non habet. » Et illud Seneca, *epist. 108*:

Deum impio multa, avaritia omnia.
In aulico avaro brevis est, in se passim.

Et illud P. Mimi: « Avarus nisi eum moritur, nihil recte facit; » moriens enim opes alii is usuris reliquit. Vera Horatii, lib. II *Carm.*, ode 2:

Crescit indolens sibi diem hydros,
Nec sitim patit.

Quia nimirum, ut ait Ovidius, lib. I *Fastorum*:

Crescent et opes, et avarum furiosus capulo:
Et cum possident plerima, plura petunt.

Sapienter itaque Seneca, lib. II *De Beneficiis*, cap. xxvii: « Eo majora cupimus, quo majora veniunt; multoque conciliator est avaritia in magnarum opum congesta educta: ut flammam infinito accitor vis est, quo ex majore incendio emittit. »

MANDUCABIT CARNES VESTRAS SICUT IGNIS. — *g. d.* Quia vos ex avaritia permixtistis eruginem manducare aurum; hinc pariter erugo manducabit carnes vestras in gehenna; nam per que quis peccat, per hanc et torquetur, *Sapient. xi, 17*. Manducabit, inquam, non physice, sed moraliter; quia ejus demerito, ac propter illam ardebit in igne gehenne, uti tamen ut non consumamini, sed vivi semper ardeatis in eternum, uti ardet dives Epulo, *Luceo xvi, 24*. Erugo enim erit causa cur ignis gehenne manducet, sicut est, urat et cruciat, carnes vestras. Hoc est quod ait Isaias, cap. I, vers. 41: « Ego vos omnes accendentes ignem, accineti flammis ambulabitis in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis. »

Ita S. Gregorius Turonensis, *De Gloria Martyr. cvi*, narrat ex sepulcro cujusdam feminam avaram audita lamenta, et vocem dicentem se in igne auro torqueri, eoque aperto Parochum vidisse aurum liquefactum cum sulfure in os defunctae infundi.

Et Jacobus de Vitriaco Cardinalis, in *Spec. ctemp.* dist. 9, cap. cccxvi, narrat quod, aperto sepulcro cujusdam usurarii, visi sunt bufones aureos ardentes per os ejus projicere, et de ventre iterum extrahere. Alii dicunt demones pecuniam in sar-

tagine liquefuisse, et in os defuncti infudisse, dicentes cum clamore horribili: « Aurum sistsi, aurum bibe. » Noluit hanc avari. Causa est, quod justo et congrue ignis avaritie puniatur igne gehenne, et ignis cupiditatis igne conflagrationis. « Avaritia enim, ait S. Basilus, hom. 15 *De avaritia*, malum est quod stare nascit aut quiescere, sed ignis nature similes. » Et mox: « igne vehementior est, omnia continuando finibus suis occupat; ea quo sunt vicini sibi auferi: mox ubi alium sortitur vicinum, et que illius sunt, ad se rapit. » Et S. Gregorius, lib. XV *Moral.*, cap. xii, alias x: « Avaritia, ait, desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: nam mora ignis cum lingua que consumit accepit, accrescit; et unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post coarctur dilatari. »

Triplex ergo igne ardet avarus: primo, cupiditatis; secundo, curarum et sollicitudinum ardentium ad opes comparandas et augendas; tertio, gehenne. Alludit S. Jacobus ad illud *Michea vi, 10*: « Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, et mensura minor ire plena. » Vide ibi dicta. Hinc et Syrus *versu* ignis refert ad sequens, *theaurizastis*; vestit enim, ignem coarctastis vobis in dies extremos. Quod (Ecumenius sic explicat, *q. d.* Opes vestre quas sicut ignem thesurizastis, comedent carnes vestras, et in novissimis diebus, adventus scilicet Domini, reperietis opes vestras sicut ignem, in perniciem vestram reconditas et thesurizatas.)

Hoc spectant exempla avarorum, qui auro suo puniti vel coacti sunt. Parthi, caeso Crasso, aurum in os occisi infuderunt, aequae ac Tomyris, regina Scytharum, in os Cyri coesi, dicens: « Aurum sistsi, aurum bibe. » Idem fecit Mithridates Aquillo Romano duci. Eodem supplicio avorum memoria Sigismundus Imperator multavit Philippum Florentinum, ducem sumum contra Venetos, quod in Hungaria re infecta auro corruptus revertisset. Ita Scabellianus, *Ecceles. ix, lib. IX*.

Memorable est quod scribit Hailtonus Armenus in *Historia de Tartaria*, cap. xxvi. Anno Christi 1208, inquit, Caliphas, Babyloniarum, turrim habebat refectam auro, argento et variis lapidibus preciosis: atque obsidione cinctus, ne thesauros attingeret suos, contempsit milites evocare. Verum expugnata demum urbe captus, et vineulis constructus, in illam ipsam turrim, omni prosus subducto cibo inclusus est: ea insuper objurgatione inerepitas: « I nunc et famem depelle thesauris istis, quos tam avido sistsi. » Auro post fame coactus, inter aurum et gemmas miserandum in modum expiravit.

THESAURIZASTIS VOBIS (ad vestram damnationem) **IRAM IN NOVISSIMIS DIEBUS.** — *g. d.* Voluistis studiose coarctare aurum verum; ad coarctastis non aurum, sed thesaurum ire; et consequenter vindictae Dei, puta thesaurum ignis inferni, ad quem ille vos damnabit in die judicii, ut eo ar-

deatis per omnem eternitatem. Thesaurus vocatur tria: primo, ingentem copiam ire et ignis; secundo, quod ea impiis reserretur in locis reconditis, puta in inferno, aequae ac in mente et decreto Dei; tertio, quod ab oltano tempore, puta ab aeterno, illa ipsis reservata et preparata sit; nam, ut ait Paulus Jurisconsultus, *de acquirendo rerum dominio*, L. nunquam: Thesaurus vocatur vetus quaedam depositio pecunie, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habet; thesaurus enim vox est Graeca; dicitur enim quasi *thavos* et *thavos*, id est, repositus in crastinum, id est, in futurum. Verum S. Bernardus, serm. *De Tripl. miseria*: « Tibi, inquit (peccatorem alloquitur), thesaurus ire thesaurizastis pro prorogatis thesauris misericordiae, quo contentis, et evacuis in misericordiam Dei; » imo vero pro denegatis thesauris misericordiae, et exhibitis immiseriordiae, quibus pauperes vacuus a te abegisti. Denique vox thesauri significat avaros quotidie eum, contento et indefesso studio, per modicas additiones accumululare et augere, ita ut tandem in ingentem cumulum accrescat. « Tu minutatim imponis, sed postea cumulum invenies; attende minuta peccata quotidiana; de minutissimis enim guttis flamma implentur, » ait S. Augustinus, *Contra Advers. legis et Prophet.*, t. Idem, in *Psalm. lxxxix*, docet justos omnia sua misericordiae opera mittere in thesaurum coelestem; impium vero opera mala, ut immiseriordiae, mittere in thesaurum gehennalem, qui eum post mortem expectat.

In ex adverso Tiberinus Imperator effosus erat in pauperes, ac Sophie Augustae obijcienti hanc professione minui fiscum, respondit: « Hic est magnus thesaurus, dicente Domino: Thesaurizate vobis thesauros in caelo. Ergo de quo Deus dedit, congregemus pro pauperes in caelo, ut Dominus nobis angere dignetur in saeculo. » Ita factum: nam mox ingentem sub cruce defossum reperit thesaurum, uti narrat Gregorius Turonensis, lib. V *Histor.*, cxx.

Alludit Jacobus partim ad illud, *Deuter. xxxii*: « De vinea Sodomorum vinea eorum, et de suburbanis Gomorrhae, etc.; sed draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile. Nonne hanc condita sunt apud me et signata in thesauris meis? » Partim ad illud, *Rom. ii, 5*: « Secundum duritiam tuam et impenitens cor thesaurizastis tibi iram, in die ire et revelationis justi judicii Dei. » Illa enim Epistola ante hanc scripta est, imo hujus scribendae fuit occasio, uti dixi in *Prooemio*. Sapientior fuit Job, qui libens pro Deo omnia sua perdidit, et nudus revertatur illuc. Quae verba profunde expendens Origenes, lib. I *in Job*: « Non ridebit, inquit, de me diabolus. Nudus exivi de utero matris mese, nudus ibo sub terram. Nihil habui cum venissem, nihil requiro cum iero. Nihil attuli natus, nihil hinc auferam sublati. Nudus ibo, nudus peculio, sed et pec-

cato; nudus divitiis, sed et impletatibus; nudus substantia, sed et injustitia: hanc enim substantiam consequitur. Non comitantur rorem neque malignitas, neque iracundia, neque superbia, neque cupiditas: nudus ero. Non sum ut illi do quibus dicitur: Quia non habuerunt tegumentum, inferno vestiti sunt: nudus malis omnibus ibo, bonis vero omnibus indutus, justitia vestitus, sanedate circumdatus, charitate ornatus, misericordia et bonis operibus coronatus. Beati sunt, et beati erunt, o gloriose Job, qui te imitari fuerint, omnes qui post te cum fiducia poterint dicere: Nudus exivi de utero, nudus et ibo in terram. Vae autem illis qui rudi venerunt, immeritis autem injustis et impietatibus pregravati ibunt in terram: tales vestientur calamitate et miseria, in die justi et personam non accipientis judicii Dei. »

4. ECCE MERCES OPERARIORUM. QUI MESSUERUNT REGIONES VESTRAS, QUI FRAUDATA EST A VOIS, CLAMAT — in orbem, possens vindictam a Deo tam atroci injuria: operarii enim pauperes sunt, et laborando pro vestus et frigora exauriant suum *pecuniam* et sanguinem: nec habent unde ea restaurant. Vilitant enim ex mercede diurna: quare si ea illis negetur, fame, sili et nuditate perire debent tam ipsi, quam eorum conjuges et filii. Unde hoc peccatum comparatur homicidio *Eccl. xxxiv, 27*: « Qui effudit sanguinem, inquit, et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. » Et *vi, 22*: « Ne ludas servum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. » Quocirca Deus Justus preceperat, ut ante vesperam operarii egentibus dabunt mercedem solvent: Non negabis, inquit, mercedem indigentis et pauperis fratris tui, sive advena qui tecum moratur in terra, et intra portas tuas est; sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante soles occasum; quia pauper est, et ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad Dominum, et repletur tibi in peccatum. »

Idem refertat jubetque filio suo Tobias, cap. iv, 15; quin et Christus in parabola operarii *Matth. xx, 8*, jubet singulis vespere dari denarium diurnum.

Porro in voce clamat est catachresis et prosopopoeia. Fingitur enim fraudato mercedis esse persona tam crudelis, adeoque crudeliter in pauperes saeviens, ut ejus tyrannis et saevitia non tantum hominibus sit exosa, sed et Deo, atque fraudantes apud eum accuset, et contra illos ab eo postulet vindictam. Clamor ergo hic non est aliud quam enormitas et atrocitas sceleris, ut excusari vel occultari nequeat, quae Dei aures et oculos verberat, eumque ad iram et vindictam impellit, adeo ut vincatur pietas Dei, ac punire cogatur, nec possit peccata differre, ait Salvianus, lib. I *De Provid.*, cap. 1 et ii. Sic terra oppressa dicitur clamare, *Job xxxi, 38*: « Si adversum me terra mea clamat (petens vindictam pro justo suo domino,

quasi inique a me possessa, aut quasi non solvendi operas mercenariis, justamque mercedem colonis, et cum ipsa sulci ejus desent a hanc meam tyrannidem, qua colonis lacrymas fletumque exivi: et fractus ejus comedi absque pecunia, et animam agricolam ejus affixi: pro frumento oriatui mili tributus, et pro hordeo spina. » Notent hoc principes, qui suos colonos vel subditos cogunt laborare gratis; item ministri principum, qui millibus non solvant stipendia, itaque eos cogunt vel famę et terram mori, vel furari et opprimere agricolos, vel rebellare; unde oritur periculum, et exitum reipublice, ut in Belgio sepius oculis meis ingenti dolore conspexi.

Porro quatuor sunt enormia peccata, que in Scriptura dicuntur clamare in celum. Primum est homicidium voluntarium, Genes. iv. 10: « Vox sanguinis fratris tui (Abel, quem occidisti, o Cain) clamat ad me de terra. » Secundum, peccatum Sodomiticum, Gen. xviii. 20: « Clamor Sodomorum et Gomorhe multiplicatus est, » etc. Tertium, merces operariorum defraudata, ut patet hoc loco. Quartum, oppressio pauperum, Eccli. ii. 23: « Ingemiscentes filii Israel propter opera vociferati sunt, ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. » Et Eccli. xxv. 18: « Nomen lacryme viduis ad maxillum descendunt, et exclamatio ejus super deducendum eus? A maxilla enim ascendunt usque ad celum. » Sic Jeremias minatur Judæis captivitatem Babilonicam, eo quod servos suos oppresserit, cap. xxiii. vers. 14; et Amos, cap. vi. vers. 6.

QUE FRAUDATA EST A TIBIS, — *ἀνεργάτης*, id est, que ablata et crepta est a vobis sive per fraudem, sive per vim, sive per calumniam; quicumque enim dammum alteri injuste infert, quomodocumque id faciat, dicitur eam suā re defraudare. Syrus, *quam perverit demegasti*.

ET CLAMOR (græce αἰὼς, id est clamores) EORUM (qui messuerunt: hoc enim est Græcum *μεικτών*) IN AGRIS DOMINI SARATHI INTROIVIT, — *g. d. Clamor eorum exauditus est a Deo, qui etiam eorum faceret vindictam. Ingressio orationis acceptatio ejus est.* » Id S. Augustinus in Psal. lxxxvii. Ex alio verso: « Excommunicatur ab Ecclesia oculi oratio ejus qui ad pauperis clamorem obtulit aures, » ait Hugo Card. lib. Porro *re sabath* habet emphasis: Deus enim dicitur *sabath*, id est exercituum, puta angelorum, falanum, grandinum, leonum, leporum, februm, pestilentiarum omniumque creaturarum: hæc enim militant Deo, ut ad ejus nuntium insiliant in ejus hostes, palam peccatores, eosque quasi carniſes plectant. Ita Deus sideravit Pharaonem et Egyptios fulminibus et tonitris in mari Rubro, erumque eorum et spolia dedit Hebræis, ut rependerent mercedem operum et laborum eis debitam, et injuste ab Egyptiis negatam, juxta illud Sapient. x. 17: « Reddidit Deus justis mercedem laborum suorum, etc.; inimicos autem illorum demersit in mare, et ab altitudine inferorum

eduxit eos. Ideo justi tolerant spolia impiorum, et decantaverunt Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt pariter. » Vide dicta Ezechi xi. 2, et cap. xii. vers. 23.

3. *EPLULATI ESTIS*, — *ἐπιβουλή*, id est, *delicati estis*. Epulæ significant tum delicias et copiam ciborum, vinorum, odorum, florum, unguentorum; tum splendorem mensarum, lætiam, seychthorum aureorum, argenteorum, etc., quibus irritatur gula, libido, ira, rixa omnisque cupiditas: unde epulas dicitur voluit quasi edipulas, ab *edendo*; vel epulas quasi epulentias vel opulentias, quod non nisi opulentorum sint, ut patet in divite Epulone, Luca xvi. 19. Ita Isidorus, lib. II *Etymol.*, cap. 1. *Idipulum* significat Græcum *επιβουλή*, scilicet luxum et delicias. Unde Sapient. xii. vers. 11: « Postulaverunt, ait, scas epulationis, » græce *ἐπιβουλή*, id est cibos lautos, delicias et exquisitos, quales habebat ille dives, Luca xii. 19, dicens animum suum: « Requiesce, comede, bibes, epulare, » in que verba scribens S. Basilius exclamavit: « O verba stultissima! o demeritum singularum! Nam si porcinam habuisses animam, quid aliud enumerare potuisses? Ita ne pecunias, et honorum anime ignaras, ut eam exceptas carnalibus epulis? » Porro epulones sibi lauti et liberales, aliis parci et crudelis sunt, isque non tantum elemosynas, sed et mercedem labori debitam negant, et corroperit eos quibus epulas instruat: unde apposite mercedi operariorum scribit Jacobus subjevit epulas, quasi casulas et finem: conpitas ergo individui sunt epulatio et immisericordia, crapula et crudelitas. Audi Ezechielum, cap. xvi. 40: « Ecce hæc fuit iniquitas Sodome sororis tue: superbia, saturitas panis, et abundantia, et olium ipsius et filiarum ejus; et manum egeno et pauperi non porrigebat. » Et Jeremiam, cap. xxii. vers. 13, de Joakim rege Juda: « Vis, ait, qui edificat domum suam in injustitia, et comacula sua non in iudicio: amicum suum opprimit frustra, et mercedem ejus non reddit ei. » Et Amos, vi. 6: « Bibentes vinum in plinias, et optimo unguento delibuti, et nihil patiebantur super contritione Josephi. »

Porro damna epularum sunt: Primum, hebetudo mentis: mens enim in epulis et ventre quasi sepelitur, unde ejus virtus et vigor evanescit. Quocirca Christus, Luca xxi. 34: « Attendite, ait, vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate. » Et Osee, cap. iv. vers. 14: « Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferent cor. » Vide illi dicta. Secundum, quod capitis stomachique dolores, febres, paralyses, apoplexias et innumeros morbos conciliant vitæque abbrevient. Unde illud vulgo tritum: « Plures occidit crapula, quam gladius. » Quocirca Antisthenes quodam predicante laudatis: « Hostium, inquit, finis contingit in deliciis vivere. » Ita Laertius, lib. vi. cap. 1. Crates videns quendam epulis impinguari: « O miser, inquit, desine adversus temet-

ipsam carcerem munitre. » Ita Maximus, *serm. 27*. Rursum delicias gulam longa irritatione cruciant. Unde Cyrus Persa suo suo Astyagi lautam oceanum instrumenti rogantique « annon omnia ista Medica melior esset Persæ, » respondit: « Nequaquam, avo; sed est multo simplicior et directior apud nos via ad anhelatam, quam apud vos. Nam ad hæc nos deducit panis et caro: at vos eodem quidem quo nos, tenditis, sed per multas ambagines sursum deorum vagantes, vix tandem eo pertingitis, quo nos jam dudum perveneramus. » Ita Xenophon, lib. 1. Hinc spectat illud Dionysii, Sicilia tyranni, apud Eusebium, lib. viii *Prepar.*, cap. v: « Illis animalibus similes sumus, quibus comendendi hibendique non ad aliud, quam ad perniciem suam copia sibi offerri. » Ardenter vero intonat S. Chrysostomus, hom. 34 ad *Populum Antiochen.*: « Tempus est bellii, tempus certaminis: tu vero sedes in deliciis? Stat atrilens dentibus adversarius, in autem mensis vacas? Christus famis tabescit, et tu voracitate temetipsum distendas? Numquid mactandi sumus, quoniam non ipsos saginamus? » et Clemens Alexandrinus, lib. II *Pedagogi*, cap. 1, etiam medium: « Est autem valde a ratione alienum et inutile, et nequaquam humanum, peccatum more pinguefactum morti nutiri. »

Tertium, quod epulonem ad pauperitatem redigit. Hinc monet Sapient. Prov. xxii. 20: « Noli esse in convivio potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conforant: quia vacantes potibus, et dantes symbola, consumuntur, et bestietur pannis dormitatio. » Hellogabalus, postea Imperator, cum delitioso viveret, reprehensus a quodam qui dicebat: « An non times ne post delicias pauper fias? » respondit: « Quid melius, quam ut ipse mihi hæve sim, et uxori mee? » Ex epulis ergo oritur paupertas, ex paupertate furti, proditiões et eversiones urbium et rerum publicarum. Quocirca Lyceus ex Sparta sustulit delicias omnemque luxum, teste Plutarcho in *Luca*.

4. *Quartum*, quod animi harmonium dissolvat, faciatque protervum, procerbum, litigiosum, rixosum, pugnantem. « Qui vis? cuius patri vis? cui rixæ tui forent? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino et student calicibus epulandis? Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenderit in vitro: color ejus: ingreditur blande, sed in noxissimum mordabit ut coheret, et sicut regulus venena diffusum, » Proverb. xxii. 20. Quocirca vere S. Basilius, hom. *De Paralysia*: « Corpus, inquit, abunde saginatum, et anima illi immersa, et ad peccandum proclivis facta, compendium quoddam est ad lasciviam et proceritatem, ac simul omnia ea que vitia sunt. » Ita Diogenes cognomento Cynicus, id est canis, vel caninus, roganti « qualis ipse esset canis, » respondit: « Esuriens, sum Mellitus; satur, sum Molossus: » eo quod

esuriens blandiretur, satir morderet, omnesque turperet. Ita Laertius, lib. vi.

Quantum, quod hominem facit ineptum ad vigilantiam, laborandum, pugnam, studendum, orandum, eumque reddat quasi bestiam et porcum, imo eadaver vivum, ut ait Sophocles in *Antigono*; unde epulones et ebrios incapaces sunt disciplinæ, morionis, gratiæ divine, Sacramentorum et rerum salutis æternæ; ut pene eorum salus sit desperata. Tota enim eorum mens, totus sensus est in palato et ore, non in corde. Delicia ergo non sunt aliud quam perditio sanitatis, temporis, honoris, castitatis, corporis et mentis. Delicidii enim plus sapiunt palato quam cerebro, juxta illud:

Sunt epulas in solo est sapientia lota palato.

Quocirca Clemens Alexandrinus, lib. II *Stromat.*, cap. 1: « Iis, inquit, qui ad luxum mensuram propensi sunt, et suos sibi marbos emulgent, præest demon helluo maximus, quem ego non verebor appellare ventridemionem, demonum autem passimum et perniciosissimum. » Et inferior citat Platone dicens: « Mihi autem cum venissem, que illic beata vita dicitur, Hælicis et Syracusanis mensis plena, multo modo placuit, bis die saturum vivere, etc. Ex his enim nullus homo, ex his qui sunt sub celo, potest esse prudens, utpote qui mentem in ventre infoderit, similis pisci qui hoc, id est asinus, dicitur, quem dicit Aristoteles solum ex animalibus habere eam in ventre. Tales sunt hi qui in ventrem crediderunt, quorum bens venter est, finis interitus, » ut ait Apostolus, *Philip. iii*.

ET IN LUXURIS VENUSTIVIS CORDA VESTRA, — *Luxuria* hæc significat luxum epularum, vestium omniumque deliciarum: hæc enim emulgentur et saginantur corda et corpora epulorum; atque inchoant ad libidinem. Hoc enim significat vox Græca *ἐκλεπτική*; Syrus verit. *caninus epulatio*, per metalepsin, quia scilicet epulones mihi more inciderunt, solent lascivire, protervere, et in delicta, commenta et sanas erumpere.

IN ME OCCISIONIS (1). — Græca addunt hæc, id est *sicut*; *g. d. Continue epulati estis adeo splendide, quasi quotidie ageretis epulum solenne et diu festum, in quo solent Deo offerri et occidi vitium, ex hisque convivium instrui, perinde ac si omnes dies essent festi et epulis destinati. Secunde, tollendo tibi, id est sicut, uti tolli Nolter, sensus est, *g. d. Crebro intraxistis splendidissima convivia, in hisque vacastis ventri et venter: ut laxet non tantum ventrem, sed et nimium luxum conviviorum: dies enim occisionis est dies solennis sacrificii et epuli, quo milibus mactantur pecudes, aves et pisces ad instruendum**

(1) Alludi ad in die occisionis rectus interpretatur, *peccatis mactationis similes*. Indicavit igitur Apostolus elegantissima hæc locutione, que mala a divo numquam immittent, dam in otio et luxu distulcerat.

dum magnificentum convivium. Tales dies apud Gentiles erant Calende, Hilaria, Saturnalia, Charistia, Sponsalia, Repetia, Natalitia, Iudi, triumphii alique lecti et celebres, quibus instruebant epulas sumptuosissimas.

Sic hodie nonnullis in locis ii qui de Magistrali sunt, perpetua quasi agitant convivia, eaque splendida, idque ex errore non suo, sed communi populi, quod taxat hic Jacobus, tum quia excedunt in frequentia et splendore ferculorum; tum quia eos faciunt ineptos ad agendum consilia et iudicia, quae illis ex officio incumbunt ad recte administrandam rempublicam; item quia dant scandalum subditis, quibus praecedere debent exemplo modestie et sobrietatis. Sic autem privati festa Paschae, Pentecostes, Nativitatis Christi celebrant pompâ vestium et conviviorum, ad eaque se preparant multis diebus; ita ut negligant sacram confessionem, communionem et devotionem, etc., quia caro suffocet spiritum, in quos invenitur S. Bernardus, serm. 3 De Adventu.

Mystico, q. d. Epulamini et saginatis corpora vestra quasi hostias ad mortem, ut patetis epulum lumbriis et hantibus, aeque ac demonibus et gehennae. Similes ergo estis porcis, qui saginantur ad mactationem, ait Theodoros Studita, serm. 37. Unde Syrus verit: In detrita vicistis super terram, et sanna egistis, ac nutritivis corpora vestra tanquam ad diem mactationis. Sic ait Jeremias, cap. xix, 3: « Sanctifica eos in die occisionis, » id est, destina et prepara eos ad occisionem, ut scilicet impii Iudei mactentur a Chaldaeis: unde vers. 9, invitans bestias ad edaveram eorum devoranda quasi ad epulum solenae: « Venite, inquit, congregamini, omnes bestiae terrae, proparate ad devorandum. » El Psal. xxxiii, 22: « Estimati suntu sicut oves occisionis. » El Ezech. xxxii, 4, de Pharaone: « Projiciam, inquit, te in terram, super faciem agri abjiciam te, et habitare faciam super te omnia volatilia caeli, et saturabo de te bestias universae terrae. » Et cap. xxxiii, 3, de Gog et Magog: « Super montes Israel cades tu, et omnia agmina tua, et populi qui sunt tecum: feris, avibus, omnique volatili et bestiis terrae dedit te ad devorandum.

Alii permulti, et in die occisionis referentes ad sequentia, explicant de Christo et Christianis, q. d. « In die occisionis, » id est Paschalis, quo occidit soletis agnum Paschalem, » addixistis et occidistis justum, » puta Christum verum agnum qui tollit peccata mundi. Ita Eumenius, Beda, Hugo, Dionysius, Gagneius, Catharinus, Serrarius, Salmeron et alii. Rursum simplicius: « Justum, » id est justos Christianos, occidistis in die publico et solemniter, quem occisioni eorum destinastis, inquit Lyranus, ac denique me Jacobum cognovistis Justum simili die mox occidistis.

6. ADDIXISTIS — morti: graece enim est *ἔθηκεν*, id est condemnastis. Ita Syrus, unde se-

quitur et occidistis. Sic S. Gregorius, hom. 17 in Evangel. : « Ne apud justum iudicem, ait, nostra nos taciturnitas addicat, » id est condemnet. Quin et Cicero in Pisonem : « Huius ipsius domum everit, » ait, cuius sanguinem addixeras, » effusio scilicet, et morti. Perperam ergo Beda, Lyranus, Hugo, Dionysius et alii pro addixistis legunt adduxistis. Iudaei enim ad Christum conversi (quibus directe haec scribit Jacobus, ut patet cap. xi et seq.) per orbem sparsi multis in locis erant potentes, ut pecuniis testes et iudices corrumpere possent ad condemnandos innocentes et justos, quin et ipsi in nonnullis urbibus suos habebant iudices et magistratos.

Et occidistis justum, — tum Christum, ut paulo ante dixi: unde graece est *ἔθηκεν*, q. d. illum justum, eximium scilicet, et antonomastice, qui est princeps et parens justorum omnium, Ita Eumenius, Hugo et alii. Vel « justum, » scilicet S. Stephanum, qui fuit plenus fide et Spiritu Sancto, ac diaconus S. Jacobi; et potius justum quernlibet. Est climax sive gradatio: crescit enim oratio, q. d. Vos, o divites, non tantum mercedem operarii negastis, sed et occidistis innocentes et justos per calumnias, falsos testes, corruptos iudices, ut eorum bona invaderetis. Loquitur enim directe Christianis divitibus et avaris, ut patet ex praecedentibus, non Iudeis Christicidis; nisi quis cum Beda dicat ad eos quoque indirecte extendi sermonem. Jacobus enim illa fideles instruit, ut infideles non negligat, sed eos satagat ad Christum convertere. Est enim pontifex Hierosolymis agens proprie occidit Christum, tamen id fecerunt per plebem coram Pilato clamantem: « Crucifige, crucifige eum; » plebs autem haec collecta erat ex Iudeis toto orbe dispersis, ad quos scribit: hi enim conveniant Hierosolymam, ut ibi de more celebrarent Pascha.

Denique nonnulli pro occidistis, exponunt epulastis, depravatistis, ut ex ejus opibus et praeda epulas vestras (de his enim egit paulo ante) instrueretis. Tam dira enim bonorum depravatio, quae pauperes sepe fame et miseriis emori cogit, in Scriptura vocatur occisio, ut Eccli. xxxiv, 23: « Panis egenitum vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est; qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. » El Jerem. ii, 34: « In alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum, » ubi de pauperum praedonibus loquitur. Similis locus est Prov. xxii, 22.

Et non restitit vobis, — exemplo Christi, de quo ait Isaias, cap. liii: « Sicut ovis ad occisionem ductus, et quasi agnus coram tonante se obmutescet, et non aperiet os suum, » Ita fecere Sancti patientes et Martyres. Unde Tertullianus, lib. De Patientia, cap. xv, patientes os in adversis tacens, ait taciturnitatis honore signatum. Alludit Jacobus ad illud Isaias lvi, 1: « Justus perit, et non est qui recogitet in corde suo, » Ita olim Je-

rael per falsos testes occidit Naboth, ut ejus vineam occuparet, III Regum, xxi. Graece est *ἔθηκεν*, in presenti, q. d. Christus adhuc tacet, et non resistit vobis, o Iudei; sed post paucos annos resistet, rugietque ut leo, quando per Titum Hierosolyam et Jerusalem excidit.

Christum ergo secuti sunt patientes et Martyres, qui tyranno non restiterunt, etiam cum possent; imo ad rationem et lauream martyrii requirebant, ut non resistat, sed mortem pro Christo sponte accipiat, itaque voluntaria morte testimonium perhibeat fidei, eamque suo sanguine quasi obsignet, ut docet noster Lessius, lib. III De Justitia, cap. 1, dub. 3. Hinc Theologorum est axioma: Martyr non pugnat. Milites ergo qui pro fide pugnantem occumbunt, agunt ut milites, et militum locum et coronam sortiuntur, non Martyrum. Hoc est quod de Martyribus canit Ecclesia:

Calcatur gladius more hederum:
Non murmur resonat, usque querimonia;
Sed corde tacito mors bene conscia
Conservat patientiam.

Quocirca Thebena legio duce Mauritio, cum posset resistere Maximiano Imperatori, noluit, sed depositis armis, ac positus genibus, jugulum ei praebuit. Illi fecerunt decem milia militum duce Zenone, ac eodem mactati Romae ad Aquas Salviae: hi enim militibus non resistendo facti sunt Martyres.

7. PATIENTES IGITUR ESTOTE, — Graece *ὑπομονή*, id est, longanimes estote. Convertit sermonem a divitibus affligentibus ad pauperes afflictos, q. d. Tolerate, o Christiani, cum videtis vos a divitibus avaris et superbis, etiam Christianis, opprimi, ac tam injusta et dira pati: licet enim diu videatur persistere eorum tyrannus et gloria, aeque ac vestra oppressio et erumna, durate tamen, quia brevi adventiet Christus justus iudex, qui illorum tyrannidem acriter puniet, et vestram patientiam large remunerabit.

USQUE AD ADVENTUM DOMINI. — q. d. Patientes estote per totam vitam usque ad mortem et iudicium, tum particulari, tum universali: hoc enim ubi passim vocatur « adventus Domini, » Quare minus recte Eumenius « adventum Domini » dici censet, quo Christus venit ad excidium Hierosolyam per Titum et Vespasianum. Graece *ἔρχεται*, id est, usque ad praesentiam Domini, q. d. Adventum Domini, aeque praesentem vobis sistet, ac sua praesentia vos plane consolabitur.

ECCE AGRICOLA. — Exemplo agricolae docet, quomodo debeat esse longanimis, simulque docet eos haec in re debere imitari agricolae, eorumque spe se solari, q. d. Sicut agricolae multos magnosque subeunt labores arandi, serendi, sarriendi, coandi, etc., ob spem messis et fructuum, licet remotam et distantem, quam patienter et longanimiter expectant, ideoque durant in continuis la-

boribus: ita et vos, o fideles, sustinete fortiter et longanimiter omnia adversa, praesertim quae a divitibus et potentibus tot tantaque injuste patimini, spe mercedis et coronae celestis quam dabit vobis Christus iudex, ac licet ea differat aliquantum, durate tamen in vestra tolerantia, quia veniens veniet, et non tardabit multum, Habacuc ii, 3; juxta illud Christi promissum: « Ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuique juxta opera sua, » Apocal. xxii, 12. Vere Euripides apud Stobaeum, serm. 33:

Agricolam vita voluptatem capit,
Dum tranquillam spe futurorum solatur.

Et Tibullus, eleg. 6, lib. II.

Spes fovet agricolae, spes salicis crebris aratris
Semina, quae magno faucae reddidit ager.

Praeclare S. Ambrosius in Ps. lxxii, quem inscribit: « De interpellatione David, » ad illud vers. 1, Quam bonus Israel Deus, etc.: « Bonus, ait, huic semper est Deus, qui novit, quo tempore metat: et ideo quasi bonus agricolae, hic arat agrum suum quasi quodam rigidiore abstinentiae vomere; hic stirpat quendam humilitatem usque ad terram, sciens quia Deus de terra suscitavit inopem, et de stercore erigit pauperem; hic custodit fructus suos, ut illo saeculorum recordat, » Nec minus eleganter Chrysologus, serm. 103: « Credimus quod crux nostri corporis sit araturus; fides, semen; sulcus, sepulchrum; resolutio, germinis; expectatio, tempus: ut cum ver Dominici adventus ariserit, corporum nostrorum matura tunc viriditas vitaliter resurgat in messem, nescituram jam finem. » Quanta erit tunc et quam beata horum spiritualium agricolarum laetitia? O felices, inquit, labores, qui tam uberes nobis fructus protulerunt! Isaias ix, 3: Laetabuntur coram te sicut qui intantur in messe. Psalm. cxxv, 5: « Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent, » etc. Stat nimirum fides Apostoli sententia ad Galat. vi, 8: « Quo enim seminaverit homo, hunc et metet. » Et II Cor. ix, 6: « Qui parvo seminavit, parvo et metet: et qui seminavit in beneficiis, de beneficiis et metet. »

PRETIOSUM FRUCTUM TERRE. — « Pretiosum, » primo, quia fructus hic agricolis magni laboris et operum stat pretio. Secundo, quia in se pretiosus est, utpote vitam hominis sustentans, roborans et recreans. Tertio, quia magno pretio venditur.

NOTAT CLEMENS ROMANUS, II Const. cap. ult., S. Jacobum et fratrem ejus Judam fuisse agricolas, ideoque saepius exempla et similitudines mutuari ab agricolura. Sed hujus rei penes auctorem sit fides.

PATIENTER FERENS, — *ὑπομονή*, id est longanimiter agens, longanimiter laborans, longanimiter expectans. Ita Figurina, Pagninus et alii; unde

colices Graeci addunt *triticum*, id est in ipso, id est, ipsius scilicet fructum expectans; Syrus, *super ipsos*, scilicet fructus.

DOSES ACCIPIUNT TEMPORANEUM ET SEROTINUM. — Graeca addunt *sero*, id est *triticum* et pluviam. Ita Syrus. Imber temporaneus, id est praepropere, est qui tempestive, puta in octobri, depluit iacta semine, ut eam faciat germinare; serotinus, qui sero, puta in aprili vel maio, ad maturandus fruges. Vide dicta *Ierem.* v. 24, et *Osee* vi. 4. Segetes enim suum habent diem, cuius quasi aurora et mane sunt germina, seram et vespere est messis. Porro omnia spes frugum omneque bonum agricolae consistit in pluvia, sementi et messi opportuna, ut, cum hanc habet, videatur messem habere in manu. Unde Moses: « *Aperit, inquit, Dominus thesaurum suum optimum, coelum, ut tribuat pluviam terra in tempore suo, » Deuter. xxviii, 12.* Quaevis nonnulli per temporaneum et serotinum accipiunt fructum de quo processit; ac per fructum temporaneum accipiunt praecocum et primum, per serotinum tardum et posterius. Sic sunt fides praecoces in julio, et sero in septembri. Sic in eisdem arbore alia prima, citra, et prima primo maturescunt, alia sero et tarde. Idem est in agris et segetibus. Ita Hugo, Thomas Anglicus, Salmeron, Fevarientius et alii.

Unde mystice Beda haec applicans patienti: Fructus, inquit, iusti et patientis temporaneus est gloriae animae: haec enim statim datur post mortem; fructus vero serotinus est gloria corporis: haec enim dabitur sero, puta in fine mundi in die iudicii. Rursus, temporaneus est augmentum gratiae et iustitiae, quod illico datur in hac vita; serotinus, est corona caelestis, quae datur post vitam. Denique appositae ad priorem sensum de imbre: Imber temporaneus est gratia praesentis, serotinus est gratia subsequens, ait Hugo. Unde orat Ecclesiae: « *Tua nos, quosumus, Domine, gratia praevenerit et sequatur, ac bonis operibus jugiter faciat esse intentos. »* Idem in tentatione, ariditate et desolatione orandum insinuat hic S. Jacobus.

Rursus, imber temporaneus est initium fidei et virtutis, puta inchoatio vitae sanctae; serotinus est ejusdem profectus et perfectio. Allegorice S. Hieronymus in *Ierem.* v, et Cyrillus in *Zachar.* cap. x, per « *temporaneum* » imbrum accipiunt vetus Testamentum, quia prius datum; per « *serotinum*, » novum Testamentum, quia serius datum, et quia nos ad perfectionem gratiae et gloriae perducat.

8. PATIENTES IGHUR ESTOTE ET VOS, — *patientes*, id est, longanimes estote in patienti injuriarum divitum et potentum, q. d. « *Si agricolae haec patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro aeternis patientes esse debetis!* Estote ergo patientes, et confirmate coram vestra, ut adveniat iudice Christo laedi et pro-

hanti esse valeatis, » ait Anacletus Papa, *epist. 1.* Simili comparatione athlete, pugillis et studiosi Paulus incitat fideles ad constantiam in patienti et certando: « *Ornis,* » inquit, qui in agone contentis, ab omnibus se abstinet; et illi quidem et corruptibilem coronam accipiunt, nos autem incorruptam, *I Corinth. ix, 25.* Sane si quis attente consideret dolores et labores quos subeunt agricolae, athlete, milites, opifices pro modico lucro, erubescet quod pro Deo et caelo tam modica, tam frigide et aegre patiatur et agat.

ET CONFIRMATE CORAM VESTRA. — ut firmiter duretis in vestra tolerantia. Sic ait Apostolus: « *Confortumini in Domino, et in potentia virtutis Dei. Induite armorum Dei, ad possit stare adversus insidias diaboli, » Epistolae. vi, 10.* Vide ibi dicta. Et David: « *Expecta Dominum, viriliter age; et confortetur cor tuum, et sustine Dominum, » Psalm. cxvi, 14.* Antistropa hinc Jacobi sententia est illa eodem sero, ipsam fidelibus a S. Petro scripta *epist. 1, cap. v, 10:* « *Deus autem omnis gratia, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passus ipse perlicet, confirmabit solidabitque. »* Que sane mirae est consolationis; simulque docet primo, hanc confirmationem magis esse gratiae Dei, quam nostrorum virium gratiae Dei cooperationem; secundo, Deum post modicum tolerantiam, copiosam immittere consolationem et robur, quo nos in patientia et virtute perficit, confirmat et solidat, ut profunde in qualibet tribulatione et tentatione debeat esse patientes et generosi, certo scietes, si illi fecerimus, Deum illico affore, et omnem vim tribulationis elisurum, ut quilibet in seipso experitur.

QUONIAM ADVENTUS (temporis, id est praesentia) DOMINI APPROPINQUAVIT, — ut post brevem hanc vitam iudicet et premiet nostram patientiam. Sic Apostolus: « *Ego, inquit, jam delibor, et tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus rex; non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus, » II Timothei iv, 6.*

9. NOLITE INGENESCERE, FRATRES, IN ALTERUTRO, UT NON JUDICEMINI. — q. d. In injuriis et pressuris nolite nimis dolere et flere, impatientiam ostendere, murmurare et irasci vobis mutuo, ne propter impatientiam a Domino condemnemini: hoc enim significat graecam katakritete, licet alij legant *irasci* id est *judicemini*, et ita legit Noster, sed *judicare* in Script. sup. idem est quod condemnare per metalepsin.

Nota to in *alterutrino*. Solent enim pauperes et afflicti, cum cor plenum habent dolore, crumpere in gemitus, ac quae nunc de divitum et fortunatorum nimia felicitate, potentia et tyrannide, nunc de sua injuria et afflictione, nunc de proximorum meliori sorte et conditione. Ingenescendo

ergo divitibus obmurmurant, sibi sunt impatientes, proximiis invident, itaque taquam de Deo queruntur, ejusque providentiam accensant, quod alios fortunat, se vero miseros afflicti et injuste opprimi sinit: alii quidem et subinde injuriam passi ab uno, alteri inaccerti similes inferunt iniqua talione, ut vel injuriam suam sarciant, aut socium in poena sibi accendant, itaque suam dolorem levigent; solum enim est miseris in poena habere socium, sed hoc manifesta est injustitia. Denique afflictis utrimque stimulant dolores subinde ingemiscunt, suasque injurias exponunt Deo, et apud eum se invicem accusant, postulanteque vindictam: hinc ergo gemitus oritur ex impatientia: ejus auctor et choragus est diabolus. Nam, ut ait Tertullianus, lib. de *Patientia*, cap. v, « *maiores impatientius in ipso diabolo deprehendo jam tunc, cum Dominum Deum universa opera sua homini subjicere impatenter talit. Deceperit homines, quia inviderat; inviderat autem, quia doluerat; doluerat, quia patienter ulique non tolerat. »* Eius remedium assignat Apostolus, *Galat. vi, 2:* « *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.* »

Porro gemitus signum est et effectus animi debilis, infirmi et feminei: « *Omne enim invalidum natura est querulum,* » ait Seneca. Veri enim fortes et generosi, quales fuerunt Martyres, in adversis et tormentis quibusque non gemunt, sed stant quasi incudes, imo exultant, triumphant, et tyrannos irident, ut fecerunt Machabei, *II Machab. vii.* Proclare S. Chrysostomus, hom. 5 ad *Popul.*, *Jacet gemitum et tristitiam omnem esse inutilem, excepta ea quae suscipitur propter peccatum:* hujus enim ipsa proprium est remedium: « *Poenitentia, ait, quis multatus est; doluit, non emendavit. Filium amisit; doluit, non resuscitavit mortuum. Contumelias affectus est; doluit, non revocavit contumeliam. Infirmatur; doluit, morbum non auferit, imo auget. At peccavit quis; tristatus est, peccata deluit: nam quae secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur. Ergo tristitia tantum facta est propter peccatum, a qua nata est; ideo ut tinea ipsam corrodere et absumat.* »

ECCE JUDEX ANTE JANUAM ASSISTIT, — q. d. Christus iudex a caelo omnia vestra comminis intuetur, perinde ac si ante januam vestram apertam consistens, intueretur omnia quae in domo vestra geruntur; nolite ergo ingenescere in alterutrino, quia ipse uti vult vestras afflictiones et injurias, ut eas ulciscatur, ita pariter videt vestros gemitus et impatientiam, ut eam castiget. Sic dicimus litigantibus et pugnantibus; Quiescite; nam prior est ante ostium, qui vos comprehendet et in carcerem conjiciet. Hoc est quod ait Paulus, *Psalm. cx, 20:* « *Dominus de caelo in terram prospexit, ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret illos interemptorum. »*

Secundo, Christus ante januam assistit, id est imminet, brevique veniet ad iudicium tum particulare, tum universale, quo vestram patientiam laudabit et coronabit, persequentium vero tyrannidem damnabit et punit. Nam ex iudicio particulari, quod cito advenit, pendet sententia ejusque in iudicio universalis. Quicquid enim de me statuetur in morte, id ipsum publice confirmabit Christus in die iudicii, ut ratum et fixum sit per omnem aeternitatem. Atque haec ratio verisimum est iudicii diem prope esse respectu singulorum, adeoque illam enillibet imminere. Ita S. Augustinus, *epist. 84 ad Hesychium:* « *In quo, ait, quemque invenerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi novissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur. »* Unde concludit: « *Vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum inveniat eum Domini adventus: imparatum autem inveniet ille dies, quem imparatum invenierit sum vixit hujus ultimus dies. »*

Moraliter: Cum tentamur a concupiscentia ad peccatum, cogitemus: Ecce iudex ante januam assistit; iudex, inquam, qui acerrimus peccati est vindex. « *Nobis magna est indita necessitas iuste recteque vivendi, qui cuncta facimus ante oculos iudicis, cuncta certentis,* » ait S. Augustinus in *Solutio*, cap. xiv, et Boetius, *De Consolat.*, lib. V, proloq. 6. Adit S. Augustinus: « *Sic gressus meos semitasque consideras, et die noctaque super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans speculator perpetuus, vult si totius creature vice caeli et terre oblitus, tantum me solum consideres, et nihil sit tibi curae de aliis: quia sicut unum totum simul peccata consideras, sic singula quaelibet; sic igitur super custodiam meam etas, sicut si omnium oblitus sis, et mihi soli intendere velis. »*

10. EXEMPLUM ACCIPIE, FRATRES, EXITUS NAII LABORIS ET PATIENTIE. — « *Exitum malum*, vocat asperam Sanctorum mortem, ait Gennadius. Sic *Sapient. iii, 2,* dicitur de Sanctis patientibus et Martyribus: « *Visi sunt oculis insipientium mori, et aestimata est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter exterminium, illi autem sunt in pace. »* Sic Gentes olim Christianos et Martyres vocabant *beta-vicos*, *biothanas*, id est violenta morte morientes. Graece est *ακαθάρτια*, id est *malorum passio*, afflictio, dolorum percussio, quae summa est in violenta morte et martyrio, quod in veteri Testamento fortiter subierunt Abel, Isaac, Ieremias, Ezechiel, Zacharias, etc.; in novo Joannes Baptistus, S. Stephanus, S. Jacobus Zebedaei, etc. Hortatur fideles ad patientiam et constantiam exemplo Martyrum tum veteris, tum novi Testamenti, ut illud velint speculamine intueantur, et ad illud vitam suam conforment.

Ita Alexander Magnus ad magna se incitabat legendo et consideranda heroica facta Achillis, Alexandri Scipio, Scipionis et Alexandri Julii Caesarum.

san teste Plutarcho in *Apop. Rom.*, et *lib. De Profectu virtut.* Hoc est quod ait Paulus, *Hebr. xiii. 7:* « Memento prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentibus exitum conversationis, imitandam fidem. » Et cap. *xii. vers. 1:* « Ideoque et h^{ic} tantam habentes impositam ruhem testium, dependentes omne pondus et circumstantans nos peccatum, curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctoritate fidei et consummatorem Jesum, qui propositio sibi gaudio sustinuit crucem confessionis contempta. »

Quocirca recte ait S. Augustinus, *serm. 47 De Sanctis*: « Solemnitates Martyrum exhortationes martyrorum sunt, ut imitari non pigeat quod celebrare delectat. » Ita S. Iustinus, *Apolog. 1 et 2*, testatur se fortitudine Martyrum conversum esse ad Christum. Vita enim et mors Sanctorum est quasi lex viva, que suis factis et moribus edicit quid facto opus, quid lex, quid Deus, quid religio valeat. « In Sanctorum vita cognoscimus quid in Scriptura legere debeamus, » ait S. Gregorius, *hom. 40 in Ezech.* Hinc Philo, *lib. De Abracham*, ait leges scriptas esse commentarios vite Sanctorum. Vice versa S. Augustinus, *lib. De Mendacio, cap. xi*, docet vitam Sanctorum esse interpretationem Scripturam.

Rursus S. Gregorius, *lib. XXV Mor., vii*, ait ignem olim jussum in altari alicuius, ut significet ignem charitatis nobis alendum per exemplum Sanctorum. « Ignis enim iste, ait, in altari Domini, » id est, in corde nostro citius exstinguitur, nisi coelestis adhibitis exemplis patrum et Dominicis testimonis roboretur. » Et *lib. XXVII, cap. v*, vel *vi*, explicans illud *Psalm. lxxv. 5. Illuminatio tu mirabiliter a montibus aternis*, « Ex aternis, ait, montibus Deus nos illuminat, quia per admiratam vitam Patrum precedentium radio nos sua claritas illustrat. » Videntur idem Gentiles: unde Aeneas ad Ascanium filium, *M. Eneid.*:

Te pater *Eneas*, et avunculus exciet Hector.

Et alius:

Tunc bene fortis equus reverso carcere currit,
Cum quos prelerat quoque sequitur, habet.

Nuncquam Thebes nec Saronem, nec Procestem, nec Creontem tyrannum, nec bicorporem Minotaurum interfecisset, nisi sibi Herculis exemplum proposuisset, ejusque facinora factis exprimere decrovisset.

LABORIS. — Jam hanc vox non est in Græco, sed comprehenditur in precedenti *αυτοθυσιαν*, id est, *martyrium passionis*.

ET PATIENTIE. — *μετρησιαν*, id est *languantiam*.

QUI LOCUTI SUNT IN NOMINE DOMINI. — dicentes: « Itc dicit Dominus, » « Nomen » ergo significat personam auctoritatem, jussum, voluntatem, institutionem Domini. Prophete enim inspirati a Deo promebant oracula et mandata Dei, non sua.

11. Ecce. — Hæc vox *primo* est nota admirationis, æque ab lætanti ingentis, quod per tantam miseriam perventum sit ad tantam gloriam, ait Thomas Anglicus. *Secundo*, est adhortans ad imitandum Sanctorum patientiam, ut per eam eandem cum illis coronam adipisci mereamur.

BEATIFICANCS (beatos predicamus): Syrus, *deus illis* *שׁוֹבֵי תוֹבָה*, id est *bonum*, puta summum, hoc est beatitudinem) eos qui sustinerent — exemplo Christi, qui ait: « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum, » *Math. v*.

Pro qui sustinerunt græco est *ἀποθύσιαν*, id est, qui sustinent. Ita Pagninus, Tigrina et alii; sed Interpres legit *λαγύσιαν*, in aoristo, id est, qui sustinerunt: non enim quis in vita, sed dumtaxat post mortem dicens est beatus, ut aieliat Solon ad Ctesum. Hinc Ecclesia in Canone missæ nullos Sanctos recolit et celebrat, nisi eos qui multasustinerunt martyresque obierunt, ut S. Petrum, Paulum, Jacobum, Andream, Laurentium, Cæciliam, etc. Jam enim patefacto per Christum coelo, illico Martyres omnes e terra evolvant in celum, ibique visione et gloria Dei deantur; ut contra Calvinum, qui ait eos usque ad diem iudicii dormine sub altari, docet Ecclesia catholica.

Martyres ergo fuere « felices infelices, » ait S. Augustinus in *Psalm. cxvii*, quibus in passione martyrii tanquam vasculis fractis (ad instar militum Gedeonis, *Judic. vii. 20*) major eorum gloria fulgor emicuit, quæ impios Evagelice prædicationis inimicos, inopinata illi Christi claritate superavit, » ait idem Augustinus, *Quest. in lib. Judicum, cap. xx. Idem, lib. XIII De Civit., vi:* « Mors, inquit, cum sit poena nascentis, si pro justitia pietateque pendatur, fit gloria renascentis. » Idem, *serm. 26 De Sanctis*: « Reddere, ait, debemus Martyribus honorificentiam, qui nobis salutem effusione sui sanguinis pepererunt, qui tam sacramta hostiam pro nostra propitiatione Domino se obtulerunt, præsertim cum dicat ad Sanctos suos omnipotens Deus: Qui vos honorat, me honorat; et qui vos spernit, me spernit. Quisquis ergo honorat Martyres, honorat Christum; et qui spernit Sanctos, spernit Christum Dominum nostrum. »

SUFFERENTIAM JOB ACUTIS. — *ἀκούσιαν*, id est *tolerantiam*, sustentiam, patientiam. Producit e multis patientibus unum Job, qui ipse fuit speculum et exemplar singulare patientis, ut ait S. Hieronymus, *epist. 103*, quod Deus toti mundo omnibusque sæculis spectandum et imitandum proponere voluit. Unde Suidas, verbo Job, eum vocat « firmissimam columnam et incensum; » S. Cyprianus, tract. *De Bono patientia*, « ad summum fastigium laudis patientiæ virtute promovtum; » S. Basilus, *hom. 4 De Gratularum actione*, « adamantini cordis hominem, et ut acceptionum in mari eminentem, et exemplum fortitudinis; » S. Hilarius, in *Psalm. lxxviii et cxxviii*, « *υπερ-υπερ-*

rum passionum humanarum gloriosum et beatum victorem; » Tertullianus, *lib. De Patient.*, cap. *xiv*, « qui omnem patientem speciem adversus omnem diaboli vim expunxerit, » id est expresserit; « in quo Deus feretrum de diabolo extruxerit, vexillum de inimico gloria sue extulerit; » S. Chrysostomus, *homil. 28 ad Popul.*; « Martyrem, imo multos Martyribus majorem. » Merito ergo beatificamus Job, qui tam multa genere et invicte sustinuit. S. Ambrosius, *lib. II De Interpell. Job, ii*, *v:* « Job, ait, quasi athleta fortis in stereore sedens, in tantis visibus et sevis doloribus vulneris, totam corpus diris perfusus ulceribus, mysteria loquebatur: nec acquirendis proprio remediis ægritudinis, sed sacris vacabat sermonibus. Fortiores itaque sermonis ægri hominis, quam illorum qui non ægrotabant. » Et mox: « Et quid dicam fortiorem inventum ceteris? fortior seipso inventus est. Fortior æger, quam cum sanus fuerat, secundum quod scriptum est: Virtus in infirmitate validior est. Ergo et Job cum infirmaretur, tunc validior erat. Non enim ægrotabat animo, etsi doleret corpore: quia non erat in carne ejus anima, cuius passionibus non adharebat: sed in spiritu, cujus virtute se tegerat. Ideo ergo non carnis gemitus et corporis infirmitates, sed voces spiritus loquebatur, quibus urgetur, non quibus cederet. »

Quocirca exclamant S. Augustinus, *serm. 103 De Temp.*: « O virum patrem et integrum! o fradem et pulcherrimum! o vulneratum et sanum! o in stereore sedentem et in celo raganantem! » Et S. Fulgentius, *epist. II, cap. ix*: « Beatus, inquit, fuit Job, cum in divitis justo viveret; sed beator, cum in paupertate justior existisset. Beatus fuit, cum decem circumdaretur filiis; sed beator, cum una cunctorum simul orbitale percussus, in Dei dilectione perniens humillibus. Beatus fuit in corporis hospitale, sed beator factus est in vulnera: beator etiam in æervo squaloribus pleno, quam in palatio marmoribus adornato. »

Allegorice: Job fuit expressus typus Christi patientis. Sicut enim Christus passus fuit in omnibus bonis corporis et animi, et a quovis hominum genere, ita et Job. *Primo* enim Job perdidit oves, boves, domum omnemque substantiam: Christus in passione bonis omnibus, quin et vestibus spoliatus nudus pendit in cruce. *Secundo*, Job septem filios perdidit: Christus omnes Apostolos et discipulos: hi enim, eo comprehenso, fugerunt. *Tertio*, Job percussus fuit ulcere a capite ad talos: Christus toto corpore, et in singulis membris acerbissimos dolores sustinuit. *Quarto*, Job ab amicis gravia probra sustinuit, vocentusque est impius, hypocrita, tyrannus, leo, tigris: Christus in cruce irrisus est quasi blasphemus, seditiosus, percussus a Deo. *Quinto*, Job ab uxore passus est maledicta: Christus passus est a matre non maledicta, sed compassionem tormenta. *Sexto*, Job passus est in animo maceratus.

xx.

timores, scrupulos, anxietates: Christus in horto cepit pavere, ledere, contristari et mortuus esse, adeoque in cruce exclamavit: « Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? » *Math. xxvii. 46. Septimo*, in Job vexando et affligendo demum omnes sue vires exeruit: multo magis eas exoruit in Christum. *Octavo*, Job ab omnibus fuit derelictus, ita et Christus. *Nono*, Job hæc omnia sustinuit mira humillitate et constantia, cum esset princeps, imo rex Iudæorum, vel docent Isidorus, Philippus, Beda et alii passim, *Præfat. in Job*, et satis colligitur ex eo, quod amici ejus fuerint reges, ut patet *Tobias ii. 43*. Christus tanta passus est cum esset Rex regum, et Dominus dominantium. *Decimo*, Job omnes penè morborum et dolorem species sustinuit: ita et Christus vir fuit dolorem, quia vir amorum. Job enim laborasse plousquam triginta morbis, puta podagra, chira-gro, ischiada, arthritide, dysenteria, imbeco, marasmus, angina, fauco canina, igne sacro, cancro, erysipelate, asthmate, phibrisia, febris hectica, lepra, apostemate, tonsillis, pleuritide, gonorrhœa, satyrismo, vigilia, dolore renum, vermium, plagis Ægyptiacis, dolore costarum, visceribus putridis, ulcere pulmonum, scabie, lue venerea, animi deliquio, etc. (ex quibus nonnulli fuerunt desperati et mortiferi), ex ipis Jobi verbis toto Jobi sparsis colligit noster Pineda in cap. *ii* *lib. vers. 7*; sed de his libidem tractandum erit.

Quocirca apposite vocatus est *אִיּוֹב Job*, latine et græco *Job*, id est dolens, gemans, ululans, ejulans, a rad. *אָבָב* habeb, quod Noster *Judic. v. 27*, vertit, *ejulare*, ut prima littera *aleph* non sit radicalis, sed heematlica, id est acclitica et formativa nominis, uti solet esse in nominibus Hebræis, Syris et Arabicis (de quo vide nostrum Serarum in *Tobia cap. ii*). Ita S. Gregorius, Chrysostomus, Hieronymus, Philippus Presbyter et alii in *Job cap. i. vers. 1*. Rursus *Job*, id est exosus, inimicitias patiens, a radice *אָבָב* *ahab*, id est inimicitias est, hostis fuit; adversatus est, quia scilicet tela omnia inimici, puta diaboli, in se excepit. Ita Origenes, *hom. 14* in cap. *xv Jaggie*, et ex eo Pineda. *Tertio*, S. Cyprianus contra Iudæos ait Job esse nomen Cyprium, et significare *charissimum Dei*: quia ejus amore constanter tanta sustinuit. Sic et Hebræice *אִיּוֹב* *ahob*, quæ *אִיּוֹב* *ahob*, significat *amare, diligere*. *Quarto*, alii deducunt a radice *אָבָב* *ob*, id est *pytho, divinus*: quia scilicet Job erat Propheta et oraculum Dei, ut littera *tot* sit inserta ex nomine tetragrammato *Jehova*, significans ipsius prophetiam esse ex Deo, non diabolo. Sic Abraham a Deo addita est littera *he* ex nomine tetragrammato, ac pro Abraham vocatus est Abraham, ut significaretur Abraham cum Deo singularis conjunctio et amor, teste S. Hieronymo in *Quest. Heb. Quinto*, *אִיּוֹב* *Job*, per metathesin dicitur quasi *אָבָב* *ob*, id est *pater*, prior, antiquus, doctor, inventor; et *אִיּוֹב* *ahob*, id est *oppressionis*, passionis

44

addit: Juramentum homini libero pro tormento est. Romani enim a servis veritatem per tormenta extorquebant, a civis per juramentum, a sacerdote pro solum verbum.

S. Jacobus ergo exemplo Christi vetat quodcumque juramentum. *Primo*, quia, ut ait S. Augustinus, *serm. 28 De Verb. Apost.*: « Falsa juratio exitiosa est, vera juratio periculosa est, nulla juratio scuta est. *Secundo*, quia vult ut, quantum in te est, non affeoles, non ames, nec quasi bonum cum aliqua delectatione appetas jurandum, ait S. Augustinus, *cap. xv De Mendacio*. *Tertio*, quia jurare in se est quasi malum morale ad irreverentiam erga Deum spectans, sed necessarium in hoc statu naturae lapsae et corruptae, uti malum in se est hominem occidere; sed sicut hoc (occidere) subtiliter ubi adsum (habite circumstantiae) licet, imo est laudabile, sic et jurare, si fiat cum veritate, iustitia et iudicio, nimirum ut non fiat liberator et leviter, sed tantum quia illud extorqueat alterius incredulam diffidentiam. Unde S. Thomas, *Opus. IV*, ait « juramentum non aliter ac mendacium, non nisi cogente necessitate usurpandum. » In paradiso ergo non debebat jurare, uti nec fiet in caelo. Tanta enim est majestas nominis Dei, ut illud in testem vendendum non sit, nisi cogat necessitas. Quare id facere ultro ob res parvas et viles, vile est, irreverens et injurium Deo, perinde ac injurium esse regi, si quis eum pro uno auro citaret et vocaret in testem. Unde Aristoteles, *I Metaph.*, cap. iii, ait « juramentum esse summo honore dignum. »

NEQUE PER COELUM. — Nam, ut jam dixi, Scribae, Pharisei et similes censebant juramentum per creaturas non esse juramentum, nec obligare. Audi Christum, *Matth. xxiii*, 16, increpantem Phariseos: « *Vae vobis, dices ceceli, qui diebilit: quicumque juraverit per templum, nihil est, sed idem, avaritia excoecati, excipiebant ea quae blata Deo, ipsorum loculos implebant, quasi nec sola emissa habebantur; ideoque si quis per ea jurasset, juramento suo obligaretur. Unde subdit Christus: « Qui autem juraverit in auro templi, debet. Stulti et caeci, quid enim majus est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicumque juraverit in altari, nihil est; quicumque autem juraverit in dono quod est super illud, debet. Ceci, quid enim majus est, domum, an altare quod sanctificat domum? » Rationem deinde dat a priori, quod nimirum qui jurat per creaturam, tacite ex communi hominum sensu jurat per Creatorem, qui est auctor et conservator creature: « Qui ergo, ait, jurat in altari, jurat in eo et in omnibus quae super illud sunt? Et quicumque juraverit in templo, jurat in illo et in eo qui habitat in ipso. Et qui jurat in caelo, jurat in throno Dei et in eo qui sedet super eum, » ac proinde vere et proprie jurat Deumque in testem vocat, atque juramento suo obli-*

gatur, perinde ac si per Deum immediate jurasset. Et *Matth. v*, 34: « Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per caelum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Hierosolimam, quia civitas est regis magni; neque per caput tuum jurare, quia non potes unam capillum album facere, aut nigrum, » *q. d.* Ne putes licere jurare per caput tuum quasi illud sit tuum, ubique pleno dominio ad quemvis usum subditum: quia tuum non est, sed Dei: si ergo per caput tuum juras, juras per Deum qui illud tibi dedit. Alioquin enim qui per se caputque suum proprie juraret, nec intenderet jurare per Deum, sed per se solum, esset idololatra; quia seipsum faceret primam atque infallibilem veritatem, et consequenter Deum.

SIT AUTEM SERMO VESTER: EST, EST (graece *ei*, *vi*, id est, certe, certe; Pagninus, etiam, etiam), NON, NON. — *q. d.* Sermo vester sit simplex affirmatio aut negatio sine juramento, ut quod est, dicatis simpliciter esse; quod non est, non esse. Ita Clementius, *Aut. q. d.* Pro juramento utrimque constanti et gemina asseveratione dicendo: « Est, est; » aut constanti et gemina negatione dicendo: « Non, non. » Vide de hac phrasi dicta *II Cor.*, cap. i, vers. 17.

Sane ea debent esse hominum, praesertim fideliu singulis, probitas et fides, ut eorum similitudo assertioni aut negationi crederetur. Ita Isocrates ad Demonicum: « Debet, ait, bonos viros fideles exhibere se juramento, tantumque jurandum est ut te crimine, vel amicum gravi periculo liberet, non autem ob pecuniam. »

Solon tantam aiebat hominibus inesse debere probitatem, ut non opus esset ligare eos juramento, teste Maximo, *serm. 33*. Socrates dicebat « bonos viros docere eos mores ostendere, qui essent juramento firmiores, » teste Antonio in *Motissa*, part. II, *serm. 63*.

Ita Clinias, familiaris Pythagorae, maluit tria talenta pro multa solvere, quam jurando multam evadere, ut refert S. Basilium, *serm. De Utilit. ex lib. Gontil. capientia*. « Esseni (qui fuerunt primi et Judaei Christiani) omne quod dicunt, juramento factius habent, » ait Josephus, *lib. II Belli*, cap. vii.

Ita S. Gregorius Nazianzenus legem sibi indixit nunquam jurare, idque usque ad mortem servavit. Dum ergo tristarit, nisi captare solatia ab amicis, ab epulis, a musicis, a fabulis; sed ab oratione et colloquio cum Deo. Porro omni diabolica actione potentior ad nocendum est incoerens spiritus; demon enim quoscunque fere superat, per morerem superat: eum si auferas, nemo a demone laedi poterit, ait S. Chrysostomus, *serm. 2 et 3 De Provid.*

VERE CLEMENS ALEXANDRINUS, *lib. VII Strom.*: « Epsilon, ait, ergo est amplius opus juramento, qui in vivit, ut qui pervenerit ad sumnum veritatis? » Et S. Augustinus, *lib. I De Serp. Domini in monte*: « Christianus, ait, verum loquatur, neque jurationalibus crebris, sed morum probitate commendat veritatem. » Quin et Philo, *lib. I De Speciali Lege*: « Quidquid, ait, vir bonus asseverat, perinde ac jurato credi debet, cum verbum ejus firmum sit ac rigidum, nullo mendacio flexibile,

veritate in qua fundatur subnixum. » S. Chrysostomus vero, *hom. 29 ad Popul.*: « Hoc, ait, interdum a nonnullis audit: Nisi juravero, non credit. Tu es horum causa, qui facile juras: quia si id non faceres, sed omnibus constaret quod non jures, mihi crede dicenti, quod tibi mille devotant juramenta, majorem ipse fidem solo nutu invenires. » Vide eundem, *hom. 17*, ubi varia media assignat quibus facile corrigi potest jurandi consuetudo. Ita Carbone pollicente quipiam et jurante, populus Romanus vicissim juravit se illi non credere, nimirum probis viris etiam injuratis habenda est fides: levibus, ne juratis quidem. Nam, ut ait Menander, « suadet loquentis vita, non oratio. »

UT NON SUB JUDICIO DICIBATIS. — Sic et Syrus, *q. d.* Ut non incidatis in condemnationem, dum ex frequentia jurandi inciditis in perjurium jurando falsum. Graecae jam habent *utrumque*, hoc est, ut non incidatis in simulationem, uti verit Pagninus, figurina, Cajetanus, Clarius, *q. d.* Ne fidei et simulde juretis, ore jurantes, non corde, ac dicentes: « Juravi lingua, mentem injuratai gero: » qua ratione Lysander tyrannus dicebat pueros tesseres, viros juramenti oportere circumvenire, teste Plutarcho in *Lacon*. Idem dicunt, imo faciunt, politici et alii, quibus cum nullum sit nomen, nulla conscientia, nulla etiam est religio et fides juramenti, quod sane plusquam ethiopia est, fraudulentum, sacrilegum et barbarum. Verum alii codices habent *utrumque*, id est *Judicium* et condemnationem: quin et Clementius legens *utrumque*, exponit *utrumque*.

13. TRISTATUS (graece *tristatos*, id est *patitur*, vexatur, affligitur) ALIQUIS VESTRAE, ORAT. — Ita Christus, in hortu tristis usque ad mortem, oravit: quia oratio impetrat a Deo auxilium, letitiam et robur ad vincendam tristitiam: adeoque ipsum orare et colloqui cum Deo, orantem exhilarat et letificat. Patet haec disparata esse praecepta vel monita. Quid enim tristitia cum juramento, de quo processit? Porro fructus orationis patet in Anno, matre Samuelis, quae cum esset amaro animo, et orasset, « vultus ejus non sunt amplius in diversa mutati, » *I Reg. i*, 18; et in Christo, qui agoniam oratione superavit, ac post eam in trepide procedens obviam Judaeis, tradidit se in mortem. Dum ergo tristarit, nisi captare solatia ab amicis, ab epulis, a musicis, a fabulis; sed ab oratione et colloquio cum Deo. Porro omni diabolica actione potentior ad nocendum est incoerens spiritus; demon enim quoscunque fere superat, per morerem superat: eum si auferas, nemo a demone laedi poterit, ait S. Chrysostomus, *serm. 2 et 3 De Provid.*

EGRO ANIMO EST? PSALLAT. — Syrus, si letatus, psallat. Aliqui contrario legunt *egrotat*, id est, *egrotat animo*, ut idem dicatur et inculcetur id quod processit, *q. d.* Dum tristis es, ora et psalle, ut tristitiam discutias. Verum legendum est *egrotat*,

uti passim alii legunt, id est, *pacato, tranquillo, sereno, holo, alacri est animo*: licet enim nil sit tristic psallere, tamen id difficile est, juxta illud: « Musica in lecta importuna, narratio, » *Eccl. xiii*, 6. Laetus vero et alacris gessit ad canendum et psallendum. Psalmodia ergo conservat angelique letitiam, excitatque jubiliu Deo.

Haec de causa inducta est in Ecclesiam psalmodia. *Primo*, ut ea fideles ad Dei amorem excitentur. *Secundo*, ut, sicut variae voces in unam harmoniam consentiunt, ita in unum fidelium animi conspirent, ait S. Athanasius, *De Interpret. Psal. Tertio*, ut snavitate cantus demoleantur animi, ut divinorum organulorum vim et efficacitatem avido excipiant, ait S. Basilium, *Præfat. in Psal. Quarto*, ut angelos imitetur et Seraphinos, qui perpetuo Deo laudes canunt consueverunt: Sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth, *Isaie vi*, 3. Ita Cyrillus, *Catechesi 13*. Vide dicta *Ephes. v*, 19. « Psalmus, ait S. Augustinus, *Præfat. in Psalmos*, est signifer pacis, spirituale thymium, exercitium celestium: luxum reprimit, sobrietatem suggerit, lacrymas movet. » Et S. Basilium, *Proemio in Psalmos*: « Psalmus, ait, est animarum tranquillitas, pacis arbiter, turbas et fluctus cogitationum compescens, iracundiam mollit, Psalmus amicitiae conciliator, dissidentium conjunctio, inimicorum reconciliatio. Quis enim inimicum existimabit eum, cum quo unum ad Deum vocem emittit? et inferius: « Psalmus demones fugat, auxiliares angelos advocat, in nocturnis terroribus securitas, in diurnis laboribus requies est: infantibus tutela, junioribus doctor, senioribus solatio, mulieribus honestissimi ornatus, solitudines celebres facit: elementum incipientibus, incrementum proficientibus, consummatio perfectorum. Psalmus est vox Ecclesiae, ac dies festos agit. Psalmus est angelorum opus, celestis reipublicae spirituale ornamentum. » S. Chrysostomus in *Psalm. xiv*: « Psalmus, ait, est animi sanctificatio, est pulcher animi contentus, acutissimum telum contra demones: nec cervi ita tela fugiunt, ut psalmo David demones. Simpsit David citharam et pulsavit, et a Saule recessit malus spiritus, et recedens daemon cecidit, ut cervus sagitta percussus et in jacore sanctus. »

Unde in Viti Patrum legimus demonom nullam orationem aequè horrere ac psalmodiam. Causam dat Sophronius in *Præf. Spirit.*, cap. ciii, quod « in Psalmis pariter nobis ipsi Deum laudando oramus et invocamus, partim maledictis insectamur demones. » Rursum S. Chrysostomus in *Psalm. cxxv*: « Psalmus, ait, habet voluptatem cum utilitate. Diocleia ejus incertum est ad Deum hynnos dicere, animam expurgare, cogitationem in altum extollere, vera et accurata dogmata discere, de presentibus et futuris philosophari. » Et mox: « Nam licet millies petulantis sit is qui canit, dum psallimus reveretur, sopit tyrann-

nidem suam petulantiam; licet oppressus sit malis numeris et ab aegritudine animi occupetur, dum demulcetur a voluptate, levat animum, extollit cogitationem et mentem in sublime evehit.»

14. INFIRMARI quis in vobis. — Catholici hunc locum accipiunt de sacramento Extreme Unctionis. Hoc Sacramentum negarunt olim Armeni, Waldenses, Albigenenses, Wicelof, et hoc saeculo Lutherus et Calvinus. Cajetanus vero licet Sacramentum esse concedat, negat tamen de eo hic agi, sed de unctione intrinseca ad sanandam aegritudinem, ad quam Christus discipulos, qui tum necdum erant sacerdotes, ac proximo ministri Sacramenti esse non poterant, misit. *Marci vi, 13.*

Vetus de fide est iam Extremam unctionem esse sacramentum, quam de ea hic agere Jacobini. Ita sentit Ecclesia, qua in administratione hujus sacramenti, ita precatur: «Dens, qui per Apostolum tuum Jacobum locutus es, dicens: Infirmari quis in vobis,» etc. Item definit Concilium Florentinum in *Decretis unionis*, et discrete Tridentinum, *sess. XIV*, ubi hunc Jacobi locum fuisse explicat. Ait ergo, *can. 1. de Extrem. Unct.*:

«Si quis dixerit Extremam unctionem non esse verum et proprie Sacramentum, a Christo Domino nostro institutum, et a B. Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut signum tantum humanum, anathema sit.» *Et Can. 2.* «Si quis dixerit sacram infirmorum unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, sed jam cessasse quasi olim tantum fuerit gratia curacionum, anathema sit.» Explicatus vero, *cap. 1.* a Instituta est, ait, sacra hinc unctio infirmorum, tanquam vere et proprie Sacramentum novi Testamenti, a Christo Domino nostro, apud Marcum quidem institutum, per Jacobum autem Apostolum ac promulgatum. Infirmari, ait, quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, et orant super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et, cum peccatis eius, dimittentur ei. Quibus verbis, ut ex Apostolica traditione per nuntios accepit Ecclesia dilecti, docet inter alia, formam, proprium ministerium et effectum hujus salutaris Sacramenti. Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum; nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratia, quae invisibiliter anima aegrotantis ungitur, representat; formam deinde esse illa verba: Per istam unctionem, etc.

Errat ergo Calvinus, dum... Innocentium I instituisse sacramentum Extreme Unctionis, idque asserere Siebertum in *Chronico*. Magis errat Kennithus, dum id tribuit Felici IV, sub annum Domini 1288, qui Innocentio centum annis fuit posterior; nisi enim tale habet Siebertus, vel quis alius Historicus. Idem docent et definiunt Pontifices Fabianus et Innocentius I et III, Calistus I, ac Concilia Meldense, Congreense, Senonense,

Cabilonense, Moguntinum, Wormatiense, Coloniense, Aquigranense. Vide Bellarminum, *tom. IV de Extrem. Unct.* Ratio est prima, quia gratia curacionum non fuit res permanens, sed tantum ad tempus a Christo data et demandata discipulis: Jacobus autem loquitur de hac unctione tanquam de re permanente, ordinaria et habente effectum infalibilem. Haec enim epistola scripta est diu post mortem Christi, quando gratia curacionum cessabat. *Secundo*, gratiam curacionum habebant Apostoli et discipuli Christi, non autem omnes Presbyteri. Ergo cum Presbyteros induci jubet, significat eos esse ministros sacramenti Extreme Unctionis. *Tertio*, quia ait: «Et si in peccatis fuerit, remittentur ei.» Unde liquet hanc non fuisse gratiam curacionum; illa enim sanabat corpus a morbis, non animum a peccatis. Rursus, hanc unctionem esse Sacramentum, quia Sacramentum non est aliquid quam signum visibile, conferens gratiam invisibilem, talis autem est Extremam unctionem, remissio enim peccatorum non fit nisi per infusionem gratiae. *Quarto*, quia Jacobus hic omnia recenset ad Sacramentum necessaria, scilicet pro materia assignat oleum, pro forma orationem fidei, pro ministro Presbyterum, pro effectu remissionem peccatorum.

Nota: Quod ait «infirmari», intelligit graviter et periculose ad mortem: hic enim *sancti*, id est, viribus et robore plane destituitur, quem proxime mox vocat *in peccatis*, id est, a periculose laborantem. Rursus talem, ait, *epist.*, id est, «excitabit» quasi a morte ad vitam Dominus: alioqui enim in levibus morbis advocari jussisset non Presbyteros, sed medicos, qui per pharmaca segrum sanassent. Ita explicat Concilium Tridentinum, *sess. XIV*, *cap. in de Extrem. Unct.* «Declaratur etiam, ait, esse hinc unctionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim qui tam periculose decumbunt; ut in exitu vitae constituti videantur: unde et sacramentum ex omnibus nuncupatur, et quo ac Extrema Unctio.» Extrema enim est curam quae homini fidei in vita adhibetur: fidelis enim *prima* ungitur in Baptismo, sed in *veritate*; *secunda*, in Confirmatione, sed in *fronte*; *tertia*, in Ordine, sed in manibus: extrema vero ungitur hac unctione aeger extreme laborans, ad extremam luctum cum demone, mundo et carne fortiter incedens et superandam. Unde Concilium Tridentinum, *sess. XIV*, ait eam esse penitentiam et totius vitae consummationem, ac Christum voluisse ea finem vitae quasi firmissimo presidio muniri contra diabolum, qui tunc omnes nervos suos versutus intendit ad nos pendentes et a fidei divina misericordia detrahendos. Quare quod legitur in Vita S. Hedwigis, eam imminente morbo, cum adhuc sana esset, petisse inungi, ut devotus Sacramentum suscipere, ac fuisse invocatum, instinctu divino dispensatorie factum est, nec imitandum, ubi monet Auctor Vita.

Nota *secundo*: *is infirmatur* significat hanc unctionem non esse adhibendam sanis vitis discrimen adveniens in proelio, naufragio, extremo capitis supplicio, etc., sed tantum illi qui ex morbo ita infirmatur, ut periclitentur de vita.

Nota *tertio*: *is infirmatur* significat hanc unctionem non esse adhibendam mortuis, ut fecerunt olim Valentini et Archontii haeretici, invocando nomina Principatum, ut mortui fierent incomprehensibiles et redimerentur a potestate principatum. Vide Theodoretum, *lib. I Haeretic. fabul.*: Irenaeum, *lib. 1*, *cap. xviii*; S. Augustinum, *haresi 16*.

INROCAT. — Hoc verbum significat hanc unctionem non esse adhibendam, nisi ei qui compos est rationis et mentis, vel certe aliquando fuit: hic enim solus potest inducere, id est, evocare et jubere ut inducatur Presbyteri: graeco enim est *προκατακαθη*, id est *advocat*. Quare ejus incapaces sunt amentes perpetuo, et pueri, etiam desperate negrotant. Perperam ergo Nicolaus Cusanus, *epist. 3*, scribit infantibus olim datum fuisse Extremam unctionem. Rursus *inducatur* non tantum consilium, sed et proceptum significat, scilicet eam qui commode potest, debere hoc Sacramentum suscipere, ut suae salutis aeternae in tanto periculo, et ultimo vitae articulo securus consulti: quia non raro fit ut per Extremam unctionem salvetur, qui sine ea periret, fuissetque damnatus, et g. si uger confiteri et absolvi nequeat, et tamen sit in periculo mortis, unguentus est, ac sancto delecti peccatorum, et plenum gratiam ac justitiam illi conferat.

Quocirca legitur in Vita S. Melchioris apud S. Bernardum eum cum evocatus esset ad inungendum quamdam mulierem, et nonnulli tardans, invenisset eam mortuam sine hoc Sacramento, ita induluisse, ut diu cum suis orans mortuam suscitaret et ianxerit. Quare ubi alia Sacramenta adhiberi aegro non possunt, adhiberi debet Extrema Unctio, idque videtur esse procepti; nemo enim toto in tali articulo confidere potest suae contritioni: ita docet Magister in IV, *dist. xxi*, *Bonaventura* et Major Silesius, ac Cajetanus in *Summula*. Si vero alia Sacramenta adhiberi possint, non videtur Extrema Unctio esse procepti, sed consilii, quod tamen impenditur negligitur, ut docet D. Thomas in IV, *dist. xxii*, *Quaest. 1*, *art. 1*, *cap. iii*, *questione 3*; Paludanus et Soto, *Silesius*; Sylvester, verbo *Extrema Unctio*, *lib. IX*; Navarrus, *Euch.*, *cap. xxii*, *num. 16*.

PRESBYTEROS, — non seniores laicos, praesertim medicos, ut fingit Aretius, Calvinus, Lutherus; sed sacerdotes, ut habet sensus et praxis totius Ecclesiae. Audi Concilium Tridentinum, *sess. XIV*, *can. 4*: «Si quis dixerit Presbyteros Ecclesiae, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed etiam seniores in quavis communitate, ob idque propriam Extrema Unctionis mini-

strum non esse solum sacerdotem, anathema sit.»

Perperam ergo Theodoretum Waldensis, *part. II de Sacram.*, *cap. cxlxxvi*, censet in extrema necessitate a laico posse conferri Extremam unctionem: unguentum deceptus fuit verbis Innocentii, quae mox citabo.

Porro «Presbyteros», id est, unum e Presbyteris Ecclesiae; sed olim solebant eum comitari alii Presbyteri, ut orarent pro infirmo. Addit ex Ruuardo Suarez, *lib. part. tom. IV*, *disp. xxii*, *sect. 1*, a pluribus valde confici hoc Sacramentum, si unus ungat aures, alius oculos, alius pedes, etc.; sed tamen id fieri non debere. Denique fuit olim nonnullis in locis consuetudo, ut infirmum septem sacerdotibus adirent, ac totidem dies pro eo oraretur, ait Gabriel in IV, *dist. xxxii*.

Unctio: Innocentius I, *epist. 1 ad Bonavianum*, *viii*, et ex eo Concilium Wormatiense, *cap. lxxxi*, ait oleo sancto ubi posse non solum sacerdotibus, sed etiam laicis in suis et suorum necessitatibus. Respondit D. Soto in IV, *dist. xxii*, *art. 1*, Innocentium loqui de usu olei extra Sacramentum ad emendandos infirmos: verum tunc non intulit oleo sancto ab Episcopo benedicto, sed proprio a se benedicto, ut fecerat Eremia. Dico ergo Innocentium loqui de receptione, non de ministro, *q. d.* Licet omnibus Christianis ubi oleo sancto in suis et suorum necessitatibus, nimirum adjuvando Presbyteros, et ab eis accipiendo Extremam unctionem, non tamen eam aliis ministrando. Ita Bellarminus, *de Extrem. Unct.*, *cap. ix*.

Et orant super eum, — oratione tam communi, tum sacramentali, puta forma Extreme Unctionis, quae est deprecatoria, dicens: «Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulget tibi deum quicquid deliquisti per visum,» etc. Nota *et super eum*: hinc enim olim manus impendebatur infirmo, ut etiamnum imponitur, idque ordinat Rituale Romanum nuper jussu Pauli V recognitam et auctam: quin et imponitur manus organum sensuum, dum illa ungitur, idque apponit, quia infirmus agnoscens patitur extremos tum in corpore dolores, infirmitates, defectus, deliquit: tum in animo tentationes, scrupulos, anxietates, quin et horribiles demoniaci visiones: quare oratur pro eo, manusque ei imponitur, ut Deus eum solari et refoveret dignetur. Quocirca licet Medicinam Ecclesiae ex Rituali S. Ambrosii orator forma, non deprecatoria, sed absoluta, dicens: «Unge te oleo sancto in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti,» tamen ex adjunctis deprecationem innuit et involvit. Unde Suarez, *lib. part. tom. IV*, *disp. xx*, *sect. 3*, censet invalidum esse Sacramentum, nisi aliquid addatur quo significetur deprecatio.

UNGTES EUM OLEO — olivarium [hoc enim proprie vocatur oleum] ab Episcopo benedicto, ut dicit Innocentius I, *epist. ad Bonavianum*, *Concilium Tridentinum* et Florentinum. Benedictio haec est

† *Alia oratio* qua Episcopus nomine Ecclesie orat, ut Deus hoc oleum faciat salutare infirmis. Hinc praxis Ecclesie habet, ut Episcopus feria 5 Hebdomadae sancte, puta in cena Domini (quo die videtur Christus hoc Sacramentum instituisse), consecret oleum tum infirmorum, tum catechumenorum, tum confirmatorum, puta chrisma in quo oleo miscetur balsamum. Unde Suarez loco citato asserit validum esse Sacramentum, si infirmus ungitur chrismate. Hinc liquet materiam huius Sacramenti esse oleum, idque accommodate et congrue. *Primo*, quia oleum febres lenit, et subito sanat. *Secundo*, quia dat pabulum in vitam, ut significatur verbum qui in tenebris et in umbra mortis versatur, vi huius Sacramenti illuminari et consolari a Deo. *Tertio*, quia oleo ungitur athleta, ut S. Hieronymus in *Ose* cap. xiv, ad agonem; ager autem hic subit agonem mortis: oleo ergo hoc ungitur, ut a Deo ad luctum ultimam corporetur. Quocirca hac unctio demonum vires et iras, quas aliqui totus in ultimo hoc articulo exprimebant, infringi et frangi docet S. Gregorius, *hom. 39 in Ezech.*; Climacus, *grad. 7*; Emisenus, *hom. 1 ad Monachos*. *Quarto*, quia oleum exillucet et lustrat: lustrata autem eget ager morbo et morore oppressus. Vero Theophylactus in cap. vi *Marci*, oleo sanatos infirmos tradit, a cum oleum ad labores utilis sit, lucis fontem et hilaritatis effectivum, significetque misericordiam Dei et gratiam spiritus, per quam a labore liberamur, et lucem, ac gaudium hilaritatemque spirituales accipimus. » Hinc in *Vitis Patrum* legitur S. Hilariem, S. Martinum, S. Macarium aliosque Anachoretas sanctos curasse morbos oleo a se benedicto.

IN NOMINE DOMINI. — Syrus, *Domini nostri*, puta *Jesu Christi*, ut habet S. Augustinus, *De Visit.*, infra, cap. iv. Porro « in nomine Domini significat, ait Beda, a oleum consecratum in nomine Domini (ab Episcopo), vel certe quia etiam cum ungitur infirmum, nomen Domini super eum invocare debent. »

Addunt aliqui, « in nomina Domini, » id est, vice Domini: Deus enim per Sacramenta quasi instrumenta operatur et sanat.

Symbolice, « in nomina Domini signat egros, presertim moribundos, totos se debere commendare ac dare Domino, eum perpetuo habere in mente et invocare, ut, sicut ab eo vitam haberent, ita eandem illi reddant: atque sicut a puero mox ut ratione illi cooperant, ad Deum conversi sunt, imo illud in primo usus rationis instanti faciendum censet S. Thomas, II, *Quest. LXXXIX*, art. 6: ita pariter deficientes eidem immoriantur, dicentes: « in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. » Hoc est quod monet Apostolus, *Rom. xiv*, 8: « Sive vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. »

Laudat Xenophon, *lib. VIII. Cyr. post.*, Cyrum quod imperium a Deo inierit, et eum eo finierit: nam, ut idem ait, *lib. I*, Cyrus creatus Imperator primum omnium rem divinam fecit, et ista sacris orsus est regere et negotia regni tractare. *Lib. VIII* vero ita mortem Cyri describit: « Videbatur ascendere ad ipsum (Cyrum) quidam specie humana angustior, et dicere: Vasa colligito, o Cyre: statim enim ad deos abiturus es. Statim ergo captis hostis rem divinam fecit Iovi patri et soli, dicens: Jupiter patri et sol, Deique omnes, magnas ago gratias, quod vestram de me curam intellexi, quodque nunquam rebus cunctis super conditionem humanam animis elatus est, » etc.

Præclarus Nazianzenus Philagrium infirmum ad fortiter ferendos dolores cohortans, *epist. 38*: « Hoc, ait, Philagrium meum decebat, nempe non emolli, nec doloribus frangi, sed intum contemnere, ac corpus quidem sinere ea pati que ipsius natura fert, natura lege omnino, vel nunc, vel postea dilapsurum (interibit enim vel morbo, vel sequeletæ confectioni); sursum autem animam habere, ut per cogitationes cum Deo conjungi. » *Epist. vero 60*, ejus in doloribus constantiam laudat: « Nam manus, ait, in celum tendens, Orientem versus oculos habens clamare crepisti: Gratias ago tibi, Pater, turmurque hominum conditor, quod nos invitos et reluctantes beneficio allecis, ac per externum hominem internum purgas, et per contraria nos ad beatum finem, pro his que nosi rationibus, ducis. » *Et epist. 64*: « Hortor te, inquit, dolori resistere, vinculisque superiori prebere, ac morbum nihil aliud esse ducere, quam utilem quandam disciplinam, huc videlicet tendentem, ut et corpora omnia et quidquid fluxum ac turbulatum est, interituique obnoxium, contentiens ac pro nihilo putans, totum in celesti parti addas, nec presenti tempori, sed futuro vivo vivas. Denique tam veneranda est vita crux Christi, qualis est morbus, quam mortuus, puta pieta aut fela, » ut quidam Sanctorum ait.

Salvianus, *epist. ad Gulturam* sororem infirmam: « Corporis, ait, fortitudo semper menti inimica est, ut te jure nunc tanto fortiosem spiritu putem, quanto imbecillior carne esse coepisti. » Caro enim, inquit Apostolus, concepsit adversus spiritum, spiritus adversus carnem: hec enim invicem sibi adversantur, ut non que vultis illa faciat. Ergo si, repugnante corpore, que volumus facere non possumus, infirmamurum carne est ut optata faciamus. Et verum est: imbecillitas enim carnis mentis vigorem exacuit, et affectus artibus vires corporum in virtutes transferuntur animorum; ut multi genus quoddam sanitatis esse videatur, hominem interdum non esse sanum. Causam propterea subjicit: « Nulla enim admodum tum spiritui cum corpore, id est, nulla divine indoli cum terreno hoste luctatio est: non

turbibus diabolicis medullæ astuant, non male sanam mentem latentia incentiva succedunt, non vagi sensus per varia oblectamenta lascivunt, sed sola exultat anima leta corpore affecto, quasi adversario subjugato. Gaudet ergo, alumna Christi, semper quidem simpliciter et quiete, sed nunc magis delicate tunc mentis et libera ostium aperi, et atrahe, ut legis, Spiritum Sanctum. Nunquam, ut puto, habitatore Deo dignior exististi; quanto imbecillior corpore, tanto purior sensu: vincens corpus carnem tuam morbis, mente victi. Felix si hanc semper corporis mortem in vitam spiritus conservaveris, extinctis in te forsitan cunctis humanarum tentationum incentivis. »

15. ORATIO FIDELI SALVABIT INFIRMUM. — *Oratio*, id est, gratia laborantem, deficientem et morientem; unde mortui ab Homero, Platone et Aristotele vocantur *adæveræ*. « Oratio fidei » accipi potest tum communis, tum sacramentalis. Communis, qua sacerdos et astantes precantur pro salute infirmi. Hec dicitur « fidei, » quia ex fide vim suam et efficaciam habet: quo enim major est fides et spes orantis, eo plus oratione sua impetrat a Deo, juxta illud *Matth. cap. ix*, vers. 29: « Secundum fidem vestram fiat vobis; » et cap. xvii, vers. 19: « Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illic, et transibit. »

Secundo et potius, « oratio fidei » vocatur sacramenti Extremæ Unctionis: hæc enim habet speciem orationis et deprecationis. Dicitur « fidei, » primo, quia fides metonymice significat omnia charismata et Sacramenta que fide utuntur, et ex ea profluunt quasi ramus ex arbore. Sic Apostolus, *Rom. iii*, 28, ait nos justificari per fidem: ubi sub fide comprehendit spem, penitentiam, charitatem ceterasque virtutes que ex fide quasi radice profluunt: sine his enim nemo justificatur. Sic *Rom. xii*, 3, ait: « Unicuique sicut Deus dicit mensuram fidei, » id est, charismatum spiritualium, que Deus inter fideles distribuit.

Secundo dicitur, « fidei, » quia vis et efficacia Sacramenti consistit, non in physica vi materie, v. g. olei, sed in fide, id est, vi spirituum veterum, que fide comprehenditur. Hinc ait S. Augustinus, tract. 80 in *Joan*: « Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum; non quia dicitur, sed quia creditur, id est, non ratione externi soni qui transit, sed ratione internæ virtutis que sola fide percipitur. Unde subdit: « Nam in ipso sono aliud est sonus transiens, aliud virtus manens, » que scilicet virtus est quasi anima Sacramenti, nec sensibus percipitur, sed fide creditur. Dicitur ergo hæc oratio « fidei, » quia a fide dictata est, et fide intelligitur.

Tertio, dicitur oratio « fidei, » quia requirit fidem in suscipiente Sacramentum, et sine hac fide invalida est et inefficax. Rursum, qui Sacramentum suscipit, hoc ipso publice proficitur se cre-

dere et amplecti doctrinam Christi, et vim huius Sacramenti ab eo insituti.

Quarto, oratio « fidei, » id est fidelis, id est certa et indubitata, q. d. Hæc oratio, puta forma deprecatoria sacramenti Extremæ Unctionis, non est dubia et incerta virtutis, sed fidelis et certa, quia certo impetrat quod orat; operatur enim per modum Sacramenti ex opere operato, non ex opere operantis, puta orantis. Sic Apostolus sæpe ait: « Fidelis sermo, » id est certus, indubitatus, verissimus sermo, I *Timoth. i*, 15, et cap. iii, 1; ad *Titum* iii, 8.

Quinto, « fidei, » id est fidelium et Ecclesie: quia sacerdos inungit, nomine totius Ecclesie inungit et orat pro infirmo. Agil enim tanquam minister Ecclesie: unde debet habere intentionem faciendi id quod Ecclesia intendit, puta conferre infirmo sacramentum Extremæ Unctionis.

SALVABIT. — *Primo*, Syrus, *sanabit corporalem*. *Secundo*, Dionysius, *sanabit spiritualiter*, id est, cooperabitur ad ejus salutem æternam, nimirum, ut Fevardentius, conferendo ei gratiam et robur, quo mortis horrore et damnosæ tentationi resistat. *Tertio*, plenius Hugo, Thomas Anglicus et alii, salutem utramque accipiunt, scilicet tam corporis quam anime, ut generalis sit hæc salus, que deinde explicetur aliquo modo particulatim, nimirum, salutis corporis per verbum *alexiabit*, salutis anime per *et si in peccatis fueris, remittentur ei*. Pro *salvabit* enim græco est *non*, id est servabit, quod est verbum generale, tamque æque tam corporis salutem complectitur.

Sensus ergo est, q. d. « Oratio fidei, » id est Sacramentum et forma sacramentalis Extremæ Unctionis, « salvabit infirmum, » hoc est, conferet ei gratiam que salvetur anima: gratiam, inquam, vel primam, si ager sit in peccato mortali, vel secundam, hoc est augmentum gratiæ, si ager jam erat in gratia. Ita per salutem intelligit gratiam Concilium Florentinum, dum effectum huius Sacramenti a se esse animi sanationem; et Concilium Tridentinum, *sess. XIV*, cap. 11; ait enim: « Res porro et effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur: Et oratio fidei salvabit infirmum, etc. Res etenim hæc est gratia Spiritus Sancti. » Alioqui Iacobus his omisisset primarium et proprium effectum Sacramenti, qui est conferre vel augere gratiam justificantem, huius facere justum vel iustorem. Rursum « salvabit, » vel, ut græce est, *non*, id est, servabit eum, hoc est, conferet ei salutem corporalem, si illa salutis anime expediat, ait Concilium Tridentinum loco citato. Possit insuper se exponi: « Oratio fidei salvabit infirmum, » scilicet dando gratiam quo ægrum, vel per mortem transmittat ad salutem æternam, vel eundem ad vitam revocet, erque salutem et sanitatem corporalem restituat. Si enim *non*, id est, servabit eum in vita vel presentis vel æternæ. Proprius enim effectus Extremæ Unctionis est, ut quasi vitium aut po-

fius pharmacum immortalitatis morientem conducit et transmittit ad alteram vitam meliorem et eternam.

Porro hinc patet falsum et preposterum esse metum nominatorum, qui putant se certo morturos, si hoc Sacramentum suscipiant, ideoque illud differunt usque ad ultimum vite habitum, imo subinde sine eo moriuntur: cum e contrario proprius effectus hujus Sacramenti sit reddere sanitatem, si id anime saluti expediat, ut ait Tridentinum, ejus rei moxia legitimus et vidimus, ac indies videmus exempla.

ET ALLEVIABIT EUS DOLORIS. — S. Augustinus, tract. *De Beati Catholici conversi*, et Cassianus, *Collat.* XX, cap. viii, loquuntur allegati, grece *εὐχαι*, Syrus et Hebraei *עֲוִנוֹת רַחוּמָה*, id est *misericordiae*, eriget, suscipiat, alleviabit eum, non tantum corporaliter alleviando morbum, sed etiam et magis spiritaliter conferendo ei robur, alacritatem et letitiam, quo metus et sermulus ob praeterita peccata ac tentationes diabolicas (praesertim diffidentia, desperationis, invidiae) et morbi dolores, haecia, torporem atque mortis pavorem, anxietatemque ob instantem iudicium fortiter et placiter superet, ut allevietur, id est, corpore et animo erigatur, exhibeatur et corroboretur, ita Concilium Tridentinum, sess. XIV, cap. iii: «*Ergo animam, inquit, alleviat et confirmat, magnum in eo divinae misericordiae fiduciam excitando, qua iustis sublevis et magis in commoda ac labores levius fert, et tentationibus diabolicis calidius insidiantis facillius resistit.*»

Præclare Joannes Eckius, Theologus Lutheri, in *57 De Sacramentis*, assignat sex octi proprietates, quibus significantur sex dona et effectus hujus Sacramenti, scilicet: *Primus*, sanitas spiritualis; *Secundus*, iustor conscientiae; *Tertius*, robur facultatum animae; *Quartus*, pax et quies in misericordia Dei; *Quintus*, consecratio quaedam quasi pupillis et athlete Christi; *Sextus*, gaudium et letitia. Hinc Rituale S. Ambrosii, quo vitur Ecclesia Mediolanensis, jubet ungi caput, in quo hae sex dona excipiuntur. Hinc et Episcopus benedicens hoc oleum orat, ut sit omni hoc unguento caelestis medicina pernoctata tutamentis et corporis, ad evacuandos omnes dolores, omnes infirmitates omnemque ingritudinem mentis et corporis.

Vix exempla? Accepit illustrata. «*Sanceta Maria Oignianensis, cum Beata Virgine praemonente Extremam Unionem suscepisset, Apostoli omnes adhaere, et B. Petrus claves ostendens, possebatur se illi oculi janua patefacturum. Porro Christus signum crucis, vexillum victorie suae, ad pedes ejus fixit. Cumque in diversis locis ungeretur, in ipsa Sacramenti ejus perceptione Sancti Spiritus operationem cum ingenti singularum locorum illustratione percussit. Quidam etiam amici et noti ejus, qui jam pridem obierant, ejus consolanda carni ad eum salvi sunt.*» ait Jacobus

a Vitriaco Cardinalis, lib. II *Vita ejus*, cap. xii. Idem, cap. iv: «*Cum presente Maria Oignianensis, ait, Unionis Extremæ sacramentum egroti perciperent, illa Christum cum Sanctorum multitudinem adesse sentiebat, egrotumque illum misericorditer corroborantem, demonesque expellentem, animam purgantem, et sequens dum membra ejus ungerentur, quasi in lumine per totum ejus corpus diffundentem.*»

«*Reginaldus, unus e S. Domini discipulis, cum moneretur ut Extrema Unionem se ad licetam cum demone prepararet: Ego, ait, hanc licetam minime reformido; quin potius letus expecto. Jam enim dicitur Mater misericordiae me invenit, in qua plurimum confido, et ad quam cupide professoror. Quod autem se prius ab ea in unctam dicebat, id habuit. Cum ante annos multos gravissime egrotaret, vigilandi de nocte apparuit Regina caeli cum aliis duabus virginibus, inquit, ait, et manus unguento quod attulerat, propriis manibus linivit, demum et pedes in preparationem Evangelii, ut ipsam quasi ex formula orans adiunxit.*» Ita habet Vita S. Domini, lib. II, cap. ii.

S. Livina a Christo Domino, presente B. Virgine, omnibus Apostolis, multaque Angelis et Spiritibus, sui juncta in omnibus membris qua mortuus iungi solent. Rogavit illam se tot dolores sustineret, quot opus esset ad rediendum Purgatorium. Cui Christus: «*Id fiet, si tu, ut pedes post biduum cantabis Alleluia cum aliis virginibus in regno Patris mei.*» Ita habet Vita ejus apud Surium, 7 Aprilis, part. III, cap. xi.

ET SI IN PECCATIS SIT, REMITTENTUR EI. — «*Peccatis, e non tantum venialibus: hae enim omnes habent; sed et mortalibus, si que sint. Iuda caute ait: «*Si et Concilium Tridentinum, sess. XIV, cap. iii: «*Unctio, ait, Spiritus Sancti (quam significat et confert Extrema Unctio) oblata, si que sint adhuc expiandi, ac peccati reliquias abstergit.*» Hinc unguentur quinque sensus, quia illi sunt quasi quinque ocella, per quae peccata in animam intrant. Porro peccati reliquias sunt primo, peccata venialia. Secundo, poena peccatis, etiam mortalibus jam remissis, debita. Tertio, infirmitas et languor virtutum animae ad peccato et tentationibus, quibus moribandi a demone oppugnar, solent, resistendum. Quarto, peccata mortalia, in qua unctio post confessionem incidit, et ignorat se illi tepari. Rursus cum confessio ob aliquem defectum, quem ager bona fide ignoret, sit invalida, si ipse de peccatis omnibus in genere dolat, uti par est, Extrema Unctio cuncta omnino remittit et abolet. Idem faciunt alia Sacramenta, sed per accidens, ut si Extrema Unctio illi facit per se et proprie, quia si hoc peculiariter est instituta, et parata in iudicio vite et amovet omnia impedienda, que naturam evolvantem et corpore ab ingressu cordi remanere possunt.*»*

sunt. Quocirca nulli est negligenda, quia multi per eam salvantur, qui alioqui damnarentur; multi recta in colorem evolvunt, aut breviter in Purgatorio expiantur, alioqui diu in eo expiandi. Ita passim interpretes et Bellarminus, *De Extrem. Unct.*, cap. viii, cujus rei exempla suppetunt.

Hinc nonnulli inferunt B. Virginem in fine vite non suscepisse Extremam Unionem, nec ejus fuisse capacem, quin nullum in ea fuit peccatum, aut peccatorum reliquias. Unde in ea falsa fuisse forma, dicendo: «*Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum, etc.* Rursus ipsa non egit confortatione in morbo et morte, imo sine morbo, ex amore et desiderio fructu Christo suo filio, exultat animam exhalasse. Ita Gabriel, Palafoxius, Victoria et Eckius.

Verum contrarium, scilicet eam fuisse innocuam, docent Albertus, Sylvester, Canisius, quotat et sequitur Suarez III part., tom. II, dist. 18, sect. 3. Ratio est, quia proprius effectus Extremæ Unionis est confortare hominem in ultima lucta contra insidias inimici, non vero peccatorum remissio, nisi sub hac conditione, si que habeat ager, ut ait Jacobus. Decuit ergo B. Virginem hoc Sacramentum uti et cetera (excepto Ordine, Penitentia et Matrimonio) suscipere, ut fidelibus praeberet exemplum humilitatis et vite Christianae. Ad argumentum respondet Suarez, formam intelligit conditionate, scilicet: «*Si quid deliquisti per visum, etc.* Mellis respondebimus, illam illi forma, v. g. Ambrosiana (quam superius notavimus) fuisse immutata, quae peccatorum non facit mentionem. Porro quod Albertus ait, eam usurpasse sacramentum Penitentiae et confessionis S. Joanni, passim illi redargunt: propria enim materia penitentiae sunt peccata propria, qualia nulla habuit sanctissima Virgo, idque ipsa optime sciebat, utpote lumine divino, aequae ac gratia, plenissima.

Penitens factum est quod scribit Guilielmus Durandus, lib. I *Rationalis divinæ officii*, cap. viii, num. 29, et Eckius, hom. 56 et 58 *De Sacramentis*, scilicet quod infirmus debet senec tantum in anno, licet se prius egrotet, quod tunc non nisi post plures menses: nec enim Extrema Unctio imprimi characterem. Repetit ergo potest quoties is qui et morbo convalescit, in eum, vel alium rursus inficit, ac periculose egrotat. Ex dictis patet S. Jacobum tres assignare effectus Extremæ Unionis. *Primus* est, pax animae et salubris corporis; *secundus*, alleviatio infirmitatis; *tertius*, peccatorum, si que sint reliqua, remissio.

46. CONFITEMINI ERGO ALIUTRUM PECCATA VESTRA. — Pro ergo Syrus habet *7 deo*, id est *ante*, Graeci nonnulli (nam plures non habent) *de*, id est *igitur*. Vocula ergo, vel autem connectit haec praecedentibus, q. d. Dixi de Extrema Unctione: «*Si in peccatis sit, remittentur eis.*» scilicet si is qui ungitur ea ignoret, aut eorum sit oblitus: nam si eorum sit conscius, debet ex auto Extre-

nam Unionem confiteri, ut docet Innocentius I, epistola I ad Decentium, cap. viii. Ut ergo omnia suscipias, «*confitemini alterutrum peccata vestra.*» id est, confitemini homines hominibus vobis similibus, puta illis, quibus a Christo demandata est absolvendi cura et potestas, scilicet sacerdotibus, juxta illud I Petri, iv: «*Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes.*» Sie vulgo dicimus: Docte invicem; curate invicem, sustentate invicem, sacrificate pro invicem: nimirum ut qui docti sunt, doceant indoctos; qui medici sunt, curent egrotos; qui divites sunt, sustentent pauperes; qui sacerdotes sunt, sacrificent pro laicis: illa enim verba exponenda sunt appose ad subiectam materiam, gratiam et officium cuiusque. Ita exponit *Acta*, S. Bernardus in lib. *Medit.*, cap. xv; Hugo Victorinus, lib. II *De Sacramentis*, part. XIV, cap. i; Alcinus, epist. 26 apud *Heuricum Oudinum*, tom. I *Antiquit. lect.*, et Concilium Senonense, cap. iv (licet Doctoribus Lovaniensibus dubilet an hic liber sit S. Augustini, et Erasmus neget). Accedit S. Bonaventura et Alexander Aleasis max citandus. Hinc patet agi hic de confessione sacramentali: quod peperam negat Erasmus Cajetanus.

Dices: Cur ergo ait S. Jacobus: «*Confitemini alterutrum?»* Cur non expresso dicit: Confitemini sacerdotibus? Respondeo primo, ad levitatem confessionis omni et verecundiam, q. d. Confiteri debetis, et non angelis, coram quibus, utpote purissimis et sanctissimis, nimis cruescitur peccata vestra, praesertim carnalia denudare: sed hominibus, puta sacerdotibus, qui isdem tentationibus et peccatis obnoxii sunt, vel fuerunt, aut esse possunt. «*Alterutrum»* ergo, id est, homo homini, similis simili, frater fratri confitemini, puta sacerdoti, qui licet officio sit superior, naturam tenet eam par, infirmitate similis, obligatione confitendi equalis.

Secundo, ut significet sacerdotes etque ac laicos sua peccata confiteri debere. Nolit ergo dicere: Confitemini presbyteris, ne presbyteri putarent se onere confitendi eximi, si quod ipsorum sit laicorum confessiones excipere, eosque abolvere quasi iudices; sed iudicium personam debere deponere, sequi facere reos cum peccata sua confitentur: quae dicit: Confitemini alterutrum, presbyteris scilicet, ita ut, cum ipse peccet, similiter aliis presbyteris confiteatur. Ita Serarius hic, et Turrianus in lib. II *Constit. S. Clementis*, cap. xvii.

Tertio, ut innuat Jacobus consilium esse, non preceptum, non tantum sacerdotibus, sed etiam laicis peccata confiteri, sive reconciliationis mutua causa, sive humilitatis studio, sive ad petendum consilium et auxilium, sive ad motus christianitatis vinculum, praesertim imminente discussa et morte. Unde multos Sanctos id fecisse legitimus, ut S. Gregorium toto cap. ultimo *Moralium*. Et in Religiosis viri religiosiores id passim facere solent,

Terda

ac offensarum suarum et scandalum quod sua tepiditate, vel impatientia, aut cholera sociis dederunt, ab eis veniam petere. Idipsum significat et monet hic S. Jacobus. Unde Beda: In hac, ait, Jacobi sententia debet esse discretio, ut quotidiana levique peccata alterutrum consequantur, ut orent pro nobis; sed gravia juxta legem sacerdoti pandamus, ut ille ab eis nos absolvat, quod laici facere nequeunt. Et Simeon Thessalonicensis, lib. *De Divino Iustitia*, ait hinc Jacobi verba ab Episcopo, dum pro populi pronis episcopo postulat, et se peccatorem confitetur (uti fuit sacerdos in introitu Missae) impleri. Et S. Ephrem, tom. II, p. 72, in reprehensione sui et confessione interplorans fratrum erga se commiserationem, citat hinc Jacobi locum.

Quarto, ex hoc Jacobi loco nonnulli censuerunt, absenti sacerdoti, confitendum esse laico: unde Aleutius, *epist.* 29, Scotis id persuadere volens: Jubeatur, inquit, ut confiteamur alterutrum, id est homo homini, reus iudici, reusque medico. Idem suis sancti S. Francisci in *Regula*, cap. XX, citans hinc Jacobi locum. Idipsum fecit Baptista catechumenus, qui, teste S. Augustino, ut refertur *De Consecrat.*, dist. 4, cap. *Sacrum est*, in gravi oratione tempestate a laico baptizatus est: ille enim ab hoc jam baptizato absolutioem petiit, et impetravit. Idem liquet ex Concilio Triburiensi, quod citatur in *Decretal.*, cap. *fures, de furtis*. Diciturque fures et latrones, si comprehensi aut vulnerati Presbytero vel Diacono confessi fuerint, communionem eis non esse negandam. Unde putantur aliqui in articulo mortis, deficiente sacerdote, laico faciendam esse confessionem, idque a Jacobo hic praecipit, ac proinde laicum hinc posse confitentem absolvere. Id videtur innuere S. Thomas in *Supplet.*, Quaes. VIII, art. 2, ad 1, et Abulensis in *Levit.*, cap. XVI, Quaes. XXIV, Quin et S. Franciscus in *Regula*, cap. XX, suis Religiosis ita praescribit: « Si Sacerdotem habere non poterant, confitentur fratri suo, sicut dicit Apostolus Jacobus: Confitemini alterutrum peccata vestra. » Sed illico subdit: « Non tamen ob hoc dimittant recurrere ad sacerdotes, quia potestas ligandi atque solvendi solis sacerdotibus est concessa. »

Verum dico, confessio facta laico nullo modo est sacramentalis, neque unquam fuit necessaria. Prior pars patet, quia laicus non habet potestatem clavium, confessio autem sacramentalis fit propter absolutioem: Secunda pars patet, quia nullum est praecipuum, nec divinum, nec Ecclesiasticum, nisi de confessione facienda sacerdoti; deinde quia necessitas confessionis nascitur ex necessitate absolutiois, quam laicus non potest dare.

Dico: Cyprianus, lib. III, *epist.* 17, contendit ut lapsi in persecutione possint in articulo mortis, si sacerdos non adfuerit, apud Diaconum exomologesim facere, et manus impositionem in penitentiam accipere; et auctor lib. *De Vera et falsa*

penitentia, cap. X: « Tanta vis, ait, est confessiois, ut si deest sacerdos, confiteatur laico. » Sic et Ileria verbis paulo ante recitatis. Similia habet Glossa in cap. *pastoralis*, de officio iudicis ordinato (tamen in quibusdam exemplaribus correctioribus sunt ista jam deleta). Respondeo, Cyprianus loquitur de confessione, quae ab agentibus penitentiam publicam fieri solet in eum finem, ut absolvantur ab excommunicatione, et reconciliantur ab Ecclesia: quae confessio potest fieri Diacono habenti jurisdictionem absolventi ab excommunicatione. Conjectura autem D. Pamelli, quia dicit forte absente Episcopo, et presbyteris carceribus inclusis, ex privilegio quodam in necessitate Diaconis permissam et concessam fuisse praesentium reconciliationem, sicut a S. Gregorio presbyteris concessam legitimus sacramenti Confirmationis administrationem, nullo modo est probabilis: tum quia nemo hoc unquam dixit, tum quia Diaconus non habet sacerdotalium characterem, et longe major est distantia inter diaconum et presbyterum, quam presbyterum et Episcopum; tum denique quia Episcopus nullo modo potest concedere administrationem sacramenti Confirmationis, sed soli Christi vicario hoc concedunt: ergo nullo minus potest concedere Diacono administrationem sacramenti Penitentiae, sicut nec potest ei concedere consecrationem corporis Domini. Auctor vero lib. *De Paenit.*, et Beda commendant hanc confessionem non tantquam necessariam, sed tamquam utilem, tum quia homo excitat in se facilius dolorem peccatorum, dum ea alteri confititur; tum etiam quia per illam verecundiam ex parte satisfaciunt pro peccatis; tum denique quia consilium et consolationem ab altero accipere potest. Unde etiam Magister sententiarum et Doctores in IV, dist. XVII, Quaes. XVII, laudant hanc confessionem in extrema necessitate laico factam, quod intellige, quando abest scandalum, et omne aliud periculum quod ex tali confessione posset provenire. Quod autem D. Thomas in *Supplet.*, Quaes. VIII, art. 2, ad 1, ait in necessitate penitentem debere confiteri cui potest, non est praecipuum, sed consilium, ut intelligit Sotus: quod tempore D. Thomas frequentius erat in usu quam modo. Quod autem addit defectum sacerdotis a summo sacerdote tunc suppleri, intellige, suppleri quoad consecutionem remissionis peccatorum, si alter est contritus, non autem si tantum est attritus, quia nulla extat hujus rei promissio; unde illa suppletio esset omnino praeter legem ordinariam. Pro laico audiens confessionem, non potest confitentem absolvere: sic enim usurparet officium sacerdotis, faceretque sacramentum. Sed haeretic irregularis? Affirmat D. Soto: quia, inquit, cap. *si quis*, de Clerico non ordinato, imponitur poena irregularitatis solemniter baptizanti, aut aliquod divinum officium exercenti sine Ordine: nomine autem officii divini continentur omnia Sacramenta. Verum ne-

fus alii negant, quia nomine officii divini ex usu Canonum intelligitur solum sacrificium Missae et solemnissimum decantatio Evangelii, aut Epistolae. Ita Sylvester, verbo *Confessor*; Ledesma in IV, dist. II, Quaes. VII, art. 3, et alii.

Denique errat Thomas Anglicus hic dum institutionem confessionis tribuit Ecclesiae. Iacobo promulgationem, Christo tantum institutionem, cum scilicet D. Petro dedit claves; imo Canon *Quibus Deo*, tit. *De Paenit.*, dist. I, cum Glossa: videtur institutionem confessionis tribuere S. Jacobo: sed per institutionem intellige expressam deputationem, quam praes. S. Petro, Paulo, Joanne et Iuda fecit hic S. Jacobus. De fide enim est hoc Sacramentum, aeque ac cetera, a Christo Domino immediate esse instituta, uti definit Concilium Tridentinum, sess. XIV, cap. I *de Sacram. Uct.* Unde S. Bonaventura, in IV, dist. XVII, art. I, Quaes. III, et Aletius, lib. II, num. 3, art. 2, docent confessionem a Christo institutam, sed a Jacobo hic promulgatam.

Porro quam peccatori necessaria sit confessio ad salutem, patet exemplo Severi, qui mortuum sine confessione defunctum, ideoque raptum ad tartara suscitavit, ut confiteri posset: ut narrat S. Gregorius, I *Dialog.*, cap. VII. De ejus utilitate plura dixi Aetor. XIV, 18. Eandem serpe Deus declaravit miraculis, quae recenset Beda, lib. V *Hist.*, cap. XIV; Petrus Cluniacensis, lib. I *De Mirac.*, cap. III, IV, V, VI; auctor Vita S. Bernardi, lib. I, cap. IX; S. Bonaventura in Vita S. Francisci, cap. X; Alanus Copus, lib. II *Dist.*, cap. VII.

Praeterea S. Bernardus, *epist.* 113, explicans illud *Psalm.* xvi, *Confessio et pulchritudo in conspectu eius*: « Vera, ait, ubi Confessio, ibi pulchritudo, ibi deus: si peccata sunt, in Confessione lavantur: si bona opera, mundantur. Cum mala tua confiteris, sacrificium est Deo spiritus contribulatus: cum Dei beneficia, immolatas Deo sacrificium laudis. Ama Confessionem, si affectas decorem. Bonum animae ornamentum Confessio, quae peccatorem purgat, et justum reddit purgatiorem: absque Confessione justus judicatur ingratus, et peccator mortuus reputatur. Confessio igitur peccatoris est vita et justae gloria. »

Denique mira est vis confessionis, ut uno verbo impetret a Deo omnium peccatorum, etiam gravissimorum, indulgentiam, Deique reconciliationem, uti impetravit David; dicendo enim: « Peccavi Domino, » illico audivit a Nathan: « Dominus quoque transiit peccatum tuum, non mortis, » II *Reg.*, cap. XI, vers. 13. Memorabilis est Glossa Hebraeorum in illud *Cantic.* v. 2, *Aperi mihi, soror mea, adita a Galilaeo*, lib. VIII, cap. VIII: « Filius mei, ait, aperite mihi aperturam unam penitentiae, sicut est foramen acus; et ego aperiam vobis aperturas misericordiae, per quas intrabit quadrige et curus. »

ORATE PRO INVICEM, — tum laici pro laicis, tum sacerdotes pro sacerdotibus, et laicis praesertim

infirmis, quando eos invungunt; de illis enim hucusque agit, et sacerdotes a Deo et Ecclesia ordinati et deputati sunt, ut nomine Ecclesiae orent pro fidelibus omnibus, sicutque publici legati et mediatores inter Deum et populum; unde et sequitur: « Ut salvemini, » graece, *inter*, id est, ut sanemini, scilicet ab infirmitate qua vos debetis *Quasi enim manus ligabatur, cap. XIV, II.* Unde et post mortem visus est pro eodem supplicare, II *Machab.* xv, 14. Pro S. Petro in carcerato oravit tota Ecclesia, eique libertatem impetravit, Act. XX, 5. Paulus pro aliis oravit, et aliorum preces pro se postulavit, Rom. I, 9, et cap. xv, 30; *Colos.* IV, 3. S. Joannes pro omnibus orat, *epist.* III, cap. II. Denique Christus orat pro apostolis omnibusque fidelibus, *Joan.* cap. XVII, vers. 11.

Porro utilis est oratio orare pro aliis, quam pro se solo, primo, quia libentius sacrificium orationis accipitur, cum in conspectu misericordis iudicis proximi dilectione conditur; « quare communibus et alterius plus agimus orationibus, quam singularibus aut privatis, » ait S. Augustinus, *epist.* 97. Secundo, « quia dum singuli orant pro omnibus, etiam omnes orant pro singulis, » ait S. Ambrosius, lib. *de Abel*, cap. IX, qui et addit: « Ita magis numeratio est, ut orationibus singulorum acquiratur singulis totius plebis suffragia. » S. Chrysostomus, sermo 5 *Ne desperemus*, asserit optimum esse participem fieri orationum, quas fundunt sancti, adeoque Deum saepe his tribuere, quod nostris, quia indigni sumus, non tribuit. S. Gregorius, lib. I, *epist.* 21, creditus jam pontifex, postulat pro se orari: « Ne suscepta me pondera, ait, ultra vires premant. Memor vero quod scriptum est: Orate pro invicem ut salvemini, etiam impendo quod peto, sed recipiam quod impendo: cum enim vobis per orationem opem conjungimus, quasi ambulantes per lubricum, vestissim nobis manum tenemus; sitque ex magna provisione charitatis,

ut eo singularum robustius caritas perfigatur, quo in alterum alter innuitur. » Vere S. Augustinus : « Nisi Stephanus orasset, ait, Ecclesia Paulina non haberet. » Rursus S. Gregorius, lib. V Registri, epist. 149 : « Preces etiam nostrae, inquit, tanto celerius in Domini caritatis aurem sublevantur, quanto eas vicissim pro nobis suas caritatis ardor excutit. »

MULTUM UNUM VALET DEPRECATIO (Sicut, id est precatio, quae in indigentia et afflictione suppliciter fit ad eam levandam; Sicut enim est indigere.) JUSTI ASSIDUA. — *Assidua*, id est elaborata, strenua, effluax, vivida; Pagninus, *intenta*, quae scilicet tota animi contentione ex furore peccatoris ardenti spiritu, certaque fide et spe formatur et emittitur. Haec enim quasi cogit Deum dare quod petit. « Assidua ergo, id est, intentata et instans, ut asequatur quod petit. » Assidua enim laque proprie idem est quod iustus, continuus, et quasi assidens rei cui incumbit. Ita Festus, Inde *secundo*, « assidua, » idem est quod intentus, diligens, sollicitus. Sic Cleero, lib. I De Orat., scripturam diligenter et elaboratam vocat assiduam. Et lib. De Senect. : « Semper, ait, boni assidue domini refera ocella vivaria, olearia, et penuria est, viliusque tota locuples est. » Tertio « assidua » per metalepsin idem est quod locuples et probatissimus. Ita a Gellio, lib. XVIII, vocatur « classicus assiduaque scriptor, non proletarius. » Simili modo oratio assidua, primo, est intentata, elaborata, sollicita. Secundo, continua, donec obtineat quod tam sollicite petit. Tertio, probata et locuples, quia totam se dat Deo, omnesque corporis et animae vires in oratione impendens Deo tradit : locuples ergo est in Deum, dum ei se suaque liberaliter offert, ut eum vicissim sibi obliget, et liberalem in dando id, quod petitur, esse suadeat et pene compellat. Sic Graecum *ἁγρῆ* idem est quod *ἁγρῆ ἀν*, id est in opere existens, operi intentus, sollicitus, strenuus, acer, continuus, donec opus sum conficiat. Talis ergo energia, efficacia, intentio et contentio requiritur in oratione, qualem in opere, v. g. in studio adhibet studiosus, in fabrica architectus, in praelio miles et dux ut victoriam obtineat : ut solliciti ad effluax principio, puta ab animo et spiritu ardenti et vehementi inclinata, et quasi animata ardens sit et vehementis, ac ardentia suspicia, quasi pilas et tormento bellico ignitis, in eorum ejectionetur, quibus Deum feriat et quasi sauciat, cogente dare quod flagitat. Talis erat oratio S. Caluarie Senensis, quae obscenitas dicebat : « Domine, non discedam, non te dimittam, donec mihi hanc illamve rem, puta animam dones. »

Hinc secundo, oratio iusti multum valet, si sit *suppliciter*, id est agens, operans, non desideriosa et torpens, sed bonis operibus intentu suo compitata, alata et armata : opera enim tum orantis, tum eius pro quo oratur, puta peni-

tentia, vite emendatio, observatio mandatorum, et exercitium charitatis, patientiae, humilitatis aliarumque virtutum facient orationem efficacem et quasi omnipotentem, ait Maximus, *centuria III*, cap. viii et lxxxiv, et ex eo Theodoros Studita, *sermo 107*. Sic Paulus, *Galat. v. 6*, ait multum valere fidem quam per dilectionem operatur, graece *ἐκπύρεται*. Hoc est quod angelus docet Tobias, cap. xii, 8 : « Bona est oratio cum ieiunio et elemosyna, magis quam thesauros auri recoondere. »

Ieiunium ergo, id est, afflictio corporis et spiritus, ac praesertim animi contritio, gemitus lacrymae dant orationi vim Deumque quasi currunt ut afflicto succurrat. Unde : « Quando orabas cum lacrymis, » ait Raphael Tobias, cap. xii, vers. 12, « exaudivit te ; » et Judith, cap. viii, vers. 44 : « Indulgentiam ejus, inquit, fuis lacrymarum postulamus, » et Magdalena veniam impetravit, cum « lacrymis cepit rigare pedes ejus, » Lucae vii, 38. Unde rorat ait S. Nazianzenus, orat. I *Contra Julianum* : « Piorum lacrymae peccati diluivium sunt, et mundi expiamentum. » Et Climacus, *gradus 7* : « Major ac potentior baptismate, post baptismum est fons lacrymarum. » S. Maximus, hom. De *pariti. S. Petri* : « Utiliores, ait, lacrymarum proles sunt, quam sermonum : quia sermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit : sermo enim interdum non totum profert negotium, lacryma semper totum petit affectum. » Chrysostomus, hom. 30 in *Genez.* : « Quiddam die, oro, oculis illis formosius, persupposito lacrymarum imbre, et quasi margaritarum decore ornatis? » S. Gregorius Nyssenus, orat. funebre De *Placida* : « Vulnerum animi, inquit, tanquam sanguis lacrymae sunt. » S. Leo, serm. 9 De *passione* : « Felices, inquit, S. Apostole, tuae lacrymae, quae ad dilendam culpam negationis virtutem sacri habere baptismatis. » Unde Petrus Cellensis, lib. De *Pandus*, cap. xii : « Diabolus, ait, tolerabilius sustinet flammam, quam lacrymam nostram. »

Expostulavit graviter Antipater cum Alexandro Magno per litteras de Olympia Alexandri ipsius matre, eique contendit a rege, ut illate sibi per summam insolentiam iniuria quam primam resarcirentur. Legit sedata querelis Alexander, et nobili illo apophthegmato respondit : « Ignorare videtur Antipater, quod una matris lacryma multas delubit epistolas. » Una pariter peccatrix lacryma igne eliquata exortitionis, multas esse quae gravissimas villas Deo delubit iniurias, Petrus Chrysologus, *serm. 93* : « O quanta, ait, vis est in lacrymis peccatorum ! rigant eorum, teram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam divina promulgatione sententiam. » Anselmus Laudunensis, sive Glossa interlinearis in illud *Tib. iii. 11*, In *oratione persistens cum lacrymis deprecatur Deum* : « Oratio Deum, ait, lenit, lacryma cogit : haec ungit, illa pungit. » S. Bernardus, *serm. 30* in *Contro* : La-

cryma penitentium, inquit, vinum sunt angelorum, » inno Dei ipsius, quo ipse se oblectat et quasi sicut suam sedat, iuxta illud *Ps. lvi. 9* : « Possidit lacrymas meas in conspectu tuo. » Ubi Tigurina verit, *lacrymas meas rorare in inaugurulam tuam*. Merito ergo exclamatur Justinianus, lib. De *Ligno vite*, cap. ix : « O lacryma humilis, tua est potentia, tuum est regnum. Tribunal iudicii non vereris, amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis, non est qui te ad Deum accedere vetet : si sola intres, vacuum non redibis. Quid plura? vineis invincibilem, ligas omnipotentem, aperis caelum, fugas diabolum. »

Nota *ii iusti*, intellige enjuslibet, sed praesertim ejus qui est minister Ecclesiae et presbyter, quem docet omnino esse justum, maxime cum Extremam Unionem alioque Sacramenta administrat. Rursus iusti oratio debet esse *suppliciter*, id est, intentata, operosa, effluax, assidua, qualis fuit S. Jacobi nostri, cognomento Iusti; cuius genua ex continua oratione callum obdurerant, uti dixi in Proemio. Talis prout fuit S. Benedicti, S. Francis, S. Dominici, S. Thomae Aquinatis, qui probe asserbant se nihil petisse unquam, praesertim per B. Virginem, a Deo, quod profectum non impetrassem. Sanctorum enim mentes sunt quasi altare thymiamatis, quod fage orationum et suspiriorum thymiana, Deo odoratissimum et gratissimum exhalat. Talis fuit Abrahamus et impetrans ut parceretur Sodomae, si in ea inventirentur decem iusti, *Gen. xviii. 32*. Justus ergo unus pluris est apud Deum, quam omnes peccatores, quam caelum et terra. « Sanctorum deprecatio est commune omnium morborum remedium, » ait Theodorus in *Hist. Reliq.* cap. xvi. Quid mirum? Augustus Caesar, capta Alexandria, licet illi ob injurias sibi illatas indignus, peperit in gratiam. An philosophi Alexandri, amici sui. At Deus longe clementior est Augusto, longe liberalior. Quocirca Deus per Ieremiam, cap. vi, vociferatur : « Circuite viae Ierusalem, et aspice, et considerate, et querite in plateis ejus, an inveniantur virum facientem iudicium et querentem fidem, et propitius ero ei. » Justo ergo sanctos, fultura et columina urbium, provinciarum et regnorum. « Que dubitet mundum praebit stare Sanctorum? » ait Rufinus, *praefat. in Vitas Patrum*. Peccatoris vero oratio parum valet, nisi in penitent et opem a Deo conyertendi se petat, ut fecit S. Magdalena, *Publicanus*, S. Petrus, S. Paulus. Talis praesertim fuit oratio Boni *Erodi* xxxii, 10. Num, ut ait S. Basilus, orat. 2, quae est de *Precautione* : « Magni ponderis eorum auxilium est, qui possunt precibus flectere Deum; et supplicationes motuae cum in hac vita salutares sunt, tum cum ex hac vita decedemus, copiosius nobis vitium ad vitam futuram suppeditant. »

Nota secundo, *Cassianus, Collat. VIII, cap. xxxii*, ultos modos et causas assignat, quibus oratio

resistit effluax : « Habes, ait, in duorum consensione fructum exauditionis Dominice voce signatum, secundum illud : Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quaecumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in caelis est. Habes aliam in fidei plenitudine, quo granae sinapis comparatur : Si enim, ait, habueris fidem sicut granum sinapis, dicis monti huic : Transi hinc, et transibit, et nihil impossibile erit vobis. Habes in assiduitate orationum, quam propter indefessum petitionum perseverantiam, imperturbabilem sermo Dominicus nominavit : Amen enim dico vobis, quia si non propter amicum, vel propter importunitatem ejus surget, et dabit ei quantum opus habuerit. Habes in elemosynarum fructu : Conclude, ait, elemosynam in corde pauperis, et ipse orabit pro te in tempore tribulationis. Habes in emendatione vite et operibus misericordialis, secundum illud : Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes. » Et post pauca, quibus infretuosa jejunitate sterilitas castigatur, « Tunc, ait, invocabis, et Dominus exaudiet te ; clamabis, et dicit : Ego audivi : Nonnumquam sane exaudiri etiam tribulationum nimietas facit, secundum illud : Ad Dominum, cum tribularer, clamavi, et exaudivit me ; et firmum : Ne afflixeris advenam, quia si clamaverit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. »

Nota tertio, S. Thomas, *serm. in Rogationibus* ostendit quantum oratio iusti valet, ea sex ejus affectibus. Primo enim, ait, *oratio Deo mitigat, sese opponens ut sentiam, Sapient. xviii. 24* ; impetret omnia, *Math. xxi. 21* ; inclinet Deum, ut homini obsecrat, *Josue x. 14*. Secundo, angeli assistunt oranti, *Domit. ix. 21* ; orationes iustae offerunt Deo, referuntur exauditionem, *Job. xii. 12*. Tertio, oratio iusti hominem liberat a malis, et veniam impetrat, sublimem presentem et aeternam, corporalem et spiritualem condit, hie vers. 13. Quarto, homines fugat a corde et corpore, *Matth. vi. ult.*, vers. 17 ; eosdem obediens facit, etiam ut in mare se precipitent, *Matth. xxi. 21*. Quinto, omnibus elementis et creaturis dominatur ; solebat *Iosue x. 14* ; ignem caelo avocat, *IV Reg. i. 10* ; eorum claudii, ut postea viri sedq ; mare et aquas dividit, *Exodi xv. 15* et *21* ; *Josue iii. 16* ; mortuos et Purgatorio educit, *Eccli. xviii. 5* ; lasitias ferocissimas cunctat, curat lepraem, febrem, pestem omnesque morbos ; sedat tempestates, incandiam, eluviones ; omnes virtutes et gratias a caelo aperit, adeoque Deum omnipotentem virtute et quasi ligat. Denique Origenes, hom. 9 in *Num.*, docet, Deum oranti plus concedere, quam postulet. Unde et orat Ecclesiae : « Deus, qui abundantia pietatis tuae, et merita supplicium excedis, et voca, effunde super nos misericordiam tuam, ut dimittas quae conscientia meluit, et adicias quod oratio non presumpit. »

Elegie auctor *serm. ad Fratres in cruce spual*

S. Augustinum, *serm. 22*, orationis efficaciam ostendit: « Orans Jeremias, inquit, confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Job in sterquilino triumphat de diabolo, Iatro de cruce paradisi invenit, Sisanna a sensibus defenditur, Stephanus de torrente in coelum suscipitur: non est igitur locus, in quo orare non debeamus. Orate igitur semper, et in omni loco, et pro invicem, ut salvemini. Oratio sancta est columna virtutum, deitatis scala, viduarum maritus, angelorum cognata, fundamentum fidei, monachorum corona, conjugatorum levamen. »

17. ELIAS HOMO ERAT SIMILIS NOBIS PASSIBILIS. — Glosa, *similis mentis et carnis fragilitate*; Græco *ἀνεπιθυμίας*, similibus affectionibus et passionibus obnoxio, quibus nos; et tamen ejus quito fuit reseratio coli, illud ad libitum aperiens, et claudens; terram humectans, et siccat; leuadans, et arsiatens. Probat orationem justum multum valere exemplo Elie, ejus justitia et sanctitas, eque ac orationis efficacia in patrandis miraculis et portentis, apud Judæos erat celeberrima. Elias enim erat homo similis nobis. Id dicit primo, quia Elias iam raptus in coelum nobis est dissimilis et impassibilis. Secundo, quia vite fuit tam sublimis, adeoque thannturgus, ut angelus potius videri posset, quam homo. Unde et citra ignem raptus est in coelum; ut Elias, ait S. Chrysostomus, *serm. De ascensione Elie*, viderat fuisse Elias, id est sol, e terra in coelum ascendens. Sic enim Judæi Machabiam, Aggeum et Joannem Baptistam putarunt esse angelos incarnatos. Hinc et Elias dicitur quasi *ϕύλον Elie*, id est, *Domine meus Deus*, teste Pagano in *Notitia Hebr.*, vel *fortissimus Deus*. Unde S. Athanasius, *Apolog. De Pace sua*, ait Eliam nominatum esse Deum. Quocirca *Eccliesiasti. XLVIII, 4*: « Surrexit, inquit, Elias propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat; » totus enim ardebat zelo Dei, idque prodigio significatum esse asserit Epiphanius, *lib. De Vita Prophet.*, in *Elia*. Ait enim: « Quem cum eniteretur parens ejus, talis sol ac patri visio apparuit: viri niveum quemdam prae se ferentes habitum pusionem fluctabant, matrisque uberibus in ignem evehebant, quin et flammam ignis loco cibi ministrabant. Profecus est itaque genitor in Jerusalem, vissaque ad sacerdotes retulit. Respondit autem illi chrematismus (id est, oraculum, sive responso): Cave manifestum facias: erit quippe lumen filii hujus domolium, sermoque ejus demonstratio atque sententia brevis, et judicium Israel cum in igne, tum rhomphaea. Hic est ille Elias qui ter ignem a coelo deduxit, quique imbrem sua lingua gestavit, mortuos item suscitavit, et in coelum denique nimbo, seu turbine ignis assumptus est. »

Tertio, quia Hæbrei tradunt Eliam eundem esse cum Phineis, filio Uzazari pontificis, qui ob zelum meruerit immortalitatem, vivere scilicet usque ad

finem mundi. Quem errorem secutus est Petrus Damianus, *epist. 41 ad Nicolaum Pontificem*. Id la cito hic confutat Jacobus, dicens eum passibilem et mortalem. Hunc errorem pariter confutavit Num. *xxv, 13*. Sensus ergo est, q. d. Si Elias vir justus et sanctus tanta orando impetravit a Deo: ergo similiter oratio aliorum justorum magna impetrabit a Deo; Elias enim non fuit angelus, nec alterius nature quam nos; quin et per omnia nobis fuit similis; sed habuit magnam in orando fiduciam, eaque impetravit quæ naturaliter erant impossibilia: eandem per Dei gratiam induamus et nos, ac similia impetrabimus.

Moraliter S. Gregorius, *lib. XIX Moral.*, v. notat Deum Elie et Sanctis per quos tanta operatur, relinquere innatam fragilitatem, ac hec dicit operibus sapiebant, eaque sibi arrogat. « Cum, ait, Elias tot virtutibus in alla profecisset, tamen mulierulam (Jesabel) fugit, de manu Dei mortem petit, nec accipit, etc. In illis virtutibus Elias, quid de Deo acceperat; in istis infirmitatibus, quid de se esse poterat, agnoscebat: illa potentia virtus fuit, ista infirmitas custos virtutis: in illis virtutibus ostendebat quid acceperat, in istis infirmitatibus hoc quod acceperat, custodiebat. In miraculis monstrabat Elias, in infirmitatibus servabatur. »

ET ORATIONE ORAVIT (id est, ferventer oravit): hanc enim vim habet geminatio UT NON PLEBERET SUPER TERRAM, ET NON PLECIT ANNOS TRES. — *Lib. III Reg. xviii, 4*, dicitur tantum quod Elias hanc societatem prædixerit. Jacobus addit ipsum eandem suis præcibus conciliasse et impetrasse, idque ex ingenti honoris divini zelo, ut scilicet ostenderet se verum et efficacem Dei veri esse Prophetam; utque Achab et Jezabel eorumque impios subditos, qui colebant Baal, hæc pœnæ castigaret, et ad veri Dei hæc plagam immittentes cultum reduceret. Quocirca jure S. Chrysostomus, *loc. cit.*, ex variis Matthæi locis: « Elie, inquit, lingua fuit quasi coeli clavis: factus est enim velut arbor, ejus nuta et colibentur, et defluerent imbres. » Eius enim oratio, inquit Tertullianus, *lib. Advers. Psychicos*, cap. vi, junio atque abstinentia robata vim habuit impetrare: idque ad hoc ut eorum impietate clauderetur, qui terræ poltherant, ait S. Ambrosius, *lib. De Elia*, cap. ii. Fuit hic ingens Elie zelus; non tamen nimis, uti videtur dicere S. Chrysostomus, qui *serm. 4 De Elia*, in fine, causam raptus Elie in coelum dat nimum ejus zelum, ne eo orbis perderetur et periret. Nam si diu ibi manendum in terris, ait, præpædium humanum genus quod a te plecurit, absolvetur. Transi ergo in caelos, o Elia: non potes ignis colabitate calamo. Impeccabiles contubernales post hæc habiturus es, inter angelorum choros habitare te faciam. »

Idem, *serm. De Elia et Petro*, nominat Eliam terrestrem angelum, coelestem hominem, qui per humum ingreditur coelum clauderet, aquarum

custos esset: ejus enim lingua thesaurus erat aquarum, qui collis rubes lingua contineret, non precans nos obsecrans; sed statim ut verbum veritatis emisit, coelum clausit, imò fecit quasi senem: cujus sermo in terra viscosa quasi fabri incubuit, et illico arfacta sunt omnia; unde communis fuit ejusmodi et comploratio puerorum et matrum, ac summa desperatio, emortuus pedes, jumenta, fene, volucres, viri, fontes, flumina, lacus, et omnia in eis interierunt: universale naufragium terras obtinuit ex aquarum, non copia, sed inopia factum. Et tamen, inquit, nihil horum cure erat Elie. Unde censet eum idcirco dixi non fuisse exaudita a Deo, cum ejus opem imploraret fugiens Jerusalem per quadraginta dies, ut illis compati et misereri disceret. Verum zelus Eliam excusavit; zelus purgat facinus, inquit ille. Quocirca oratione sua obtinuit tot prodigia quibus idololatrias pleteret et unius Dei veri cultum stabiliret. Unde illis ponentibus illico prodigio stitit, et plagas revocavit. Hinc et ascendens in coelum merito audit ab Eliso: « Pater mi, currus israel et auriga ejus, q. d. Tu, o Elia, eras totum robur israel, qui magis juvabas israelis tu oratione et zelo, quam magna currum et equitum multitudo. Ita Chaldaei, Propetiois, Vatablus, Cajetanus et alii ibidem. Tropologice: « Doctor populi mores corrigens, qualis erat Elias, currus est, qui mors populi tolerantando portat; idem auriga est, qui eundem exhortando agitat, » ait S. Gregorius, *lib. II in Ezech.*, hom. 21.

18. ET REVERSUS ORAVIT, — penitente Achab et populo postulante pluviam, cuius clavem solus habet Deus, ut aiunt Hæbrei. Elias typos fuit sacerdotis, qui coelum peccatori aperit, pluviamque gratis ei conciliat, dum eum absolvet et peccata remittit. Ita noster Turrianus, *cap. IV De Dogm. charact.* Porro Elia orans, « prout in terram posuit faciem inter genua sua, III Reg. xviii, 42. » ut hæc diffidit, attentus, humili, verecunda, fidenti corporis compositione et situ, Deum quasi cogere ad dandum.

Rursum, septies oravit Elias ad impetrandam pluviam; septies enim misit puerum ut videret, num coelum nubibus obduceretur et parturiret pluviam; cumque ille nihil se videre diceret, Elia rediit ad orationem et intensius oravit, donec septima vice contentissime orans pluviam impetravit, III Reg. xviii, 44. Ita Beda, Sic sepe Deus in oratione non concedit quod petimus, ut contentius et constantius oremus; quare tunc sperandum non est, sed spes excitanda et augenda, ac silentius orandum. Qui id sciunt et advertunt, nunquam cadunt animo, sed semper animosius orationi instant, itaque votis suis potiuntur, aut certe melius quod obtinent.

COELUM DEDIT PLEVIAN. — Historia narratur III Reg. xviii, 1 et 41. Sic orans S. Hilarion suis pluviam impetravit, de quo in ejus Vita ita scri-

bit S. Hieronymus: « Porro jam tricenarius erat (a morte S. Antoni) quod clausum coelum illas terras ardecerat, ut vulgo dicebant, oratio mortuum etiam elementa lugere, Accolle ergo pluvia a servo Christi (S. Hilarione), id est, a D. Antoni successore deprecantur: quos ille cernens, mire doluit, elevatisque in coelum oculis, et ultraque in sublime origens palmus, statim impetravit quod rogaverat. »

Sic nostro Elia homonymus Elias, Episcopus Hierosolyme, sua sede inique pluvius ab impio Severo, Patriarcha Antiocheno, sicilicet locustas et famem Palestine induxit, ut habet Vita S. Sabæ.

Sic S. Vilfridus Anglo-Saxones, suscepto Baptismo, a trienniali sicilicet liberavit, ait Beda, *lib. IV Hist. Angl.*, cap. xii.

Idem in Hispania fecit S. Audoenus, teste Volaterrano, *lib. XII*, ac in Bohemia S. Adalbertus, ut habet ejus Vita.

Oratio ergo est clavus *coeli*. Auct. S. Augustinum, *serm. 226 De Temp.*: « Oratio justi clavis est coeli: ascendit precatio, et descendit Dei misericordia. » Ipsa ergo clavis est coeli, primo, quia per illam Elias coelum clausit et aperuit; quinimo Josue, *cap. x, vers. 13*, coelum, totamque coelestem orbem machinam vi orationis stitit; Etresch etiam reflexit et retrospit per decem gradus, Isaiæ *cap. xxxviii, vers. 9. Secundo*, quia fortissimus Angelus colorum presides oratio coelo deducit, et in opem elicit. Nam « cum orasset Eliseus, etc., ecce mons plenus equorum et currum igeorum in circuitu Elisei, » IV Reg. vi, 47. Tertio, quia quod mirabilis est, Deum oratio alligat, et quasi devinetum a coelo ad justos trahit, aut potius justos a terra in coelum trahit, Deoque illigat, ut res eis nocere possit. Docet id pulchre S. Dionysius, III *De Divin. Nomin.*, duobus exemplis, calenam scilicet collis demissa, ibique fortiter affixæ; et funis scopulo alligati; dum navis iactatur fluctibus: que qui manibus ad se traheret, potius ipse ab illis traheretur. Vincitur ergo quasi ab orante Deus, sed hoc altissimo orationis modo magis ille trahitur ad Deum, quam Deus trahitur ad ipsum. Huc spatia illud Deo populo irati ad Mosem orantem: « Dimitte me, ut trascatur furor meus contra eos, » *Exodi xxxi, 10*. « Cui enim dicitur, Dimitte me, ostenditur, quod tenendi abest facilitatem, » ait S. Hieronymus in *cap. xiii Ezech.*

Allegorice S. Augustinus, *serm. 201 De Temp.*, Elia, ait, fuit typos Christi. « Sicut ergo, orante Elia, post tres annos et sex mensis pluvia de coelo descendit, ita et in adventu Salvatoris tribus annos et sex mensibus, quibus predicare dignatus est, pluvia verbi Dei totum mundum feliciter irrigavit, et sicut tunc in adventu Elie omnes sacerdotes idolorum interfecti sunt et delati, ita in adventu veri Elie, id est, Domini nostri Jesu Christi, observatio sacriliga Paganorum destructa est. »

ET TERRA DEDIT FRUCTUM SUUM. — Hinc terra 9

Gentilibus culta quasi dea, dicta est Ceres, quasi Ceres, a gericundis fructibus; sicut a Graecis dicta est Demeter, quasi proprie, ait Cicero, lib. II De Natura deorum. Eadem dicta est et Pandora, quasi omne bonum domumque afferens et germinans. Hinc fabulati sunt Poeta Pandoram fuisse mulierem speciosissimam et gratiosissimam, cui singuli Dei sua dona dederunt, scilicet Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicum, Mercurius eloquentiam. Unde dicitur graece Pandora, quasi omnium donum, vel ab omnibus donata, vel omnibus bonis dotata. Vera S. Trinitatis, angelorum et hominum Pandora, est B. Virgo. Ipsa scilicet est paradiscus voluptatis et terra viventium. Vere enim Poeta Christum aliquem dea ita recitat:

Non venisse nisi propter nos et gentem,
Tali bona per partum que dedit, aut suam.

Veritas Propheta ad ejus ortum suspirans: « Rorate, ait, vestri desuper, et nubes pluant justum; aperietur terra, et germinet Salvatorem, Isai. cap. xlv.

19. FALSUS REV. — Disparata a precedentibus est hae genus, is tamen connecti potest. Respicit enim id quod dicitur est vers. 16: « Confitemini ergo invicem peccata vestra, et orate pro invicem ut salvemini. » Illic enim apte hic Jacobus subnectit docetque quanti momenti sit procurare peccatorum conversionem et salutem, sive profus orando, sive eos monendo, exhortando, etc. Magis enim convertuntur peccatores oratione impetrande eis gratiam dei efficacem, quam conciliando.

SI QUES EX VOBRIS EDUCERENT A VERITATE. — Duplex est veritas, speculativa et practica, sive fidei et morum. Veritas fidei est credere id quod fides orthodoxa docet; veritas morum est facere quod fides, lex et virtus faciendum dicitur. Sicut enim veritas mentis est adequatio et conformitas conceptus ad ipsum objectum, puta rem conceptam, dum scilicet mens illi concepit rem sicut in se est; et veritas oris est conformitas sermonis cum conceptu mentis, dum scilicet os loquitur id quod mens concepit: Ita veritas fidei est conformitas actus fidei cum objecto, puta re credenda, dum scilicet credit id quod vero credendum est; ac veritas morum et vite est concordantia conformitas cum sua regula, puta cum fide et lege dei.

Parti modo duplex est error, nimirum fidei et morum. Error in fide est haeresis, vel infidelitas; error in moribus, est peccatum et scelus. Utraque veritas et uterque error hic accipi potest. Nam, ut ait Sapiens, Proverb. xxx, 16: « Vir qui erraverit a via domus sine in cœtu gigantum commorabitur: » gigantum, id est damnatorum: nam gigantes crudelēs et superbi olim diluvio mersi, damnati ad inferos descendunt; et demonēs inferni incolæ, mystici gigantes sunt, imo gigantum et superbum parentes. Hinc Scriptura infernum vocat locum gigantum, Sap., xiv, 6; Isai. xxvi, 14;

Job xxvi, 5. Quin et Gentiles, teste Macrobio, I Saturn. xx, censent gigantes et Titans significare impiam gentem deos contententem et negantem, ideoque Poetas draconum pedes esse affinisisse, ut significarent nihil eos rectum cogitasse, totius vite contra gressu atque processu in inferna vergente.

20. QUI CONVERTI FECERIT PECCATOREM AB ERRORE VITAE SUAE. — « Via » significat vitam, mores, actiones, modum vivendi. Convertit autem quis peccatorem orando, docendo, corripiendo, incitanda, sancte vite exempla dando, elemosinas largiendo, benefaciendo, laudando, etc. Primum ergo convertentis animas instrumentum sit oratio. Secundum, charitas qua se omnibus accommodat, ad omnia se demittit, et cum Paulo omnibus omnia fiat. Rationem dat Chrysostomus, hom. 33 in I ad Corinth. c. « Magnus, inquit, doctor est charitas, satis idoneus qui et tollat errores, et mores format, et ad philosophiam manu docet, et a lapidibus homines reddat. Is proinde qui charitatis praesentat, a suis subcurrere debet, et omnes quantumvis periculis lucrifacere. Tertium, mansuetudo, de qua S. Bernardus, serm. De S. Magdalena: « O quam lenis ait, et dulcissimus spiritu imbutus est spiritus illius, qui novit in spiritu lenitatis peccantem instruere, suspendere vindictam, et affectuosius visceribus inviscerare sibi peccatorem donec vite reddatur. » Quartum, prudentia, « ut quibus verbum suadens et ammonens non medietur, minus medietur; quibus autem minus non medietur, virga medietur: quibus vero virga non medietur, eos ignis deascatur, » ait Clemens, I Pedag., cap. vii. Unde et sponsa, licet pulchra, nigram tamen se suis exhibuit, ut remissis et fugantibus disciplinam, non eandem emerenitatis, sed obscuram severitatis zelum exhibeat, ait S. Bernardus, serm. 28 in Cant.

SALVAVIT ANIMAM EJUS A MORTE — presentem et aeterna: in presentem enim vita anime per peccatum moritur, quia per illud privatur gratia dei. Sicut enim vita corporis est anima, ita vita anime est deus, Deique gratia, ait S. Augustinus. In futura vero moritur in gehenna, quia patitur aeternos dolores et agonias mortis, semperque meretur, et nunquam est motus. Quanti ergo est convertere peccatorem? Tanti, quanti est animam salvare, liberare a peccato et gehenna, eique restituere gratiam et gloriam aeternam.

PRECLAUS S. CHRYSTOSTOMUS, hom. De Habenda cura salutis proximi, tom. I: « Navte, ait, licet navis securum vento feratur, cum tamen vident alio velle a longe naufragium facere, non ad propriam spectantes utilitatem illorum contentantur calunitatem; sed sistunt navem, detrahunt vela, eiciunt anchoram, proferunt funes, projiciunt tabulas, ut ille qui a fluctibus mergitur, forte aliquo illorum arrepto emergat. Imitare et tu navites, cum videris navigantium aliquem nauare in fluctibus, et jam submergi: relicta negotia tua, ite

tim illius provide salutem. » Idem, hom. 3 in I ad Corinth. c. « Nullius, ait, rei pretium est eum anima conferendum, ne totius quidem mundus. Quare etiam si divitias innumeras dederis pauperibus, nihil tale efficies, quale is qui convertit animam. Merito ergo laetatur S. Bernardus, lib. IV De Consider. c. Cudit, ait, asina, et est qui sublevet eam: peri anima, et nemo est qui repulet. » Ita jacitur alca. Ita luditur tot animarum salus, et salutis aeternae. Quot millia animarum indes ad tartara descendunt, quae salvarentur si haberent zelosum sui curatorem? O si eorum cruciatu videres, si gemitu audires, querelas de suis confessaris, pastoribus, sacerdotibus cognosceres, quam te eorum conversioni et salutis addiceres et impenderes! Semel perisse, aeternum est: semel esse damnatum, irrevocabile est.

Si videres puerum ruere in ignem, accurreres, omnique conatu extraheres: vides ruentes animas in ignem aeternum, in incendio gehennae, et vix pedem moves ut eas eripias. O torpor! o super! virgo Israel! projecta est in terram suam, non est qui suscipiat eam, et clamat Deus per Amos, cap. v, vers. 2.

Nota: *Ti ejus*, puta *avro*, jam non est in Greco; olim tamen fuit: unde aliqui legentes per spiritum asperum *avro*, vertunt *suam*. Ita Joannes VIII Pontifex, epist. 38, Beda, Glossa, Hugo, Dionysius et alii, g. d. Qui salvat animam alienam, salvabit et suam, quia si iustus est, de condigno promeretur opere tam pro gloriam coelestem, si injustus, de congruo meretur gratiam et justitiam, uti mox ostendam. Rursus qui salutem alterius invigilat, salutem suam consulit; quia mortem anime incurret, si salutem illius sibi creditam negligeret, juxta illud Pauli, I Tim. iv, 16: « Attende tibi et doctrinam: insta in illis; hoc enim faciens et teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt. »

Moraliter: Dico hic eos qui student conversioni hominum, post Christum, esse eorum salvatores. Hoc est quod ait Abdias, vers. 21: « Et ascendent salvatores in montem Sion judicare montem Esau: et erit Dominus regnum. » Ubi S. Hieronymus: « Ipse, ait, Salvator Apostolus vult mundi esse voluit salvatores. » Quod quam laetissimum sit, primo, liquet ex pretio anime; nima enim plura valet quam totus mundus: nima enim est Dei imago, summaque Dei participatio. Unde S. Ignatius, fundator Societatis nostrae, ostensa sibi a Deo pulchritudine anime sanguinis Christi abluta, ita zelo animarum exarsit, ut totam vitam per immensos labores et dolores illi addiderit; quin et Societatem ad hoc instituerit, cum diceret tantam esse pulchritudinem anime, ut omne pretium omnemque laborem superet. Ita Ribadoneira in ejus Vita, lib. V, cap. II.

Secundo ex exemplo Christi, qui ad hoc eo oculis descendit ut animas salvaret, ideoque tota vita laboravit, sudavit et acerbissimos dolores, ipsan-

que crucem sponte subivit. Vis ergo seire quam preciosa sit anima, aestima ex pretio quo emptam est, puta e sanguine Christi: pretium ergo animae est vita Christi, ipseque pretium. Quocirca qui student proximorum salutem, sunt de familia et societate Jesu. Si unisex periculosissimas adamantes emeret mille aureis, omnes lapillorum magno aestimarentur. Christus sanguinem suum fudit, ut animam redderent: quanti illa igitur aestimanda est! « Magna res anima, quae Christi sanguine redempta est, » exclamat S. Bernardus, epist. 54.

Tertio, ex illo S. Dionysii, Caesal. Hier. cap. vi, ubi docet hoc esse opus non tantum angelorum (horum enim est purgare, et illuminare et perficere), sed Dei ipsius: quare omnium divinarum operum divinisimum esse, Deo cooperari in conversionem impiorum ad eum. « Dei » enim « iudices sumus, » ait Paulus, I Cor. iii, 9; et Deus ad Ieremiam, cap. xvi, vers. 19: « Si separaveris, inquit, Ieremiam a vili, quasi eos memum eris. » Vide ibi dicta. Ille scilicet sunt angeli et legati Dei: angeli enim « sunt administratori spiritus in ministerium missi, propter eos qui haereditatem capiunt salutis, » Heb. I, 14. Rursus a nullum Deo tale sacrificium, quale animarum, ait S. Gregorius, lib. XXXIV Mor., cap. vii.

Quarto, ex sensu Sanctorum. Animabus enim convertendis totum se impendit S. Paulus, contraque passus est, quanta ipse recenset II Corinth. cap. xi. Idem fecerunt Apostoli omnes. Qui ergo lucro animarum student, obeunt munus Apostolicum, sicutique viri Apostolici: quales fuerunt S. Athanasius, Basilus, Chrysostomus, Gregorius, Augustinus, Ambrosius, Bernardus, Dominicus, Franciscus, etc. Vire S. Leo, serm. De S. Laurentio: « Nullus bonus, inquit, sibi soli bonus est, nec cuiusquam sapientis sibi tantum anima est sapientia; et hae verarum natura virtutum est, ut multos a tenebros abducant errore. »

Quinto, quod in hoc opere consistat charitatis et virtutis perfectio, uti docet S. Cyrillus Sophon. ep. ii, num. 14, et S. Augustinus in epist. I S. Joan., hom. 6: « Hae est, ait, perfectio charitatis, et major omnino inveniri non potest, quam pro fratribus animam ponere. » Idem citatus hic a Dionysio Cartusiano asserit illum in charitate dei esse perfectiorem, qui plures ad ejus amorem convertit; et sicut Christus gravorem pati non quit persecutionem, quam ut quis verbo aut exemplo animas suo sanguine redemptas ab ipso avertat; sic amplius honorem et impendere nos non valere, quam animas deviantes convertendo ad ipsum.

Sexto, ex premio et splendore illustri. « Qui docti fuerint, fulgebunt ut splendore firmamentum; et qui ad justitiam erudiant multos, quasi stelle in perpetuas aeternales, » ait Dan. xii, 3; et Christus: « Qui autem fecerit et docuerit, hinc magnum vocabitur in regno colorum, » Matth. v, 17. Odio Chalcicensis, serm. De E. Praedictio, asserit fidelem

esse opinionem, quod quilibet resurget cum illis quos Dominus acquisivit. Cum igitur, ait, universi hujusce ejus instituti oves sequaces in unum coacti fuerint, quale signum apostolatus S. Benedicti tunc copiosus ille exercitus exhibebit! Sic Apostolus fideles a se conversos vocat suam coronam, suam gloriam et gaudium in die Domini, *Philip. iv, 1*, et *I Thessal. ii, 19*. Sic S. Amandus gloriosus apparuit S. Amandi, stipatus iis omnibus quos converterat, ut habet *Vita S. Amandi*. Et S. Gregorius, *hom. 47 in Beati*: « Ibi, ait, Petrus cum Judea conversa, quam post se traxit, apparuit. Ibi Paulus conversum, ut illa dixerim, mundum duceus. Ibi Andreas post se Aethiopi, Ibi Joannes Asiam, Thomas Indiam in conspectum sui iudicis conversam ducit. Ibi omnes Domini gregis arietes cum animarum lucris apparent, qui sanctis suis predicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. »

Porro qui animas convertere satagit, suam primus ipse convertat, seque in virtute consolidet et perficiat oportet, tum quia similitas plus valet ad convertendum peccatores, quam conicio; tum ne sibi periculum creet: sicut enim qui naufragos e periculo eripere volunt, nisi ipsi in tuto sint, idem sepe periculum adeunt ac cum illis merguntur: ita nonnulli fragiles, dum peccatores convertere molantur, ab his pervertuntur, et in eandem cum eis peccati et gehennae Charybdim involvantur. Unde sapienter monet Christus: « Quid prodest homini si mundum universum lucretur, anima vero sine detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? » *Matth. xvi, 26*.

EX OPERIBUS (aliqui legunt, *operibus*) MULTITUDINEM PECCATORUM. — tum ejus quem convertit, tum suorum. Alludit S. Jacobus ad illud *Proverb. cap. x, vers. 12*: « Universa delicta operit charitas. » Primo ergo charitas est quasi pallium, calyptra, velum et tegmen, quo peccator conversus et penitens operit, id est, abolet omnia peccata praeiterita (unde graece est *καλύπτει*, id est *pedast*, tegit, operit), sicut lux tegit tenebras, eas abolendo; sicut pallium tegit nuditatem, eam tollendo; sicut fossa tegitur injecta terra, dum ea impletur; sicut colco, niger inductus albo eum tegit non abscondendo, sed abolendo; sicut aqua operit ignem, dum eam obruit et extinguit. Hoc est quod de Magdalena dicit Christus: « Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. » *Luc. vii, 47*.

Secundo, emendatio morum vitaeque nova et sancta tegit peccata et probra vitae praecedentis, ac pro illis se supponit et opponit oculis Dei, ut illa quasi tecta et abscondita amplius non videat, juxta illud *Psal. xxxi, 4*: « Beati quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. »

Tertio, « operiet, » id est, restinguet grassans diluvium vel incendium peccatorum. Error enim

in fide, puta heresis, est fons et origo *lib. i* phamiae, contentionis, superbiae, gulae, *lib. ii* inis, fraudis omniumque peccatorum. Qui ergo, errantem, puta haereticum, convertit, hic omnia haec peccata quae facturus erat, operit et extinguit. Similiter peccator ex uno peccato trahitur ad aliud et aliud. Peccatum enim est quasi lues, pestis, gangraena et cancer, qui semper proserpit, docec totum corpus inficiat et peccatis implet. Haec omnia operit et incidit, qui peccatorum convertit.

Quarto, qui peccatorum convertit, operit omnia scandala et peccata aliorum, quae scilicet alii ipsius exemplo perpetuari essent. Sic saepe unius viri potentis error et scelus, totam urbem et republicam sua contagione inficit et sceleribus contaminat. Qui ergo talem convertit, haec omnia operit et tollit, ut non unum, sed millena peccata ac innumeras Dei optimi maximi offensas et injurias mitibeat et avertat. Nonne hoc ingens est bonum ac insignis Dei honor et gloria?

Quinto et magis genuina, « operiet » peccata non tantum aliena, sed et sua, ut communiter exponunt Interpretes; Beda, Thomas Anglicus, Dionysius, Tielmannus, Fevardentius et alii (citant aliqui Syrum, quasi verterit, *peccatorum suorum*: sed frustra; affixum enim Hebraicum et Syrum *ai*, tum *ejus*, quam *suorum* verti potest: Hebraeis enim et Syris idem est pronomen reciproci quod absolutum); si enim justus est, ut saepe fit, operiet tam pio opere charitatis culpas veniales et magnam partem poenae restantis et peccatis mortalibus jam remissis; si adhuc injustus est et in statu peccati mortalis, hoc ejus studium, sollicitudo et ardor convertendi proximum elicit et provocat, ac quasi de congruo emeretur Dei misericordiam, ut gratiam effluam ei largiatur, qua excoctus et ipse pristina peccata detestetur, vitam mutet, ac justus sanctusque evadat. Nam, ut ait S. Gregorius, *lib. XIX Moral., cap. xii*, alias *xvi*: « Benedictio perituri super eum venit, cum peccatoris interitum prevenit, et cum sanctis exhortationibus a culpae fovea reducit. » Hic ergo ejus zelus est quasi pallium, quo velat sua peccata coram oculis Dei, ut in his gratiam inveniat: zelus enim adeo gratus est Deo, ut ejus sit decus, ipseque eo quasi pallio vestiatur et ornatur, juxta illud *Isaia lxx, 17*: « Opertus est quasi pallio zeli. » Denique si justus est, meretur in justitia conservari et roborari contra peccata futura, ut pericula et occasiones peccatorum sibi instantes vel evadat, vel superet, in quibus alioqui fuisset lapsurus. Hanc enim Dei gratiam et protectionem meretur, qui alios a peccato liberare et protegere satagit: quod valde ponderandum est, ut hoc premio ad zelum animarum incitemur. Dum enim alienam salutem curamus, nostram curamus, et tantum nostram, quantum alienam. Scriptum est enim: « Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. » *Matth. v, 7*. Unde Damascenus, *lib. I Parvul., cap.*

xlviii, ex his Jacobi verbis docet modum abolendi peccata propria, esse studium abolendi aliena.

Ita hunc locum explicat Zacharias Pontifex, *epist. I ad Bonifacium*: « Elabora, ait, sanctissime frater, in eis: quia scriptum cognoscis: Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte, et suorum operit multitudinem peccatorum; » item habet Joannes VIII Pontifex, *epist. 38*, et Origenes, *hom. 9 in Levit.*, et Cassianus, *Collat. XX, viii*. Ratio est, quia anima quam convertit, est quasi hostia pro peccato quam offers Deo, longe ei gratior quam hircus, aries, bos, quae olim quasi hostias pro peccato sibi jussit offerri. Hic enim quasi ex lege talionis, Deo das animam proximi pro anima tua: tantumdem ergo das, quantum debes, animam enim tuam pretium quasi adaequatum est anima

aliena: anima enim valet animam, sicut bos valet bovem, aureus aureum.

Quocirca sapienter S. Gregorius, *lib. vi, epist. 27*, Dominicam monasterii Praepositum monet, « ut quantas valet animas in creatoris sui servitium colligat, ut earum mentes per verbum ejus gratiam compunctionis accipiant, et tanto celarius ipsa ab omnibus peccatis suis absoluta sit, quanto per ejus vitam et linguam etiam aliarum animarum peccatorum suorum nexibus eruperint, etc.; ut ergo Domine suae, id est, aeternae Sapientiae perfecte satisfaciat, quae sola fugit, cum multis redent. Aversionis enim suae culpa nulli imputabitur, quae revertens lucrum reportat. » Idem, *lib. XIX Moral., cap. vi*: « Si enim, ait, magna mercedis est, a morte eripere carnem quandoque morituram, quanti meriti erit, a morte animam liberare, in caelesti patria sine fine victuram? »

JANIL
NOMA DE NUEVO LEÓN
AL DE BIBLIOTECAS

SANCTI PETRI

EPISTOLAM.

PROCEMUM.

Tria hic de more præmittenda sunt: *primum*, de auctoritate et dignitate hujus Epistolæ; *secundum*, de ejus argumento; *tertium*, de auctore.

Quoad *primum*. Hæc Epistola est legitima S. Petri, ac Scriptura Canonica, confessione omnium Catholicorum, nullaque inquam de eo dubitavit, teste Eusebio, lib. V *Hist.* cap. III; quod circa Pontificis et Patres, qui catalogum librorum Canonorum contulerunt, in eo indubitate collocant hanc Epistolam. Citat eos exacte et fute Jo. Joctus Gocius in *Thesuro Cathol.*, tom. I, lib. VI, pag. 720.

Scripta est Roma (hanc enim teste Babylonem vocat cap. V, vers. 13) (1) missa per Silam, sive Silvanum, cap. V, vers. 12, sub annum, ut videtur, a multitudine Christi 43: quo anno Petrus Romam appulit, eoque ex Antiochia Cathedrali Pontificium transtulit. Id patet ex eo, quod in fine Epistolæ inducit S. Marcus salutem fideles. S. Marcus autem Roma discessit missus a S. Petro Alexandriam, anno Christi 43, cum prius Romam eum scripsisset Evangelium, ut dixi in Chronotaxi. Hæc annus Christi 43, fuit Claudii Imperatoris tertius, Pauli a conversione decimus.

(1) Cf. Sopp, doctæ et ritæ illi probantem, op. cit. tom. II, pag. 375. Hansberg, *Einleitung in's alte und neue Testament*, part. VIII, cap. III, § 30, arbitratur Petram neque Romæ neque Babylonî scripsisse, sed Antiochia. Petrus enim, ait, Antiochia sedit, regimineque vicinas Evangelium docuit; Judæi autem Taddæus apostolet Pait Mesopotamie seu Babylonie, eoque Ecclesie ab antiquo Patriarcha Antiochenis subdidicunt. Eum igitur quendam, imo consuetudinem existisse inter Petrum et Judæum, demonstratur tum ex hæc circumstantia, tum ex conveniendi et similitudine quam inter Petri priorem, unquamque Jode Epistolam deprehenderunt interpretes. Quibus posita, locus ille, quem objectat alterius sententia assertores, scilicet *Salutem vos Ecclesie, que est in Babylone*, nullam jam movet difficultatem. Quis enim miretur Petrum, Antiochie scribentem, suis hortationibus et documentis addidisse vicinas Ecclesie salutem, dicendo: «*Salutem vos Ecclesie, que est in Babylone*?»

Quare scripta est hæc Epistola ante omnes Pauli Epistolæ (2). Ita Baronius, qui et admittit videri ex S. Hieronymo eam a S. Petro scriptam esse hebraice, sed conversam in Latinum a S. Marco; verum S. Hieronymus tantum dicit S. Petrum varissæ stylium; stylium enim secunda Epistola diversum esse a stylo primæ; quod verum est, etsi si dicamus utramque eadem lingua Latine, vel Græcæ ab eo fuisse conscriptam. Passim interpretes censent Græcæ esse scriptam, utpote ad Græcos, scilicet Cappadoces, Asianos, Bithynios, Ponticos: eandem et in dubiis ad textum Græcum, quasi originalem recurrunt.

Porro scripta est primario ad Christianos et Judæis ad Christum conversos, qui dispersi erant per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam et Bithyniam, ut patet ex titulo Epistolæ et cap. III, vers. 6. Ita S. Athanasius in *Synopsi*; Eusebius, lib. III *Hist.*, cap. IV; S. Hieronymus, *De Script. Eccles.*, in *Petro*; Didymus, *OEumenius*, Beda, Cajetanus et Titelmannus his, et faciet cap. I, vers. 4, 8, 9, et *epist.* II, cap. III, vers. 15 et 16. Hi enim fuere primi Christiani, quos paulo ante prædicando converterat S. Petrus; quorum proinde peculiarem ipse curam egit, ut patet *Galat.* Secundario tamen et consequenter scripta est quoque ad Christianos e gentilitio conversos. Horum enim eoque ac illorum Pastor, Episcopus, et Pontifex universalis a Christo creatus erat S. Petrus, *Joannis* XXII, 15. Unde cap. II, vers. 10, Gentium vocalionem ex *Osæ*, cap. II, vers. 40, confirmat et celebrat. Id ipsum insinuat cap. I, vers. 18, et cap. IV, vers. 3; *epist.* II, cap. I, vers. 1. Ita S. Augustinus, lib. XXII *Contra Faustum*, cap. LXXXIX; S. Thomas, Beda, Glossa, Lyranus hic; Ribera in *Osæ* II, num. 4, et alii. S. Bonifacius;

(2) Communis hodiernorum interpretum sententia est, Petro suas scribit epistolam notis fuisse epistolæ Pauli plures. Juxta Sopp et Glare, operib. cit., priorem scripsit ann. 64.

primos Meguntie Episcopus et Germanie Apostolus, qui martyr in Frisia occubuit, tanti fecit S. Petri Epistolam, ut eas petierit aureis litteris sibi describi ab Eadburga Abbatisa, ut patet ex epistola ejus apud Baronium, tom. IX, pag. 39. Olim circumferabantur quinque libri S. Petri, scilicet Acta, Prædicatio, Evangelium, Apocalypsis et Judicium, sed suspectæ fidei et adulteriti, teste S. Hieronymo, lib. *De Script. Eccles.*, in *Petro*, et Hulfano in *Expositione Symboli*. Sic et Hieronymus S. Petri nomine S. Clementis editum, Gelasius inter apocrypha retulit cap. *Sancta Romana*, dist. 15.

Quoad *secundum*. Argumentum Epistolæ est duplex. *Primum* ad fidem spectat, *secundum* ad mores. *Primo* enim confirmat et celebrat admirabile Dei consilium et beneficium de Verbi incarnatione, passione, redemptione, vocatione Judæorum et Gentium ad Christi gratiam, salutem et gloriam æternam. Hanc enim esse orthodoxam doctrinam a Prophetis prædictam, ab Apostolis jussu Dei prædicatam, quam profunde constantiter sequi et retinere debeant, ac pro ea tuenda dura omnia, ipsamque mortem et martyrium fortiter obire. Quocirca omnes Christi exemplo ad persecutionum tolerantiam et in fide constantiam exhortatur.

Secundo, a fide transit ad mores, eoque ad Christi normam et disciplinam efformat. Docet ergo Christianos debere obedire regibus, principibus et magistratibus licet ethnicis; servos dominis, uxores maritis, adolescentes senioribus, fideles pastoribus et doctoribus, ac vicinis quid viri uxoribus, pastores subditis debeant, etc. Exhortatur ad prudentiam, vigilantiam in orationibus, charitatem mutuan, hospitalitatem, patientiam, humilitatem et temperantiam. Pro cæteris autem patientiam et Christi patientis exemplum refert et inculcat, idque singulis capitulis, eo quod Christiani tunc novi, ob novam Christi religionem ubique multa a Judæis et Gentibus paterentur, non tantum verba et probra, sed et spolia, carceres, verbera, mortem et martyrium. Subiuncta est majestatis et spiritus Apostolici, sublimis et exultantis. Profunde enim scrutatur et admiratur bonam in Christo Christianique crucis et redemptione latentia, celitus nobis imperlita.

Nota: Eosdem subinde sententia reperitur apud S. Petrum, S. Paulum, S. Jacobum et Joannem; ejus ratio est: *Primo*, quod omnes Apostoli eodem agebantur Spiritu Sancto, qui easdem veritates et sententias eis suggererat, idque ad festimonium tum veritatis, tum concordie. *Secundo*, quod omnes eosdem de virtutibus Christianis habèrent sensus et dictamina: ubi autem idem est conceptus et sensus, facile idem sequitur sermo et sententia: verbum enim oris respondet verbo mentis; ab eo enim gignitur et producur. *Tertio*, quod, sicut ante separationem ediderunt commune Symbolum fidei, sic et verisimile sit eos in communi sermone, æque ac doctrina et

concionibus utrisque plures easdem gnomas et axiomata Christiana, ad formandos mores fidelium, que deinde scriptis mandarunt. Talia sunt Christiano gaudendum esse in tribulationibus; beates esse qui persecutionem patiuntur; exultandum esse in adoptione florum Dei facta per Christum; sperandam esse immarcescibilem glorie coronam; Deum superbis resistere, humilibus autem dare gratiam; charitatem esse legis plenitudinem; charitatem aperire multitudinam peccatorum; thesaurizandum esse in celis, non in terra; conversationem nostram debere esse in oculis; semper orandum esse, vincendum in bono malum; gloriantium in spe vite æternæ; studentum esse elemosynæ et salutis animarum.

Quoad *tertium*. Auctor Epistolæ est S. Petrus Apostolorum Princeps, qui Bethsaida in Galilæa natus, piscatorque vicinus, a Christo vocatus, factus est ejus in terris vicarius, totiusque Ecclesie Pastor et Pontifex: de ejus admirabili sapientia, positivitate, austeritate, charitate, zelo, propagatione fidel per totum orbem (in quem ipse discipulos suos evangelizatum misit), passione, martyrio, privilegiis, miraculis, veneratione, fama et gloria, vide Baronium aliosque Historicos. Sane Dionysius Areopagita, *De Divin. Nomin.*, cap. III, S. Petrum vocat supremam gloriam, ornamentum coeleste, summum caput veteritatis, basis et columnam Theologorum fortissimam et antiquissimam. Petrus enim Ecclesie non tantum est monarcha, sed et post Christum petra fundamentalis. Ideo enim Christus vocavit eum Petrum, cum prius vocaretur Simon, ut significaret eum fore petram Fidei et Ecclesie, quam nec tyranni, nec Philosophi, nec hæretici, nec scelerati, non dico evertere, sed nec concutere possent. Hoc est quod ei promissit Christus, qui est æterna Veritas, dicens: «*Beatus es Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, et super hanc petram (super te) œdificabo, quem voco facioque Cepham. Id est, petram Ecclesie*» adificabo Ecclesiam mentis, et petre inferi non prevalerunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum: et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis.» *Math.* XVI, 17. Rursum uni inter omnes Apostolos Petro dixit, jussitque tertio Christus: «*Pascove oves meas.*» *Joan.* XXI. Et iterum ad crucem et mortem: «*Simon, ait, ecce Satanas expetivit vos ut triburatis sicut triticum, ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.*» *Luce* XXII, 32.

E quibus Christi promissis et donis collige, summam S. Petri auctoritatem, ac privilegia amplissima. Privilegia enim duodecim uni S. Petro respectu totius Ecclesie (privata enim omnino, vide ea apud Bellarminum, lib. I *De Rom. Pontif.*, cap. XVII, et seq.) a Christo concessa sunt: hæc,

num, quod a Christo creatus sit petra et fundamentum Ecclesie. Cum ego (Christus) sim inviolabilis petra, etc., tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut que mihi potestate sunt propria, sint mihi tecum participatio communia, ait S. Leo, serm. 3. De Annivers. sui Pontif. Cephala ergo est Cephalus. Petrus est Petrus, nimirum Cephala, et Capiti immobile saxum.

Secundum, quod Petrus fuerit caput, superior, rector et iudex omnium Apostolorum. Quod et S. Hieronymus, in epist. 80 ad S. Augustinum: « Tuus, ait, Petrus auctoritatis fuit, ut Paulus in Epistola sua scripserit: Deinde post annos tres veni Hierosolimam videre Petrum. » Theodoretus, epist. ad Theodem: « Paulus, ait, pater veritatis, tuba Sanctissimi Spiritus, ad magnum Petrum circumcurrat, ut iis qui Antiochie de legalibus institutis contententibus, ab ipso afferret solatium. » Hinc et S. Eusebius, successor S. Petri in sede Antiochena, Epist. que dicitur et quae, docet Christum ex mulieribus solum baptizasse Virgines matrem suam, ex viris solum Petrum: a Petro vero baptizatos fuisse Andream, Jacobum et Joannem, et alii iis ceteros. Et S. Epiphanius, haer. 81: « Petrum, ait, elegit, ut dux esset discipulorum. »

Tertium, quod S. Petrus fuerit hierarcha, quodque ab eo omnis ordo hierarchicus, puta omnium Episcoporum, sacerdotum caeterorumque Ecclesie ministrorum ordinatio, regere ac iurisdiclio descendat. Unde Innocentius, epist. ad Concilium Carthag. que est 91 inter epist. S. Augustini: « A quo (Petro) inquit, ipse episcopatus, et tota auctoritas, nominis huius emerit. » Julius I, epist. 1 ad Orientales: « B. Apostoli Petri sedes, ait, nobis sacerdotalis mater est dignitatis. » S. Leo, serm. 3 De Assumpt. sua ad Pont.: « Si quid, ait, cum eo (Petro) commune caeteris voluit esse principibus, nunquam, nisi per ipsum dedit, quidquid illis non negavit. » Idem, epist. 89: « Huius, ait, numeris Sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret: ut ab ipso quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet. »

Quartum, quod Christus S. Petro ejusque successoribus promiserit et dederit assistentiam Spiritus Sancti, ad regendam Ecclesiam et ad docendam veram fidem, ut in ea errare non possit, sed quod ille haereticos damnat, tota Ecclesia patietur ut hereticum damnat. Unde Innocentius I, epist. ad Concilium Miletan., que est 93 apud S. Augustinum: « Quales, ait, fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis et honoris auctorem, deferre debere. » Id patet ex usu et praxi omnium saeculorum. Pontifices enim Romani omnia in fide dubia declararunt et resolverunt, omnesque haereseis condemnarunt.

Quintum, quod Petrus et Pontifex quilibet Christi personam et auctoritatem representet; sicut prorex representat regem. Hinc et Petrus Christo in vita, zelo, propagatione fidei, morte et martyrio fuit persimilis et conjunctissimus. Unde S. Gregorius in psalm. iv Psalms: « Petro, inquit, ait Christus: Venio Romam iterum crucifigi. Qui enim in seipso jam pridem crucifixus fuerat, in Petro iterum se crucifigendum dicebat. » Et Tertullianus, lib. De Praescript.: « Habes, ait, Romam unde nobis quoque auctoritas praesto est. Felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adequatur, ubi Paulus Joannis exitu coronatur. » Et S. Maximus, sermone 5 De Natali S. Apost.: « Petrus, ait, et Paulus martyrium perulerunt in urbe Roma, que principatum et caput obtinet nationum, ut scilicet ubi caput superstitiosum erat, illic caput quiesceret sanctitatis. » Et S. Paulinus, Natali 3 S. Felici:

Ipseque collectum sacris procerum monumentis Romae Petro Pauloque potius.

Sextum, quod S. Petrus ejusque successores Romani Pontifices toti Ecclesie praesint quasi monarchae; ideoque Ecclesiam faciant unam, unumque Christi regnum et monarchiam. Sicut enim unum est imperium quod unum habet imperatorem, unum regnum quod ab uno regitur rege, unum universum quod unus condidit et moderatur Deus, unum oelum quod unus illuminat sol: ita pariter Ecclesia non possit esse unum visibile caput, cui sola subesse, et a quo regeretur; quod aliud esse nequit quam S. Petrus ejusque successores: perinde ac corpus humanum sine capite non consistere nequit; alioqui enim esset accephalum, carens ratione, regimine et rectore. Unde S. Ambrosius, serm. 41: « Hanc, ait, solam Ecclesie navim ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus, dicente Domino: Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Sicut enim Noe arca, naufragante mundo, cunctos quos susceperat illic reseravit; ita et Petri Ecclesia, confligente saeculo, omnes quos amplectitur representabit illasos; et sicut tunc, transacto diluvio, ad arcam Noe columba signum pacis delituit: ita et, transacto iudicio, ad Ecclesiam Petri Christus gaudium pacis refert. » Et S. Augustinus, serm. 124 De Tempore, agens de pontificia S. Petri: « Tollis, ait, corporis mortuum in ipso capite curat Ecclesiam, in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem. » Et S. Leo, serm. 3 De Assumpt. sua ad Pont.: « De tanto mundo, ait, unus eligitur Petrus, qui et universarum gentium vocationi, et omnibus Apostolis cunctisque Ecclesie Patribus praeposatur: ut quavis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen propriae rogat Petrus, quos principaliter regit et Christus. » Sicut ergo mem-

brum corporis esse nequit quod a capite est divinum, quodque capitis vi et influxu non vegetatur et regitur: ita pariter membrum Ecclesie esse nequit, qui a Petro et Pontifice Rom. schismate vel haeresi est divinus; nec ad ovile Christi pertinet, qui ad gregem Petri non spectat: quos enim Christus curat et regit, per Petrum Pastorem suum curat et regit. Unde S. Hieronymus, epist. 1 ad Damasum, de nomine hypostasis: « Super illam, ait, petram (cathedra Petri) aedificatam Ecclesiam scio: quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est: si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. » Et infra: « Quicumque locum (o Damase Pontifex) non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. » S. Cyprianus, lib. I, epist. 8 ad Pothum: « Deus, ait, unus est, et Christus unus, et una Ecclesia; et cathedra una super Petrum Domini voce fundata. Aliud altare constitui, aut sacerdotium novum fieri praefer unum altare, et unum sacerdotium non potest. Quicumque alibi collegit, spargit. » Idem, epist. 3 ad Cornelium, lib. 1: « Neque enim, ait, aliunde orbe sunt haereseis, aut nata sunt schismata, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, et ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, non adversus collegium sacerdotum quidquam moveret. »

Septimum, quod jus et imperium Petri non tantum sublimitus, sed et amplius sit quam quorundam Regum et Imperatorum, tum quia ad fideles per totum orbem dispersos se extendit; tum quia pertinet quoque ad infideles, ut eos Christo et Ecclesie aggregari curet; tum quia exsertit se ad anthropophagos, ludos et Barbaros, qui vivunt sine rege, sine lege, sine Deo. Unde S. Prosper in Carn. de Ingratis:

Sedes Roma Petri, qui pastoralis honoris Facula caput mundi, quidquid non possidet armis, Religione tenet.

S. Cyrillus in Thesaurio: « Petro, ait, omnes iure divino caput inclinavit, et primates mundi tanquam ipsi Domino Iesu obediunt. » Et rursum: « Debemus nos, ut qui membra sumus, capiti nostro Romano Pontifici, et Apostolice sedi adhaerere. » Quocirca veteres in litteris Canonicis (quas Formatas vocabant), ut latorem earum testarentur, esse orthodoxam fidei et communionis Catholicae, inscribunt nomen Petri. In Formatis enim ex decreto Concilii Niceni, haec nomina quasi verba fidei tesserae, per primas eorum litteras inscribenda: « Pater, Filius, Spiritus Sanctus, Petrus, Amen, » ut significarent earum latorem habere communionem cum cathedra et successore S. Petri, Romano Pontifice, ideoque esse Catholicum. Unde Optatus Milevitanus, lib. II, ut se probet Catholicum, Donatistas vero esse schis-

maticos, enumerans Pontifices qui sederunt in cathedra Petri usque ad Siricium, addit: « Hic noster est socius, cum quo nobis totus orbis, commercio Formatarum, in unam communionis societatem concordat. » De Donatistis vero subicit, eos procul abesse ut Formatis communicent cum cathedra S. Petri. Vide Baronium, annis Christi 325.

Octavum, S. Petri jus et imperium non tantum in terram, sed et ad inferos et superiores pertinet. Nam non tantum hominibus terrigenis, sed et animabus in Purgatorio caelum pandit. Est enim ipse claviger caeli: ejus enim claves a Christo accepit, Matth. cap. xvi. Unde Arator in fine Actos Apostol.:

Dignaque notioris Petri Paulique curam Casibus superante minas, et in arce tyranni Pandere Jura pati, summumque in agere tribunal Vincere, ne tholos parvis collingeret hostis.

S. Bernardus, lib. II De Consid. ad Eugenium: « Tu, ait, Episcopo caelum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere, etiam et tradere Salannae potes. » Et Optatus Milevitanus, lib. VII Contra Parmen.: « Bono unitatis, inquit, B. Petrus praefert omnibus Apostolis meritis, et claves regni caelorum communicandas caeteris, solus accepit, etiam tunc innocentes, et peccator accepit claves: ut unitatis negotium formaretur, privatum est, ut peccator aperiret innocentes, in innocentes clauderet cunctos peccatores, et que necessaria est unitas, esse non possit. Et Petrus Chrysologus, serm. 407: « Petrus, ait, esse custos fidei, petra Ecclesiae janitorque caelorum. »

Nonum, S. Petri potestas propagatur in posteros, et caeteris Patriarchis deficientibus, inconcussa perdurat hucusque per annos 1600, et durabit usque ad finem mundi. Unde S. Cyprianus, lib. I, epist. 3 ad Cornelium Pontificem: « Navigare audent, inquit, ad Petri cathedram atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismatibus et profanis litteras ferre: nec cogitare eos esse Romanos, ad quos peridia habere non possit accessum. » Et S. Hieronymus, epist. 1 ad Damasum, de nomine hypostasis: « cum successore, inquit, piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego beatitudinis tue, id est cathedrae Petri communionem consoctor. » Hinc in Concilio Ephesino I, tom. II, cap. xvi, Caesilius Romanus Pontifex vocatur « ordinarius successor et Vicarius B. Petri, Apostolorum Principis. » Et in Concilio Chalcedon. act. 2, lecta Epistola Leonis Pontificis, omnes acclamantur: « Petrus per Leonem locutus est; » et in epist. ad Leonem, totum Concilium dicit: « Leonem vocis Petri interpretem fuisse, » id est, Petrum per Leonem esse locutum. Petrus, Episcopus Ravennae, epist. ad Eutychem, que habetur ante Concilium Chalcedon.: « Honoramus, ait, te, frater, ut his que a B. Papa Romanae civitatis scripta sunt, obedire attendas. Quo-

niam B. Petrus qui in propria sede et vivit et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem. » S. Sicutus Pontifex, epist. ad *Himericum Episcopum Turcom.*: « Portamus, ait, onera omnium qui gravantur. Quinimo haec portat in nobis B. Apostolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus, administrationis suae protegit et tuetur haereticis. »

Doctum, S. Petri potestas et dignitas superat potestatem Abraham, Moysi, Aaronis, Melchisedech, omniumque veterum Pontificum, Patriarcharum et Prophetarum, *isque* omnibus adumbrata et praefigurata fuit. Audi S. Bernardum ad Eugenium Pontificem, lib. II *De Consider.*: « Quis es? sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu haeres Apostolorum. Tu primatu Abel, gubernata Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moysi, iudicatu Samuel, potestate Petri, unctione Christus. Tu es cui clavus trahit, cui oves credidit, etc.; nec modo ovium, sed et Pastorum tu unus omnium pastor. »

Undecimum, S. Petrus per discipulos a se misos fundavit per totum orbem Ecclesiam. Ita inhabitat a S. Petro institutos Episcopos, Sicilia Panormium, Maritimum, Beryllum; Capua Piscarium, Neapolis Asprem, Tarracina Epaphroditum, Egitiole populi Marcum, Ptolemeum Nepe, Rotulum Fesuli, Paulinum Lucae, Ravenna Apollinarem, Verona Euproprium, Patavium Prosciocimum, Ticinum Stryum, Aquileia Hermagorum; in Gallia Lemovicenses, Burdigalenses et Tolosani Martialem; Transjenses, Colonienenses et Treverenses Malernum; Rhemenses Sixtum, Arelatenses Trophimum, Senonenses Sabinianum, Cenomanenses Inligamum, Vienna et Moguntia Crescentem, Catalaunum Melminum, Bituricensis Urinum, Avernaenses Austremonium, Sanctonenses Entropium; Germania Eucharium, Egiptum, Marclianum; Hispania Terqualum, Ctesiphontem, Secundum, Indalesimum, Caelium, Hesyrium, etc., ut patet ex *Martyrol.* S. Petrus Byzantinis quoque primum dedisse Episcopum docet Agapetus Pontifex in litteris, quae recitantur in Synodo V. aet. 2. Si Metaphraste credimus, 29 Junii, Petrus, Roma pulsus a Claudio anno imperii ejus 9, navigavit in Africam, et Carthagenensem, erexit Ecclesiam, eique praefecit Crescentem discipulum; inde Alexandriam concessit, erectaque Ecclesia Alexandrina, ibique Marco instituto Episcopo, ac Thebis Iusto, Hierosolymam profectus est.

Tradunt Historici rerum Angliae, S. Petrum misisse in Angliam evangelizandi causa Iosaphum ab Arimathia; alii ipsimet S. Petrum in Angliam profectum, Anglos convertisse. Sane ab olim mira fuit S. Petri erga Anglos pastoralis cura et vicissim Anglorum erga S. Petrum devotio. Et alia omittam, memorabile est quod scribit Alredus, abbas Cisterciensis, qui floruit anno Domini 1164, in Vita S. Eduardi, regis Anglorum, nimirum. « cum Anglia a Danis vastata, regia

slirpe extincta, proxima esset ruinae et exitio, Episcopum quendam ardenter pro ea cum suspiriis et gemibus ad Deum proce effudisse, ac mox apparuisse ei S. Petrum, et dixisse, nasciturum S. Eduardum, eumque fore rogam justum, sanctum et fortem, qui omnibus hisce Anglie malis moderetur. Regnum enim Anglorum esse regnum Christi, et suum. Ita factum: oraculi veritatem exitus comprobavit. Hac de causa S. Eduardus mire devotus fuit S. Petro, et S. Petrus vicissim in eum beneficus, » ut ostendi *Aetor.* VII. 3. Audiant et legant haec Angli, ut videant a quanto pastore desciverint, ac postliminio ad eum redeant, eumque in successore Romano Pontifice venerentur. Ita pristinam ejus curam et opem sentiant. Audi Innocentium I Pontificem, *epist.* 4: « Manifestum est, ait, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam et Siciliam, insulasque interjacentes nullum hominum instituisse Ecclesiam, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotes. »

Denique S. Chrysostomus, hom. 32 in *Epist. ad Rom.*: « Non ita, ait, caelum splendescit, quando radios suos sol ex se admittit, sicut Romano- rum urbs duas illas lampades aliique terrarum effundens. Illic respicitur Paulus, hinc Petrus. Considerate et hoc tale spectaculum visum sit Roma, Paulum visisset ex theca illa repente eum Petro resurgente in occursum Domini aurum ferri. » Et Epist. ad Boetii, hymno *De Apostolis*:

O Felix Roma, quae tantorum principum
Es perpetua pretio saepeque!
Non hinc tua, sed ipsorum meritis,
Excolit onera manat poltrichiorum.

Et S. Leo, serm. 2 *De Natali Apostol.*: « Non miramur, ait, persecutionibus Ecclesiam, sed augetur, et semper Dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana quae singula cadunt, multiplicata nascuntur. Unde duo ista praecleara divini germina seminis in quantum sobolem genuerunt, beatorum millia Martyrum protestantur, qui Apostolorum simul triumphorum urbem nostram purpurarunt, et longe lateque rufianibus populis ambierunt, et quasi ex militum honore gemmarum conserto uno diademate coronarunt. »

Porro effigiem S. Petri ex antiquis imaginibus ita pingit Nicephorus, lib. II, cap. xxvii: « Petrus quidem haud crassa corporis statura fuit, sed quae aliquanto esset erectior, facie sub pallida et alba admodum; capilli et capitis et barbae crispi et densi, sed non admodum prominentes fuerunt oculi quasi sanguine (quia assidue plorasse fertur) respersi, nigri; supercilia prope evulsa; nasus autem longior illius quidem, non tamen in acumen desinens, sed pressus sinisque magis. » Uxorem S. Petri martyrio laureatam tradit Clemens Alexandrinus, lib. VII *Stromatum*: « Aunt, inquit, B. Petrum cum vidisset uxorem duci ad mortem, letatum quidem esse propter vocatio-

nem, et quod domum reverteretur, valde tamen exhortando et compellando eam proprio nomine dixisse: Haec tu, memento Domini. Tale erat beatorum matrimonium. » Traditur ex ea genuisse S. Petronillam, quae ob speciem appellata in matrimonium a Flavio, mortem precibus a Deo impetravit, ne virginitatis decus perderet: cuius reliquias Romae in basilica S. Petri venerunt.

S. Petrus cum S. Paulo gloriosum Romae obiit martyrium, eo quod Simonem Magum (qui Neroni ob magicas artes erat in deliciis) prostravisset, et pellicem (na Christo Domino sequeretur), in Vaticano, anno Domini 69, Neronis 13 et penultimo, die 29 Junii, cum Romae sedisset annos 24, menses 3, dies 11. Unde Tertullianus, lib. *De Praescrypt.*, cap. xxxvi: « Romae, inquit, Petrus passio Domini obduerunt, quia crucifixus est uti Christus. » Et in *Scorpiano*, cap. xiv: « Orientem Iulium Romae primus Nero cruciavit: tunc Petrus ab altero cingitur, eum cruci astringitur. » Et S. Chrysostomus, hom. in *Princ. Apost.*: « Gaudens, inquit, Petrus, qui ligno crucis fructus os, et ad magister similitudinem recta quidem figura, sicut Dominus noster crucifigi voluit, sed magis inverso capite velat a terra ad orbem iter parans. O clavos illos beatos, qui membra illa sanctissima pertransierunt! Sepultus est pariter in Vaticano juxta viam Triumphalem: locum sepulturae Constantinus Magnus Imperator magnifica basilica exornavit, quam hoc saeculo Pontifices de nova fundamentis, sed longe majorem per centum annos edificaverunt, ardeo angustam et magnificam, ut urbis et orbis miraculum esse videatur.

Solent Christiani ab omni aevo ex toto orbe ad religionis ergo visitare, ac ad ipsa ejus limina pronos se prosternere, sanctumque Petrum venerari et ejus opem suppliciter implorare. Audi S. Augustinum, serm. 28 *De Sanctis*: « Nunc ad memoriam Piscatoris flexantur genua Imperatoris: ibi radiant gemmae diadematis, ubi fulgent beneficia Piscatoris. » Et epist. 42 ad *Madam.*: « Videtis, ait, imperii nobilissimi eminentissimum culmen, ad sepulcrum piscatoris Petri submissum diademate supplicare. » Et S. Chrysostomus, hom. quod Christus sit Deus: « Relictis omnibus, ad sepulcrum piscatoris et pelliconis (Pauli qui e pellicus faciebat tibermacula) currunt et rapae, et praesides, et milites: et Constantinopoli reges nostri magnam gratiam putant, si non prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula corpora sua sepeliuntur, sicutque piscatorum ostium reges, Romae ergo ubi Petrus martyr occubuit, ibi et victor resurrexit, ac supplantato Nerone, imperatoribus et idololatria, urbem orbemque triumphator occupat: e Vaticano Romam, illamque et Ecclesiam Romanam, quasi omnium Ecclesiarum matrem, magistratam et dominam vult, dirigit et propugnat; ut haesitae haereticis et perfidiae cum convellere non poterint, nec unquam convulsurae sint; quia scilicet supra firmam petram edificata est, ut porta inferi contra eam prevallere nequeant. Aspicite nos ex illo, S. Petre, et tuos cives, imo clientes et filios protege, ac per vias hujus turbidae dirige in viam salutis aeternae, ut peracto peregrinationis hujus cursu, celi ostia te pudentes ingredi, ac tecum Christo Jesu Domino nostro frui in aeternam mereamur. Amen.

CAPUT PRIMUM

SYNOPSIS CAPITIS

Prior hujus capituli pars, a vers. 1 usque ad 13, est dogmatica; posterior, a vers. 13 usque ad finem, est ethica. Intra enim praemissa solutatione Deum benedicit, quod fideles per Christum regenerarit et destinavit ad libertatem aeternam: in cuius spe docet Christiano exultandum esse in quibusvis tribulationibus; atque haec omnia praedicta esse a Prophetis. Inde, vers. 13, invitatur eos ad vitam puram et sanctam, quod Christum imitentur, ejusque libertatem et gloriam assequantur.

1. Petrus Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae et Bithyniae, 2. secundum praescientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam et asperionem sanguinis Jesu Christi: Gratia vobis, et pax multiplicetur. 3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, 4. in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in caelis in vobis, 5. qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo. 6. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: 7. ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) invenitur in laudem, et gloriam, et honorem in revelatione Jesu Christi. 8. Quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis letitia inenarrabili, et glorificata: 9. reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum. 10. De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetae, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, 11. scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, praenuntians eas quae in Christo sunt passiones, et posteriores glorias: 12. quibus revelatum est, quia non sibi metipsis, vobis autem ministrabant ea, quae nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu Sancto misso de caelo, in quem desiderant angeli prospicere. 13. Propter quod succineti lumbos mentis vestrae, sobrii perfecte sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi: 14. quasi filii obedientiae, non configurati prioribus ignorantiae vestrae desideriis: 15. sed secundum eum, qui vocavit vos, Sanctum: et ipsi in omni conversatione sancti sitis. 16. Quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. 17. Et si Patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini. 18. Scientes quod non corruptilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione patrum traditionis: 19. sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati: 20. praecogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter vos: 21. qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, et dedit ei gloriam, ut fides vestra et spes esset in Deo. 22. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius: 23. renati non ex carne corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi, et permanentis in aeternum. 24. Quia omnis caro ut fenum, et omnis gloria ejus tanquam flos feni: exaruit fenum, et flos ejus decidit. 25. Verbum autem Domini manet in aeternum: hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vos.

1. PETRUS APOSTOLUS JESU CHRISTI. — Syrus, *Epistola Petri Apostoli Simonis Cephae*, quia scilicet Syrus vertit ex Graeco, in quo Cephas vocatur Petrus; unde Petri nomen ad Syros aliasque gentes et linguas transit, quia usitatissimum erat in Ecclesiis Graecis et Latinis. Nota: Petrus primo vocatus est *Simon Bar Jona*, id est filius Jonae; pater enim Petri vocabatur Joannes, hebraice Joanan, et per eum *Jonan* et *Jona*. Unde Christus ait ei *Joann. xxi, 28*: «Simon Joannis (scilicet filii), diligis me plus his?» Deinde a Christo syriae vocatus est *Kepha* (hebraice *Keph*), id est, ut Graeci et Latini pronuntiant, *Cephas*, hoc est petra, vel Petrus: *Utriusque enim idem est quod petra*: nam si esset diversum et derivatum tantum a petra, Petrus dandus erat, non Petrus, uti retractans advertit S. Augustinus, lib. *Retract.*, xlix, et serm. 16 et 29 *De Sanctis*. Porro nomen Cephas, id est Petrus, Simoni indidit Christus, quia destinabat eum facere sum in Ecclesia Vicarium, ideoque ei suum nomen (Christus enim vocatur petra et lapis angularis Ecclesiae, juxta illud *I Corinth. x, 4*: «Petra autem erat Christus») indidit, et juxta nomen fidei animique sui firmitatem et constantiam communicavit. Unde ejus typus fuit Joseph, qui *Genes. xlix, 24*, vocatur pastor et lapis Israel, quia, ut explicat *Eccl. xlix, 17*, «princeps fuit fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, et stabilimentum populi.»

Petrus ergo idem est quod petra et fundamentum Ecclesiae. «Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, et tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem totamque contineat. Petra ergo pro devotione Petrus dicitur, et petra pro virtute Dominus nuncupatur. Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur et operis,» inquit S. Augustinus, serm. *De Cathedra Petri*, et S. Ambrosius, serm. 47; sic et S. Hilarius, can. 16 in *Matth.*: «O, inquit, in nuncupatione novi nominis felix Ecclesiae fundamentum, dignaque edificatione illius petra, qua inferni leges, et tartari portas, et omnia mortis claustra dissolveret.» Et S. Chrysostomus in *Psalm. 1*: «Petrus, inquit, appellatus, qui saxea fide praeditus.» S. Leo, *epist. 89*, cap. 1: «Tu, inquit, es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, ut aeterni aedificatio templi, mirabili munere gratiae Dei, in Petri soliditate consisteret.» S. Gregorius, lib. VI *Registr.*, *epist. 37*: «Quis nesciat, inquit, S. Ecclesiam in Apostolorum Principis sollicitate firmatam? quia firmitatem mentis traxit in nomine, ut Petrus a petra vocaretur.» S. Germanus Constantinopol., in *Theoria vet. Eccles.*: «Vertex, inquit, ornatus et corona duodecim lapillorum Apostoli sunt: petra vero sanctissimus Apostolus, primus Hierarchiarum Christi.» Idem docent Tertullianus, Origenes, S. Athanasius, S. Basilus, S. Epiphanius, S. Nazianzenus, S. Paulinus et alii, quos citat Bellarminus, lib. I *De Roman. Pont.*, cap. x et xi.

Hinc apte Syrus *Kepha* alludit et consentit cum Graeco *petra*, id est caput, quia Petrus est caput Ecclesiae. Sic Hebraei Pascha consentit cum Graeco *pascha*, quia in Paschate passus est Christus. Et Hebraei Jesus cum Graeco *iesus*, id est *medela*, sanctus: quia Jesus est medicus et sanator omnium infirmitatum. Unde *Keph* interpretatur S. Anacletus, *epist. 3*, et Optatus Milevitanus, lib. II *Contra Parmen.*, ubi hoc ejus non sit genuinum *elymon*, ut patet. Fortis Christus inlens Simoni nomen Cephas respexit ad scopulorum collem praetium vicinum Hierosolymae, ex quo tota urbs cerni poterat, qui vocabatur *Kepha*, et postea variata dialecto *Kipho*, de quo Iosippus Gorionides, lib. II *Beili Inuacti*, cap. xv. Quod enim hie collis est Hierosolymae, hoc Petrus est Ecclesiae.

APOSTOLUS. — *κατ' ἐπισημ.* quia Apostolorum princeps; sed hoc ex modestia et humilitate subleat Petrus: unde Pontifex Romanus S. Petro succedens vocatur *Apostolicus*, ejusque cathedra sedes Apostolica. Porro Apostolus idem est quod legatus Christi. Audi Clementem, lib. II *Recogn.*: «Nos, inquit, Apostoli illius qui nos misit, verba exponere missi sumus: proprium vero aliqui dicere non habemus in mandatis, sed verborum illius, ut dixi, aperire veritatem.»

ELECTIS. — supple, scribit hanc epistolam, precaturque omnia bonum dicens: «Gratia vobis et pax multiplicetur.» Electos accipe ad fidem et gratiam, non ad gloriam: non enim voluit S. Petrus dicere omnes fideles efficacia electos esse ad gloriam; multo minus voluit eos omnes de hac sui electione certos et securos facere, cum multi defecerint non tantum a gratia, sed et a fide, factique sint haeretici asseclae Simonis Magi, Manandri, Corinthi, etc. Id ita esse patet ex eo quod subdit S. Petrus: «In sanctificationem Spiritus,» *q. d.* Scribo electis non immediate ad gloriam, sed ad sanctitatem et gratiam; et *epist. II*, cap. II, vers. 12: «Nos autem debemus gradus agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Deo, quod elegit vos Deus primitias in salutem, in sanctificationem Spiritus, et in fide veritatis.» Anastrophon S. Petro est illud Pauli, *Epist. I*, 4: «Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate.» Vide ibi dicta.

Magna est hinc electio, quia ad magnum bonum, puta ad fidem et gratiam, quas est semen gloriae et felicitatis aeternae. Unde cap. II, vers. 9: «Vos, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, at virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum,» etc.

ADVENIS. — *Primo*, Lyranus: «advenis», inquit, hoc est proselyti, qui scilicet ex gentilismo conversi erant ad iudaismum, et inde ad Christianismum. Verum graeco non est *ἐπισημ.*, sed *κατ' ἐπισημ.* *Secundo*, Maldonatus, in cap. VII S. Joann.

vers. 25, per *advenas* accipit Gentiles: hi enim quia lato orbe crant sparsi, vocabantur dispersio, et dispersi, juxta illud S. Joannis ibidem: « Nuncquid in dispersionem Gentium illurus est, et docturus gentes? » cum Judaei in Judea vivunt coelesi et uniti. Tertio, S. Hieronymus, lib. *De Scriptur. Ecclesiast.*, in *Petro*; S. Athanasius in *Synop.*; Dalmatus, Eucumenius, Catharinus, Epistolatus et alii hic per *advenas* accipiunt Judaeos ad Christum adventantes et conversos. Quarto et gemine, et adventu dispersionis Pontii, Galatiae, etc., vocatur Judaei Christiani, qui tunc illius, tum necesse ob persecutionem a sede Stephani a Judaeis excoisatam, *Aetor.* viii, 1, et Judaei dispersi fuerunt in Pontum, Galatiam, etc., haecque proinde erant hospites et adventu, non inchoate et iniquitate in sedem et domum fixissent. Unde S. Jacobus isidem scribens ait, cap. 1, vers. 1: « Duodecim tribubus qui sunt in dispersione, salutem. » Absulm vocatur graeco *αδενάσ*, id est *advena*, qui adventus sunt, et domicilium habent in aliena terra: *expedite* enim idem est quod *peregrini*, *adventu*, hospes sum. Mystice, facile innotet et innuit S. Petrus fideles in hoc mundo, ubi vis gentium sunt, aestimare debent se esse hospites et peregrinos, ut nulli loco vel rei cor affligant; sed quasi adventu portransierunt ad patriam caelestem, dilectaque cum Davit: « Advena ego sum apud te et peregrinus, sunt omnes patres mei, » *Psalm.* xxxviii, 13; cogitantes illud Pauli: « Fratres, jam non estis superflui et adventu, sed estis cives Satorum et domestici Dei, » *Ephes.* ii, 19. Christiani ergo sunt cives caeli, hospites et adventu terre. Verè S. Augustinus, *Quaest. XCI in Levit.*: « Omnis homo, inquit, adventu est nascedo, quoniam compellitur migrare moriendo. » Vide eundem serm. 32 *De Verbis Domini*.

Ex dictis liquet hos adventu gente et genere fuisse Judaeos, fide et religione Christianos: et Judaei enim erant exules et profugi; sed sub his omnibus fideles Pontii, etiam cives et inquilinos e gentilitio ad Christum conversos intelligit, tum quia primi qui Christi fidem in Pontum, etc., invenerunt, fuerunt adventu Judaei: hi enim Judaeos et Gentiles in Pontio degentes converterunt. Jure ergo adventu, quasi parentum suorum in Christo, nomine censetur, praesertim quia S. Petrus peculiariter cum Judaeorum innumerebat, sicut Paulo Gentium, *Galat.* ii, 7; tum quia pauci Pontii cives hoc tempore ad Christum conversi erant. Scripta enim est haec Epistola paulo post apertum per Cornelium fidei ostium Gentibus, anno Christi 47. Major ergo pars Christianorum in Pontio erat adventu: quare omnes S. Petrus vocat adventu per synecdochen.

ADVENTU DISPERSIONIS PONTII. — Hoc est, adventu Pontii ex dispersione: proscriptio enim peperit dispersionem, dispersio fecit exules et adventu Pontii; vel, q. d. Adventu dispersi per Pontum;

saepè enim Hebraei abstracta usurpant pro concretis.

PONTI. — « Pontus » regio est Asiae Minoris vicina Ponto Euxino: unde ab eo nomen accepit. Pontii rex fuit Mithridates. Ex Ponto oriundus fuit Marcion heresiarcha; unde a Tertulliano, lib. I *Contra eum*, cap. 1, « vocatur mus Ponticus qui Evangelia corrosit. » Ponticus quoque fuit Aquila, priscus Scripturarum Interpret. Pontus hic primo loco. Unde Tertullianus, Cyprilianus, Hieronymus, Cassiodorus citantes hanc Epistolam, vocant Epistolam ad Ponticos, sicut prius S. Joannis vocant Epistolam ad Parthos. Porro S. Leo, serm. I *De S. Petro et Paulo*, asserit S. Petrum Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bithyniam, legibus Evangelicis praedicationis implevisse. Praedixit ergo in Ponto Petrus, Ponticosque ad fidem convertit. Ubi nota officium Evangelii et praedicationis S. Petri, utpote qui homines feros et barbaros ad legem et sanctionem Christianam traduxerit.

Quam enim Pontici fuerint barbari, docet Tertullianus, lib. I *Contra Marcionem*, cap. 1: « Pontus, inquit, qui Euxinus natura negitur, nomine alluditur, Caeterum hospitalem Pontum nec de situ aestimes: Ita ab humanioribus foetis nostris, quasi quodam barbariae sui pudore recessit; gentes ferocissimas inhabitant, si tamen habitator in plausio. Sedes incerta, vita cruda, libido promiscua et plurimum nuda, etiam cum abscondunt, suspensae de Jugo pharetris indelibus, na temere quis intercedit: Ita necatis suis erubescunt. Paratum cadavera cum pseudibus caesa, convivio convorant. Qui non ita decesserint, ut escantibus fuerint, maledicta mors est. Nec feminam sexu mitigantur secundum pudorem, ubera excludunt, pensum securibus faciunt, mille militare quam nutere. Duritia de caelo quoque: dies nunquam patens; sol nunquam liber; unus aer, nebula; totus annus, hibernum; omne quod flaverit, Aquilo est. Liqueores Ignibus rodeunt, omnes glacie negantur, montes pruina usqueguntur. Omnia rigent, omnia rigent; nihil illis nisi fertas calet, illa scilicet quae fabulas sponis dedit, de sacrificiis Taurorum, et amoribus Colchorum, et crucibus Caesaronum. Sed nihil tum barbarum ac triste apud Pontum, quam quod ille Marcion natus est, Seytha tetrior, Hamaxobio instabilior, Massageta inhumanior, Amazonia audacior, aubilo obscurior; hieque frigidior, gelu fragilior, istro fallacior, Chineas atropior. » Rustum in Ponto Ponto et Proserpina, inferorum dii, humanis hostis placebantur: hi quoque antrum erat extraxit Cerberi, et Heracles descendit ad inferos, ubique ipsa Cerberion vocabatur, ac regio Pontico sive Bosphorano inferni nomen inditum. Accole vocabantur Tauri Cimberii (unde Cimberiae tenebrae), sive Cimbrici, seu Cerberici, Bencioici, Colchi, Cappadoces, Paphlagonae. Nonne infernus erat Cimberae regio diis inferorum sacra, ubi

striges, ubi Acherontis palus, ubi Cerberus? Vide Suidam, Strabonem et alios Cosmographos (1).

2. SERTIUM PRASCIENTIAM DEI PATRIS. — « Praescientia » significat providentiam et praedestinationem Dei, qua Ponticos elegit ad fidem et gratiam Christi et Christianismi, providendo eis praedictores aliaque opportuna media, quibus praescebat eos auscultaturos et obedituros, ac oblatam Christi fidem et gratiam libere amplexturos. Unde praescientia haec partim inchoata est et conditionata, partim perfecta et absoluta. Inchoata est, quatenus per eam praescit Deus quid quilibet homo hac vel illa conditione, v. g. vocatione et gratia, sit facturus et libere electurus. Perfecta est, quatenus posita per Dei praedestinationem et decretum conditione, puta tili vel tali vocatione, videt Deus absolute voluntatem hominis libere et consentire, credere et obedire. Prior praescientia a Theologis vocatur simplicis intelligentiae; posterior, visionis: hinc et electorum electio juxta priorem est inchoata tantum et conditionata, juxta posteriorem vero perfecta est et absoluta. Prior significatur per *in sanctificationem*, uti legitur Latina; posterior per *in sanctificationem*, uti legitur Graeca, de quo mox.

Porro maluit Petrus dicere « praescientiam, » quam praedestinationem, quia praescientia latius patet et plura innuit: nimirum primo, praedestinationem hanc fidelium ad fidem et gratiam factam esse sapientissime, utpote ab aeterna Dei amicitia praescientia et providentia. Secundo, eam esse arcanam et inscrutabilem, utpote factam arcano divinae mentis consilio et praescientia. Tertio, eam esse suavem aequae, ac efficacem et infallibilem. Suavem, quia liberum arbitrium non coegit, sed suaviter allexit ad fidem, providendo illa media quibus praescebat et praevidebat liberum arbitrium libere consenturum, et usurum ad suam salutem; efficacem et infallibilem, quia providentia Dei cum omnia prospiciat et previdet, quibus rationibus movenda sit voluntas hominis, dum eas illi suggerit, efficaciter et infallibiliter eam movet, fleclitque ad libere consentiendum. Hoc est quod de aeterna Dei Sapientia ait Sapiens, cap. viii, vers. 1: « Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. » Quarto, eam prevenire nostra opera et merita, ac proinde esse liberalem et gratuitam, dignamque omni laude et gratiarum actione. Hoc enim significant *per et pro* in praescientia et providentia. Quinto, hanc Dei in suis electis quasi filios providentiam esse paternam, summam et divinam: illam enim significat *Dei Patris*. Sexto, praescientiam hanc Dei non tantum esse speculativam, sed et practicaem: includit enim

Dei voluntatem, amorem et decretum dandi gratiam, qua ad fidem, justitiam et salutem perducamur.

Porro S. Cyrillus, lib. *De Recta fide ad Beginas*, et Eucumenius hic, « praescientiam » referunt ad Petrum Petricae apostolatum, quasi illo ipso colatus sit per Dei praescientiam, id est providentiam; et proinde non dignitate, sed temporis duntaxat inferior sit Jeremia, qui cap. 1, a Deo audit: « Primumquam formarem te in utero, novit te. » Melius alii passim « praescientiam » referunt ad *in electis*, q. d. Scribo electis, qui ad fidem a Deo electi et directi sunt per suavem ejus praescientiam et providentiam. Antistrophon Petri est illud Pauli: « Non repulsi Deus plebem quam praescevit, » *Rom.* xi, 2. « Quos praescevit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, » *Rom.* viii, 29. « O altitudo divinarum sapientum et scientiae Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? » *Rom.* xi, 34. Vide ibi dicta.

DEI PATRIS. — « Pater » hic accipi potest tam notionaliter, ut significet primam personam S. Trinitatis, quae genuit Filium; tam essentialiter, ut significet Deum, qui tribus personis est communis. Hic enim est pater respectu hominum, angelorum et creaturarum omnium.

IN SANCTIFICATIONEM SPIRITUS. — Eucumenius haec refert ad *in Apostolos*. Unde omnia haec sic context et explicat: « Petrus ex preconognitione Dei Patris missus Apostolus ad segregandos ipsi in Spiritu, et obediens reddendos eis, qui asperionem sanguinis Iesu expiatiorem admiserunt, vobis electis peregrinis ex dispersione Pontii, Galatiae, Cappadociae, Asiae et Bithyniae, gratia et pax multiplicetur. » Alii melius referunt ad *in electis*, q. d. Electi estis a Deo ad sanctificationem Spiritus, tum activam, ut scilicet Spiritus Sanctus vos per gratiam infusam sanctificet; tum consequenter passivam, ut scilicet anima et spiritus vester a Deo, misso in vos Spiritu Sancto, sanctificetur: *in* ergo Spiritus significat primo, hanc sanctificationem esse propriam opus Spiritus Sancti, ita tamen ut reliquis duae personae S. Trinitatis non excludantur, sed potius in eo per divinam *conspirationem*, id est *circumconcessionem*, ut ait Damascenus, includantur. Unde mysterium S. Trinitatis tresque ejus personas nominat hic S. Petrus; scilicet primam, dicens *Dei Patris*; secundam, dicens *Jesu Christi*; tertiam, dicens *Spiritus*. Rursum apposto Patri tribuit electioem, praescientiam et praedestinationem, Spiritui Sancto sanctificationem, Filio asperionem sanguinis: eo enim nos redemit et abluvit a peccatis nostris. Secundo, *in* Spiritus significat hanc sanctificationem non esse carnis, uti erat illa legis veteris, sed spiritus. Tertio, in sanctificatione nobis infunditur spiritum, puta habitum gratiae, claritatis caelestisque virtutum, quibus imbuta mens *in* terra

(1) Quam hic seclatim nominatur Asia, est intelligenda est pars Asiae, quam Lat' excoisic dicitur, Romana provincia, sive Asia praecursoraria, Pergamum, Mysiam, Cariam, Lydiam, et omne omnino maritimum Asiae Minoris complexa.

fiat spiritalis, imo spiritus: ut instar spirituum angelicorum, spiritalium et angelicam puritate et sanctitate placeat et serviat Deo. Porro hunc spiritum laetitiam et participamus a Deo et Spiritu Sancto, per illumque et similes efficitur; juxta illud: « Qui adhæret Domino, unns spiritus est, » I Cor. vi, vers. 17.

Nota: Pro in sanctificatione græce est ἁγιασμός, id est in sanctificatione, vel etiam in sanctificationem: saepe enim ponitur pro vice utrumque verum, et hinc loco congruum. Inchoata enim elegit nos Deus in sanctificationem, quando nos ab æterno destinavit, et in tempore vocavit ad sanctitatem; perfecte vero elegit nos in sanctitate, quando jam libere credentes baptizatos et sanctificatos amat, et elegit ad suam gratiam, amicitiam, filiationem et hereditatem. Item dicit Paulus, *Ephes. cap. 1, 4 et 1 Thessalon. v, 23*: « Ipse autem Deus pater sanctificavit vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima, et corpus, sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetis. » Vide ibi dicta. Moraliter dicant hic Christiani quanti facienda sit sanctitas, utpote ad quam ab æterno a Deo electi sint, qui ad hoc misit Christum in mundum, ut scilicet « servitiam illi in sanctitate et justitia eorum ipso omnibus diebus nostris, » ut canit Zacharias, *Lucæ 1, 73*. « Hoc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra, » ait Paulus, *1 Thessalon. iv, 3*. Christiani ergo sibi a Deo et Christo dici putent illud Dei per Moysen: « Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, et separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei, » *Levit. xx, 26*; et *xxii, 32*: « Ego Dominus qui sanctifico vos. » Orent ergo assidue cum Davide: « Cor mundum crea in me, Deus; et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiã salutaris tui, et Spiritu principali confirma me. »

IN OBEDIENTIAM ET ASPERSIONEM SANGUINIS JESU CHRISTI. — Præpositio in potest primo, significare causam meritoriam, ut sit idem, quod per, *q. d.* Electi sumus ad sanctitatem per obedientiam Christi usque ad mortem, et per sanguinem ejus in cruce effusum, quo in Baptismo aspersi et lustrati sumus. Ita Lyranus et Cajetanus. Hebræam enim *2*, id est *3*, sumitur pro per, propter, etc., adeoque omne genus causæ significat, ut ostendi *Coel. 25* in S. Paulum.

Secundo, *2* in significat causam fidelem, *q. d.* Fideles electi simul a Deo ad sanctitatem, hoc fructu et fine, ut ejus jussis obediatis, et hinc fructum majorem (Hebræice enim *2*, id est *3*, cum accusativo significat augmentum) effusionis sanguinis Christi, puta perseverantiam et vitam æternam, consequantur in celo: hoc enim per aspersionem sanguinis Christi nobis reseratur, ut ait Paulus, *Hebr. ix, 41*. Per metonymiam ergo et metalepsin ponitur sanguis Christi pro resurrectione cœli et cœlesti gloria, sicut causa ponitur pro-

effecta, meritum pro mercede: ut S. Petrus tres effectus prædicationis divine assignet, scilicet dilectionem, obedientiam et vitam æternam per merita sanguinis Christi, sicut S. Paulus eosdem assignat, dum eos nominat vocationem, justificationem et glorificationem, *Rom. viii, 30*.

Tertio, in significare potest causam materiam, *q. d.* Electi sunt a Deo qui Christo obedientes se præstiterunt, et sanguinem Christi pro se effusum per fidem amplexi, eo se asperserunt et purificaverunt. Ita S. Cyrillus, *De Fide ad Romanos, et Oecumenius*.

Secundus sensus profundus est, sed obscurus et novus: nusquam enim ita accipitur aspersio sanguinalis. Primus ergo planus est et usitatus; si quis tamen amandum cum multis sequi malit, dicat aspersionem sanguinis Christi metonymice poni pro fructu aspersionis sanguinis Christi, hoc sensu, *q. d.* Vocati estis ad sanctitatem, hoc fine ut Christo obediendo, ejusque sancta præcepta et monita sequendo, ejusque redemptionem, sanguinem et mortem indes commemorando, magis magisque ejus fructum percipiatis; ut scilicet indies in omni virtute et sanctitate crescatis et profectis, usque ad finem vite, itaque cœlestis gloriæ thesauros consequamini.

Nota: Sanguinem Christi hic fidelibus proponit S. Petrus, quasi balneum quoddam pretiosissimum ad sanctificationem, hoc est, ad sanandum omnes animi morbos, omnesque virtutes (quæ non aliud sunt quam sanitates animæ) conciliandas et augendas efficacissimum, quod proinde cœtero omniq; die et hora usurpare debemus. Alludit ad aspersionem sanguinis victimarum Veteris Testamenti, in qua omnis illius avi purificatio et sanctificatio consistebat, ut ostendi *Levit. 1*; maxime vero alludit ad aspersionem leprosi mundandi: hic enim die octavo aspergebatur sanguine victimæ, eoque mundabatur ab immunditia legali, quæ arcebat eum quasi irregularem a templo hominumque convicti, quia hucusque ob lepram, relictus fuerat, *Levit. xiv*. Leprosus enim typice signabat peccatorem, qui a lepra peccati mundatur per aspersionem, id est, applicationem sanguinis Christi, quæ fit per baptismum aliisque Sacramenta, item per fidem, contritionem et bona opera. Hoc est quod prædixit Isaias, *cap. lii, 15*: « Iste asperget gentes multas, » *q. d.* Christus suo sanguine per aquam baptismi multos abluet a peccatis, justificabit et sanctificabit. Hoc est quod orat David *Psal. l, 2*: « Asperges me, Domine, hyssopo, et manducabo, » *q. d.* Sicut olim leprosus typice mundabatur per aspersionem hyssopi sanguine victimæ tincti, ita aspersione sanguinis Christi, qui vere est hyssopus sanguineus Agni immaculati mandans peccata, elue et emunda meum reatum homicidii et adulterii. Orat enim per sanguinem et merita Christi venturi, per hyssopum sanguinem et aquam præfigurati, sibi remitti peccata.

Ita S. Ambrosius, *De Apologet. David, cap. xii*. Sic Apostolus, *Hebr. x, 22*: « Aspersi, ait, corda a conscientia mala, » id est, in cordibus sanguine Christi per baptismum lustrati et purgati a peccatis. Unde explicans subdit: « Et abluit corpus aqua munda » baptismi. Aspersio ergo sanguinis idem est quod lustratio et purificatio et peccatis, quæ fit per sanguinem Christi. Vide dicta *Hebr. ix, 43*.

Porro hinc aspersio, id est, applicatio sanguinis Christi, adhibetur animæ, primo, per baptismum aliisque Sacramenta, præsertim Euchari- stie: in ea enim realiter comedimus corpus et bibimus sanguinem Christi. Secundo, per fidem et orationem, obsecrando scilicet ut Deus per merita sanguinis Christi nobis peccata remittat, gratiam donet, virtutes largiatur et augeat. Sic Ecclesie omnes orationes et collectas concludere solet dicendo: « Per Dominum nostrum Jesum Christum, » etc. Tertio, per rememorationem et meditationem passionis Christi; hæc enim grates nos exhibemus Christo, ejusque pretiosam redemptionem celebramus, ac per eam beneficia speramus, poscimus et impetramus. Atque hæc de causa Christi sacrificium Missæ et Euchari- stie instituit, utin eo jugiter tantam passionis ejus dignationem recoleremus, et cum omni gratiarum actione celebraremus, juxta illud: « Hoc facite in meam commemorationem. » Et: « Quo- tiescumque manducabitis panem hunc, et calicem hiberis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat, » *1 Cor. xi, 26*. Quarto, utiendi operationes et passionis nostras actionibus et passionibus Christi: hoc enim Christo perhonorificum, Patri gratissimum, nobis utilissimum est: dum enim nostra exitia opera unita operibus divinis Christi, hisque quasi vestita et inaurata, ejusque sanguine purpurata Deo Patri offerimus, conciliamus ejus oculos (ut respiciat in faciem Christi sui) et gratiam, ac impetremus quod obsecramus. Unde viri pii et sapientes idipsam studiose faciunt. Hoc est quod ait Paulus *Hebr. xii, 24*: « Accessistis, etc., ad Testamenti novi mediatorum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel, » quia sanguis Abel clamat vindictam, Christi misericordiam.

GRATIA VOBIS ET PAX MULTIFLUCTU. — Gratiam intellige tum incretam in Deo, tum creatam in nobis. Increta est, benevolentia, amor, favor, quæ Deus suos prosequitur; creata, est gratia donata que Deus ex amore gratis in animam infundit. Gratiæ effectus et comes est pax triplex, scilicet pax cum Deo, nobiscum et cum proximis. Itaque S. Petrus tam pacem quam gratiam in fidelibus augeri et perici præcatur, exemplo Christi, qui discipulos post resurrectionem salutans, ait: « Pax vobis, » præsertim quia ipse eam non tantum promisit, sed et dedit, dicens: « Pacem relinquimus vobis, pacem meam do vobis, » *Joan. cap. xx*; unde S. Cyrillus, *lib. xii in Joan., cap. iiii*

et *liv*, et *lib. X*, *cap. vii*: Lex, ait, quædam Ecclesie tradita est: in sanctis enim congregationibus hæc sæpius ad invicem dicimus. Pacem enim et ad nos, et ad Deum habere, fons et origo omnium bonorum est. Quare Paulus quoque omne bonum fidelibus optans dicit: « Gratia vobis et pax. » Porro Cyrillus pacem, quam Christus cepit et relinquebat Apostolis, censet esse Spiritum Sanctum, quia scilicet ipse est pax causalis; causat enim pacem. Sic Christus dicitur esse pax nostra, *Ephes. ii, 14*, id est, pacificator noster, qui pacem inter nos et Deum conciliavit.

3. BENEDICTUS DEUS. — Orditur a benedictione gratiarum actione et laude Dei, quia celebrat ingens beneficium redemptionis Christi, nostraque per cum vocationis ad gratiam et gloriam æternam. Idem facit Paulus, toto cap. *i ad Ephesios*, quo mire hoc Dei beneficium extollit, scrutatur et admiratur. Quin et Gentiles nonnulli suas epistolæ et libros a Deo inchoant, ita Avatus sua *Pharamosa* orditur: « A Jove principium, » etc., uti recensit Actor. *xvii, 28*. Porro hæc Dei laus et benedictio est vox angelica, et inchoatio vite beate. Beati enim in cœlis aspersi in mare divinitatis non nisi Deum laudant et glorificant, *Apoc. iv, 8* et *10*. Vide ibi dicta.

Moraliter nota, corda et ora Sanctorum esse quasi altare thyndamitis, quod jugiter thymiama divine laudis exhalat, et quasi apinarum, imo favos, qui penetrat doctogico mella stillant, ut cum S. Job, tam in prosperis quam in adversis dicit: « Sit nomen Domini benedictum; » et cury *Psal. xxxiii*: « Benedicam Dominum in omni tempore; » et cum tribus pueris in camino ignis: « Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate et superexaltate eum in secula, » *Daniel. iii*; et cum Zacharia: « Benedicet Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis sue, » *Luc. cap. i*; et cum B. Virgine: « Magnificat anima mea Dominum. » Ita Paulus omnes pene suas Epistolæ orditur a gratiarum actione, vel benedictione Dei.

PATER DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, — tum quoad divinitatem, tum generationem et communicatam ab æterno; tum potius quoad humanitatem, quam per operationem Spiritus Sancti in tempore ipsi affirmavit in utero B. Virginitis, qua ratione tota S. Trinitas dicitur Pater Christi et Christianorum: nomen enim Jæsus est nomen humanitatis Christi, non divinitatis. Passim quippe Apostoli celebrant mysterium incarnationis Christi, tum quia novam, tum quia per illud peracta est redemptio nostra; quia non nisi per ejus fidem et merita justificamur et salvamur.

QUI SECUNDUM MISERICORDIAM SUAM MAGNAM. — Causam eum Deum benedicit, dat magnam ejus misericordiam nobis per Christum exhibitam. Alludit ad illud *Psal. l, 1*: « Misereor mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele-

iniquitatem meam. » El *Psalm.* cxlv, 9 : « Misericordias eius super omnia opera eius. » Et *Psalm.* cxvi, 7 : « Magna est super caelos misericordia tua. » S. Petrus, vocavit Paulus, II *Cor.* I, 3 : « Benedictus Deus, etc., pater misericordiarum, et Deus totius consolationis. » Et *Ephes.* II, 4 : « Deus autem, qui dives est in misericordia, per nimiam suam charitatem qua dilexit nos. »

Porro misericordia Dei magna, id est maxima et immensa est, primo, ex causa efficiente, quia promanat a Deo, ejusque amore in nos immenso : tanta ergo est, quanta est deitas, cum qua nunquam est idemque. Secundo, ex objecto, quia scilicet donavit nobis Filium suum unigenitum, ut in eo viscerum suis in eo effudisse videretur, juxta illud Zachariae : « Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus nos visitavit Oriens ex alto, » *Luce* I. Magna ergo est, quia Deus immensus se examinavit usque ad mortem, mortem autem crucis, ut hominibus sibi inimicissimis miseretur, cumque ab aeterna miseria liberaret. Tertio, ex subjecto, quia nos homines, quasi vermes vilissimos plenos peccatis, omnique miseria, ad se evocavit, et eversit ad suam gratiam et gloriam, juxta illud : *Abyssus humanae miseriae abyssus divinae misericordiae invocet, Psalm.* xli, 8. Quarto, ex copia donorum, quia innumera beneficia, gratias et dona nobis contulit, et conferre non cessat. Unde S. Augustinus, conc. 2 in *Psalm.* lviii : « Totum, ait, quidquid sum, Domine, de misericordia tua est : ut enim essem, quid feci ? ut essem qui te invocarem, quid egi ? Quia ergo nemo tam misericordia largior, a quo accipi ut essem, ab illo accipi ut bonus essem, Deus meus, misericordia mea. » Quinto, magna est loco et tempore, quia ad omnes homines, omnium locorum, temporum et saeculorum se extendit, juxta illud *Psalm.* xxxii, 5 : « Misericordia Domini plena est terra. » Rursus in *Sancis* durat in aeternum. Sexto, ex fine, quia ducit nos ad magnum suum regnum, suaeque hereditatis et gloriae immense nos participes facit et consortes, juxta illud *Psalmis* : « Clamavi ad te, Domine : dixi : Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. » *Psalm.* cxvi, 6. Magna ergo est, primo, quia a magno manat Deo ; secundo, quia per magnum datur Christus ; tertio, quia magnum levat miseriam ; quarto, quia magna dat dona ; quinto, quia magnum ambit gentes, loca et tempora ; sexto, quia magno nos beat Oculo et Deo.

REGENERAVIT NOS IN SPEM VIVAM. — Regeneratio est duplex : Prima est justificatio et sanctificatio, qua a morte peccati resuscitatur et revocatur ad vitam gratie perditam in lapsu Adamo, qua Deus Adamum, et in eo posteros omnes creavit in gratia, per eamque filios suos effect, ideoque in spiritu genuit. Secunda generatio, hoc est regeneratio, est qua lapsi et mortui per Christum revocantur ad primam vitam et gratiam quam habuimus in

Adamo, ante lapsu. Regeneratio secunda est resurrectio : per illam enim a morte suscitatur, et in novam vitam quasi regeneratur, puta caelestem, beatam et aeternam ; haec dicitur regeneratio respectu primae generationis, qua a parentibus nostris geniti sumus in vitam hanc naturalem et mortalem. Utroque modo hic accipi potest.

Juxta primam enim sensus erit, q. d. Deus per Christum, Christique baptismum et gratiam nos regeneravit, id est justificavit, et ad vitam gratie revocavit, « in spem vivam, » id est, hoc fine et fructu, ut scilicet per gratiam speremus consequi gloriam et vitam aeternam.

Juxta secundam sensus erit, q. d. Christus nos suo sanguine aspergens, purificans, sanctificans et vivificans regeneravit, id est, resuscitavit nos ad gloriam et vitam beatam, « in » id est, per spem vivam. « Spe enim salvi facti sumus : » haec enim spes ex parte Dei promittenti ita est viva, certa et effloax, ut si rem speramus, puta vitam beatam, nobis reipsa daret, et in manus consignaret. Quo sensu ait Paulus : « Habemus pro idem accessum in gratiam istam, in qua stamus et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei, » *Rom.* cap. v, vers. 2, et : « Concesserunt et concessere sicut in coelestibus, » *Ephes.* II, 6, q. d. Christus resurgendo et ascendendo in caelum nos secum evexit, sibi que assidere fecit in caelo : adeo enim certi sumus, si Christo inhaeramus, nos illi assecuturos in caelo, ac si jam ei assideremus : quia enim praecessit gloria capitis, eo spes vocatur et corporis, » ait S. Leo. Unde S. Augustinus in *Meditat.* xv : « Haec tota, ait, mihi est spes, omnique fiducia est in ipso Jesu Christo, qui unicusque nostrum portio est, caro et sanguis. Ubi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo : ubi caro mea glorificatur, ibi me gloriosum esse recognosco : ubi sanguis meus dominatur, ibi me dominari sentio. » Unde

Tertio, sic exponi potest, ut spes viva vocetur, ipsa regeneratio, q. d. Regeneravit, id est rursus generavit et vivificavit nos, dando nobis non rem, puta gloriam, sed ejus spem vivam : haec enim spes viva est quasi anima et vita Christiani, qua vivit vigetque in laboribus et tribulationibus pro Christo, quia scilicet sperat ab eo vitam aeternam : illam enim vitam per spem praecipit, ut videatur jam illam possidere, illaque vivere, ac proinde per spem jam videtur regeneratus et resuscitatus. Inde enim spem vocat « vivam, » quia scilicet fideles remunerat et vivificat ; de quo mox plura. Ubi advertit in phrasi *Rebri* significare augmentum spei vivae, q. d. Regenerat nos Deus, indiesque magis in Christianismo videtis et vegetos facit per spem, quam indes majorem magisque vivam in nobis suscitavit, pro nova auxilia et robora gratiae, per continuum opem, directionem et protectionem, per varias consolatioes, quas in mediis tribulationibus et desolationibus

maiores et copiosiores quotidie nobis suggerit et spirat.

IN SPEM VIVAM. — Dicitur spes viva, primo, quia sperat vitam aeternam. Unde S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, legit in *spem vitam*. Alii, apud S. Augustinum, lib. I *De Peccat. merit.*, cap. xxvii, legunt in *spem vitam aeternam*. Melonymice ergo « spes viva » ponitur pro vita sperata, sive pro re viva obtinenda per spem. Significanter vero ait, « vivam, » ut indicet vitam presentem esse mortalem et mortuam, magisque esse mortem quam vitam. Nam, ut ait S. Gregorius, homil. 37 in *Evangel.* : « Temporalis vita aeternae vitae comparata, mors est potius dicenda, quam vita. Ipse enim, quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quam quedam prolixitas mortis ? »

Secundo, quia spes haec non est fallax et dubia, qualis est mundanorum sperantium opes et honores, sed verax et certa, ut, nisi per se steterit, certo gloriam speratum simul adepturi, ait Beda. Tertio, quia haec spes nunquam moritur, nec interit, sed semper vivit, donec ad rem speratam nos deducat. Quarto, spes dicitur « viva, » quia fidelium vitam sustentat, ut in mediis tribulationibus vivant laeti, in viva spe gloriae : spes ergo dat eis vitam et animos, facitque eos vivere et vigere in quibusvis adversitatibus. Unde Philo, lib. *Quod deterius potiori insidiat* : « Quid enim, ait, homini magis potest esse proprium, quam spes et expectatio possessionis honorum accipiendorum a solo magnificentissimo Deo ? Quod genus hominum, si vera lateri volumus, proprie hominum est ; tanquam hi qui non sperant in Deum, extra naturam rationalem censentur. » Ita Paulus : « Quod autem nunc vivo in carne, inquit, in fide et spe : hanc enim parit et includit fides vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me, » *Galat.* II, 20. Homo enim desperans languet instar mortui, sperans vero vivit et valet, juxta illud *Tibulli*, lib. II :

— Creata vitam

Spei sunt, et nullas eras fides semper ait.
Spei autem agricola, spei sulcis credit arvis
Semina.
Spei etiam validis solatur conquele victorum.

Vide S. Bernardum, serm. 7 in *Psalm.* *Qui habitat* : « In spe, ait, vivimus, fratres, nec deficiamus in tribulatione, quod in expectatione simul ineffabilem gladiolorum. Neque enim vana nobis haec expectatio, aut dubia spes videtur innoxia aeternae promissionibus veritatis. Deinde etiam ex perceptione praesentium munerum, firma est expectatio futurorum ; et presentis gratiae virtus nimis creditibiliter attestatur felicitatem promissae gloriae sine dubio securitatem. Nempe Dominus virtutum ipse est flex gloriae, gratiam ad gloriam dabit dominus. Viriliter ergo sustineat in hoc saeculo plebs colluctationem, et persecutionem quamlibet aequanimiter patiat. »

Quinto, spes dicitur « viva, » id est, vegeta et virens. Sicut enim Ezechiel, cap. xxxvii, 4, Judaeorum in Babylone desperationem de liberatione et reditu in Jerusalem representat per ossa arida, ita eorumdem spem excitat et vivificat per visionem, qua vidit haec ossa reviviscere. Unde S. Gregorius, lib. *XXXI Moral.*, cap. xxxiv vel xxvii : « Arentia, ait, corda sunt hominum, quae in hujus saeculi spe peritura plantata, aeternitatis fiduciam non habent : virent autem, quae illi haereditati inherant. Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me, » *Psalm.* IV, 10, et : « In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum, » *Psalm.* xxx, 1.

Sexto, sicut aquae stantes et stagnantes dicuntur mortuae, fontanae vero et fluentes dicuntur vivae, quia vita, id est, vitalis operatio, consistit in actione et motu : ita « spes viva » dicitur, quae hominem excitat ad vivas et heroicis actiones virtutum, quibus gloriam aeternam adipiscitur. Hinc ait S. Paulus : « Sancti per fidem (utique et spem) vicentem regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprobationes, obtulerunt ora leonum, exstinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convalescerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra revertunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos : alii autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem, etc. Lapidati sunt, secuti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt, circumierunt in molis, » etc.

Denique Clemens Alexandrinus, lib. I *Pedagog.* cap. vi, spem censet vocari « vivam, » eo quod spes fidei det vitam, ejusque quasi sit anima. « Ecclesia, inquit, constat corpore, scilicet fide, anima vero spe, uti Christus constat carne et sanguine (sanguinem enim veteres putarunt esse substantiam animae). Revera enim sanguis fidei est spes, in qua continetur, sicut fides ab anima. Cum autem spes exspiraverit, perinde ac si sanguis effluerit, vitalis fidei facultas dissolvitur. »

Haec spe viva excellit S. Martinus, cum Iuliano Apostata motum exprobranti respondit : « Ego signo crucis, non olynpeo proclitus aut gales, hostium cuneos penetrabo securus ; et cum a latronibus captus dixit se nihil prosum timere : « Scio enim, inquit, Deum in majoribus periculis magis adesse suis in se conf. entibus. » Et cum in morte diabolo dixit : « Quo hic astas, creuenta bestia ? nihil in me fustes reperies ; » et suis : « Sinite me coelum potius quam terram aspicere, ut suo jam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. » Plura recensit *Jeremie* cap. I, 18, et xvii, 8.

PER RESURRECTIONEM IESU CHRISTI EX MORTUIS. — Refert hoc primo ad « in spem vitam, q. d. Spes nostra est viva, sive sperans vitam aeternam, quia in hanc praecessit Christus caput nostrum per resurrectionem, ut nos secum quasi membra in eandem indueret. Spes enim viva dicit : Spero me resurrecto-

hauram, quia Christus redemptor meus resurrexit, non tantum pro se, sed et pro me, ut scilicet me a morte ad vitam et gloriam suscitet. *Secundo*, refer ad *resurrexerat*, q. d. De se nos regeneravit, id est, suscitavit tam a peccato ad gratiam, quam a morte ad vitam eternam per resurrectionem Christi; hoc enim fuit causa non tantum exemplaris, sed et efficiens nostrae resurrectionis, idque *primo*, quia Christus sua passione et morte, cuius filius et terminus fuit resurrectio, meruit nobis utramque suscitationem.

Secundo, quia Christus resurgens mortem plane devicit, eamque non tantum in se, sed et in nobis quasi ejus domitor et triumphator profligavit. Unde ait Paulus *Rom. iv. 25*: « Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram. » Vide hic dicta et cap. vi, vers. 4: « Ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulamus: si enim complacenti facti sumus si militiam mortis ejus, simul et resurrectionis erimus. »

Tertio, quia Christus, qui resurrexit in die iudicii, pariter per se, pariter per angelos, nos resuscitabit, juxta illud *Philip. iii. 20*: « Nostra autem conversatio in caelis est; unde etiam Salvatorum expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. »

Præclare S. Hieronymus ad *Heliodorum*, in Epistola Nepotiani: « Qui, inquit, per Osee quondam tibi rigidus minabatur: Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, inferne; illius morte, tu mortua es, illius morte, nos vivimus; devorasti, et devorata es; dumque assumpti corporis sollicitaris illecebra, et avidis faulibus prædam patas, interiora tua adunco dente confossa sunt. Gratias tibi, Christe Salvator, tua agimus creatura, quod tam potentem adversarium nostrum, dum occideris, occidisti. »

Spes ergo nostra, neque ac amor et jubillus cordis nostri, est Christus. Audi S. Bernardum, serm. 9, in Psalm. *Qui habitabat*: « Quoniam tu es, Domine, spes mea. Quiddam iustus agendum sit, quiddam desiderandum, quiddam tolerandum, quiddam optandum, tu es, Domine, spes mea. Hec una mihi omnium promissionum causa, hæc tota ratio mee expectationis. Præterdat alter meritum, sustinere se factet pondus diei et æstus, joculari his in sabbato dicat, se non esse sicut cæteros hominum gloriatur: mihi adhaerere Deo bonum, ponere in Domino spem meam. Sperant in aliis aliis: forte hic in scientia litterarum, hic in astutia sæculi, hic in nobilitate, ille in dignitate, ille in aliquo vanitate confidat in felicitate, omnia detrimenta feci, et ut stercora arbitror, quoniam tu es, Domine, spes mea. Si mihi premia promittuntur, per te obtinenda sperabo. Si insurgant adversum me præda, et sævial mundus, si tremat malignus, si ipsa caro adversus spiritum

concupiscat, in te ego sperabo. Fratres, hoc sperari, ex fide vivere est; nec alius ex sententia dicere potest: Quoniam tu es, Domine, spes mea, etc. Ut quid enim, si hæc sapimus, ut quid cunctamur abjicere omnes spes miseræ, vanas, inutiles, seductorias, et huic uni tam solidam, tum perfectam, tam beatæ spei tota devotione animi, toto fervore spiritus inherere? »

EX MORTUIS. — ex numero, statu et loco mortuorum, puta ex sepulcro et inferno.

4. IN HEREDITATEM. — Refer ad *regeneravit*, q. d. Regeneravit nos Deus in baptismo, suosque filios effecit, ut hereditatis suæ faceret participes et hæredes. Ideo enim parentes generant filios, ut eos habeant hæredes. Possent quoque referri ad *spem vitam*, q. d. Regeneravit nos in spem vitam, quæ sperando tendit in hereditatem, sive quæ spem hereditatis incorruptibilis. Hebræi enim sæpe per *2 leg.* id est in, cum accusativo, significant regnum genitivum.

Porro hereditas hæc, quam Deus filiis suis dilectis et electis dedit, est regnum colorum, ipseque Deus totus quantum quantus est. Beati enim videndo et contemplando Deum, eo fruuntur, gaudent et beatantur in æternum. Ita S. Augustinus, serm. 19, *De Temp.*: « Unam, ait, cum sanctis angelis civitatem habemus, a Domino possidebimur, hereditas ejus erimus, et ipse hereditas nostra erit; quoniam et modo dicimus: Dominus pars hereditatis nostræ. Et de nobis dicit tuus est: Postulavit a me, et dedit tibi Genes hereditatem tuam. »

INCORRUPTELEM. — natura et substantia. Opponit hoc epithetum hereditati, *primo*, Judæorum, quorum hereditas in terra promissionis lacte et melle mansit, puta in Chanaan, fuit corruptibilis, quia caduca et modici temporis. *Secundo*, hereditati Chiliarum, sive Millenariorum, qui dicebant Sanctos mille annos duntaxat regnatos in hac vita, quorum auctor fuit Corinthus, S. Petro coævus et antagonista: de quo plura Apoc. cap. xi, vers. 4. *Tertio*, erroris Origenis, qui ex Platone docebat, post annum magnum, puta post duodecim, vel, ut alii, 36 annorum millia, omnia revolvenda et reditura ad pristinum vel præmævum statum; ideoque Beatos in celo ad presentem vitam redituros. Ita Didymus. *Quarto*, hereditati terrene, quam parentes filiis corruptibilibus corruptibilem relinquunt; Christiani enim hereditas est immortalis, incorruptibilis, æterna, quæ nec morte, nec senio, nec tempore ullo mutatur, aut corrumpitur; quæ hæc hereditas est cœlestium empyreum, quod est incorruptibile, imo est ipse Deus immortalis, ut paulo ante dixi. Animæ enim immortalis hereditas et felicitas uti debet, ita et adequatur. Vere S. Augustinus, in *Ps. cxxix*: Deus, ait, erit hereditas nostra, « quæ nec minuitur copia possessorum, non fit angustior numerositate coheredum: sed tanta est multis quanta paucis; tanta singulis, quanta omnibus cum in creata hereditate longe aliud eveniat.

Tunc pariter corpus hoc corruptibile induet incorruptionem, et mortale hoc immortalitatem, » ut ait Apostolus, *1 Corinth. xv. 53*.

ET INCONTAMINATAM. — Opponit id errori Judæorum, Chiliarum, Mahometi et Saracenorum, quia paradisum expectant, in quo omni voluptate carnis fruuntur, omnique luxu et libidine se continent. Rursum erroris Origenis, qui dicebat animas Beatorum post annum magnum a cœlis et consortio angelorum redituras ad carnem hæc miseram et contaminatam. Contra hos ait Petrus cœlestem hereditatem fore uti incorruptibilem, ita pariter puram semper et incontaminatam ab omni non solum culpa, sed et a qualitate hæc sordida et novo. Quod circa Apoc. xxi. 27, de ea dicitur: « Non intrabit in eam aliquod coinquinatum. » Et *Psalm. xxix. 3*: « Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? innocens manibus et mundo corde, qui non accipit in vano animam suam. »

Pro *incontaminatam* græce est *ἀκέραιον*, id est *impollutam*, defecatam, incontaminatam, immaculatam, puram. Inde amiantus lapis vocatur, qui in Cypro nascitur, scissili alumini similis, qui utpote leuto, telas conficiunt, quæ in ignem conjecit accenduntur quidem, argenteque flammæ, sed nulla amaris parte nitidiores evadunt, teste Dioscoro, lib. v, capite xxii, et Plinio, lib. xxxvi, cap. xix, qui ait: « Amiantus alumini similis, nihil igni perdit. » Unde idem, lib. xix, cap. i, eundem linum vivum appellat, sed fallitur, dum censet vere esse linum, quod in India nascitur, cum sit lapis, vel alumina. Quare amiantus divinitatis, utpote purissimus, est imago et symbolum; quæ de causa Brachmanes ex amianto vestes sibi conficiebant, ut divinitatis de se specimen ederent; ex eo quoque funebres regum vestes texebantur, ut illis lecti corporum in rogam injectorum cineres a cinere lignorum secermi possent, ait Mathiol. in *Diosc.* lib. i, cap. cxiii, et Plinius, lib. xix, cap. i.

Nota *secundo*, « incontaminatam, » id est *incontaminabilem*, ut veritatis Paganus et Tigurinus; hoc enim significat Græcum *ἀκέραιον*, arguo ac *ἀκαρτερὸν*, significat *immurescibilem*, potius quam non *marcescentem*. Hereditas enim cœlestis non tantum acta est pura et incontaminata, sed et habitu ac potentia, quæ contaminari nequit, nec ulla ullus rei hæc inficit potest. Sic Agrippa ii, dicitur: « Veniet desideratus, » id est desiderabilis, « cunctis gentibus. » Hebræi enim sæpe participia passiva usurpant pro verbalibus in *his*, quibus earent, ut *Sophon. ii. 4*: « Gens non amabilis, » Hebr., non *amata*. II. Reg. i: « Saul et Jonathan amabiles, » Hebr., *amati*. *Psalm. cxxxvi*: « Mirabilia opera tua, » Hebr., *mirata*. Idem imitantur Græci et Latini, ut *Gal. ii*: « Quoniam reprehensibilis erat, » græce *καταρρηγοῦντος*, id est *reprehensus erat*. Virg., *VII. Æneid.*

Dives inaccessos ubi Solis illa lucet;

« inaccessos, » id est *inaccessibiles*. Idem, lib. viii: « Hæret inexplerum lacrymans, » d est inexpleribiliter.

Significat ergo *incontaminatam*, hereditatem cœlestem fore plane puram: *primo*, ab omni peccato etiam levissimo: imo ab omni peccato peccandi; *secundo*, ab omni sordida sordisque periculo; *tertio*, ab omni carnali voluptate, imo ab omni concupiscentia, juxta illud Christi: « In resurrectione neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut angeli Dei, » *Matth. xxii. 30*.

Fidelium enim hereditas et beatitudo in cœlis erit spiritalis, angelica, divina: quam proinde S. Joannes, Apoc. xxi. 49, vidit per aurum, smaragdum, beryllum, jaspidem aliasque gemmas purissimas, æque ac pretiosissimas representari. Unde S. Augustinus in *Medit.* paradisum cœlestem describens:

Sis gemmis, ait, hæc structura pectitur; Auro mendo tanquam vitro urbis vis struitur, Abest limas, dæsti finis, hæc nulla cernitur.

Tropologicè Beda: fideles, ait, ut assequantur hereditatem cœlestem, in hac vita faciunt hereditatem Dei « incorruptibilem, » ne ullo lethali crimine corrumpantur; incontaminatam, ne medicorum culpis iniquentur; immurescibilem, ne levissimis et quotidianis culpis marcescant; denique conservatam in cœlis, quia hæc sanctitate præditi Beatorum cœti, citra ullam dubitationem, si perseveraverint usque in finem, aggregabuntur. »

Hanc incontaminatam et immortalem hereditatem ambiebat S. Casimirus, Casimiri Poloniæ regis filius, qui in morbum incidens, cum a medicis audiret se eo levari non posse nisi uxorem ducere, ac parentes ad id eum urgerent, respondit generose: « Nullam aliam novi vitam, nisi cœlestem illam incontaminatam immortalitatem, ob quam eligo virgo mori, » instar armellini, qui luteo aggerè circumdatus, cum transire et fugere non vult, ne luteo se inquinat, sed sinit se a venatoribus capi, itaque tacite ait: « Malo mori quam fedari. » Virgo ergo, et virginitatis victimam occubuit anno ætatis 24, Christi 1484, juro cœlo, et cœli Virginiū Marburyancæ mysticorum choro ascriptus. Ita hæbet ejus Vita.

IMMURESCELEM, — *ἀκαρτερὸν*, id est, quæ nequit *marcescere*, id est *marcescere*. Unde S. Augustinus, lib. I *De Peccat. merit.* cap. xxvii, legit *florētium*. Est enim metaphora a floribus, foliis et fructibus, qui mox ut plan. efflorescunt et maturaverunt, illico marcescunt, flaccescunt, putrescunt. Unde is adversus « amarantus » flos nomen habet ab immortalitate, quoniam non marcescit: de quo Plinius, lib. xxi, cap. viii: « Amaranto, inquit, non dubie vincitur. Est autem spica purpurea verius quam flos aliquis, et ipse sine odore: mirumque in eo gaudere decerpi, et lætius renasci. Provenit augusto mense, Jural in

autumnam. Alexandrino palma, qui descriptus
asseratur. Mirumque postquam defecere cuncti
flores, madafactus aqua reviviscit, et hibernas
coronas facit. » Verum Clemens Alexandrinus,
lib. II, cap. viii, docet plenum amarantum in
eolo duntaxat reperiri: « Pulchra, inquit, ama-
rantum corona illi reposita est, qui rectis se ges-
erit: hunc florem terra ferre non potest, coelum so-
lummmodo eum ferre potest. » Juxta quod sensus
B. Petri erit, *q. d. In eolo tandem amaranti cor-
onam assoqui licebit: nec enim fellis florem
aliquem immarcescibilem parit. Sanctorum ergo
hereditas et corona erit amarantina et immarces-
cibilis, quia non tantum quoad substantiam erit
incorruptibilis, sed et quoad qualitatem, speciem
et voluptatem, semper in eodem flore, vigore et
viretate permanebit. Sicut est in narcosis et
v. minis, quae licet sint incorruptibiles, postea ta-
men tantum ad tempus vigant et splendent; nam
cum tempore splendorem illum et speciem de-
perdunt, fuscantur et quasi senescunt. Ex adverso
in coelis Sanctorum gloria et felicitas semper erit
virens, semper florens, semper virens: unde
post centum annorum nulla tam suavis, tam ju-
cunda erit, tamque mentem Beatiorum delectabit,
quam oblectabat primo die, quo illum percepit.
Cujus rei causa est, quod hoc gloria et de-
lectatio quinquaversum sit constantis, immutabilis,
sui semper similis, immarcescibilis et infinita,
quasi miris quoddam gaudiorum. Hoc est quod
deus cunctis S. Augustinus in *Medit.*:*

Hicnis hereditas, nihil terrenis illis, magnum servatum.
Fide perpetuis regnum in seipsum servatum.
Candent illis, respicit coeum, videt balneum;
Vident gratia, vident vitam, vident iudicium.
Pignora omnia, vident, vident et amplexum.
Pudent postea, videntur non impia servatum.

Sicut est in gaudiis terrenis, quae omnia licet
maxima videantur, longo tamen usu fastidunt
et nauseam parunt, imo quo magis gustantur,
eo minus cupiunt: in his ergo sapere parit de-
sperare, uti notat S. Gregorius, homil. 36 in *Evangel.*
Hoc est quod ait Sapiens, *Ecclesi.* xxv, 29: « Qui
edunt me, adhuc esuriunt, et qui bibunt me, ad-
huc sitiunt. » Et S. Petrus, cap. ii, 12: « In quem
desiderant angeli prospicere. »

Beati ergo visione Dei sitiantur, ut tamen
aeque semper ad eam anhelent, eumque Jugiter
intueri desiderent. In nullo ergo minuitur eorum
felicitas, sive quoad rem possedam, sive quoad
ejus speciem et pulchritudinem, sive quoad ejus
sensum, gustum et voluptatem: tanto enim sui
sensu, gustu et voluptate afficit Beatos post mille
annos, atque afficit primo die. Immarcescibilis
ergo est. *Primo*, quia aetale non senescit. *Secundo*,
quia tempore non deflorescit. *Tertio*, quia specie
non flaccescit. *Quarto*, quia sapore non marces-
cit. *Quinto*, quia maturitate non putrescit. *Sexto*,
quia rugositate non decrefcit. *Septimo*, quia testi-

matione non vilesct. *Ex adverso* omnis hujus
vite voluptas, ait Seneca, lib. *De Vita beata*, vi,
« tunc cum maxime delectat, extinguitur, nec mul-
tum loci habet: itaque cito implet, et hec est,
et post primum impetum marces: nec id unquam
certum est, ejus in motu natura est: ita non pos-
test quidem ulla esse substantia, quod venit tran-
sitive, celerrime in ipso usu sui perituro: eo
enim pervenit, ubi desinit; et dum incipit, spe-
tat ad finem. »

CONSERVATA IN COELIS IN VOBIS. — *id est, id est,*
Deos, id est, vobis. Unde Syrus, *quae parata est vo-
bis.* S. Hieronymus, lib. I. *Contra Jovinianum*, « quae
servatur in coelis in vobis, id est vobis. » Hinc
Paulus ait eam « absconditam in Deo, » *Coloss.*
cap. iii, vers. 3. Hinc et Christus electis dicit in
die iudicii: « Venite, benedicti Patris mei, posside-
re paratum vobis regnum a constitutione mun-
di. » *Matth.* cap. xxv, 34. Hinc ergo hereditas nobis
quasi illis a Deo verbo paratur et « servatur, ut de
ea dubitare non debeamus, si tamen ejus filia-
tionem, gratiam et amicitiam constanter usque
ad mortem retineamus; idque significari putat
Glossa voce *conservata*, quasi ea significetur
cooperatio nostra, nostrique liberi arbitrii. Ve-
rum minus recte: nam graeco est *συντηρηθη*, id
est *servata*.

Nota: Hereditatem coelestem explicat S. Petrus
per quatuor praedicamenta, Substantiam, Qualita-
tis, Quando et Ubi, sive temporis et loci. Sub-
stantia enim ait eam esse incorruptibilem, quali-
tate incontaminatam, tempore immarcescibilem,
sive et loco coelestem: in coelis enim eam
nobis asservari. Porro inter haec quatuor est apta
connexio et ordo: nam ex primo coetera ordine
consequuntur. Quia enim hereditas est *επιχειρη-*
τη, id est *incorruptibilis*, natura sua, hinc qualitate
est *επιχειρητη*, id est *incontaminata*: quae cum per-
essentiam sunt incorruptibilia, illa pariter sunt
inmixta, incomposita; ideoque pura, simplicia
et incontaminata, ut Deus, orium, angeli, anima
rationalis; quae vero sunt corruptibilia, eadem
pariter sunt mixta, composita; ideoque impura
et contaminata, uti sunt omnia corpora ex ele-
mentis confecta. Rursus, quia haec hereditas est
επιχειρητη; et incontaminata, idcirco est et *επιχειρη-*
τη et immarcescibilis: quae enim marcescunt, ali-
quid in se labis, faecis, sordis et impuritatis ha-
bent, quod dum sensim egerunt et quasi evomunt,
marcescit est causa; quae vero plane sunt
pura, haec nihil in se habent, quod marcescere
egere aut ebullire possit. Denique quia ipsa est
επιχειρητη et immarcescibilis, ideo et *επιχειρη-*
τη, id est, *expers terra et vultus*: terra enim et
terrena, quia foeculenta, marcescunt; coelum vero,
quia purum et nitidum, est immarcescibile, ac
consequenter talia pariter sunt coelestia omnia.

Merito ergo S. Augustinus, sermone 2. *De omni-
bus Sanctis*: « Tanta, ait, est pulchritudo justitiae,
tanta jucunditas lucis aeternae, hoc est, incommu-

tabilis veritatis atque sapientiae, ut, etiamsi non
luceret in ea amplius manere quam unius diei
lucere, propter hoc solum innumerales anni
hujus vite pleni deliciis et circumfluentia tempo-
ralium bonorum, recte meritoque contemneren-
tur. » Vere enim dicit Psaltes: « Quoniam melior
est dies una in atris tuis super millia, » *Psal.*
lxxxviii, 11. At vero jam non uno die, sed mille-
nis, imo infinitis, adeoque in aeternum, in ea
manebimus ejusque deliciis perfremur. Quam
ergo illa ambienda, caeteraque omnia despicienda
sunt! Quam ad illam anhelandum, dicendumque
cum nostro S. Ignatio: « Quomodo sordet nulli
terra, cum caelum aspicio! »

S. QUI IN VIRTUTE DEI (graeco *θεοθεν*, id est *pot-*
entia, robore) CREDIDISTI PER FIDEM IN SALUTEM.
— Sensus est, *q. d.* Quibusnam Deus optim. max.
hereditatem illam immarcescibilem conservat?
vobis, quos quasi filios, velut pater non tantum
gentit, sed et robusta potentique manu contra
omnes infidelium, demonis, mundi et carnis in-
sultus custodit, educat, duellique per fidem ad
salutem aeternam, quae est hereditas illa immar-
cescibilis. Unde pro *custodisti* graeco est *επιχειρη-*
τη, quae vox proprie ad castrenses excubias,
et arcium urbiumque custodiam pertinet: lus
enim suis praestat Deus, uti praestitit Ezechiae et
Hierosolymae abessae a Sennacherib, juxta pro-
missum Isaiae, cap. xxxviii, vers. 6: « De manu
regis Assyriorum evan te et civitatem istam, et
protegam eam. » Et Zachariae, ii, 5: « Ego ero ei
(Hierosolymae), ait Dominus, murus ignis in cir-
cuito, et in gloria ero in medio ejus. » Et *Psal.*
xxvi, 1: « Dominus illuminatio mea et salus mea,
quem timebo? Dominus prosector vitae meae, ut
quo trepidabo? Si consurgant adversum me castra,
non timebit cor meum. » Et *Psal.* xxxiii: « Immit-
tet angelus Domini in circuitu mentium eum, et
erigat eos. » *Immittet*, scilicet se et suum presi-
dium, suas ades et castra, suas angulos sibi
subditorum legiones, sua tela et fulmina. Unde
Hebraice est *מגן* *חיה*, id est *castrametallum*;
S. Hieronymus, *circumdabit*; Chaldaeus, *immoratur*.
Ubi recte notat S. Basilus angelum ob magnitu-
dinem comparari integro exercitui, ob robur et
fortitudinem muro, qui in circuitu nos tueret et
proteget. Talia foere castra angelorum tutelarium
Jacob patriarchae, qui proinde locum ubi illa
sibi apparuerunt, vocavit *Hebronaim*, id est *gemi-*
na castra, Gen. xxxii, 2. Talis fuit « mors pla-
nis aequorum et omnium ignorum in circuitu
Eliacae, » angelorum utique, ut Eliseum contra
Syrorum acies defendentem, IV Reg. vi, 17. Simi-
les excubias et custodias Deus benignissimus cas-
teris suis fidelibus et sanctis exhibet, ut merito
de his cecinerit Psaltes: « Custodit Dominus omnia
ossa eorum, unum ex his non conteretur, » *Psal.*
xxxiii, 21. Unde et eisdem sibi precatur: « A re-
sistentibus dexterae tuae, ait, custodi me ut pu-
pillam oculi, » *Psal.* xvi, 8. Custodit ergo suos

Deus tum per se, tum per suos ang. los. Unde di-
scimus neminem sibi suaeque custodire debere con-
fidere, sed eum tribuere Deo. Ipse enim est cus-
tos Ecclesiae et gregis sui. « Nisi enim Dominus
custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit
eam, » *Psal.* cxxvii, 1. Hoc est quod ait Dominus
per Isaiaem, xliii, 2: « Si transieris per aquas, te-
cum ero, et flamma non operiet te; cum ambu-
laveris in igne, non combureturis, et flamma non
ardebit in te. » Et *Psal.* xc: « Scuto circumda-
bit te veritas ejus, non timebis a timore nocturno,
a sagitta volante in die, a negotio perambulante
in tenebris, ab incursu et demone meridiano. »
Et mox: « Cum ipso sum in tribulatione, eripiam
eum, et glorificabo eum. »

PER FIDEM. — Fides ergo est fidelium custodia;
fides, inquam, non nuda et mortua, sed viva et
gratia ac charitate animata, uti dixi *Jacobi* ii, 14.
Unde S. Chrysostomus et Beda per fidem accipiunt
Christianam religionem, Christique gratiam,
qua nos justificat. Fides ergo est gratia est instru-
mentum, et quasi custodia militaris, qua Deus fi-
deles custodit, tum ut in pristinum gentilitium et
errores relabatur; tum ut tentationibus carnis
et diaboli resistat; tum ut persecutiones pro
Christo et veritate fortiter sustineat; tum ut Chri-
stiana et heroica fidei et virtutum opera olant,
qualia recenset Paulus a priscei fidei heribus pa-
trata, *Hebr.* xi. Fides enim quae quis credit se, si
Deo serviat, pro coque labore et patienti, ab eo
aeternis maximisque praemiis donandam, excitat
fidelem ad omnia audendum et tolerandum. Fi-
deles ergo per fidem resistunt diabolo, I *Petri* v, 8;
ejusque ignea tela extinguunt scuto fidei, *Ephes.*
cap. vi, vers. 16. Unde: « Haec est victoriam, quae
vincit mundum, fides nostra, » ait S. Joannes,
I *epist.* v, 4. Quo simul monuit novellios fideles ut
fidem gratiamque Christi nuper receptam, inte-
gram et illibatam constanter teneant, in eaque
perseverent, si hos fidei fructus, si Dei opem et sa-
lutem, et coelestem hereditatem assequi cupiant.
Haec (Eumenius; Christus enim fideles in fide sua
constantes protegit e coelo, uti pro eadem oravit
vivens in terra: « Pater sancte, serva eos in no-
mine tuo, quos dedisti mihi ut sint tui sicut et
nos. » Et mox: « Cum essem cum eis, ego ser-
vabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi,
custodivi, et nemo ex eis perit, nisi filius perdi-
tionis, » *Joan.* xvii, 11.

IN SALUTEM. — Salus est aeterna vita et gloria
Beatiorum; vox in signum est finem, fructum et
praemium fidei, quasi dicat: Fides tendit et di-
cit ad salutem, salusque est fidei terminus, fructus
et praemium. Fides enim et gratia est salus
inchoata, gloria vero est salus consummata.

PARATAM BEVELLARI (quae parata est ut reveletur);
Haec Paganus IN TEMPORE NOVISSIMO. — Salus haec
animae cujusque fidelis plene explicata statim a
morte revelatur, secreto in iudicio participatur;
sed in tempore novissimo, puta in die iudicii,

publice coram toto mundo revelabitur, non solum in anima, sed et in corpore ejusque beati: tunc enim corpus cum anima resurget ad gloriam immortalam. Nimirum hec salus est hereditas incorruptibilis, incontaminata et immarcescibilis, quam Deus Sanctos ab eterno destinavit et elegit, quantum eis paravit et conservat in caelis.

Nota: *Te revelari* significat salutem et gloriam caelestem nobis obscuram esse, et per fidem quasi per unquam et enigma tantum a nobis conspici; in die vero iudicii fore revelandam, cum fides vertetur in speciem, spes in rem, promissio in donationem, expectatio in possessionem. Hoc est quod ait S. Joannes, *epist.* 1, cap. III, vers. 2: «Nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.» Et ex *Isai.* S. Paulus: «Oculus non viderit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus his qui diligunt illum.» *I Corinth.* II, 9.

6. In quo exultabitis. — Pronomen *quo* nonnulli censent referre tempus novissimum, quod proxime processit, *q. d.* in tempore novissimo, puta in die iudicii, exultabitis, dum videbitis vos pro modica tentatione, quam in hac vita sustinetis, haberi et donari gloria aeterna. Unde Syrus vertit, *letabimini in aeternum.*

Melius alii in quo censent referre, omnia praecedentia, *q. d.* «In quo,» id est, in re, si videlicet recogitatis, quod Deus vos regeneravit in spem vitam hereditatis aeternae, revelandam in tempore novissimo, utique exultabitis in hac regeneratione et spe vivae hereditatis caelestis, quam in mediis tentationibus, quae huc cum sint modicae et breves, hereditatem illam mereantur, eo quo recto tramite vos ducunt. Ita *Clementinus*. Potest quoque futurum *exultabitis* more Hebraeo accipi pro imperativo *exultate*, aut pro indicativo *exultate debetis*, aut pro conjunctivo *exultate est ut exultetis*. Unde graece est *ἐξυλλάβεσθε*, quod partim est indicativi modi, significans *exultatis*, ut veritatis Pagninus et *Tigurini*; partim imperativi, significans *exultate*. Ita Christus e proposito sibi gaudio sustinuit crucem, *Hebr.* XII, 2. Sic et S. Agatha et Martyres ibant ad ignes, aequales et tormenta, quasi ad epulas, nuptias et triumphos. Christiani ergo est gaudere in omni tribulatione, tentatione et tristitia. Licet enim tribulatio affligat corpus, sensum et portionem inferiorem animae, in eaque causet dolorem et tristitiam, tamen eadem causat letitiam, eamque ingeniem in portionem superiore animae, puta in ratione, implet spiritus, dum cogitat tribulationem sibi paritaram coronam aeternam. In spe ergo et merito hujus coronae gaudet, dura est in tribulatione et tristitia; atque haec spes tristitiam commutat in letitiam, ut Christus in Cana commutavit aquam in vinum, adeo ut in ea primo gaudio exiliat et exultat, nolique ea carere, imo durare et angere cum optat. Graecum *ἐξυλλάβεσθε*, id est *exultate*, dicitur quasi *ἐγὼ εὐλόγησθε*, id

est, *vultis saltare*; sicut S. Joannes Baptista pro gaudio ob Christum incarnatum, exiit in utero matris, *Luce* 1.

Consonat S. Petrus S. Paulus, dicens *II Corinth.* VII, 4: «Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.» Et S. Jacobus, cap. I, vers. 1: «Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in varias tentationes incidideritis: ubi multas hujus gaudii causas recensens.

Modicum nunc si oportet contristari. — Pagninus, *nunc ad brevis tempus afflicti, si opus sit, q. d.* Exultabitis nunc modico tempore afflicti et contristati, si necesse sit, si videlicet afflicti et tristitia ingruat et irruat, uti in hac vita omnibus, praesertim fidelibus, sepe contingit. Vita enim nostra circummessata est molestis, persecutionibus et tentationibus, quae necessario paruntur tristitiam, ideoque in ea contristari est nimis oportet, ut valde dicitur, quod vitari nequit; sed ferendum est, juxta illud:

Quicquid illi est, superata omnis fortuna ferat.

Alludit ad id quod Christus abiturus suos praemouit, dicens: «Modicum, et non videbitis me, et iterum modicum, et videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia si pberabitis et fidebitis vobis, meritis autem gaudebit; vos vero contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium, et quia in die illa, 19. Omnes enim dolores et morrores, aeque ad gaudia hujus vite, sunt modicum nunc, id est, exiguum gaudium, tum quantitate, tum duratione, instar puncti et momentis, juxta illud Pauli: «Id quod in presenti momentaneum est et leve tribulationis gloriae, supra modum in sublimitate aeternam gloriam pondus operatur in nobis.» *II Corinth.* IV, 17.

Nota primo: Singula verba habent emphasis, novamque rationem tolerantiae et exultationis suggerunt, *q. d.* Exultate in tentationibus. Primo, quia ille modicum sunt respectu immense gloriae et coronae, quam eis in caelo adorat Christus, juxta illud *Sapient.* III, 3: «In paucis vexati, in multis bene disponuntur.» Secundo, quia breves; durant enim unum nunc, id est momentum. Itaque enim «vita est momentaneum et pendet ut aristas.» Tertio, quia oportet et necesse est eas tolerari. Quis non subdat se necessitati? quis contra fatum pugnet? Quarto, addit *si*, dicens *si oportet, q. d.* Tribulationes non semper, nec omnibus, sed aliquando nunc his, nunc illis ingruunt: sponte ergo epossite vestram aeam, vestram vicem et sortem. Ita *Clementinus*, Quinto, quia sunt tentationes, id est exercitationes et explorationes, quibus Deus exercet et explorat vestram patientiam et virtutem.

Nota secundo, si quadrupliciter posse accipi. Primo, proprie, ut notet conditionem, *q. d.* Non dico absolute vos oportere contristari, sed conditionale, ut si oporteat vos contristari, idipsum patienter toleretis. Secundo, causaliter, ut idem sit quod *quia, q. d.* Quia oportet vos in vita hac tot

arumnis vallata sepe contristari, ideoque idipsum tolerare, et ex necessitate facite virtutem. Tertio, comitauer, ut sit idem quod *cum, q. d.* Non dico oportere vos semper contristari, sed si, id est, cum oportet, cum scilicet illa ingruat. Quarto, per concessionem *pro isto, q. d.* Exultabitis in spe gloriae, esto modicum nunc oportet vos contristari.

Moraliter modicum hoc passionum, cui debetur aeternum praemiorum, excitare nos debet ad praestandum in his omnem animi aseritatem, fortitudinem et constantiam. Nam, ut ait S. Eucherius ad *Valer.*: «Nihil est magnum re, quod parvum tempore; nec longis dilatatur gaudiis, quicquid arcto sine concluditur.» S. Basilus, *lib. De Leg. Gentil.*, laudat Nianthem dicentem se studere virtuti, ut illam quasi viaticum senectutis possideret. At tu, inquit, o Christiane, ad futuri saeculi, cuius non est finis, possessionem, compara viaticum, puta virtutes: illi enim comparata omnia tempora, nihil sunt.

S. Augustinus in *Psal.* XXXVI: «Pro aeterna, ait, requie aeternus labor subeundus erat. Aeternam felicitatem accepturus, aeternas passiones sustinere deberes: nam etsi mille annorum esset, appendis mille annos contra aeternitatem, quid appendis cum infinito quantumcumque finitum? Decem millia annorum, decies centena millia, et millia millium, quae finem habent, cum aeternitate comparari non possunt. Paucorum dierum est tota vita hominis: etiam si leta duris non miscerentur, quae plura et longiora sunt certe, quam dura; et ideo breviora et pauciora sunt dura, ut durare possimus. Si ergo per totam vitam suam homo in laboribus et in arumnis esset, in doloribus et in tormentis, in carcere et in plagis, in fame et siti, omnibus diebus, horis omnibus per totam vitam suam usque ad aetatem senectutis, pauci dies sunt tota vita hominis: quo labore transacto veniet regnum aeternum, veniet sine fine felicitas, veniet aequalitas angelorum, veniet hereditas Christi, veniet cohaeres Christus: pro quanto labore quantum mercedem accipimus? Veterani homines, qui laborant in militia, et versantur inter vulnera tot annos, incipiunt militare a juventute, creunt senes, ut habeant paucos dies quietos senectutis suae, quando eos jam ipsa aetas incipit gravare: quos bella non gravant, quanta dura tolerant, quae itinera, quae frigora, quos soles, quantas necessitates, quae vulnera, quae pericula? et non attendunt patientes haec omnia, nisi paucos dies quietos illos senectutis, ad quos utrum perveniant neciunt.» Et S. Chrysostomus, *hom. De Lazaro*: «Si quis, ait, in centum annis vidisset per unam noctem suave somnium, multisque deliciis per somnium inferius centum deinde annis cruciaretur, num is vellet unum noctem quam somniavit, centum annis equiparare? Hoc de futura vita cogita. Nam quod est somnium unum ad centum annos, hoc est praesens vita ad futuram, imo multo

minus: quod est exigua gutta ad pelagus immensum, hoc sunt mille anni ad futurum illam firmitatem; quantumque interest inter somnia et res veras, tantum interest inter hujus vite statum et illius.»

Ita brevitatis passionum et aeternitatis praemiorum cogitationem, quasi stimulum acrem ad profectum suis discipulis commendabat S. Antonius. Audi eum apud S. Athanasium: «Hoc sit primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere quod ceperit, praesertim cum humanae vitae spatia aeternitati comparata brevissima sint.» Et mox: «Promissio vite sempiternae vili pretio comparatur. Scriptum est enim: Dies vite nostrae septinginta anni: si autem in potentibus, octoginta. Quando ergo octoginta aut centum annos laborantes in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis praedictis omnium nobis saeculorum regna tribuentur. Non terram hereditabimus, sed caelum; corpus quoque corruptum reliquentes, idipsum cum incorruptione recipiemus. Ergo, filii, non vos aut tantum defatiget, aut vanae gloriae delectat ambitio. Nemo cum aspexerit mundum, reliquise se arbitratu ingentia: quia omnia terra ad infinitatem comparata caelorum, brevis ac parva est.» Et rursus subdens opus omninoque hujus vite bona necessario esse relinquenda in morte: «Cur ergo, inquit, non facimus de necessitate virtutum? Cur non ad lucrandum regna caelestia ultra relinquimus, quod licet istius pendendum est? Et infra: «Ad inertiam calcandam Apostoli precepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur. Cum enim excitata a somno, ad vesperam nos pervenire dubitemus, et quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus adventu, non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur; sed nec insecrum quidem adversus aliquem, nec terrenis contregere thesauros ambiemus: quin potius metu quotidiani recessus, et sejungendi corporis iugi meditatione omnia caduca calcabimus.»

CONTRISTARI. — Gagneus et Hesselius censent legendum *contristati*: graece enim est *νενώμενοι*, id est *afflicti*, *contristati*: sed eodem redit sensus, et clarius mollisque veritas, si cum Nostro sententiam sic evolvas et revolvas: «Si oportet contristari, q. d. Non dico absolute, nec jubeo semper vos contristari, sed si oportet vos contristari, patienter fertote. Rursus, q. d. Exultabitis in spe gloriae, si (esto) oporteat vos modicum nunc contristari: quo insinuat non accersendam, nec querendam esse persecutionem et tribulationem, sed potius inferius declinandam et fugiendam: si tamen ingruat, patienter et fortiter esse sustinendam. «Quid necesse est, ait Seneca, *epist.* 24, mala accersere, et satis cito patienda cum venerint, praesumere, ac praesens tempus futuri meta.

perdere? Est sine dubio stultum, quia quamquam futurus sis miser, esse jam miserum.

IN VARIIS TENTATIONIBUS, — *πειρασμοις*, id est *tentationibus et experimentis*, ut verit. Figurina, q. d. Tribulationes varie, quibus quis nunc morbo, nunc paupertate, nunc calumnia, nunc persecutione, nunc cupiditate appetitur, cum isque conflictatur, sunt tentationes et experimenta, quibus Deus explorat quanta in nobis sit virtus et constantia, eamque excitat, acrit, roborat et indurat: omnes ergo generose sustinere oportet. Sapienter, inquit Seneca, probet se fato, sicut silix ferient. « Duritia silicis, inquit ipse *De Vita beata*, xxvii, nulli magis quam ferientibus nota est. Probeo me non aliter quam rupes aliqua in vadosa mari destituta, quam fluctus non desinat undecumque moli sunt, verberare, nec ideo aut loco eam moventi, aut per tot etales crebro incursu suo contumit. »

7. UT PROBATIO VESTRE FIDIS MULTO PRETIOSIOR AURO. — Vox ut explicat *oportet*: dat enim causam cur oportet nos affligi et contritari in variis tentationibus. Causa enim est ut fides et constantia nostra probetur, roboratur, acerbatur et coronetur. Unde pro *probatio* grece est *δοκιμασία*, id est *experimentum, experimentum, proba fides*, hoc est, fides probata et explorata: hanc enim laudatur, non ipsa probato fidei, que sita demone et tyranno, ac multos sepe in lapsum et ruinam adducit. Rursus haec est pretiosior auro per ignem probato et a scoris defecato. Sicut enim aurum non tantum tactu Lydi lapidis, sed multo magis et certius probatur per ignem in fornace, ignis enim aurum purum separat a scoris: ita Christiani fides probatur igne tribulationis, qui fideles et constantes separat ab infidelibus et inconstantibus: rursus fideles a suis navis et cupidinibus avellit, purisque Deo exhibet. Porro haec fides non est sola et nuda, ut patet, sed charitate formata et constantia armata: quia enim charitate solida Deum et Christum amat, hinc constanter ejus amore tentationem sustinet, alioqui enim illi succumberet. Hinc autem charitas fidelis et constantis longe in refrigerium, *Græca addunt ἀποψύξασθαι*, id est *pernitio et perditio*: si enim aurum quod perit multoque perdit (multis enim est perniciosis, causaque mortis animæ et corporis, presentis et æternæ) per ignem probatur, multo magis fides charitate formata, que in omne ævum perennabit, ac fidelis servabit et salvabit in æternum, tribulatione probanda et exploranda est. Quod ergo ignis est auro, hoc tribulatio est justo: ignis aurum non perdit, sed servat, purumque et splendidum efficit: sic et tribulatio justum non perdit, sed roborat et illustrat.

Audi Plinium auri dotes recensentem, lib. xxxiii, ap. iii: « Nec pondere, aut, aut facilitate materis relictum est ceteris metallis, cum cedat per atrumque plumbo; sed quia verum uni nihil ignis deperit, tuto etiam in incendiis regisque durante

materia. Quinimo quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem. Aurique experimento ignis est, ut simili colore rubeat quo ignis. Atque ipsum obrysum vocant. Primum autem bonitatis argumentum est, quam difficillime accendi. *Secundo*: Nigrum, aut, prave violentissime igni indomitum, palea citissime ardescere; atque ut purgetur, cum plumbo coqui. *Tertio*, altera causa pretii major, quod quam minimum usus deterit; cum argento, aere, plumbo, lineæ produeantur manusque sordescant decidua materia. *Quarto*, nec aliud laxius dilatur, aut numerosius dividitur, utpote ejus unciæ in septuagenas et quinquagenas, pluresque bracteas, quatenus utroque digitorum spargantur. *Quinto*, super cætera non rubigo ulla, non sergo, non aliud ex ipso quod consumat bonitatem, minutate pondus. *Sexto*, contra salis et aceti succos demiores rerum constantia. *Septimo*, super omnia naturæ ac textur læne modo, et sine lana. Tunica aurea triumphans. Tarquinium Priscum Verrius tradit. Attalides vero jam pridem interitum invento regum Asia. »

Hæc facile est applicare justo: nam *primo*, ignis, id est tribulatio, nihil virtutis in eo deperit, sed potius accessit. *Secundo*, mirum est quod justus igni tribulationis resistat, et palea humane miserie per commisionem inardescat. *Tertio*, nihil virtutis ex eo conversatio cum aërialibus deperit, sed suam ipsam vim et spiritum in eos afflicando exurit. *Quarto*, dilatat sua charitatis viscera in omnes lætissime et minutissime. *Quinto*, nulla ex eo prodiit invidia aut tristitia ærugo, que ejus bonitatem minuat. *Sexto*, constanter resistit salii et aceto, id est, ira et mordacitati. *Septimo*, flexilis est, sinisque se quibusvis rebus, licet vilibus et molestis inseri, ut aliis prosit eoque ornet. Ita S. Job, cap. xvi, vers. 10: « Ipse (Deus), inquit, scit viam meam, et probavit me quasi aurum quod per ignem transit. » Et David Rex: « Probasti nos, Deus, igne nos examinasti: sicut examinatur argentum, eto. Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium, » *Psalm. lxxv, 10*. Ita S. Laurentius assatus in craticula: « Probasti, ait, cor meum, et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas, » puta infidelitas, quia in medio ignis fideliter et constanter tibi adhesi, *Psalm. xvi, 3*. Ita de Martyribus et patientibus dicitur, *Septem, iii, 6*: « Tanquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, » Et *Ecclesi. xxvii, 6*: « Vasa igni probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis. » Sic tres pueri Danielis socii probati sunt an essent fideles Deo suo, in igne fornacis Babylonice, *Daniel. iii*. Ita Machabei ab Antiocho in sartagine libi perarunt suam fidem Deo, *II Machab. vii*. Ita Sancti in fine mundi affligentur igne æretime persecutionis ab Antichristo, « ut conflentur, et eligantur, et d'calbentur. » *Daniel. xi, 38*. Dura itaque est

hæc probatio, durum examen, durum tentamen, sed modicum et breve respectu æternæ coronæ, quam eis in celo adorat Deus. Ita S. Sebastianus, SS. Marcum et Marcellianum acriter tentatos et afflictos, ut a Christi fide deficerent, hac ratione animavit, et ad martyrium confirmavit: « Tormenta, inquit, vel levia sunt, vel gravia et acra. Si levia, tolerabilia sunt; si acra, non durant, sed patientem ad mortem adigunt, et per mortem ad immortalitatem transmittunt. Tolerare ergo tam acra quam levia, quia illa breviter, hæc modica sunt; illa cito extinguunt, hæc brevi extinguuntur. » Ut fias Laurentius, ignem subeas oportet; ut Vincentius, et, mitem hilariter paliare necesse est; Jobum finxit omnigena calamitas, Tobiam formavit cæcitas, Josephum calumnia, Davidem persecutio, Danielem leones, Machabeos sartagine.

INVENIATUR IN LAUDEM ET GLORIAM ET HONOREM, IN REVELATIONE JESU CHRISTI. — « Invenitur, » scilicet fuisse et emississe vobis in laudem, etc., quia scilicet vestra fides tot tentationibus probata vos laudabiles et gloriosos efficit in celo et terra. Spectant enim cum angeli, et laudant: videntur et admirantur homines, eamque celebrant et admirantur sunt. *Secundo*, « invenitur, » id est sit, vel *cedat, q. d.* Ut fides vestra ita probata, sit vobis laudi, cedatque vobis in gloriam et honorem in die judicii, quando Christus iudex eam toti mundo declarabit, laudabit et corona æternæ donabit. Inveni enim sepe per metalepsin posuisse pro *de*, quia quod est, inventi possit: quod non est, inveniri nequit. Sic de angelis « celo cum I. videro ruentibus dicitur, *Apoc. xii, 8*: « Neque locus inventus est eorum amplius in celo, » id est, nullus fuit eis amplius locus in celo, sed in tartaro. Sic *Ecclesi. xxxi*, dicitur: « Beatus vir qui inventus est sine macula; » inventus est, id est, fuit immaculatus, ut talis inveniri posset. Unde explicans subdit: « Qui post aurum non abiit, » etc.

Nota: Christus in die judicii laudabit fidem et virtutem iustorum: que sane laus erit maxima, tum quia fiet coram omnibus angelis et hominibus, qui unquam fuerunt, sunt, vel erunt; tum quia fiet a Christo, qui est æterna veritas ac majestas: ipse enim est Rex regum et Dominus dominantium; tum quia hæc laus durabit per omnem æternitatem in præmio et laurea æterna, quam pro meritis cuique dabit Christus. « Dicit ergo: Venite, benedicti Patris mei, possidete patrum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare, etc. Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: infra in gaudium Domini tui, » *Matth. xxi, 21*. Veni, Petre, qui Romanam Ecclesiam tuo labore et sanguine fundasti: accipe coronam tui laboris et sudoris. Veni, Paulo, qui omnes gentes docuisti: accipe coronam tui doctoratus et apostolatus. Veni, Ste-

phane, qui lapides mei amore expropti, et dulces æstimasti: accipe coronam martyrio tuo debitam. Veni, Francisce, qui summe te humiliasti: accipe summum glorie thronum. Veni, Thecla, que tot tantaque supplicia pro me tam generose sustinisti. Veni, Agnes, que pro castitate supra annos et viros decertasti. Veni, Cæcilia; veni, Agatha; veni, Catharina, que hæc et illa sigillatim tam heroice egistis et tolerastis: accipite singule lauream castitatis, lauream martyrii, quisque suam suoque agoni et victorie æd'equatam. Tunc itaque fiet illud *Jerem. xxx, 19*: « Egre dieur da eis laus voxque laudentium; et multiplicabo eos, et non minuentur; et glorificabo eos, et non attingentur. » Laudem enim Christi communi voce et acclamatione approbant et celebrant omnes angeli et Sancti. Et illud *Isaiæ lxi, 3*: « Reddet eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, palmum laudis pro spiritu mororis: et vocabuntur in ea fortes justitiae, plantatio Domini ad glorificandum. » Id representatum est per laudem Davidis, qui triginta viros sui exorcitus fortissimos sibi elegit, laudavit et iuxta se gloriose collocavit in domo fortium, *II Reg. xxiii, 8*. Similiter enim Christus suos fortes laudabit et glorificabit in celo, quod est civitas fortium.

Porro hæc Christi laus non tantum pro meritis præmium cuique dabit, sed et honorem, iuxta illud *Joan. xii, 26*: « Si quis mihi ministraverit, honorificabo eum. Pater meus, » vocando eum suum fidem servum, amicum, filium, heredem, exaltando illum a terra in celum, dando ei sedem honoratam et sublimem iuxta se, secundo id quod promisit Apostollis et viris Apostolicis: « Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione enim sederit Filius hominis in sede maiestatis mee, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, » *Matth. xix, 28*.

Rursus hæc laus dabit gloriam non tantum beatificam, que in visione Dei consistit, sed et eam que in claritate nominis et fama sita est, factique homines celebres et gloriosos, ut scilicet omnes angeli et homines gloriosos ejusque sancti facinora deprecident et glorificent. « Victoria, inquit Quintilianus, est contentius laus honorum. » Et Cicero pro *Marcello*: « Gloria, ait, est illustris ac pervagata multorum et magnorum vel in suos civis, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. » Quid majus, quid numerosius angelis et beat' qui sanctos quoslibet, eorumque virtutes celebrabant. Hic ergo discamus illud Statii, lib. I:

Tu sola nimium mentemque geraris,
Gloria.

Et illud Mutii Scaevole manum urentis: « Tam vile est corpus gloriam spectantibus. » Rursus hæc gloria non tantum verbalis erit, sed et realis; quia consistet et perdurabit in regno glorioso,

quod eis dabit Christus, juxta illud *Sapient. v. 16*: « Accipiet regnum decoris et diademata speciei de manu Domini. » Honorabil ergo et glorificabit electos Christus, cum eos creabit reges, donabitque regno cœlesti et æternæ, juxta illud *Apocal. v. 10*: « Feceit nos Deo nostro Regnum et sacerdotes, et regnabimus super terram. » O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo regnant omnes Sancti hic afflicti et abjecti amici stolis albis sequuntur Agnū quocumque jecit.

IN REVELATIONE JESU CHRISTO. — Puta in die judicii: hæc enim vocatur dies revelationis, tum quia in eo revelabitur Christus, qui jam nobis est absconditus et invisibilis; tum quia in eo revelabuntur ejusque opera et merita, quæ hic absconduntur, imo sæpe a malevolis per calumniam denigrantur, obscurantur et infamantur. Impii enim pios hic tradunt quasi hypocritas, quod pietatem simulat, ejusque inanam umbram et laudem hominum capient, Christus ergo justus iudex eorum pietatem, virtutem, integritatem et sinceritatem revelabit, totique mundo patefaciet et celebrabit.

8. QUIEM CUM NON VIDERIS DILIGIS. — Esto enim aliqui proficiscentes in Judæam, poterant ibi Christum videre, nulli tamen domi manentes eum non videri: hi ergo credebant in Christum non visum, sed auditum, eumque summe diligebant. Hæc scilicet est natura fidei et dilectionis eum consequentis. « Quid est enim fides, nisi credere quod non vides? » ait S. Augustinus, tract. 40 in *Johann.* « Fides autem opus est dilectio, » ait idem in *Psalm. xxxi*. « Commentus censet hæc referri ad excitandam fideliū spem et robur in adversis. » Si enim, ait, oculis carnis ipsum non intueti, ex sola auditione amatis, considerate quantum amorem ubi eum videritis, præ vobis feretis, præsertim cum in gloria vobis revelabitur. Si enim passus ejus ita vos attraxit, quando vobis in splendore insuperabili apparuit, quem in modum animum vestrum affecturus est. » Unde S. Augustinus, lib. 1 *De Pecc. merit.*, xxvii, sic legit: « Quem ignorabatis, in quem modo non videntes creditis, quem cum videritis exultabilis gaudio inenarrabili. »

Porro mira fuit primorum fideliū erga Christum affectus et dilectio, ut pro eo gauderent non tantum bonis spoliari, probris affligi, verberari, fustigari, sed et morte mactari. Unde illud Ignatii, epist. ad *Rom.*: « Amor meus crucifixus est. » Et quis cogitans Jesum, id est, Deum pro se incarnatum, passum, crucifixum, non eum totis visceribus diligit? Quis non amet amorem? quis non diligit dilectionem? Jesus enim primo, qua Deus, est summa bonitas, summa sapientia, summa potentia, summa clementia, summa majestas; ergo summe diligibilis, juxta illud *Matth. xxii*: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. » Secundo, qua homo plenus est gratia, veritate et

virtute, adeoque in eo omnes thesauri sapientie et gratiæ sunt reconditi, atque ex eo quasi capite in nos velut membra derivantur. Ergo ipsum ut caput nostrum, omnique boni fontem et parentem diligere debemus. Tertio, per humanitatem nostram a se assumptam, nos sibi et Deo acerrime copulavit, nosque sibi cognatos et fratres effecit: descendendo enim ad nostram naturam, eandem ad Deitatis thronum ascendere fecit. Preclore B. Petrus thronologus, serm. 130: « Christus, ait, venit suscipere infirmitates nostras, et suas nobis conferre virtutes; humana querere, præstare divina; accipere injurias, reddere dignitates; ferre tædium, referre sanitates: quia medicus qui non fert infirmitates, curare nescit; et qui non fuit cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. » Quis talem tantumque medicum infirmus non diligit? Quarto, summis beneficiis nos sibi devinxit, quando ut redemptor, salvator, doctor et legislator noster annuntiat, nobis voluntatem Dei Patris, ejus fidem edocuit, spem confirmavit, miraculis probavit, accendit charitatem sanctissimæ vite exemplis, mores formavit, sanguine suo peccata nostra eluit et expiavit, tormentis suis plurimis et acerbissimis pro nobis Patri satisfecit, propria morte mortem nostram superavit, resurrectione denique et ascensione sua in cœlos æternæ vite aditum nobis reservavit. Quinto, his adde particularia beneficia, gratias et dona, quæ cuique fideli largitus est et in dies singulis multa et magna elargitur. Quis hæc mente revolvens, æstimans et ponderans amore Jesu non accendatur, liqueat et dissolvat? Ut cum sponsa dicit in *Cont.*: « dilectus meus mihi et ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dios et inclinentur umbra. Fasciculus myrrine dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur; omnia poma, dilecte mi, nova et vetera servavi tibi. Fulsiste me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. » Quocirca Clemente Alexandrino, lib. IV *Strom.*, cap. vii, docet virum perfectum maximo repleti gaudio, cum pro Christo suo, quem non videt, multa patitur.

IX. QUIEM NUNC QUORUM NON VIDENTES CREDITIS: CREDITES AUTEM EXULTABITIS. — Tis creditis non est in Græco, sed includitur in « credentes, q. d. » quem cum non videatis, creditis tamen. Noster Tertullianus, tract. II *De Euchar.*, xvi et seq., atque ex eo Salmeron, hæc ad litteram accipiunt de Eucharistia, q. d. In Eucharistia, quam post baptismum sumis, non videtis Christum, creditis tamen eum realiter esse presentem, ideoque eum manducantes exultatis lætitia inenarrabili, uti in sacra ejus communiōne exultavit S. Aonicia, dicens: « Cor meum et caro mea exultavit in Deum vivum, » ac S. Franciscus, S. Catharina Senensis alique Sancti, juxta illud *Psalm. xxxiii*, 9: « Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus. » Unde et sequitur: « In quem desiderant angeli prospicere; » et: « Propter quod succinti lumbos men-

tis vestra, » etc. Hæc enim verbis videtur alludere ad Agnū typicum, quem comedebant succinendi ad iter in terram promissam, qui erat typus Eucharistie, quæ est cibis et viaticum profectuum in cœlum. Eadem hæc adaptat S. Thomas, opus. LVIII *De Sacram. Altar.*, cap. xv. Verum hic sensus potius accommodatilis est aut mysticus, quam literalis. Loquitur enim Petrus absolute de fide in Christum, quem oculis non vidimus, sed fide credimus esse nostrum Redemptorem. Nam, ut ait S. Gregorius, homil. 26 in *Evangel.*: « Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. »

EXULTABITIS — non tantum in futura beata vita, sed etiam in presenti, plena molestiis et tribulationibus. Unde Græca habent ἐκλυτῆς, id est exultatis, juxta illud Pauli Petro concinentis: « Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, » *Philipp. iv*, 4. Vide dicta ibidem, et *Jacobi* cap. i, vers. 1. Porro perperam line infert Catholicus, Sanctos certos esse se esse in statu gratiæ: exultatio enim Sanctorum in hac vita non est limpida, sed mixta cum timore et tremore, *Psalm.* cap. ii, vers. 11.

LÆTITIA INENARRABILIS. — tum ob spem future gloriæ fidelibus a Christo promissæ, quæ est inenarrabilis, juxta illud *Psalm. xxxv*, 9: « Inenarrabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos; » torrente, non vitro, non calice, non poculo; torrente, quo eos inebriabis, imo obrues et sepelies, quasi in oceanum gaudiorum: talis enim est divinitas, cujus visione et fruitione beabimur. Ita S. Ephrem, lib. 1 *De Resurrect. et Jud.*, cap. ii: « Bas, inquit, promissiones habebatis inenarrabiles, exultemus exultatione inenarrabili et gloriosa. » Tantum enim in cœlis est Beatorum gaudium, ut de eo suis dicit Christus *Matth. xxv*, 23: « Intra in gaudium Domini tui, » q. d. Gaudium hoc tantum est, ut corde tuo capi nequeat, ac proinde non illud in te, sed tu in illud intraturus es, tum quia per fidem et gratiam possidemus Christum, ejus suavitatis est inenarrabilis; tum quia Christus cordi suorum consolationes et gaudia ineffabilia, quasi pregratum quandam cœlestis beatitudinis suggerit et insillat, ut cum S. Xaverio dicant: « Satis est, Domine, satis est. Nec enim vasculi cordis mei angustia tanta capit gaudia. » Et cum Psal. 1: « Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus, » *Psalm. cxxi*, 1. Et cum S. Franciscus: « Tanta est gloria quæ me expectat, quod omnis pena me delectat. » Rursum: « In sola cruce est perfecta lætitia. » Quod si dei servus Ordinis fratribus dicebat: « Quod si dei servus studeat lætiam spiritalem interius exteriori quæ semper conservare, quæ ex cordis munditia oritur, ac per devotionis exercitia fovetur, nihil ei demones nocere poterunt, imo confusi dicent: Siquidem homo iste tam in adversis, quam prosperis lætitia vallatur, non invenimus aditum

ad ipsum. Tunc autem exultant demones, quando lætiam hanc spiritalem extinguere vel impedire possunt. » Rursum: « Beatus ille religiosus qui non haurit lætitudinem et lætiam, nisi in sanctis eloquiis et operibus Domini; et per hæc ipsa alios provocat ad amorem Dei eum gaudio et lætitia. Vix autem religiosus, qui delectatur verbis inanibus et otiosis alios ad risum provocantibus. Ex lætitia ergo externa percipiebat fervorem, et sollicitudinem, dispositionem quoque et promptitudinem animi ad bonum libenter amplectendum, » ait Auctor *Specul. vite ejus*, part. 1, cap. lxxii et lxxiii. Denique hoc est « manna absconditum, quod nemo scit nisi qui accepit. Non illud eruditio, sed unctio docet: nec scientia, sed conscientia comprehendit; sapientia est cuius profum nescit homo: de occultis trahitur, nec in terra suavitè viventium invenitur ista suavitatis. Nimirum suavitatis Domini est, » ait S. Bernardus, *De Convers. ad Cleric.* cap. xxi.

GLORIFICATA. — id est gloriosa, tum ob rem, tum ob spem gloriæ cœlestis. Hinc dicitur « glorificata, » q. d. lætitia hinc vestra vestita et perfusa est gloria, quia ob gloriam cœlestem, quam speratis, lætamini, adeoque hæc lætitia est progressus illius gloriæ. Unde Cajetanus: « glorificata, » inquit, dicitur, tum ex parte materiæ, quia est de glorificato Jesu, quem diligitis, et in quem creditis; tum ex parte formæ, quia participatio quedam est gloriöse lætitiæ Beatorum. Alter Hugo: « Glorificata, » inquit, id est, gloriosa reputata a Christo, aut ab eo nobis gloriöse data. Et Thomas Anglicus: « Glorificata, » inquit, id est, a Deo laudata, q. d. Impii ridet lætiam fideliū ob spem future gloriæ, at vero Deus in iudicio eam laudabit et glorificabit.

9. REPORTANTES FINEM (PRÆ MERCEDEM) FIDEI VESTRÆ, SALUTEM ANIMARUM VESTRARUM. — Reportantes, « tum in presenti, tum potius in futuro, id est reportantur, cum scilicet exultabitis in cœlo, uti processit: in presenti enim reportamus salutem animarum inchoatam per gratiam et justitiam; in futuro reportabimus salutem plenam, per felicitatem et gloriam, » q. d. Ex fide qua creditis in Christum quem non videtis, eumque summe diligitis, primum consecuti estis, partim consequemini finem fidei, qui est salus animarum vestrarum: salutem enim inchoatam consecuti estis per gratiam, quæ vos effecit filios et hæredes Dei, ideoque certam dat spem, imo jus ad beatitudinem regnante cœlesti, salutem vero consummatam per gloriam consequemini post mortem in cœlis. State ergo in fide, pro eaque adversa quælibet constanter tolerate, scientes quia fides et tolerantia vestra non erit inanis in Domino, sed ad finem optatissimum et beatissimum felicitatis æternæ vos perducat. Merito ergo S. Augustinus, lib. 1 *Confess.*, cap. 1: « Feceit, inquit, nos Deus ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. » Et in *Soliloq.* cap. xiii:

« Omnis copia que Deus meus non est, egestas est. » Nam, ut idem ait cap. xxx: « Nihil est quod animum impleat, nisi tu, Deus, ad cuius imaginem est creata. » El lib. *XIII Confess.*, cap. viii: « Satis ostendis quam magnum creaturam rationabilem feceris, cui, nullo modo sufficit ad beatitudinem requiem quicquid te minus est, ac per hoc non ipsa sibi. »

10. DE QUA SALUTE EXQUISIERUNT ATQUE SCRUTATI SUNT. — *Esperantia ad futurum*, id est accurate, diligenter, sollicite, magna contentione et studio perquisiverunt et perscrutati sunt. Probat fidem et gratiam Christi et Christianismi non esse imperum hominis inventum, sed primum Dei decretum Prophetis omnibus revelatum, qui studioso illud indagant, serio prædixerunt et avidissime expectant, ut Jacob, *Genes.* xlii, 18: « Scitatio (salvatorum Iesum) tuum expectabo, Domine; » et mox vocat enim « desiderium collum eternum; » Moyses, *Exod.* iv, 13; « Obsecro, Domine, mitte quem mensuras es, » *Isaie* xli, 8: « Rotatio oculi desperet, et tunc pluit justam. » *Matth.* ii, 1: « Super custodiam meam stabo, ut videam quid dicatur mihi. » *Daniel*, toto cap. xi, etc. Hinc Iræmus, lib. IV, xii; Eusebius, lib. I *Histor.*, cap. iv, et fase S. Augustinus, lib. XII, XIII et XIX *Contra Faustum*, cap. xii, xvi et xvii, docent omnes Patriarchas, Prophetas, veteresque Sanctos ab Adam usque ad Christum fuisse Christianos, non nomine, sed fide et professione, quia credebant in Christum venturum, uti nos credimus in præteritum, scilicet natum jam et crucifixum, hæque fidei iustificati et salvati sunt, idcirco magna spe et amore ad eum anhæbant, iuxta illud Christi: « Abraham pater vester exultavit ut videret diem matrem: videri et gavisus est, » *Joan.* cap. viii, 56. Ubi recte notat S. Thomas, quo quisque Sanctorum, sive ante, sive post Christum, illi fuit vicinior et proximior, eo magis ab illo radis fidei et gratia: fuisse collustratum: unde Apostoli et primi fideles a Christo primitias spiritus accepisse dicuntur, *Roman.* viii, 23. Sic ante Christum B. Virgo, Joannes Baptista, Zacharias, Anna, Simeon, Joachim et Anna, parentes B. Virginis, etc., Christi fide, gratia et sanctitate ceteris reformationibus præcederunt: quo enim quis vicinior est soli et igni, eo magis eo illustratur et calefit. Loquitur ordinarie et communiter. Nam aliquos, ut Abrahamum, Moysen, Davidem et Isaiam multis vicinioribus Christo ejus fide et spiritu magis afflatus fuisse ex Genesi, Psalmis et veteribus eorum liquet.

M. SCRUTANTES IN QUOD VEL QUALE TEMPUS SIGNIFICARET (ἀνακρίνοντες, id est declarant, demonstrant venturam istam gratiam Christi et Christianismi) IN IS SPERITUS CHRISTI, — id est ab ætate præterita Xpoc, id est, Spiritus Christi qui erat in eis, tum inherendo per gratiam, tum inspirando per prophetiam. Nam « Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sanati Dei homines, » ait S. Petrus, *epist.* ii, cap. 1,

vers. 21. Ita Daniel, cap. ix, intellexit in medio 70 hebdomade, id est, anno 487, occidentum esse Christum; Jacob, post ablutum sceptrum a Juda, *Gen.* xlix, 10; Malachias, cap. iii, vers. 1, mox post adventum et prædicationem S. Joannis Baptiste (1).

PRELUNTIANS RAS QUE IN CHRISTO SUNT PASSIONES. — Græco τὰ εἰς Xpoc παθήματα, id est in Christum, vel Christo obventuras et intelligendas passiones et plagas. Unde quidam Latini codices legunt, que in Christo futuræ erant.

Pro prænuntiations græce significantius est *παρουσίαι*, id est præstificans, sive testificans nequam eveniret, q. d. Deus Christo testes dedit Prophetas, et ne quis eos ab eo subornatos diceret, præmisit ante Christum, ut sub oculis quasi testimonis divinis Christo venturo viam strererent, fidei quoque certam conciliarent.

ET POSTERIORES GLORIAS. — « Posteriores, » id est que post passionem seculuræ erant quasi passionum merces et præmium, quales fuerunt resurrectio, ascensio in celum, missio Spiritus Sancti, conversio Gentium: Christus enim « propter passionem mortis gloria et honore coronatus est, » *Hebr.* ii, 9. Dicit hoc Petrus, ut scandalum crucis tollat: multi enim tunc ridebant, quin et nunc Pagani et Turcæ rideat Christianos, quod credant in Deum crucifixum. Hinc respondet Petrus dupliciter: Primo, passiones has crucis a Deo decretas in Iyrum scelorum nostrorum, et ne cui scandalum essent, per Prophetas ab olim fuisse prænuntiatas. Secundo, has passiones Christi desisse et compensatas fuisse ingenti et æterna gloria, tum in oculis apud Deum et angelos, tum in terris apud omnes gentes, que Christum crucifixum crediderunt, susceperunt et adoraverunt. Hoc est quod ait Christus discipulis incredulis: « Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? » *Luce* cap. xxiv, vers. 26. Hoc est quod plena voce Paulus: « Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quarunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis enim vocalis Judæis atque Græcis Christum Dei virtutem et Dei sapientiam, » *I Corinth.* cap. i, vers. 23. Pulchre hanc Christi gloriam explicat S. Cyrillus, *De Fide ad Reginas*: « Humilitas, ait, passionis meritum est exaltationis. » Et S. Augustinus, tract. 104 in *Joan.*: « Humilitas caritatis est meritum, caritas humilitatis est præmium. » Christianus ergo cum Christo patitur et exaltatur, ut cum eodem glorificetur et exaltetur. « Si enim compescerit, et conglorificabitur, » *Rom.* cap. viii, 47. Christus « favos post fella gustavit, » ait Tertullianus, lib. II *De Corona milit.*, cap. xiv: sic et Christiani cogitant se

(1) Vel quale, scilicet, libero populo, an sermone, an semilitero. Posuit tamen quod et quale pro synonyis hic haberi.

post fella gustaturos mella; impii vero post guttam mellis, oceanum fellis in gehenna se potatuuros.

12. QUIBUS REVELAVIT EST, QUIA NON SIGNETURIS, OMNI AUTEM MINISTRABANT EA. — q. d. Prophetæ non sibi prophetaverunt, sed posteris: puta non Judæis, sed Christianis; prædixerunt enim Christi adventum, vocationem, gratiam et salutem obtenturam Christianis, non Judæis. Unde Syrus varil, *nostra nobis vaticinabatur*, hoc est quod ait Paulus: « Hæc autem omnia in figura continebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sanctorum deveniunt, » *I Corinth.* x, 44, q. d. Ergo par est, ut ea quasi ingentia Dei beneficia nobis ab olim collata, cum ingenti gratiarum actione et devotione contemplamur, utque vos, o Judæi, creditis et obeditis Apostolis, sicut creditistis et obedivistis Prophetis: utrique enim idem eodem spiritu de Christo prædicant, et quod Apostoli annuntiant, Prophete prænuntiant. Ita Cœcumenius, Prævidit S. Petrus Marcionem heresiarcham, qui doceret alium fuisse Deum auctorem veteris Testamenti, alium novi, eumque perstringit (neque ac postea Tertullianus libris quinque contra Marcionem scriptis), q. d. ait Beda: « Idem spiritus Christi erat in Prophetis prius, qui postmodum in Apostolis; ideoque eandem fidem utrique populus prædicaverunt, illi Christum adhuc venturum, isti jam venisse; ac per hoc unam Ecclesiam, ejusque pars carnelem Domini adventum processerit, pars altera sit secuta. »

MINISTRABANT EA. — Hesselius ex ministrabant neutraliter accepit, q. d. Vobis serviebat, vobis accommodabant, vestrae utilitati ministrabant ea que de Christo prædicare Prophetæ. Verum melius alii active accipiunt, q. d. Prophetæ subministrant vobis sua oracula. Unde ipsi tum Apostolorum, tum Christianorum fuere quasi ministri et diaconi: hoc enim significat Græcum διακονω; ministrabant ergo idem est quod prophetabant: propheta enim sua ministrarunt nobis. Diaconi ergo Christi et Christianorum fuere Prophetæ, Apostoli vero eorumdem sunt Evangelistæ, quia eis evangelizarunt Evangelium, id est, inmissimum mundum de Messie adventu, redemptione et salute. Vide *I Corinth.* iii, ubi Apostolus Moysi et Prophetas vocat ministros mortis et damnationis, qui promulgarunt legem veterem, que prævaricatoribus Judæos mortis reos efficiat, et condemnabat; Apostolos vero vocat ministros vite, gratiæ et gloriæ: hæc enim attulera per Christi Evangelium.

PER EOS QUI EVANGELIZABERUNT, — puta Apostolos, quorum unus, imo princeps sum ego. Quare minus recte putant aliqui S. Petrum hic se excludere, nec evangelizasse Ponticis, Galatis, Cappadocibus, etc., cum potius modeste ceteris se jungat et includat.

SPIRITU SANCTO MISSO DE COELO. — Refer ad evan-

gelizaverunt, q. d. Scitavit Prophetæ per spiritum Christi i quo vers. 11, q. resurixerunt Christiani venturum, ita Apostoli evangelizaverunt vobis eundem jam presentem, inspiratione Spiritus Sancti quem receperunt in Pentecostæ specie linguarum ignearum, ut ipse per eorum linguas ardentibus sermones, quasi sagittas ignitas mitteret, quibus corda auditorum Dei et Christi cognitione et amore accenderet. Ita Cœcumenius.

IN QUEM DESIDERANT ANGELI PROSPICERE. — Pro qua quem græco est ἐξ ἄ, id est in qua, scilicet mysteria Christi, præsertim salutis et gloriæ beatitudinis desiderant angeli prospicere, ut scilicet ea videant perfecta et completa. Ita Syrus, Didymus, Cœcumenius, Gagneius, Cajetanus, Catharinus, Valdeus hic et Iræmus, lib. IV, cap. lxvii, et lib. II, cap. xxx; S. Ephrem, tract. *De Armis spirituali*, cap. 1; Cyrillus, lib. *De Incarn. Ualigen.*, cap. xxviii. Ubi advertit: Pronomen α̅ proprie refert Christi παθήματα, id est passiones, et posteriores glorias, que proxime processerunt. Unde colligit S. Petrus Marcionem heresiarcham, qui doceret alium fuisse Deum auctorem veteris Testamenti, alium novi, eumque perstringit (neque ac postea Tertullianus libris quinque contra Marcionem scriptis), q. d. ait Beda: « Idem spiritus Christi erat in Prophetis prius, qui postmodum in Apostolis; ideoque eandem fidem utrique populus prædicaverunt, illi Christum adhuc venturum, isti jam venisse; ac per hoc unam Ecclesiam, ejusque pars carnelem Domini adventum processerit, pars altera sit secuta. »

MINISTRABANT EA. — Hesselius ex ministrabant neutraliter accepit, q. d. Vobis serviebat, vobis accommodabant, vestrae utilitati ministrabant ea que de Christo prædicare Prophetæ. Verum melius alii active accipiunt, q. d. Prophetæ subministrant vobis sua oracula. Unde ipsi tum Apostolorum, tum Christianorum fuere quasi ministri et diaconi: hoc enim significat Græcum διακονω; ministrabant ergo idem est quod prophetabant: propheta enim sua ministrarunt nobis. Diaconi ergo Christi et Christianorum fuere Prophetæ, Apostoli vero eorumdem sunt Evangelistæ, quia eis evangelizarunt Evangelium, id est, inmissimum mundum de Messie adventu, redemptione et salute. Vide *I Corinth.* iii, ubi Apostolus Moysi et Prophetas vocat ministros mortis et damnationis, qui promulgarunt legem veterem, que prævaricatoribus Judæos mortis reos efficiat, et condemnabat; Apostolos vero vocat ministros vite, gratiæ et gloriæ: hæc enim attulera per Christi Evangelium.

PER EOS QUI EVANGELIZABERUNT, — puta Apostolos, quorum unus, imo princeps sum ego. Quare minus recte putant aliqui S. Petrum hic se excludere, nec evangelizasse Ponticis, Galatis, Cappadocibus, etc., cum potius modeste ceteris se jungat et includat.

SPIRITU SANCTO MISSO DE COELO. — Refer ad evan-

Spiritu Sancto missa de celo, q. d. Scilicet, in qua quem græco est ἐξ ἄ, id est in qua, scilicet mysteria Christi, præsertim salutis et gloriæ beatitudinis desiderant angeli prospicere, ut scilicet ea videant perfecta et completa. Ita Syrus, Didymus, Cœcumenius, Gagneius, Cajetanus, Catharinus, Valdeus hic et Iræmus, lib. IV, cap. lxvii, et lib. II, cap. xxx; S. Ephrem, tract. *De Armis spirituali*, cap. 1; Cyrillus, lib. *De Incarn. Ualigen.*, cap. xxviii. Ubi advertit: Pronomen α̅ proprie refert Christi παθήματα, id est passiones, et posteriores glorias, que proxime processerunt. Unde colligit S. Petrus Marcionem heresiarcham, qui doceret alium fuisse Deum auctorem veteris Testamenti, alium novi, eumque perstringit (neque ac postea Tertullianus libris quinque contra Marcionem scriptis), q. d. ait Beda: « Idem spiritus Christi erat in Prophetis prius, qui postmodum in Apostolis; ideoque eandem fidem utrique populus prædicaverunt, illi Christum adhuc venturum, isti jam venisse; ac per hoc unam Ecclesiam, ejusque pars carnelem Domini adventum processerit, pars altera sit secuta. »

linum, tom. III, cap. LIX; S. Bernardus, *serm.* 1 et 4 *De omnibus Sanctis*, ubi Christum vocat angelorum delicias; Hugo, Thomas Anglicus, Tilmannus. Videtur enim S. Petrus alludere ad Cherubim Moysi, qui iugiter intuebantur propitiatorium, quod representabat prophetiorem Christum, *Exod.* xxx, 30. Porro angelos miro desiderasse Christum natum, patientem et resurgentem videre, patet *Leuit.* xii, *Psal.* xxii, et alibi. Christus enim, qua homo, est caput non tantum hominum, sed et angelorum, *Coloss.* i, 16. Unde nonnulli Theologi cum Clemente Alexandrino, lib. VII *Strom.*, et Origene, hom. 1 et 2 in *Levit.*, censent non tantum homines, sed et angelos suam gratiam et gloriam Christo Christoque meritis acceptam ferre. Hinc S. Bernardus, *serm.* 22 in *Contemp.*: « Qui exivit, ingressus, hominem lapsus, deit angelo stanti ne caderet, sic filium de captivitate eruens, sicut hunc de captivitate defendens; et hac ratione fuit utriusque redemptio, solvens illum, et servans istum. »

Porro nova est expositio Philippo Solitarii, lib. III *Dialectica*, cap. ii, quae talis est: Angeli desiderant Christum videre, non tantum humanatum, sed, ut ita dicam, angelatum: desiderant enim ut Christus assumat naturam angelicam, sicut assumpsi humanam per unionem hypostaticam, ut ipsorum natura perinde ac nostra adoratur in Christo, et glorificetur in throno Cherubico sedens ad dexteram Patris, ac proinde ut ipsi quoque habeant claves eorum, sintque iudices cum Christo iudicantes duodecim tribus Israel, eque ac futurusque Apostoli et Sancti, *Matt.* xix, 28. Verum hoc desiderium efficace et absolutum esse nequit: scilicet enim angeli unionem suae naturae cum Verbo ex Dei ordinatione non esse possibilem, nec unquam futuram; unde enim efficaciter desiderare nequeunt voluntate absoluta, sed tantum conditionatam, si videlicet id Deo placeret, quae velitatem tantum est, ostendens quanti faciant assumptionem humanae naturae factam a Verbo.

Prior expositio de Spiritu Sancto videtur verisimilior, tum quia ille proxime processit, tum quia facilis fuit lapsus ex e, scilicet *εως*, in e, quem *εσο* legunt Graeci et Græci. Porro desiderant angeli prospicere, primo, in ipsum Spiritum Sanctum: cum enim videndo, vident pariter Patrem et Filium, omnium enim una est essentia, hæcque visio beatur. *Secundo*, in opera et dona Spiritus Sancti, quibus fideles et Ecclesiam ornant; hæc enim deferunt, procurant, promovent et dirigunt angeli, utpote administratori Spiritus Sancti circa regimen Ecclesiae et salutem fidelium. Ita Cyrillus Alexandrinus, *serm. quod Verbum Dei factum sit homo*; S. Basilides et Didymus, lib. *De Spiritu Sancto*; S. Athanasius, epist. ad Serapionem; S. Ambrosius, lib. *De Isaac*, cap. v; S. Epiphanius, *hæres.* 74, et alii, qui ex hoc loco contra Macedoniam probant divinitatem Spiritus Sancti. Hinc et beatitudinem angelorum, æque ac ho-

minum, consistere in visione Dei et Spiritus Sancti: hæc enim omne eorum desiderium satiat et complect. Unde hereditatem incorruptibilem ad quam nos per Christum vocatos dixit S. Petrus, vers. 4, hic explicat, asseritque sitam esse in prospensione et visione Spiritus Sancti, id est Dei. Poterat dicere S. Petrus, Angeli desiderant prospicere in Deum, sed maluit dicere, in Spiritum Sanctum, eo quod paulo ante dixisset Spiritum Sanctum pronuntiasse per Prophetas, et annuntiasse per Apostolos Christi passiones et glorias; et quia totum hoc opus oeconomiae Christi, nostraque redemptio, vocationis, sanctificationis et salutis, quod hic celebrat Petrus, fuit opus summe gratiae et amoris divini, qui appropriatur Spiritui Sancto. Addit hoc S. Petrus, ut acuat desiderium fidelium ad avidè attendenda et amplectenda Christi mysteria, utpote quae praedicta et evangelizata sunt per Spiritum Sanctum, in quem desiderant angeli prospicere, et in hæc mysteria in ipso, quasi in sui fonte intuantur. Si enim angeli ea videre desiderant in Spiritu Sancto quasi omnis bonitatis auctore, multo magis homines, quorum saluti destinata sunt, magnam desiderium eadem videndi et complectendi in se acere et excitare debent. Quare sive loquar in qua, sive in quem, et sive in diligas Spiritum Sanctum, sive Christum, eodem omnia redeunt. Sensus enim est, quod angeli in Spiritu Sancto intuiti desiderant Christum Christumque redemptorem et mysterium. Hoc est quod ait Paulus: « Manifeste inveniunt est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentilibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria, » *I Thimoth.* iii, 16.

Porro angeli in Spiritum Sanctum prospicere desiderant, id est desideranter et cupide prospiciunt, desiderando satiantur, et satiato desiderant. Audi S. Gregorium, *XVIII Moral.*, cap. xxxviii: « Deum, ait, angeli vident, et videri desiderant, et silenti intueri, et intuentur. Ne autem sit in desiderio anxietas, desiderantes satiantur; et ne sit in satietate fastidium, satiatæ desiderant. Et desiderant sine labore, quia desiderium satietatis conficitur; et satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur. » Et Beda: « Contemplatio divinae praesentiae ita angelos beatificat, ut ejus semper visa gloria satientur, et semper ejus dulcedinem quasi novam insatiabiliter esuriant. » Id significat Gregorius *explicat.* Id est, inclinatio pronoeque cupiditatis, studiosae et exacte prospicere et introspicere. Beati enim motus mentis oculos, totam aeni, totam mentem in Deo contemplando defigunt, adeoque quasi extra se exeunt, ut toti in Deum abeant et transeant. Causam hujus desiderii dedi vers. 4, explicans in *numera* celestium.

Mystice noster Turrianus, *tract. 2 De Eucharistia*, cap. xvi, xvii et xviii, et ex eo Salmeron (imo ipsi censent hanc esse sensum litteralem): « In

quem, scilicet Christum in Eucharistia, inguunt. In ea enim non videmus Christum, sed tamen realiter presentem credimus, atque in eum ibidem desiderant angeli *explicat.*, id est studiose, accurate, sollicitè, fixis oculis introspicere, tum ut ipsum, tum ut modum essendi (qui est angelicus, ut totus Christi corpus sit in quolibet hostias partem totum et integrum), tum ut ejus dignationem et gratiam, quam astantibus et communicantibus copiose elargitur, introspiciant. Huc respexit S. Marcus in *Liturgia*, dicens: « Post consecrationem in animo beneficia confers, et eis qui in te fiduciam collocant illa tribuis, quos in se angeli prospicere desiderant. » Quocirca angelorum chori sacerdoti celebranti assistunt, ut tanta mysteria venerandè aspiciant, honorent et venerentur. « Quis enim fidelium, ait S. Gregorius, lib. IV *Dialog.*, cap. LVII, habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos aperiri, in illo Jesu Christi mysterio angelorum choro adesse, summis ima sociari, terrena caelestibus jungi, unum quoque ex visibilibus atque invisibilibus fieri? » Et S. Ambrosius, in capite I *Luc.*: « Non dubites, ait, assistere angelum quando Christus assistit, quando Christus immolatur. » Quin et S. Jacobus in *Liturgia*: « Taceant, ait, mortales, et stent eam metu et tremore, nihil terrenum cogitantes. Rex enim regum, Christus Dominus Deus noster, exit ut mactetur, et detur in cibum fidelibus, eum vero chori angelorum antecedunt. » Quare exclamavit S. Chrysostomus, *hom. De Sacra et Divina mensa*: « O miraculum, mensa tam magnifice instructa, in qua Agnus Dei pro te mactatur, ad quam assistunt Cherubini, descendunt Seraphini, qui semis praediti ails vultus demittunt, ubi omnes angeli cum sacerdote pro te legationem obeunt! »

13. PROPTER QUOD SUCCINCTI LUMBOS. — Est hic altera capitis pars, ethica scilicet (prior enim fuit dogmatica), qua fidelium mores, ut Christo et Christiano sint digni, efformat. Vox propter quod, hæc praesentibus connectit et ex his quasi principiis congruam conclusionem educit, q. d. Cum hereditas incorruptibilis, et celestis bona a me et Apostolls predicata, per Christum vobis, o Christiani, parata sint, eaque tanta sint, ut non tantum Propheta, sed et angeli ea videre desiderant, quid restat, nisi ut, terrenis cogitationibus calcatis, quasi succincti lumbos mentis totis animi affectibus, quasi plenis passibus tendatis ad caelum? Sectentur avari quasi talpa opes terrenas, ambiant superbi quasi chameleontes auram honoris, gulosi quasi porci inhiunt escis: vos vero eives, imo reges caeli a Deo scripti et destinati, longe ardentiori studio querite, et accinete, id est expediti, contendite ad regnum aeternum, ut contemptis omnibus mundi illecebris, opibus, iniuriis, odiis, persecutionibus, speretis et exsequamini gratiam, id est, gloriam istam revelandam in die judicii.

Nota primo: Lumbos succingimus ad quatuor usus: primo, ad iter; secundo, ad opus; tertio, ad bellum; quarto, ad ministerium. Unde S. Augustinus in *Psal.* xcii: « Succingi, inquit, est iter aggressuri; cingi, operis quippiam facturi; accingi, preliaturi; praecingi, ministraturi. » Christianis hæc omnia competunt: nam primo, quasi peregrini iter faciunt in caelum; secundo, quasi operarii opus Dei peragunt; tertio, quasi milites Christi preliantur eum mundo, carne et demone; quarto, quasi famuli ministrant Christo: debent ergo esse succincti lumbos mentis, id est, debent esse mente et animo non impedito, sed prompto, libero et expedito ad quatuor jam exposita. Est primo, catachesis: lumborum enim succinctio facit hominem expeditum, ideoque eum significat. Secundo, est metaphora, eaque duplex, prior sumpta ex vestitu Judaeorum et veterum; hi enim prelongis vestibus et tunicis utebantur; unde opus, vel iter facturi eas succingebant. Hinc fidelibus in morte sibi occurrentis, ait Christus *Luc.* xii: « Sint lumbi vestri praecincti. » Qui enim discinctus est, ait Haymo, ipsas suis vestimentis impeditur, ne libere ambulet; qui vero praecinctus est, quaquaversum discurrere potest. » Posterior, quod lumbos menti tribuit, quod significat Christianos mentem, sublati omnibus impediementis, debere exhibere paratam, alacrem et acrem ad opus et iter hoc ingrediendum. Succingit ergo lumbos mentis, qui et mente errores, praesertim prava principia, quae exnoxios cogitationes et cupiditates pellit. Ita (Eumenius, Gagneis et Thomas Anglicus, qui pulchre ait hominem interiorem, id est animam, suo modo exteriori homini proportionari. Dicitur enim habere pedem, id est affectionem; oculum, id est rationem; manum, id est operationem; nares, id est discretionem; lumbos et renes, id est delectationes. Sic *Luc.* xvi, annuarum Lazari et Euphonia spiritalis operationes per oculos, digitos, linguam et membra corpora significantur.

S. Petrus ergo per lumbos mentis, mentis vires, facultates, affectiones, amores et cupiditates intelligit, eaque cingi et restringi iubet, ne libere flant, et propositum in eorum ad Deum cursum remorentur. Secundo, ut expediti Deo ad evangelizandum, multa cum eo patiendum, et quilibet aliud vocanti respondere possint: « Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, » *Psal.* lvi, vers. 8. Tertio, ut mens suis lumbis, id est, viribus et affectibus imperet, eoque ad libitum eyagari non sinat, sed regat et dirigat tum ad suam salutem, tum ad Dei obsequium et gloriam. Mens enim sibi suisque affectibus imperans, est regina plene lateque dominans, magis quam Rex vel Imperator orbis, juxta illud Horatii:

Latus reges avidum Jonanno
Spiritus, quam si Libyam remotis
Gedibus jungas, et ultraque Potius
Serviat uni.

Talis ergo succingit lumbos mentis, quia omnibus mentis affectibus, amoribus et timoribus dominatur, ut eos stringere et laxare ad libitum possit, velut venator canem, aneops accipitrem.

Nota secundo: Cingulum primo, symbolum et causa est fortitudinis et constantiae: quocirca Gentiles cingulum dicebant Marti. Et Cicero oratori hoc dat praeceptum: «Aretlori cingulo latera cingat, ut ea ad ducendum sint firmiora et fortiora.» Sic Proverb. **xxi. 17.**, de muliere foeti dicitur: «Accinxit fortitudine lumbos suos, corroboravit brachium suum.» Et Deus dicitur «accinctus potentia», *Psalm. lxxv. 7.* aliosque praecingere. Unde David ait: «Praecinxisti me virtute ad bellum, *Psalm. xlvii. 13.* Significat ergo Petrus Christianis non sequiter ageandum, sed eos dolore intendere animum, ac fortiter et constanter incumbere Christo, Christianismo, ad salutem et gloriae aeternae, ad quam a Christo vocatur. Ita Cœcumenus. Hinc apud Graecos *ἰσως*, id est *haec cinctus*, idem est, ad fortis et strenuus. Contra vero disinctus apud Latinos sonat dissolutum et imbellem: quia summo dicebatur probo, et militem ignavum jubere Imperator diem transigere disinctum, ait Suetonius in *Augusto*, cap. **xxiv.** Huc facit illud, *III Reg. cap. xx.*, vers. 11: «Ne glorietur accinctus aequo ut disinctus,» id est pugnaturus, aequo ac jam a pugna quiescens, parva scilicet victoria.

Secundo, cingulum symbolum est castitatis, tum quia ipsum restringit lumbos, ac consequenter libidinem, qua in lumbis habet originem; tum quia castitatem fieri est actus magne fortitudinis. Hinc illud Christi: «Sint lumbi vestri praecincti,» multi exponunt sic, *q. d.* Mortificate luxuriam, studete castitati. Ita S. Augustinus, hom. 23 in *Evang.*; S. Basilius, in cap. *xv Isaiæ*; S. Hieronymus, lib. 1 *Contra Jovinianum*, et alii. Sic et S. Petri verba hic exponunt nonnulli. Unde et sequitur: «Sobrii perfecte sperate,» sobrietas enim est comes, imo mater castitatis. Ita Beda: «Succingit, inquit, lumbos mentis, qui hanc ab impura cogitatione restringit. Et qui mento et corpore castus Domini adventum exspectat, merito quando revalatur, sperat.» Et S. Gregorius, *XXXII Moral.*, cap. 11: «Lumbos carnis, inquit, succingere, est luxuriam ab effectu refrenare; lumbos vero mentis succingere, est hanc etiam a cogitatione restringere.» Et Petrus Chrysologus: «Cincti, inquit, castitalis balneo, quod est insigne militie Christiane, fluxu carnis detrucentas ignaviam, etc. Dominus lumbos nostros astringi jubet balneo castitatis, et lotum carnis nostrae pendulum, fluidum, resolutum, constringit mandata continua zona virtutis, ut carne succincta ad Domini operum liber, velox, expeditis nostrae mentis redidatur inaccessis.»

Tertio, cingulum signum est animi honesti, modesti et compositi: qualis enim est homo exterior, pura vestis et vestitus, talis est et interior. Unde Sylla fuit notatus, quod male praecinctus incedere

ret, quasi id signum esset animi Incompositi et intemperantis. Sic et de Julio Cesare adhuc puero omen fuit, «Sylla optimates admonens, ut male praecinctum puerum caverent. Eum enim optatum partibus exitio futurum: nam Caesar multos Marcos inesse,» ait Suetonius in *Vita Julii Caesaris*, cap. 1 et **xlv.**

Quarto, cingulum signum est fidelitatis: conjuces enim cinguntur cingulo conjugali, ut moneantur mutuo servare fidem conjugalem.

Quinto, continentiae et mortificationis appetitum ergare ametilares et fluxas. Ita S. Augustinus, serm. 39 *De Verbis Domini*, et S. Gregorius, *XXXIV Moral.*, cap. **xxxv.** Lumbos et mamillas, inquit, succingit, «qui cunctos mutabilium cogitationum motus, per solius amoris vincula restringit,» ut dicat cum Psallo: «Quid enim mihi est in caelo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum,» *Psalm. lxxvii. 29.*

Quaesit, quo cingulo cingendi sunt lumbi mentis? Respondeo, veritate. Hoc enim veritatis cingulum assignat Paulus, *Ephes. vi. 14.* Vide ibi dicta: quibus adde expositionem S. Gregorii Nazianzenii, *orat. 32.*: «Quero, inquit, quid lumbis, cum veritate commune sit, et quae Pauli mens fuerit cum diceret: State igitur succincti lumbos vestros in veritate; non forte quod speculatio concupiscentiam coerceat, nec aliorum ferri signa? Nec enim fieri potest, ut qui ejusquam rei amore flagrat, parem ad alia voluptatis vim habeat;» hoc est, ut explicat Nicolaus: «Christi contemplatio lumbum nostrum et concupiscentiam constringit, eamque totam ad rerum vivinarum amorem transfusam et derivatam diffundi ac dispersi non sinit.» Christus enim est veritas, *1 Joan. cap. v.*, vers. 6. Oratio ergo et contemplatio Christiarumque coelestium minuit et infringit concupiscentiam omnem quae in lumbis residet. Quocirca oratio est mater mortificationis, continentiae, castitatis. Et vicissim mortificatio orationem purificat et accendit. Idem Nazianzenus, *orat. 40.*: «Quid lumbi, inquit, quid renes? sint lumbi vestri succincti, ad per continentiam restrecti, sicut Israeli olim ex legis praescripto pascha comedent: nemo enim pure ac perfecte ex Aegypto exiit, nec exterminationem fugit, nisi haec docuissent ac fraternaverit. Renes autem laudabilem immutationem sentiant, vim totam cupiditatis ad Deum transcurrentes, ut dicere queamus; homine, ante te omne desiderium meum; et Diem hominis non concupiscentis viros enim spiritualium desideriorum nos esse convenit. Nam ita demum draconem illum, cuius vires maxime in umbilico et lumbis sitae sunt, oppresserimus, extinctae videlicet eversaque ex potentia, quam in his partibus obtinet.» Ratio est, quia anima in homine est una et eadem; quare cum illa sit limitate virtutis, si ipsa vita suam totam exerat et expendat in speculatione et amore rerum coelestium; non habet ultra quod

quam quod expendat in amore et speculatione rerum carnalium. Unde videmus homines meditationi et orationi addictos, vix sentire stimulos carnis.

Ita noster B. Aloysius Gonzaga adeo orationi et meditationi perpetui erat intentus, ut nullam in ea mentis evagationem, vel distractionem sentiret, ac miraretur quod homo colloquens cum Deo in praesentia tantae majestatis distrahi, aliove mentem flegero posset; indeque eximium castitatis donum est assecutus, ut instar S. Thomae Aquinatis nullus impuros carnis animae motus sentiret, et ad eos videretur insensibilis, quasi angelus foret, non natura, sed virtute.

Sobrius. — Primo, *q. d.* Non ebrii, ne indulgentes vino, gula et ventri. Nam «vina parant animos venari,» et vice versa, «sine Cerere et Baccho friget Venus.» Unde S. Hieronymus, *epistol. 83 ad Oceanum*: «Vinolentia, aut scurrarum est et comessorum, venterque mero estans facile despumat in libidinem.» Vide dicta *Ephes. v. 18*, ad illud: «Nolite inebriari vino in quo est luxuria.» Sicut enim ebrietas, venterque satur et plenus ineptus est ad iter, ad opus, ad praesidium, ad obsequium: ita ad hanc omnia paratus est sobrius, paratque sobrietas. Vere Origenes, hom. 3 in *Levit.*: «Sobrietas, inquit, omnium virtutum mater est, sicut e contrario ebrietas omnium vitiorum.» Et mox: «In ebrietate aegritudine corpus simul et anima corruptitur, spiritus pariter cum carne vitatur, omnia membra debilitat, pedem, manum, linguam resolvit, oculos tenebrat, mentem velat oblivio: ita ut hominem se esse nesciat, nec sentiat.» Et S. Basilius, hom. 14: «Ebricorum animae vino submersae sunt.» Et mox: «Mentis lumine per ebrietatem te privas, inter bestias ratione caretibus annumerari potes.» Et S. Chrysostomus, hom. 58 in *Matth.*: «Diabolo, ait, nemo magis amicus est, quam qui deliciis et ebrietate maculatur, et ceteris. Mox ebrium comparat possessore a demone: ebrius enim non videtur esse homo, sed demon incarnatus, ita fuerit, rixatur, pugnat, insanit. «Delictis vacans, ait, nullo discrimina a demone reparatur: impudens enim et furiosus pariter est; et demonia omnes miserantur, hunc vero aversantur: quia sponte furorem sibi attrahit; et os, oculus, nares et cetera sensuum instrumenta amarissimas voluptatis facit cloacas.»

Secundo, Cœcumenius et Syrus *si sobrii noctant cum perfecte*; quasi S. Petrus non semiplenam, qualis fuit Judaeorum, sed plenam et perfectam sobrietatem a Christianis requirat, quae mentem eorum faciat succinetam et paratam ad iter coeleste: plena autem sobrietas est abstinencia non tantum carnis, sed et mentis, puta continentia animique moderatio, qua cupiditatibus omnibus dominatur. De qua Seneca, *epistola 39*: «Magni animi, inquit, est magna contemere, ac mediocria male quam nimia: illa enim utilia vitalia-

que sunt, at haec, eo quo superfluum, nocent. Sic segetem nimia sterit ubertas, si rami onera franguntur, sic ad maturitatem non pervenit nimia fecunditas. Idem animus quoque eventus, quo nimia felicitas rumpit.» Et Plutarchus, *De Virtute moral.*: «Temperatus animus, ait, est aequalis et pacatus, inferiori animae nostrae portione cum superiore consentiente admirabili quiete, ornatus et compositus, in quem intus dicat:

Conclerant vestri iam, et tranquillus sine vento
Pulsus erat, anaque ipse Deus calcaverat undas:

vehementes, insanos rabidosque motus cupiditatum restringente ratione, et quibus natura indiget, eos sibi consentientes obedientesque reddente; ut nec rationem praecurrant, nec terga vertant, nec ordinem turbent, nec dieto non sint audientes; sed ut omnis motus quocumque velit ratio dicere, paratus sequi, sen lactens pulvis cum aqua simul currat. » Verum haec mystica est sobrietas, atque *si perfecte* aptius roleras ad sequens *sperate.*

Tertio, Graecum *ἠσώπε* verti potest *vigilantes*, cui veritatem Vatabilius et S. Hieronymus, lib. 1 *Contra Jovinianum*; unde et Syrus veritatem, *castitatem perfecte*. Sobrietas enim est mater vigilantiae, aequa ac ebrietas somni et ignaviae. Quocirca S. Petrus haec duo quasi individuos comites iungit cap. v, vers. 8, dicens: «Sobrii estote et vigilate.» Vita enim fidelium est vigilia: excubare enim debent inter tot hostes, quibus undique cinguntur. Rursus Christi doctrina sublimis, aequa ac gratia et gloria, possit mentem vigilantem, attentam, aerem, studiosam, operosam.

PERFECTE (Glossa, Hugo, Dionysius et alii legunt *perfecti*, sed Graeca habent *ἠσώπε*, id est *perfecte*: ita et Romana) SPERATE IN EAM, QUAE VOBIS OFFERTUR, GRATIAM. — Requirit S. Petrus a fidelibus non qualem qualem, sed perfectam spem, eamque innuit parari sobrietate: abstinencia enim a voluptatibus carnalibus facit nos sperare coelestes, ad easque capiendas et praesibandas mentem habilem, aerem et alacrem facit. Pro *offertur* graece est *ἠσώπε*, quod S. Hieronymus et alii vertunt, *desertur*: quia scilicet Deus hanc gratiam non tantum promittit, sed et offert, desert, et quasi in manum sinuumque dat; ita tamen ut non cogat, sed liberum reliquat voluntati eam acceptare, vel respuere, uti definit Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. v.

Pro *gratiam* graece *χαρά*, alii legunt *χαρῶς*, id est *gaudium*. Ita Syrus; gratia enim hic licet proprie accipi possit, *q. d.* Sperate in fidem et gratiam, quod illa vos perducet ad salutem; melius tamen «gratiam» accipias pro gloria, hanc enim fideles et iusti sperant; et haec plenum affert gaudium, iuxta illud Christi: «Intra in gaudium Domini tui,» *Matth. xlvii. 26.* Haec etiam est gratia, quae licet ipsa sit merces honorum operum, tamen haec ortum habent a gratia. Unde *Rom. vi. 23*, dicitur: «Gratia Dei vita aeterna.»

Hæc plena spes adegit et excitavit S. Petrum, S. Andream, Philippum et Simonem, ad exultanter condescendum crucem, Jacobum et Paulum ad gladios et securis complectendum, S. Laurentium ad calcandum cruciatum, Sebastianum ad sagittas, Slepchandam ad lapides, Ignatium ad leonem, Clementem ad naufragium, Polycarpum ad ignem, Theolam ad serpentes, tauros, equuleos, omniaque genera tormentorum fortiter et alacriter superanda. Vere Tertullianus, lib. *De Resurrect. carnis*: «Fiducia Christianorum, inquit, resurrectio est mortuorum.»

Nota primo: Spes, cum sit virtus Theologica, pro objecto habet Deum, uti et fides et caritas: sperat ergo primario in Deum, non in creaturam qualem est gratia; testamentario tamen sperat quoque media quibus Deus nos ad se, quasi finem ultimam et beatum ducit, qualia sunt gratia, fides, caritas ceteraque virtutes. Sic fides credit multa de Christo, rebusque creatis, quatenus ea a Deo revelata sunt. Sic caritas amat non tantum Deum, sed et proximum propter Deum.

Nota secundo hebraicorum: *sperare in gratiam*, id est, sperare gratiam, hoc est gloriam; hæc enim est gratia consummata: sic credere in Deum, est credere Deum, et credere Deo.

Mystice, Turrianus nocit, lib. III *Dogmat. Chærast.*, per gratiam accipit Eucharistiam, quæ idem græce sonat quod bona gratia: quia ipsa gratiarum est summa; et gratia *vincit*, id est substantialis; in ea enim Christus se et suam substantiam, puta totam deitatem et humanitatem, quasi exitum donum et gratiam nobis impertit, ac proinde proprie speramus in hanc gratiam, quia speramus in Christum, qui realiter prærens est in Eucharistia, imo est ipsamet Eucharistia et gratiarum gratia.

IN REVELATIONE. — Ita Romana, g. d. Sperate hanc gratiam, id est gloriam, usque in diem revelationis Christi, donec scilicet veniat dies iudicii: tunc enim a Christo iudice illa, quasi merces laborum et patientiæ vobis dabitur. Aut sperate in revelationem Jesu Christi, id est, in Jesum Christum, quod in revelatione suæ gloriæ et potestatis iudicariæ, puta in die iudicii, hanc gratiam, id est gloriam, vobis consignabit. Aut sperate in diem revelationis Christi, quia ille dies vobis hanc gratiam afferet. Græca habent *ἀπεκάλυξαι*, id est, in revelatione, g. d. Sperate in hanc gratiam nunc, quando ea per meam et Apostolorum prædicationem vobis revelatur. Aut potius, g. d. Sperate hanc gratiam vobis datam iri in revelatione Christi, puta in die iudicii.

Nota: *in revelationem* significat nos hanc vitam agere in fide, id est, in ænigmate et obscuritate, qua res a nobis creditæ et speratæ non apparent, non ceruntur, sed quasi æræne et absconditæ sunt apud Deum: nam læs omnes eorumque dignitas et majestas revelabitur in die iudicii, ut tunc facie ad faciem eas contemplerur, usque

fruemur. Sic Paulus ait: «Mortui estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum illo in gloria.» Coloss. III, 3. Vide ibi dicta.

14. QUASI FILII OBEDIENTIE. — Hæc pendet a præcedentibus, g. d. State succineti lumbæ, id est expediti et constantes, ac sobriti sperate futuram gloriam, uti decet filios obedientiæ, id est, obediētes præceptis Christi, meis et Apostolorum, quales vos estis. Decet enim filios obedire parentibus. S. Petrus ergo requirit a fidelibus obedientiam, non qualem qualem, sed filialem ex filiali amore et reverentia. Rursum «filii obedientiæ» vocatur dediti et plane addicti obedientiæ, ut ex ea quasi matre progeniti, planeque obedientiæ indolem et naturam hausisse et imbibisse videantur. Insuper «filii obedientiæ», quasi devoti et consecrati obedientiæ; quomodo Religiosi vocantur filii obedientiæ, quia et se devoverunt, ejusque votum Deo nuncuparunt. Et tales fuere primi Christiani, nimirum obedientissimi Christo et Apostolis, adeoque votum vel professionem obedientiæ Apostolis ediderunt, uti ostendi *Actor. v, 4*. Sic vocantur filii perditionis, incredulitatis, diffidentia, id est, plane perituri, increduli, diffidentes. Item filii iræ, mortis, gehennæ, id est, addicti vindictæ, morti et gehennæ.

Moraliter significat S. Petrus Christianos debere esse obedientissimos quasi filios obedientiæ, filios Christi et primorum Christianorum, qui fuerunt obedientissimi. Christus enim «factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis», *Philipp. cap. II, 8*. Item quasi fratres angelorum: angeli enim sunt «potentes virtutis, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum ejus», *Psal. CII, 20*. Illic alati pinguntur uti ignei, quia celerrime et efficacissime Dei jussa exequuntur, juxta illud: «Qui faciunt angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis», *Psal. CIII, 4*.

NON CONFIGURATI PROBRIË INCERTITATE VESTRE DESIDERII. — Ostendit qualem obedientiam a fidelibus quasi filiis requirit, scilicet non fidei tantum, ut erudiant in Christum, ut volunt heretici; sed operum quoque, ut non seculentur pristina desideria et cupiditates, que sectati sunt in gentilismo, sed studeant sanctitati, ut in omni conversatione sancti sint. Unde Syrus vertit, *non communicetis amplius concupiscentiis præcis, quibus concupiscebatis sine scientia*. Nota *configurati*, id est conformati: qui enim sequitur cupiditates, iis se conformati et configurati, ut eorum formam et figuram induere videatur. Videtur abrum? vides formam, mores et gestus ebrietas. Vides gulosum? vides figuram, hiatum et voracitatem gulae et voracitatis. Vides ambitiosum? vides figuram, tumorem et gestus ambitionis. Ex adverso qui se configurant et conformant Christo ejc.que

virtutibus, ipsius formam, mores et actus induunt. Sicut enim charta prælo appressa, et configurata laminæ in qua incisa et sculpta est effigies Christi, illi configuratur, ejusque imaginem induit, ut referat et exprimat Christi formam et habitum; ita proprus qui Christo quasi normæ, regule et exemplari mentem et voluntatem plane applicat, et se configurat, ejusque formam, mores et virtutes in se exprimit. Hoc est quod jubet Paulus, *Ephes. IV, 32*: «Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.» Pro quo S. Petrus ait: «ignorantia», ut significet eos in gentilismo fuisse in profunda caligine et nocte infidelitatis, gula, libidinis, superbiæ, etc., quæ honesta, recta et pulchra putabant Gentiles, adeoque illi gloriabantur: jam vero per Christianismum tractuctos esse ad clarum diem et lucem fidei, cognitionis Dei, sobrietatis, castitatis, omnisque virtutis. Subdit S. Petrus: «Renovamini autem spiritu mentis vestre; et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.» *Ide. ibi dicta*.

15. SED SECUNDUM EUM QUI VOCAVIT VOS (ad fidem, gratiam et salutem) SANGUIS SANCTUS. — Vetus unius septem Sapientum traductos esse ad clarum diem et lucem fidei, cognitionis Dei, sobrietatis, castitatis, omnisque virtutis. Subdit S. Petrus: «Renovamini autem spiritu mentis vestre; et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.» *Ide. ibi dicta*.

Porro sanctitatem opponit desiderii, id est concupiscentiis; quo significat sanctitatem consistere in puritate, quæ acquiritur fugiendo et mortificando carnales et terrenas cupiditates, ut sicut Deus sanctus, id est, segregatus est a terra terreque factus, ita pariter sit et fidelis sanctus. Unde Origenes, *hom. XI in Levit.*: «Sanctus, inquit, græce dicitur *ἅγιος*, quod eum quasi extra terram esse significat; quicunque enim se consecraverit Deo, merito extra terram et extra mundum esse videbitur.» Clare vero S. Dionysius, *cap. XII De Divin. Nomina.*: «Sanctitas, inquit, est ab omni seclere libera, perfecta que ac omni ex parte incontaminata puritas: que ita in Deo eminet, ut merito Sanctus sanctorum nuncupetur, et celeberrimo illo hymno trisagio a beatis mentibus in celo celebratur.» Et S. Basilius, *De Spiritu Sancto*, *cap. IX*: «Anima, inquit, purgata a probo quod eam per malitiam contaminarat, et ad nativam pulchritudinem reversa, ac veluti imagine regia veterem formam puritatis reddens, hoc uno demum modo potest ad Paracletum propinquare. Illa vero veluti sol purum nectus oculum, ostendit tibi in seipso imaginem illius, qui videri non potest.» Et mox: «*Hic* (Parac-

tus) eis qui a tumultu cupiditatum purgati sunt illincensens, per communionem quam cum ipso habent, spirituales reddit. Et sicut corpora illustra perniciosaque, contacta radium solis, fiant et ipsa supra modum splendida, et alium fulgorem ex sese profundunt: sic et animæ spiritus allatae, ac spiritui illustrate fiant et ipse spiritus, et in alios gratiam emittunt.»

Porro S. Petrus plenam et universalem a fidelibus sanctitatem requirit; ait enim: «In omni conversatione sancti sitis.» Aliqui enim in templo videntur angeli, sed in domo sunt diaboli. Requirit ergo continuum exercitium non unius, sed omnium virtutum, utque eorum habitus solidos et intensos sibi comparum. Habitus enim virtutis dat non solum facilitatem, sed et constantiam, ut ea præditus contra quaslibet tentationes sibi similis, fortis firmusque consistat, ac virtutem in omni conversatione exeret, ex eoque omnia agenda agat. Sensus ergo est, g. d. Omnis conversatio vestra, o Christiani, in gentilismo fuit impura, maculata, et sæpe bestialis. Multi enim vestrum in templo fuere superstitiosi, in curia contentiosi, in foro ambitiosi, in platea contumeliosi, in officina fraudulentii, in agro rapaces, in domo rixiosi; multi in mensa fœres lupi, in cubiculo vulpes, in opere asini, domi pavones, foris accipitres, in lecto pores, in tribunali tigrides, in circulis canes, in plateis leones. At nunc in Christianismo oportet, ut omnis conversatio vestra in agendo, loquendo, ambulando, comedendo, studendo, disputando, dormiendo, operando, regendo, etc., sit pura, Christiana, sancta, angelica; ut in templo situs ardentes in oratione ut Seraphini; in seholæ et cubiculo speculantes ut Cherubini; in iudicio placidi et equi ut Throni; in cupiditatibus frenandis excelsi ut Dominationes; in regime prædentes ut Principatus; in tentatione mundi calcanda generosi ut Potestates; in luctu cum demone fortes ut Virtutes; in officio et opere publico fideles ut Archangeli; in mensa, platea, foro, lecto, etc., honesti, pudici, compositi, sancti ut Angeli. Vide S. Bernardum, *tract. De modo bene vivendi*, ad sororem, ubi ostendit qualis debeat ejus esse conversatio in templo, cubiculo, mensa, colloquio, lectione, somno, etc.

Id præstiterunt primi Christiani, qui proinde proprio nomine vulgo vocabantur Sancti, nisi passim eos vocat S. Paulus. Anli S. Justinum, philosophum et martyrem, Christianorum sui ævi, ita est, anno Christi 100, vitam et mores graphice depingentem, *epist. ad Dioctymum, 1*: «Patrias, inquit, habitant proprias, sed tanquam inquilini. Omnium participes sunt, ut cives; et omnia patiuntur, ut peregrini. Omnis peregrina regio patria eorum est. et omnis patria est peregrina. Uxores ducunt ut alii omnes; et liberos procreant, sed non abijciunt fetus. Mensam communem appointunt, sed non impuris communem. In carne sunt; sed non secundum carnem vivunt.

In terra degunt; sed in caelo conversantur. Sanctificati obsequuntur legibus, et suo viti genere leges superant. Amant omnes, et ab omnibus infestantur. Ignorantur, et condemnantur. Mortis afficiuntur, et vivificantur. Pauperes sunt, et multos dilant. Omnibus indigent, et omnibus abundant. Ignominiam afficiuntur, et in ignominiam celebrantur. Blasphemantur, et justificantur. Maledicuntur, et benedicuntur. Contumeliis lacerantur, et honorant. Beneficiunt, et tanquam improbi puniuntur. Funtis gaudent, tanquam vivificant. A Judaeis tanquam alienigenae oppugnantur, et ab infidelibus persecutionem patiuntur: nec possunt tamen qui eos oderunt, ullam illi causam adferre. »

Tales fuerunt Essaei, primi scilicet Christiani Alexandrie sub S. Marco, qui Essaei dicitur sunt quasi Essae, id est sancti, aut potius quasi חסידים חסידים, id est pii. Quam enim Essaei in omni conversatione fuerint sancti, ex Porphyrio jurato licet Christi et Christianorum hoste et obtrectatore discere, mime et imitare. Sic enim ipse eos depingit apud Eusebium, lib. IX *De Praeparat. Evang.*, cap. 1: « Essaei Judaei generis sunt: hi alter alterum magis diligunt quam ceteri homines faciunt; et voluptatem omnem quasi vitiosam aspernantur, continentiam et integritatem animi ab omni perturbatione remotam, precipuum putantes virtutum. uxores non ducunt; alienos autem liberos teneros adhaec, et ad omnem aptos doctrinam adeptantes, pro suis educare, ac moribus suis stabilire solent, quod faciunt: non quia matrimonium abolimentur, sed quia mulierum more cavendum putant; viduata, omnes adeo spernant, ut mirabilis quaedam in eis communitas sit. Nullus eorum praeter saltem aliquid possidet, omnia eis communia sunt. Nemo alio dicitur aut pauperior. Una omnibus quasi fratribus facultas est, lingi oleo non patitur: quod si quis forte oleo tactus fuerit, diligenter quasi a magna maena corpus illi abstergitur: non enim molles, sed aridi atque duri esse corpore cupiunt; alba semper induuntur; electione communi quaestores et gubernatores sibi erant, et indiviso in omnibus res sunt. Non habitant urbem unam, sed hinc illo facile migrant, semperque ad sequentes haerem (id est, sectam, puta religionem) suam proficiscentur, a quibus illa suscipiuntur, ut una eos semper vixisse diceres: unde fit ut proficiscentes nihil impensa secum ferant. Vestem et calceos antequam omnino tempore dirumpantur, non mutant; nec emunt aliquid, nec vendunt; sed commutatione rerum utuntur, cum egeant. Nam inter eos communia quaecumque volunt, etiam nihil afferentes. »

Deinde eorum preces, opera et prandia ita describit: « Erga Deum maxima pietate utuntur. Nam antequam sol oriatur nihil eis profanum dicitur, sed patria oratione utuntur, qua solem oriri precantur, deinde a prefectis singuli ad ar-

tes operaque sua militantur; et postea usque hora quinque laboraverint, ad unum rursus locum congregantur: et aqua frigida perloti, in domum veniunt, quo nemini nisi ejusdem sectae introire licet. Ita mundi quasi in templum ad evanandum veniunt, ubi magna tranquillitate seditibus ordine omnibus panis apponitur, et ferulum unum unelicque. Primus autem omnium sacerdos, facta oratione, comedere incipit: nefasque omnino putant ante orationem quisquam gustare. Cumque pransi fuerint, multo diligentius orant. Ita incipientes et desinentes laudes Dei diligenter concipiunt. Post haec vestibus, quibus prandentes quasi sacris utuntur, depositis, ad opera rursus exeunt: nocturnoque reversi crepusculo similiter orant, hospitibus etiam considerentibus, si qua forte afferant; clamor aut tumultus nonquam apud eos auditur; sed ordine ita colloquantur, ut tanto eos inter se, uti oris etque silentio mirabile videatur, cujus causa perpetua continentia est. Cibum et potus vite necessitate mensurant. »

Deinde recensio eorum juramento, quo jurant se mollesim, iustitiam, veritatem, pietatem et secretum culturos, subdit: « Tanta vero tauidate paucalogue utuntur rerum, ut raro plus quam semel in septem diebus alvi purgatione indigent. Qua quidem ex continentia in tantam perveniunt patientiam, animique robur, ut nec equuleo, nec igne, nec alio questionum genere impelli possint, ut aut veris legislatorem vituperent, aut illicum quidquam comedant, quod maxime in bello, quod sibi a Romanis illatum fuit, ostenderent: nulla enim adulatione ad torquentes utuntur sicut uti, nullas lacrymas torri amiserunt; sed susviter in doloribus ridebent, et eis illudentes a quibus torquebantur, sic exsultant iucundissime, ut ad patriam redire viderentur. Firma enim huc opinio apud eos est, corpora quidem morti esse subjecta, animus vero tanquam immortales semper vivere: cumque a subtilissimo aethere dimittantur, naturali quodam delatato impetu corporis conjungi: cum vero a vineulis corporum quasi a longa servitute liberati sint, tunc summo cum gaudio illora petere. Qua quidem vita et pietate facile fit, ut multi apud eos futura provident, praecipua qui a sacris volundinis et varia carnis castigatione, et Prophetarum dictis exerceant. Haec Porphyrius de pietate ac philosophia Essaeorum testatus est. » Haecque Eusebius.

In hoc speculo intuerere tuosque mores, o Christiane, et si te ab eis longe abesse deprehenderis, conare eos insequi et assequi; ne illud Salviani, lib. IV *De Providentia*, in te talique similes quadret: « Frastra nobis de prerogativa et nomine christianitatis blandimur, qui ita agimus ac vivimus, ut hoc ipsum quod Christianus populus esse dicimus, opprobrium Christi esse videatur. » Et mox: « Ubi est lex Catholica, quam credunt? Ubi sunt pietatis et castitatis precepta, quae dis-

cunt? Evangelia legunt, et impudici sunt; Apostolos audiunt, et inebriantur; Christum sequuntur, et rapiunt; vitam improbam agunt, et probatam legem habere se dicunt, etc. In nobis Christus patitur opprobrium, in nobis patitur lex Christiana maledictum, dum dicitur: Ecce quales sunt qui Christum colunt; falsum plane est quod inquitur se bona disere. Si enim bona diserent, boni essent. Talis profecto secta est, quales et pectoratores: hoc sunt absque dubio quod docentur: sancta a Christianis fierent, si Christus sancta loquisset. Estimari itaque de cultoribus suis potest ille qui colitur. Quomodo enim bonus magister est, cujus tam malos videmus esse discipulos? Ex ipso enim Christiani sunt, ipsum audiunt, ipsum legunt. »

16. QUOSIAM SCRIPTUM EST: SANCTI ERITIS, QUONIAM EGO SANCTUS SUM. — Id scriptum est Levit. XX, 26. Vide ibi dicta, et Levit. XXVII, 28. Sensus est, ait Didymus, q. d. « Sicut ego fons sanctitatis sum, per substantiam sanctus existens, ita vos studele participare sanctitatem quos diligo, ut sitis, sicut et ego. » Quare praeflare Nazianzenus, famulo 15: « Quid, ait, est sanctitas? Cum Deo consensere. » Sic Noe et Henoch ambulantes cum Deo sancti effecti sunt, Genes. IX, et VI, 9.

17. ET SI PATER INVOCATIS ERM, QUI SINE ACCEPTIONE PATERIS JUDICATIS SEIUSDEM UNUSQUEQUE OPUS, IN TIBI RECOLATIS VESTRI TEMPORIS CONVERSAMINI. — Pergit S. Petrus urgere fideles, ut in omni conversatione sancti sint, ne jugiter in sancto tempore Dei conversentur variis rationibus et stimulis (1). Primo est hoc verum, scilicet quod ille ipse Sanctus, qui eos vocavit, sit ipsum Deus, pater et iudex quem adorant et invocant, q. d. Ergo enim ut Deum sancte colite; ut patri velut morigeri filii, sancte obedite; ut iudicem, sancte timeite: ipse enim iudicat sine peccatorum acceptione, nec respicit divitem pro peccatore, herum pro servo, nobitem pro ignobili, sed quaeque pro meritis secundum opera eorum iudicat. Quapropter dum hanc vitam, carnem et terram quasi adventum et peregrinum incolitis, in sancto timore conversamini, ad Deum quasi patrem filiali amore, vel certe ut iudicem servili timore timeite et reverentiam, ut omnes eius offensas et peccata declinetis, faciatque omne quod ei placitum, et eo ique iussu et lege sanctum est, itaque gehennam evitatis, et aeternam in caelis hieritatem ab eo, velut timorati servi et morigeri filii manservamini. Hoc est quod ait Malach. cap. 1, vers. 6: « Filii honorati patrem, et servus dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituum. »

Nota: « Patrem » vocal Deum, qui communis est tribus personis, Patri, Filio et Spiritui Sancto. Sic enim est pater, id est, creator, conservator,

provisor, gubernator angelorum, hominum omniumque creaturatum. Sic Christus in oratione Dominica nos ita orare et ordiri iussit: « Pater noster, qui es in caelis, » *Math. vi. 9.* Ex quo loco perperam contendit Calvinus et Galvinstio, Deum a nobis invocandum esse (tamantur nomino Patris, non vero S. Trinitatis, dicendo: « S. Trinitas unus Deus, miserere nobis. » Unde ipsi nomen S. Trinitatis e suis Calendariis, precibus, litaniis expunxerunt. Perperam, inquam: nam Christus iussit nos baptizare invocando S. Trinitatem, dicendo: « Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. » Ilic S. Trinitatem invocant S. Dionysius, *De Mystica Theolog.*, cap. 1; S. Augustinus, lib. ultim. *De Trinit.*, cap. ult., et alii passim; imo tota Ecclesia in Fests S. Trinitatis, et aliis supp. Vide Ewardentium, dialog. I *Contra Calixtum*. Non sine causa viri sapientes Calvinum insinularunt acianismis et iudiciis, ut Huanus scripserit librum hoc titulo, *Calixtus Iudicium*. Si enim non licet invocare Filium, Spiritum Sanctum, S. Trinitatem; ergo Filius non est Deus, nec Spiritus Sanctus, nec S. Trinitas. Qui cumque enim est verus Deus, hunc uti adorare, ita et invocare non tantum possunt, sed et debemus.

Nota secunda: Salus Filium, qua homo, erit personalis iudex iudicatis omnes homines; Pater tamen et Spiritus Sanctus erunt quoque iudices, quia iudicabunt per Christum hominem, sicut rex iudicat per suum proferentem. Ita S. Augustinus, tract. 21 in Joan. Vido Franciscum Suarez, III *part.*, Quest. LVII, art. 1.

Magnus stimulus ad conversationem sanctam est timor Dei omnia cerentis, iudicantis et vindicantis. Unde Apostoli jugiter eum inculcarunt, et praedicatoribus crebro inculcare debent. Refert S. Clemens S. Petrum dicitasse: « Quis peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei iudicium ponat? » S. Paulus vehementer idipsum timuit: « Ne forte, inquit, cum aliis praedico verum, ipse reprobus efficiar, » I *Corinth. IX, 27*; et: « Cum metu et tremore vestram salutem operamini, » *Philipp. I, 12*; et: « Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum, » II *Corinth. V, 10*, etc. « Servianus placens Deo cum metu et reverentia: etenim Deus noster ignis consumens est, » *I Petr. III, 29.* Vide ibi dicta, et *I Petr. III, 2*, et *Apocal. VI*, in fine, et cap. XII, vers. 12, ubi Christus ait: « Ecce venio cito, et mercedem meam mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. » Merito ergo regius Propheta: « Servite, ait, Domino in timore, et exultate ei cum tremore, » *Psalm. II, 11.* Quis non tremat eum Deo, coram summo iudice, coram rigido vindice, qui potest animam et corpus perdere in gehennam, in cuius manibus sunt sortes nostrae, vita et mors, eorum et infernus, aeterna nostra salus et damnatio? « Verebatur omnia opera mea,

(1) « Et si, a id est, imo quum.

sciens quod non parceres delinquenti, » ait S. Job cap. ix, 28. Hieronymus, epist. 5 : « Ego, ait, peccatorum sordibus inquinatus diebus ac noctibus operor cum timore reddere novissimum quadranten, et quod mihi dicatur : Hieronymus, veni foras. » Et ad Eustochium recensens suas in eremo lacrymas, jejunia et penitentias : « Ego, inquit, ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaveram. » Idem ad suam eremum invitans Heliodorum, ait, eum omnes remoras superatum, « si amor Dei et gehennæ timor animum occupet. »

Nota (artificis) : Par incolatus intelligit peregrinationem hujus vite. Unde græce est *παροικῆς*, id est, tempore mortis, quo in hac vita et terra quasi hospites et advena peregrinamur, q. d. In terra estis peregrini, et per eam quasi hospites transitis ad cælum; nolite ergo terræ illicebis capi et inhære, sed iis contemptis ad patriam pergite, et pertransite. Hinc parocci dicitur in incolis, parocia incolarum vicinia, sive coetus fidelium, qui ad unum idemque templum pertinent; et Parochus dicitur est, qui iis processit, vel qui iis Sacramenta et panem Eucharistie administrat. Parochus enim Romanus erat, qui hospitibus panem eorumque ad victum necessaria suppeditabat, teste Cicerone, lib. III ad Atticum, epist. 2.

Si incolatus sui semper erat memor David, dicens Psalm. cxxx, 5 : « Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cædar, multum incolæ fuit anima mea ! » Sic Abraham, Isaac, Jacob, omnesque Patriarchæ et Prophete in terra promissionis morati sunt tanquam in aliena, « contentes quia peregrini et hospites sunt super terram, » Hebr. xi, 9 et 11. Vide ibi dicta. « Quotidie, ait S. Hieronymus ad Heliodorum, morimur, quotidie commutamur, et tamen æternos nos esse credimus. » Seneca, lib. VI Naturæ, Quæst. cap. xxxii : « Fugit tempus, inquit, et avilissimos sui deserit, nec quod futurum est meum est, nec cum fuisti; in puncto fugientis temporis peccato, et magni est modicum fuisse. Eleganter ille Lælius sapiens dicenti cuidam, Sexaginta annos habeo : Hos, inquit, dices sexaginta, quos non habes ? »

18. SCIENTES QUOD NON CORRUPTIBILIBUS. — Secundum hic stimulus Petrus adhibet fidelibus, ut in omni conversatione sancti sint, scilicet quod ad eam empti, redempti et a vana et impura in gentilismo conversatione traducti sint pretio inestimabili, scilicet sanguine et morte Christi, Filii Dei unigeniti. Vident ergo ut in ea permanent, ne, si ad pristina vitia redeant, sanguinem Christi proculcent, illius iram et vindictam provocent, qui hunc sui sanguinis contemptum et injuriam acerrime puniet et ulciscetur. Ita Beda : « Quanto majus, inquit, est pretium quo redempti estis a corruptione vite carnalis, tanto amplius timere debetis, ne revertendo ad corruptelam vitiorum, anum vestri redemptoris offendantis. »

DE VANA VESTRA CONVERSATIONE PATERNÆ TRADI-

TIONIS. — Græce *παροικῆσθε*, id est a patria tradita, scilicet de conversatione in lege Moysi, item in gentilismo : Judæi enim æque ac Gentibus ad Christum conversi loquuntur. Judæismum tradidit et conversatio vana erat, quia purificationem et sanctificationem ponebat in victimis et lustrationibus corporalibus; et quia excludebat Christi fidem et gratiam, qui sanctificationem in interna virtute constituit; et quia promulgata jam lege Christi inutilis erat, imo mortifera. Ita Cajetanus et Gagnæus. Gentilium traditio vana erat, quia adorabant idola lignea et lapidea, ab eisque salutem et bonum omne postulabant et expectabant, et quia sectabantur vanas et impuras carnis mundicie illecebras.

19. SED PRETIOSUS SANGUINE QUASI AGNI IMMOLATI CHRISTI. — Sanguinis Christi, utpote Dei, pretium est inestimabile, infinitum ergo pretio redempti sumus; « Empti estis pretio magno, glorificate et portate Deum in corpore vestro, » ait Paulus I Corinth. cap. vi, 20. Vide eundem Hebr. ix, 13. Hoc pretium inagnum est ipse Christus, totus nobis datus, totas in nostros usus expensus, ait S. Bernardus, serm. 3 De Circumcis. Porro Christum vocat a quasi agnum, « id est, similem agno in puritate, innocentia, castitate, mansuetudine, obedientia : qua quasi agnus immolatus est pro peccatis nostris. Alludit ad agnum a Judæis immolari solitum in Paschate, qui erat typus Christi immolandi pariter in Paschate. Hic enim debebat esse *agnus*; id est, irreprehensibilis et immaculatus, Exodi xii, 5. Agni hujus Paschalis lana designat redemptionem, ait Thomas Anglicus. Proclaro S. Paulinus, epist. ad Florentianum : eadem, inquit, agnus et pastor reges nos in scœcula, qui nos de lupis oves facit, eorumque nunc ovium pastor est ad custodiam, pro quibus fuit agnus in victimam. » Rursus alludit ad Isaac lili, 7 : « Sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tendente se obmutescet, et non aperit os suum. » Et Jerem. xi, 19 : « Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, et non cognovi. » Proximus vero alludit ad testimonium Joannis Baptistæ de Christo : « Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi, » Joan. i, 29. Hæc voce Agni vocat alter S. Joannes Apostolus, itaque passim vocat Christum, Apocal. v et sequent., quibus omnibus significat, a Christo Agno Christianos omnes debere esse agnos, et agninos mores imitari, uti fecit et per et nomine S. Agnes ; Agnes enim dicitur quasi agna, ait S. Augustinus, serm. 101 De Diversis. Vere S. Ambrosius, lib. VII in Lucam, xi : « Bene pretiosus, inquit, dicitur sanguis Christi, quia immaculati corporis sanguis est, quasi sanguis est Filii Dei, qui non solum de maledicto legis, sed etiam de impietatis morte perpetua nos redemit. »

Redemit autem non tantum solvens lylrum pro peccatis commissis, sed et a vitis statumque pravæ

vite nos transferendo ad virtutes statumque vite sanctæ, mutando mentem, eamque imbuendo sua gratia, que nos agat et impellat ad omne bonum. Hoc est quod ait Paulus, Galat. iii, 13 : « Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. » Et I Corinth. i, 30 : Christus « factus maledictum a Deo, et justitia, et sanctificatio est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio. » Unde eleganter piseque S. Ambrosius, lib. III De Fide, cap. ii, ostendens quantum Christiani Christo debeant : « Sapientia mea, inquit, crux Domini est : redemptio mea mora Domini est : sanguine enim pretioso redempti sumus, ut Apostolus Petrus dixit, sanguine suo quasi homo Dominus nos redemit, idemque quasi Deus peccata donavit. » Proclaro S. Leo, serm. 3 De Pass. : « Inter omnia, ait, opera misericordiarum Dei nihil est mirabilius, nihilque sublimius, quam quod pro mundo crucifixus est Christus. »

Quid docent Theologi sanguinem Christi in passione effusum non fuisse separatam a divinitate, ut censuit Franciscus Mayronis in IV, dist. xliii, Quæst. i; sed hanc mansisse cum eo, æque ac eum corpore hypostalice conjunctum; sanguis enim Christi fuit pretium justum et sufficiens peccatorum nostrorum, eo quod esset sanguis personæ divinæ, puta Verbi, quod est infinite dignitatis. Mansit ergo sanguis Verbi; ergo Verbo hypostalice mansit conjunctus. Si enim ab ea per effusionem fuisset separatus, desisset esse pretium condignum pro peccatis nostris; jam enim fuisset sanguis pura creatura, ideoque limitatus et exigue dignitatis, ac proinde insufficientis ad satisfaciendum pro peccatis, que immensam immensi Dei continent offensam. Hæc facit axioma Theologorum ex Damasceno, lib. III, cap. xxvii : « Quod Deus assumpsit, nunquam dimisit. » Ergo sanguinem semel assumptum non dimisit. Adde, si in triduo mortis Christi S. Petrus consecrasset calicem Eucharistie, fuisset in eo sub speciebus vini ex vi verborum consecrationis sanguis Christi : ergo fuisset in eo divinitas per concomitantiam; quia sicut caro Christi non est in Eucharistia nisi ut caro vivifica, atque adeo ut caro Verbi (ut ait Concilium Ephëssinum, epist. ad Nestorium) : ita pariter sanguis ille est vivificus, atque adeo divinus et unitus Verbo. Denique illud definitivè Clemens VI, dicitur in Inquisitione, l. par., Quæst. X, et Pius II, uti refert Sylvester in flos carum, Quæst. XXX. Plura vide apud Suarez, III part., tom. II, disput. xlvii, sect. 3.

Moraliter, S. Ambrosius, lib. De Isaac, cap. iii, pulchre docet quantum servititem Christo emptori et hero nostro debeamus. « Nescis, inquit, quod redemerit te Christus, non emerit ergo, non argento, sed pretioso sanguine agni. Ergo redemptus a Domino es, servus es qui creatus es, servus es qui redemptus es : et quasi domino servititem debes, et quasi redemptori. » Fuit enim non qualis qualis, sed copiosa Christi redemptio, Psalm. cxix, 7. Unde Urbanus VI, in

Extravag. Unigenitus, agens de pretio et thesauro sanguinis Christi, ex quo hauritur indulgentia et Jubilæa, sic ait : « Agni immaculati pretioso sanguine nos redemit, qui in ara crucis innocens immolatus, non guttam sanguinis modicum, que tamen propter unionem ad Verbum, pro redemptione totius generis humani sufficiens, sed copiose velut quoddam profluvium noscitur effusse. » Erat enim Christi sanguis, sanguis personæ divinæ, puta Verbi, hanc carnem et sanguinem hypostalice sustentantis. Toti ergo sumus et esse debemus Christi, non tantum titulo creationis, sed multo magis redemptionis. Itaque « nos nostri juris non sumus, sed Christi, qui nos emit et servavit, » ait Cyrillus, lib. IV in cap. xlv Isaie. Ipse enim « nos emit non ære, sed sanguine, » ait S. Ambrosius, lib. VII in cap. XII Lucæ. Sicut ergo Lusitani emunt mancipia Æthiopica, Itali Turcica, illaque tota sunt heri, ac quidquid argenti et operantur, id totum cedit hero : sic Christus nos emit non ære, sed sanguine suo, ideoque sumus mancipia Christi, et quidquid habemus et possumus, id omne ejus est ejusque obsequio impendendum. « Christus omnes suas opes, vires, labores, spiritus pro te expendit, ut eadem tua pro illo expendat. » Felix qui Christum fortunæ omnibus emitt, » ait S. Nazianzenus, in Carum. Ita S. Paulus passim se vocat servum Christi. Ita S. Magdalena totam se Christo mancipavit. Ita S. Magdalenæ lotus in Christo crucifixus habitabat, et Christus in eo. Ita S. Eleazarus uxori enim requirit per litteras rescriptis : « Habito, inquit, in latere Christi crucifixi, tibi me reperies, frustra alibi quesitura. »

Rursus discite hinc, quam anima sit pretiosa : ejus enim pretium est sanguis, anima et vita Christi Filii Dei; illo enim quasi pretio eam emit: quam ergo amaram, quasi gemmarum prestantissimarum, quas tanti Christus approbavit, piscationi et saluti studere debeamus? utpote pro quibus Christus e celo descendit, laboravit, sudavit per 34 annos, mortuus et crucifixus est; pro quibus corpus, animam, labores omnes et seipsum totum impendit. Vis videre quanti pretii sit anima tua, et enjusvis hominis otium mendici, Indi, Æthiopsis? Christum valet, deum valet : vita enim Christi, quam pretio, in bilanco dicitur vivo justitiam apreciata et appensa est. Nec enim visus justitiam appreciata et appensa est. Nec Angelus, nec Archangelus, nec Seraphini, nec Cherubini, nec ipsa B. Virgo potuit pro hoc anime tue debito satisficere, sed solus Christus; solius enim Christi sanguis sufficiens fuit lylrum et condignum pretium ad solvenda nostra debita et peccata. Itæ nunc, stolidi mortales, ite, infelices, animam vestram tam pretiosam vendite demoni pro sentella pulvis, instar profani Esau, pro ventu honoris, pro venere unius hora, pro gutta voluptatis; dicite cum Theodimo (ut refert S. Ambrosius, lib. IV in Lucam), qui maluit privati

oculis perpetuo, quam momentanea videri: Vale amicium lumen, vale anima, vale coelum, vale Deus, valete angeli, in aeternum vobis vale dico; in aeternum deum me assocto, gehennae me trado, ut gula mellis ad momentum fruar.

Sanius et sapientius S. Chrysostomus, homil. 11 in II ad Corinth. : « Cum, inquit, per Jesum Christum mortuum vivamus, et utique ob quem vivimus, vivere debemus. » Et S. Ambrosius, De Elia et jejunio, cap. xx : « Dicitis, si forte videat pugnare adversum te diaboli tentamenta : Quid mihi et tibi est belial? Ego Christi servus sum, illius redemptus sanguine, illi me totam mancipavi, Quid mihi et tibi est? Non novi opera tua : nihil tuum quero, nihil tuum possideo, nihil tuum desidero. » Et S. Bernardus, tractat. De allegando Deo : « Si totum, inquit, me debeo pro me factis, quid addam jam pro me relecto, et relecto hoc modo? Nec enim tam facile relectus quam factus. Nam qui me semel et tantum dico feci, in relecto profecto et dixit multa, et gessit mira, et pertulit dura, nec tantum dura, sed et indigna. Quid retribuam Deo pro se? Nam etiamsi me milles rependersi possem, quid sum ego ad Deum? » Idem, serm. De Quadragesimo debito : « O si cognovisses et tu quam multa, et quam multis debeas : videres quam nihil sit quod facis, quam non inter minima numerandum ad comparationem debitorum tuorum. Vis scire que et quibus debeas? Primo, Christo Jesu debes omnem vitam tuam, quia ipse vitam suam posuit pro vita tua ; et cruciatus amarus sustinuit, ut tu perpetuis sustineres. Quid tibi dicam, vel dirum esse poterit, cum recordatus fueris, quia ille in forma Dei in die aeternitatis sup, in splendoribus Sanctorum ante Inkerum genitus, splendor et figura substantia Dei, venit ad extremitatum, ad limum tuum; infixus (ut dicitur) usque ad cubitos in limo profundi. Quid non suave tibi, cum tibi colligeris omnes amaritudines Domini tui, et memoraberis primum quidem illarum infantium necessitatum; deinde laborum quos pertulit in praedicatione, fatigatione. « discurrando, tentationum in jejunando, vigiliis in orando, lacrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, postremo periculorum in falsis fratribus, convitiis, sputorum, colorum, flagellorum, irrisionum, subsannationum, exprobrationum, clavorum, horumque similium : que in salutem nostri generis tringinta et tribus annis operatus et passus est in medio terrae? quam indebita miseratio quam gratuita et sic probata dilectio! quam inopinata dignatio! quam stupenda dulcedo! quam invicta mansuetudo, regem gloriae, pro despiciatissimo vernaculo, imo vermiculo crucifigi! » Quis autem unquam tale, aut quis vidit huius simile? » Et paulo inferior : « Sicut nihil ad aliquid nullam habet comparationem, ita et vita nostra nullam habet ad vitam illius proportionem; cum illa dignior, ista

miserior esse non possit. Nec me putes rem exaggerare sermonibus : quia hic deficit omnis lingua, nec sufficit oculus vel ad intueendum tantae dignationis arcanum. Cum ergo et donaveris quicquid sum, quicquid possum : nonne istud sic est sicut stella ad solem, gutta ad fluvium, lapis ad montem, granum ad acervum? Non habeo nisi minuta duo, imo minutissima, corpus et animam; vel potius unum minutum, voluntatem meam : et non dabo illam ad voluntatem illius, qui tantus tantillum tantis beneficiis praevenerit, qui toto se totum me comparavit? Alioquin si illam retinero, qua fronte, quibus oculis, qua mente, qua conscientia vado ad viscera misericordiae Dei nostri, et audeo perfedere illud fortissimum propugnaculum quod custodit Israel, et istius sanguinis non guttas, sed undas a quinque partibus corporis in meum pretium detorqueo? O generatio perversa, et infideli illi, quid facietis in die calamitatis de longe ventantis? ad cuius fugietis auxilium? »

AGNI IMMACULATI. — Respicit ad agnum paschalem, qui debet esse sine macula, non coloris, sed villi, puta esse integro et perfectus, non claudus, non caecus, non mancus, non mutilus, ut significaret Christum quacuquersum in sapientia et virtute fore inlogrum et perfectum, sine ulla erroris defectu, aut peccati labe et macula : hanc enim significat Hebr. אֵילֶן נָרְמָא una Græcum ἀμωπος, id est immaculatus, innocens, inviolatus, inculpatus, irreprehensibilis, omni reprehensione major.

ET INCONTAMINATI. — Aliqui censent Christum dici a immaculatum, « quia purus fuit a macula peccati originalis; « incontaminatum, » quia purus ab omni labe peccati actualis. Verum hæc duo synonyma esse videntur, quæ conglomant S. Petrus ad auxesia, ut ostendat Christum plane et per omnia fuisse immaculatum et purum. Si tamen ea distinguere quis velit, dicit Christum « immaculatum » fuisse in se et actibus internis; « incontaminatum » vero in habitu, conversatione et vestibus externis. Macula enim qua errare debet agnus paschalis, consistebat in vitio interno corporis, ut jam dixi; « eris » vero, unde dicitur ἀμωπος, id est incontaminatus, proprie est macula coloris in veste a vino aut unguine. Unde Marc. l. in Diakon. lib. I, cap. xxxix : « εἰς, ait, « sunt nota que in vestibus herentes eas discolorant, quarum similitudine aliquando in humano vultu et reliquo corpore macule oriuntur, nullo aut exiguo vitio summam tantum autem variantes; » quas Plinius videtur vocare furunculos. Quocirca Christus longe purior fuit agno paschali : hic enim erat ἀμωπος, et non ἀμωπος, poterat enim habere maculas coloris albi, nigri, rufi; Christus vero fuit tam ἀμωπος, quam ἀμωπος, id est, plane purus, carens omni macula tam coloris, quam corporis; tam externa, quam interna; tam morum, quam mentis; tam actionum, quam cogitationum.

90. PRÆCOGNITI QUI DENI MUNDI CONSTITUTIONE. — « Præcogniti, » id est « predestinati, » ut vertit Syrus et Tigurina. Cognitio enim Dei illic, uti et apud S. Paulum, sæpe intelligitur practica, scilicet conjuncta cum Dei voluntate, decreto et predestinatione. Dicit hoc Petrus, tum ut aeterni supercilium Judæorum, qui, ut inquit S. Cyrillus, lib. 11 in Joannem, cap. xxxvii : « Legi Mosia semper inherens, et virtutum nostri mysterii recenti Patris consilio excoGITATAM arbitrantur; » tum ut declaret antiquitatem et magnitudinem amoris Dei in homines, q. d. Deus pater non ab heri, non ab initio mundi, sed ante ejus creationem ab omni aeternitate cogitavit de nobis, dixit nos, voluit nos beare, ideoque predestinavit Christi incarnationem et mortem, ut per eam nos sibi reconciliaret et salvaret.

Aliqui hæc Petri verba extendunt ad illam Scoti, et ejus asseclarum sententiam, que censet Christum incarnandum fuisse, etiamsi Adam non peccasset, ut scilicet Deus divites bonitatis, sapientie et potentie suæ per Christum angelis et hominibus ostenderet; sed Christum tunc futurum fuisse impassibilem : erux enim et mors Christi decreta fuit a Deo post prævisum Adæ peccatum, ad ejus remedium. Ratio eorum est, quia alioqui, inquit, si Christus præcisè propter nos predestinatus et incarnatus esset, deberet utique nobis agere gratias, nosque essemus prius Christo apud Deum in ejus mente et predestinatione, ac consequenter Christus esset gloria nostra, sicut malier est gloria viri, uti argumentatur S. Cyrillus, lib. III Theomag. cap. n. Verum hæc hæc loco præterita videntur. S. Petrus enim tantum ait Christum predestinatum esse ante mundi constitutionem, non autem ante provisionem peccati Adæ, vel ante provisionem et predestinationem constitutionis vere creationis mundi, quia hoc falsum est. Deus enim predestinavit Christum ad ornatum universi; non ergo prius predestinavit Christum, quam universum, sed posterius, aut potius simul cum mutua quadam contradependentia : decrevit enim Deus creare mundum lalem, in quo labente Adamo nasceretur Christus qui eum erigeret, itaque Dei gloriam toto mundo celebraret; ita ut noluisse creare mundum, nisi cum Christo et propter Christum, ac vicissim noluisse incarnari Christum, nisi cum mundo et in mundo. Ubi enim incarnatus fuisset Christus, nisi in mundo? ubi suam gloriam per Christum patefecisset, nisi in mundo, angelis et hominibus? S. Petro succinit S. Joannes, qui Apocal. xii, 8. Christum vocat agnum « qui occisus est ab origine mundi. » Et S. Paulus, qui hoc Christi mysterium vocat temporibus aeternis tacitum, et predestinatum ante tempora secularia, « quod unda patefactum est per scripturas Prophetarum, secundum præceptum aeterni Dei, ad obediendum fidei, » Roman. xvi, 26, et ad Titum 1, 2.

MANIFESTATI AUTEM, — per Christi incarnatione

nam, crucifixionem, resurrectionem, ascensionem in coelum, missionem Spiritus Sancti et prædicationem Apostolorum.

NOVISSIMIS TEMPORIBUS. — puta pro quatuor fore annorum millia elapsa a creatione mundi. Cause hujus Christi fatalis fuisse variæ. Prima est, dignitas et majestas Christi, quam prore et præfigurare debebant Abraham, Moses omnesque Patriarchæ, Prophete, ac legis æconomice. Secunda, ut quo tardius, eo avidius exciperetur. Tertia, ut per tot annorum millia morbus et corruptio humana naturæ omne peccatorum virus evomeret, itaque liqueret quanta esset Christi necessitas, qui omne hoc malum curaret. Vide Barradium, lib. V Harmon. cap. xxxi; unde S. Paulus ait Christum venisse in plenitudine temporum, id est, cum tempora ejus incarnationis a Deo præfinita, essent evoluta et adimpleta. Galat. iv, 4.

PROPTER VOS. — propter omnes predestinatos et natus est Christus, sed primo, ab primitivis fidelibus : hi enim primi Christi fructum et gratiam participaverunt. Pungit S. Petrus fideles sui avi, ut Deum et Christum adeo se amantem, sibi quæ vicinum ardenter redamem : ipse enim ex tot sæculis, et ex centenis millibus illius sæculi paucos Judæos et Gentiles credentes elegit, quibus hoc novum et recens Christi Salvatoris beneficium, puta gratiam et salutem, contulit. Unde Paulus delicias amoris sui in Christum exprimit, Galat. cap. ii, 20 : « In fide, inquit, vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. » Perinde ac si pro solo Paulo traditus et crucifixus fuisset Christus. Tantum enim Paulo profuit mors Christi, quantum profuisset si pro eo solo mortuus esset. Pie et vere S. Augustinus, lib. III Confessionum, cap. ii, ait : « O tu homo, ait, Omnipotens, qui sic curas unumquamque nostrum : tanquam solam eues, et sic omnes tanquam singulos. »

21. QUI PER IESUM (agnum immaculatum Christum, puta per Christi passionem, meritum, vocationem, prædicationem et gratiam) FIDELIS ESTIS IN DEO. — Græcum εἰσαγωγή, sic Sciti, creditis in Deum (ita Syrus), vivam scilicet et verum, cum antea creditissetis in deos falsos Gentium, puta in idola et demones (unde S. Prosper, lib. I de Vocatione Gent. cap. xxxi, legit : « Qui per ipsum fideles estis in Deum, » id est, « fide creditis in Deum) : declarat quod dixit « propter vos, » scilicet manifestatus est Christus, quia nimirum vos fecit fideles et cultores veri Dei. Illic paret fidem non esse ex nobis nostrique ingenii et nature virtus, sed esse opus et donum gratiæ Christi : uti post Concilium Aruianicæum et Mileviticum definit Tridentinum, sess. VI, can. 3. Christus enim est auctor et parens totius œconomia grætiæ, quæ complectitur fidem quasi principium, spem, charitatem cæteraque virtutes, ac omnia dona quibus perducimur ad salutem et gloriam æternam, quasi ad finem et terminum redemptiois Christi.

QUI SUSCITAVIT EUM A MORTUIS. — q. d. No quis Christum respuit quasi suspensum, occisum et crucifixum pro peccatis nostris, ecce ipse mox a Deo suscitatus est ad gloriam, factusque dominus caeli et terrae, angelorum et hominum, imo per eum Deus omnes ejus fideles ad eandem gloriam suscitavit. Hoc est quod ait Paulus: « Propter quod (quia humiliavit se usque ad mortem crucis) et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum, » *Philip. ii, 9.*

Hoc est quod iterum ad passionem Christum oravit Patrem, et impetravit: « *Clarifica me tu, Pater, apud semper claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te, » Joan. xvii, 3.*

UT FIDES VESTRA ET SPES ESSET IN DEO. — q. d. Deus hoc fructu et fine suscitavit Christum ad gloriam, ut vos videntes et audientes eum quasi caput vestrum resurrexisset, mortem superasse suisque iter a morte ad vitam praevixisset, fide firma crederetis, et certa spe speraretis vos quoque quasi membra Christi, per ipsum eandem gloriam adepturos, et ad eam resurrecturos, ideoque per eandem gratium, dona, omniaque media ad gloriam necessaria vobis opportuna consecuturos. Vere S. Leo, serm. 8 de Passione: « *Crux tua, ait, omnium fons est benedictionum, omnium est causa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. » Et nonnullis interjects: « Cum ergo Dominum lignum portaret crucis, quod in scriptum sibi converteret potestatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium, sed manifestabatur fidelibus grande mysterium: quia gloriosissime diaboli victor, et inimicorum virtutum potentissimus debellator, pulchra specie triumphum sibi portabat tropaeum, et victorie patientie humeris signum salutis adorandum regens omnibus inferebat. » Et serm. 1 de Resurrect: « Ex hoc initium nobis factum est resurrectionis in Christo, ex quo in eo qui pro omnibus mortuus est, tollis spei nostrae forma processit, » praesertim quia Christus vi divinitatis suae seipsum suscitavit: « Quoniam delata, ait idem ibidem, quae ab utraque suscepti hominis substantia non recessit, quod potestate divinitate conjuncta. » Et S. Athanasius, De Incarn. Verbi: « Revixit, ait, per suam quem in ipso erat vitam. »*

22. ANIMAS VESTRAS CASTIFICANTES IN OBEDIENTIA CHARITATIS, IN FRATERNITATIS AMORE SIMPLICI XX CORDE INVICEM DILIGITE. — HIERITUS. — Omnibus haece verbi non aliud aliat, quam casto, id est pure, amore fratrum invicem impense diligite, servite et obedite: sed hujus dilectionis puritatem multis verbis exaggerat et representat. Singula ergo pondus habent, quare singula expendamus. Suppono omnia haece pendere ab illo propter quod, vers. 13: ibi enim incipit altera capitis pars, scilicet ethica, quae hucusque, imo ad finem ca-

pitis protenditur, qua S. Petrus de more varia dat virtutum praecipula, vel monita, q. d. « Propter quod, » vel *Itaque*, ut hereditatem incorruptibilem, de qua disserui, assequamini, excutite lumbos mentis, et animas vestras castificantes invicem diligite, etc.

Primo, « castificantes, » graece *ἁγιστοῦντες*, quod alludit ad vocem agni, q. d. A Christo agno immaculato progeniti, estote agni immaculati, et agnitate, id est, castificate et purificate animas vestras. Hinc Christus ait S. Petro: « Pasce agnos meos, » *Joan. xxii, 15.* Rursus *ἁγιστοῦντες* est praeteritum, q. d. « Cum castificaveritis. » Sed Hebraei saepe commutant tempora, vel ampliant: sub *castificaveritis* ergo intellige castificetis, vel castificate, q. d. In baptismo accipitis vos castificare et purificare, et pergitis, et continuo magis et magis per obedientiam charitatis vos castificate et purificate. Porro castitas haece a multis proprie capitur pro virtute castitatis, quae comprimit luxuriam. Hinc sardonianiles ob professionem castitatis vocantur « Castimoniales » a S. Augustino in *Psalmo, lxxiii.* Secundo et gemine, castificatio haece est purificatio affectionum animae, praesertim amoris, quae fit per charitatem, sive amorem divinum. Castitas ergo haece vocatur puritas affectionis, intentionis et amoris, ut patet ex sequentibus, q. d. Castificate, id est, castigate et purificate vestrum amorem et affectum ab omni impuritate, facite ut amor vester purus sit et sincerus, non querens sua, sed Dei et proximi commoda. Hoc est quod ait Joannes, epistola I, cap. iii, vers. 3: « Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se sicut et ille sanctus est: » ubi graece idem est verbum quod hic, scilicet *ἁγιστοῦνται*. Unde S. Augustinus, tract. 3 in epist. S. Joannis, verit. *castificat semetipsum, sicut et ipse castus est* (1).

Secundo, « obedientia charitatis, » graece *ἀλλοθυῖα*, id est *veritatis*, primo, accipi potest fides et obedientia qua credimus et obedimus Evangelio quasi legi veritatis et charitatis. Unde Vatablus verit. *qui animas vestras purificastis obediendo veritati: et Syrus, cum sanctificaveritis animas vestras per obedientiam veritatis, et fueritis pleni charitate.* Sic Paulus ait, *Galat. iii, 1: « O insensati Galatae, quis vos fascinavit non obedire veritati? »*

Secundo, « obedientia charitatis, » id est obedientia filialis ex amore, non servilis ex timore: « Haece enim est necessitas, illa charitatis, » ait S. Bernardus, tract. *De Praecepto et dispens., cap. ix.*

(1) Denuntiata videtur similitudo a Iustrationibus lege Mosaisca praescriptis, quae fiebant ablutione corporis et vestium. De Christianis autem Petrus ait: Pars et sanctorum redditae sunt animae vestrae, non observatione Iustrationum Mosaiscarum, sed in obedientia charitatis.

sem, serm. *De S. Andrea:* « *Sola est charitas, inquit, quae obedientiam gratam facit, et acceptabilem Deo commendat. » Porro haec obedientia castificat animam, quia dum anima per humilem obedientiam subdit se Deo et legi, meretur ut ei visisssim subdat corpus. Ita S. Augustinus in *Psalmo, cxxlii:* « Tu Deo, inquit, tibi caro. Quid justius? quid pulchrius? Tu majori, minor tibi: servi tu ei qui fecit te, ut tibi serviat quod factum est, propter te: si autem contemnis tu Deum, non quid subijcitur tibi caro? Qui non obtineras Pomino, torqueris a servo. » Ita Asceta docent officio medium ad conservandam castitatem esse humilitatem et obedientiam, qua quis suo superiori plene obediat. Sic enim pro congrua mercede accipiat a Deo obedientiam carnis, ut illa pariter subijcitur menti et spiritus: obedientia ergo carnis, puta castitas, est filia obedientiae mentis.*

Tertio, « obedientia charitatis » magis proprie et pertinenter ad propositum S. Petri, est obedientia et subiectio qua fidelis in omnibus subdit se legi, dicitur et impulsus charitatis, ut quiddam facit, faciat ex dicto et ducto charitatis, ac praesertim qua quis per fraternam charitatem fratri se subijcit, ei se accommodat, ei consulere satagit, ejus ritus sequitur, ejus commoda capiat, ut idem sit, obediare charitatis, quod « per charitatem spiritus servire invicem, » *Galat. v, 22,* et: « Subijctio invicem in timore Christi, » *Ephe. v, 21.* Ita se explicat S. Petrus, cap. ii, vers. 13, dicens: « Subijcti igitur estote omni humanae creature propter Deum. » Huic enim legi charitatis, utpote legi Christi, subdidit se quisque christianus in baptismo, dum amplexus est christianismum: hic enim est lex et professio charitatis. Quare si quis roget: Quid est religio Christiana? recte respondebitis: Est religio et obedientia charitatis, in qua omnes profitentur se studere et obedire charitati. Huic ergo spectat tota sententia S. Petri, nimirum ut inculcet fidelibus charitatem fraternam, qua alter alteri serviat, se subijcit et obediit, ut ejus commodis et saluti consulat.

Hinc patet quod castitas sit castratio, puta castificatio omnium amorum et appetituum, veraque et plena castitas animae: charitas enim castrat et resecat amorem proprium, et amorem carnis et mundi, puta amorem proprii honoris, lucri, voluptatis, quae est animae impuritas, quia eam multis vitis maculat et conspurcat. Rursus charitas omnia metitur amore Dei, omnia ordinat et operatur ex amore Dei: quare omnis ejus actio pura est, sancta, spiritualis et deiformis, utpote manans ex amore Dei, eoque directa et regulata. Quocirca Graeca addunt *ἀκαταρακτα*, id est, *per Spiritum, »* quia charitas diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum facit hominem spiritualem et purum, omniaque ejus opera spiritalia et pura, q. d. Jubeo vos castificare animas vestras; at, ne putatis vos vestris viribus id posse pra-

stare, addo « per Spiritum, » ut doceam vos nihil vobis arrogare, sed omnia Spiritui Sancto tribuere, ejusque opem implorare. Aliqui « spiritum » jungentes « fraternitatis, » qui sequitur, verunt « per spiritum fraternitatis » quia spiritus amoris fraterni castificat et purificat omnia nostra opera circa proximum, omniumque cum eo conversationem. Merito ergo S. Leo, serm. 8 *De Quadreg.:* « Charitas, inquit, robor est fidelis, fides fortitudo est charitatis: » fides enim roborat charitatem, et charitas fidem, una alteri jungi debet, nec separari.

Denique S. Basilius in *Regul. brevior.*, interrogatio 115: « Quomodo, inquit, alii aliis obedientiam inter nos prestabimus? » Respondet: « Tantum servi adversus dominos, convenienter illi praecepto Domini: Qui vult in vobis esse magnus, sit omnium ultimus, et servus omnium. » *Merci* cap. x. Quibus verbis adiungit quod nos efficacius etiam possit promovere: Sicut Filius hominis non venit ut ministrat ei, sed ut ministrat.

Tertio, « in fraternitatis amore, » graece *ἐν φιλadelphίᾳ*, id est, *in charitate fraterna,* quia Christiani sese invicem quasi filios Christi et fratros inter sese fraterno amore diligere debent, et olim diligebant, adeo ut se merito passim vocarent fratres: hanc *φιλadelphίαν* suis reliquit Christum, *Joan. cap. xiii, vers. 34.* Unde cum impense fidelibus commendat S. Petrus, S. Paulus, S. Joannes et S. Jacobus. Graece est *ἐκ φιλadelphίας ἀδελφότητος*, id est, *in amorem fratrum non hypocriticum, non fictum et simulatum, sed a simulatione alienum, simplicem, verum et sincerum.* Sensus est, q. d. Cum castificaveritis, id est purificaveritis animas vestras, obediendo charitate per sincerum amorem fratrum. Hic enim sincerus amor defricabit ab anima omnem hypocrisim, omnem simulationem, omnem avaritiam, omnem amorem proprium, omnem cupiditatem, omnem ambitionem, ac pure queret id quod placitum est Deo, et proximo utile ac salutare.

Ubi nota: *Τὴν in fraternitatis amore potest referri tam ad castificantes (et eo videntur referre Graeca, q. d. Castificantes animas per fraternitatis amorem, quasi per sal et nitrum animarum: »* Ita Vatablus, quam ad *invicem diligite, q. d. Diligite invicem φιλadelphίᾳ*, id est amore fraternitatis, id est fraterne, diligite invicem quasi fratres et filios Christi. Vere Isidorus: « Qui a fraterna, inquit, dilectione secernitur, a divina participatione privatur. » Et S. Ambrosius (vel polius S. Maximus), *serm. 9:* « Major, ait, est fraternitas Christi, quam sanguinis: sanguinis enim fraternitas similitudinem tantummodo corporis refert, Christi autem fraternitas unanimitem cordis animasque demonstrat, sicut scriptum est: Erat credentium cor unum et anima una. Vere ergo frater ille est, qui tam corpore, quam unanimitem germanus est. Verus, inquam, frater est, ejus idem spiritus et voluntas in fratre est. Melior est igitur fraternitate

sanguinis fraternitas Christi: quoniam interdum illa sibi inimica est, Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa inter se communia cum emulatione dividit, haec etiam cum gratulatione communicat. Illa in consorcio saepe despiciat germanum, haec assumit frequenter alienum. » Illi ergo fraternitatis amor est centrum, basis, columen Ecclesiae, et quasi anima christianismi: ejus vero odium et invidia, est utriusque clades et ruina. Quocirca vere Christophorus Varsaviensis scripsit hoc paradoxon: » Christianorum de Christianis parva caedit victoria victa, et in quo ostendit Turcam ad tantum imperium exorivisse non alia ratione, quam per Christianorum illud, idque per rotas et regna singula ex historis ad oculum demonstrat.

Quarto, » simplex: » nulli si simplex referunt ad cor, ut respondet Graeco απλοχε, id est puro: unde sic verbum, ex corde invicem diligitis. Verum est magno liquet referendum esse ad eum in amore fraternitatis, itaque sententia tota sine dispensanda est, » animas castificantes, etc., in fraternitatis amore simplici, ex corde invicem diligitis: » et enim simplex respondet Graeco απλοχε, id est, non ficto, non ficto, sed simplici et sincero amore, ac consequenter ex corde ino et toto (unde Graeca addunt αστε, id est puro) invicem diligit. Simpliciter ergo amore diligit, primo, is qui diligit sine hypocrisis, non fide, sed vere et ex corde. Simplex enim dicitur quod caret compositione, partitione et mixture. Simplex ergo cor est, quod amorem quam lingua profert, corde gerit et refert: qui enim verbum amorem ostendit, corde odium fovet, compositum et quasi duplex habet cor, unum in ore, alterum et contrarium in pectore. **Secundo,** qui non accipit personas: ita Syrus, qui scilicet non profert divitem pauperi, familiarem extraneo, nobilem ignobili, sed aequaliter diligit omnes, juxta legem tamen et ordinem charitatis. **Tertio,** qui non suum, sed fratris commodum querit: simplex enim amor recta tendit in amatum, nec reflectitur aut retorquetur in seipsum. Id enim facere « negotiatio est, non amicitia, » ait Seneca, *epist. 3.* **Quarto,** qui candidus est et apertus, non fuscatus, ut si quid in fratre displicet aperte dicat, et candido eum moneat. **Quinto,** qui fratrem diligit ad bonum, et in bono, non in malo, qui scilicet non faveat, nec fovet illius vicia, sed virtutes: qui non adulatur ejus cupidinibus, sed eas redarguit, eisque resistit, ac strenue proximi salutem et perfectionem in omnibus procurat, puta qui diligit fratrem in spiritu, non in carne, in Domino, non in demone, in charitate, non in voluptate. **Sexto,** qui quod verbis dicit, rebus exhibet, juxta illud S. Joannis I, cap. III, vers. 48: » Fiholi, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate. Veritas enim simplex est, modicatum duplex. **Septimo,** qui non tantum caret invidia, sed omnia sine liberalitate communicat, juxta illud Pauli:

» Qui tribuit in simplicitate, » Rom XII, 8; et: » Ut in omnibus locupletati abundetis in omnia simplicitatem, » II *Corinth. IX, 11.* *Visi ibi dicta.* Nam, ut ait S. Leo, serm. 40 *De Quadrages.:* » Incremento ditescant proprio, qui profecta letantur alieno. » Simpliciter ergo amore praeditus in bonis proximi gaudet et hilarescit, quasi in suis; non dolet, non tristetur, non rugat frontem, sed exporrigit, eaque augeri optat et promovere satagit.

Audi S. Bernardum simplicitatem varie definiendum, tract. *De Vita solitaria:* » Animalitas ad Deum conversa, inquit, fit sancta simplicitas, hoc est eadem semper circa eadem voluntas, sicut fuit in Job, qui delictus est simplex et rectus, ac timens Deum. Proprie enim simplicitas est perfecta ad Deum conversa voluntas, unam pelens a Domino, hinc requirens, non ambiens multiplicari in saeculo. Vel est simplicitas in conversatione, vera humilitas, scilicet virtutis magis conscientiam amplectens, quam famam, cum non refugit vir simplex videri stultus in saeculo, et sit sapiens in Deo. Vel simplicitas est sola ad Deum conversa voluntas, sed pondum ratione formata, ut amor sit, id est, formata voluntas; nondum illuminata, ut sit charitas, hoc est, amoris juvenilitas. Simplicitas ergo initium dicitur in seipsa habens creaturae Dei, hoc est, voluntatem simplicem et bonam, quasi futuri boni bonitatis informem materiam, in primordio conversionis suae offert auctori suo esse formandam, cum iam timore dei incipientem operari in eo omnium virtutum plenitudinem, dum per justitiam defert majori, per prudentiam non credit se sibi, per temperantiam refugit discernere, per fortitudinem totum se obedientiae subjicit, nec discernendam, sed adimplendam.

Quinto, » diligite attentius: » Graeco δευτερος; Variabiles, impense; Clarus, intense; alii, contravenitur; alii cum Syro, vehementer. Quod Hebraei dicunt תרבה לבוד. Turrianus, lib. IV *De Dogmat. Character.:* » extense, » inquit, scilicet ut dilectio nostra se extendat ad aliud saeculum, puta ad animas in Purgatorio, ut eas suffragis juvenis. Rursus, ut extendat se ad quamvis hominum conditionem et sortem, utque tam diligat proximum in rebus adversis, quam prosperis; imo magis ei tunc optulitur, cum magis ope indiget; itaque, Graeco valde significans est: idem enim valet quod *καταπρα, κρηνη, id est, omnibus virtutibus, impense, vehementer, toto animo, prolixo, liberaliter, profuse.* Talem ergo charitatem erga fratres poscit S. Petrus.

Vere S. Leo, serm. 1 *De Jejuniis X mensis:* » Dedit, ait, nobis majores diligendi proximum causa Christianae gratiae latitudo, quae se per omnes partes totius orbis extendens neminem despicit, dum docet neminem negligendam, etc., sive illi hostes sint, sive socii, sive liberi, sive servi. Unus enim nos conditor finxit, unus nos creator au-

maut, eodem cuncti coelo et aere, lisdem utimur diebus et noctibus. » Ratio est, quia cor simplex et purum Christiana charitate doctum, in proximo unum Deum. Deique imaginem spectat, eumque diligit quasi aliquid Dei, quasi Dei opus et peccatum, quasi Dei filium et heredem ad eandem aeternam eius hereditatem secum ab eterno praesitutum, et in tempore vocatum, electum et adoptivum.

Diligite ergo invicem attentius, » id est, intensius et impensius, hoc est, intense et impense. Latini enim saepe sumunt comparativum pro positivo, ut significet anxiosim. Sic latine dicitur attentus ut opes suas servet et auget. Ita Cicero, act. 3 *in Verrem:* » Qui in re, inquit, adventitia alique hereditaria tam diligens, tam attentus esset, » Et Horatius, lib. I *Satyr. 4:*

Verba per attentam (intentionem) non ibunt Caesaris aures.

Quintilianus, lib. V, cap. XIV: » Erit judex circa jus nonde in spe modestus attentior. » Attendo enim idem est quod memento in rem tendo, eique intendo. Terentius, *Heaut. I:* » Ita attente illorum officio fungere. » Denique « attenta vita » a Cicerone, pro Roscio Amerino, vocatur vita diligens, curiosa, operosa. Vide ergo quam interpres Noster non tantum sit fidelis, sed et latinus, imo elegans. Perperam itaque nonnulli eum barbarie insimulant.

Sensus ergo totius loci versus est, q. d. » Castificantes, » id est, partim castificastis, hoc est purificastis, animas vestras in baptismo, partim in diebus eas magis castificare debetis obediendo charitati, ejusque legi, dictamini et impulsui per amorem fratrum, eumque simplicem, id est, purum et sincerum, non simulatum et fictum, atque ita ex vero inique corde invicem diligite impense, intense et extense.

23. RENATI NON EX SEMINE CORRUPTIBILEM. — Dat causam cur Christiani debeant fraterno amore invicem diligere, ut dixi versus precedenti, quia scilicet omnes fratres sunt, renati ex eodem semine verbi Dei et Evangelii Christi, ac consequenter quasi filii Christi omnes hereditatem eius incorruptibilem, de qua dixit Iudae capitis, sperant, ad eamque aspirant; ac rursus assequuntur, si filiationem hanc et amorem fraternitatis conservent, q. d. Memento, o Christiani, vos in baptismo Christi regeneratos, ac per novam mysticam et spiritualem nativitatem renatos esse factosque filios Dei: ergo vivite digne tanta nativitate et filiatione divina, ac impense invicem velit fratres in Christo, fide, Ecclesia, gratia et gloria diligit. Renati itaque estis non ex semine humano et corruptibili, sed « divino et » incorruptibili, puta » per verbum Dei vivi.

Semen ergo hoc incorruptibile est verbum Dei, puta Evangelium ejusque praedicatio; aut magis precise, semen hoc est inspiratio divina, sive gratia proveniens, qua Deus mentem, dum per au-

rem verbum Dei audit, excitat ad fidem, patientiam et novam vitam: hisse enim actibus quasi dispositionibus in anima positis illi Deus infundit gradum sanctificantem, qua regeneratur, sicut filii Dei, sicut positus in embryone dispositionibus requisitis, ille Deus infundit animam rationalem, qua generatur et nascitur homo. Sic *Math. cap. XIII,* Christus multis parabolis docet verbum Dei esse semen. Porro verbum Dei est incorruptibile, tum respectu cause efficientis, puta loquentis, quia Deus et Christus qui illud proloquitur, est incorruptibilis; tum ratione subjecti, quia scilicet hominem quem regenerat facit incorruptibilem, ut scilicet quasi filius Dei adest hereditatem ejus incorruptibilem, juxta illud Christi, *Joa. cap. III, vers. 5:* » Quod natum est ex carne, caro est: quod natum est ex spiritu, spiritus est. » Significat ergo Christus, aequae ac Petrus hic, duplicem esse hominis nativitatem, unam ex carne carneam et corruptibilem, alteram ex Spiritu spiritualem et incorruptibilem.

Secundo, nonnulli per « verbum Dei vivi » accipiunt verbum sive formam sacramenti Baptismi: » Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, » et aliorum Sacramentorum. In baptismo enim aqua est materia quasi mater, verbum est forma quasi pater, quae regenerat baptismum in Filium Dei. Unde baptisum vocatur « lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti, » ad Titum II, 3; et *Ephes. v. 26:* » Lavacrum aquae in verbo vitae, » id est per verbum, puta formam baptismi vivificantem, vitamque gratiae baptizato aspirantem. Et S. Dionysius, *Ecles. Hier., cap. III,* baptisium vocat *καταβαπτισμα,* id est, « matrem adoptionis et filiationis. » Hoc est quod ait Christus, *Joa. III, 5:* » Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. » Uude S. Chrysostomus, hom. 23 in *Joa.:* » Quod matrix, ait, est embryoni, hoc fidei est aqua, siquidem in aqua fingitur et formatur. » Et hom. 6 ad *Coloss.:* » In baptismo, ait, homo a Spiritu Sancto fingitur et componitur, sicut Christus in utero Virginis. » Praeclare vero S. Leo, serm. 3 *De Nativitate:* » Factus est homo, inquit, nostri generis, ut nos divina natura possemus esse consortes. Originem quam sumpsit in utero Virginis, posuit in fonte baptismi. Dedit aqua quod dedit matri: virtus enim Alhissimi et obumbratio Spiritus Sancti quae fecit ut Maria pareret Salvatorem, eandem facit ut regeneret unda credentem. » Verum prior sensus germanior est. Nam verbum Dei absolute positum significat Evangelium; verbum vero lavacri vel baptismi, significat formam baptismi, juxta illud S. Augustini, tract. 80 in *Joa.:* » Accedit verbum ad clementiam, et fit sacramentum; noa quia dicitur, sed quia creditur.

Tertio, nonnulli per « verbum Dei » accipiunt Christum, qui est Verbum Patris permanentium aeternum; per Christum enim Christique gratiam

baptismum regeneramur in filios Dei: sed hæc regeneratio fit mediante predicatione et fide. Quare hic sensus in primo includitur, estque genuinus et sublimis, præsertim quia in regeneratione et adoptione hæc celestis non tantum datur nobis gratia Christi, sed et personaliter ipse Christus, æque ac Pater et Spiritus Sanctus, ut vera simul «divinæ consortes nature» per ipsam deitatem, qua nobis communicatur, et in anima nostra quasi in templo inhabitat, de quo plura II Petri 1, 4.

Moraliter nota quanta sit dignitas hujus regenerationis qua renasemur filii Dei. Audi Christum, *Joan.* cap. 1, vers. 12: «Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.» Audi S. Chrysostomum in cap. vi ad *Galatas*: «Natura nostra quæ senio peccati inveteraverat, repente baptismi lavacro renovata est, non aliter quam si demum esset condita.» Audi S. Cyrillum Alexandrinum, lib. II in *Joan.*, cap. XIII: «Natum ex Spiritu spiritum hominis dicimus, non quia ex eo secundum naturam est, sed quia per ipsum ad Deum reformatur ac proprio ejus charactere insignitur, ad suam, ut sic dixerim, qualitatem animo transfunditur.» Audi S. Basilium, *hom. De Baptismo*: «Sicut quod secundum carnem natum est ex aliquo, tale est quale id ex quo natum est: ita et nos ex Spiritu nati spiritus sumus.»

Quocirca Christiani jam baptismo renati et filii Dei effecti, cogitent se mortuos peccatis, vivere debere Deo secundum spiritum instar angelorum. «Per baptismi operationem, ait S. Ambrosius in cap. XXXI *Numer.*, moriuntur homines culpæ veteri et iniquorum operibus, ut in novitalem vite in consortio iustorum transfigurati, in eorum moribus resurgant.» Et *Plat.* *Milevitanus*, lib. V *Contra Parmenium*: «Est, ait, baptismus virtutum vita, criminum mors, natiuitas immortalis, celestis regni comparatio, innocentie portus, peccatorum naufragium.» S. Cyprianus, lib. II, *epist. ad Donat.*: «Postquam, ait, unda genitalis auxilio superioris ævi libe detersa, in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infudit, postquam cælitus spiritu hausto in novum me hominem natiuitas secunda reparavit, mirum in modum profinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa; facultatem dare, quod prius difficile videbatur; geri posse, quod impossibile putabatur ut esset; agnoscere terrenum fuisse, quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret; Dei esse copiosè, quod jam Spiritus Sanctus animaret. Scis ipse quid detraherit nobis, quidve contulerit ista mors criminum, vita virtutum, etc., ut quis expiatus et purus nulla incensantis inimici laque captiatur, ut in omnem grassantis adversarii exercitum imperioso jure dominetur.» Et sub *idem*: «Una igitur placida et fida tranquillitas,

una solida et firma securitas, si quis ab iniquitatis sæculi turbulibus extractus, salutis portus statione fundatus ad cælum oculos tollat a terris, et ad Domini cælum admissus, ac Deo suo jam mente proximus, quidquid apud ceteros in rebus humanis sublime ac magnum videbitur, infra suam jacere conscientiam gloriatur. Nihil appere de sæculo potest, qui sæculo major est.»

Et *PERMANENTIS IN ÆTERNUM*. — *g. d.* Sicut Deus est æternus, et permanet in æternum, ita et verbum Dei, ex eoque nostra regeneratio, adoptio et filiatio est æterna, permanetque in æternum. Unde S. Paulinus, *Natali 2 S. Felicitis*, Christum alloquens ait:

In te composita mihi fixa sit anchora vite.

Et Nazianzenus in *Disticis*:

Et statua in medio tibi pectore corporis experti
Sed Deus, huic templum construe mente tua.

24. *QUIA OMNIS CARO UT FORNUM, ETIA, VERBE ACTEN DOMINI MANET IN ÆTERNUM*. — Probat in quo dixit, scilicet verbum Dei esse incorruptibile et permanere cum Deo et in Deo in æternum, ex *Isaia*, qui cap. XI, vers. 6, ait, omnem carnem omnemque hominem instar fœni exarescere et mori, verbum autem Domini manere in æternum. Locum hunc explend in *Isaia*, quare ibi dicta hic non repetam, nec actum agam. Dicit hoc Petrus, ut fideles avocet ab amore carnis et mundi, omniumque rerum terrenarum, itaque traducet ad simplicem amorem Dei et proximi. Stimulus ejus est, quod res terrene perpetuo fluant, illicoque transeant, juxta illud *Psal.* 1, vers. 12: «Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut fenam arvi; tu autem, Domine, in æternum permanes.» Vere S. Augustinus, tract. 7 in *Joan.*, ait: «Lætitia sæculi vanitas est; cum magna expectatione speratur ut veniat, et non potest teneri cum venerit. Iste dies qui lætus est, cras utique non erit. Transeunt omnia, evolvant omnia, et sicut fumus evanescent. Væ qui amat talia! Omnis quippe caro fenam, et omnis gloria ejus ut flos fœni. Filii ergo hominum, ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium? Vidit hoc per umbram, sed lenem et obscurem, Plinius secundus, qui lib. II, *epistola 4*, defensus mortem Virginii Ruli consulis: «Si tamen, ait, fas est aut flere, aut mortem vocare, qua tanti viri mortalitas magis finitur, quam vita est. Vivit enim, vivetque semper in memoria hominum:» utinam Dei, si saluti sit capax!

25. *HOC EST VERBUM QUOD EVANGELIZATUR EST IN VOS*, — id est, vobis. Ita Syrus, *g. d.* Hoc *Isaie* verbum est verbum Evangelii de Christo, ejusque redemptione, vocatione, fide, gratia, salute et gloria quam vobis attulit. Vere de hujus verbi fide credidit efficacia S. Leo, *serm. 2 De Ascensu*: «Hanc fidem, ait, Domini ascensione auctam, et Spiritus Sancti munere roboratam, non vincula, non carceres,

non exilia, non fames, non ignis, non lanatus ferarum, non exquisita persequentium crudelitibus supplicia teruerunt. Pro hæc fide per universum mundum non solum viri, sed etiam fo-

mina; nec tantum impuberes pueri, sed etiam tenere virgines, usque ad effusionem sui sanguinis decerantur. Hæc fides damnata eiecit, regitudines depulit, mortuos suscitavit.»

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Post catechesin dogmaticam mysteriorum et doctrinæ Christi, pergit ad ethicam virtutum et morum Christianorum, instruendo fideles *per baptismum renatos, quibus virtutibus, quasi civibus, ali et crescere debent in virum perfectum in Christo: nimirum primo, ut sicut modo geniti infantes rationale, sine dolo lac concupiscant. Secundo, ut magnitudinem vocationis suæ estiment, et juxta eam condigne vivant, offerendo Deo spirituales hostias, quasi genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, vers. 4 et sequent. Tertio, vers. 11, ut quasi peregrini abstineant a carnalibus desideriis. Quarto, vers. 13, ut suis principibus et heris, licet Ethnicis et discolis, obedientiam debitam exhibeant. Quinto, vers. 19, ut patienter sustineant persecutiones et afflictiones quasilibet exemplo Christi, qui quasi agnus tradidit se Judæis ad crucem et mortem.*

1. Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, 2. sicut modo geniti infantes, rationale, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. 3. Si tamen gustatis quoniam dulcis est Dominus. 4. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobaturum, a Deo autem electum et honorificatum: 5. et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. 6. Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: et qui crediderit in eum, non confundetur. 7. Vobis igitur honor creditibus, non creditibus autem lapis, quem reproberunt edificantes, hic factus est in caput anguli, 8. et lapis offensionis et petra scandali his, qui offendant verbo, nec credunt in quo et positi sunt. 9. Vos autem gens electam, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. 10. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. 11. Charissimi, obsecro vos tanquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, qua militat adversus animam. 12. Conversationem vestram inter Gentes habentes bonam: ut in eo, quod detrahet de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis. 13. Subjecti igitur estote omni humane creatura propter Deum: sive regi quasi præcellenti: 14. sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum: 15. quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: 16. quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut servi Dei. 17. Omnes honorate: fraternitatem diligite, Deum timete: Regem honorificate. 18. Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis. 19. Hæc enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens injuste. 20. Quæ enim est gloria, si peccantes, et colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. 21. In hoc enim vocati estis: quia et Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. 22. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus: 23. qui cum malediceretur, non maledicbat: cum pate-

baptismum regeneramur in filios Dei: sed hæc regeneratio fit mediante predicatione et fide. Quare hic sensus in primo includitur, estque genuinus et sublimis, præsertim quia in regeneratione et adoptione hæc celestis non tantum datur nobis gratia Christi, sed et personaliter ipse Christus, æque ac Pater et Spiritus Sanctus, ut vera simul «divinæ consortes nature» per ipsam deitatem, qua nobis communicatur, et in anima nostra quasi in templo inhabitat, de quo plura II Petri 1, 4.

Moraliter nota quanta sit dignitas hujus regenerationis qua renasemur filii Dei. Audi Christum, *Joan.* cap. 1, vers. 12: «Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.» Audi S. Chrysostomum in cap. vi ad *Galatas*: «Natura nostra quæ senio peccati inveteraverat, repente baptismi lavacro renovata est, non aliter quam si demum esset condita.» Audi S. Cyrillum Alexandrinum, lib. II in *Joan.*, cap. XIII: «Natum ex Spiritu spiritum hominis disimus, non quia ex eo secundum naturam est, sed quia per ipsum ad Deum reformatur ac proprio ejus charactere insignitur, ad suam, ut sic dixerim, qualitatem animo transfusamur.» Audi S. Basilium, *hom. De Baptismo*: «Sicut quod secundum carnem natum est ex aliquo, tale est quale id ex quo natum est: ita et nos ex Spiritu nati spiritus sumus.»

Quocirca Christiani jam baptismo renati et filii Dei effecti, cogitent se mortuos peccatis, vivere debere Deo secundum spiritum instar angelorum. «Per baptismi operationem, ait S. Ambrosius in cap. XXXI *Numer.*, moriuntur homines culpæ veteri et iniquorum operibus, ut in novitatem vite in consortio iustorum transfigurati, in eorum moribus resurgant.» Et *Plat.* *Milevitanus*, lib. V *Contra Parmenium*: «Est, ait, baptismus virtutum vita, criminum mors, natiuitas immortalis, celestis regni comparatio, innocentie portus, peccatorum naufragium.» S. Cyprianus, lib. II, *epist. ad Donat.*: «Postquam, ait, unda genitalis auxilio superioris ævi libe detersa, in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infudit, postquam cælitus spiritu hausto in novum me hominem natiuitas secunda reparavit, mirum in modum profinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa; facultatem dare, quod prius difficile videbatur; geri posse, quod impossibile putabatur ut esset; agnoscere terrenum fuisse, quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret; Dei esse cognoscere, quod jam Spiritus Sanctus animaret. Scis ipse quid detraherit nobis, quidve contulerit ista mors criminum, vita virtutum, etc., ut quis expiatus et purus nulla incensantis inimici laque captiatur, ut in omnem grassantis adversarii exercitum imperioso jure dominetur.» Et sub finem: «Una igitur placida et fida tranquillitas,

una solida et firma securitas, si quis ab iniquitatis sæculi turbulibus extractus, salutis portus statione fundatus ad cælum oculos tollat a terris, et ad Domini cælum admissus, ac Deo suo jam mente proximus, quidquid apud ceteros in rebus humanis sublime ac magnum videbitur, infra suam jacere conscientiam gloriatur. Nihil appere de sæculo potest, qui sæculo major est.»

Et PERMANENTIS IN ÆTERNUM. — *g. d.* Sicut Deus est æternus, et permanet in æternum, ita et verbum Dei, ex eoque nostra regeneratio, adoptio et filiatio est æterna, permanetque in æternum. Unde S. Paulinus, *Natali 2 S. Felicitis*, Christum allegans ait:

In te composita mihi fixa sit anchora vite.

Et Nazianzenus in *Distichis*:

Et statua in medio tibi pectore corporis experti
Sic Deus, huic templum construe mente tua.

24. QUIA OMNIS CARO UT FORNUM, ETIA, VERBUM ACTUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM.— Probat in quo dixit, scilicet verbum Dei esse incorruptibile et permanere cum Deo et in Deo in æternum, ex *Isaia*, qui cap. XI, vers. 6, ait, omnem carnem omnemque hominem instar fœni exarescere et mori, verbum autem Domini manere in æternum. Locum hunc explend in *Isaia*, quare ibi dicta hic non repetam, nec actum agam. Dicit hoc Petrus, ut fideles avocet ab amore carnis et mundi, omniumque rerum terrenarum, itaque traducet ad simplicem amorem Dei et proximi. Stimulus ejus est, quod res terrene perpetuo fluant, illicoque transeant, juxta illud *Psal.* 1, vers. 12: «Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut fenam arvi; tu autem, Domine, in æternum permanes.» Vere S. Augustinus, tract. 7 in *Joan.*, ait: «Lætitia sæculi vanitas est; cum magna expectatione speratur ut veniat, et non potest teneri cum venerit. Iste dies qui lætus est, cras utique non erit. Transeunt omnia, evolvant omnia, et sicut fumus evanescent. Væ qui amat talia! Omnis quippe caro fenam, et omnis gloria ejus ut flos fœni. Filii ergo hominum, ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium? Vidit hoc per umbram, sed lenem et obscurem, Plinius secundus, qui lib. II, *epistola 4*, defensus mortem Virginii Ruli consulis: «Si tamen, ait, fas est aut flere, aut mortem vocare, qua tanti viri mortalitas magis finitur, quam vita est. Vivit enim, vivetque semper in memoria hominum:» utinam Dei, si saluti sit capax!

25. HOC EST VERBUM QUOD EVANGELIZATUR EST IN VOS, — id est, vobis. Ita Syrus, *g. d.* Hoc *Isaie* verbum est verbum Evangelii de Christo, ejusque redemptione, vocatione, fide, gratia, salute et gloria quam vobis attulit. Vere de hujus verbi fide credidit efficacia S. Leo, *serm. 2 De Ascensu*: «Hanc fidem, ait, Domini ascensione auctam, et Spiritus Sancti munere roboratam, non vincula, non carceres,

non exilia, non fames, non ignis, non lanatus ferarum, non exquisita persequentium crudelitibus supplicia terrentur. Pro hæc fide per universum mundum non solum viri, sed etiam fo-

mina; nec tantum impuberes pueri, sed etiam tenere virgines, usque ad effusionem sui sanguinis decertant. Hæc fides damnata eiecit, regitudines depulit, mortuos suscitavit.»

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Post catechesin dogmaticam mysteriorum et doctrinæ Christi, pergit ad ethicam virtutum et morum Christianorum, instruendo fideles *per baptismum renatos, quibus virtutibus, quasi civibus, ali et crescere debent in virum perfectum in Christo: nimirum primo, ut sicut modo geniti infantes rationale, sine dolo lac concupiscant. Secundo, ut magnitudinem vocationis suæ estiment, et juxta eam condigne vivant, offerendo Deo spirituales hostias, quasi genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, vers. 4 et sequent. Tertio, vers. 11, ut quasi peregrini abstineant a carnalibus desideriis. Quarto, vers. 13, ut suis principibus et heris, licet Ethnicis et discolis, obedientiam debitam exhibeant. Quinto, vers. 19, ut patienter sustineant persecutiones et afflictiones quasilibet exemplo Christi, qui quasi agnus tradidit se Judæis ad crucem et mortem.*

1. Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, 2. sicut modo geniti infantes, rationale, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. 3. Si tamen gustatis quoniam dulcis est Dominus. 4. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobaturum, a Deo autem electum et honorificatum: 5. et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. 6. Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: et qui crediderit in eum, non confundetur. 7. Vobis igitur honor creditibus, non creditibus autem lapis, quem reproberunt edificantes, hic factus est in caput anguli, 8. et lapis offensionis et petra scandali his, qui offendant verbo, nec credunt in quo et positi sunt. 9. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. 10. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. 11. Charissimi, obsecro vos tanquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, qua militat adversus animam. 12. Conversationem vestram inter Gentes habentes bonam: ut in eo, quod detrahet de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis. 13. Subjecti igitur estote omni humane creatura propter Deum: sive regi quasi præcellenti: 14. sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum: 15. quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: 16. quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut servi Dei. 17. Omnes honorate: fraternitatem diligite, Deum timete: Regem honorificate. 18. Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis. 19. Hæc enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens injuste. 20. Quæ enim est gloria, si peccantes, et colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. 21. In hoc enim vocati estis: quia et Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. 22. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolum in ore ejus: 23. qui cum malediceretur, non maledicbat: cum pate-

retur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se injuste. 24. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitie vivamus: cuius livore sanati estis. 25. Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.

1. DEPONENTES IGITUR. — Vox *igitur* connectit hæc præcedentibus, ex hisque quasi principis conclusionem elicit, q. d. *Dixi cap. preced.*, vers. 23, vos renatos esse in baptismo ex semine incorruptibili per verbum Dei vivi, hæc et jam novi homines esse cooperatis, puta fideles, Christiani et sancti in Christo; igitur studiosè sagacitè, ut depositis gentilismi moribus et vitis, infantiam et innocentiam Christianam, quam in cœlesti hæc regeneratio et novitate inchoatis, constanter retineatis, in eaque quotidiè adolescatis et crescatis, ut nihil nisi Deum et Christum quem indistinctè, captivis, gustetis, spiritis. Pro *deponentes* græcè est *ἐπιθετός* in aoristo, id est, *cum deposueritis*: quia scilicet in baptismo jam deposuerunt omnino peccatum et culpam, ut non omnino vitam, quia remanebant in eis reliqui mali habitus. Iubet ergo Petrus, ut sicut jam deposuerunt omnino peccatum, ita et sicut omnes ejus relictos et habitus pravo exuerint et deponere: nec enim posse contraria virtute simplicitatis et innocentie potiri, nisi prius omnem malitiam exverint. Unde Noster aptè vertit, *deponentes*; Syrus, *cessare facite*, q. d. *Cum deposueritis culpam, deponite pariter et exipiate omnem ad eam inclinationem et habitum*; prius enim hic deponendus est, quam contraria virtutis vestis pleas assumi indigne possit. Unde et Paganus et Tigrinus vertunt, *deposita igitur omni malitia, etc., rationabile sine dolo hoc concipite*. Quocirca antitropha huius Petri sententiæ est illa Pauli, *Ephe. iv. 22*: «Deponere vos secundum prisinam conversationem veterem hominem, qui corruptum secundum desideria erroris; renovamini autem spiritu mentis vestre, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis», etc. Et S. Jacobi, cap. 1, vers. 21: «Propter quod abiciatis immunditiam et abundantiam malitiam, in mansuetudine suscipite ipsam verbum (quasi rationabile hæc), quod potest salvare animas vestras.» Vide utrobique dicta. Præclare S. Cyprinus, *De zelo et timore*, citans illud 1. Corinth., cap. xv, vers. 47, *Sicut portavimus imaginem terrenam (Adæ), portemus et imaginem cœlestis (Christi)*: «Imaginem, ait, cœlestem portare non possumus, nisi in eo quod esse nunc concipimus, Christi similitudinem præbeamus. Hoc est enim mutasse quod fueras, et compressisse quod non eras, ut in te divina nativitas luceat, ut ad Patrem Deum deifica disciplina respondeat, ut honore et laude vivendi Deus in homine clarescat.»

MALITIAM. — «Malitia,» græcè *κακία*, primo, est malignitas, qua in tergiversatione et calliditate sentitur, ait S. Hieronymus in capite iv ad

Ephe. Secundo, «est nocendi amor, et cum quis malo deleatur alieno,» ait S. Augustinus, *hom. 20 infer 50*. A quo famosus ille latus apud Pœdas dictus est Cacus. Nam, ut ait S. Augustinus, lib. xix *De Civit.*, xii: «Cacus tam erat malitie singularis, ut ex hac et nomen inventum sit, nam *malus* græcè κακία dicitur, quod illa vocabatur, et propter insatiabilem feritatem semihominem quam hominem dicere maluerunt. Tertio, «malitia» est in tena perversitas, ex qua quis data opera male agit: ex malitia enim oritur maleficientia, sicut ex honestate beneficentia. Malitia ergo est animi pravitas, odium, invidia, machinatio doli, fraudis omnique mali. Quarto, κακία summi potest pro *causis*, id est, *malitia*, pro maleficientia et maleficientia, puta pro obtrahatione, criminatione, noxa: κακία enim idem est quod aggravare, improbo, abusu, maleficio. Inde Callimachus pictor dictus est *κακιστεχνος*, quia sui operis et pietate junctus erat calumniator, ait Plinius, lib. xxxiv, cap. ix. Sic ex adverso bonitas subinde vocatur ipsa benignitas et beneficentia, ut cum dicimus bonus deus, bonus pater, bonus dominus, id est, benignus et clemens. Iustitiam enim dividunt in duas partes: justitiam, qua est reverentia, et benignitatem sicut beneficentiam. Quinto, «malitia» est omne vitium et peccatum, ait Aristoteles, lib. vii *Ethicor.*, sicut e contrario bonitas vocatur quelibet virtus et honestas, etiam justitiam, ut cum dicimus, bonus vir, bonus iudex, bonus servus, id est, justus et exequens officii sui debitum. Omnibus his modis hic accipi potest, aptius tamen secundo. Agit enim S. Petrus de malitia que opponitur charitati fraternitatis, de qua proxime sermo præcessit, queque generat dolum, simulationes, invidias, detractiones, ut sequitur: hæc autem est improba adversus proximum cogitatio, eique nocendi amor.

Et OMNES DOLUM. — «Dolus» est machinatio fraudis ad circumventionem aliquem, qui proinde hominum societatem evellit. Quocirca Donatus censet dolum dici a dolando, id est lædendo et minuendo: nam et græcè *δολο*: *basilō* dicitur. Verum dolus fraudem potius, lucum et simulationem significat quam lesionem. Unde et tractoris, cum lana alium colorem inducunt, dicitur *δολο*, et *δολο* vocantur pugiones et sicae, quibus quis alium ferit fraudulenter et dolose. Hinc etiam vocatur *dolus malus*, cui opponitur bona fides. Est enim dolus bonus, quo usus est Paulus dicens: «Cum essem astutus dolo vos cepi,» II Corinth., xii, 46. Audi Ippianum, lib. 1, ff. *De Dolo malo*: «Dolum malum Servius ita definit, machinationem quamdam alterius decipiendi

causa, cum aliud agitur et aliud simulatur.» Et inferius: «Labeo sic definit, dolum esse omnem calliditatem, fallaciam; machinationem ad circumventionem, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Labentis definitio vera est: malum dolum adiect: veteres enim bonum dolum dicebant, et pro solertia hoc nomen accipiebant, maxime si adversus hostem intronemve quis machinetur.» Sic et Cicerō, lib. III *Offic.*: «Cum ex eo (Aquilio), inquit, quærerem quid esset dolum, malus? respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum.» Et lib. III *De Natura Deorum*: «Inde evericulum maliarum omnium, iudicium de dolo malo, quod Aquilius protulit: quem dolum idem Aquilius familiaris noster tum teneri potuit, cum aliud sit simulatum, aliud actum.» Quare dolosus videtur habere «duplex cor, unum in quo videtur veritatem, alterum in quo conspicias mendaciam,» ait S. Augustinus, tract. 7 in *Jean*. Hinc Nathanael laudat Christus, dicens: «Ecce vere Israelita in quo dolus non est,» Joan. 1, 47.

Tales sint Christiani, ut idem de his dicat Christus, Deus enim est «Deus veritatis,» Galat. ii, 14. Diabolus vero est «pater mendacii,» et consequenter doli, *Joanis viii, 44*.

Et SIMULATIONES. — Græcè *βλάπτω*; Christiana enim veritas, sinceritas et simplicitas est columbina, ovina et agnina, queque abominatur omnem hypocritam et simulationem, ait (Ecumenius. Et, ut ait S. Augustinus in *Psalm. cxm*: «Simulata equitas non est equitas, sed duplex iniquitas.» Veritas enim est virtus, «qua quis et vita et sermone talem se demonstrat, qualis revera est,» ait Aristoteles, IV *Ethic.*, cap. vii. Unde et Plato apud Plutarchum, lib. *Num inter pocula philosophandum sit?* ait summè perversitatis esse, cum quis malus et perversus ad hoc conatur, ut videatur esse bonus. Hinc Diogenes Cynicus videns quemdam mollem leonis exuvibus amictum, quasi alterum Herulem incedere: «Non tu desines, inquit, virtutis stragula pulescere?» Ita Laertius, lib. vi, cap. ii. Quocirca sapienter Alfonso, Aragonum rex, dicebat, propterea Deum tantopere in hypocritis severire, quod dum homines decipiunt, interponant Deum ipsum tanquam sceleris mediatorum; ideoque ut plurimum viventes adhuc plecti in oculis hominum quos Dei nomine sefellissent, ut intelligant homines, a tabulis monstris maxime cavendum esse. Ita Pambolanus et Æneas Sylvius in *Genes et Dictis Alfonsi*. Hoc est quod dicitur Job xxxvi, 43: «Simulationes et callidi provocant iram Dei.» S. Augustinus, *hom. 2* inter 50, *Sermones*: vertit *calliditates*, scilicet pro genere ponens speciem maxime insignem; adulatores enim sunt summi et nocentissimi hypocritæ.

INVIDIAS. — «Invidia proprium est diaboli peccatum,» ait S. Basilus, *hom. De Ira*, *Invidia et Avaritia*, et S. Augustinus, lib. *De Discipulis Christi*,

cap. i. Diabolus enim in celo invidit humanitati Christi unione hypostatice sibi a Deo revelatam, in terra vero invidit Adæ et posteris gloriam cœlestem, e qua ipse per peccatum exciderat. Unde «invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum: imitatur autem illum unus qui sunt ex parte illius,» Sap. ii, 25. Ursum S. Augustinus, *serm. 18 De Temp.*, invidia danna recensens: «Hæc, ait, est que angulum de celo projecti, hominem de paradiso exulavit, Abelen occidit, contra Joseph fratres armavit, Danielem in lacum leonum misit, caput nostrum cruce affixit, et Judam suspensio sustulit. Fratres mei, super tecta predicato, quod invidia est illa fera pessima que fidem tollit, concordiam dissipat, iustitiam disperdit, et omnia mala generat. Hinc viros Jerusalem evellit, Romam depopulavit, Carthagine destruxit, Trojam devastavit.» Invidiam paucè ita describit Pindarus in *Nemæis*, ode 8: «Oppositum invidis sunt sermones; attingit vero probos semper invidia, et cum deterioribus non contendit.»

Sed eandem egregie pingit S. Basilus, *Admonit. ad filium spirituales*, cum hasce invidi et pacifici antitheses assignat. *Primo*, «qui amplectitur pacem in mentis sua hospitio, mansionem præparat Christo, quia Christiana pax est, et in pace requiescere cupit: vir autem invidius omnibus modis execratur. *Secundo*, vir pacificus in tranquillitate est semper cor ejus: invidius autem similis navi cum jacatur a fluctibus maris. *Tertio*, homo pacificus securam possidet mentem: invidius autem in perturbatione est semper: qui autem seculatur pacem, tunc est semper undique ac tumultus. Nam invidius, ut lupus rapax, insanit inaniter. *Quarto*, pacificus est ut vinca honesta abundans fructu copioso: invidius autem opus indigentia ac miseria detinetur; et quantum pacificus gaudens in Domino deleatur, tantum invidius tabescens ad nihilum redigitur. *Quinto*, ex abundantia lætitiæ pacificus homo dignoscitur: ex vultu mardoico et furore pleno invidius demonstratur. *Sexto*, pacificus homo consortium angelorum meretur, invidius homo participes demoniorum afficit. *Septimo*, sicut pax secreta mentis illuminat: ita invidia ocula cordis obnoxat. *Octavo*, pax effugit et perturbat omnem discordiam: invidi autem invidiam invidiam cumulat; a splendore autem pacis effugatur omnis caligo: et ubi obscedit invidia, ibi obscuritas et exteriores tenebre. Sectare ergo, filii, desiderabile nomen pacis, ut fructus pacis possis acquirere, et excorare invidiam, id est malorum fructibus replearis.»

Idem, *hom. De Invidia*, ejus indolem, habitum et mores per hæc epitheta et similitudines describit: «Pugilemus, ait, fratres, intolerabile malum. Serpentes id est præceptum, diaboli inventum, inimici satio, panitionis arthabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, regni condempni-

valio. Nam et ipso fatentur ore hoc vitium invidi: aspectus illis est aridus et obscurus, gena subtritis, supercilium demissum, anima ipsa morbo suffusa, prudentiam in dignoscenda veritate ac rebus agendis minime habens. Apud eos enim nec actio secundum veritatem ulla est, nec vis orationis gravitate ornata, non gratia comitata, non denique aliquid aliud honestum aut circumspicuum conspicitur. Sicque antem vulvures per multa quidem prata, multa etiam arvensa et odorata loca circumvolantes, ad fabricas et laevulenta loca feruntur, musca quoque salubre, si quod offendunt, praeterunt, ad ulcers vero properant: sic et invidi vite splendorem, ac rerum bene gestarum magnitudinem minime quidem respiciunt, mœnea vero et fragilia, et si quid erratum (ut quandoque rebus accidit humanis) tantum observant, hæc divulgant, et per hoc tantum homines cognosci volunt. Quemadmodum maligni pictores, qui hominis imaginem, vel ex contortione, vel tubere, aut membri cuspisium multitudine, natura seu casu insita, corpori effingunt, notabilemque reddunt. Iniquum profecto, id quod laudabile potissimum fuerit, alienius peioris gratia manifeste occultare, et virtutem esse vicinitate vitii (si quod forte reperit) calumniari. Fortitudinem, audentiam potius appellat: modestum vero, sine sensu hominem; justum, immitem et inimicum severum; prudentem, astutum; magnificum, vastum; liberalem, ut prodigium taxant; domesticum, frugale, avarum dicunt. Demergo omnes virtutes species in vitia vitiorum nomina convertunt, nusquam calumniis rebus laudabilis deficiente. Additque, « invidie remedium esse, nil estimare magnum in rebus humanis, » non gloriam, non opes, sed cogitare ad sempiternorum et verorum bonorum participationem se esse vocatum.

Præclare S. Athanasius (vel quisquis est auctor: stylus enim arguit fuisse Latinum, non Græcum) *Eloth. ad Monach.*: « Esto, inquit, ab aliquibus frater tuus propensus honoretur, nec illos quasi minus amicos habeas, nec hunc quasi æmulum prelate venerationis attendas. Quinimo judica circa te augmentum illius honoris accesserit, sciens scriptum: Si enim gloriatur unum membrum congaudent omnia membra: vos autem estis corpus Christi, et membra. Nam quicumque aliquem vestrum diligit, omnem dignitatem Deo, in quo vos colitis, ascribit. » Plura de invidia dicitur *Genes.* cap. xxxvii, 3.

Et OMNES, SIBI ACTIONES. — Multiplex enim et pene infinitum est detractorum genus, quod omnem fraternam charitatem, quam impense hic commendat S. Petrus, lædit et interimit. *Vide dicta Jacobi* iii, 6. *Audi S. Augustinum*, *hom. 20* inter 30, hæc omnia paucis enucleantem: « Quid, ait, est malitia, nisi nocendi amor? Quid dolus, nisi aliud agere, aliud simulare? Quid adulatio, nisi fallaci laude seductio? Quid invidia, nisi

odium felicitatis aliene? Quid detractio, nisi mordacior, quam veracior reprehensio? Malitia malo delectatur alieno. Dolus duplicat cor, adulatio linguam, detractio vulnerat famam: »

2. SICUT MODO GENTI INFANTES. — Syrus, *estote sicut infantes simplices*. Commendat fidelibus jam renatis in Christo, etiam veteranis et canis, ut infantiam innocentiam, puritatem, humilitatem, obedientiam, docilitatem, facilitatem, simplicitatem et sinceritatem imitentur: esto enim has in infantibus, utpote ratione carentibus, non sint virtutes, sed virtutum dulcissimæ imagines, in baptizatis tamen sunt vere virtutes, quia per baptismum eis induuntur. Unde *Laetantius in Carmine De Resurrectione Domini de his ita canit*:

Res sceler, ecce tui restit pars magna trophæi,
Cum poras unicus sacra lavare beati.
Candidæ egrollit nitidus exercitus undis,
Aquse vetis vitium purgat in amice nova.

Et S. Paulinus:

In hoc parente sacro dicit de fonte sacerdos
Infantes nitros corpus, corde, habitu.

Baptizati enim vestuntur candida, ut illa internum candorem baptismi receptum representent: idque factitatum a tempore Apostolorum, ut patet ex S. Dionysio, *Cates. Hier.*, cap. ii et v. Hinc *Clemens Alexandrinus* scripsit librum *Paedagogi*, in quo cap. v et vi, docet omnes Christianos in Scriptura vocari pueros, pueros et pullos, eo quod debeant æmulari puerilem sinceritatem, humilitatem et puritatem. Christus enim edixit: « Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. » *Matth.* cap. xviii, vers. 3. Sic S. Paulus: « Facti, ait, sumus sicut parvuli in medio vestri, tanquam si nutrix fovet filios suos, » *1 Thess.* ii, 7. Rursum, in hac vita omnes fideles in gratia et sanctitate sunt infantes: in futura vero resurrectione erunt viri. Hinc *Cecilius* (quæ est vestis infantium tegens eorum capita) ab olim utuntur monachi; ut habitu profiteantur infantium simplicitatem et innocentiam. *Audi Cassianum*, *lib. 1 De Habitibus Monachorum*, cap. iv: « Cucullis namque perparvis usque ad cervicis humerorumque demissis confinis, quibus tantum capita contengant, indesinentibus utuntur ac noctibus, scilicet ut innocentiam et simplicitatem parvulorum juget custodire, etiam imitatione ipsius voluminis commoneantur, qui reversi ad infantiam Christi, dominis horis cum affectu et virtute deamant: » Cunctis enim est exallatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exallavi animam meam: sicut ablativus est super matrem suam. » Denique in Dominica in albis, quando baptizati olim deponerent vestes albas in baptismum acceptas, solent legi hæc verba loco epistolæ, ut his monentur fideles candorem

vestium mutare et conservare in candore animorum. Atque in hujus rei symbolum et memosyon dabatur eis agni effigies; hæcque est origo cerearum imaginum, quas vulgo Agnos Dei vocant, uti demonstrat *Josephus Vicecomes in Observ. Ecclæs.*, lib. V, cap. xi *De ritibus Baptismi*.

RATIONABILE. — Ita Romana: græce enim est *λογικος*. Perperam ergo nonnulli legunt, *rationabiles*. Jubeat itaque S. Petrus concupisci lac rationabile. *Primo*, q. d. humanum, non materiale, sed rationale, quod ex recte rationis dictamine, quasi mentis ubere manat. *Secundo*, « rationale, » q. d. Prudens, moderatum, discretum: sic enim jubet *Paulus* rationale esse obsequium nostrum, *Rom.* xii, 1. *Tertio*, *Clemens Alexandrinus*, *1 Paedog.* cap. vi, *Vatibus* et alii *verbum veritatis*, veritate: verbum enim doctrine et oris manat ex mente, ejusque verbo, quasi lac ex ubere. *Quarto*, *Syrus* *λογικος* vertit, *רוחניא* *ruhania*, id est *spirituale*, q. d. lac hoc non est carnale, sed spirituale; pascit mentem, non ventrem; esca est spiritus, non corporis; impinguat rationem et spiritum, non adipem et carnem (1).

SINE DOLO, — *ἀδολος*, id est sincerum, ut vertit *Syrus*. S. *Augustinus*, *hom. 20* inter 30, legit, *lac innocens*. Hæretici enim *gypsium lacte miscent*, id est, venenum erroris doctrine orthodoxæ inspungunt, ut ait *Freuchen*, *lib. III*, cap. xix. *Sole* enim, uti vino, ita et lacti miseri ac propinari venenum: unde et *lactare a lacto*, id est illicio, significant fallere et in fraudem inducere.

LAC CONCUPISCITE. — *Quæres*, quidnam hoc lac? Respondeo *primo*, est doctrina Evangelica, de qua paulo ante dixit: « Hoc est verbum quod evangelizatum est in vos; » illaque tam rudioribus rudibus, quam sublimioribus profectionibus traditur. Hæc vocatur « lac, » *primo*, ob ejus suavitatem et dulcedinem, cum lex vetus fuerit severa instar austri vini, vel aceti, juxta illud *Cant.* cap. i, vers. 4: « Meliora sunt ubera (dantis lac) tua vino; » sic *Paul.* xviii, vers. 11, elocutio Dei dicuntur « dulciora super mel et favum. » *Secundo*, quod animam nutrit, uti lac corpus; *Tertio*, quod animam facit nitidam, speciosam et fulgidam instar lactis. Unde de *Nazareis* dicitur *Thren.* cap. iv, 7: « Nitidiores lacte. » *Quarto*, quia pura est et sincera, sicut in lacte nihil est mixtum, nihil alienum, nihil fucatum, imo lac nullam rei obiectæ recipit referique speiem, uti referunt vinum, oleum, aqua, quæ reium obiectarum sunt specula. Hinc, *Cant.* v, 12, oculis sponsæ vocatur columbini, loti lacte, quia nullis falsis delunduntur imaginibus, ut explicat *Ibidem* *Jeherus*. *Quinto*, quia sicut lac est puer-

rorum delicia, eisque somnium conciliat, ac aliarum rerum sensum auferit: sic et doctrina Christi mentem dulcorat, sopit, tranquillat, inebriat. Hinc *Pindarus* hymnorum suavitate et elegantiam per lac melle mixtum significat, cum, *ode 3* in *Nemæis*, ait: « Ego tibi hoc melle mixtum cum albo lacte. » Jubeat ergo S. Petrus ut fideles hoc lac doctrine Evangelicæ assidue hauriant ab uberibus matris Ecclesiæ, eoque se saginent, adolescent et crescant, juxta illum vivendo, illamque in actus et mores conferendo et convertendo, uti infantes concoquendo et convertendo lac in suam substantiam, crescant et adolescent. Et hoc significat, « concupiscite: » fames enim et concupiscentia lactis facit illud optime concoqui, et converti in sanguinem purum (2).

Secundo, lac symbolum est candidis, sinceritatis, benevolentie. Hoc enim lac opponit Petrus dolo, simulationi, invidia. Per illud ergo significat se velle, ut Christiani in sua conversatione non sint acidi, asperi et fellidi, sed molli et lactei, id est candidi, amabiles, suaves, benigni, benefici, fraternæ vicem diligentes, juvenantes et promoventes. Hinc et *Homerus*, ait *Clemens*, viros justos vocat *λακταροειδους*, id est lacte vescentes. Alludit S. Petrus ad illud *Cant.*, cap. v, 4: « Comedit favum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo; comedite amici, et bibite, et inebriamini, charissimi. » Rursum alludit ad escam quam Emmanuel, id est, puero Jesu, assignat *Isaías*, *vi, 15*, dicens: « Butyrum et mel comedet; » ac *Christianis*, cap. vii, vers. 1: « Venite, emite, etc., vinum et lac: » vide utrobique dicta. Hujus rei symbolo olim recens baptizatis dabatur lac et mel (quin et etiamnum hisdem dant *Ethiopes*, ut patet ex eorum *Ritualibus*, *tom. IV Bibl. S. Patrum*) ut significaretur, *primo*, eorum infantia in Christo; *secundo*, vitios Christianæ suavitatis; *tertio*, humilitatis et mansuetudo infantiliis. Unde *Tertullianus*, *lib. 1 Contra Marcionem*, cap. xiv: « Mellis, inquit, et lactis societate suos infantat *Deus*. » Et *lib. De Corona militis*, cap. iii: « Inde suscepti lactis et mellis concordiam prægustamus. » Hoc est quod ait *S. Agnes*: « Mel et lac suscepti ex ore ejus. » Plura de hoc prisco ritu vide apud *Josephum Vicecomitem in Observat. Ecclæs.*, *lib. V De Baptismo*, cap. xli et xlii.

Tertio, *Clemens Alexandrinus*, *Paedog.* cap. vi, per lac verbale (sic enim ipse vertit) accipit Verbum incarnatum, puta Christum, de quo explicans subdit: « Si tamen gustatis quoniam dulcis est Dominus, » idque *primo*, quia, sicut lac ab ubere manat, ita Christus, quia Deus a patre, quia homo a matre procedit tanquam puer lacteus et lactens. *Secundo*, quia per Christum quasi lac ad mamillas Patris confugimus, ut ex ea gratiam,

(1) *Sexto*, quia Apostolus pergit in metaphora supra cap. i, 25, capta. Recens nati, Christiani eccl. admodum nuper Evangelio adscripti, nutriendi et alendi erant doctrina pura, quæ esset lactis instar quo infans nutritur.

(2) Ille sensus est genuinus.

omneque bonum sanguinis. Tercio, quia verba Christi erant lactea, id est suavia et gratiosa. Quarto, lacte notatur Christi humilitas. Unde S. Augustinus, tract. 3 *in epist. S. Joannis*: « Lact nostrum, ait, Christus humilis est. » Quinto, quia Christus est lac, id est, alimentum parvulorum et humilium, ait Clemens loco citato: imo ipse omnium fidelium est lac, mel et vinum, sit est delictis, dulcedo, exultatio et gaudium, uti docet Richardus de S. Victore, lib. II *De Humano*, cxi. Secundo, quia Christus sanguine format: sanguis autem consociatus fit lacti. Audi Aristotelem, lib. IV *De Generat. animal.*, cap. VIII: « Eadem materia est quae dicitur ex qua generationem naturae consistunt: carnis sanguinis humor in sanguinem habentibus est. Lac enim sanguis concoctus est, non corruptus. » Unde Empedoclem reprehendit quod lac vocaverit pus album: pus enim putredo est. Hinc Aegypti uti carne et sanguine, ita et ovis ac lacte abstinebant, quod dicerent ovis esse carnes liquidas, lac esse sanguinem colore tantum mutato, ait Plerius, *Hier.*, 37.

Quarto, pro ut rationabiles nonnulli accipiunt Eucharistiam, quae olim baptizatis, etiam infantibus, dabatur mox a baptismo, haec ex Apostolica traditione, ut docet S. Hieronymus, *Ecles. Hierarch.*, cap. v; unde et Gregorius in pueris dant Eucharistiam. Ita Salmeron hic, Turrianus, lib. II *De Eucharistia*, cap. xx et cxi, et innuit Clemens Alexandrinus, lib. I *Pedagog.*, vi.

Sic S. Petrus, cum in carcere Mamertino Romae conversisset et baptizasset S. Processum et Marcianum cum Amilia, et participes eos fecit corporis et sanguinis Domini. Idem factitatum Ss. Getulio, Ceresii, Amanio, Primitivo et Procopio aliisque martyribus recens baptizatis, tradit eorum Acta. Porro pueros sub una scilicet vini duntaxat specie, adultos vero sub utraque Eucharistiam sumpsisse, docet Hugo Victorinus, lib. I *De Sacram.*, cap. xx, et ex eo Josephus Vicecomes in *Obiter*, *Ecles.*, lib. V, cap. xxxvi. Pueri enim, praesertim infantes recens nati, facillius sumunt speciem vini, quam panis: illaque apposite vocatur lac, quia sicut vinum dicitur esse lac sequi, sic vice versa lac dicitur esse vinum puerorum.

Per lac ergo Eucharistiam hic accipi probant. Primum, quia lac hoc non est mortuum, nec brutum, sed vivum et rationale, puta homo rationale, scilicet Christus in Eucharistia. Secundo, quia Eucharistia quoad speciem habet lactis colorem, videtur enim hostia lactea; quoad saporem dulcissima est, ut lac quoad vim nutriendi, summa animas pascit et roborat. Unde subdit Petrus: « Ut in eo crescat in salutem, » quo alludens S. Dionysius, *Ecles. Hierarch.*, cap. v: « Tribuit, ait, sacerdos Sacramentum infanti, ut in eo nutriatur et crescat meritis augmentis. » Tertio, quia ante Eucharistiam debemus deponere omnem dolorem, simulationem, invidiam: imo reconciliari

fratri, si eum offendimus, non vero ante audicionem doctrinae Evangelicae, imo ex ejus auditu illa deponimus. Quarto, quia lac est sanguis Christi, quo nutritur in Eucharistia: lac enim non est aliud quam sanguis plane concoctus, idcoque albus. « Si enim, ait Clemens, in Christo regenerati sumus, qui nos regeneravit, proprio lacte nutrit, nempe verbo. Quiddam generavit, et quod generatur protinus alimentum praebere est consentaneum. Omni ergo ratione nos in omnibus Christo conjungimur, et familiares reddimur, et in cognitione per nutritionem ejus quo reddimur, et in consensione per nutritionem quas ex verbo efficitur, et in incorruptione per ejus ipsius institutionem et vitae agenda rationem. » Quinto, quia Eucharistiae competit a concupiscentia: ipsa enim quasi obvis et vita mentium summa aviditate sumi debet, tanta scilicet quanta infans papillas matris sugunt, imo majori, ait S. Chrysostomus, homil. 60 ad Popul. Secundo, quia subdit S. Petrus: « Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus: » quae verba sumpta sunt ex Psal. xxxiii, vers. 9: « Gustate et videle, quoniam suavitas est Dominus, » h. d. Gustate suavitatem carnis Christi in Eucharistia, inquit S. Basilus et Augustinus: unde et psalmus ille inscribitur: « David, cum immolavit vultum suum coram Achimelech, et dimisit eum et abiit, » cum scilicet fixisset missam alio a Saule, ut impetraret ab Achimelech panes propositionis, qui erant typus Eucharistiae. Quocirca idem psalmus allegorice tribuitur Eucharistiae a S. Jacobo in *Liturgia*, S. Dionysio, lib. *De Eccles. Hierarch.*, cap. *De communionem*, et S. Cyrillo Alexandrino, hom. *De Cena Domini*: atque ab Apostolis apud S. Clementem, lib. VIII *Constit.*, cap. xx, mandatur legi in Missa cum fil S. Synaxis.

Hic sensus appositus videtur (renatorum enim in Christo lac, id est esca, est Eucharistia), sed partialis. Per lac ergo adaequate accipit omnem cibum spirituale, quem suis fidelibus praestat Christus, nimirum doctrinam, gratiam, virtutes (praecipue candoris, sinceritatis et charitatis), Sacramenta, praesertim Eucharistiam. Hic enim eos ait in vitam aeternam, scilicet crescere in vitam perfectum, *Ephe.*, iv, 13.

Tropologicae lac hoc doctrinae vitaeque Christianae comedunt fideles, ut idem aliis communicent in eosque transfundant, itaque lac passivum fit activum. Unde in Lemnis lac signum est facultatis et maternitatis. Quocirca S. Pauli doctoris Gentium caput roscium pro sanguine dedit lac, ac triplici salu ternos «ntes dulces et quasi lacteos et terra eleuit, ut hoc miraculo doctrinae suae puritatem et copiam representaret.

Hinc et S. Basilus, homil. in S. Iulianum Martyrem, docet eandem eantem ad martyrium lac suis propinasse, tum spirituale exhortationis, tum omnes etiam feminas hortabatur ad martyrium; tur corporale, quo aquarum copiam, in-

deque fecunditatem illi loco in quo sepulta est, conceitavit. Sed audi S. Basilium: « Ad destinationem sibi fixam concita perrexit facie, habitu, ipsis quae deprecabatur verbis, alacritate insuper efflorescente, palam indicans quod in animo delibescerat, profundissimum gaudium. Melleres quotquot astabant proxime obsecrabat, nec ad tollerandos pro tuenda Christiana religione labores animos sineret remollescere; neu causificarentur, aut pretexerent infirmam femine naturam conditionem: Eadem quippe massa qua et viri et ipse constamus, dicebat. Ad imaginem Dei patris ac filii, et nos condita sumus: est sane mulier ab offitio evulsa, pereque ac vir, capax virtutis. Quil enim miri est? An non consanguineus et ipse sumus viris: quo fit ut et ipse Dominus nihil minus ac viri, redhibere debeamus firmitatem fidei atque constantiam, nec non in adversis patientiam. His diebus in ignorum struem accensum insilii, quo perinde ac thalamum splendore corruptus, corpus S. Iulianae circumplexa, animam quidem in caelestem illam destinavit regionem, et tunc illius meritis congruebat requiem; corpus autem honore praecipuo venerabile asseravit afflatus, et cognalis in oculum, nec ulla sui parte lassum, quod sane in ornatisimo primari templi urbis lotus vestibulo conditum, loco quidem ad arbis venerabilium sanctorum, nec minus qui eo ibi convehant effluat sanctiores. Terra porro lectus beate adventu aquam emisit, quae suapte natura nulli non nostrum gratiosissimum esse debeat. Adeo ut Martyr haec imaginem pietissimae referat matris, dum matris in morem totius incolae urbis alit suaviter, perinde ac lacte quopiam in communes usus affatum scaturiente. Haec ipsam in nos benignae contulit Martyr gratiam, quam olim «uis Ierichuntinis Eliseus impertivit, dum subalationem naturae communis aquarum loci Isidus e reumque finilini, benedictione permutavit in saporem dulcem plane deliciosum et perquam suavem. »

Et in eo (scilicet lacte Evangelii) crescat, et adolescatis et proficiatis in virtute et perfectione Christiana. Alividi ad lactis usum et fructum: lac enim non tantum nutrit pueros, sed et facit eos crescere in justam staturam. Significat ergo « lac, » fideles per doctrinam et gratiam Christi debere quotidie proficere et crescere in sanctitate, juxta illud Christi: « Beati qui esuriant et sitiunt justitiam. » Vide S. Gregorium, lib. XXI *Mor.*, cap. xx, et S. Bernardum, epist. 253 ad Garinum, ubi inter alia ait: « Vera virtus florem nescit, tempore non clauduit, etc. Numquid justus arbitratu se comprehendisse, nunquam dicit: Satis est; sed semper esurit silitque justitiam: ita ut si semper viveret, semper quantum in se est justior esse contenderet, semper se bono in melius proficere totis viribus conaretur. Non enim ad annum, vel

ad tempus instar mercenarii, sed in aeternum divino se mancipat famulatu. Audi vocem just: In aeternum non obliviscar iustificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me. » Et Inferius: « O monache, non vis proficere? Non. Vis ergo deflere? Nequaquam. Quid ergo? Sic, inquis, mihi vivere valo et manere in quo perveni: nec pejor fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis, quod esse non potes. Quid enim stat in hoc saeculo? Illustrat id exemplo Christi, qui pertulit benefaciendo et sanando omnes, Act. x, et Jacob, qui in scala vidit angelos, vel Iesec, lentes vel ascendentes, nullos subsistentes, ut significaretur a inter profectum et defectum in hoc statu mortalitatis vite nihil medium inveniri; sed quomodo ipsum corpus nostrum continue ad crescere constat, aut decrescere: sic necesse sit et spiritum aut proficere semper aut deflere. »

S. Augustinus, sermone 15 *De verbis Apostoli*, hunc modum crescenti assignat dies: « Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. Nam ubi tibi placuit, ibi remansisti. Si autem dixeris: Sufficit, et peristi. Semper adde, semper ambula, semper profice: noli in via manere; noli retro redire, noli deviare. Remanet, qui non proficit; retro redit, qui ad ea revolvitur unde jam abesseret; deviat, qui apostat. Melius it claudui in via, quam cursor profer viam. » Alivina assignat in *Psalm.* lx, sub initium, dicens: « Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostram fit, nec sibi quicumquam innotescit nisi tentatus, nec potest coronari nisi vicerit, nec potest vincere nisi certaverit, nec potest certare nisi inimicum et tentationes habuerit. » Signum vero profectus idem assignat in *Psalmo Psal.* cxix: « Cum, inquit, homo coeperit dispo nere ascensum, hoc dico aperitas, cum coeperit homo Christianus cogitare proficere, incipit pati linguas adversariorum. Quicumque illas nondum passus est, nondum proficit; quicumque illas non patitur, nec conatur proficere. »

IS SALUTEM. — Syrus, ad vitam, Vita enim gravitate actu crescit per operum merita, Vita vero gloria per eandem crescit in spe et iure: majora enim merita majus dant jus ad gloriam, atque majorem. Indicit S. Petrus Christianos in virtutibus crescere debere tota vita usque ad mortem, per quam ibunt ad salutem et vitam aeternam: sicut puer crescit usque ad virilem etatem. Unde Paulus jubet nos tota vita crescere in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, *Ephe.* iv, 13. Virtus enim et vita Christiana non patitur senium, sed semper vivida et vegeta perdurat, imo crescit semper et intenditur. Nam, ut ait Sapientis: « Iustorum semita quasi lux splendens, procedit et crescit usque ad perfectum diem, » *Proc.* iv, 18.

Praeclare Fernandus Diaconus, qui S. Fulgentio Ruspensi Episcopo coaevus et familiaris, magna

sanctitate vixit anno Christi 480, Regino Comiti potestati regulam recte vite ad salutem, hanc dat septem legibus comprehensam. Exiat in *Appendice Biblioth. SS. Patrum. Prima*, a Gratie Dei adiutorium tibi necessarium per actus singulos crede, dicens cum Apostolo : Gratia Dei sum id quod sum. *Secunda*, Vita tua speculuum sit, ubi milites tui videant, quid agere debeant. *Tertia*, Non praesae appetas, sed prodesse. *Quarta*, Dilige rempublicam sancti tempus. *Quinta*, Humanitas divina prepone. *Sexta*, Non esse multum justus. *Septima*, et ultima, Memento te esse christianum. Quam deinde singula fusa explicat et pertractat.

3. *St. TANEN.* — *Graece dicitur, id est, siquidem; potest quoque dicitur accipi pro inquam, id est quia quidem, ut sit causale, tumque sententia erit efficacior.*

GUSTASTIS (aliqui codices habent *gustatis*) certe sub *gustatis* intelligit *gustatis* more floribus. S. Hieronymus, in cap. XI *Reuch.*, pro *gustatis* legit, *credidistis*, quia gustus hic fit per fidem; plus tamen significat *gustatis*, scilicet effectum, fructum et gustum deliciarum et consolationum ex fide manantium, quas fidelibus infundit Deus) QUONIAM (quod) DULCIS EST DOMINUS. — Christus; unde pro *dictis graeco* est *graco*, id est, ut S. Hieronymus, in cap. XVIII *Ezechiel. suavis*; Paganinus et Valabius, *benignus*; Clarius, *bonus*; alii, *utilis*, probus, humanus, fructuosus, facilis ad gratificandum, indulgens, commodus, elemens. Hanc enim omnia significat *graco*, et talis fuit Christus, talesque fuerunt primi Christiani, ac debent esse eorum sequaces et posterii, ait S. Iustinus, *Apolo. II*, Xpc; ergo, id est Christus, per tota, id est *unctus*, fuit *graco*, per tota, id est *beneficus*, officiosus *omnibus*. Unde Gentiles olim Christum vocabant *Christum*, et Christianos Christianos, teste Lactantio, lib. IV, cap. VII, et Tertulliano, *Apol. III*. Alludit S. Petrus, imo citat *Psal. XXXIII*, vers. 9: «Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus» (1).

Porro hanc Domini dulcedinem gustarunt, et etiamnum gustant fideles, cum doctrina Christiana quasi lacte divino imbuntur, ac baptismo et vita Christiana inhiantur, in eaque constantes progrediuntur. Dulcedinem hanc parit puritas et securitas conscientiae, fiducia in Deum, spes gloriae, ac consolationes spirituales, quas novit in fide et religione infundere solet Deus, iisque quasi lacte eos ad se alliere et alere. Cujus rei figura fuit manna, quod Hebraeos ex Aegypto in desertum Deum sequentes aluit. Manna, inquam, «quod in se habebat omne delectamentum et omnem saporis suavitatem», «Sapient. XVI, 20.

(1) Pergit in coepta translatione. Infantes qui degustaverunt lacte materno, magis illud appetunt, et desiderant matrem. Ita etiam Christiani experientia edoceri quam suave sit et salubre lac doctrinae, magno amore nutant in Christum.

Hanc Dei dulcedinem gustat S. Petrus, cum visa humanitatis Christi gloria in monte Thabor quasi ebrius exclamavit: «Domine, bonum est nos hic esse; faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliae unum», *Math. XVII, 4*; et *Psalm. 68*: «Quam magna multitudo dulcedinis tuae, quam abscondisti timentibus te!» *Psal. XXX, vers. 20*; et Sponsa: «Introdidit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Fulcrae me floribus, stipale me malis, quia amore langui», *Cantic. cap. II, vers. 3*, ubi vide S. Bernardum; et S. Paulus: «Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra», *II Corinth. I, vers. 3*. Vide *dieta Aetor. 8, vers. 41*; et *Sapient. cap. XII, vers. 1*: «O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus!» et *Isaias, cap. LXVI, vers. 14*: «Uti gurgulis et replentur ab ubere consolationis ejus, ut mulgeat et delicias affluat ab omnimoda gloria ejus;» et S. Hieronymus, *epistol. ad Ctesiphontem*: «Omne, ait, quod habemus bonum, gustus est Domini: quanto plus habeo, tanto plus sileo fontem vitae.» Vide S. Augustinum in *Solitiloquiis*, cap. XXI et XXII.

4. AD QUAM (Dominum, puta Christum) ACCEDIT DENS LAPIDEM VIVUM. — S. Petrus a metaphora novae nutritialis et lactis spiritalis, quod fidelibus assignavit, transit ad aliam apud Hebraeos similem, fabricam scilicet, et lapidum ejus. Hebraei enim filios vocant *בנים* *banim*, quasi *בנין* *banim*, id est *aedificati*, suum *בנין* *banim*, id est *fabricam* et domum, puta Ecclesiam. Sic ait *Psalm. 72, vers. 3*: «Edificavit domum suam, id est, collaturus filiorum (familiarum), filii sunt masculi et filii filii masculis familiae (2).

Porro ad Christum accedimus non ambulando, sed per fidem, spem et charitatem et credendo, in eum sperando, eum amando: Deus autem tam benignus est, ut quandoquomque etiam media nocte ad eum accedimus, nitens et animes roba praebat, nosque amantissime excipit. Vnde S. Chrysostomum in *Psal. IV*, II S. Augustinus, in *Psal. LXXXVI*: «Erigeris, ait, in hanc fabricam affectu pio, religione sincera, fide, spe, charitate: et ipsum edificare ambulare est.»

Nota primo: Petrus qui petra, delectatur nomine et metaphora petrae: Typus, simulque pedestre significat se factum esse petram pro peccatoribus gratis a Christo, qui est verus et primus Sacerdos

(2) Sensus (vers. 4 et 5) propriis verbis expressus: A quo tempore Jesum a primitivis Iudeis seorsum et matrem, Deo autem carissimum, pro Messia agnoverit, cumque collatis, ab eo tempore ipsi quoque Deo dicitur, curi: estis pars societatis selectissimorum hominum, Deum excelsum praeceptis Christi colentium. Inest igitur descriptio dignitatis et excellentiae Christianorum. — dicit Rosenmullerus.

petra, a quo Petrus et ceteri fideles fiunt petrae; Christus ergo est primus Petrus, id est, petra et lapis. *Primo*, quia ipse est lapis angularis et fundamentalis Ecclesiae. *Secundo*, quia uti lapis suo pondere ex alto ruit in praecipit, ita Christus amoris sui erga nos pondere de caelis descendit in terram. *Tertio*, quia fortis est et constans, ut petra; lapis ergo significat fortitudinem, humilitatem et charitatem Christi. *Quarto*, quia uti lapis Davidis percussit et occidit Goliath, ita Christus percussit et emervavit diemem. *Quinto*, quia Christus est petra refugium fidelibus in se sperantibus, iuxta illud *Psal. 91*: «Petra refugium horriacis.» Hinc David jubilans ait: «In petra exaltavit me.» Et: «Statuit super petram pedes meos, *Psal. XXXIX, 3*, et *Psal. XXXI, 5*.

Haec de causis Christus multoties in Scripturis adumbratus est per lapidem. *Primo*, *Zachar. III*, cum ait: «Super lapidum unum septem oculi sunt: ecce ego celabo sculpturam ejus, ait Dominus, et auferam iniquitatem terrae in die una.» *Secundo*, per lapidem super quo dormiens Jacob vidit scalam in celos porrectam, per quam ascendebat et descendebat angeli, *Gen. XXVIII*, ut ibi dixit. *Tertio*, per lapidem super quo orans et lassae brachia sustentans Moses, victoriam impetravit Josue et Hebraeis contra Amalec, *Exodi XVII*, *cap. 10*; per lapidem qui percussus a Mose dedit aquam populo sitienti, *Num. XX*. *Quinto*, per lapidem speluncae, in quo positus Moyses vidit gloriam Dei transeuntis, *Exodi XXXIII*. *Sexto*, per lapidem, quo David inderem Goliath, *I Regum XVII*. *Septimo*, per lapidem tabularum, cui Deus digito suo Decalogum inscripsit, *Deuter. XXXII, 2*. *Octavo*, per lapidem quem Josue in testimonium erexit, *Josue XXIV, 26*. *Nono*, per lapidem cui imposita est arca testamenti, *I Regum VI, 25*. *Decimo*, per lapidem adiutorii, *I Regum VII, 12*. Haec omnia congressit S. Cyprianus, lib. II *Contra Juliano*, cap. XVI. Porro Christus est lapis non qualis qualis, sed pretiosus, uti dicitur vers. 6, puta marmoreus, gemmeus, adamantinus: unde eidem inedicata sunt duodecim fundamenta gemmea, puta duodecim Apostoli. Tota enim fabrica ecclesiasticae Jerusalem, id est Ecclesiae, est aurea et gemmea, *Apol. XXI, 19*.

Nota secundo: S. Petrus Christum vocat lapidem non inanimem, sed animatum et vivum, graeco *zōra*, id est *viventem*, quia ipse est Deus et homo vivus. Nam primo, quia Deus, est vivus, imo ipsa vita essentialis et increata, ac vita causalis omnium viventium, puta angelorum, hominum et animalium: est enim ipse causa vite, primo, naturalis, puta vegetativa, sensitiva et rationalis. *Secundo*, est causa vite spiritalis animae per gratiam. *Tertio*, est causa vite beate per gloriam. Hoc est quod ait S. Joannes, *Evangel. I, 4*: «In ipso vita erat, et vita erat lux hominum;» et *epistol. I S. Joan. I, 2*: «Vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam

eternam, quae erat apud Patrem, et apparuit nobis.» *Secundo*, Christus quia homo, est vivus, quia morte resurrexit ad vitam immortalem et gloriosam. *Tertio*, Christus est vivus, id est, vivificans omnes per sua merita et mortem, scilicet animas per gradum, corpora per resurrectionem, iuxta illud *Joannis, cap. VI, vers. 38*: «Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem, et qui mandavit me, et ipse vivit propter me;» et *Joan. V, 25*: «Venit hora, et nunc est quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso.» Super Christum ergo quasi lapidem vivum edificatur Ecclesia, quasi corpus Christi vivum et ab eo vivificatum.

Porro grammaticae ad litteram «lapis vivus» vocatur, qui in sua rope aut vena nascitur, indeque excolitur aut eruditur (unde Christus vocatur lapis exicus de monte, *Daniel. II, 24*). Sicut enim sunt vena argenti, auri, ferri, eris, etc., sic sunt et vena lapidum ac gemmarum, uti docet Anselmus Boethius lib. *De Gemmis*. Unde Plinius, lib. XXXVI, cap. XVIII: Theophrastus, inquit, et Mutianus esse aliquos lapides qui pariant, credunt. Idem, lib. XXXV, cap. XIII, asserit «terre pulverem in Puteolans collibus opponi maris fluctibus, merumque protinus ferri lapidem unum inaequabilem undis, et fortorem quotidie.» Adignaque pari modo terram Cyzicentiam lapidesco, aequae ac Chaidiam: «Quin et ab Orapo, inquit, Audidem usque quidquid terrae attingitur mari, mutatur in saxa.»

Simili modo aqua viva dicitur, quae e sua scaturigine aut vena (uti sanguis ab hepate) ebullit, et quasi vitaliter scaturit ac fluit; et adverso aqua mortua est stagnans, quae in lacubus et paludibus immota consistit.

Rursum «lapis vivus» est magnes, quia ferrum movet et trahit. Vitam enim habent quae movent: anima enim est principium motus. Item pyrites, qui plurimum habet ignis, vivus appellatur, ait Plinius, lib. XXXVI, cap. XIX. Huc pertinet lapis fugitivus, ita dictus a fuga, de quo Plinius, lib. XXXVI, 45: «Eodem, ait, in oppido (Cyzico) est lapis fugitivus appellatus. Argonaute eo pro anchora usi, ibi reliquerunt. Hunc e Prytaneo saepe profugum fixore plumbo.» Idem lapis in statu Memnonis, «quem quotidiano solis ortu contactum crepare dicunt,» ait Plinius, lib. XXXVI, cap. VII, quorum pennis Plinium sit *lapis*. Haec omnia facile est adaptare Christo.

AD HONORIS QUIDEM REPROBATUM. — Iudei enim, Scribae, Pharisei et Pontifices spreverunt Christum, eumque quasi lapidem inutilem, imo noxium reprobarunt et rejecerunt a fabrica suae Synagogae.

A DEO AUTEM ELECTUM — in fundamentum Ecclesiae, per resurrectionem, ascensionem in caelum, missionem Spiritus Sancti, et nominis cele-

brilitatem in toto orbiculi subjecto. Græcum *temper et pretiosum*, ut vertit Tigurina, et *honorabilem* significat.

3. ET IPSI TANQUAM LAPIDES VIVI SUPEREDIFICAMINI. — Id est, superedificatio vos Christo per charitatem, ejusque opera que fidem vivificant. Beda ait quosdam legere *versus edificamini*, ut scilicet tendatis in eorum, ibique sit mens, cogitatio et conversatio vestra. Lapidem vivos vocat « viros robore firmatos », ait S. Ambrosius in cap. III S. Luca.

Nota analogia lapidis in fabrica, et fidelis in ecclesia. Primo enim, sicut lapis poliri et quadrari solet, ut sit aptus ad fabricam, ita et fidelis poliri quadrari debet per tribulationes et tentationes, sit aptus nei fabricam Christi, juxta illud S. Ambrosii et Officii divini in dedicatione Ecclesie: « Transitionibus, pressuris expositis lapides suis cooperantur locis, per manus artificis disponuntur permansuri sacris edificis. »

Secundo, sicut lapis et fabrica suas habet dimensiones, sic et fidelis, quas dimittit Spiritus Sanctus quasi perpendiculum. Audi S. Ignatium, epistola ad Ephesios: « JESUS CHRISTUS, INQUIT, INDICAVIT VOS SUPER PETRAM UT LAPIDES ALIOS, APTE ad divinum edificium Patris, sublatos in altum per Christum, qui pro nobis crucifixus est, perpendiculo usus Spiritu Sancto: fide vero subductus, et charitate elevatus a terra in caelum. » Plura de virtutis dimensionibus dixi Ephe. III, 18.

Tertio, lapis ut collocetur in domo, debet esse durus et fortis, et ut molem sibi incumbentem, et insultus tempestatum ac hostium sustinet: ita fortis pariter et constantis debet esse fidelis; hanc autem fortitudinem haurit a Christo, quasi a petra cui incumbit. Ita S. Bernardus, serm. 61 in Cant.: « In petra, ait, exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sito, securus ab hoste, tutus a casu; tremit mundus, premit corpus, diaboli insidiat, non cadit: fundatus enim sum supra firmam petram. » Et inferior: « Stat Martyr tripudians et triumphans toto licet laevo corpore, et rimante latera ferro, non modo fortiter, sed et alacriter sacrum et carne sua circumspicit humillime erogem. Ubi ergo tuus anima Martyr? nempte in toto, nempte in petra, nempte in visceribus Jesu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in suis eret visceribus, scrutans ea ferrum profecto sentiret, dolorem non ferret, succumberet et negaret; nunc autem in petra habitans, quid mirum, si in mollem petram duraverit? sed neque hoc mirum, si exitu a corpore, dolores non sentiat corporis; neque hoc facit stupor, sed amar: submititur enim sensus, non amittitur: nec deest dolor, sed superatur, sed contemnitur.

Quarto, lapis inferior portat superiorem, et hinc inferiorem, ac lateralem: ita et in S. Ecclesia unusquisque et portat alterum, et portatur ab altero; » ait S. Gregorius, hom. 13 in Ezek., juxta monitum S. Pauli, Galat. cap. VI, 2: « Alter alterius

onus portate. » Rursus faber murarius ad perpendiculum edificat lapides, ut si quis extet, eum introssum retrudat; si quis nimis sit retrusus, foras educat. Ita et Superiores humiles educunt, superos reconducunt; nimis amantes solitudinis, exercent in operibus Martine; nimis amantes externam conversationem, adducunt eorum ad silentium.

Quinto, lapis unus alteri calce conglutinantur, itaque se et socium, totamque fabricam firmat: sic et fidelis unus alteri charitate compaginat, quia se et proximum, totamque Ecclesiam firmat et corroborat. Plures analogias recensui in fine Comment. in Aggurum.

Antistropha hinc S. Petri sententiae est illa Pauli, Ephe. II, 19: « Ergo jam non estis hospites et advena, sed estis civis sanctorum et domestici Dei superedificati supra fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: in quo et vos edificamini in habitaculum Dei in Spiritu. » Vide ibi dicta. Alludit S. Petrus, æque ac S. Paulus, ad Iacobi LIV, 11: « Rursus ego stitum per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris, et ponam jaspideam propugnacula tua, et portas tuas in lapide sculptos, et omnes terminos tuos in lapide desiderabiles, universos illos tuos doctos a Domino. » Et ad illud Christi: « Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, » Math. XVI, 18.

DOCTA SPIRITUALIS. — S. Augustinus in Psal. LXXXVI, et alii legunt, in *domina spiritualis*, q. d. Super Christum edificamini, ut silis domus Dei, non materialis, lignea scilicet, vel lapidea; sed mystica et spiritalis per fidem, spem, charitatem, religionem Dei et Christi. Porro hæc domus sive templum spirituale Dei, partim est universale, puta Ecclesia; partim particulare et singulare, puta anima cujusque fidelis et sancti: de utroque hic accipi potest. Singuli enim fideles, quasi lapides vivi, conglutinant fabricam Ecclesie quasi unus domus et templi universalis: unde nonnulli, teste Beda, legunt, *versus edificamini in domum spiritualem*. Item in hac fabrica Ecclesie quasi templi amplii, sunt quasi stipula particularia, puta sacella et camere Dei, juxta illud I Corinth. III, 16: « Nescitis quia templum Dei estis, et spiritus Dei habitat in vobis? » et II Corinth. VI, 16: « Vos enim estis templum Dei vivi, et cetera. » Unde S. Hieronymus in cap. XII I. Ephe., 3; Leo, serm. 3 in Asumpti., et S. Ambrosius in cap. III et VII Luca, legunt, *domos spirituales*, hæ pluraliter, cum scilicet « libidinum volutarum accumulatur in Dei templum, diversoriumque vitiorum sacrarium incipit esse virtutum, » ait S. Ambrosius, ibid. cap. XII.

Hoc sensu et Syrus vertit, *estote templum spirituale*. Sed prior sensus, ut scilicet « domus spiritualis » intelligatur Ecclesia, est congruentior, tum quia domus singularis est numeri, non pluralis: unam

ergo significat, non multas; unde et Græci in singulari habent *domus ecclesiastica*; tum quia S. Petrus fideles vocat lapides: lapides autem non sunt ipsi domus, sed partes ex quibus assurgit et conficitur domus; tum quia eadem phrasi S. Paulus, Ephe. II, 19, ait fideles edificare unam domum, puta Ecclesiam.

Objiciunt heretici: Ecclesia est domus Dei spiritalis; ergo non est visibilis, sed invisibilis. Respondeo negando consequentiam: domus spiritalis enim hic opponitur domui materiali, quo ex lignis et lapidibus constat, non visibili. Id patet: nam homines Christianos vocat lapides conflantes hanc domum; homines autem Christiani sunt visibiles, non invisibiles. Rursus « spiritualis » vocatur, quia spirituali fide, religione et cultu colit Deum: ille autem spiritualis cultus, licet sit invisibilis, quatenus internus est, et in anima absconditus, idem tamen visibilis est, quatenus se proferit et videndum exhibet per externam fidem et cultum sui professionem, quia fideles in eadem Ecclesia, concione, Eucharistia, Sacramentis, precibus, etc., visibiliter communicant, suamque fidem et religionem manifestant.

SACERDOTIUM SANCTUM. — S. Hieronymus et Ambrosius locis jam citatis legunt, in *sacerdotium sanctum*, q. d. Super Christum edificamini, ut silis sacerdotium, non impurum, profanum et sacrilegum, quale est idololatriarum et hæreticorum; sed purum, sacrum et sanctum. Jam « sacerdotium » hic dupliciter accipi potest, primo, proprie, Ecclesia enim sicut est regnum quod regit, et in quo regnat Christus, sic est et sacerdotium, in quo, et per quod Christus sacrificat et sacrificia offert Deo Patri. Ecclesia enim per veros sacerdotes vera et propria offert sacrificia Deo; per singulos vero fideles offert sacrificia Deo; et in quo regnat Christus, sic est et sacerdotium, quo modo ceteris clericorum vocatur clerus, quia ipse est sors, pars et hæreditas Domini. Secundo, ut abstractum more hæbreo ponatur pro concreto, « sacerdotium » pro sacerdotibus. Unde Syrus vertit, *estote sacerdotes sancti*. Sic rursus clerus vocatur clerus. Porro in Ecclesia proprii sacerdotes sunt Apostoli, et ab eis ordinati: improprie vero, sicut mystici. Unde S. Ambrosius, lib. IV De Sacrament., cap. 1, « Unusquisque, inquit, ungitur (in Baptismo et Confirmatione) in sacerdotium, ungitur in regnum, » ut sit mysticus sacerdos, sicut mysticus est flex. Unde subdit: « Sed spirituale regnum est, et sacerdotium spirituale. » Sic et Origenes, hom. 9 in Levit., ait laicos fieri sacerdotes per sacramentum Confirmationis: in illo enim ungitur in fronte quasi athleta, ut pro fide usque ad mortem decerent, et si opus sit, seipsos per martyrium Deo in sacrificium offerant.

Fidelis ergo laicus dicitur estque sacerdos, sed

mysticus, primo, quia membrum est Ecclesie, quoniam veros habet sacerdotes: et Christi, qui est summus Sacerdos; ita S. Didymus et S. Augustinus, lib. XX De Civit. X, et alii. Secundo, quia per veros sacerdotes eis assistendo, serviendo, aliando, cooperando, verum in Missa Deo offert sacrificium. Tertio, quia offert Deo vitulos laborum, puta hostias laudis, penitentie, mortificationis, charitatis, aliarumque virtutum. Ita explicat S. Athanasius, hom. De Senectate; S. Iliarius, in Psal. CXVII; Clemens Alexandrinus, orat. ad Gentes; S. Ambrosius, in Psal. CXVII, octavo, 6. Vnde Origenes, hom. 9 in Levit. Hoc sensu S. Augustinus, lib. X De Civit. VI, ait: « Sacrificium verum (id est insigne, dignum, prestatum et Deo gratum, non autem proprie dictum) est omne opus quod agit, ut sancta societas inherereat Deo, nolitum ad illum finem, quo beati esse possumus. » Unde S. Leo, serm. 3 in die antecessoris assumptionis suo ad pontificatum: « Omnes, inquit, in Christo regeneratos, crucis signum efficit reges: Sancti vero Spiritu uncto consecrati sacerdotes. » Et statim declarat, quoniam in re hoc regnum et sacerdotium consistat: « Quid enim, inquit, tum regnum, quam subditum Deo animam, corporis sui esse rectorem? Et quid tam sacerdotale, quam vocare Domino conscientiam puram, et immaculatam pietatis hostias de altari cordis offerre? » Quarto, quia offert Deo passionem et mortem Christi, qui vivam in cruce se fecit victimum Deo, presertim dum sanat S. Synaxia. Tunc enim repusa representat et annuntiat mortem Domini, ut ait Christus, Lucae XXI, 49, et Paulus, I Corinth. XI, 16. Quarto, quia in celo seipsam totam ad perpetuam Dei laudem quasi in sacrificium offert. Apocal. V, 16. Sexto, quia fideles sancti Deo sunt conjunctissimi, quasi ejus amici, domestici, filii et heredes. Sic enim principes Davidi regi conjunctissimi, vocatur sacerdotibus, et Regum VIII, ult.

Hæc tamen non probant laicos esse veros et proprie dictos sacerdotes, aut in Ecclesia non esse sacerdotes proprie dictos: hos enim habuit omnis respublica, omnis lex, omnis gens, ut efficaciter demonstrat Bellarminus, lib. I De Missa, II et XV. Vnde et S. Basilium, lib. II De Baptismo, cap. VIII; ito id ipsum ex hoc loco colligitur. Proprie enim loquitur S. Petrus, non de quovis fidei, sed de toto fidei loco, sive Ecclesia, ut patet ex eo quod ait: « Vos gens electam, gens sancta, populus acquisitionis. » Loquitur ergo toti genti et populo fidei: ille autem ceteros et populus verum habet sacerdotium verosque sacerdotes ad id deputatos, ut pro populo sacrificia proprie dicta Deo offerant, ut habuerunt et habent omnes alie gentes et populi: utique respublica christiana manca esset et mutila, longepere inferior aliis omnibus rebuspublicis, imo profana et laica. Deesse enim ei nobilissima dos et munus, quod rempublicam Deo conjungit et subordinat: talis enim est sacerdotium.

OFFERRE (ad offerendum, ut offeratis) **SPRITUALES HOSTIAS DEO**. — In spiritali domo et templo, puta in Ecclesia. *Tō spirituales* partim opponitur carnalibus hostiis sacerdotum Aaroniorum: Christiani enim sacerdotes non offerunt hostias carnales eas mactando, excoriando, cremando, etc., sed hostiam mysticam, puta Eucharistiam, in qua Christi caro sub speciebus panis et vini absconditur, ac integra offertur, immolatur et sumitur; partim opponitur hostiis veteris, ut « spirituales » idem sit quod improprie et figurate, quales offerunt fideles laici, ut jam dixi; de quibus ait Paulus, *Rom. xii. 1*: « Obscuro vos, fratres, etc., ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, deo placentem; » et Lactantius, *lib. VI Instit.*, cap. XXIV et XXV: « Quisquis inquit, omnibus preceptis celestibus obtemperat, hic est vere Dei cultor, cujus sacrificia sunt mansuetudo animi, et vita innocens, et actus boni: que omnia qui exhibet, toties sacrificat. quoties bonum aliquid et pius fecerit; » presertim si id Deo in sacrificium mysticum offerat, eoque magis quo opus in se est difficile, et majoris mortificationis, patientie, obedientie, martirii, etc.

ACCEPTABILIS DEO PER JESUM CHRISTUM. — Ipse enim est redemptor et mediator noster a Deo constitutus, per quem omnia nostra Patri offerre debemus, ut ei accepta, grata, meritoria et impetratoria sint. Quocirca Ecclesia omnes orationes terminat, dicendo: « Per Dominum nostrum Jesum Christum, » etc. Hoc est quod ait Apostolus, *Rom. cap. 7, vers. 2*: « Per ipsum habemus accessum per fidem. » Et ad *Hebr. vii. 25*, ait Christum semper Deo assistere, « ad interpellandum pro nobis. »

6. PROPTER QUOD CONTINET SCRIPTURA. — *Isaia cap. xxviii, vers. 16*, ubi etiam ac *Ephes. ii, 20*, hunc versum explicui: quare ibi dicta hic non repetam.

7. VOBIS Igitur HONOR CREDENTIBUS. — *q. d.* Vos, o credentes in Christum, non confundemini, sed honorabimini a Christo in die judicii, quando ab eo accipietis gloriam et coronam regni celestis, juxta illud *Psal. cxxxviii, 47*: « Nimis honorificati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum. »

NON CREDENTIBUS. — Legit interpres *invidios*; jam legunt *invidios*, id est *inobedientibus*, qui scilicet noluerunt Christo obedire, sive ut in eum crederent, sive ut legi ejus parenterent.

FACTUS EST IN CAPUT ANGELI. — Factus est lapis capitalis, angularis, primarius et fundamentalis domus Dei, puta Ecclesie.

8. ET LAPIS OFFENSIONIS ET PETRA SCANDALI. — *Citat Isaia cap. viii, vers. 14*. Vide ibi dicta. Hoc est quod canit Simeon: « Positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, » *Luce ii, 34*.

HIS QUI OFFENDUNT VERBO. — Multi explicant, *q. d.* Qui peccant per verbum, puta verbis suis

contradicens et resistendo Christo, eumque blasphemando. Ita Hugo, Lyranus, Thomas Anglicus et Dionysius. Verum grece est *ἀποστόμων*, *q. d.* *id est, qui impingunt in verbum*, qui scilicet ad verbum Evangelii offenduntur et scandalizantur. Unde Syrus vertit, *qui offendunt ad petram, eo quod non quiescant sermoni*. Hinc explicans subdit Petrus: « Non credunt in quo et positi sunt; » Judaei enim predicatio Christi crucifixi erat scandalum, Genibus stultitia, *I Cor. ath. i, 23*.

NEC CREDUNT IN QUO ET POSITI SUNT. — *Primo*, Beza ex hoc loco contendit, reprobos ante provisionem operum et peccatorum a Deo positos, id est, destinatos esse ad inobedientiam et rebellionem, sicut electi a Deo solo ante provisionem meritorum destinati sunt ad fidem, obedientiam et salutem. Adiditque: Hoc enim ait hic S. Petrus, scilicet eos positos esse, utique a Deo, ad hoc, ut non credant. Dices: Ergo crudelis est Deus. Respondet Beza: Imo misericors, qui vel unum salvat. Ad huc, inter decretum Dei et decreti executionem intercedit causa damnationis, eorum scilicet improbitas, Ita ut nullos nisi saluos possint accusare. Hec ille, sed impie et imperite: nam *primo*, si Deus destinat illos ad inobedientiam et rebellionem, ergo primus ipse peccati, puta inobedientie et rebellionis est auctor, quod est blasphemum. *Secundo*, ergo destinati ad hoc a Deo non peccant rebellando, tum quia parent ejus discreto et destinationi, tum quia illi, utpote divino et inevitabili, resistere nequeant. Quis enim hominum resistere queat Deo? « Voluntati enim ejus quis resistit? » *Rom. ix, 19*. *Tertio*, si Deus decrevit inobedientiam, ergo eandem exequitur et operatur: decretum enim Dei est efficax, et quod decrevit hoc efficit. Quare improbitas inobedientium non aliunde manabit, quam a Deo, Delique decreto, eique erit adscribenda, non ipsis hominibus improbis et inobedientibus, utpote qui ad inobedientiam a Deo efficaciter aguntur et impelluntur, imo determinantur, juxta Calvinum et Beza, qui negant liberum hominis arbitrium, omnique in homine censent fieri agique a Deo, quia omnia sunt stultitia, etque ac blasphemia.

Secundo, Catholici nonnulli sic explicant, *q. d.* Infideles positi, id est, destinati sunt ad non credendum a se, suaque voluntate et malitia, deinde a Deo positi sunt in ordine reproborum. Rursus et potius, infideles ob priora sua scelera merentur relinqui a Deo, excipere et obdurari, ut non credant Evangelio, esto gratiarum sufficientem eis non deneget: ita Didymus, Eusebius, Gagneius, Salmeron et alii (1).

Tertio, Frasmus, Vatablus, Cajetanus et Titelmanus, sic explicant, *q. d.* « Non credunt, » scilicet in fundamentum, vel lapidem angularem, in quo

(1) Ita et Allii. Hæc igitur phrasid accipiens est ex una vite communis, quo ea que permittente Deo facta, referuntur ad actionem affectionisque Dei.

positi et collocati fuerant, puta in Christum: judicamus enim et Synagoga tanquam vera Del Ecclesia in Christo posita et fundata erat, ejusque meritis inimitabatur.

Quarto et genuine, pro « in quo » grece est *ἐν*; id est, in quo. *o' quod*, scilicet ad credendum, sive ut credant Christo et Evangelio, *q. d.* Positi sunt ad credendum in Christum, nec tamen credunt, quia credere nolunt. Omnes enim homines, et maxime Judæi, positi, id est, creati sunt et ordinati per legem et Prophetas ad hoc, ut in Christum lege et Prophetis presignatum credant. Ita Beza et Lyranus. Deus enim creavit et ordinavit homines ad bonum, puta ad credendum ut salutem assequantur, non autem ad malum, puta ad non credendum et rebellandum, ut eant in gehennam. Hoc enim tyrannicum et plerumque tyrannicum est: nemo enim tyrannorum hoc fecit, aut facere voluit, vel potuit.

9. Vos autem. — Pronomen *vos*, *primo*, potest accipi collective, *q. d.* Vos, o fideles, in unam eorum collecti, vos, o congregatio Christianorum, vos, o Ecclesia Christi, estis regale sacerdotium, gens sancta, etc. *Secundo*, distributive, *q. d.* Vos, o singuli fideles, estis genus electum, etc., quos scilicet Deus sibi elegit, et qui vicissim Deum elegistis, electioni et vocationi ejus consentiendo et cooperando, ut docet Moses, *Deuter. xxvi, 17 et 18*. Sicut ergo Deus unum Judæos, ita nunc Christianos elegit in suum populum et Ecclesiam, ac per eos totum mundum benedicit et benefacit. Unde pulchre S. Justinus, epistola ad *Diognetum*, docet Christianos esse in mundo quasi animam in corpore: « Sparsa est anima, inquit, per omnia corporis membra, et Christiani per omnes mundi urbes. Habitat quidem in corpore anima, non est tamen de corpore: et Christiani in mundo habitant, non sunt tamen a mundo. Insuperabilis anima in corpore aspectabili tanquam in presidio collocata est: et Christiani in mundo manere cognoscuntur, sed eorum pietas manet insuperabilis. Odit oppugnatque carni voluptatibus prohibetur: odit et Christianos mundus nulla in re violatus, quia voluptatibus resistunt. Infensam sibi carnem et membra amat anima, et Christiani odio ipsos prosequentes amant. Anima corpore inclusit est, et ipsa corpus conservat: et Christiani continentur in mundo tanquam in custodia, et ipsi conservant mundum. Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat; et Christiani caducis ut iniquissimi incedunt, immortalitatem in oculis præstantes. Anima dum cibis et potionibus male tractatur, fit melior; et Christiani dum quotidie suppliciis mactantur, magis multiplicantur. »

Moraliter hinc docet S. Hilarius, in *Psal. cxviii*, et Clemens Alexandrinus, *orat. ad Gentes*, Christianos debere fugere omnem umbram luxurie, superbie, etc., quia omnes sumus genus electum.

imo reges et sacerdotes, in quibus eligendis summa adhibetur ratio et discretio.

REGALE SACERDOTIUM. — *Citat Exodi xix, 6*, ubi Moses Synagoga Judæorum vocat « regnum sacerdotale, » vel, ut Hebr. est, *regnum sacerdotum*: simili enim modo Petrus et Septuaginta verba Mosis elegantiter et prudenter invertens, vocat « regale sacerdotium. » Causam hujus inversionis dedit *Exodi xxxi, 6*, quia scilicet in Synagoga Judæorum regnum eminebat sacerdotio, in Ecclesia vero Christi sacerdotium eminet regno, et regnum refertur ad sacerdotium quasi temporale ad spirituale. Unde Syrus vertit, *vos estis sacerdotium ad regnum*. Ecclesia ergo est regnum Christi, non temporale, laicum et profanum, sed celeste, sacerdotale et sacrum. Eandem, vice versa et potius, est Christi sacerdotium non legale, non gentilitium, non plebeum, sed regale, eximium, illustre, magnificentum, celeste et divinum: idque *primo*, quia primus ejus sacerdos et conditor, puta Christus, fuit summus Pontifex et Rex, imo Deus et Dei Filius. Unde ejus typus fuit Melchisedech rex et pontifex, ad quem hic alludit S. Petrus, *Hebr. vii. 1*. *Secundo*, quia victima ejus est regalis, eximia et divina, puta Christus, qui in ara crucis quasi regalem hostiam pro nobis obtulit se, atque indes in altari Eucharistie per sacerdotem se offert Deo, ut docet Concilium Tridentinum, *sess. XXIII, cap. i*. *Tertio*, quia modus offerendi est regalis, tum quia non mactando et lanando, uti fiebat Aaron et ceteri, sed sublimi et arcana operatione Spiritus Sancti consecrando et transsubstantiando panem in corpus Christi, peragitur; tum quia regali, liberali, munifico animo, pleneque amore et cultu, quasi regium donum regi Deo offertur: est ergo hoc *Basileus Regis*. Simili de causa S. Jacobus legem charitatis vocat regalem, ut dixi *cap. ii, vers. 8*. *Quarto*, quia fructus ejus est regalis: nam peccata abolet, Deum placat, gratias et virtutes omnes conciliat, denique meretur et ducit ad regnum celorum, tanquam sacerdotes quam fideles pro quibus offertur, reges colli efficit. Meminerit ergo sacerdotes cum celebrant, se obire regale sacerdotium, illudque regali animo, amore et religione Deo offerant. Hoc est quod ait Paulus, *Hebr. cap. ix, 14*: « Christus assistens Pontifex futurorum honorum, etc., neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa. » Hinc sacerdotes gestant in capite coronam, tum alias ob causas, tum ob regale sacerdotium novi Testamenti, quod omnium rerum est perfectio, ejus index est circulus et corona.

Secundo, non solum Ecclesia, sed et singuli fideles sunt sacerdotale regnum, et regale sacerdotium, sive, ut vertit Chaldaica, *Exodi xix, 6*, *reges et sacerdotes*. Reges, tum quia regunt suos sensus, membra, potentias, passiones, usque comminantur. Ita S. Gregorius, *lib. XXVI Moral.*, *xxxvi*: tum quia familiares, imo filii sunt Jesu Christi,

Regis regum, et Domini dominantium, qui in nobis regnat cum Patre et Spiritu Sancto, ait S. Ambrosius in *Apost.* cap. 4, vers. 6, et cap. 5, vers. 10: unde aliqui exponunt, *sacerdotium regule*, id est, prestans et proprium regis Dei; tum quia vocati sunt ad regnum celeste. Hinc baptizatorum capituli olim imponebatur corona, quasi reges essent ad Dei familiam et rerum omnium perfectionem evecti: perinde ac fascia, una fronte fidelium chrismate unctio in sacramento Confirmationis religantur, quidem regium representant. Id ita esse discrete docet Severus Alexandrinus, lib. *De Baptismo*: «Elevant, inquit, baptizatos ad altare, eisque dant mysteria, Eucharistiam, et scribis eos coronat sacerdotes.» Et paulo post: «Fratres mei, psallite hymnum Filio dominatoris omnium, qui regum coronam vos coronavit, peroptate eam, immutate vestimenta vestra; et candidi bestole in modum nivis, ac in similitudine angelorum splendor vestros illuminat.» Et in peroratione: «Deus dignos vos efficiat celesti regno suo, ac pro hac dissolubili corona, coronet vos coronis iustitie et operibus bonis.» Et S. Chrysostomus, hom. *ad Baptizatos*: «Memento mei, ait, quando coronam solis radiis splendidioris sentietis in capite.» Et Cyrillus Hierosolymitanus in *sua Pre- catione*: «Amen, ait, spirituales colligitis flores ad plebedas celestes coronas, jam circa porticum regni palatii fuisistis: utinam vero et ab ipso rege introducantur in S. Gregorius Nazianzenus, *oratione* 23, invocans Herodem Philosophum ad cito suscipiendum Baptisma: «Ades dum, ait, coronis nostris te devinctam, ac clara voce, non in media Olympia, nec in exiguo Græcie theatro, sed coram Deo et angelis, atque universo Ecclesie cœtu, victorem proclamabo.» Idem, *orat.* 40: «Baptismo consignare: hic tibi et vitam et verba moderetur, omnia membra, omnes animi motus, omnes sensus; honore eum complectere, ut te ornent, capiteque tuo gratiarum coronam nectat, et corona deliciarum te protegat.» Porro solebat corona hæc ab Episcopo benedicti. Benedictionis forma exlat in ritu baptismi Æthiopicum apud Severum, lib. *De Baptismo*, estque hæc: «Domine Pater bone et sancte, qui coronasti Sanctos tuos corona que non corrumpitur, benedic eis, qui dignos nos fecisti, qui eis imponeremus capitibus famulorum tuorum, ut sint eis coronæ honoris et gloriæ, coronæ benedictionis et salutis. Amen.» Rursum hoc regnum et sacerdotium representat unctio, qua fideles unctur in Baptismo et Confirmatione. Audi Clementem, lib. III *Constit.* *Apost.*, cap. 17: «Episcopus, ait, in baptismo caput ejus unget, sicut prius ungebantur reges et sacerdotes; non quidem quod qui nunc baptizantur, etiam sacerdotes ordinentur; sed quod sicut a Christo Christiani, regale sacerdotium, genus sanctæ, Ecclesie Dei, columna et firmamentum presentis luminis, qui aliquando non populus, tunc autem dilecti et electi, super quos invocatur

tum est novum nomen ejus, ut testatur Isaias dicens: Et vocabunt populum novo ejus nomine, quod Dominus nominabit eum.» Idem significat Prudentius, cum ita canit in *Psychomachia*:

Post inscripta oleo frontis signacula, per que
Unguentum regale datur, et christiana potantæ.

Pari modo fideles sunt sacerdotes, quia Dei cultui addicti, mysticis et metaphorice laudem et virtutum hostias illi offerunt, uti dixi vers. 7. Perperam ergo hæretici hinc colligunt, omnes Christianos esse proprie sacerdotes: nam tales sunt sacerdotes, quales et reges (utrumque enim ait S. Petrus). Atqui reges sunt mystici et metaphorici, non veri et proprii. Ergo et tales sunt sacerdotes. Adde Judæos omnes, quibus primitus hos titulos regum et sacerdotum dedit Moses, *Exod.* xix, 6, non fuisse veros sacerdotes (sed solos posteros Aaronis), ne quidem in Paschate: tunc enim soli primogeniti familiarum erant ex præcio jure sacerdotes, immolabantque agnum paschalem, quisque pro tota sua familia, uti dixi *Exod.* xii, 3. Ergo multo magis idem dicendum est de Christianis.

Alludit tam Petrus quam Moses ad præicam gentium consuetudinem, qua sacerdotium junctum erat regno, uti fuit in Machabæis qui simul fuerunt pontifices et principes. Primogeniti enim familiarum eorum erant sacerdotes, æque ac principes et reges, si ille magna essent et ampla. Vide *Pinedam* in cap. 1 *Job.* V, num. 18. Addunt tertio, Cajetanus, Catharina et Salmeron, Christianorum sacerdotium esse regale, quia reges dirigit, iisque imperat; Pontifices enim esse reges spirituales, ac regibus preesse, quia eorum potestatem temporalem dirigunt ad finem spiritalem. Et hæc ratione potestas laica subiecti debet potestati sacerdotali, itaque sacerdotale regnum Ecclesie imprimis cernitur in Episcopis et episcopatu. Hoc enim «sacerdotium summa est omnium honorum que in hominibus consistunt,» ait S. Ignatius, *epist. ad Smyrneses*. Idem, *epist. ad Philadelph.*, ait: «Cæsares ipsi episcopo parant.» Fuso id ipsum ostendit S. Chrysostomus, libris sex quos *De Sacerdotio* conscripsit. Maxime vero id ipsum cernitur in Summo Pontifice et Pontificatu, cujus summa et amplissima quaquaersum est potestas, per totum orbem sese extendens, qua etiam regibus imperat (unde et reges so et supplices prosterant, suaque sceptrâ substernunt), ac reges Ecclesie rebelles regno privari potest, uti sæpe privavit. Hujus regni sacerdotalis insignie est cidaris, sive tiara, quam triplici corona redimitam capite gestat (unde vulgus *regnum* vocat); hæc enim significat regnum Christi plenum et summum, quod Pontifex quasi Christi vicarius administrat. Triplex ergo corona significat eum triplici dominatu, id est summa potestate, presidium. Rursum hæc triade indicatur omnis potestatis consummatio, plenaque Ecclesiæ mu-

neris perfectio, ut jure hæc illud Prudentii *epist.* *reperitur* exclamare liceat:

O triplex honor: o trifida culmen!
Quo nostri caput exaltatur orbis,
Orbis Christiani deus perantæ.

Hæc est illa majestas, sublimitas, effluencia triverticis, trini, inquam, illius et incomparabilis iadematis, de quo plura Carolus Paschalius, lib. *X De Coroniis*, cap. xiv. Non ergo miretur hæretici, si Pontifex regalem habeat purpuram, eadem, satellitum, opes, honorem, adorationem: nabefem regale sacerdotium. Hinc regalis illa Pontificum libertas et auctoritas, qua regum scelera imperterritè castigant. Regalis utique fuit S. Vigilius, cum a Justiniano Imperatore sollicitus ad Eutychemiam hæresim, intrepide et in faciem restitit, dixitque: «Ego ad Justinianum Christianissimum Imperatorem venire optavi, sed Diocletianum invenit.» Similis fuit S. Martini ad Constantium Imperatorem Monothelitam, cum ab eo captus: «Potius, ait, sinam me discipuli in mille partes, quam tui hæresis vel in puncto subscribam. Dixit et fecit, nam in Chersonam relegatus frigore, fuma et pœnore consumptus gloriosum obiit martyrium.» Ita Acta ejusdem. Similis fuit S. Athanasii, qui *Apolo.* ad Constantium Imperatorem eum vocat Antiochum, Herodem, imo Anselmum. Porro in tanto fastigio servat Pontifex Jæcus humilitatis, vocans se servum servorum, singulique reipsa ubi opus est serviens, et commotis tam anime, quam corporis ejusque consiliens. Quare prodigi est instar illud: «Servus servorum, dominans dominis dominantium.» Denique Ecclesie sive cœtus fidelium (illi enim proprie hoc titulus assignat Petrus) est regale sacerdotium, quia ubi habet veros reges, ita habet et veros sacerdotes, et illis his conjuncti et subordinati sunt; et quia ipse est regnum Dei sacrum, in quo scilicet Deus per gratiam regnat, regnatura deinde per gloriam, cum illum regni sui celestis participem et heredem efficit. Quamobrem ipsa in Evangelio sæpe vocatur regnum Dei et regnum colorum. Unde S. Epiphanius, *heres.* 29: «Thronus David, ait, et regni sedes est sacerdotium in S. Ecclesia, quam dignitatem regiam simulque pontificiam conjunctim largitus est Dominus sanctæ Ecclesie sue, translati in ipsam throno David non deficiente in æternum.»

Hinc colligant reges, quales debeat eorum esse regnum, scilicet non ethnicum, non profanum, sed sacerdotale et sacrum, quod Ecclesie subserviat, et fideles dirigit ad salutem æternam. Rursum sacerdotes colligant, quale debeat esse eorum sacerdotium, scilicet non commune et plebeium, sed eximium et regale. Audi Decretum, *distinct.* xi, cap. fin., ex Auctoritate Imperfecti, hom. 43 in *Matth.*: «Multi sacerdotes, inquit, pauci sacerdotes; multi in nomine, et pauci in opere. Videte ergo, fratres, quomodo sedetis super cathedram:

quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit cathedre; qui male sederit, injuriam facit cathedre. Ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo erinen acquirit, non dignitatem: in judicio enim tuo sedes. Si quidem bene vixeris, et bene doceris, populum instruis; si bene doceris, et male vixeris, tui solius condemnator eris, etc., quia Deum instruis quomodo te debeat condemnare; et distinct. xxiii, cap. *Sacerdotes*, ex S. Clemente: «Sacerdotes, inquit, docebat B. Petrus sal terræ, et mundi lumen: docens eos in splendore honorum operum glorificare Deum Patrem.»

Moraliter, contemplantur hic fideles dignitatem suæ vocationis ad regnum et sacerdotium Christi, eique condigne vivant, omnia faciendo et ordinando ad gloriam Dei, ut ipsi soli placeant, ipsam colant, honorent, et toto orbe glorificent, itaque regnum Dei celeste consequantur. «Omnes, ait S. Ambrosius, filii Ecclesie sacerdotes sunt: unguim enim in sacerdotium sanctum, offerentes nosmetipsos Deo hostias spirituales.» S. Augustinus nosmetipsos autem: «Immolamus, ait, hostiam jubilationis, hostiam lætitiæ, hostiam gratulationis, hostiam gratiarum actionis in sancta Ecclesia;» et alibi: «Sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam sunt membra omnis sacerdotii.» Elegantissimo vero Leo: «Omnia enim, inquit, in Christo regeneratos crucis signum efficit reges, Sancti vero Spiritus unctio consecrat sacerdotes, ut præter istam speciem nostris mysterii servitatem, universi spirituales et rationales Christiani agnoscent se regii generis, et sacerdotalis officii esse consortes. Quid enim tam regium, quam subditum Deo animum corporis sui esset erectorem? Et quid tam sacerdotale, quam vivere Domino conscientiam puram et immaculatam pietatis hostias de altari cordis offerre?» Simili modo ait Seneca, *epist.* 37: «Si vis tibi omnia subicere, subijce te rationi: multos reges, si ratio te rexorit.» Et Claudianus:

Si metuis, si præva copis, si doceris ira,
Servitii palæce jugum, tolerabis iniquum
Interius leges: tunc omnia jure tenebis,
Cum poteris rex esse tui.

Audi Origenem, hom. 9 in *Num.*: «Ego, ait, si renuntium omnibus que possideo, et tollam crucem meam, et sequar Christum, holocaustum obtuli ad altare Dei; aut, si tradidero corpus meum ut ardeam, habens charitatem, et gloriam martyrii consequar, holocaustum me ipsum obtuli ad altare Dei; si diligam fratres meos, ita ut animam meam ponam pro fratribus meis; si pro justitia, pro veritate usque ad mortem certavero, holocaustum obtuli ad altare Dei; si membra

mon ab omni concupiscentia carnis mortificaverit, et mundus illi crucifixus sit, et ego mundo, holocaustum obtuli ad altare Dei, et ipse meus hostias sacerdos afficit: hoc ergo modo sacrificium geritur. »

Præ reliquis autem martyrium est regale sacerdotium, quia Martyr regali animo, ardenti charitate se suaque omnia, vitam et mortem Deo in holocaustum offert. Dicebat Hellogabalus, teste Lampridio et alius in ejus Vita: « Imperatori regi basilice. » Id est regaliter, « esse moriendum, » æque ac vivendum. Dixit, at non fecit: Martyres et dicunt et faciunt. Rursum Religio est regale sacerdotium, quia in ea Religiosi se totos quasi victimas spontaneas, imo quasi holocausta, Deo offerunt. « Ipse homo Dei nomine consecratus ac devotus, in quantum mundo moritur ut Deo vivat, sacrificium est, » ait S. Augustinus, lib. X De Civit. cap. vi; et S. Gregorius, lib. IX Moral., xxxi: « Nos quippe ipsos, inquit, sacrificium Deo offerimus, cum vitam nostram divino cultui dedicamus. » Idem, hom. 12 in Ezechiel. « Qui, ait, sic operantur ea que Dei sunt, ut tamen et quedam que sunt seculi non relinquunt, nimirum sacrificium et non holocaustum offerunt. Qui autem cuncta que mundi sunt deserunt, et totam mentem igni divini amoris incendunt, hi nimirum omnipotenti Domino sacrificium et holocaustum fiunt. » Sic et D. Thomas, II II, Quest. CLXXXVI, art. 7, docet Religiosos esse holocausta, quia omnia sua Deo tradunt, nimirum opus per votum paupertatis, corpus per votum castitatis, voluntatem et iudicium per votum obedientie. Plura vide apud Hieronymum Platam, lib. II De Romano status Religiosi, cap. xv.

GENS SANCTA. — Primo, quia uti Synagoga Judæorum olim, ita nunc Ecclesia Christianorum ex omnibus gentibus Deo est segregata, dicata et sanctificata. Secundo, quia plurimos habuit et habet Sanctos, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines: Sunt viri eruditi qui numerum Martyrum accurate inveniunt, asseruntque facile esse undecim milliones, ita ut cuique diei per annum assignari queant triginta milia Martyrum, uti ostendunt Apoc. vii, 9. Tertio, quia omnes ad sanctitatem vocati sunt, juxta illud Hebr. xii, 22: « Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem celestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis, et iudicem omnium, Deum, et spiritus iustorum, perfectorum, et Testamenti novi mediatorum Jesum. » Quarto, quia sancta est Christianorum religio, fides, doctrina, Sacramenta, sacrificia. Quinto, quia ejus auctor Christus est Sanctus Sanctorum, Daniel. ix, 24, ejusque rector est Spiritus Sanctus. Sexto, quia nullibi nisi in Ecclesia invenitur vera sanctitas. Septimo, quia eorum lex, et vita legi conformis est sancta.

Audi S. Basilium in Moralibus, regula LXXX,

cap. xxi: « Quid proprium, ait, Christiani? Fides que per charitatem operatur. Quid proprium ejus que in proximum est charitatis? utilitatem propriam non querere, sed utilitatem ejus qui diligitur, cum anime, tum corporis. Quid proprium Christiani? ut per baptismum denovo ex aqua et spiritu generetur, ut unus fiat spiritus cum Christo, ut quemadmodum Christus peccato semel mortuus est, ita etiam ipse mortuus sit, et ad omne peccatum immobilis, sicut scriptum est Rom. vi: Quicumque in Christum Jesum baptizati sumus, in mortem illius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, hoc scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Quid proprium Christiani? mundari ab omni inquinamento carnis et spiritus, et perferre sanctitatem in timore Dei et charitate Christi, et nullam habere maculam, neque rugam. Quid proprium Christiani? providere hominum in conspectu suo semper. Quid proprium Christiani? quotidie ac singulis horis vigilare, et assidue paratum esse ad eam perfectionem per quam placeat Deo, illud scientem, venturum esse Dominum hora illa qua non sperat. »

POPULUS ACQUISITIONIS. — Id est, acquisitus. Syrus, congregatio rebaptizata, quam scilicet Christus suo sanguine acquisivit, redemit et emit. Minus recte Natalius et Erasmus vertunt, qui Christo in lucrum accessit. Ego enim id verbum sit, tamen id precise non significat acquisitionem, sed acquisitionem et emptionem, ex qua non tam Christo quam ipsismet emptis ingens lucrum gratiæ, gloriæ et hereditatis celestis accessit. Hinc Paulus fideles ait positos in acquisitionem salutis per Christum, ipsosque vocat filios fidei in acquisitionem anime, Hebr. x, 59, et I Thessal. vi, 9. Christo tamen ex eadem accessit ingens gloria. Nam, ut ait S. Bernardus in Sententiis: « Hæc pars Christi quam tulit de manu Amorrhæi (qui amarum ac rebellem significat, puta diabolum) in gladio prædicationis et arcu incarnationis. » Ideo Christus nos summe amat, quia cetero ei constitutus: emit enim nos sanguine suo.

S. Augustinus, lib. I De Peccat. mor., cap. xxvii, et S. Ambrosius in Psal. cxviii, octon. 6, legunt, populus in adoptione, rem reddentes, non verba: adoptionem enim non significat adoptionem, sed vindictam, sive vindicationem in libertatem, acquisitionem, possessionem, conservationem, salutem: adoptionem enim ait asserere in libertatem, acquirere, servare; adoptionem respondet Hebræo כִּלְוָה segulla, id est, pars eximia, selecta et dilecta, uti est thesaurus et gemme pretiosæ. Vide dicta Exodi xix, 6. Sensus est, q. d. Christiani sunt populus peculiaris, hoc est possessio, peculium et cymellium Dei. Unde et Ecumenicus acquisitionem interpretatur possessionem et hereditatem. « Omnes enim, ait, christi, id est hæ-

tara Dei sunt: christi vero, id est possessio, soli illi qui per bonam suam operationem dignati esse fuerint. Propterea, inquit, electi fuistis, ut per obedientiam et bona opera vestra præcones virtutis ejus qui vos vocavit, dicamini. » Pulchre S. Augustinus, De Verbis Domini secund. Lucam, serm. 33, in fine: « Magna res, inquit, fratres: et hereditas ipsius sumus, et hereditas nostra est; quia et colimus eum, et colit nos. Nulla est injuria illi quia colit nos. Quia si nos colimus illum ut Deum nostrum, ille colit nos ut agrum eum. Ego sum, inquit Christus, vitis, vos esis palmiles, Pater meus agricola est. Joan. cap. xv. Ergo colit nos; sed, si fructum reddamus, parat horreum. »

Hinc S. Basilium in Moralibus, regula 80, cap. I et sequent., docet fideles esse oves, palmiles, sponsas; templa, victimas, filios Christi, ideoque debere ita vivere, ut sint lux mundi et sal terræ. « Colimusmodi Christianos esse, inquit, ratio vult? Primo, tanquam discipulos Christi, qui ad ea se tantummodo conformant que videant in ipso, vel que audiant ab ipso. Tollite jugum meum super vos, et discite a me. Vos vocatis me magister et Domine, et bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus et magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. »

Secundo, « tanquam oves Christi, qui solam audiant vocem Pastoris sui, et ipsum sequuntur. Oves mæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me. Alienam autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo. »

Tertio, « tanquam palmiles Christi in ipso radicatos, et ipsi fructum ferentes, et omnia qua illo digna sunt, et ipsius voluntati consentanea, facientes et habentes. Ego sum vitis et vos palmiles. »

Quarto, « tanquam membra Christi in omni executione mandatorum Domini, aut donorum Spiritus Sancti absolute perfectos, ad dignitatem capituli ipsorum, qui est Christus. Nescitis quod corpora vestra membra sunt Christi? veritatem autem facientes in charitate crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationalis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in edificationem sui in charitale. »

Quinto, « tanquam sponsam Christi servantem castitatem, in eo quod in solis sponsi sui voluntatibus ambalet. Qui habet sponsam sponsus est: disponit enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. »

Sexto, « tanquam templam Dei sanctos ac mundos, et iis repletos solum que ad Dei cultum pertinent. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.

Vos enim estis templum Dei vivi, stetit diei Deus: inhabitabo in illis, et ambulabo inter eos, et ero illorum Deus. »

Septimo, « tanquam victimam immaculatam, omnibusque suis membris et partibus absolutam, vere in Deum pietatis integritatem conservantes. Obsecro itaque vos, fratres. nec miserationes Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. »

Octavo, « tanquam filios Dei formatos ad imaginem Dei, secundum mensuram que donata est hominibus. Filii, adhuc modicum vobiscum sum, filii mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. »

Nono, « tanquam lucem in mundo: ut et ipsi videlicet puri sint ab omni vitio, et eos qui ad ipsos accedunt, illuminent ad agnitionem veritatis, ut vel tales fiant quales convenit, vel declarati quod sint. Vos estis lux mundi. Inter quos lucebit sicut luminaria in mundo. »

Decimo, « tanquam sal in terra: ut videlicet qui communionem cum ipsis habuerint, spiritum renouentur ad incorruptionem. Vos estis sal terræ. »

Ut VIRTUTES ANNUNTIETIS EJUS. — Quas virtutes? primo, q. d. Ut vos quasi regales sacerdotes Christi narretis, prædicetis et celebretis immensam ejus in nos clementiam, sapientiam, patientiam, humilitatem, charitatem, justitiam, ceteraque virtutes, quas in vita et morte pro nobis redimendis exhibuit Christus. Alludit ad Hebræos, qui transito mari Rubro Deo gratias agentes, celebrarunt ejus magna dicentes: « Cantamus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem dejecit in mare, » Exod. xv, 1.

Secundo, ἀρετή, id est virtus, significat industriam (unde ab ἀρτή deductum est nomen artis, ait ex Donato S. Augustinus, lib. IV De Civit., xxi): Christus enim magna industria assumpsit carnem passibilem, in eaque crucifixus est, ut diabolus falleretur, et per lignum quo cecideramus, nos redimeret. Hinc canit Ecclesia in hymno Dominice Passionis: « De parentis protoplasitæ Factore condolens, ipse lignum tunc novit, damna ligni ut solveret. Hoc opus nostræ salutis ordo deposcerat, multiformis proditionis ars ut artem falleret, et maledam ferret inde, hostis unde læserat. »

Tertio, ἀρετή significat virtutem et fortitudinem bellicam; deducitur enim ab ἀρτή, id est Mars. Sic virtutes; id est, heroica prælia et victoriae Judæ et rarrum Machabæorum celebrantur in libris Machabæis. Christus enim ingenti fortitudine vicit diabolum, mundum, carnem, omnesque tyrannos et Gentes non ferro, sed ligno; non feriendo, sed moriendo. Unde Petrus Damianus, serm. 16 De Casa Domini, pro virtute legit virtutem in singulari.

Quarto, virtus significat opus eximum et mag-

nificum, quod insignem parit laudem et deus: unde Syrus venit *שבתהה תשבתהה* *tesbetate*, id est, laudem et gloriam ejus. Sic vice versa laus sumitur pro virtute per metonymiam, qua effectus pro causa ponitur; ut cum Poeta ait: «Sunt sua premia laudi,» id est virtuti: virtutis enim individua comes est laus et gloria, nimirum,

Ardus per precepta gloria vadit iter.

Hinc Romani templum Honoris edificaverunt congegnum templo Virtutis, cujus vestigia etiamnum hodie cernimus.

Quinto, «virtutes» Christi accipi possunt non passive, sed active, quas scilicet ipse agit et operatur in nobis, scilicet miram, imo divinam humilitatem, charitatem, patientiam, castitatem, constantiam, etc., nobis aspirando, quas longe superant virtutes omnium Pharisaeorum et Indorum, ut ostendit Christus *Matth. v* toto capite. Hic enim postre virtutes miro commendant gloriam Christi, quia ab ipso nobis sunt indita. Alibi dicit oraculum Davidis, *Psalm. xxi*, vers. 32: «Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabitur cordi iustitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.» Et illud *Isaiah, cap. xliii*, vers. 21: «Populus istum formavi michi; laudem meam narrabis.» Hinc expositioni faveit id quod subdit S. Petrus.

Qui ne tenebras (infidelitatis, ignorantie Dei et salutis, errorum et peccatorum) vos vocavit in ambulatione lumen super, — fidei scilicet, cognitionis Dei, prudentie et virtutum: quibus verbis S. Petrus alludit *Isaiah ix, 2*. «Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis;» et *cap. lx*, vers. 1: «Surge, illumine Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Qui oculos leniunt aperient terram, et caligo populos: super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.»

Hae sententia tacite monet fideles S. Petrus, ut lumen hoc et solem justitiae qui eis oculis affulsit, sequantur, in ejusque luce ambulent et vivant, juxta illud Pauli, *Ephes. v, 8*: «Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino: ut filii lucis ambulatis; fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate, proferentes quid sit beneplacitum Deo.» Et *Rom. xiii*, 42: «Nox praecessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamus arma lucis.» Et *Philipp. cap. ii*, 43: «Ut sitis sine querela, et simplices illi Dei sine reprehensione in medio nationis prave et perverse, inter quos lucetis (Syrus *speclantini*) sicut luminaria in mundo.»

Porro hoc lumen vocat «admirabile,» tum quia mira de Deo, de S. Trinitate, de Christo, de praedestinatione, de vocatione Gentium, etc., mys-

teria revelat et ostendit; tum quia mira docet de virtutum officio, de perfectione existens, patientiae, charitatis, obedientiae, religionis, continentis mundi, aliarumque virtutum, ex quibus omnibus clarescit gloria Christi; tum quia *Suetii* per illud heretica et mira virtutum opera patravunt, ut ostendit Paulus, *Hebr. xi*. Ita mirus fuit amor Christi in S. Petro, mirus amor crucis in S. Andrea, mira vis predicandi in S. Paulo, mira puritas in S. Joanne, mira fortitudo in S. Stephano, mira constantia in S. Athanasio, mira humilitas in S. Magdalena, mira contemplatio in S. Antonio, mira religio in S. Basilio, mira humilitas in S. Francisco, mirus fervor in S. Dominico, mirus cantor in S. Bernardo, mirus ardor in S. Laurentio, etc. Haec omnia ostendant et predicant virtutes, et gloriam Christi: nam ab eo quasi capite et fonte dimanantur in Sanctos: unde necesse est ea omnia longe perfectiora fuisse in Christo. Et ergo metaris virtutes Christi, metira et considera vitas et virtutes Sanctorum singulorum. Hic enim a Christo quasi radii a sole profuxerunt. Idque patebit in die iudicii, «cum venerit glorificari in Sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt,» ait S. Paulus, *II Thessal. i*, 10.

Jam vero quantum hoc lumen et virtutes Christi, et ex eo Christianorum, superent omne lumen omnesque virtutes Philosophorum, praeter alias pulchre docet S. Eucherius, *epist. ad Valerianum*, ubi nulla Christi et Christianorum axiomata recenset, quae Philosophis videntur paradoxa: «In illis namque eorum praeceptis, inquit, vel admirata virtus, vel falsa sapientia: in his vero consummata iustitia, solida virtus continetur, etc. Ibi (in schola et philosophia Christi) tibi istud innuabitur: Si amas te, proximum dilige: quia nihil magis commodis tuis dabis, quam quod contrahis alienis. Ibi tibi praecipitur: Nullam esse causam tam dignam putes, qua tibi iusta fiat mors hominis. Illic adversus illicita moneberis: Libidini resiste tanquam hosti acerbissimo, qui insulare victis etiam contumelia corporis gaudet. Illic, ne concupiscas, istud edoceberis: Maltus est nolle que non habes, quam habere que velis. Illic, ne irascaris, hoc ingereitur: Qui provocatus irascitur, tunc solum non irascitur cum non provocatur. Ibi etiam de inimicis audies: Amato non amantem: quia amantem vis illius non amat. Illic suspensio tibi iterabitur: Theaurum hic bene recondit, qui indigentibus dividit. Perdere enim jam non poterit, quod largiendo collocavit. Illic etiam feliciora suadeberis, cum dicetur: Fiduciam congloriorum fructus est continentia. Ibi tu discernenda cognosces, cum audies: Mala saeculi huius iustis injustisque communia sunt. Ibi tibi istud audiendum offeretur: Major agritudo est laudare animam vitis, quam corpus verbis. Ibi tibi ad commendandam pacem istud promittitur: Impatientibus similitudo morum causa discordiae.

Ibi, ne sequaris malos, et stultus: ille quid imitandum sit docet, isto quid vitandum. Illic et ista profunderetur: Mala prosunt nascentibus: ideo non minor est Dei in aperto quam in aperto benignitas. Illic admoneberis: Gratias Deo non magis in prosperis agas, quam in adversis; et cum prospera sint, te non meruisse fatearis. Illic tibi etiam remedia patebunt, cum ista praedicabuntur: Fatum non esse: Interrogent gentes vel leges suas, quae utique non puniunt nisi factorum voluntate. Illic audies ad custodiendam puritatem, et ista praecipit: Si vis esse verax, non eris suspicax: non enim suspicamur, nisi quod nescimus. Et istud: a celo in terram devolvitur, illic tibi suggeretur: Etiam in secretis tuis, quod velis homines nescire, ne feceris; quod Deum, ne cogitaveris. Et illud contra fraudem: Infelicis est decipere quam decipi. Et istud contra iactantiam: Vanitatem tanto magis fuge, quanto melior efficeris: cetera enim vitia crescent vitis, vanitas virtutibus. «Ac tandem concludens ait: «Proinde omnia dicta factaque tua ad Deum, vel propter Deum dirige. Unus hic portus est, in quem populus ab omni fluctuantis saeculi iactatione referendus: hic statio fidelissima, et quies certa; hic blanda tranquillitas serenam replet. Hic cum fueris delatus, tuto navis tua post inanes labores hic ad crucis anchoram fundata reficietur.» Annon haec virtutes, haec Christi dictamina et luminaria, haec Christianae legis dogmata sunt admirabilia et mundo paradoxa?

10. QUI ALIQUANDO NON POPULUS, NUNC ACTUS POPULUS DEI. — Citat *Genes i*, 6. Vnde ibi dicit.

11. CHARISSIMI, — *Charissimi*, id est *diligibilis*, amabiles, digni dilectione, chari, dilecti. Hinc *Agapeta*, id est chara, olim vocabantur virgines et feminae devotionis speciem prae se ferentes, quae viris Ecclesiasticis, aut laicis in speciem spiritalibus adhaerebant, cum hisque commorabantur, ut eis vel servirent, vel ab eis instruerentur; sed sub hoc pallio latebant sordas, et charitas fiebat carnalis, «ut quae venerat Penelope, abiret Helenam;» quod de Lavina scribit *Martialis, lib. i, epigramm. 63*: unde in eas et eorum amicos praesertim Ecclesiasticos, acriter invehitur *Nazianzenus, S. Hieronymus, S. Basilus, lib. De Virg.*; *S. Cyprianus, lib. De Singularitate Clericorum*, et alii veteres passim.

OSTRO, — *ostrea*, id est *horter*, vel obscuro. Nota modestiam S. Petri summi Pontificis, dum subditis non praecipit, sed *observat*. Hoc subinde imitandum Praeclitus, ut docet S. Bonaventura, tract. *De Sex diebus Scripturae*.

TANQUAM ADVENAS S. Cyprianus, *lib. i, epist. 3*, legit *hospites* et peregrinos. — Anima enim nostra coelestis et a Deo creata venit in terram, et corpus hoc mortale, haec est adventa, indeque quasi peregrina tendit et capit redire ad caelum.

Rursum Jerusalem coelestis, cujus conscripti sumus cives, descendit de caelo, ut inde fideles suos secum rapit ascendens in caelum, *Apost. xxi*, 1. Insuper postquam fuit a Deo in paradiso quasi ejus inquilinus, inde ob peccatum expulsi, exules et peregrini vagamur in terra. Haec S. Augustinus in *Psalm. cxviii*, conc. 8, sub initium. Quocirca Christus ut nos ab hoc exilio revocaret in patriam paradisi, descendens in terram, natus est in diversorio, vixit in hospitio, mortuus est in patibulo. Quid est ergo Christianus? est instar Christi peregrinus terrae et civis caeli. Porro, «peregrini officium est, aiebat S. Franciscus, colligi sub alieno tecto, pacifice pertransire et anhilare ad patriam.» Unde S. Basilus in *Asceia*: «Oculos, ait, habeto ad terram defectos, animum ad caelum erectum.»

Prima ergo conditio, dos et virtus peregrini est, ut sciat se esse peregrinum. Multi autem peregrini delibetis patriam inescati, his inharent et obliviscentur patriam, quia hospitium, imo stabulum pro domo et patria adamant, ait S. Gregorius: qui sane imprudenter agunt et stolidi. Quot quantaque mortales hic domos, praedia, hortos, palatia construnt; aurum, argentum et census sine fine accumulunt, quasi hic perpetuo mansuri, isque fructuri? Cogitantne illi se esse advenas et peregrinos? Vere vident eorum sortem et mentem miserans Poeta exclamat: «O curvae in terras animae et coelestium inanes!» Et *Seneca, epist. 99*, tales ridens: «Ceterum, ait, tam improbi sunt, tamque oblitii quo eant, ut mimentur aliquid ipso amittere, amissum uno die omnia. Quidquid est cui dominus inseribitur, apud te est, tuum non est. Nihil firmum infirmo, nihil fragile aeternum, invictum est.» Idem, *lib. II De Natur. Quaes. cap. lxx*: «Omnes, ait, reservamur ad mortem: totum hunc quem vides populum, quousque cogitas esse? Cito natura revocabit et condet, nec de re, sed de die queritur: eodem ciliusve tardiusve veniendum est.»

Brevius vero, clarius et acutius S. Augustinus, *Quaes. xli* in *Levit.*: «Omnis homo, ait, adventa est nascendo, quoniam compellitur migrare moriendo.»

Secundo, peregrinus omnia quasi peregre videt, a se aliena et peregrina estimat: unde eis cor non affigit, sed et obiter ea quasi ad se non pertinentia aspicit et pertransit. Haec et Christianus omnia in hoc mundo estimat sibi peregrino esse aliena et peregrina. «Peregrini enim sumus coelum te et adventa, sicut omnes patres nostri: dies nostrae quasi umbra super terram, et nulla est mora,» ait David *I Paralip. xxxv*, 18. Praeclare S. Eucherius, *epist. ad Valerianum*: «Vere, ait, beatitudo est saeculi beatitudinem spernere, neglectisque terrenis ad divina flagrare. Abrumpatur illa interminabilis saecularium negotiorum cura; nihil est magnum re, quod parvum est

tempore; nec longis dilatatur gaudiis, quidquid arcio sine concluditur.»

Tertio, hospes una nocte versatus in hospitio abit, illudque aliis hospitibus venturis reliquit: ita facti et homo. Audi S. Augustinum serm. 32 *De Verb. Dom.*: «Unusquisque, ait, hic et in domo sua hospes est; si non est hospes, non inde transit; si transiturus est, veli, noli, hospes est. Nam dimittit illam filii sui, hospes hospitibus: cessat tibi locum patris tui, cessurus es locum filii tui; nec mansurus manus, nec mansurus relinquas.» Quocirca S. Gregorius Nazianzenus in *Carm. De hominis vilitate*, ita eam pingit:

Quae vita haec? tamulum a tumulo (a ventre matris) peto rursus, et ignis

Post tamulum rursus me temelabit edax.

Idque ipsum est quod vivo velot rapidissimus annus,
Qui sursum exoritur semper ad ima fluit, etc.
At ego conplaciar in mensura in saecula Christum,
Cui fecerim vitam vii sula rupta mea.

Quarto, S. Bernardus, serm. 7 *De Quadrag.*: Peregrinus, ait, recta pergit per viam, contentus victu ac vestitu, sine sarcinis supervacaneis; unum iter suam curat, non vilibus negotiis. Ita faciat et Christianus. Vere ait S. Augustinus, *De Consolat. mortuor.*, serm. 4: «Peregrinatio est omne quod vivimus. Nam sicut peregrini in saeculo sedes habemus incertas, laboramus, desideramus vias ambulantes difficiles, periculis plenas; undique insidias a corporalibus, a spiritualibus inimicis; ubique errorum calciculis sunt preparati. Et omnium tantis periculis urgeamur, non solum ipsi non cupimus liberari, sed etiam liberatos tanquam percutentes iugemus et plangimus.» Idem, *De Verbis Apost.*, serm. 26: «Nos, ait, triditis, quia speramus aeterna, quae cum venerint non transibunt, sed semper manent: nos autem ad illa veniemus, cum per viam Dominicam ista quae transierunt transferimus. A vobis vero temporalia nec sperari aliquando desinunt, et tamen crebro sperata vos fallunt: nec cessant vos inflammare ventura, corrumpere venientia, torquere transientia. Nonne ipsa sunt quae concepta inardescunt, adepta vilescunt, amissa vaneunt? Utinam eis et nos secundum peregrinationis nostrae necessitatem, sed non in eis gaudia nostra figimus, ne illis labentibus subruamur. Utinam autem hoc mundo tanquam non utentes, ut veniamus ad eum qui fecit hunc mundum, et in eo maneamus ejus aeternitate perfruentes.»

Quinto, peregrinus anhelat ad patriam. Idem faciat Christianus. Audi S. Cyprianum, tract. *De Mortal.*: «Patriam nostram paradisum computamus: magnus nos illic charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum copiosa turba desiderat, jam de sua incolumitate secuta, et adhuc de nostra salute sollicita. Quid igitur non properamus, ut patriam nostram videre, et parentes salutare possimus? Ad hos properemus, ut cum his cito esse, ut cito ad Christum venire

contingat, optemus.» Et S. Augustinus in *Psalm. cxlviii*: «Qui, ait, non genuit peregrinus, non gaudet civis, quia desiderium non est in illo.» Idem, in *Psalm. cxlv*, initio: «Fideli homini, ait, et peregrino in saeculo nulla est juveniorum recordatio, quam civitatis illius unde peregrinatur. Sed recordatio civilis in peregrinatione non est sine dolore atque suspirio: spes tamen reditus nostri certe etiam perscrutando tristes consolatur et exhortatur.»

Sexto, peregrinus fortiter et constanter fert labores itineris, aestus, frigora, famem, sitim omnique vitium et hospitiorum incommoda. Ita Christianus fortiter ferat omnes hujus vite et peregrinationis erumnas, cogitando illas esse breves et modicas, ac per eas perveniri ad quietem et gloriam aeternam. Talis fuit Abel, primus mundi peregrinus, sed civis caeli, quem occidit Cain, primus mundi civis et caeli exul. Unde ab Abel cepit civitas Dei, a Cain civitas mundi et diaboli, ait S. Augustinus, lib. XV *De Civit.*, 1: «Prior, ait, est natus civis hujus saeculi (Cain), posterior autem isto peregrinus in saeculo (Abel) et pertinens ad civitatem Dei, gratia predestinationis, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia civis sursum.» Idem, in *Psalm. cxxxviii*: «Vita ista, ait, parva tribulatio est: si non est tribulatio, non est peregrinatio. Si autem peregrinatio est, aut parum patriam diligis, aut sine dubio tribularis. Quis enim non tribuletur, non se esse cum eo quod desideret?»

Septimo, peregrinus decore, honeste et juste se gerit, nulli est injurius, caute se habet in omnibus, cavetque ne quod periculum incurrat, vel ad iudices et tribunalia trahatur. Quocirca S. Paulus, cujus verba S. Petri antistropha sunt: «Apparuit, ait, gratia Dei et Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.» Unde Poeta hominem Christianum quasi peregrinum ita pingit:

Beatus ille qui praeci negotiis,
In Christo opes ponit suos:
A saeculo reliquit saeculi amantibus,
Insaque mortuus sula,
Um Deo jam deditus, soli Deo,
Suaque vivit proximo:
Quidam quasi in terris obambulans Deus,
Et sanctus in carne agulus,
In regeneratione similis futurae Dei Filio,
Suaque mensura Deus.

Octavo, peregrinus homines quoslibet sive indigenas, sive obvios quos videt et audit, quasi peregrinos aestimat: cor ejus est in patria, mens cum parentibus, filiis et cognatis. Ita Christia-

nos homines et feminas omnes hujus saeculi peregrinos aestimat, cor habet apud Deum, angelos et Sanctos. Unde S. Basilus, admonitione *ad filium spiritalem*: «Aviditate caelesti anima flagrans, ait, Christi amori copulatur cum in terris agens de caelestibus jugiter meditatur: calcet saeculi voluptates, nec ulla saeculi cura eam segregat ab amore Christi; sed ut figura (nota hoc) quaedam inter homines versari videtur, et tota conversatio ejus in caelis est. Mors illi praesens, tanquam vita ipsa est dulcis: cupit dissolvi et esse cum Christo, quem in carne vivens intra suum portaverit templum.» Idem, *Regul. fustis disp.*, interr. 5, quaerit: «Quomodo cohibenda sit mentis ad fuites cogitationes evagatio?» ac respondet: «Qui vere Deum sequi destinat, is a vinculo affectionum hujus vite solutus sit: id quod facile assequimur, si et a superioris vite nos conveniendae penitus abducimus, eamque oblivioni funditis mandamus. Nisi enim ab ea quae ex sanguinis necessitudine nobiscum intercedit conjunctione, nos alienaverimus, et familiari congressu saecularium, ac mentis habita in alium veluti mundum commigraverimus, juxta illud Apostoli: Nostra conversatio in caelis est; nullo modo scopum attingemus, Deo videlicet ut placeamus, cum praesente hominis dixerit: Sic omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.» Addit deinde: «Hec autem ubi praestiterimus, omni custodia custodiendum fuerit cor nostrum, neque patiendum, ut assidua de Deo cogitatio ex animis nostris elabatur, neve eorum quae mirabiliter ab eo facta sunt, memoria contaminetur per fuites et evanidas cogitationes: contraque illud agendum assidue, ut ex assidua et purissima recordatione impressum in animis nostris planum de Deo cogitationem, velut indelebile aliquid signum circumferamus. Si quidem haec est ratio per quam erga Deum acquiri charitas consuevit.» Hinc S. Bernardus, *De Modo bene vivendi*, vii: «Omnia, ait, que in hoc mundo sunt, servis Dei contraria sunt, ut dum ista adversa sentiunt, ad caelestem regnum cum summo desiderio suspirant. Magna apud Deum refugiet gratia, qui hunc mundo contentibilis est. Nam revera necesse est, ut quae mundus odit, diligantur a Deo. Sancti viri peregrini sunt et hospites in saeculo: unde reprehenditur Petrus, quod tabernaculum in monte fieri voluerit; quia sanctis in hoc mundo tabernaculum non est, quibus in caelo patria et domus est. Cuncta temporalia quasi herbae marcescentes siccantur et transeunt; sancti viri qui perfecta saeculum continentur, haec hunc mundo moriuntur, ut soli Deo vivere dolerentur. Et quanto so a conversatione hujus saeculi subtrahunt, tanto magis oculis mentis praesentiam Dei et angelice societatis frequentiam contemplantur.»

Nono, peregrinus parat et munit se ad iter per calceos, pallium et vestes ceratas, quae pluviam

arceant, baculum cui innitatur, etc.: ita fidelis contra omnes difficultates et tentationes se munit solida humilitate, patientia, oratione, ac praesertim Christo, ejusque cruce et morte. Hinc agrum qui emptus est pretio sanguinis Christi in sepulchrum peregrinorum, ita mystice interpretatur S. Augustinus, serm. 128 *De Tempore*: «Quibus, ait, non est in mundo possessio, his in Christo fit sepultura. Istos peregrinos quos esse dicimus, nisi devotissimos Christianos, qui renuntiant saeculo, et nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem. Ideo autem peregrinis sepultura Christi promittitur, ut qui se a carnalibus viis tanquam peregrinus et alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, et tanquam hospites in hac luce versamur, sicut Apostolus ait: Etenim dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino: peregrini, inquam, sumus, et nobis Salvatoris simpta est sepultura. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.» Rursus peregrinus vaticum sibi parat ad iter necessarium: ita fidelis S. Eucharistia pro vaticulo utitur. Praefate S. Basilus, *De Leg. Gentil.*: «Ad futuri saeculi, inquit, cuius non est finis, possessionem, vaticum tibi para.» puta S. Sacramenta, virtutes et merita, ex quibus vivas in aeternum.

Decimo, peregrinus ridetur ab indigenis, praesertim pueris, quasi barbarus ob novum habitum, loquelam, gestum; sed contemnit et pertransit, ac ridentes ipsa pariter ridet. Ita et Christianus ridetur a mundo et mundanis; sed pariter eos ridet, atque cum Apostolo: «Tanquam purgamenta hujus mundi aestimati sumus: omnium peripetema usque adhuc.» I Cor. iv, 13; et illud: «Jam non estis hospites et advenae, sed esitis civis sanctorum et domestici Dei.» Ephes. ii, 19; et illud I Cor. iv, 3: «Mihī pro minimo est, ut a vobis iudicer aut ab humano die.» Prima ergo «virtus Christiani est, contemere et contemni,» ait S. Hieronymus.

Ha Sancti aestimantur sive peregrinos, Eorum exempla et gnosis recensuit *Helr.* xi, 43. Denique praefate S. Gregorius Nazianzenus, in *Prosepticis ad Virgin.*:

Quocirca, inquit, nec te praesentis commoda vita immolige oblectent, nec cursus tristis frangat:
Tristia quippe tibi, simul et jucunda necesse est
Liquore quanta brevi.
Hospes es in misera peregrinus et incola terra;
Post vero ad patriam divina potentia selem
Te vehet, in fragili postquam certaveris aro:
Praemia sunt porro longe iustora labore.

Haec est ergo vocatio Christiani, ut quasi peregrinus, cor avocet a cognatis, delictis, opibus, totisque quasi a mundo abstractus ad caelum contendant per aspera quaeque, ut fecit S. Caecil-

lia, S. Agnes, S. Catharina, omnesque Martyres.

PERGRINOS ABSTINERE A CARNALIBUS DESIDERIIS. — Primo, quia peregrinus his abstinere, non enim se gravat et opplet cibo et potu, sed leviter et moderate cum sumit, ut sit expeditus et agilis ad iter. Peregrinus enim congruit illa Epicteti gnome: « Sustine et abstine. » *Secundo*, quia fidelis sibi peregrinum esse estimat non tantum terram, sed multo magis carnalem concupiscentiam, quia concupiscit delicias spirituales et eternas. *Tertio*, quia concupiscentia carnalis ei non tantum est impedimento ad vitam, sed et veneno ad vitam: occidit enim animam peregrinantis in eam truditque eam in tartara.

Porro carnalis desideria intellectus non tantum gubet et libidinis, sed et ira, invidia, superbia, etc. Hec enim omnia sunt opera carnis, si est concupiscentia, que non tantum in carne, sed et in anima ad mente residet, tunc docet Apostolus *Galat. v. 19*. Vide ibi dicta.

Per *abstinere* ergo intellige continere et continentiam. Hec enim omnem concupiscentiam domat et refrenat: alique hinc Gentilibus erat amari et venerandi, ideoque fideles continentes eis faciebant amabiles et admirabiles, longe magis quam suum Catonem, quem illi miris modis in eum habebant, et tantum non ut numen colebant, desistantes Catonem et continentiam esse eodem utro prognatos videti: aut Anachorasin, qui suis imaginibus inscribi jussit: « Lingue, ventri et Veneri temperandum: » quod lingua peccatis causa est gravium malorum, et luxu nihil turpius, et libido ex homine facit pecudem: ita Laertius, lib. II, cap. IX; et Alexandrum Magnum, qui dabit filias in prelio captas videre noluit, dicens « Turpe fore si qui viros videret, a mulieribus vinceretur: » et: « Indignum est ut, qui aliorum incontinentiam castigamus, ipsi incontinentie servire ab exteris deprehendantur: » Ita S. Basilus, *De Legum. lib. Gentil.*, et Maximus, serm. 7; et Menendium, qui dicenti: « Magnum est que concupiscas assequi: Nullo majus est, aut nihil eorum quam non docent concupiscere: » ibidem; et Archidamum, qui promittenti viam suavissimam: « Quorsum, aut, opus est? quia quo melius est, eo plus absumetur, et que fortis xiros decent, ea reddet inutiliora. » Ita Plutarchus in *Lacon*.

Emittuerunt prisci Christiani in continentia. Nota est continentia S. Jacobi Alphaei, qui vino, carne, balneo, ceterisque delictis abstinens, nasteram egit vitam, ut fuisit dixi in Proemio Epistole ipsius. Similis fuit S. Petri, S. Pauli et ceterorum Apostolorum.

Joanes Eremita, qui Theodosio Imperatori victoriam de Eugenio tyranno prædixit et præstitit, tantum fuit continentis, ut per 40 annos feminam non viderit, adeoque cum Tribuni uxor eum devotionis causa videre percuperet, eam non admiserit, sed per visionem absentem apprensus ejus

voto satisfecit, admonens ne detorceps faciem corporalem servorum Dei aspiciere desideraret, sed gesta orator et actus per spiritum contempneretur. Ita Rufinus, Palladius et alii in ejus Vita.

S. Arsenius abbati Pambo poscenti monium salutis et perfectionis, hoc dedit: « Noli esse in tua iustitia confidens, nec pavescat te rei transactas, ne continens esto lingue tue et ventris. » Ita Vila Patrum, lib. V, cap. IV.

Eusebius, teste Theodoro in *Philotheo*, cap. IV, ita continens fuit oculorum, ut ferreum collare cervici imponerit, ut hoc pondere inclinatus, cogereur assidue in terram despicere.

Eusebius, teste Theodoro in *Philotheo*, cap. IV, ita continens fuit oculorum, ut ferreum collare cervici imponerit, ut hoc pondere inclinatus, cogereur assidue in terram despicere.

S. Arsenius mulieri que clam ad eum irrepserat, poscenti ejus preces, ut in his sui recordaretur, respondit: « Oro Deum meum ut debeat tuam ex corde meo memoriam. » Ita Vila Patrum, lib. III, n. 65.

Celebris est anomo abbatis Pastoris ibidem lib. V, cap. IV *De Continentia*, n. 29: « Nisi Nabuzardan archimagis venisset, non consecratum esset templum Domini igitur: ita et nisi quies, gula et venter venerit in animam, nequaquam mens corrui pugnas contra inimicum. »

Et n. 43, abbas Hyperichii: « Sicut levis terribilis est onager, sic monachus probatus cogitationibus concupiscentis. Jejunium frantum est adversus peccatum. Qui autem ubi jejunium, velut equus fervens desiderio femina rapitur, sicutal jejunio corpus animam de profundo elevat, et sicut fistulas delectationum. »

Et n. 60, celebratur continentia Religiosi, qui matrem jam senem per torrentem translaturus manus suas pallio involvit, ne eam confingeret. Rogatus a matre cur id faceret, respondit: « Quia corpus mulieris ignis est, et ex eo ipso quo te contingebam, veniebat mihi commemoratio aliarum feminarum in animo. »

Porro prudenter monet S. Gregorius, XXX Mor., cap. XIV: « Sic, ait, necesse est ut artem quisque continentie teneat, quatenus non carnem, sed vitam occidat. Nam plerumque dum plus justo caro restringitur, etiam ab explicatione boni operis enervatur, ut ad orationem quoque vel predicationem non sufficiat, dum incentive vitorum in se funditis suffocare festinat. »

Plura de concupiscentia, continentia, voluptatum fuga, dixi *Jacobi I, 14; Jerem. II, 24; Daniel. I, 17.*

QUI MILTANT ADVERSUS ANIMAM. — Caro enim « concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, » *Galat. v. 17*; unde: « Militia est vita nominalis super terram, » ait Job, cap. XIV, vers. 4. Hanc militiam et lucram egregie in seipso depingit S. Augustinus, lib. VIII *Confess.*, VIII, et serm. 103 *De Temp.*, et lib. *De Confictis virtutum et vitiorum*, ac S. Ephrem, lib. *De Armatura spirituali*, et S. Bernardus, tribus serm. *De Pupna spirituali*, et Prudentius in *Psychomachia*, ubi gra-

phico describit duellum humilitatis et superbie, patientie et impatientie, castitatis et libidinis, etc. Servos Tertullianus, *ad Martyr.*, cap. III: « Satis, ait, conflictus et victorie suorum Agonolictes Deus vivus; Xystarches, Spiritus Sanctus; Epistates, Christus Jesus; corona, aeternitatis; brachium, angelice in oculis substantia pollicia; gloria, in secula seculorum. » Et S. Hilarius in *Psalm. CXVIII*, littera *mus*: « Alia, ait, sunt seculi leges, alia Dei munera. Diabolus cum Deum tentare ausus est, eum esse seculum gloriarum; Dominus vero morinos seculo jubet, ut vivamus ipsi. Cum Domino opum contemptus, opulentia est. Cum Domino terreni honoris despectus, colorum regum est. Cum Domino humilitas cordis, generoso et regie dignitatis ornatus est. »

12. CONVERSATIONEM VESTRAM INTER GENTES (SYRUS, coram omnibus factis hominum) HABENTES BONAM. — « Spectaculum enim facti sumus natum, angelis et hominibus, » *I Cor. IV, 9*. Et: « Proximo famam, Deo debemus et providemus conscientiam, » ait S. Bernardus, serm. 71 in *Cant.* Notant hic Christiani se ita conversari debere, ut et fideles et infideles, ac hereticos sua sancta conversatione ad Deum, fidem et sanctitatem traquant. Major enim est vis exempli quam verbi, vitæ quam vocis, morum quam verborum. Quocirca S. Paulus coram Agrippa rege: « In hoc, inquit, et ipse studeo sine offensione conscientiam habere ad Deum, et ad homines semper, » *Acto. XXV, 16*. Et Job, I, 1, laudatur quod inter infideles et impios fuerit vir simplex et rectus. Quin et Cicero apud *Lactant.*, lib. III, cap. XV et XVI: « Male, ait, mecum agitur, si me oratio magis quam vita purgat. » Et Aristippus rogatus quid in hoc orbe esset admirandum, respondit: « Vir probus et moderatus: quia licet inter multos impios deget, non tamen pervertitur. » Ita Stobæus, serm. 33. Proclares S. Chrysostomus, orat. *De S. Babyla*: « Convincent, ait, magis opera virtutis, quam miracula: hinc namque vel ficto fieri possunt, vel si vere, etiam ad improbis per gratiam gratis dantur. » Vide *Lactantium*, lib. III, cap. XV, ubi inter multa ait, eos qui docent et non faciunt præceptis suis detrabere pondus, ac verbo veritate, opere mendaciam exhibere.

Ut in eo quod detractant (detrahunt, obtruncant, calcumant) de vobis tanquam de malefactoribus. — Dicebant enim Christianos esse contemptores principum, numinis et deorum, voluptarios, usurpare promissuos concubitus (quia id faciunt Gnostici heretici, ex Christianis prognati), vesci carnibus humanis (scilicet carne Christi in Eucharistia, cujus rumorem inaudierant Gentiles, sed modum et mysterium non intellexerant), etc., adeo ut omnes orbis plagas et eludes tribuerent impietati Christianorum, ideoque per trecentos annos eos atrocissime persecuti sunt omnes pene Imperatores usque ad Constantinum. « Si Tiberis, ait Tertullianus, *Apolog. XI*, ascendit

in membra, si Nilus non ascendit in arva, si terra movet, si famas, si lues, statim Christianos ad locum. » Quocirca pro innocencia Christianorum graves et doctas Apologias scripsit S. Justinus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Cyprinus, Tertullianus, Arnobius et alii.

Ex bonis operibus vos considerantes (*considerate*, id est introsipientes, plane et penitus insipientes; Clemens Alexandrinus, *II Pedag.*, XI, *suspicientes*; Valabius, *astimantes*) glorificaverit Deum. — Ita S. Blandina atrociter torturatur, Christianis objecta criminum jam dicta confiteretur, constanter et alacriter proclamando: « Christiana sum, et nihil apud nos mali geritur, » obstupescit tortores. Eadem revocata ad tormenta, et in mortis confinio posita: « Multum, ait, erratis, o viri, quod putatis infantum visceribus vesci eos, qui ne multorum quidem animalium carnibus utuntur. » Et S. Diocletus de hisdem in tormentis interrogatus, nihil aliud respondit quam: « Aliud nihil sum quam Christianus. Hec mihi nomen, hinc genus, hoc patria est. Cumque ei lamina candentes eris et ferri adhiberent, ita ut carnes ejus adusta igni defluerent, ipse permanebat immobilitas, incommotus, intrepidus, exultans aeternique fontibus, qui procedunt de ventre Jesu, humanas in se temperans fluminas. Verumtamen membris omnibus martyr erat, et toto corpore unum vulnus hærebat. Perit in eo humanæ formæ agnitio, et non sciam quis esset, tunc et quid esset, tormentorum crudelitas, ne agnosci posset, abstulerat. Christus tamen in eo solus per martyrii gloriam recognoscitur, qui per ejus patientiam destruebat adversarias potestates, et suos milites per tolerantiam roborabat exemplum, ostendens omnibus quia nihil terribile est, ubi diligitur Pater; nihil doloris est, ubi fides Christi, » aiant Lugdunenses Christiani apud Eusebium, lib. IV *Hist.*, cap. I, in epist. encyclica. Quocirca Plinius Secundus, Proconsul Asiæ, inquisitione facta de vita Christianorum, scripsit *ad Trajanum*, lib. X, epist. 97, nihil se in eis criminis deprehendisse, nisi quod hymnos antelucanos Christo canerent, rogans quid de his fieri juberet: cui Trajanus respondit, inquirendos qualem non esse, oblatos vero puniri oportere. Unde exclamavit Tertullianus, *Apolog. II*: « O sententiam necessitate confusam! negat inquirendos ut innocentes, et mandat puniendos ut nocentes. » Antonius vero Imperator, Trajani filius adoptivus et successor, in epist. quam recitat Eusebius, lib. III *Hist.*, XII, Christianos palam laudat et propagat, atque Gentiles suis tormentis magis confirmare eorum religionem: « Illis enim, ait, magis in oculis est, ut in crimen adducit mortem, pro Deo suo oppellat, quam ut vita fruantur: unde vita ipsorum hoc pacto prodita multo majorem clariorumque reportant victoriam, quam si imperata quo vos ab ipsis fieri postulatis, obtinet. » Unde concludens docerit: « Quod si quispiam igitur cuiquam

Christiano, quia Christianus sit, pergat molestiam quidquam ad criminis inferre, ille cui crimen illatum fuerit, etiamsi re ipsa Christianus deprehensus sit, absolvatur: qui autem illam accusaverit, iustum debitumque supplicium subeat.

Hac sancti Philosopherum et Martyrum, ut ipse narrat, Dialog. contra Tryphonem. Multi quoque iudices et tortores conversi fuerunt, ut patet ex Vita S. Jacobi, Alexandri, Luciani, Tryphonis, aliorumque Martyrum. Eadem vietus Porphyrius, licet juratus Christi hostis, scripsit librum De Esais, in quo eorum mores angelicos describit et dilaudat. Tam potens est virtus, ut ab hostibus non tantum testimonium, sed et elogium, ac praeconium extorqueat. Quamobrem Jacobus Laynez, prius a S. Ignatio Societatis Jesu Praepositus Generalis, et ex eo P. Camisus (teste P. Sacchino, lib. II Vita eius) consehant e optimum rationem refundendi malefacta esse, illustrem recte factorum constantiam.

IN DIE VISITATIONIS. — *Primo*, per visitationem, Œcumenius et Arias accipiunt investigationem et inquisitionem, q. d. Ut cum Plinius, aliqui Praesides et Gentiles de vobis inquirunt, vestraque visitant, videntes vestra omnia esse sancta, glorificant Deum. Unde Tertullianus, Apolog. cap. ult.: « Cruciate, ait, torquere, damnate, atterite nos; probatio est anim innocentiae nostrae iniquitas vestra: exquisitior quoque iniquitas vestra illicebra est magis secte. Plures effluunt, quoties mefiram a vobis. Semen est sanguis Christianorum. »

Secundo alii, « visitationem, » q. d. *Invenio*, id est inspectionem, curam, correctionem accipiunt mysticam per illuminationem et gratiam, q. d. Ut Gentiles glorificent Deum, tunc quando Deus eos visitavit lumine gratiae suae, ut videant veritatem et sanctitatem Christi et Christianismi, cauteque amplectantur, q. d. Vestra bona conversatio acer erit eis stimulus ad conversionem et fidem. Ita Glossa, Dionysius, Gagneus, Catharinus, Vatablus, Salmeron et alii.

Tertio, Hugo et Thomas Anglicus accipiunt de visitatione, quia Deus visitat et flagellat fideles, ut ex eorum patientia extorqueat laudem ab infidelibus eis detrahentibus: quo fideles monet S. Petrus, ut cum persecutionem alicuius quavis tribulationem patiantur, scientiam non casu accidere, nec tam ab hominibus, quam a Deo proficisci, ad purgandam, explorandam et perficiendam eorum virtutem. Hac enim de causa instituntur visitatores et visitationes in Ecclesiis et monasteriis.

Quarto, Beda per diem visitationis accipit diem iudicii. Tunc enim improbi, praesertim iudices et persecutores, videntes gloriam Martyrum et Sanctorum, Deum glorificabunt, dicentes: « Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, etc. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illorum est, » Sap. V.

Verum haec tarda nimis et sera, ac alterius saeculi est visitatio: ideoque invita infidelium glorificatione. Quare secundus et tertius sensus magis genuini sunt.

13. SUBJECTI IGITUR ESTOTE. — Vox igitur hanc quasi conclusionem educit ex his quae dixit de bona conversatione, q. d. Jussi vobis bonam conversationem, ergo pariter iubeo subjectiorem et obedientiam: in hac enim illa vel maxime consistit et cernitur, praesertim primo illo Ecclesiam et S. Petri aeo. Male enim audiebat apud nonnullos Christiana religio, quasi doceret Christianos utpote Christi filios, et designatos haereditate regni caelorum, non debere subijci principibus, praesertim Ethnicis et infidelibus, inquit Œcumenius. Acedebat, quod primi Christiani origine erant Iudaei, qui sub hoc tempore rebellare ceperunt Romanis, imo Apostoli erant Galilaei: tunc autem orta fuit secula Galilaeorum a Juda Galilaeo, qui docebat Iudaeos, utpote populum Dei, liberos esse debere a iustis, nec subijcere se Imperatori Romano, utpote Gentili et infideli. Quocirca huius erroris insinuatissimi sunt Apostoli et Christiani, ideoque studioso contrarium scribunt et jubent, ut dixi Act. v. 37. Sic etiamnum Anabaptistae ex adverso dicunt, omnes Christianos esse patres, et liberos, ac proinde unum Christianum alteri non debere dominari, ac consequenter nullos inter eos debere esse magistratus, nulla tribunalia, nulla iudicia, nullum jus placentis sententiae. Contra hos omnes scribit Paulus, cap. xiii ad Romanos, ubi multis rationibus ostendit Christianos debere non tantum in foro externo, sed et interno, puta in conscientia, obediunt suis magistratibus. Illas ibidem ordine recensuit. Vere S. Basilium, serm. De abdicatione rerum: « Animi, inquit, in virtute progressus, in humilitate progressus est, contraque in postremis relinquuntur non aliunde, quam ex elatione progignitur. Pitalis enim cognitio, humilitatis et mansuetudinis cognitio est, quando se animo scire submittere, Christum est scire imitari; contra autem arrogantia efferri, est diabolo se similem facere. »

OMNI HUMANA CREATURE. — *Primo*, Syrus vertit, omnis filius hominum, quasi Petrus velit Christianos summe esse humiles, ita ut se curvis homini subternant. *Primum* enim gradus humilitatis est, subijcere se superiori; *secundus*, aequali; *tertius*, inferiori, juxta illud Pauli Galat. v. 13: « Per charitatem spiritus servite invicem; » et Philipp. cap. ii, vers. 3: « In humilitate superiores sibi invicem arbitantes. » Ita Dionysius Carthusianus. Verum hoc consilium est et perfectionis, non praecipit.

Secundo et genuine, « omnem humanam creaturam » vocat Petrus omnem hominem, scilicet superiorem, cui subjectio debetur. Dicit omnem, ne quis infideles et impios excipiat, q. d. Qualis qualis sit, etiamsi infidelis, impius, imprudens, raptor, etc., si superior est, hoc solo nomine ut

subjecti estote. « Creaturam ergo humanam » vocat principes et magistratus ab hominibus creatos, puta reges et duces, uti explicans subdit. Ita Œcumenius. Graecum enim xias, id est creatura, ponitur pro xia xai xaris, id est pro ordinatione, politia et civilis gubernationis dispositione. Sic Latium omnes subinde capitur pro ordinare; et creatura vel creatio pro ordinatione, gubernatione, potestate, puta pro magistratu potestate praedito. Sic dicimus creati Pontificem, Cardinales, reges, principes, consules, cum scilicet per suffragia tales eliguntur et constituuntur: imo Cardinales vocantur creaturae Pontificis, quia ab eo creantur principes Ecclesiae. Sicut enim in creatione Deus ex non esse facit rem esse pulchram et magnam: Ita principes, praesertim qui ex imo ad summum, puta a plebe ad principatum, evadunt, recte dicuntur creati; quia ingens novum esse morale accipiunt, quod eos facit spectabiles et illustres apud homines. Porro hi dicuntur « humana creatura, » vel quia creati ab hominibus, vel potius quia ipsi sunt humanae creaturae, id est homines creati principes a Deo: sunt ergo creaturae Dei, quia ex hominibus ad hanc dignitatem a Deo electi et erecti sunt, et quia praeter ipsi sunt viva imago creatoris Dei, in quibus scilicet Deus suam majestatem, jus et imperium representat.

Loquitur directe S. Petrus de principibus civilibus, hisque jubet subijci fideles, ne per Christum se ab eorum domo: imo exemptos patet: argumento tamen a pari vel minori, idem de principibus Ecclesiasticis, puta Episcopis et Praelatis, scilicet his subijci debere, alicos quoslibet in rebus spiritualibus, ex hoc loco concludit S. Basilium, Const. monast. cap. xxiii; imo Christus Matth. xix, 40: « Qui vos audit, inquit, me audit; qui vos spernit, me spernit. » Et S. Paulus, Heb. xii, 17: « Obediite Praepositis vestris, et subijcite eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddant, ut emungantur hoc faciant, et non gementes. » Et S. Pauli discipulus S. Ignatius, epist. 9 ad Philadelph. « Principes, ait, obediunt Caesari, milites principibus, Diaconi Presbyteris sacrorum praefectis: Presbyteri, Diaconi et reliqui Clerus una cum populo universo, milibus, principibus, et Caesari » (alii legunt, sed et Caesari), « ipsi Episcopo parent, Episcopus Christus, ut Christus Patri obedivit, et hac ratione per omnia conservabitur unitas. » Idem, epist. ad Smyrnenses: « Honora, inquit, filii, Deum et regem. Ego autem dico: Honorate quidem Deum ut auctorem omnium et dominum, Episcopum autem tanquam principem sacerdotum quidam secundum Deum: sacerdotium vero secundum Christum: et post hunc honorare oportet etiam regem. Nemo enim potior est Deo, neque similis ei, neque Episcopo honorabilior in Ecclesia sacerdotium Dei gerente pro salute mundi, etc.; sacerdotium

enim summa est omnium honorum, quae in hominibus consistunt. »

Quocirca apposite S. Bernardus, epist. 183 ad Conradum Imperatorem: « Legi, ait: Otisus anima potestatis sublimioribus subdita sit; quam sententiam cupio vos custodire in exhibenda reverentia Petri vicario, sicut ipsam vobis vultis ab universo servari Imperio. » Et Innocentius III Pontifex, cap. Salvo, De major. et obedient. Imperatorem Constantinopolitanum, qui ex hisce Petri verbis mandabat Patriarchae Constantinopolitano sedere ad pedes suos, confutat, dicens: « Sequeretur quod etiam servus quilibet in sacrodoles imperium accepisset, cum dicitur, omni humanae creaturae. Aptius quis inferat, principes debere subijcere Episcopis in rebus Ecclesiasticis, quia Episcopi sunt creaturae Dei, id est Praelati a Deo dati totae Ecclesiae, non solum plebei, sed et principibus. Sunt enim Episcopi tam regum, quam plebiorum. Vide Bellarminum, toto lib. III De Leicis.

Pollitice hic discit, signum et effectum vere fidei esse humilitatem, subjectiorem, obedientiam subditorum erga magistratus; infidelitatis vero et haereticum effectum esse superbiam, inobedientiam, rebellionem, uti vidimus et videmus factitari a Lutheranis, et magis a Calvinistis in Scotia, Anglia, Germania, etc. Sane Lutherus horum omnium parvus sua rebellionis et haereticus per suos discipulos centum millia rusticorum armavit contra principes, Belluque rusticano excitavit, quod tantas Germaniae clades edidit. Haereticorum enim axiomata, imo primum principium est, suam sectam et haereticum omnibus modis et artibus, ac proserlin armis, tuendam et propagandam esse, ac consequenter principi orthodoxo, si obsistat, omnibus viribus obstantum. Ex adverso Catholici per primos trecentos annos obdixerunt Imperatoribus Ethnicis, etiam persecutoribus, in omnibus, excepta fide et religione; nec quisquam necum aut rebellionem contra eos machinatus est fidei pretexta, etiamsi saepe id facere potuissent si voluissent. Sane potuissent tota legio Thebgorum fortissima, duce S. Mauritio, Maximiano resistere, armisque fidem et vitam tueri, aut certe non inulta occumbere; sed noluit, totaque positus armis, genibus nixa fidei causa obtinueri se permisit. Pluribus ipsdum demonstrat Thomas Bozios in Signis Ecclesiae, signo 53 et 90.

Id etiamnum experitur et sentiant multi principes Ethnicis apud Indos, Japonese et Sinas, qui Christianos et Christianam religionem amant et fovent, eo quod vident Christianos magis sibi obedire quam Ethnicos. Sane ante annos triginta cum degere Lovanii, Alexander Farnesius, dux Parmensis, Belgii gubernator, qui, invicta sua fortitudine et prudentia, longe majorem Belgii partem ad regis sui Philippii II obedientiam revocavit, cum rex juberet in urbis a se captis aere extrui, quae dives in officio contineret, ne quis rebellionem novam ordiretur, rescripsit

Regi Alexander, arcem munifissimas et securissimas fore Collegia Societatis nostrae. Illa ergo loco arcium curaret in urbibus majoribus et periculosioribus extrui. Rationem dabat: Religiosi Societatis per scholas, conciones et alia ministeria docebant civis, eisque instillabant veram fidem, obedientiam et amorem, quem debent non tantum Deo, sed et suo principi, quem Deus eis praefecit, summum vicarium constituit, ut eum quasi saltem colant et ament. Validior autem obedientia et principatus custos est amor, quam timor, qui cum sit violentus, diu durare nequit, sed data occasione erumpit, iurgumque excolit, et arcem sibi impositas (quas Graeci dicebant esse *tyrannorum muros*) evertit. Persuasi haec ratio Regi, qui consilium hanc secutus, mandavit et ut locis oppositis Collegia Societatis fundiret, quod ipse accurate praestitit, magno et Belgarum et Regis honore.

Orthodoxa ergo fides est columen reipublicae aequae ac Ecclesiae, cuius pestis est infidelitas et haeresis. Columen enim reipublicae est obedientia civium, quam praestitit fides, negat haeresis. Unde Solon legislator Atheniensium rogatus, «qua ratione consistere possit civitas?» respondit: «Si civis obtemperent suis magistratibus; magistratus autem legibus.» Ita Stobaeus, serm. 41. Laconum eruditio erat «parere magistratibus, patientiam esse laborum, et in praesidio vincere aut mori,» ait Plutarchus in *Lacon*. Scipio cum in Africa bellum gereret, ostendit milites suos et turrim excoelsum in mari, aitque: «Nullus horum est, qui non concessa tibi semet in mare praecipitatus sit, si ego jussero.» Ita Plutarchus in *Scipione*.

PROPTER DEUM. — *Primo*, quia Deus sanxit magistratus iussitque eis obediri. «Non est enim potestas nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinate sunt,» *Rom. xii, 1*. Unde hanc causam illic subdit S. Petrus, dicens: «Quia sic est voluntas Dei.» Haec de causa Numae, Lycurgus et alii legislatores fixerunt se cum diis colloqui, ab hisque leges accipere, ut his auctoritatem adderent, teste Platone in *Minoc*. Legislatores autem fidelium, ut Christus, Moses, Petrus et Paulus cum Deo et Christo colloqui sunt, ab eoque suas leges acceperunt.

Secundo, quia rex et princeps est vivus Dei in terris imago, estque quasi vicarius Dei, imo Deus quidam terrestris. Quocirca qui eum violat, Deum violat. «Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem accipiunt,» ait Paulus *Rom. xii, 2*. Hinc Plutarchus in *Themistocle* regem vocat *vicarium Dei*, nisi *vicarius Dei*, id est, imaginem vivam Dei cuncta servans.

Tertio, quia Deus singulos reges et principes vel per se, ut Saulum, Davidem, vel per suos constituit, juxta illud Prov. vii, 15: «Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt.» Unde Tertullianus ad *Scapulum*, cap. ii: «Christianus, ait, nullus est hostis, necdum Imperatoris, quem sciens a Deo suo constitui, ne-

cesse est ut et ipsum diligat, et revereret, et honoraret, et saluum velit cum toto Romano Imperio quousque saeculum stabit: tamdiu enim stabit.»

Quarto, Didymus et Eusebius: «propter Deum,» inquit, id est, eo modo quo Deus praecipit, nimirum ut eis obediant, quando nihil contra Deum Deique legem praecipiant: si enim id faciunt, dicendum est eum S. Petro: «Obedire oportet Deo magis quam hominibus,» *Act. iv, 19*; et cum Machabeo: «Non obedio precepto regis, sed precepto legis,» *II Machab. vii, 20*. Nam et rex ipse Deo subditus est, ejusque legi parere debet: «Reges in ipsa imperium est Jovis,» ait Horatius, lib. III, *ode 1*. Hoc est quod sanxit Christus: «Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo,» *Matth. xii, 17*. *Idem S. Chrysostomus*, homil. 71 in *Matth.*, «Tu, ait, cum auri reddenda esse Caesari quae sua sunt, illa solum dici non dubita, quae pietati ac religioni nihil officiant: nam quod fidei aut virtuti obest, non Caesaris, sed diaboli tributum ac vectigal est.»

Quinto, propter Deum, id est, ex Dei amore et reverentia subiecti estote magistratibus, *q. d.* Obedite his non quasi coacti metu gladii et vindictae imperium, sed propter Deum, id est sponte et liberaliter, ne scilicet eum offendatis (quod Paulus ait «propter conscientiam,» *Rom. xiii, 5*), sed eum in suis vicariis honoratis et reverentiam. Hoc est quod servit (et quilibet subdit) praecipit Paulus *Ephes. vi, 7*, dicens: «Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes sicut Domino, et non hominibus, scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino.»

Sexto, propter Deum, id est, scilicet Gentiles videntes vestram obedientiam Deum vestrum glorificent, ut dicit vers. 12, ac ad Dei fidem et cultum alliciantur. Ita Iberos Hispaniam populos chadiana, patientia, devotione et virtute captivos, fuisse narrat Eusebius, lib. X, cap. x, et Rufinus, lib. I *Hist.*, cap. x.

Septimo, propter Deum, id est, ut reges et principes meminerint se Deo esse subditos, ac propter ipsum imperare et praecipere. Sapienter S. Fulgentius, lib. *De Praedestinato*, et *Gratia Christi*: «Clementissimus Imperator, ait, non ideo est res preparatum in gloriam, qui apertum terreni principatus accepit, sed in imperiali culmine recta fide vivat, et vera cordis humilitate praesidat, cuius dignitatis sanctae religioni subiacet, etc., si praecibus ita se sanctae matris Ecclesiae Catholicae meminerit filium, ut ejus pacis atque tranquillitati per universum mundum prodesset eum faciat principatum.» Talis fuit Con-

stantinus, Theodosius, Carolus Magnus, S. Ludovicus in Gallia, S. Stephanus in Hungaria, S. Leopoldus in Austria, S. Wenceslaus in Bohemia, S. Hieronymus in Hispania, S. Henricus in Germania, S. Casimirus in Polonia, qui impense Ecclesiam et Pontificem Romanum coluerunt ac propinquarunt, ejusque filii esse et nominari ambiverunt, ne id ipsum filiis suis testamento reliquerunt.

SIVE REGI QUASI PRECELLENTI. — Syrus, regibus propter imperium ipsorum. Praecellencia ergo regis est ejus imperium et potestas regia: quare sub rege accipit Imperatorem, qualis tunc erat Romae, dices et principes absolutos, qui nulli subditi sunt (1). Rex enim dignitate et potestate subditis longe praecellit, isdemque sapientia, beneficentia et virtute praecellere debet. Inse enim est quasi sol in regno, ut multis analogis ostendi Isaias *cap. lxx, vers. 1*. Id autem veritatem Athalaricus, Gothicorum rex, qui apud Cassiodorum, lib. VIII, *quest. 24*, ita loquitur: «Tanto divinitus plura debemus, quanto a ceteris mortalibus majora suscipimus; nam quid simile rependat Deo, qui ponitur imperio? Sed licet per tanto munere nihil compensari possit idonee, ipsi tamen gratia redditor, dum in servitibus honoratur.»

14. SIVE DICITUR. — *Tigurina*, sive *providens*; Syrus, *judicialis*. Graece enim *tyrannos* vocantur praefecti, praesides caeterique magistratus, qui a majore pendunt, ejusque quasi sunt vicarii.

AD VINDICANDI MALEFACTOREM (*Tigurina*, *repressionem*). LAETUM VERO HONORUM, — *agathoprobos* id est, *recte agentium*. Hic enim est finis potestatis regalis et magistratus cujusque, nimirum ut improbos puniendo, probos laetentur; haecque civilem hominum societatem conservent, quod fit per justitiam, qui bonis praesidium, malis poena irrogatur. Unde Socrates ait: «Optime gubernari civitates cum iniusti dant poenas,» ait Plato lib. II *De Politis*. Cicero ad *Brutum* laudat sententiam Solonis, qui rogatus, «qua ratione optime gubernaretur Respublica,» respondit: «Si boni praenitentur, mali poenis coercantur.» Theophrastus interrogatus: «Quidnam vitam humanam conservare?» respondit: «Beneficentia, honor et poena.» Ita Stobaeus, serm. 41. Lycurgus censuit rempublicam diabus rebus contineri, praemio et poena; et Pythagoras «civilem optimum esse» dixit, «quae postquam malos poenis coerceret, viros tantum bonos admitteret.» Ita Stobaeus, lib. I *de Politis*: «Injuriam, etiam si facientem nihil inferat periculum, universis tamen periculosem esse. Quocirca magistratus qui maleficos non coercet, lapidibus esse obruendos, non poena neglecti salutem Respublicae labefactaret.» Ita Plutar-

chus in *Apophth. Rom.* Hinc Architas philosophus, lib. III *Rhetor.*, dixit magistratus esse instar armae, ad quam injuria affecti confugiant. Porro recte apud Aegyptios Pontifex publice pro rege orans, hoc et inter alia praebatur: «Ut leviores poenas intelligeret quam delicta referrentur, et majores gratias responderet quam beneficia exposcerent;» Ita Diodorus, lib. I *Hist. lib.*

15. QUIA SIC EST VOLUNTAS DEI, UT BENEFACTENTES (*ἀγαθοποιούς*), quod paulo ante Noster veritatem, bonos, dicens: «Laudem vero honorum, id est, bona agentium, idem secundo, verbi potest beneficentia affectantes) OBMITTENDI FACIATIS (*ἐπιπέσει, id est obstruetis, obstruatis, oppellitis*) IMPROBENTEM (*ἐργον, id est impudentem; nam, ut ait S. Hieronymus in Epitaph. Nepotiani,» sine notitia Creatoris omnis homo pecus est*) HOMINUM IGNORANTIAM. — Syrus, ut per bona vestra obstruetis et stultorum stultitiam, qui non norant Deum. «Cum enim, ait Eusebius, et inobedientes nimis, obloquantur, si et humiles et obedientes in quibus oportet, nos esse videant, magis erubescunt et obmutescunt.»

Pro *Ignorantiam*, id est *ignorantiam*, Clemens Alexandrinus, lib. III *Stromat.*, cap. vi, legit *εργον*, quod inter alia, teste Budaeo, significat et *syrophantiam*, id est est calumniam, fraudulentiam, qua scilicet subdolis artibus et verbis vestram innocentiam traducere, calumniam et in odium adducere satagunt. Syrophanta enim est mendax et cavillator subdolis, ut dicitur a servo, qui factum fecerunt a se commissum in socium innocentem artificiose concepit; syrophanta enim dicitur a *σύν* *εργον*, id est, ab indicando eum qui fecerit comederat. Sapienter monet S. Athanasius (vel quisquis est auctor), *Ezech. ad Monach.*: «Sic omne quod fingi potest, tanquam possit et crediti, caveamus, ne in ullo famae nostrae vulnere serpat nata ab occasione suspicio. Ipsa famae semina priusquam linguis autriantur, inferant. Non tantum nobis fides facti, sed possibilis etiam releganda mendacis. Beata enim vita est proclara, de qua nihil licet falsitati.» Et inferius: «Ubiur mundus natura, dum nihil in nostra inveniat disciplina. Falsitas ex more facit; dum nec verisimile quidem possit esse quod dicitur.»

16. QUASI LIBERI, ET NON QUASI VELAMEN HABENTES MALITIE LIBERTATIS. — Vox *quasi* non est assimilantis, sed asseverantis, *q. d.* Obedite principibus libere et liberaliter quasi liberi et ingenui Christi et obedientie filii. Est occupatio: occurrit enim objectioni: Christus non fecit liberos; ergo nulli principi subditi et servio debemus. Rursum, ergo licet nobis facere quilibet libet. Ita olim Gnostici (et nunc Libertini) hac libertate Christiana abutebantur ad omne dedecus et nefas (1).

(1) *Βασίλει*; hoc loco est *Caesar Romanus*. Romani eum vocabant Imperatorem, non Regem, religiose et jurisperitum veteri, ut ait S. Cyrillus. At Graeci non dubitabant eum appellare *Βασιλέα*, et Iudaei similiter *מלך*, nimirum quia *»* uno regis, id est, uberrimo, utebantur potestate.

(2) Praesertim Judaeo-Christiani, qui regem politicum et regnum Christi visibilem in his terris expectant, Christianos ab omnibus publicis legibus debent esse liberos.

Respondet S. Petrus: Facti estis liberi a Christo, sed a peccato, non a lege Dei, nec ab obedientia principum: nolite ergo inobedientiam, impudenciam et malitiam vestre protegere libertati in Christi: hec enim non est libertas, sed nequitia servitus. Idem monuit S. Paulus Galatas, cap. v, vers. 13, dicens: « Vos in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasione detis carnis. » Nam, ut idem ait II *Corinth.* ii, 17: « Ubi Spiritus Domini, ibi libertas. » Vide ibi dicta. Porro, ut ait (Clementius): « Si peccamus, libertate perditam servi efficiuntur inobedientiam et peccati; et S. Augustinus, lib. *De Quantitate anime*, cap. xxxiv: « Ille (Deus) ab omnibus liberat, cui servitio omnibus utilissimum est, et in cuius servitio placere perfecte sola libertas est. » Idem, tractatu 21 in *Joan.*: « Hec, uti, spes nostra est, factores, ut a libero liberemur, et liberando servos nos faciat. Servi enim eramus cupiditatis, liberati servi efficiuntur charitatis. » Scripsit de libertate Christiana libros quindecim Joannes Lenseus Belliolanus, Doctor Lovaniensis, et brevis Bellarminus, lib. IV *De Justificatione*, cap. v et vi.

Vox *velamen* alludit ad velum sive vestem candidam, quam baptizati accipiebant in baptismo, tum ut memores essent candorem anime baptismi acceptum, usque ad extremum vite spiritum sibi esse servandum; tum ut letitiam spiritum sibi esse resurrectionis et vite beate habitum ostenderet; tum ad indicandam libertatem per Christum adeptam, « ut anima libertate nove vite induta, adversus diabolum cum adjutorio divino valeat fortiter dimicare, » ait S. Augustinus, lib. IV *De Symbol.* ad *Catharum*, ix; et Tertullianus, lib. V *Contra Marcionem*: « Ipsam quod alii, qua libertate Christianis nos manumisi, nomen eum constitit manumissorem qui fuit Dominus? alienos enim servos nec Alba manumisi; » servus enim, cum manumittebatur et libertate donabatur, dabatur vestis alba. Hec de causa olim fideles statim a baptismo calceabantur calcibus albis, eosque debebant per septem dies, eoque ac vestem candidam; idque *primo*, ut significaretur eos libertate Christiana donari: servi enim incedeabant nudipedes, liberi, calceati, *Secundo*, ut calcem signum essent eos in Ecclesia et filiorum Dei possessionem mitti. *Tertio*, ut memores essent mortis Christi: calcem enim de mortuis animalibus fiunt. Ita Rupertus, lib. VII, cap. I. *Quarto*, ut memores essent « vestigia a peccati vulnere custodire, » ait S. Gregorius, hom. 22 *Evangel.* *Quinto*, ut veterum patrum, qui impollutum inconsummatumque spiritum Deo reddiderunt, mores et instituta sequerentur, itaque tenderent ad celum. Hec alludit S. Paulus, *Ephes.* cap. vi, vers. 15, dicens: « Calceati pedes in preparatione Evangelii pacis. » Ita Anselmus ibidem. Vide Josephum Vicecomitem *De Ritibus baptismi*, lib. V, cap. xviii. Vide pariter dicta *Ezech.* xvi, 10, ad illud, *Calceavi te tantino*.

SED SICUT SERVI DEI. — qui libera et liberaliter servant et obediunt non tantum Deo, sed et omnibus magistratibus, quos Deus sibi vicarios nostrosque superiores ordinavit: servire enim Deo regnare est.

17. OMNES HONORATE. — juxta statum ejusque, et honorem et debitum. Hec est quod ait Paulus, *Rom.* xii, 10: « Honore invicem provenientes. » *Secundo*, « honorate, » id est, charitatis officis et beneficiis omnes prosequimini. Honor enim non tantum reverentiam et obedientiam, sed et amorem, alimoniam omnemque opulationem includit, ut cum dicitur: « Honora patrem et matrem. » *Exodi.* xx, 12.

FRATERNITATEM (id est fratres, pater Christianos, vel potius, « fraternitatem, » hoc est fratrum, id est Christianorum, ceterum et conjunctionem) detegit. — Iubet enim non tantum ut unione, sed et ceterum fidelium ac converto, tum ad communes preces, orationes, synaxes diligant et frequentent, juxta illud Pauli *Hebr.* x, 25: « Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam. »

DEUM TIMEBE. — non servili, sed filiali timore, quo filii ex amore timeant offendere patrem, caventque sedulo ne quid faciant quod ei displiceat. Deo ergo proprium quasi tributum et debitum est hic timor, juxta illud *Psalm.* ii, 11: « Servite Domino in timore, et exultate et cum tremore. » Et *Malach.* i, 6: « Si Dominus ego sum, ubi est timor meus? » Et *Psalm.* xxxiii, 10 « Timeate Dominum, omnes Sancti ejus, quoniam nihil deest timentibus eum. » Accedit quod, ut ait Poeta: « Primus in orbe deos fecit timor. » Hinc Clemens Romanus, *epist.* I: *deci*, inquit dicitur quasi *dei*, id est timor, quia summe timendus, colendus et amandus: licet alii alia dent typha. Sic Jacob Deum vocat timorem patris sui Isaia, id est quem timuit et coluit Isaac, *Gen.* xxxi, 42.

REGEM HONORIFICATE. — honore eo qui regi, id est summe potestati civili, debetur. Honor hic includit obedientiam et orationem, ut scilicet subditi pro regibus orant, ut jubet S. Paulus I *Timoth.* ii; utilissimum enim est oratio pro principibus, tum civilibus quam Ecclesiasticis: ab illa enim pendet salus reipublice, ab his Ecclesie. Qui ergo pro his orat, orat pro tota republica et Ecclesia. Prudenter Tertullianus in *Scorpiano*, xvi: « Honorandus, ait, est Rex cum suis rebus insistit, cum a divinis honoribus longe est, » cum scilicet eos aversatur, quos nulli reges ambierunt.

18. SERVI, SUBDITI ESTOTE IN OMNI TIMORE DOMINI. — *Primo*, Iyranus et Hugo: « omni, » id est, in quiete, toto, pleno et perfecto timore, qui includit amorem. *Secundo*, « omni, » quia multiplex est timor, scilicet *primo*, penne, ne ab heris, si inobedientes sint, puniantur. *Secundo*, culpe, ne Deum per inobedientiam offendant. Ita *Ecumenius*, *Tertio*, scandali, ne sua inobedientia provocent heros ad odium fidei; « sed in omnibus bo-

nam fidem ostendentes, ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus, » ait Paulus ad *Timum.* cap. ii, vers. 9. Idem servus precipit Paulus *fuse Ephes.* vi, 3. Vide ibi dicta. Idque congrue: vulgo enim jactabatur, et etiamnum jactatur subinde hoc proverbium, « totidem nobis hostes esse quot servos; » et Plato, lib. VI *De Legibus*, ait, « Jovem didicimus mentis servis admississe. »

NON TANTUM BONIS ET MODESTIS (modestis, id est aequis, modestis, benignis, probis, clementibus), SED ETIAM DYSCOLIS. — id est fastidiosis, græce *dycolis*, id est pravis, obliquis, tortuosis, asperis, morosis, diffidulis, sevis et savis. Augustinus Mariolaris apostata et hereticus hoc loco falso assertit, Sorbolicos et Catholicos per *dyscolos* accipere dissolutos, atque hinc docere Papæ et corruptis ejus hostibus (sic nebulo vocat Cardinales et Episcopos) obediendum esse etiam cum tyrannidem exercent; tyrannidem ipse vocat disciplinam Ecclesiasticam, hinc enim hæreticis tyrannis est, sed viperæ sue lingue meritis penas dedit, cum ob seditiones in Gallia suscitatas a Parlamento ad laqueum damnatus, infelicem animam exhalavit.

Perperam Hugo et Glossa: *dyscolos*, inquit, vocatur agrestis, rudis, indoctus, ita dictus quasi alienus a schola et studiis, quæ homines reddunt civiles, politos, benignos; *dycolis* enim græce dicitur, non *dycolis*, ac significat morosum et diffidilem, qui sibi et aliis tedium et fastidium creat.

Moraliter docet hic S. Petrus, obedientiam se extendere debere ad patientiam, eamque complecti, sicut Christus eam extendit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; perfert ergo obedientie est patientia, si videlicet patitur humiliter et hilariter Superiorum suorum asperitatem, reprehensiones, jurgia, quin et minas ac verbera. Patientia enim et humilitas, humilisque obedientia sunt due alæ, quibus evolutur in celum, ut ait quidam Sanctorum.

Cassianus, *Collat.* XIX, cap. I, celebrat obedientiam et patientiam ejusdem religiosi, qui in conventu fratrum publice ab abbate Paulo palma percussus, ita u) sonitus longius etiam in consuetudine auribus resurreta, nullum deit signum commotionis, nullo minus murmuris; sed os habens taciturnitate signatum, eandem vultus obedientiam et tranquillitatem ostendit, ita ut ne colorem quidem vel in minimo mutaret.

S. Stephanus, ait S. Gregorius, homil. 35 in *Evangel.*, ad tantam patientiam exereverat, « ut eum amicum diceret, qui sibi aliquid molestie irrogasset. Reddebat contumelias gratias, damnum sibi illatum maximum lucrum putabat, omnes suos adversarios nihil aliud quam adjutores aestimabat. »

Idem, lib. I *Dial.*, ii, laudat Libertinum, qui a suo Abbate irato, scabbello in vultum impacto, eum gerebat tumorem et lividum, dicebatque id suæ esse culpe, non illius sevitiæ: itaque Abbatem

ad magnam mansuetudinem perduxit, et humilitas discipuli magistra facta est magistri. »

Similis fuit obedientia et patientia S. Joannis Damasceni, qui ob carmen a se compositum rejectus a suo seniore, jussusque cloacas et latrinas purgare, hilariter acceptit.

Sic S. Monica ab ancilla vocata meribula, omnem vini cupidinem a se abiecit, et « ancille injuria facta est domine medicina, » ait S. Augustinus, lib. IX *Confess.*, viii.

Catharina Aragonia, uxor Henrici VIII regis Anglorum, ab eo repudiata, constanter repudium tulit, dicens, nullo se fortunam tristissimam, quam blandissimam; quod in illa non desit consolatio, hinc fortunatis mentem eripiat. Ita Sanderus, lib. I *De Schismate Anglicano*.

Thomas Cantuariensis, lib. I *Apum*, xxiv, p. 5, narrat captivum quemdam dixisse heri Gentili: « Ego stigmata Christi in corde meo porto, a Irato herus eum occidit martyremque fecit, ac in corde ejus Christi crucifixi imaginem reperit: quare compunctus cum omnibus suis in Christum credidit. »

19. HÆC EST ENIM GRATIA. — q. d. Hic est gratia divine effectus illustris, vel hoc valde gratum est Deo, unde Syrus vertit, *illis enim est gratia apud Deum*. Aut tertio, et nervosus, q. d. Hæc est gratia, id est, gloria vestra. Unde explicans subdit: « Quæ est enim gloria. » Sic Paulus gloriam suam esse ait, non evangelizare: ad hoc enim necessitas precepti Dei eum obligat; sed evangelizare sine sumptu, id est gratis: hoc enim erat opus liberale et illustre supererogationis et consilii, non precepti, I *Corinth.* ix, 16. Sensus ergo est, q. d. Hæc est gratia, id est hæc est gloria Christiani, in hoc consistit eximia virtus et perfectio Christiana, hoc est illustre discipulorum Christi officium, laus et decus, si propter Deum multa trista patientur.

SI PROPTER DEUM CONSCIENTIAM SUSTINET QUIS TRISTITIAS. — Quæres, quoniam est deus conscientia? Respondeo *primo*, est conscientia secundum Deum, qui quis uni Deo placere studet et satagit, etiam cum offensâ hominum, ideoque ut Deo placeat, patienter sustinet asperos heri mores ejusque duris imperis obediit. Id enim facit, ut suæ conscientie et Deo satisfacta: conscientia enim distat talibus esse obediendum propter Deum, qui precepit ut subditi suis dominis obsecundent. Hæc conscientia vocatur Dei, tum quia Deo maxime probatur et placet, tum quia propter Deum, ut ei placeat, suscipitur: loquitur enim S. Petrus de servis, quos jussit parere heris, etiam *dyscolis*. Ita Catharinus et Salmeron.

Secundo, Gagneus: « propter Deum conscientiam, » ait, id est, propter Deum qui suæ patientie, et herorum sevitiæ ac nequitie est consensus, ac utriusque erit iudex et vindex, ut tum obedientiam et patientiam prammis celestibus coronet, heri sevitiæ flammis gehennæ puniat. Conscientia

tia ergo Dei est, quæ uni Deo patet, « cui, ut ait Seneca, *epistola VIII*, nihil clausum est. Interest enim animis nostris, et cogitationibus mediis intervenit. » Conscientia ergo Dei est innocentia eorum Deo, ut Christi exemplo explicat S. Petrus, *vers. 22*, que in duris est murus ahenus, quando scilicet servi innocentes, qui nihil peccarunt, puniuntur ab heris perversis. Hi enim cum non puniantur propter culpam quam non admisserint, utique puniuntur propter innocentiam: in innocente enim innocentia puniuntur, non culpa, patet factum aliquid innocens, et sæpe pium ac sanctum. Ita *Æcumenus*. Summam enim solatium et gloria est, testimonium bonæ conscientie, ait *Apostolus*, *II Cor. I, 8 et seq.*

Tertio, « Dei conscientia » est, quæ unius Dei honorem et gloriam appetit. Hursam, quæ omni culpa vacans, totam sese Deo adiecit et mancipat. Servi ergo qui dies festos ossando « laboribus observant, omnesque Ecclesiam et Dei leges studiose custodiunt, ideoque ab heris avaris et perversis male tractantur aut vapulant, patiuntur propter Dei conscientiam, sive, ut Christus ait, « propter justitiam. Beati, ait, qui patiuntur propter justitiam, » *Matth. cap. v, 10*. Unde et subdit S. Petrus: « Patiens injuste, » hinc et Syrus verit, *illi gratium habuit eorum Deo, qui propter bonam conscientiam perseverat.*

Quarto et perfectissime: multi olim servi facti Christiani, ab heris infidelibus in odium Christi et fidei mulerantur verberibus, plagis, vinculis, fame, et sæpe morte ac martyrio: hi plane et plene patienter propter Dei conscientiam, id est, propter Deum, etique fidem et cultum, quem in conscientia gerebant, ideoque erant Confessores, vel Martyres (1).

SUSTINET TRISTITIAS, — id est tristitia, acerba: Græce *λύπαι*, id est molestias, dolores, tristitias, moerores; omnis enim molestia et dolor parit tristitiam. Tristitia enim est ægritudo et contractio animi ob præsens malum, in quo scilicet demittit contrahique animo rectum esse videatur. Unde *Chrysippus* *lib. 1*, quasi *glossa*, id est, solutionem totius hominis appellatam putat, ait *Cicero*, *III et IV Tusculan.* Nihil enim ita animos viresque hominis dissolvit et labeat, ac tristitia. Occasione servorum a duris heris afflictorum, hæc dicit S. Petrus, sed sermo ejus generalis est, ideoque ad omnes qui quomodolibet innocentes patienter, perferunt, eosque ad fortiter tolerandum animat et consolatur.

PATENS INJUSTE, — quia est innocens, et nullo magis si patiatur pro justitia.

20. QUÆ EST ESTI GLORIA? — *Italo xibis*, id est, quale deus, qualis laus, quid illustre, quid magnam. *Tertullianus in Scorpiæ*, cap. XII: « Quanta est gloria? » *q. d.* Exigua, vel nulla est gloria sua-

(1) Sensus igitur genericus est: Hoc enim gratum est Deo, si quis « conscientiam ejus quod Deo debet, etc.

ferre colaphos et plagas pro scelere; at magna est, eos sufferre pro innocentia et justitia.

COLAPHIZATI. — Hæc propria est poena servorum: hisce enim heri colaphos sive colaphos vel in faciem, vel in dorsum impingunt. Unde ille episcopus *Torentium in Adolph.*: « *Homini misero*, ait, plus quingentos colaphos infregit mihi. » Hinc *Martyribus*, etiam nobilibus, v. g. *Symphorose*, *S. Torpeti*, amico *Neronis*, *S. Marcellino* et aliis colaphi impacti sunt, tum ad poenam, tum magis ad contumeliam, ut quasi servi servilli poena castigarentur.

SED SI BENEFICIENTES. — Græci addunt, *ad miseriam*, id est, et patientes, quod nos ter Interpretes per adverbium, sed eodem sensu, reddidit, verens, « patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. » *Syrus*, *tunc crescit gloria vestra apud Deum*. *Vide dicta vers. 13, initio.*

21. IN HOC ENIM VOCATI ESTIS. — « In hoc, » ad hoc, *q. d.* Christianorum vocatio est ad crucem et patientiam, juxta illud *Theo. III, 12*: « *Posuit me quasi signum ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetræ suæ.* » Ubi ostendi Christianum quemlibet esse quasi alterum S. Sebastianum, postquam scilicet in scopum sagittariorum, in quem omnes suæ maledictionis et maledictionis tela collidunt et jaculantur.

QUIA ET CHRISUS PASSUS EST PRO NOBIS. — Est ratio ab exemplo Christi, *q. d.* Non mirerini, o Christiani, vos vocatos ad crucem: nam et Christus dux et antesignanus vester ad eandem vocatus, illum propterea humeris hajulavit, in eaque suspensus et crucatus est. Agite ergo, Christum dicem sequimini atacriter et intrepide: per crucem enim cum eo intrabitis in gloriam.

VOSIS, — o servi. Loquitur directe servis, sed per hos quibuslibet aliis. Christum ergo servis in ducem proponit, quia Christus formam servi assumpsit, et quasi servus ac vile mancipium ad furem damnatus est. « *Inspice et fac secundam exemplar quod tibi in monte Calvarie a Christo monstratum est.* » *Evodii* *xxv, 40*. *Præclare S. Cyprianus*, tract. *De Passione*: « *Christus*, ait, postposito timore quasi utens potentiori auctoritate, inter sputamenta et colaphos, et reliqua ludibria, patientia et mansuetudine vesanas persecutorum mentes conturbat, et in eo quod inter injurias et convicia se malitia Judaica sentit contemptum, vehementius exacerbatur, et de impietate et malitia suavis pietasque Christi triumphat; » et inferius: « *Ascendisti, Domine, palmarum: quia illud crucis tunc lignum portendeat triumphum de diabolo, vel de principibus et potestatibus et nequitiis spiritualibus victoriam: erantque in foribus tuis duo cornua, in quibus erant fortitudo tua abscondita, et imperium tuum super humerum tuum: tu ipse patibuli tui hajulus hæbens ligno quod tuleras, erectionis et passionis anxietates sustinens et labores. Consideravi opera tua et expectavi; » et paulo post: « *Considero opera tua**

et admittor te cruci inter damnatos affixum, jam nec tristem, nec pavidum; sed suppeliorum victorem elevatis manibus triumphantem de Amalec, et quasi sanctificantem de excelso plebem, et elevatum in sublimi, et quasi celo proximum superioribus inferentem consummati agonis vexillum, et inferioribus erexisse scalam in Patris occursum. » *Et mox*: « *In tantum dum illi vivant, et te patrocinante non pereant, nec erubescas, nec formides, altitudinem tuam derelinquens, ad tempus gloriæ tuæ majestatem evanescens, ut redeant dispersi et respiciant derelicti. Hæc est causa quare derelictus sis, 1 colligeret et revocaret inania tua eos qui fuerunt derelicti, et qui sine Deo fuerant dum dominaretur eis peccatum, reduci ad justitiam, conformes Christi, et Christi efficerentur et dii. Unde scriptum est: Ego dixi, Dii estis. Considero, Domine, te in illo patibulo ubi videbaris sine adjutorio, quomodo imperatoria potestate latronem præmittis ad regnum: et in cuius assumptione jam manifeste constat quantum apud derelictos proleceris, quorum primus iste gloria et honore coronatus, ipsa die paradisi civis et domesticus curie celestis efficitur. »*

RELINQUENS EXEMPLUM. — Christus enim tribus de causis venit in mundum: primo, ut sua morte nos redimeret; secundo, ut sua prædicatione doceret; tertio, ut sua vita sanctæ vitæ daret exemplum, imo exemplar perfectissimum. Hoc nimirum est principis et superioris, vitam suam subditis proponere quasi pietam virtutis tabulam, quam imitando sequantur et expriment, ut *Josephum* fecisse, ait *Philo*, lib. de *co. sine S. Basilus*, *Constitut. Monast.*, cap. II et V, Christum vocal nostrum exemplar, typum, archetypum et programma: quod quo magis intuemur, viliusque et moribus exprimitur, eo Christo similiores, sanctiores, Deoque gratiores evadimus.

Præclare S. Augustinus, *De Verbis Apostoli*, serm. 26: « *Docuit*, ait, nos exemplo passionis, cum quanta patientia in illo ambulemus, et firmavit nos exemplo suæ resurrectionis, quid ab illa patienter sperare debeamus. Si enim quod non videmus speramus, per patientiam speramus, per patientiam expectamus. Quod non videmus quidem speramus, sed corpus sumus illius capti, in quo jam perfectum est quod speramus. » *Sapienter quoque S. Athanasius* (vel quisquis est auctor), *Echortat. ad Monachos*: « *Vita nostra*, ait, jubet, lingua persuadeat, quia plus auctoritatis gestat exemplum, et ingerit appetentiam sui morum lenis formatio. »

Patheticè vero S. Cyprianus, tractatu *De Passione*, in fine: « *Tu, Domine*, ait, sacerdos sancte, qui in tempore iracundiæ factus es reconciliatio, sancti hujus sanguinis permanentem plenitudinem. » *Uliquis*, et beneficium hujus sancti liquoris in perpetuum tradidisti et constituisti nobis inconsumptibiliter potum vivificum, crucis aig-

num, et mortificationis exemplum. Tu, consummatis omnibus, vade ad Patrem, et trabs nos post te: da nobis in vita presentem, ut simus sine angaria hajuli crucis tuæ, et comprehendamus eum omnibus sanctis, quid latitudo, quid longitudo, quid sublimitas; quid profundum hujus ligni significet: quo conspecto non nocet nobis, neque mordeat coluber solitudinis, sed incolumes per omnia æquatur be, tecum parvuli simus, tecum circumcedamus, tecum baptizetur, tecum jejunemus, tecum lotis pedibus panem angelorum edamus, tecum crucifixi mundo vivamus, tecum Spiritu Sancto repleti, et corpore et spiritu in eternum maneamus: qui vivis, et non ultra mortuus in sæcula sæculorum. » *Et S. Leo*, serm. 2 *De Passione*: « *Amplectamur*, ait, salutaris pasche mirabile Sacramentum, et ad ejus imaginem, qui deformitati nostræ conformis factus est, reoveamur. Erigamur ad eum, qui pulverem abjectionis nostræ, corpus fecit gloriæ suæ; et ut resurrectionis ejus mereamur esse consortes, humilitati et patientie ipsius per omnia congruamus. »

UR SEQUAMINI (*Tertullianus*, *Scorpiæ* cap. XII; legit *obsequamini*) *VIGILIA EJUS* — sanguis ejus signata, ideoque invocata facilia, obvia et certa. Sic S. Stephanus secutus est Christi vestigia patienti et pro lapidantibus orando, ait S. Augustinus, serm. 2 *De S. Stephano*.

Notent hoc molles heretici, qui fidem Christi sequi volunt, non passionis vestigia, dicentes solam fidem in Christum sufficere ad salutem, Christum enim pro nobis plane satisfacisse: quare nulla esse honorum operum nostrorum merita, satisfactiones nullas. Audiant hi quod innotat hic S. Petrus et ex eo S. Gregorius in *I Regum* *ix, 24*: « *Ramansit*, ait, quia non omnia nostra Christus explevit: per crucem quidem suam omnes redemit; sed remansit, ut qui redimi et regnare cum eo nititur, crucifigatur. Hoc profecto residuum viderat, qui dicebat: Si compalimur, et conregnabimus. » *Il Timoth. II, 12*; et: « *Adimpleo* ea que desunt passionum Christi in carne mea, » *Coloss. I, 24*. Est enim Christus patiente solvere plenum redemptioem nostram pretium, vult tamen nos quoque pati, tum quia Deus vult nos Christum ducem nostrum a se datum sequi; tum quia non decet sub capite spinis coronato membra esse delicta, ait S. Hieronymus, sed potius decet membra capiti configurari, et ut conforma simus imagini Filii Dei, » ait *Paulus ad Romanos VIII, 29*; tum quia ipse sauxit ut hoc passionis suæ pretium per passionem nostram nobis applicemus: non enim otiosus et desidibus, sed laboriosus et studiosis hoc offert; sicut ergo sol et homo generant hominem, et sicut Deus non solus, sed cum creaturis operatur: sic et Christus non solus, sed nobiscum salutem nostram operatur; tum quia ad celum non alia est via quam crucis a Deo statuta.

Scriptis S. Chrysostomus, tom. III, homiliam hoc titulo, *Et benedicimus maledicentibus Christi et Sanctorum exemplo*, in qua inter cetera ait: « Velle alios male agendo superare, non divine id legis esse, quin damnatione constat. Siquidem in Olympis certaminibus inferis dedicatis hoc pacto victoria comparatur: sed in Christi studio vincendi modus est longe diversus. Sanctum namque est percussorem, corona donari oportere. » Aditque: « Hic non solum ipsa victoria, sed et vincendi modus admirationis habet plurimum: siquidem qui succubuisse videntur, palmam retulisse creduntur; hæc est potentia Dei, tale celeste studium, hæc angelorum spectaculum. » Et mox: « Nam si mansuetudinem ac benignitatem preterieris, inoffensi omnium manus evasuri. » Confirmat exemplo Abelis, qui occisus a Cain in tranquillissimum cæli portum recessit: Cain vero toto orbe factus est vagus et profugus; ac Josephi, qui invidiam fratrum sustinens, per eam factus est princeps Ægypti.

Hoc est quod de se et suis proficitur Christus *Joan. xiv, 6*: « Ego sum via, et veritas, et vita; » ubi S. Cyrillus « Christus, ait, nobis est via per vite actionem, veritas per fidei rectitudinem, vita per sanctificationem. » S. Leo, sermone 2 *De Resurrect.*: « Christus, ait, est via sanctæ conversationis, veritas doctrinæ divina, vita beatitudinis sempiternæ. » S. Cyprianus, lib. *De Bono patientiæ*: « Si ipse, ait, est salutis nostræ via, qui Christum vestigiis salutaribus sequimur, per Christi exempla gradimur. » S. Bernardus, serm. 2 *De Ascensione*: « Sequamur, ait, Domine, te, per te, ad te, quia tu es via, veritas et vita: via in exemplo, veritas in promissio, vita in præmio. »

Denique tuba hic intonat S. Paulus, *Hebr. xii, 1*: « Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus et circumstantes nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum, qui propositio sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes: nondum enim usque ad sanguinem restitistis. » Quocirca S. Athanasius, lib. *De Virg.*, Christianam hæc virtutibus quasi coloribus pingit et ornat: « Mansuetus et quietus sit et tolerans malorum, nulli malum pro malo reddens; sicut ipse (Christus) a Judæis contumeliosis affectus est et sustinuit, verbera et torturas ferat. » Et S. Augustinus in *Paul. xxvi*: « Christianus, ait, est qui non aspernatur viam Christi, sed vult viam Christi sequi per passiones ipsius. Noli per aliam viam velle ire, quam per illam qua ipse ivit. Dura videtur, sed ipsa est tuta via. Alia forte delicias habet, sed introitus plena est. » Et paulo antea: « Per dura ambulavit, sed magna promisit. Sequere.

Noli tantum attendere qua iturus es, sed et quo venturus sis. Tolerabis dura temporalia, sed ad lætificant pervenies sempiternam. »

22. QUI PECCATUM NON FECIT — eo quod humanitas ejus hypostaticè conjuncta Verbo, ab eo ita custodiebatur, et dirigebatur, ut peccare non posset. Ejus enim custodia commissa erat Verbo, quasi hypostasi. Si enim hic homo (puta Christus) peccasset, peccasset et Verbum, quod erat ejus hypostasis et suppositum. Actiones enim sunt suppositorum, et originaliter a suppositis procedunt. Ita Theologi et ex iis Suarez, III *part. Quæst. XV, art. 1.*

Quare horrenda est blasphemia Calvinii dicentis, Christum fuisse vere peccatorem et damnationis reum, ex metu passionis calicem fumigasse, ac in cruce desperasse. Quam multis confulavi, *Hebr. v, 7.* Longè aliter Paulus Christum vocat, « Pontificem innocentem, impollutum, segregatum a peccatoribus, » *Hebr. vii, 26*; et: « Eum, ait, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso, » *II Cor. v, 21.*

Hic declarat S. Petrus, quid vocarit, vers. 19, patri propter Dei conscientiam, nimirum patri propter innocentiam, pati scilicet propter causam falso estimatam et imputatam, que non est culpa, sed innocentiæ, hoc est, pati innocentiam. Sic enim Christus, qui peccatum non fecit, innocens passus est, quia scilicet dicebat se esse Filium Dei, que non erat falsitas nec culpa blasphemias, sed confessio veritatis et innocentie.

Nec inventus est dolus in ore ejus, — etiam a Scribis et Phariseis, qui satagebant eum capere in sermone, ut accusare et occidere possent, *Matth. xxii, 15.* Citat S. Petrus Isaiam, cap. LIII, vers. 8, quod totum caput est de Christi passione, agnita patientia, obedientia et innocentia. « Sicut ovis, ait, ad occisionem ducebat, et quasi agnus coram tendente se obmutescet, et non aperiet os suum. » Vide ibi dicta.

23. QUI CUM MALEDICERETUR (vocaretur potator vini; Samaritanus, possessus a diabolo, seditiosus, hostis Cæsaris, subversor gentis, etc.), NON MALEDICERAT, — *sic dicitur: non remale dicebat, uti legit S. Hieronymus, lib. II Contra Jovinianum; Augustinus, tract. 21 in Joannem; Ambrosius, in Psal. xxxvii, et alii, q. d. Christus non reddebat talionem, maledictum non pensabat maledicto, maledicentibus vicissim non maledicebat, sed altissimum servabat silentium, ita ut Pilatus miraretur. Quod signum erat animi non tantum innocentis, sed et excelsi. Imo sanxat discipulis suis: « Diligite inimicos vestros, benefecite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis, et orate pro calumniantibus vos. » Et: « Qui te percutit in maxillam, præbe et alteram, » *Luc. vi, 28.* Quanta hic in Christo innocentia, patientia, charitas, animi celsitudo! Græca addunt: « Cum percuteretur non repercutebat, cum*

malediceretur non remale dicebat, cum percuteretur non comminabatur: » et ita legit Canon 28 *Apostol. S. Prosper ad Demetriadem legit, percutienti se non comminabatur.* Licet enim Judæis et Scribis sæpe va maledicentis æternæ, Deique judicium tam in vita quam in morte intentalit, ut *Matth. xxiii, toto capite, et v. p. xxv, vers. 64*; tamen id non fecit propter se, nec ex impatientia vel appetitu vindictæ, ut scilicet se de his vindicaret, sed propter ipsos et ex charitate, ut scilicet denuntiando sceleratis iras divinas et ignes æternos, eos avocaret a scelere et gehenna.

Hinc apte S. Ambrosius Christianum ita pingit in *Psalm. xxxvii*: « Ad ejus (Christi) similitudinem atque imaginem justus sua vite cupiens inducta formare, accusatus tacet, lesus remittit, dissimulat inaccessus, et non aperit os suum, ut illum imitemur, qui sicut agnus ad victimam ductus non aperuit os suum; ut cum possit habere quod referat, magis vult silere quam dicere. » Illustra hujus virtutis nuper dedit exemplum Illustrissimus Cardinalis Bellarminus, qui cum a quodam emulo in omnibus pene sententiis suis carperetur et refutaretur, idque assidue, continuo tacebat; mirantibus aliis ac rogantibus, cur se suaque dicta et honorem Cardinalium non terneret, respondit: « Mellior est uncia charitatis et pacis libra victorie. »

TRADEBAT AUTEM JUDICANTI (Pilato; aliqui apud Franciscum Lineam legunt *judicari*, id est, ut judicaretur) SE INJUSTE, — tum quia innocens ab eo condemnatus est, hancque innocentiam agnovit Pilatus, cum lavans manus dixit: « Innocens ego sum a sanguine justis hujus, vos videritis, » *Matth. xxvii, 24.* Itaque ut placeret Judæis sceleratus judex, Christum innocentem injuste ad crucem condemnavit. Unde S. Leo, serm. 3 *De Passione*: « Lotis manibus, ait, et ore polluto, iisdem labiis Jesum misit ad crucem, quibus eum pronuntiavit innocentem. » Tum quia Christus etiam qua homo, utpole hypostaticè unitus Verbo, nec Pilato, nec ulli principi vel judici suberat, sed ipse omnium erat judex et princeps. Porro idipsum facile scire poterat Pilatus inquirendo in vitam, acta et miracula Christi. Ex iis enim cognovisset ipsum non esse purum hominem, sed hominem Deum, ac proinde sibi non subditum, sed superiorem. Ita S. Athanasius, serm. *De Passione et cruce*. Græci codices contrarie legunt, nimirum: « Tradidit autem judicanti juste. » Unde Syrus, *tradebat judicium suum judici justitiae*, scilicet « Deo Verbo inhabitanti in semetipso, » ait (Ecumenius, aut potius deo Patri. Ita Didymus et S. Augustinus, tractatu 21 in *Joan.*, idque vario sensu. *Primo, q. d. Christus suam causam et injuriam non vindicavit, sed ejus vindictam reliquit Deo Patri, juxta illud: « Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus, » Rom. cap. xii, 19; unde Græcum *πεποιθεως*, non tantum significat *tradidit, sed et commisit, ac commendavit. Se**

cundo, q. d. Christus suos persecutores, tortores et carnifices commendavit Deo Patri, pro eis orando ac dicendo: « Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt, » Lucæ xxiii, 34. Ita Didymus. *Tertio, et magis apposite ac genuine, q. d. Christus quasi agnus ullo et liberaliter tradidit se Deo Patri ad mortem et crucem, ut ei obediret, utque obediendo, patienti et moriendo satisfaceret pro peccatis omnium hominum, eosque illi reconciliaret: itaque nobis exemplum dedit, ut cum ab hominibus injuste affligimur, non ad eorum injustitiam respiciamus, illisque irascamur, sed de manu Dei justè judicantis illa accipiamus, dicentes cum S. Job: « Dominus dedit, Dominus abstulit; sit nomen Domini benedictum. » Verum nostra Latine lectio est verior magisque apposita, quam et ex Græcis habet vetus antior Clemens Alexandrinus in *Comment.* Unde verissimè est pro *ταπεινω*, id est *juste*, olim lectum fuisse *ἀδωκω*, id est *injuste*. Hoc est quod ait Christus, *Jerem. xi, 19*: « Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam; et non cognovi quia cogitaverunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viventium. » Et *Isaie I, 6*: « Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus. » Vide utrobique dicta. Sic S. Eusebius Vercellensis, epist. *ad Eccles. Vercellens.*, scribit se corpus suum Ariani dedisse in prædam. Hinc patet Christum in se suaque passione dedisse et proposuisse singulis imitandum perfectissimum exemplar patientiæ, innocentie, humilitatis, charitatis, fortitudinis omniumque virtutum. Harum enim omnium ipse fuit prodigium et portentum, ut ipse ait, *Isaie viii, 18*: « Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum et in portentum Israel: » ubi multa hæc de re dixi.*

Quocirca ad tolerandas quaslibet injurias, calumnias, probræ, irrisiones, contradictiones, vilipensiones, molestias, dolores, gremnas, efficacissimum est remedium, « et singulare refugium, » inquit S. Bernardus, serm. 22 in *Gauleis*, Christi passio, si illa attente ruminetur et invocetur. Ita faciebat S. Eleazarus, comes Ariani. Rogatus enim quomodo ad tantam animi mansuetudinem et patientiam pervenisset, respondit: Per meditationem passionis Christi. « Quoties, ait, aliquam animi commotionem ad iram vel impatientiam sentio, cogito de Christi passione et patientia, nec ab ea cogitanda et ruminanda cesso, donec per eam detumescat et subsidat omnis animi auster et commotio. » Quocirca idem dicens in Monte Pessulano, cum Delphina ejus uxor, sed virgo (vivebant enim in conjugio continentes et celibes), ad eum misisset famulum cum litteris, scire cupiens ubi et quid ageret, respondit: « Sanus sum corpore et sospes. Quod si me videre cupis, quære in vulnere lateris Christi: illic enim habito, et ibi me poteris invenire, frustra

alibi quæritur. » Ita habet Vita ejus, cap. xxx.

Hæc de causa S. Franciscus Xaverius quotidie per dimidium horam ad minimum meditabatur de passione Christi, idemque nostris omnibus cælestique ut faceret consuebat, uti legitur in ejus Vita. Abbas Stephanus in *Prælo Spirit.* lxxv: « Ego, ait, die nocteque nihil aliud aspicio, nisi Dominum nostrum Jesum Christum in ligno pendentem. » Idem loci S. Augustinus. Sic enim in *Manuali* (quod ex eo quispiam collegit) ait, cap. xxi: « Tota et firma requies est infirmis et peccatoribus in vulneribus Salvatoris; securus illic habito, patent mihi viscera per vulnera. Quidquid ex me mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Domini mei, quoniam misericordie affluunt, nec lesant foramina per que effluunt. Per has rimas licet mihi gustare quam suavis est Dominus Deus meus. Copiosa redemptio data est nobis in vulneribus Jesu Christi Salvatoris nostri, magna multitudine dilectionis, plenitudo gratiæ et perfectio virtutum. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cum me premat carnis mea, recordatione vulnerum Domini mei resurgo. Cum diabolus mihi parat insidias, fugio ad viscera misericordie Domini mei, et recedit a me: in omnibus adversitatibus non invenit tam efficax remedium, quam vulnera Christi; in illis dormio securus, et requiesco intrepidus: Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte Domini mei. Mors ejus meritum meum, refugium meum, salus, vita et resurrectio mea. Quanto ille potentior est ad salvandam, tanto ego sum securior. »

S. Leo, serm. 8 *De Quadragesima*, cap. iv: « Pia, ait, vita sanctorum nunquam aliena est crucis Christi, dum continentia clavis desideria carnis configit, et corporeas cupiditates virtute spiritus in se habitantis interficit. » Idem, sermone 2 *De Resurrectione*: « Sive ergo, ait, contra ambitionem sæculi, sive contra concupiscentias carnis, sive contra hereticorum jacula dimicemus, Dominica cruce semper armemur. » Et S. Bernardus, serm. 43 in *Canticis*, agens de doloribus et vulneribus Christi, ait se ex his haurire omnem gratiam et virtutem. « Hæc, inquit, meditari dixi sapientiam, in his justitie mihi perfectionem constitui, in his plenitudinem scientie, in his divitiis solutiis, in his copiis meritum. Ex his mihi interdum potus salutaris amaritudinis, ex his rurem suavis unctio consolatiõis: hæc me erigunt in adversis, in prosperis reprimunt, et inter læta tria: iaque vite presentis, via regia incedenti tum præbent utrobique ducatum, hinc inde mala imminetia propulsando. Illos mihi conciliant mundi iudicem, dum tremendum potentibus, mitem humilicque figurant; dum non solum placabilem, sed et inallabilem presentant eum quæ inaccessibilis est principatibus, terribilis apud reges terre. »

24. QUI PECCATA NOSTRA IPSE PERTULIT IN CORPORE SUO SUPER LIGNUM — crucis, quasi hircus emissarius, cui Hebræi omnia peccata sua imponebant, *Levit.* xvi, 21. Syrus, *Lajulevit omnia peccata nostra, equæ sustulit in corpore suo ad crucem.* Albanus, orat. 4 *Contra Ariam*: « Efferens peccata nostra in crucem una cum corpore suo. » Alludit ad *Isaia* lxxi, 4: « Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit; » ubi Septuaginta vertunt, *peccata nostra portat, et pro nobis dolet*; Chaldaicus, *deprecatur pro peccatis nostris, et delicta nostra propter eum dimittuntur.*

PECCATA, NOSTRA — id est, primum peccatis nostris delictis: est metonymia. Culpa enim ponitur pro parte culpe debita, velat merces pro merito. Hoc est quod ait Paulus *Colossens.* ii, 14: « Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, etc., affigens illud cruci. » « Hoc enim chirographum, inquit Origenes, hom. 13 in *Genesis*, peccatorum nostrorum cautio fuit. Unusquisque enim nostrum in his que delinquit, debitor efficitur, et peccati sui literas scribit. » Rursus significat hic S. Petrus, Christum peccata nostra secum affuisse cruci et crucifixisse, ut iis mortali justitie vivamus, unde Clemens Alexandrinus, lib. III *Pædagog.* cap. xii: « Limitem, ait, (peccati et quasi peccandi terminum) habemus crucem Domini, cui crucifiximur, et a prioribus peccatis reprimimur. » Et Origenes, hom. 8 in *Jesum*: « Visibiliter quidem, ait, Filius Dei in carne crucifixus est, invisibiliter vero in ea cruce diabolus cum principatibus suis et potestatibus affixus est cruci, etc. Crux illa tropicium diaboli fuit, in quo et crucifixus est et triumphatus. » In cruce enim Christus « expoliatus principatus et potestates, » ut ait Paulus, *Coloss.* ii, 14, « traduxit confidenter patrem triumphans illos in semetipso. » Origenes, hom. 8 in *Jesum*, legit, in cruce, quia pro nobis legit per spiritum lenem nobis, id est, in ipso, scilicet capite, id est cruce, ut præcessit.

Hinc tertio, « a ligno rogavit Deus, » *Psal.* xcv, 10, juxta Septuaginta, ut citat S. Justinus *locus Tryphonem*. Victoriam enim et regnum totius mundi peperit sibi Christus per crucem. « Factus enim est principatus super humerum ejus, » *Isaia* ix, 6. « Nam principatus Domini et regnum ejus est crux, » ait Theophylactus in *Luce* cap. xxiii. Crux ergo fuit curus triumphalis Christi: unde admirans S. Augustinus, tractatu 117 in *Jesum*: « Grande, ait, spectaculum, sed si spectet impietas, grande ludibrium; si spectet pietas, grande mysterium. Si spectet impietas, videt regem pro virga regni lignum sui portare supplicii; si pietas spectet, videt regem hajolantem lignum, quod fixurus erat etiam in frontibus regum: in eo spernendus oculis impiorum, in quo erant gloriata corda Sanctorum. » Quia, ut ait S. Leo, serm. 8 *De Passione*, « gloriosissimus diaboli victor pulchra specie triumphi sui portabat tropicium, et invictæ patientiæ humeris signum

salutis adorandum regnis omnibus inferebat. »

JUSTITIE VIVAMUS. — Quocirca exclamat S. Ambrosius: « O divinum crucis illius sacramentum, in qua hæret infirmis, virtus libera est, affiguntur vitia, eriguntur trophea! » Unde concludit: « Ergo et in crucifige peccatum, ut moriare peccato. Qui enim peccato moritur, Deo vivit. Vivamus ei, qui Filio proprio non peperit, ut in illius corpore nosmetas crucifigeret passiones. Pro nobis enim mortuus est Christus, ut nos in illius corpore redjivo viveremus. Mortua est ergo in illo non vita nostra, sed culpa. » Et S. Bernardus, epist. 103 ad *Romanum*: « Moritur, inquit, justus, sed scire: quippe cujus ipso ut presentis est exitus vita; ita introitus melioris. Bona mors, si moriaris peccato, ut justitia vivas. Hæc mors necesse est ut præcurrat, ut sequatur illa secunda. Dum vivis in carne, morere mundo, ut post mortem carnis Deo vivere incipias. »

CRUX LIVORE — græce *παύση*, id est vulnere, vitæ, plaga (hoc enim apud Isolan est hebr. *חַוְרָה* *חַוְרָה*, id est livor, sic dictus a sanguine qui in eo aggregatur: radix enim *חַוְרָה* *חַוְרָה* significat conjungere: ita Puginius) SANATI ESTIS. — Christi enim corpus in passione ita flagellis et plagis fuit contusum, concisum et lividum, ut totum videretur esse livor, imo lepra, ut ait Isais, cap. lxx. Porro S. Petrus citat *Isaia*, lxx, 5. Vide ibi dicta. Pie S. Ambrosius citans hunc locum, lib. *De Spiritu Sancto*, viii: « Plaga, ait, Christi nostra medicina est. » Idem in cap. xxx *Luce*: « Dolens ergo, Domine, non tua, sed mea vulnera; non tuam mortem, sed nostram infirmitatem; et nos estimavimus te esse in doloribus, cum tu non pro te, sed pro me doleres, etc., et livore tuo vulnera nostra sanares. » Sicut ergo avis dicta iterum iterum sanat, quia morbum in se trahit, eoque emoritur. « Avis iterum, ait Plinius, lib. xxx, cap. xi, vocatur a colore, que si spectetur, sanari id malum (iteri sive morbi regni) tradunt, et avem mori. Hanc puto læne vocari galgulum. » Sic Christus morbos anime nostræ in se trahens iis enectus est, et nos vivificavit sumus.

Ita S. Elisabeth, Hungarorum regis filia, intensius intuens in imaginem Christi crucifixi, ita compuncta fuit, ut in lacrymas prorumpens sibi diceret: « En creator et redemptor meus nudo corpore, mea causa ignominiosam in cruce oppetit mortem: ego vero misera gemmis, auro, bysso et purpura conlecta, vitam celestibus indignum beneficiis perdo magis quam ago. Illud caput spinea corona dispanxit, Judeorum vallarunt opprobria: me numerosa circumdatam familia, aurea corona redimunt cuncti mirantur, suspiciunt, honorant. Me miseram, me infelicem! Sic illius obedi præceptis, beneficia revolve, vestigia sequor, qui me cum non essem creavit, penditque suo sanguine redemit? » Quare vehementia compunctionis quasi exanimata in terram

concidit: ad se reversa, totum vite statum mutavit, totamque sese dedit pietati, simplicitati, humilitati, sui contemptui, obedientiæ, charitati et obsequio pauperum: ita habet ejus Vita, cap. vii.

S. Clara, exemplo sui magistri S. Francisci, assidue intuebatur oculis mentis Christum crucifixum, itaque ad mundi contemptum, desiderium crucis, paupertatem, amorem divinum omnemque perfectionem incendebar. Docebat novitias plangere Christum crucifixum. Inter horas diei, sexta et nona (quibus in cruce pepercit Christus) majori compunctione afficiebatur, ut cum immolato Domino immolaretur. Chordam tredecim nodorum ad carnem ingebat in memoriam vulnerum Christi: ita habet Vita ejus, cap. xx.

Notum est quod scribit S. Bonaventura *De stigmatibus S. Francisci*, et de Christi passione meditantis a Christo impressis.

S. Coleta adeo frequens et intensa erat in meditatione passionis Christi, ut extra se reperetur, et in Deum transformaretur ardentissimo desiderio et amore, præsertim feriis sextis, quibus sæpe pro doloris vehementia in manibus, pedibus et latere sibi revera videbatur clavis et lancea configi. Quare apparuit ei Christus, modumque quo passus esset, et ut singulis membris singularis nostri amore pertulisset cruciatum, revelavit. Quamobrem ipsa incedebat in deliquum, nil nisi Christum sentiens, et in ipsum transformata: ita habet Vita ejus apud Surium, tomo II.

Similis fuit Lydyvina, que versans assidue in viridario passionis, imo ex corde traheret suspiria, ex oculis lacrymarum fundebat imbres, ac per triginta tres annos continuis morbis et doloribus acerbis afflicta, summa patientia se Christo patienti conformavit: ita habet Vita ejus, cap. vii.

Ludovicus Blosius, Abbas Lætlensis, vir doctus et sanctus, cap. n *Montis spirit.*, narrat Christum sæpe revelasse charissimis suis sponsis Brigittæ, Gertrudi, Mechthildi, Catharinæ mire sibi gratum esse devote recollere passionem et amorem nobis in ea ostensum. Quare eas illam tam profunde visceribus animarum suarum infixisse, et tam ardenti suavique affectu rundasse, ut illa eis esset mel in ore, melos in aere, jubilis in corde. Harum omnium dux et antesignana fuit S. Magdalena, que Christo patienti sola, pene ceteris metu diffugiens, inter carnicies. Scribas et Phariseos constanter addidit usque ad mortem, imo usque ad resurrectionem. Patheticæ et graphice animi ejus amorisque sensa exprimit Origenes *Le Magdalenæ*, ubi inter cætera ait eam sibi dixisse: « Stabo, et hic moriar, ut saltem juxta sepulcrum Domini mei sepelliar. O quam beatum corpus meum, si fuerit sepellum prope magistrum meum. Vivens juxta illud manebam, moriens illi adharebo; nec viva, nec mortua ab eo separabor. » Et inferius: « Joseph posuit corpus tuum (o Christe) in monumento. Maria sepe-

livit ibi pariter spiritum suum, et ita indissolubiliter iunxit et quodammodo univit cum corpore tuo, ut facilius posset separare animam se vivificantem a vivificato corpore suo, quam spiritum suum te diligenter a defuncto corpore tuo. Spiritus enim Marci magis erat in corpore tuo, quam in corpore suo, cumque requirebat corpus tuum, requirebat pariter spiritum suum: et ubi perdidit corpus tuum, perdidit cum eo spiritum suum. Quid mirum ergo si sensum non habebat (ut Christum videns non videret, sed hortulanum putaret), quæ spiritum amiserat? quid mirum si te nesciebat, quæ non habebat spiritum quo scire debebat? Redde ei itaque spiritum suum quam habet in se corpus tuum, et mox recuperabit sensum suum, et reliquet errorem suum, » etc.

28. FRATRES ENIM SICUT OVES ERRANTES. — Excitat fideles ad humilitatem et gratitudinem, ut scilicet cogitent se fuisse oves a Deo, virtute, salute et celo aberrantes, ac ad diabolum, scelera, damnationem et gehennam ruentes, sed a Christo pastore revocatas, reductas, et in recta ad salutem via positas. Immensas ergo agant gratias Christo suo pastori. Alludit ad *Isaac* III, 6: « Omnes quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit. » Et *Paul.* xxviii, vers. ult.: « Erravi sicut ovis quæ perit: quero servum tuum, Domine. » Et ad parabolam pastoris, qui relictis nonnigintaoctem ovibus centesimam aberrantem requisivit, et inventam impositum in humeros, ac ad ovile reduxit, *Luc.* xv, 4. Hinc Romæ in Basilica Lateranensi (quæ antiquissima est, et prius in toto orbe a Constantino Magno fabricata) et aliis ecclesiis crebro pingitur Christus quasi pastor inter oves, qui ovem perditam humeris impositam gestat et reducit ad caulam. Unde S. Leo, serm. 18 *De Pastore*, Adamo opponens Christum: « Ille, ait, per superbiam cupiditatem iter fecit ad miseriam, hic per humilitatis fortitudinem viam paravit ad gloriam. »

Nota: Aple homines peccantes comparantur vibis errantibus: *Primo*, quia ovis est animal simplex et mansuetum: sic et homo, Unde oves nonnullis in locis, ut in Chalchide Euboica, prorsus carent felle, uti et homines nonnulli, inquit Aristoteles, lib. IV *De Partibus animal.*, cap. II. *Secundo*, idem alibi scribit oves infestari tot morbis, quot homines. *Tertio*, oves ruminant et somniant æque ut homines, teste Aristotele, lib. IV *De Historia animal.*, cap. X. *Quarto*, ovis sociale est animal tam ovibus quam hominibus: sic et homo. *Quinto*, oves brevi tempore vivunt: sic et homines sunt brevis ævi. « Vita capris ad octonos complurimum annos, ovibus ad denos, sed magna ex parte ad pauciores: duces pecoris tamen vel ad quinquenos protrahunt vitam, » ait Aristoteles, lib. VI *Histor. anim.*, cap. XIX. *Sexto*, idem ibidem: « Singulis, ait, ovibus singuli duces constituuntur, qui quoties suo nomine a pastore vocantur, antecedunt: quod ab ineunte ætate

facere assuescunt; » sic singule Republicæ, urbes et ceteros hominum suos habent refores. « Capris autem nullum ducent pastores constituunt, quia earum natura non stabilis, sed lubrica est et mobilis. » *Septimo*, ovis est animal gregale: sic et homo. « Docent pastores suos oves gregari factis strepitu. Nam si cum tonuerit, alius relinquatur quem non concurrerit, abortum, si est gravis, facit. Unde fit ut si quis in domi strepitum commoveris, omnes concurrant propter consuetudinem, » inquit Aristoteles, lib. IX *Histor. animal.*, cap. III. *Octavo*, ovis facile levitat et aberrat: sic et homo. Rationem dat Aristoteles, loco jam citato: « Genus ovile, inquit, amens, et moribus, uti dici solet, stultissimum est: quippe quod omnium quadrupedum ineptissimum sit: reptit in deserta sine causa: hieme obstante, ipsum sæpe egreditur stabulo: occupatum a nive, nisi pastor compulerit, abire non vult, sed perit desistent, nisi mares a pastore ducantur: ita enim reliquus grex consequitur. » *Novo*, ovis sæpe parit monstrum: sic et homo. Causam dat Aristoteles, lib. IV *De Gener. animal.*, cap. IV: « Homini locis quibus mulieres perfectius sunt magis id generare monstrum eventit, ut in terra Ægypti: capris vero at ovibus magis, ut fecundioribus, accidit, atque etiam magis multifidis: multiplicari enim id genus animalia sunt, nec partum perficiunt. » Oves pariant monstra agnorum: homines edunt monstra amorum, morum et vitiorum. *Decimo*, ovis errans præda fit lupi: ita homo peccans diabolo; lupum arcent canes: ita diabolum concionatores.

SED CONVERSI ISTIS NUNC, — non a vobis, sed a Christo per gratiam suam vocante et trahente ad se, juxta illud *Joan.* vi, 44: « Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum; » et illud *Pauli*: « Deus est qui operatur in vobis et velle et perficere, » *Philipp.* II, 13; et illud *Psalms*, *Psalm.* LVIII, 11: « Misericordia ejus præveniet me; » et illud: « Convertite nos, Domine, ad te, et convertemur, » *Thren.* cap. V, vers. 21; et illud *Jerem.* XXXI, 18: « Castigasti me, et eruditus sum quasi juvenculus indomitus: convertite me, et convertar, quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim convertisti me, egi penitentiam. »

AD PASTOREM ET EPISCOPUM ANIMARUM VESTRARUM, — Christum scilicet, juxta illud Christi: « Ego sum pastor bonus, » *Joan.* X, 11; et illud *Isai.* XL, 11: « Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, in sinu suo levabit lactas ipse portabit; » et *Ezech.* XXXIV, 23: « Suscitabo super eos Pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David: ipse pascet eas, et ipse erit eis in Pastorem, » etc.: totum enim hoc Ezechielis caput est de Pastoribus. Vide ibi dicta, et dotes veri Pastoris quas assignavi ibidem, et *Zachar.* XI, 7. Nonnulli per « Pastorem » accipiunt regem. Sic enim ab Homero Agamemnon rex vocatur Pastor populorum, et David ab Ezechiele vocatur Pastor: quod

enim est pastor in grege, hoc debet esse rex in plebe. Christus ergo est pastor, id est rex animarum, quia in eis regnat per fidem et gratiam, easque regit et dirigit ad gloriam et regnum eternum, juxta illud *Psalm.* XXXI, 1: « Dominus regit me (hebraice Dominus Pastor meus, vel pascit me), et fidem est, idcirco) nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. » Sic Christus, *Apocal.* XIX, 16, vocatur « Rex regum, et Dominus dominantium. » Hinc Christus veniens in mundum, primo ad suum præsepe per angelos vocavit pastores ovium; et Magos reges, qui erant pastores populorum; per stellam. Hinc et in Echinadis insulis audita est vox Christi moriente, *Pana magnum mortuum*. Pan enim erat Deus Pastorum. Talis autem erat Christus: ita Eusebii, lib. V *De Præpar.*, cap. IX.

ET EPISCOPUM ANIMARUM VESTRARUM. — Est ipse episcopus et corporum, quatenus salus corporum dirigitur ad salutem animarum: alioqui enim salus corporum per se spectat ad medicum, non ad episcopum. Christus ergo est episcopus, speculator, superintendens, regens, custodiens, dirigens animas quasi oves suas in vitam eternam. Unde discant Episcopi, suum munus esse non suis commodis et honoribus, sed animarum salutem incumbere, ut docet S. Bernardus, lib. II *ad Eugen.*, cap. VI: « Quod dicitur, ait, cathedra? specula est: inde denique superintendens, sonante tibi Episcopi nomine, non dominum, sed officium. » Præclare S. Epiphanius, *hæresi* 15, ostendit Christum esse Pastorem et Episcopum. « Qui, ait, pro toto mundo obtulit se, ipse victima, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare, ipse Deus, ipse homo, ipse rex, ipse pontifex, ipse ovis, ipse agnus omnia in omnibus pro nobis factus, ut nobis vita omnibus modis fieret, et sacerdotii sui immutabile firmitatem in sæcula efficeret. » Nimirum ipse ita est Pastor, ut nos oves suas propria carne pascat, et proprio sanguine potet in Eucharistia. Quare merito S. Eucherius, epist. *ad Valerianum*: « Imprudentissimum est, ait, cum pro nobis tam multa fecerit Deus, nihil nosmetipsos fecisse pro nobis. »

Ei ergo quasi Pastori animæ nostræ amantissimo, vigilantissimo, potentissimo canamus iugiter cum S. Thoma totaque Ecclesia in festo Corporis Christi:

Bone Pastor, panis vere,
Iesu, nostri miserere:
Tu nos pascere, nos tuere
Tu nos bonus fac videre
In terra viventium.

Tu qui cuncta scis et vales,
Qui nos pascis hic mortales,
Tuus ibi commensalis,
Cohæredes et solales
Fac assecutorum civium.

Jesu bone, animam meam unicam, quasi oviculam tuam, ex tuo corde tibi committo: tua est, quia tuo sanguine empta: tu eam rege et custodi: tu eam rectis itineribus, quæ peccati non habeant scandalum, dirige ad portum salutis eternæ. Dico cum S. Nazianzeno, carm. 9: « Soli tibi solus ego sum, Christe, relictus. In te mihi robur omne situm est; in te fiducia tota salutis. »

Christum ergo quasi principem Pastorum iugiter intueantur Episcopi et Pastores, in eo et ex eo cognoscant quantum animarum curam gerere debeant, ut Christo assimulentur: illius enim onus et officium, quasi ejus vicarii in se susceperunt. Ita suorum curam gessit S. Gregorius Thaumaturgus, Episcopus Neocesæensis, qui omnes penè suos cives ab infidelitate ad fidem Christi traxit. Unde moriens cum quæssisset quot in civitate reliqui essent infideles, responsurumque esset tantum superesse septuaginta, Deo gratias agens: « Totidem, inquit, erant fideles cum cepi episcopatum. » Idem singulos erudibat ad virtutem suo statui congruam: juvenes hortabatur ad modestiam, senes ad patientiam, servos ad obedientiam, ut erga dominos fideles et morigeri essent; dominos ad clementiam, ut erga subditos se humanos exhiberent; pauperes ad contemptum opum, ut veras divitias censerent esse virtutes; divites ad beneficentiam, ut elemosinas egenis facerent, cogitantes se opum non esse dominos, sed dispensatores; mulieribus pudicitiam, pueris obedientiam, parentibus disciplinam inculcabat; meretricibus consolationem, dubiis consilium, afflictis opem afferbat, omnibus omnia factus, ait Nyssenus in ejus Vita. Similis et homonymus illi fuit S. Gregorius Magnus pontifex, in quo quantus fuerit animarum zelus, liquet ex tot tamque assiduis ejus epistolis, hominibus, curis et gestis. Unde ipse, lib. II, epist. 25 *ad Joann.* Episcopum *Squallitanum*: « Admonemus, ait, fraternitatem tuam, ut in commissis tibi animabus solerter invigilet, et animarum magis læris, quam commodis vite præsentis intendat. In continentibus aut disponendis rebus Ecclesie diligens insistat, ut omni ex parte susceptum digne te gessisse Pastoris officium venturus iudex, cum ad iudicandum venerit, debeat approbare. »

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Subt uxores fideles subesse viris, etiam infidelibus, eoque occasione uxoris agna de viri utriusque officia persequitur. Secundo, vers. 8, fideles omnes hortatur ad concordiam, charitatem, modestiam, humilitatem, patientiam. Tertio, vers. 18, proponit eis exemplum Christi, cui per baptismum incorporati sunt, ut ejus puritatem et mores imitentur cum eo concordant in eam, vitæque æternæ donentur.

1. Similiter et mulieres subditæ sint viris suis: ut et si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifant, 2. considerantes in timore castam conversationem vestram. 3. Quantum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumentum vestimentorum cultus: 4. sed qui absconditis est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei Iocuples. 5. Sic enim aliquando et sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant se subjectæ propriis viris. 6. Sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum vocans: cujus estis filia, beneficientes, et non pertinentes ullam perturbationem. 7. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vaseculo muliebris impertientes honorem, tanquam et coheredibus gratia vitæ: ut non impediatur orationes vestras. 8. In fide autem omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles: 9. non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario beneficientes: quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. 10. Qui enim vult vitam diligere, et dies videre bonos, coercet linguam suam a malo, et labia ejus ne loquantur dolium. 11. Declinet a malo, et faciat bonum: inquirat pacem, et sequatur eam: 12. quia oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala. 13. Et quis est qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis? 14. Sed et si quid patimini propter justitiam, beati. Timorem autem eorum ne timeatis, et non conturbemini. 15. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omnipotentis vos rationem de ea, quæ in vobis est, ego. 16. Sed cum modestia et timore, conscientiam habentes bonam: ut in eo, quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem. 17. Melius est enim beneficientes (si voluntas Dei velit) pati, quam malefacientes. 18. Quia et Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. 19. In quo et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens predicavit: 20. qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam. 21. Quod et vos nunc similis formæ salvos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi, 22. qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vitæ æternæ heredes efficeremur: profectus in celum subjectis sibi angelis, et potestatibus, et virtutibus.

1. SIMILITER ET MULIERES SUBDITÆ SINT VIRIS SUIS.
— Vox similiter respicit sudditos et servos, de quibus egit capite precedenti, vers. 13 et 18, q. d. Jussi sudditos subesse principibus, servos heris; nunc similiter jubeo uxores subesse maritis; hoc enim jubet lex nature, divina et humana, tam Gentilis quam Christiana. Sancti hoc S. Petrus

tam diserite, eo quod per Gentiles spargeretur rumor, sed falsus, Christianos quasi Christi filios velle se eximere ab omni servitute et subjectione, ac præsertim uxores a consorcio conjugum; idque partim ex eo, quod luxuriosi Gentiles uxori bus preestare contra naturam abutebantur: hoc autem uxori bus ne permitterent velabant Apostoli,

Neque nonnullæ a maritis, quibus legitimum conjugii usum persuadere non poterant, faciabant divortium, uti faciebat matrona illa, de qua Eusebius, lib. IV *Hist.*, xvii, et alie de quibus S. Irenæus in passione S. Petri; partim ex eo, quod multe virginæ a parentibus desponsatæ viris infidelibus, ante consummatum matrimonium a sponsalibus et sponsis resiliunt ob amorem vel votum virginatatis, quam adeo ab Apostolis celebrari audebant. Sic enim S. Flavia Domitilla desponsata Aureliano, ante nubium conversa a suis eunuchis, Nereo et Achilleo, velum virginatatis a S. Clemente Papa accipiens, nuptias sponsumque respuit: eaque de causa tam ipsa, quam S. Clementes, Nereus et Achilleus martyrium subierunt. Sic S. Thecla conversa a S. Paulo, resiliit a nuptiis Tamyridis cui desponsata erat, eaque de causa multa et atrocia sustulit. Sic S. Iphigenia hortata S. Matthei refutavit conubium Hirtæ regis: qui ea de causa S. Mattheum morte et martyrio affecto. Sic et Susanna neptis Bioeletiani Imperatoris respuit nuptias Maximiani Imperatoris, qui proinde eam occidit, martyremque effecit. Sic S. Agnes, S. Felicitas, et persequæ alie virginæ, eo quod nuptias et sponso rejicerent, martyrio coronatæ sunt. Inde ergo extimonia confutata est in Christum et Christianismum quasi nuptias contrarium et sponsozum jura evertentem, adeo ut mariti volentes uxores fieri Christianas, ne jus et imperium in illas perderent, itaie calumnias ut occurrat Petrus, jubet uxori bus ut subint viris, in his scilicet que conjugale jus exigit, aut permittit. Causam dat S. Augustinus in *Quest. super Gen. CLIII*: «Est ordo, inquit, naturalis in hominibus, ut serviant femina viris: quia et illo justitia est hæc, ut infirmior ratio serviat fortiori: et hæc in dominationibus et servitutibus clara justitia est, ut qui excellent ratione, excellent dominatione.» Unde Euripides in *Iphigenia*:

Præstat, ait, unicus vir, etque laeta hujus mente dignior, quam nulla sæpe feminarum milia.

no Christus assumpsit humanam naturam in xii viris, qui dignior est, perfectior et honorabilior, ait S. Augustinus, lib. LXXXVIII *Quest.*, et ex o. S. Bonaventura, in ill. dist. xii, art. 3, quest. 1. Exceit enim, inquit, sexus virilis muliebrum, primo, quantum ad dignitatem in principiando, quia omnes tam viri quam mulieres ex uno viro Adamo prodeunt. Secundo, quantum ad virtutem in agendo: vir enim magis robustus et industrius est quam femina. Tertio, quantum ad auctoritatem in presertendo. Quia et Pythagoras asseruit marem in omni genere animalium esse naturæ et virtutis principium. Et Elianus, lib. XI, cap. LXVI: «Sexus, ait, masculinus etiam inter bruta videtur a natura præferri: siquidem draco mas insignis est crista et barba hirsutus: gallinaceus et ipse cristatus, palcas insuper velut barbam gerit: cervus eoratus, leo jubatus, cicada mas canorus est.»

Simili modo S. Paulus multis docet uxores debere subesse viris, et in signum hujus subjectionis gestare in capite velamen, I Cor. xi, 10. Vide ibi dicta. Citat Clemens Alexandrinus, lib. IV *Strom.*, hæc Euripidis sententiam: «Quævis pudica mulier est viri serva: que autem non est pudica, cum qui una versatur, superat amentia.»

Nam melius nec præstantius ullum est, Concordes quam ut cum in facto versatur solent Vir simul et mulier.

Quocirca monstrum est uxor viro imperans, et vir uxoris imperium patiens. Judæis id summo probro vertit Isaias, cap. lv, vers. iv, dicens: «Effeminati dominabuntur eis:» et Aristoteles, II *Polit.*, iii, taxat Spartanos viros imperantes. Nam, ut ait Philo apud Antonium in *Melissa*, tom. II, serm. 34: «A muliere dominari summum est viro dedecus.» Quocirca Assuerus uxorem volentem dominari, regisque jussa respicientem repudiavit, *Ether* ii, 20. Vere S. Augustinus, *De Catech. rud.*: «Cum femina, ait, dominatur in virum, perversa et misera domus est.» Platarchus, in *Præcept. convuls.* cap. v, asserit uxores que malunt stolidis viris imperare quam parere sapientibus, similes esse illis que ducere possunt valent cæcos, quam intelligentia visque predictos sequi. Viros vero effeminatos rident Jeremias cap. li, vers. 30, dicens: «Devotatum est robur eorum, facti sunt quasi mulieres:» et Homerus *Iliad.* II: «O imbelles, mala vituperia, Achivæ, neque amplius Achivi:» et Homerum secutus Virgilius, IX *Æneid.*:

O vera Phrygia, neque enim Phrygæ.

Et Turnus, *Æneid.* XII, per contemptum Evæam vocat semivirum Phrygem.

Ut et si qui (mariti) non credunt verbo (Christi et Evangelii, puta predicationi Evangelicæ), per mulierum conversationem sine verbo (sine sermone) Syrus, per bonas mores atque laborem lucrifant — ut eorum animæ et salus quasi ingens lucrum acquiratur, et accedat Christo et Ecclesie. Hinc jubet Paulus I Cor. vii, 13, mulieres conversatione ad fidem non facere divortium a maritis infidelibus, sed eis cohabitare, ut sua sancta conversatione tam eos quam filios ad Christum traducant, uti traduxit S. Natalia S. Adrianum, Clotidis Clodoveum, S. Cecilia S. Valerianum, S. Martha S. Marium, S. Monica Patricium et S. Augustinum, S. Gorgonia Vitalianum. Mulier enim cum sit gratiosa et ametur a viro, sicut Jugiter adit, in ejus animam sicut aqua in spongiam sensum sine sensu illabitur, illumque occupat et flecit quo vult, inquit S. Chrysostomus, hom. 60 in *Joannem*, presertim cum accedit pia et sancta conversatio. Nam, ut ait S. Chrysostomus, hom. 19 in *epist. ad Hebr.* «Facere majorem vim habet ad docendum, quam docere.»

2. CONSIDERANTES (scilicet viri, non mulieres, ut vult Hugo et Lyranus, *Interpretat.* enim cum

sit masculinum, viros respiciat in timore castam conversationem vestram. — « Timor » hic idem est quod reverentia qua mulieres Christum, et amore viceque Christi maritum, reverentur, caventque studiose ne eum etiam in re minima offendant, ac proseritiam ut integram et omnimodam ad fidem et castitatem conjugalem servent. Posset vicissim accipi timor maritorum, quo scilicet mariti considerantes castam conversationem uxoris, eam reverentur et amant; indeque ad eam emulandam et ad christianismum alliciuntur.

Notat hic S. Petrus primam uxoris dotem esse fidem et castitatem; femina enim et natura, et fragilitate, et complexionis (utpote calida et humida) in venerem valde est propensa. Propria feminarum passio est libido, ait S. Chrysostomus, hom. 40 in *Matth.*, ejusque causam dat quoniam abundat: amor enim est animi cura vacantis passio. Hinc illud Ovidii, lib. I *De Beneficio amoris*:

Olia si tollas, perire Capuleius aras.
Quæritur, *Ægibus* quare sit factus adulter?
In prompta causa est, desidiis erat.

Idipsum docet Salomon, *Prov. xxx, 43*, ubi inter quatuor insustentabilia secundum ponit os vulvae. Et *Eccli. xxxv, 23*: « Omnem, inquit, masculinum excipit mulier; » Et Aristoteles, lib. IV *Problem.*, cap. xxxvii, scribit mulieres in venere esse insatiabiles. Nota est Messaline Claudii Imperatoris uxoris portentosa libido. Narrat Diodorus, lib. II, et Herodotus, lib. II, quod cum Pharon, Sesostris filius, rex Ægypti, captus oculis fuisset, ideoque deorum operi per varia sacra imploretur, responsum et remedium acceperit, ut placato Deo qui in Heliopoli coleretur, faciem mulieris inspiceret, quæ nullum nisi sibi proprium virum novisset, ab uxore propria incipiens multas expertus est, nullam tamen reperit incorruptam præter hortulanam cuiusdam, quam restituo visu uxorem accepit; reliquis omnes vivas combussit.

Æschines Satyricus omnes feminas Ionicas *περὶ τῶν*, id est adulteras, appellare est ausus. *Josephus*, lib. II *Belli*, cap. vii, scribit *Æsæos* non docere uxorem, eo quod nullam um viro fidem servare credant: licet alia potior fuerit ratio, nimirum studium pietatis et contemplationis. Porro, inter Christianos scimus multas mulieres fuisse et esse castissimas, imo virgines: habet enim Ecclesia innumera sanctarum virginum agmina, in eoque insignis eluceat gratia Christi et christianismi, que naturam fragilem ita corrigit, consolidat, evellit et perleat. *Plutarchus*, in *Problem.*, ait olim novæ nuptie præferri solum ignem et aquam, ut significaretur eam castam et puram esse debere: ignis enim purgat, aqua lustrat.

3. QUARUM NON SIT EXTRINSECUS CAPILLATRA. — S. Fulgentius, lib. II cap. xi, *capillorum implicatio*; *Figurina*, quarum ornatus sit non externus, qui situs est in *placatura capillorum*; *Syrus*, in *cinereis capillorum*; S. Ambrosius, *Exhort. ad Virgin.*,

in *placatu capillorum*; græce enim aliqui legunt *ἐπιπλάττειν*, id est *implicationis capillorum*. Alii per *diastolen*, in *ἐπιπλάττειν*, id est in *placatura capillorum*. Sed eodem redit sensus. Intellegit enim capillorum *ἐπιπλάττειν* quelibet, sive ea sunt eos crispando, sive retorquendo, sive innodando, sive in cirros et cornua calamitatis discernimando, sive alienos accersendo. Hoc est quod ait Paulus, I *Timoth.* II, 9: « Ornantes se non in tortis crinibus. » Solent enim famiæ studere compositioni et ornati capillorum; unde *Terentius* in *Heaut.*, act. 2: « Dum poluntur et coarvantur, annus est. » « Imo alienis capillis verticem strunt, » ait S. Hieronymus ad *Marcell.*, ut videantur in fronte erigere crinium fastigia et turres; quas inensuas juvenalis, *satyr.* 6, ait:

— Tot adhuc compagibus altum
Edificat caput.

Et *Tertullianus*, *De Cultu feminae*, cap. vii: « Quid, ait, tanta ornandi capitis onerositas saluam subministrat? » Et S. Hieronymus ad *Latam*, *De Institut. filia*: « Nec caput, ait, gemmis oneres, nec capillum irruas, et si aliquid de gehemne ignibus auspicias; » solebant enim crines et vultum cerussa, sibi aliisque pigmentis colorare; et qui hæc parabant a cinere furorum vocabantur *Cinerearii* et *Cinifones*, ait *Tiraquellus*, leg. II *Conrub.*, tum. 27. *Præclare* Esther, cap. xiv, 16, Deum alloquens: « Tu scis, ait, necessitatem meam, quod abominer signum superbiae et glorie mee, quod est super caput meum in diebus ostentationis mee, et detester illud quasi pannum menstruatum, et non portem in diebus silentii mei. » Si id culpabile in feminis, multo magis in viris, qui se circumstant a peritiam professi mulierositatem, » ait *Tertullianus* *De Veland. virg.* *Jare* S. Gregorius, hom. 6 in *Evang.*: « Pensato, ait, que culpa sit hoc etiam viros appellere, quo curavit Pastor Ecclesie et feminas prohibere. » S. *Tiburtius* asseruit *Torquatum* Christiani nomen mentiri, eo quod capillos crisparet: ita habet ejus *Vita*.

Porro totus hic versus græce sic clare habet: « Quarum cultus (ornatus) sit non exteriori implicationis capillorum, aut circumpositionis auri, aut amictus vestimentorum, sed absconditus est cordis homo (qui consistit) in incorruptione mansueti et quieti spiritus, q. d. Cultus feminarum sit non externus, sed internus, puta interior homo spiritalis, nimirum incorruptus animi placidi et quieti spiritus. Secunda est hæc dea et virtus mulieris, nimirum modestus et honestus corporis cultus: prima enim est castitas, ut dixi.

AUT CIRCUMDATIO AURI. — *Figurina*, aut in circumpositione auri, quomodocumque ea fiat, sive aureas gestando vestes, calenas, bullas; sive capillos aureis filia vittisque colligando; sive vestes limbis et fimbriis aureis distinguendo. Porro non vetat S. Petrus omnem capillaturam et auri usum, sed tantum immodicum, et qui statum superet.

Hec responsum sit *Cajetano*, qui censet hæc ad fideles avi S. Petri sanctissimos pertinere, non ad matronas nostri sæculi. Quis autem modus sit adhibendus, docet S. Basilius in *Letter* cap. iii. Quare merito S. Hieronymus, lib. I *Contra Pelagianum*, *Pelagianum* refellit, quod diceret omnem omnino ornatum a S. Petro prohiberi.

AUT INDUMENTA VESTIMENTORUM CULTUS. — *Figurina*, aut in amictu palliorum. Solent enim tot induere vestes, totque tunicis, pepis, velis, palliis, etc., usque serieis et pretiosis se amictu et ornare mulieres cultus studiose, ut *Isaias* eas enumerando multos versus impleat cap. iii, vers. 18, et *Tiraquellus* in *Conrub.* lege iii, num. 27 et seq. multa alphabeta, multasque paginas. Imo nonnulla in vestitu suo omnes viri opes exhaustiunt, juxta illud *Propertii*:

Mitena incedit census induta nepotum,

quod detestans *Ovidius*, lib. III *De Arte amari*, exclamat:

Quis poterit esse census corpore ferre suo?

Et *Seneca*, lib. VII *De Benefic.*, cap. ix, ait insanis quibusdam hinc ex auribus pendere gemmarum patrimonium.

4. SED QUI ABSCONDITUS EST CORDIS HOMO (hoc est, mans et animus, suppleto et repete, hic sit mulierum cultus et ornatus, ut præcessit: hic autem situs est) IN INCORRUPIBILITATE QUIETI ET MODESTI SPIRITUS. — q. d. « Absconditus » cordis homo est incorruptus animi mansueti et modesti spiritus: hinc verus et unicus est feminarum cultus. De duplici homine, interiore scilicet et exteriori, vide S. Augustinum, lib. I *De Nuptiis et Concep.*, cap. xxx, et S. Ambrosium, *De Institut. virg.*, II, et ea que dixi *Rom.* II, 29, et *Ephes.* iv, 24. Philosophice *Cajetanus* absconditum hominem censet vocari animam immortalem in corpore absconditam, cujus cor est voluntas. Melius S. Ambrosius, *epist.* 27: « Exterior homo, ait, plurima in se membra habet; interior autem cordis homo totus sapientie est, plenus gratie, plenus decoris. » *Dicitur* cordis, non quod in corde residat (anima enim potius residet in capite), sed quia cordi, id est appetitui, præest, eumque regit et moderatur. *Figurina* verbi, sed oculis sit ornatus, qui est in corde homo, si is caret omni corruptela, ita ut spiritus placidus sit ac quietus, q. d. Optimus ornatus mulieris est mansuetudo, modestia et pax animi; hæc enim omnes animi potestates, passiones et motus componit, ornat, dicit. Hic enim est « decor occultus et tacta vestustas, » ait *Nazianzenus* in *Præcept. ad virg.*, et *Psalm.* *Psalm.* *xliv*, 14: « Omnis, ait, gloria filie regis ab intus. » Tritum est illud: « Mulier ornamentum mores, et non aurum. » Ornamentum, ait *Crales*, est quod ornat; ornat autem quod honestiorem mulierem facit: talem vero prestat non aurum, non smaragdus, non coccus, sed gravitas, moderatio, pudor: ita *Plu-*

tarchus in *Locon*. *Plinius* in *Panegy. Trajani* laudat ejus uxorem, quod in cultu esset modesta. *Pythagoras* Crotoniensibus matronis presens ut auratas vestes, alique ornamenta velut instrumenta luxurie dederent, easque omnia in Junonis oede deo consecrarent: vera enim ornamenta matrone esse pudicitiam, non vestes, uti refert *Justinus*, lib. XX. Sic et *Aristoteles* in *Æconom.* ait, ornatum mulieris non esse cultum, sed modestiam, ac studium honeste et decore vivendi. *Clemens Alexandrinus*, lib. II *Pedagog.*, cap. xii, docet verum mulieris ornamentum esse verecundiam; et eas que se auro ornant, imitari barbaros, qui malefice auro rinuunt. « An non enim, ait, colli vinculum est vorques aureus moniliæque, et que catenarum locum obtinent? Hinc et *Bianca*, id est catene, appellantur. Unde *Philomon* pellucidæ vestes vocat compedem auream. »

Ac recensitis plurimè mulierum ornamentis: *Mirror*, ait, eas non enecari, dum tantum opus bajulant: vide eundem, lib. III, cap. i et ii. S. Chrysostomus, hom. 21 ad *Popul.*: « Vis, ait, ornare faciem? orna non margaritis, sed modestia et honestate: sique viri gradiorum cernat aspectum. Ille nempe ornatus et zelotypie suspitionem injicere solet, et inimicitias, et contentiones, et pugnas, etc.; modestia autem ornatus omnem quidem improbam suspicionem expellit: omni autem vinculo firmiter conjugium conciliat. Non enim tam decorum facti forme natura fieri aspectum, quam eam spectantis affectus. Affectum vero nihil sicut modestia et honestas inducere solet, etc. Circa margaritarum cultum insaniam, est pompa satanica. Aurum enim cepisti non ut corpus vincas, sed ut pauperes saives et enturias. » Idem, hom. 41 in *Genes.*: « A cultu, ait, corporis innumera sunt mala: arrogantia que intrinsecus nascitur, despectus proximi, fastus spiritus, animæ corruptio, voluplatum illicitarum fomes, » etc. S. Gregorius *Nazianzenus* scripsit orationem contra mulieres ambulosas se ornantes, in qua sic oritur: « Cavete, o mulieres, ne caput vestrum notis et adulteris crinibus, tanquam turribus quibusdam, muniat, mollia colla et scapulis delibate ostentantes: non Dei formas sedis coloribus inungatis, sic ut jam non facies, sed larvas gestetis. » Et post nonnulla: « Verendum est, ne Deus iratus sic te alloquatur: Dic, age, o aliena mulier, coquis tandem, et undenam est tuus fuctor et creator? Non te depinxit canis, sed imaginem mei finxi. Qui fit igitur, ut pro chara imagine idolum habeam? » Adidique externi cultus studiosas internum negligere, idque interne Heuband, externe Helenam representare. S. *Cyprianus*, *De Habit. Virgini.*, affirmat deteriori esse ornatum superfluum ipso adulterio: quia, ut ait S. Augustinus, lib. I *De Serm. Domini in monte*, « Ibi pudicitia, hic natura adulteratur. » Idem, *epist.* 73 ad *Possidon.*: « Verus, ait, ornatus Christianorum et Christianarum, non tantum nullus cultus men-

dax, verum ne auri quidem vesti que pompa, sed mores boni sunt. » Eleganter Properius, lib. I *Elegiar.*, 1 :

Quid iuvat ornata procedere villa capillo?
Troque propinquas vendere maculas?
Nalareque decus mercato perdere cultu?
Nec sine in propriis membra nitere bonis?

Salse, sed vere S. Cyprianus *De Habitu Virg.* : « Ornamentorum, aut, et vestium insignia, et lanœnia formarum, non nisi prostituta et impudica feminis congrunt : et nullarum vere pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est, etc. Scricum et purpuram induta Christum induere non possunt ; aut, et margaritis et monilibus adornate, ornamenta cordis ad pectoris perdiditunt. » *Plura etiam Isid. in*, 18.

IN INCORRUPIBILITATE QUIET ET MODESTI SPIRITUS. — S. Hieronymus, lib. I *Contra Iovin.*, « in incorruptione nitens et silens spiritus. » Declarat quis sit absconditus, id est, interior homo, puta homo cordis, id est, mentis et animi ; ac in quo consistat, alique consistere, « in incorruptibilitate, » græce *ἀβήθεια*, id est, in incorruptione, hoc est, in integritate, equitate, græce *εὐνομία*, id est, in mansueti, placidi, et modesti (mansuetudinis enim comes, imo filia est tranquillitas et modestia) spiritus. — Incorruptionem « quilibet spiritus » vocat primo, castitatem et puritatem spiritus, eamque opponit corruptioni corporis, quam uxores passa sunt in conjugio, q. d., ait S. Hieronymus, lib. I *Contra Iovinianum* : « Quoniam exterior vester homo (corpus) corruptus est, et beatitudinem incorruptionis que proprie virginum est, habere desiistis ; imitavit incorruptionem spiritus, saltem per eam abstinentiam, et quod corpore non potestis, mente præstate. Ihes enim Christus divitiis et hos vestra conjunctionis querit ornatus. » Sic et alii per incorruptionem accipiunt castitatem conjugalem. Ubi nota, mansuetudinem, humilitatem et modestiam parere incorruptionem, id est castitatem, ut *Rom.* 1, 24, ostendi : idque docet S. Gregorius, *XXVI Moral.*, xii, vol. 13 ; et S. Bernardus, serm. 1 *In festo omnium Sanctorum*, ita explicat illud Christi *Matth.* v. : « Beati milites, quoniam ipsi possident terram, » id est, inquit, carnem suam, « incorruptio autem facit proximum esse Deo, » *Sup.* vi, 20. Casti ergo, humiles et modesti sunt, quasi dii quidam terrestres, juxta illud : « Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes, » *Psal.* lxxxii, 6. Hinc et Poeta, ait Clemens Alexandrinus, lib. IV *Strom.*, in fine, « electos appellavit *θεοειδεις*, id est, deiformes ; et *θεας*, id est, diivos, et *θεοις*, id est, diis æquales ; et *αι πρωτοι ανθρωποι*, id est, consilio Jovis pares ; et *θεοι*, *θεοειδεις* *θεοι*, id est, prudentia diviti similes ; et *θεοειδεις*, id est, Deo similes. Euripides itaque : In meo, inquit, tergo sunt pennæ aureæ, et aptentur grata Sirenum telaria, iboque in immensum sublatas æthera, Jovem convenerunt. Ego autem

Christi spiritum optaverim, ut me in meani sustollat Jerusalem. » S. Hilarius scripsit epistolam ad Abram filiam suam, in qua promittit ei margaritam pretiosissimam, si margaritas vulgares contempnit : « Margarita hæc, ait, virtutis ejus est, ut, si quis eam induit non ægrotet, non senescat, non moriatur. » Rursus, ut eam haberi non possit, si quis margaritam aliam habuerit, nam speciosa est, pretiosa, incomparabilis et celestis, prestans salutem et aternitatem, nec dignatur ibi esse, ubi alie sunt : nimirum margarita hæc est virginitalis status, quam S. Hilarius filie optavit et persuasit. Sic et S. Agnes dixit se a Christo ornata esse inestimabilibus margaritis.

Secundo, incorruptio spiritus est integritas animi mansueti et tranquillæ, qui nullis exagilatur cupiditatum procellis, nullis passionum ægritudinibus, nulla ira, superbia, invidia, etc., corrumpitur, sed illæsus, integer et incorruptus existit. Hanc enim parit mansuetudo et modestia : hæc ergo ornari vult mulieres ; ac mansuetudinem quidem opponit invidiæ, iracundiæ, superbiæ ; modestiam vero levitati, petulantia, inconstantiæ, garrullitati, murmuratiõni, in qua vitia naturaliter propendunt mulieres ornatum externum sectantes, internum negligentes, ait S. Chrysostomus, hom. 74 in *Matth.* « Nam si, inquit, scientiam singulorum cernere possemus, multos ibi vermes, multam sanem et incomparabilem repertem foratorum : cupiditates dico improbas, que vermes spurcilla mirum in modum excolunt, impii enim quasi mare fervens, quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus in conculationem et lutum, *Isai.*, » lvi, 20.

Tertia hæc est virtus mulieris, nimirum mansuetudo, pax et modestia, cujus fructus est incorruptio, ut scilicet faciat hominem a vitis omnibus incorruptum, integrum, imperturbabilem. Modesti (græce *ταπεινός*, id est tranquillæ, silentis, pacifici, et consequenter modesti) sermores. — S. Ambrosius, lib. I *Offic.*, cap. xxvii : « Modestia, ait, quam a modo scientie quid decoret appellatam arbitror, » etc. S. Augustinus, lib. II *De Vita beata*, sub finem : « Modestia utique dicta est, inquit, a modo, et a temperis temperantia. Ubi autem modus est atque temperies, nec plus est quietquam, nec minus. » Addit S. Ambrosius : « Oremus in incorruptione quilibet et modesti spiritus, qui est ante Deum locupletis, » ut ait Petrus, I *Epist.* cap. iii, vers. 4. « Magna igitur modestia, quo cum sit etiam juris sui remissior nihil sibi usurpans, nihil vindicans, et quodammodo intra vires suas contractior, dives est apud Deum, apud quem nemo dives. Dives est modestia, quia portio Dei est : Deus enim est ipsa increata et essentialis modestia tam ad intra, quam ad extra ; adeo ut in toto mundo intelligi, et non sentiri possit. » Habitus enim mentis in corporis statu cernitur. » Sic et S. Maria, audita angeli salutacione, « præ verecundia non resolutavit, nec ullum re-

sponsum retulit, nisi ubi de suscipienda Domini generatiõne cognovit, ut qualitatem effectus disceret, non ut sermonum refelleret, » ait idem lib. I *In Lucam*. Et lib. II *De Virg.* eam ita pingit : « Nichil totum in oculis, nihil in verbis procor, nihil in actu invocandum, non gestus fractior, non innessus solutior, non vox petulantior, ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura prohibitis. »

Narrat Dionysius Carthusianus in cap. iii *De Vita*, Nam S. Dionysii Aropepita, S. Dionysium cum a fratribus in Judeam venisset, et B. Virginem convenisset, tanta charitate fulgentem ejus vultum conspexisset, ut præ nimio stupore deficiens in terram ceciderit, dixeritque, nisi ratione naturali et fide cognovisset aliam esse divinitatem, se hanc ipsam Virginem loco Deæ habituram fuisse. Sed audi ipsam S. Dionysium hæc de se narrantem epistola ad S. Paulum (sicet Bellarminus, *De Script. Eccles.*, et alii negant illam esse S. Dionysii) quam recitat noster Christophorus a Castro in *Historia Beata*, cap. xix, num. 10 : « Fateor, inquit, coram omnipotentis Dei, et clementia Salvatoris, et gloria majestatis Virginis matris ejus, ductus cum a Joanne, etc., ductus fui ad deformem præsentiam altissima Virginis, tantus me divinus splendor circumfulsit exteriori, et plenitas irradiavit interiori ; tanta etiam in me omnium odoramentorum superabundavit fragrantia, ut nec corpus intotum, neque spiritus posset totius ac tante æternæ felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum, defecit et spiritus tanta gloria majestatis oppressus. Testor qui aderat in Virgine Deum, si tua divina concepta mente non me decussent, hanc ego verum Deum esse credidissem. » Unde non mirum quod B. Virgo solo aspectu et presentia, aliis quos viseret, integralis insignie conferret, » uti ait S. Ambrosius *De Institut. Virg.* cap. vii. S. Hieronymus, in cap. ix *Matthæi*, dans causam, cur Mattheus Christum vocentem illico secutus : « Certe, inquit, fulgor ipsi et majestas irradialis occulit, que etiam in humana Christi hæc relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. » Et in cap. xxi, dans causam, cur Christo per flagellum exigente nummularios e templo, mensasque subvertente, etc., que manus non fecisset exercitus, nemo resistit : « Igneum enim, ait, atque sidereum radiabat ex oculis ejus ; et divinitatis majestas irradialis in facie. » Unde Nazianzenus, epist. 193 ad *Brictem* : « Unum, ait, honorant est, ut Christus dupliæ intersit (porro ubi Christus est, modestia quoque est), opere pretium est, ut, sicut cetera omnia, sic et Christianorum multitudine modesta et composita sint. Modestia porro in gravitate sita est. » Idem, in *Carm. De Vita sua*, ait se propter amulos sponte renuntiassæ patriarchatu Constantinopolitano duabus de causis : « Hinc namque redibat, ait, commodum duplex mihi, modestus ipse dum traho ad modestiam, simulque amorem colligo et clarum decus. »

Laudat Nebridius S. Hieronymus, epistola ad *Salsianam*, ejus uxorem jam viduam, « quod de sororo generatus Augustæ, et in materla nutritus sim, in palatio, contubernalis et condiscipulus Augustorum, quorum mensæ ministrator orbis, et terræ ac maris serviant, inter eorum omnium abundantiam, in primo ætatis flore tantæ verecundie fui, ut virginalem pudoris in se fabulam daret. Deinde purpuratorum propinquus, socius, consobrinus, non est inflatus superbia, sed cunctis amabilis, ipsos principes amabat ut fratres, venerabatur ut dominos ; ministros autem et universum ordinem palatii, quo regalis frequentatur ambitio, sibi charitate sociavit, ut qui merito inferiores essent, officii se pares arbitrabentur. Difficile facta est gloriam virtute superare, et ab his diligi quos præcedas. » S. Gregorius, IV *Dialog.* xvii, narrat Musam puellam jussu B. Virginis mores leviores commutasse in modestos, itaque ab eadem evocatum in colium.

Serarius. — S. Athanasius, epist. ad *Serapionem*, accipit Spiritum Sanctum ; hic enim dives est apud Deum, quia divinitatis consors est et participes, q. d. Qui se purus et incorruptus custodiunt, in se excipiunt Spiritum Sanctum, qui quietus et modestus, eos facit pariter quietos et modestos. Modestia enim est fructus Spiritus Sancti, *Galat.* 7, 22.

Verum ad literam hic spiritum humanum accipit cum S. Ambrosio, lib. I *Officior.*, cap. xviii ; hic enim modestus et quietus, est vestis et ornatus mulierum ; manet tamen a Spiritu Sancto, estque ejus donum.

Qui (spiritus incorruptus, quietus et modestus) EST IN CONSPECTU DEI LOCUPLES. — Quia super terram omnia se elevans Deum possidet, hæretique est cæli et regni æterni. Nam, ut ait Seneca, *quæst.* 67, « ratio nihil est aliud, quam in corpore humanum pars divini spiritus mersa. » Audi S. Ambrosium, lib. IV, *quæst.* 27 : « Vere dives, qui in conspectu Dei potest dives videri, in ejus conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est. Sed solum illum Deus divitem novit, qui sit dives extimulati, qui non opum, sed virtutum fructibus repletus. Quis autem ante Deum dives, nisi quietus et modestus spiritu, qui nunquam corrumpitur ? Nonne tibi videtur dives, qui habet pacem animi, tranquillitatem quietis, ut nihil concupiscat, nullis exagilatur cupiditatum procellis, nec vetera fastidiat et nova querat ; et semper desiderando fiat in summis divitiis inops ? Ea est pax vere dives, que superat omnem mentem. Dives pax, dives modestia, dives fides (fidei enim totus mundus possessio est), dives simplicitas : sunt enim et divitiis simplicitatis, que nihil discunt, nihil tractant, nihil inspectrum suo fraudulentum putant, sed puro se effundit affectu, dives bonitas : quam si quis servaverit, pascur in divitiis celestis hereditatis. Merito justus semper fenerat, iniquus indiget. Ille justitias fenerat mandato Dei paupe-

ribus et egenis : at vero insipiens et quod putat se habere, nequam possidet. An putas illum possidere, qui thesuro suo die ac nocte incubans avara et misera torquetur sollicitudine. Ille vero eget, etsi aliis dives videtur : sibi pauper est, qui non utitur eo quod habet, qui adhuc alia rapit, alia desiderat. Ubi enim nullus cupiditati modus, qui fractus divitiarum? Nemo est dives, qui quod habet, secum auferre non potest. Quod enim hic relinquunt, non nostrum, sed alienum est. Subdit exempla : « Dives Henoch, qui quod habuit secum transtulit, et omnem illum bonitatis suae sensum ecclesiis intulit receptaculis : qui ideo raptus est, ne cor ejus malitia mutaret. Dives Elias, qui virtutum suarum thesauros curru igneo sublimis scilicet aethere innoxit. Et tamen iste non mediciores divitias heredi reliquit, quas ipse non amitteret. Quis hunc pauperem vel hunc dixerit, cum victus quotidiani indigens alimonia mitteret ad viduum, ut pasceretur ab ea; quando ad ejus vocem coelum claudebatur et asperiebatur; quando ad ejus verbum hydra farina, et vas olei non deficiebat per triennium, sed abundabat, nec minuebatur usu, sed replebatur? Quis illum pauperem dixerit, ad ejus voluntatem descendebat ignis, quem in via fumina non conuenebant; sed in suum fontem recurrebant, ut siccio Propheta transeiret pede? Duos finitimos vetus historia describit, regem Achab et pauperem Nabuthen : quorum horum pauperiorum, quem ditiores credimus? Alter regali fulcro divitiarum praeditus, inexplibilis insatiabilisque opibus suis exiguum pauperis vineae desideravit. Alter despicens animo Basilium rex polycarpus, imperialesque gazas, suo erat contentus palmite. Nonne videtur hic magis dives, hic magis rex, qui sibi abundabat, suas rogebat cupiditates, ut nihil alienum concupisceret? Ille autem egentissimus, cui aurum suum vile, alienus palmes pretiosissimus estimabatur. » Deinde id ipsum hoc sortis demonstrat : « Quid est divitem esse, nisi abundare? Quis autem abundat, qui sit animo contractior. Qui autem animo contractior, utique angustior. Quae igitur in angustiis abundantia? Non ergo dives, qui non abundat. » Unde pulchre David : « Dives, ait, equeat et esuriant. Nihil ergo affectu sapientis ditius, nihil insipientis egenius; ubi abundantia, ubi satiatus : ubi autem famae cupiditatum, ubi inexplibilis appetentia, ibi utique paupertas, etc. Secundum hanc Petrus Apostolus definitur, non in auro et argento et indumentis feminarum esse ornamentum, sed in oculo cordis homine atque abscondito : unde nulla se exuat cultum pietatis, ornatum gratiae, vite aeternae hereditatem. » Idem per umbram vidit Socrates, cuius haec vox et oratio exstat apud Clememtem Alexandrinum, lib. V Strom. : « O Pan et dii alii, dae mihi, ut intus sim pulcher et honestus : si quidem est pulcherrimum id quod est sapientissimum. Dicebat enim virtutem esse animae pul-

chritudinem, contra autem vitium animae turpitudinem. »

3. SIC ENIM ALIQUANDO ET SANCTAE MULIERIS SPERANTES IN DEO (et consequenter credentes et amantes Deum) ORNABANT SE. — *Ita sperantes in Deo partim refert ad sancta, q. d. Quia sanctae, ideo sperabant in Deo: Sancti enim cor per spem quam anchoram defixerunt in Deo; partim ad ornabant se, q. d. Quia sperabant in Deo, ideo modeste ornabant se, non capillatura, auro et vestibus pretiosis; sed obedientia, subdando se maritis, castitate, ac spiritu quieto et modesto. Nota, q. d. Deum colebant, ideo ornabant se obedientia, castitate, modestia; quia doceret sciebant hunc ornatum Deo placere, ab eoque praecipii, ac per eum sperabant se in matrimonio a Deo omnifrua et gratia benedicendas et cumulandas. Spe enim hic per synecdochen omnem Dei cultum complectitur, aequae ac ei conjunctus timor alibi omnem Dei cultum comprehendit, ut eum dicitur: « Time Deum, omnes Sancti ejus: » timete, id est reverentiam, et colite. « Nihil deest timentibus eum. Timor Domini plenitudo sapientiae, » etc. Qui enim Deum timet et sperat, per hunc timorem et spem impellitur, et quasi cogitur ad ei obediendum et serviendum. Ita de Iosaphat rege veri Dei cultore dicitur II Paral. xvii, 3: « Non speravit in Baalim, sed in Deo patris sui, » id est non coluit Baalim, sed Deum patris sui. Unde subdit: « Et perrexit in praecipis illius et non iuxta peccata Israel, » qui coluit Baalim, id est idola. Psal. iv, 6: « Sacrificate sacrificium iustitiae, et sperate in Domino, » id est sacrificate et colite bonitatem; Psal. xxxiii, 9: « Gustate et videte bonitatem suavis est Dominus; » hinc: « Beatus vir qui sperat in eo, » id est eum colit et amat, itaque ejus dulcedinem gustat. Unde subdit: « Time, » id est colite, « Dominum omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum. » Psal. xxxvi, 3: « Spera in Domino, et fac bonitatem. » Similia sunt Psal. lxxxiii, 13; Psal. cxiii, 9; Thren. iii, 25. Ita Rebecca, viso Isaac sponso suo, modeste pallio se velavit, ac ex carnele desiliens ei honorem, reverentiam, submissionem et obsequium obtulit, atque tota vita praestitit, Genes. xxiv, 64. Rebecca eisque secuta sunt nurus Rachel et Lia, ex eisque progenite Noemi, Anna, Abigail, Esther, Judith et Ruth Moabitiss. Sic maris fortis ornatum pingens Sapiens, Proverb. cap. xxxi, vers. 25: « Fortitudo, ait, et decor indumentum ejus. »*

Ita S. Gorgoniam sororem suam laudat S. Gregorius Nazianzenus, orat. 41: « Non illam, ait, aurum ornavit, non flavae comae, non crimium nodi et imposturae, pretiosum caput summa cum insania scenam effluentium, non circumfusae et pelliculae vestis magnificentia, non lapidum splendores propinquum aere colorantes, non pictorum artes et prestigia, terrenisque fietur in con-

trarium fabricans, insidiosisque coloribus Dei figmentum obducens, et per honorem infamiam innotens, ad divinam formam meretricium procaebus oculis idolum proponens, ut adulterina pulchritudo naturalem imaginem, quae Deo futuro aevo servatur, surripial. Verum cum externis multis et variis mulierum ornatu cognitis haberet, nullum tamen moribus suis, atque intus condito splendore praestantiorum agnoscebat. Unus illi rubor placebat, quem pudor affert; unus candor, quem parit abstinentia. Nam pigmenta et fucos, ac fluxam formae venustatem, et cunctis et trivialibus relinquebat, quibusque probro ac dedecus est erubescere. » Unde post plura mortificationis ejus, austeritatis, pietatis et devotionis heroicae opera recensita exclamatur: « O femineam naturam, quae propter omne salutis certamen virilem naturam superasti; atque illud conspicuum fecisti, masculinum et feminam, corporis, non item animae discrimen esse! O ingenium post baptismum castitatem, et sponsam Christi animam in puro corporis thalamo! O Christi amantionem, et servi formam, et passiones ipsius mortificatione honoratas! »

6. SICUT SARA OBEDIAIT ABRAHAE, — adeo ut eum ex patria Chaldaea abentem, relicto parentibus et cognatis, secuta sit, et cum eo continuo peregrinata per Chanaanem, ibique periculis etiam castitatis pro eo se objecerit. Vide dicta Gen. xii, 13 et seq.

DOMINUM EUM VOCANS, — dicens, Gen. xviii, 12: « Postquam consensui, et dominus meus (maritus meus Abraham) vetulus est, voluptati operam dabo? » Sara proprio nomine vocabatur *Jescha*, ut dixi Genes. xi, in fine; postea dicta est *Sara*, id est, domina vel princeps mea, idque ut videtur, ab Abraham, qui videns se ab ea honorari vocarique dominum, vicissim eam honorare voluit, ideoque vocavit eam *Sara*: ita noster Lortius. Cujus rei magnum indicium est quod prius vocata sit *Sara*, id est domina mea, quomodo a nullo alio congrue vocari potuit quam ab Abraham marito. Deinde a Deo promittente ei filium Isaac, ex quo natusurus erat Christus, vocata est absolute *Sara*, id est domina: quia per Christum Filium suum dominatura erat toti orbi, Genes. xvii, 15. Discant ergo uxores a Sara honorare maritos, sic vicissim ab eis honorabuntur; discant eis parere, quia parendo imperabunt, et obtinebunt ab eis quicquid volent. Ita hodie videmus viros graves uxores suas vocare dominas. Nimiram, verum est illud Senecae: « Casta ad virum matronis parendo imperat. » Unde mystice Origenes, hom. 6 in Gen. : « Sara, ait, quae interpretatur princeps, vel principatum agens, formam tenet aeternae, quod est animi virtus. Haec ergo virtus conjuncta est et cohaeret sapienti et fidei viro, sicut et ille sapiens qui dicebat de sapientia: Hanc quaesivi adducere sponsam mihi; ideo ergo dicitur ad Abraham: Omnia quaecumque

dixerit tibi Sara, audi vocem ejus. Si quis ergo ascivit sibi in conjugio virtutem, audiat vocem ejus in omnibus. Et postquam eam habuerit uxorem, perfectus effectus faciat et sororem, ut eadem aliis communicet, » ut ille Abraham dixit Saram esse suam sororem. Porro S. Nazianzenus, orat. 41 De S. Gorgonia sorore sua, asserit Saram hac obedientia et honore quem detulit marito, promeritam esse non tantum iustitia laudem, sed et ut ex eo conciperet et pareret filium sanctorum et illustrem Patriarcham, scilicet Isaac. Vide S. Chrysostomum, hom. 32 in Genes., ubi mire Sare obedientiam et amorem erga maritum celebrat.

S. Ignatius, epist. 12 ad Antioch., monet uxores ita revereri viros, ut illos ne quidem ex nomine compellere audeant.

Clemens Alexandrinus, lib. IV Stromat. : « Mulierem, inquit, qui cum honestate amat maritum, describit Euripides sic monens :

Bonisque verbis prosequi oportet, si quid conjux dixerit; Si haud dixerit, laborare ut ad gratiam dicat mariti. Dulce est conjugem, nulli si quid eveniat, Cum viro trisitare, doloris et gaudii esse participem.

Sic morum mansuetudinem ostendens, et benevolentiam, vel in calamitatibus, » Deinde subjungit uxoris dignam esse vocem :

Aegrotis et si sis, aegra simul feram, Tuoque patiar mala; et certe mihi Non quidquam acrius. Una cum amicis nam decet Fieri beatas : quid nisi hoc amicitiae est?

Idem Clemens, lib. III Paedagogi, cap. xi : « Res, ait, est pulcherrima mulier domus custos, quae et se et maritum propriis ornamentis induit, per quae omnes exultant : illi quidem propter matrem, maritus propter uxorem, ipsa propter eos, omnes autem propter Deum. Ut paucis igitur dicam, virtutis penus est fortis mulier. » S. Ambrosius in cap. xxxi Proverb., cap. iii : « Bona, ait, conjux virum suum dominum vocat, sicut Sara obediebat Abrahae, dicebat Petrus Apostolus, dominum eum vocans. Bona, inquam, conjux non solum vocat virum dominum suum, sed hoc sapit, hoc sonat, hoc gestat corde, hoc profertur ore, tabulas matrimoniales instrumenta emptio-nis suae deputat (solebat enim olim uxor a marito coemi, et per coemptionem duci) : est ergo ancilla dans opera ancillis. » Sic S. Natalia maritum suum Adrianum vocabat dominum. Sic S. Monica Patricio viro suo serviebat quasi domino, ait S. Augustinus, IX Confess., ix. Vide sex praecipua quae uxori ex Aristotele dedit, Ephes. v, 22, et vers. ult., in fine capitis. Vide et exempla honoris et amoris conjugum, quae recensui Gen. cap. ii, vers. 24.

Denique S. Hieronymus scribens ad *Psaltiam*, hoc et uxoris praecipuum dicit : « Praecipuum in conjugio venerabilis et immaculato Apostolicum

regula ordo teneatur: servetur in primis viro auctoritas sua, totaque a te discat domus quantum illi honoris debeat; tu dominum illum obsequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonstra: tanto ipsa honoratur futura, quanto illum amplius honoraveris. Caput enim (ut ait Apostolus) mulieris es vir: nec alunde magis reliquum corpus ornat, quam ex capitis dignitate. » Uxor enim transit in domum, stirpem et amiliam mariti; ab eoque omne suum decus, nobilitatem et dignitatem accipit. Porro hae de causa docendum esse uxorem in statu parem, non superiorem; ne marito superbe praesse velit, moquent sapientes Chilon et Pittacus. Audi Anonymum *De septem Sapientibus*, in *Solone*: « Par pari, inquit, jugato conjux: quod impar est, dissidet. » Et Ovidius, in *epist. De Amore*, ad Heradem:

Si que vales apte iubere, unite par.

Unde illud vulgo tritum: « Tu tibi sume parem. »

CUIUS ESTIS FILLE. — Hinc liquet S. Petrum proprie et directe hunc scribere Judaeis: hi enim erant filii et filiae Sarae ad litteram; consequenter ita enim scribit et Gentibus: hi enim erant filii et filiae Sarae et Abraham secundum spiritum, quia ejus fidem, pietatem et opera sancta imitantur. *Rom. ix. 8.* Ita Didymus. Unde subit Petrus *Infidelitatis*; Syrus *in operibus bonis*, scilicet imitando Sarae elemosynas et beneficentiam. Hanc enim significat graecum *ἀγαπητοσύνη*, licet idem verbum ad honorem et benevolentiam marito exhibendam, ac quavis alia bona opera extendi possit. Porro uxoris officia et opera bona egregie depingit Sapiens, *Proverbia xxxi*, et *Tobias cap. x*, vers. 13, et S. Paulus *ad Titum ii. 4 et 5*.

NON PERTURBANTES ILLAM PERTURBATIONEM. — quasi, si vos subdatis maritis, eisque benevole, benedicti et obsequentes sitis, imperiosius ab eis tractande sitis; quin potius obsequium vestrum conciliabit vobis maritorum amorem, pacem, honorem; magnus enim amoris est amor: ita *Ecumenius*. Rursum, *q. d.* Nolite timere perturbationes, id est, molestias conjugii: si enim bene facialis; digneque conjugio viratis: Deus sua gratia eas vobis faciet faciles. Hae enim gratia est effectus sacramenti matrimonii, conjugiius a Deo preparata, ut matrimonii onera fortiter sustineant, sibi bene conscia nihil timeant. *Tertio*, et nervose, *q. d.* Si qua domi oriatur perturbatio, uti saepe fit; si varitus irascatur, si proles litigant, si inter ancillas, famulos, cognatos, vicinos oriatur lis et contentio, nolite timere, nolite percelli; sed fortiter omnia quasi viragines sustinete, ac vestra prudentia et gratia sopite et conciliate. Estote imperturbabiles; ita omnes domus perturbationes sedabilis, factisque ut tota familia instar vestri sit tranquilla et pacifica.

Minus caste aliqui « perturbationem » accipiunt libidinis (hanc enim significat Graecum *εὐνοία*; apud Aristotelem *De Gener. animal.*, cap. v), *q. d.*

Ne timeatis per obsequia erga maritum inflammandam in vobis libidinem, quia illa charitatem pariunt, non cupiditatem.

7. VRI SIMILITER COHABITANTES — mulieris, et sequitur, « Cohabitantes, » id est cohabitentes, scilicet ut utantur eodem lecto et lecto, ne ab uxore faciant divortium vel domus, vel lecti, neve ad alia divertant aut foris perveniant. Est hebraismus. Hebraei enim utantur participio pro indicativo, quo carent; cuius rei multa sunt exempla, *Rom. xii. 10* et seq.

SECUNDUM SCIENTIAM. — « Scientia » hic significat prudentiam et discretionem, quae dicitur viro, ut infirmitati uxoris se accommodet, eique honorem deferat, ut eam tractet quasi sociam, non quasi ancillam: ita Lyranus, Dionysius et alii. Est enim vir in domo id quod rex in regno, ait Aristoteles in *Econom.* Sicut ergo rex debet esse praeditus prudentia politica, quae regnum regat congrue pro subditorum capacitate et dispositione, ita vir praeditus sit oportet prudentia economica, quae uxorem, filios et familiam ita regat, ut inter omnes constet unio, pax et amor. Rursum, ut omnes doceat Dei legem et voluntatem, quid scilicet in quavis re agere vel cavere debeant ut Deo placeant, ejusque gratiam et gloriam consequantur. Est enim vir in domo quasi oculus, lucerna et sol totam domum docens et illuminans: ita Beda (1).

QUASI INFIRMORI VASULO MULIERI (S. Ambrosius, *De Paradiso*, cap. iv, legit: « Tanquam infirmiori vasi mulieri ») INFERTIENTES HONOREM. — Infirmae sunt mulieres tam sexu et complexione, tum animo et iudicio, tum arte, industria et sapientia ad res gerendas; unde viri est externa, mulieris domestica curare. Hae infirmitas facit eam pronam, ut facile aestimet se despicere et contemni: jubet ergo S. Petrus ei occurri, eamque sublevare per honorem, ut uxores videntes se honorari a maritis, suo statu contentae vivant, maritumque ament, et eum eo pacifice vivant quasi una caro, id est, una persona civilis et economica, *Genet. ii. 24*.

Per honorem S. Hieronymus, lib. 1 *Contra Jovin.*, et Hesselius accipiunt abstinentiam ab usu matrimonii, ut statis temporibus vacent orationi, ut sequitur. « Si abstinemus nos, ait, a coitu, honorem tribuimus uxori: si non abstinemus, perspicuum est honori contrariam esse continentiam; » quo indicat usum matrimonii esse contumeliam, id est, esse vile quiddam, carnale et pudendum; quia de causa hic actus turpis vulgo vocatur, et a Scriptura ignominiae et turpitudinis revelatio, *Levit. xviii. 7*.

Secundo, *Ecumenius* per honorem accipit lenitatem, ut, ait, viri leniter cum quadam reveren-

(1) Aliis scientia hic est ea notitia divina voluntatis, quae per Evangelium displicunt, hae est, ut Christiano docet.

tin persuadeant uxori in voluptatem pronis, ut abstinentiam a conjugio tempore orationis admittant. *Tertio*, alii ex adverso per « honorem » accipiunt debitum conjugale, quasi jubet illud uxori reddi; sed honeste, non petulantiter et intoneste instar equi et asini. Hoc est quod ait Paulus, *1 Thessal. iv. 3*: « Ut abstineteis a fornicatione, ut sciat unusquisque vas suum (uxorem suam) possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii, sicut et Gentes quae Deum ignorant. » Hic ex Turriano noster Lorianus. *Quarto*, melius et plenius, *Ecumenius* rursum « honorem » generaliter et proprie ut sonat accipit, ac praesertim ut mitem, inquit, sed vir uxori et placibilem exhibeat, neque domesticarum rerum quae ipsius fidei credite sunt, nimis severam aut accuratam ab ea rationem exigat. Rursum, ut honorifice eam tractet et compellet, dicendo, v. g. cum Abraham, Sara, id est domina mea, quid cupis; quid a me postulas? Mulier enim natura sua est limida, verecunda et pusillanimitis: timoris huius, pudoris et pusillanimitatis pharmacium est honor, si videat scilicet se a marito honorari. Sic Claudius Imperator Messalinam uxorem, licet impuram, vocabat dominum. Nestor apud Homerum, *Odysse. iii*, conjugem vocat dominam; sic quoque S. Adrianna compellavit eam S. Nataliam. Hinc Itali, Hispani et Galli permulti uxores vocant *dames*, Graeci *δυναστεα*, id est dominas. Huc spectat illud Martialis, lib. XI, in *Paulinae* epigram. 8:

Haerit dominae vir comes ipso suo.

Et Virgilius, *Aeneid. vi*:

Hi domum Divis thalamo dedecere adori,

Et Catullus in *Epithal. Julio*:

Ad domum dominam voca.

Creclare S. Basilus, hom. 7 *Hexaem.*: « Vos, ait, o viri, conjuges vestras diligite, etiamsi locis longinquis in conjugii societatem convenistis, naturae vinculum legibus ac benedictione obstrictum, unio ac iugum distantium est. » Et infirius, cum exemplo viperæ et mirenae docuisset, uxori mores viri asperos ferendos esse, subdit: « Audit et ipse viri accommodatam se decemtem admonitionem: viperæ virus ob nuptiarum venerationem evomit, tu duritiam animi, tu feritatem, tu crudelitatem ob unionis reverentiam non deponis? »

Et S. Chrysostomus, hom. 26 in *1 ad Corinth.*: « Considera mulierem debile vas esse. Tu autem, vir, propterea princeps factus et capitis loco datus, ut subdite feras imbecillitatem: velis igitur tuum illustrare principatum; quod facies, si subdite non insultaveris; et quemadmodum rex tanto chorii apparat, quanto prefectum suum clarior ostendit; quem si inhonoraverit, et contumelia filius dignitatis magnitudinem afflic-

ret, non parvam gloriae suae partem auferret: itidem et tu si illam quae secundum post te locum obinet, contumelia afficis, non parum tui principatus honori derogas. Quotiescumque aliquid molesti domi contigerit, si quid uxor peccaverit, consolare, et noli marem augere. Licet enim omnia proleas, nihil molestum contingat, quam non habere benevolam domi uxorem: licet quodcumque dixeris peccatum, nullum magis dolendum invenieris, quam cum uxore scellitorem habere. Itaque propterea omnium maximo in honore habenda est huiusmodi dilectio. Quod si invicem onera ferenda sunt, multo magis uxoris, et si pauper sis, noli exprobrare; et si stulta, noli ei insultare, sed esto modestior: etenim tuum membrum est, et caro una facti estis. Sed stulta est, ebria, iracunda: igitur dolendam est, non irascendam; et Deo supplicandum est, et ipsa admonenda et adjuvanda consilio, et omni conatu adjuvandum ut illis liberetur afflictibus. Quod si verberaveris, exasperabis morbum: asperitas enim mansuetudinem, non alia asperitate dissolvitur. » Subdit exemplum Socratis, qui rogatus quomodo mores uxoris prave et temulentae toleraret, respondit, « ut gymnasium et palaestram philosophiae (patientiae) domi habeam. Ero enim, inquit, cum illis mansuetus, cum in ea quotidie toleranda erudiar. »

TANQUAM COHEREDIBUS GRATIA VITAE. — Dat causam cur viri honorare debeant uxores, quia scilicet, esto natura et sexu sint infirma et imperae, tamen gratia et vocatione viri sunt pares; vocata enim sunt ad eandem cum viris gratiam et gloriam. Honoret ergo illas, quasi sibi coheredes in Ecclesia tam militante, quam triumphante. Nota: Gratia vocatur « vita », id est, primo, vitalis, quia scilicet gratia dat animae vitam spiritualem, ut vivat spiritu Dei. Secundo, quia gratia ducit ad vitam aeternam: gratia enim est semen gloriae, quocirca a Christo vocatur fons aquae salientis in vitam aeternam, *Joan. iv. 14*. Unde pro *vitae*, id est vite, Graeca Regia habent *ζωης*, id est *zoe*, vivificantis, et vitam aeternam conferentis. S. Hieronymus, lib. 1 *Contra Jovin.*, legit, *tanquam coheredibus multiplici gratia*. Gratia enim Christi et Christianismi multiplex est, multasque virtutes et dona complectitur. Porro *coheredibus*, scilicet mulieribus: has enim includit « in vasculo muliebri. » Sic enim Hebraei saepe per evasellum commutant numeros, aequae personas et genera, praesertim cum in uno alterum includunt, ut hic fit. Graeca habent *συνεργός*, id est *cooperator*, ita nominativo, ut referatur ad viros. Sed codex reddit sensus. Si enim vir est coheres uxori, ergo et uxor viro: coheres enim coheredis est coheres: haec enim sunt correlativa.

UT NON IMPEDIANTUR ORATIONES VESTRAE. — Graecis *εὐνοία*, id est, *refrigerantia*, intercipiuntur, abrogantur, extirpantur. Figurata, *ne interstent*

ponitur preces vestras, ut significet assiduum, id est crebro esse orandum etiam conjugibus. Sensus est, q. d. Si vir uxori honorem non deferat, sed illam viliter, dure et indignè tractet, si illi irascatur, indignetur, objurgetur, verberet, illa vicissim viro indignabitur, cum eo iurgabitur et rixabitur, ac plastra conviciorum et maledictorum in illum regeret. Itaque impeditur utriusque pietas et oratio: huic enim nil tam contrarium, quam ira et rixa: animusque turbatus, in vultu et vindictæ avidus. Unde Christus jubet eos reconciliari fratri, antequam munus nostrum Deo offeramus, *Matth. v. 23*. Ita Hugo, Lyranus, Dionysius et alii. *Secundo*, alii, q. d. Imperite honorem, id est, debitum conjugale uxori, ita tamen ut non impediatur orationes vestras; sed cum sumenda est Eucharistia, aut alias orationi vacandum, ab usu conjugii abstinere, ut monet Paulus, *I Corinth. vii. 5*. Unde S. Hieronymus, Glossa et Beda per honorem accipiunt abstinentiam a conjugio, uti paulo ante dixi. Verum hæc expositio supplet *ita tamen*, quod non est in Græco, imò a Græco excluditur, habet enim sensus: *ut non impediantur orationes vestras*, id est, ad non infringendum orationes vestras, quod ad omnia præcedentia, que dicta sunt tam de mulieris officio erga virum, quam de viri erga mulierem, referendum est, q. d. Vos, o mulieres, subjectæ estote viris, eis obedite, ac tollite omnem perturbationem. Vos similiter, o viri, mulieribus imperite honorem, ne interrumpantur preces vestre, ut vel vir offensus a muliere, vel mulier offensæ a viro, vel uterque amarum ergo alterum gestans cor, pio, tranquille et fructuose orare non possit, sed uterque alteri obsequens, concordans et quasi concinens, concordiam cum altero Deo offerat orationem. Hanc enim concordiam mire amat possitque Deus, præsertim a conjugibus et confederatis, juxta illud *Ecclesi. xvi. 4*: « In tribus placitum est spiritui meo, que probata coram Deo et hominibus: concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier bene sibi consentientes. » Quare oratio viri et mulieris concordiam est alata duabus aliis, quibus facile evolat ad Deum, ibique suavem edit harmoniam et concentum. Oratio vero discordiam, si videlicet unus ab altero discordet, vel una, vel utraque caret ala (ala enim est concordia), ac proinde ad Deum evolare nequit, estque velut harmonia hiulca et dissonans; vim enim orationis unius impedit et elidit alter concors et conjux, qui offensus tacite et sepe actu et explicitè petit vindictam, ut Deus vocem consortis non audiat. Et hoc significat Græcum *ὑπερβύβη*, q. d. Ne incidatur, vel excidatur et emoveatur vis orationis vestre. Inciditur enim et eliditur per discordiam et discordiam; coalescit vero et cor roboratur per concordiam, juxta illud Christi: « Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quecumque petierint, fiet illis a Patre meo, » *Matth. xviii. 19*.

8. IN FINI. — Perperam Beda, Lyranus, Glossa et Hugo legunt in *fidē*. Græco enim est *ἰν ἡ δόξα*, hoc est, ut Syrus, *finis vero*, q. d. Firmiter, potestremo, ad extremum; Tigurina, in *summa*; quod ex Seneca, *epist. 40*, dicitur, *summa consuetudinum*, dum rem vel orationem concludere volumus. Vide Franciscum Lucam S. Petrus enim postquam dedit præcepta propria servis, uxoriibus, maritis, concludit dando præcepta fidelibus omnibus communia, ne prolixo et cum tedio singula singulis hominum statibus assignare cogatur.

OMNES UNANIMES. — Pingit hic S. Petrus Christianum, perfectum, et virtutibus quasi dotibus suis omnibus adornatum. Requirit ergo ab eo novem virtutes: primo, unanimitatem; secundo, compassionem; tertio, fratrum amorem; quarto, misericordiam; quinto, modestiam; sexto, humilitatem; septimo, charitatem, qua bonum pro malo reddat; octavo, patientiam et constantiam in persecutionibus; nono, sanctimoniam, ut Christum in corde sanctificet: hæc sunt novem virtutes Christianorum, quasi novem chori angelorum, adeoque ad eos fideles transmittunt; et sicut omnes chori angelorum inter se connexi et consociati sunt, ita et hæc virtutes. Una enim alterius, imò cæterarum omnium individua est comes, ut soror esse videatur, imò sepe vel mater, vel filia. Unanimitas enim parit compassionem, compassio fratrum amorem, amor misericordiam, misericordia modestiam, modestia humilitatem, humilitas charitatem, charitas patientiam, patientia sanctimoniam.

Pro *unanimes* græco est *ἑσπερος*, id est ejusdem mentis et animi, idem sentientes, consentientes. Jubet Petrus ut fideles mente et voluntate sibi invicem consentiant, ut quod unus vult, velit et alter; quod S. Paulus clare et crebro suis inculcat, dicens: « Idipsum invicem sentientes, » *Rom. xii. 16*. Et: « Implete gaudium meum ut idem sapitis, eandem habentes charitatem, unanimes idipsum sentientes, » *Philipp. ii. 2*. Et: « Deus autem patientiæ et solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi. » Aliqui addunt, « unanimes in oratione; » sed hoc est glossæ ipsorum, quod textum Scripture explicat, at non plane nec adæquate: Petrus enim exigit ut fideles sint unanimes non tantum in oratione, sed et in rebus omnibus.

Porrò S. Petrus primam fideliem et Ecclesie virtutem assignat unanimitatem, quia ipsa est vinculum indissolubile eorumdem, quod eos contra omnes hostes facit invictos et insuperabiles. Est hæc communis Philosophorum omniumque gentium vox et sententia. Antisthenes, inquit Laertius, lib. VI, cap. I, « dixit fratrum inter se concordiam quovis muro firmis esse munimentum. » Agisilaus, rex Laedæmonum, ro-

gatus cur Laedæmon manibus non ingeretur? ostendens cives armatos et unanimes: « Hi, inquit, sunt Sparte membra, » significans unanimitatem civium quibusvis membris esse fortiorum, juxta illud Homeri:

Sectam hæsit secto, galeæ gales, atque viri vir.

Civibus ergo quos jungit concordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior. Ita Plutarchus in *Lacon*, qui et addit: Lycurgus radiens Laedæmonem, videns civium manipulorum æcervos in messe ordine positos, ridens dixit: « Ut tota Laedæmon videretur multorum esse fratrum, qui inter se dividerent hereditatem. » Idem rogatus a civibus, quo pacto contra hostes tuti esse possent? respondit: « Si pauperes manseritis, et contentiones mutuas deponitis, » significans immodicas opes et discordiam duas esse urbis exitiales pestes.

Scipio Africanus, capta Numantia, Tyresium principem rogavit, qua ratione Numantia prius invicta jam manus hosti dedisset? cui ille: « Concordia victoriam, discordia exitium prebuit. » Melepes apud Sallustium, in *Jugurtha*, jam mortuus filios suos ad concordiam exhortans, auream de ea edidit noemen: « Concordia enim res parvæ crescut, discordia autem maxima dilabuntur. »

Severus Romanus Imperator moriens vocavit M. Antonium et Getam filios, aitque: « Facite ut conveniat inter vos, locupletate milites, cæteros omnes contemnite. » Ita Dion et Xiphilius in *Vita Severi*.

Sellurus octoginta habens filios, moriturus fasciculum telorum singulis porrexit, jussitque rumpere. Id cum singuli recusassent quasi impossibilia, ipse singula eximit, itaque sigillatim facile confregit omnia, addiditque: « Si concordēs fueritis, validi invictique manebitis: contra, si dissidii et seditione distrahimini, imbecilles eritis, et expugnati facies. » Ita Plutarchus in *Apoph. regum*.

Clarius et particularius idipsum docet *Ecclesi. cap. iv. vers. 9*: « Mellus est, ait, duos esse simul quam unum; habent enim emolumentum societatis sue. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se, et si dormierit duo, fovebuntur mutuo: unis quomodo calefit? Et si quispiam prævaluerit contra unum, duo resistunt ei: funiculus triplex difficile rumpitur. »

Ratio a priori hujus rei est, quod origo concordie sit ipsa SS. Trinitas: hæc enim est prima essentialis et increata concordia, eaque tanta, ut tribus personis divinis non tantum sit una eademque mens et voluntas, sed una eademque singularis et individua essentia, quæ proinde creaturis quo magis sibi vicinæ sunt, eo majorem esse impertit concordiam. Quocirca inter tot miliones angelorum summa est concordia, æque ac

in orbibus omnibus celestibus, astris et stellis, licet plurimos et contrarios motus habentibus. Unde illud *Job xxx. 2*: « Qui facit concordiam in sublimibus. » Et *cap. xxxviii. 37*: « Concertum cæli quis dormire faciet? »

Ex adverso in inferno summa est discordia. Quocirca homines in terra concordēs amulantur vitam cœlitum et angelorum: discordes vero sequuntur vitam infernalem et demum, inter quos perpetua est lis et rixa. Rursus, Christus ut concordiam inter homines et angelos, inter cœlum et terram, inter Deum et Adami posteros sanciret, descendit in terram, carneque assumpsit, ut existens Deus homo in se uniret Deum et homines. Insuper Spiritus Sanctus est personalis amor et concordia Patris et Filii: qui ergo concordēs sunt, templum sunt Spiritus Sancti æque ac Christi, juxta illud ipsius promissum: « Ubicumque sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, » *Matth. cap. xviii. vers. 20*.

Hæc de causa primitivi Christiani obtemperantes huic præcepto S. Petri, impense studuerunt unanimitati, ut patet ex Apologiis Tertulliani, Justiniani, Athenagoræ et aliorum, imò ex S. Luca, *Act. iv. 32*: « Multitudinis, ait, credentium erat cor unum, et anima una. » Celebrat S. Cyprianus, *epist. 14* ad Cornelium, concordiam populi Romani, quod omnes unanimitur cum suo Pontifice Cornelio obtulerint se martyrio: « Virtus, inquit, illic Episcopi præcedentis publicè comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est; dum apud vos unus animus et una vox est, Ecclesia omnis Romana confessa est, etc. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adherere, plebem sacerdotibus in periculo jungi, in persecutione fratres a fratribus non separari, concordiam simul junctam vincti omnino non posse; quidquid simul petitur a cunctis, Deum pacis pacificè exhibere. » Et mox: « Quale fuit illud sub oculis Dei spectaculum gloriosum? quale in conspectu Christi ejus, Ecclesie sue gaudium, ad pugnam quam tentaverat hostis inferre, non singulos milites, sed tota simul castra prodisse? »

Memorable est quod in Vita S. Macarii legitur, nimirum ipsi revelatum esse, quod omni sua oratione, jejuniis et studio virtutum necdum pervenisset ad mensuram meriti duarum mulierum, quæ cum maritis in eadem domo per quindecim annos vixerant in pace et concordia, adeo ut nunquam una alteri verbum asperius dixerit.

Præclare S. Antiochus, *homil. 80 De Concordia*, « Quæmadmodum, inquit, examen apom favum sibi conficit mellis, ita fratrum congregatio regum representat Dei; sicut tubarum clangor bellantium promovet et excitat alacritatem, ita et præctice virtutis doctrina studia discipulorum mire exaruit. » Et S. Maximus, *serm. 6 De Fraternali dilect.*: « Nihil, inquit, est concordia com-

parandum: per illam enim unus multiplicatur et fit decemplex, inveniesque in decem unum, et in uno decem. Quod si hostes illi aliqui sint, qui in unum impetum fererit, si quasi in decem irrurrit, sic capitur. Egest unus, at non premittit egestale, nam majore parte et numero inopia obtumbrat: illorum unusquisque viginti habet manus, ac viginti oculos, totidem dem, animas item decem: non enim suis tantum, sed illorum etiam membris quisque utitur in omnibus ac si centum forent. »

COMPATIENTES. — SYRUS, *patientes cum his qui peccantur*. Græcum *επιεικής*, valde est significans. Figurina verbi, *similiter affecti*; Vatablus, *nactus affectu compatitur*; Pagninus, *videtur afflictionibus affecti, compatitur enim est naturalis consensus et convenientia, ac quasi concensus membrorum, vel rerum similium, qui passionem unius membri sentit et patitur aliud membrum, quasi illi commembrum*. Unde a Plinio vocatur consensus membrorum, et collegium naturæ, cui antipathium sive naturæ repugnantiam opposuit. Iubet ergo S. Petrus ut fideles invicem compatiantur, mutuasque afflictiones sentiant, et sentiendo ac condolendo sublevent, perinde ac anima per naturalem unionem et sympathiam sentit molestias corporis, eisque condoleat: vel perinde ac caput per sympathiam sentit dolores stomachi, et ejuslibet membri, eique condoleat et succurrat. Hoc est quod ait Paulus, *Rom. xii, 4*: « Gaudere cum gaudentibus, et flere cum fleentibus. » Et I Cor. *cap. xii, vers. 26*: « Si quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra, et gaudent omnia membra. » Sympathia enim hinc membrorum tam est in bono, quam in malo: in bono enim congruunt, in malo condolent. Et *Galat. vi, 2*: « Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. » Vide ibi dicta.

Præclare S. Maximus, *De Charitate*, lib. III, num. 78: « Ille, ait, germanus est amicus, qui ingruente infortunio tribulationes, et difficultates, et calamitates in tempore tentationis una cum proximo perinde ut suas, sine animi consternatione et perturbatione tolerat. »

Et S. Chrysostomus apud Anbalum, in *Meliss.*, parte II, cap. LV: « Quanto fortior fueris, tanto æquius est te imbecilliorum ferre. Non enim sibi soli fortis esse debet qui robore præditus est, sed etiam aliis. Quod si dicis te fortem esse, et illos imbecilliores contempsit, duplicem dabis poenam: nam quisque de salute proximi sollicitus esse debet. »

FRATERNITATIS AMATORES. — FIGURINA, *fraterna prædicit charitate*. Hæc est philadelphia fidelium, qua invicem, id est, totum fidelium cœtum amant aut fratres, ut sicut frater impense amat totam suam fratritatem, id est, totum cœtum fratrum, ita omnes et singulos fratres: ita fidelis fraterne amat omnes et singulos fideles, totamque eorum

congregationem et Ecclesiam. Vide dicta *cap. I, vers. 22*, et *cap. II, vers. 17*.

MISERICORDIS. — ex infimis animi visceribus; hoc enim significat *δυσπικρία*. Misericordia, ait S. Augustinus, lib. IX *De Civitate*, cap. v; « est aliene miserie quedam in corde nostro compassio, qua utique, si possumus, subvenire compellimur. Servit enim motus iste rationi, quando ita præbetur misericordia, ut iustitia conservetur, sive cum indigenti tribuitur, sive cum ignoscitur penitenti. Hanc Cicero locutus egregius non dubitavit appellare virtutem. Sic enim ille Cæsarem alloquens (oratione pro Q. Ligario) ait: Nulla de virtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior misericordia est. » Errant ergo Seneca et Stoici censentes misericordiam esse vitium, puta passentem et egrediantur animi molliis et commiserantiam, ut dixi *Act. xvii, 18*.

MURESTR, MURESTR. — Modestie comes et soror est humilitas, a Mansuetudo et humilitas, sunt velut sorores collectaneæ, ait S. Bernardus, *serm. in illud Apoc. xii, Signum virginum*. Unde ergo pro his duobus est una vox *μωδῆστρες*; quod Figurina et Pagninus vertunt, *affabiles*; alii, *quibus benigna et benevola est mens: quæ enim est mens. Badius in Epist. poster.*, « benevoli, amabiles, humani, faciles, commodi, comes, festivi, blandi, benigni; » *φειδύλας* enim est comitas, benignitas, affabilitas, benevolentia, hilaritas, benigna exceptio, hospitalitas, familiaritas, liberalitas, que omnia promanant a modestia et humilitate, adeoque præcipua et gravissima modestie pars est comitas et benevolentia. Adde, videtur in Græcis unam vocem deesse; id colligo tum ex eo, quod aliqui Codices habeant *μωδῆστρες*, id est *modesti*, comes, benigni, etc., alii *φειδύλας*, id est, *amantes humilitatis*; et ita legit (Eumenius. Videtur ergo olim utraque vox fuisse in Græco; sed scoli aliqui putantes unam superfluum, eam vel expunxerunt, vel ad marginem rejecerunt: tum ex eo quod Noster duabus vocibus vertit, *modesti*, *humiles*; ergo videtur ipse in Græco pariter legisse duas voces eis respondentem, Iubet itaque S. Petrus fidelibus ut sint modesti, id est humani, placidi, cunctis affabiles, et in vita communi faciles, ut omnes sibi et Christo conciliant, ideoque neminem loqui vident et pauperem fastidiant, nullum offendant verbis, aut moribus asperis. Sunt enim aliqui instar Timonis misanthropi tam morosi, diffidiles et agrestes, ut cum illis vix possis agere, aut loqui, quia assidue grunnant, murmurant, detrahunt, irascuntur, rixantur. Porro modesti et comes vocatur *φειδύλας*, quasi omnia sapientes, vel quasi amantes sapientie et prudentie. *quæ enim est sapere, et *επιεικής*, prudentia*; quia vere sapientia et prudentia est modestia: hæc enim Dei et humanum oculos animosque ad se allicit, omnia impetrat, omnia persuadet. Ex adverso arrogantia, immodestia, asperitas cunctibus exosa est, omnia

turbat, omnia evertit. Hinc et modestia, æque ac temperantia, vocatur *επιεικής*, quasi *εὐλαξ* vis *επιεικής*, id est, *conservans mentem et sapientiam*, ait Aristoteles, lib. VI *Ethic.*, cap. v; et ut Socrates apud Platonem, quasi *εὐλαξ* vis *επιεικής*, id est, *salus mentis et sapientie*.

Quæres, quæ et qualis virtus sit modestia? quæ ejus officia? quomodo acquirenda? Dico primo: Modestia totum hominem exteriorem honeste et doctissime componit, sicut interiorem componit alie virtutes. Modestia ergo est compositio membrorum, sensuum, vestium, incessus, sermonis, aspectus, vultus, omniumque motuum et actuum exteriorum. Quocirca ipsa est virtutum purpura, ut ait S. Ambrosius; nec ita purpura ornat Reges et Cardinales, sicut modestia decorat fideles; itaque ipsa est cyclos aurea et gemma ornans Christianum, juxta illud *Cont. I, II*: « Murenlus aureas faciem tuam veli vermiculatas argenteo. » Et: « Astuti regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata variatela. » Et: « Omnis gloria ejus filie regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta variatibus. » *Psalm. xlii, vers. 10 et 11*. Quare modestia primo, est ornamentum et vestis regia hominis, que mire ipsum speciosum reddit. Sicut enim corpus pulchrum ornat animam, et Cardines pulchra ornat corpus: ita modestia exornat et vestem et corpus et animam. Modestia enim dicitur a modo et moderatione, quia omnibus hominis actibus et gestibus modum ponit, eoque decore moderatur. Unde S. Augustinus in *Regula*: « In omnibus, inquit, motibus vestris nihil fiat quod cujuscumque offendat aspectum, sed quod vestram doceat sanctitatem. » Religiosi nonnulli ab aliis non discriminantur veste, ut modestia quasi vestis eos discriminet. Hinc secundo, modestia mire placet Deo, ejusque et angelorum oculos valde recreat, æque ac eodem offendit immodestia et inverecundia. Sicut enim homines delectat videre reginas cycloade regina ornatas, ita angelos delectat videre homines vestitos et ornatos modestia. Unde sponsus ait *Cont. vii, 1*: « Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis? » Et S. Paulus: « Spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus, » *I Cor. iv*.

Tertio, modestia valde edificat proximos: illi enim internam virtutem cernere nequeunt, nisi per externam modestiam. Modestus ergo est quasi statua virtutis. Tales fuerunt Essai, qui adeo fuerit modesti, ut in cœtu nullus superos, nemò vel minimum eiderit sibillum aut strepitum ut angeli viderentur. Vide de his Philonem, Josephum, et ex his Eusebium.

Dico secundo: Modestia est effectus et actus externus virtutis et compositionis interne, ideoque impossibile est ut quis continuo et in omnibus actibus sit modestus et compositus, nisi prius mores, affectus et passionis interne edomuerit et composuerit. Compositio enim exterior manat

ab interna, et, ut ait Hugo Victorinus: « Habitus mentis in statu corporis agnoscitur. » Quocirca angeli ut docerent nos modestiam, sæpe apparuerunt in corpore assumpto, ut in eo angelicos mores et modestiam exprimerent; quia et Verbum divinum ideo incarnatum est, ut in carne divinos mores exprimeret. Representa ergo illi angelorum et Christi in carne conversationem et modestiam, in eoque quasi speculo te intue, et ad illam mores tuos reforma et conforma. » Age quasi quidam ambulans in terra Deus, et sanctus in carne angelus. »

Dico tertio: S. Thomas, II II, *Quest. CLX, art. 2*, ponit quatuor species modestie. Prima, inquit, est humilitas, que moderatur appetitum excellentie. Secunda est studiositas, que moderatur curiositatem sciendi. Tertia est modestia, que moderatur sensus et actus hominis. Quarta est modestia vestitus. Verum large sumit modestiam: proprie enim modestia est compositio hominis exterioris, cujus actus sunt varii. Primus, modestie componere singula membra. Secundus, componere habitum et vestitum. Tertius, componere incessum et conversationem. Quartus, componere sensus, præsertim oculos, ne sint vagi, sed modesti et demissi; aures, ne pascant vanis, curiosis, detractoris; linguam, ne proferat otiosa, noxia, maledica, iracunda, superba, etc. Modestie enim opponitur immodestia, petulantia, levitas.

Porro, modestia componit mores ubique, puta in cubiculo, in oratorio, in schola, in templo, in mensa. Sæculares maxime nolant sacerdotis et Religiosos in mensa, quia facile in ea exciditur cibo, potu, garrulitate. Caveant ergo sibi Religiosi, ac modestiam servant, præsertim quando in secularium mensis versantur, ut suum decus, nomen et famam tuere volunt. Quocirca si sapienter, modestus, vultum, vocem, habitum, gressum, motusque omnes compone, ut decantent Deum, ut te orient, ut proximum edificent: aliqui enim decus latet in animo, delectus patet in voce; vultu, habitu: sicut Religiosus, cogit sacerdos, se sui gradus, Ordinis et monasterii decus et dignitatem suo habitu circumferre. Sæculares enim ex uno et eodem judicantur cæteros, ac dicunt: Vidi unum Religiosum talis Ordinis, vel unum sacerdotem talis Ecclesie tam modestum, pium, devotum; vel tam immodestum, dissolutum, irreligiosum: ergo ceteri sunt tales. Utinam hoc singuli cogitent, eoque quasi freno se cohibeant: sane magnam de se suoque cœtu opinione concitent!

Dico quarto: Modestia maxime spectatur in verbis, præsertim in correptione et castigatione. Ea ergo sit humilis, levis, modesta, suavis. Sic Christus corripuit Samaritanam, dicendo: « Vocem virum trum, » *Jean. iv*. Non dixit: Tu es meretrix; sed suaviter per ambages induxit illam, ut ipsa id sponte fateretur. Rustium plus moanit

vita quam verbo: sicut et S. Basilus, « cuius oratio erat tonitru, quia vita erat fulgur, » ait Nazanzenus in ejus *Enchir.*

Sic S. Bonaventura adeo erat modestus, humilis, suavis, devotus, ut quoties eum audirent vel viderent, illico ejus amore epererent.

S. Mechthildis ita colebat silentium, ut muta videretur: sin cum ea quis colloqueretur, angelum se audire putabat. Ita habet ejus Vita.

Eximius in modestia fuit S. Lullianus, quem Maximianus Imperator cominus intuari non est ausus, sed per velum, ne ab eo dementaretur et Christianus volens nolens efficeretur. Vide dicta *Philip.* IV, 3.

Dico quinta: Modi et media acquirendi modestiam sunt varii. Primus, cogitare se versari in presentia Dei, angelorum et hominum, ab eisque ubique videri, audiri, notari. Spectaculum enim facti sumus Deo, angelis et hominibus. Ita noster Edmundus Campianus, Anglie martyr: « Ubique, inquit, fuero, mempero me in orbis theatro versari. » Si enim modesti et circumspici sumus dum scimus nos in oculis Pontificis, Episcopi, Regis, imo florentis, aut viri gravis versari, quid faciemus sententes nos stare coram Deo, illumque nos nostraque omnia penitissime intueti et contemplari, ut ea judicet et puniat vel premiet? Rursum instat Henoch, Noe et Elias ambulare cum Deo, cum eoque crebro agere et colloqui; item cum sanctissimis angelis, sic enim eorum mores induemus. Cogita si angelus et celo lapsus nobiscum ageret, qua gravitate, decore, honestate ageret: cogita te, tuamque animam esse quasi angelum et celo lapsum. Insuper ora Deum ut te tonnetur cor, os et linguam, totumque corpus et mentem possideat, componat, dirigat ad suam laudem, ut in omnibus tuis membris et moribus ipse honoretur et glorificetur, adeoque non tam tu, quam Deus per te agat, videat, loquatur, operetur.

Secundus est modestia interna et pax animæ; ex ea enim naturaliter sequitur modestia externa, sicut ex cithara per chordas rite in se composita sequitur sonus harmonicus. Quare mortificandæ et componendæ sunt passiones animæ, præsertim ambitio, ira, tristitia. Sicut enim in mari est tranquillitas, si nullus in eo sit ventus; fluctus autem et tempestas oritur ex spiritu et vento in eo incluso, qui illud agit et collidit: sic et morum compositio vel perturbatio externa oritur ex interna. Laudat S. Gregorius Nazanzenus, *orat.* 41, sororem suam Gorgoniam a mortificatione, pudore, modestia, contemptu mundi, adeo ut cuperet dissolvi et esse cum Christo. Quare Deus illi diem obitus revelavit; et quia in plena animi pace vixerat, eidem immortalis est, dicendo: « In pace in idipsum dormiam et requiescam. »

Tertius est, habere monitores qui mores nostros notent, nosque sicuti mimus compositi sint, monent. Ita S. Carolus Borromeus duos sacerdoties

ad hoc elebat, ut in actiones suas omnes invigilaret, seque, si quid indecore faceret, libere morderet. Hinc lola ejus vita adeo fuit composita, concinna et sancta. Scitum est illud Zenonis apud Laertium, lib. VII:

Optimus ille quidem qui parat recta monent;

oculatis enim nos intuentur alii, quam nos ipsi. Quartus, reflectere crebro in actiones singulas, an quid immodeste et indecenter faciamus in Missa, mensa, inessu, colloquio, etc., idque corrigere, ac constanter et fortiter correctioni incumbere per assiduum reflexionem, præmeditationem, orationem, donec illud plane emendaverimus: ut assequamur illud S. Ambrosii, lib. I *Offic.*, cap. XXI: « Discepolat sine ira, suavitas sine amaritudine sit, monito sine asperitate, hortatio sine offensiva. » Et mox: « Oratio sit pura, simplex, dilucida atque manifesta, plena gravitatis et ponderis, non affectata elegantia, sed non intermissa gratia. »

Quintus, considerare mores Christi dum viveret, predicaret, circumversaret vicos et castella, ac præsertim in passione et cruce; qui, ut ait S. Petrus, cap. II: « Peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur: tradabatur autem judicanti se injuste. » Sana portentosa, jucunda, et que valde commoveat, est consideratio humanitatis Christi, quod in ea Deo dignatus sit nobiscum agere, vesci, docere, proficisci, pati contradictiones, irrisiones, blasphemias, summa animi aequitate et pace, ut pudent hominem irasci, esse impatientem, immodestum, cum videt Christum se exhibuisse tam mansuetum, patientem et modestum, ut nos eadem imitari doceret. Ita S. Bernardus, *serm.* 13 in *Quint.*: « Cum nomino, ait, Jesum, hominem mihi propono mitem et humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, et omni denique honestate ac sanctitate conspicuum, eundemque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me et exemplo sanet, et roborat adjutorio. Sumo ergo mihi exempla de homine, et auxilium a potente, etc. Semper tibi in sinu suo, semper in manu, quo tui omnes in Jesum et sensus dirigantur et actus, benigne et invitatis: Pone me, inquit, signaculum in corde tuo, signaculum in brachio tuo. »

Sextus est, versari cum modestis. Versare cum Catonibus et Scipionibus, ait Seneca. Modestus enim facit alios modestos, sicut Deus tranquillitas tranquillat omnia; sic qui aspectu quietum et modestum, se componit ad quietem et modestiam. Exemplum dat S. Ambrosius in *Psal.* cxxvii, *serm.* 40, in ave dicta Icterus, quod iecticus sanet, eorumque morbum in se attrahat, teste Plinio, lib. XXX, cap. XI. Alii ergo de ea S. Ambrosius: « Si est tanta vis in naturalibus, ut animal ipsum sedit iecticis, ita ut mortui quoque corpus prodesset dicatur, si fuerit demonstratum iis, qui in ludæ-

modi incidere passionem, dubitare possumus quod justus sanet aspectus? Nonne vel ipsi oculorum radii virtutem quandam videntur infundere iis, qui fideliter eum videre desiderant? Sed quem admodum justus lætificat cor innocentium cum videtur, ita et improbi justorum cognitione torquentur, quia vel tacitis Sanctorum moribus arguuntur. Torquet igitur incontinentiam, avaritiam liberalitas, impietatem fides. » Affert exemplum basilici, qui si prior viderit hominem, eum enecat; sin ab ipso prius fuerit visus, enecatur, ex eoque concludit: « Ergo si tanta virtus vel in oculis serpentis, vel in oculis est hominis, ut si alter alterum prior viderit, possit occidere, non est virtus in oculis justi, qui repletus virtutis est gratia, cum præsertim tantum operetur fides, ut et illa que sibi bria Domini tetigit, sanaretur, *Matth.* IX, et ille cui intendit Dominus Jesus, statim ex ejus oculis gratiam sanitatis hauriret? *Luce.* IX. Sed qui videt justum, debet scire quid videret: non illum videt in corpore, non in vestimento, non in patrimonio, non in vultu, sed intus videt, etc. Sane in eo qui foris est, illum qui intus est, frequenter aspiciamus. »

Talis fuit S. Cyprianus, de quo ait Pontius Diaconus in ejus Vita: « Tantum sanctitatis et gratiæ ex ore lucebat, ut confunderet intuentium mentes gravis vultus et lætus: nec severitas tristis, nec comitas nimis, admixta utrinque temperies, ut esset ambigere, vereri an diligi mereatur, nisi quod et vereri et diligi merebatur. » S. Franciscus suos mittebat ambulatum per urbem, dicens: « Re concionatum, » vestro scilicet modesto et religioso inessu, eoque plus animos civium commoverunt, quam si eis concionali fuissent. Morum enim concio est viva, verborum mortua. Pontifex cum suis Prelatis visitans S. Bernardum in Claravalle, ipsius et monachorum modestia adeo commotus et compunctus est, ut plerique eorum præ devotione uberes funderent lacrymas. Ita habet Vita S. Bernardi. Plura recensit vers. 4.

Humilis. — « Humilitas est virtus qua quis ex verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit, » ait S. Bernardus, *De Grad. humil.* Aurea est S. Nilii gnome apud S. Antonium in *Melissa*, *serm.* 73 *De Modestis*: « Beatus cujus est vita excelsa, spiritus autem humilis. » Et S. Chrysostomus: « Nihil est tam Deo gratum, quam seipsum cum postremis numerare. » Et S. Basilus: « Simus vita elati, sed spiritu humiles; et virtute quidem inaccessibiles, conversatione autem facilissimos sit ad nos aditus. » Et Evagrinus: « Armatura bellissima animi modestia, » ibidem. Porro S. Antiochus, *serm.* 70 *De Humilitate*: « Verissime, ait, humilitatis insigne hoc est, nullas in quempiam intorquere contumelias, sed ab aliis in te contortas generose et infracto ferre animo. Ut enim arborum ramos exuberans copia fructuum deorsum versus inflectit: ita et accessio dives virtutum sensum ho-

minis se possidentis demittit atque humiliat. » Quocirca S. Ephrem, *serm.* 1 *De Etere. super.*, humilitatem indigat principium et finem bonorum omnium. Borchthous, *doctrina* 14, absolutam omnium virtutum perfectionem, imo arum calicem et cœnulum, quod omnes inter se conglutinat. S. Augustinus, *epist.* 56, primas, secundas, tertias, etc., in sapientia Christiana assignat humilitati: sicut Demosthenes primas, secundas, tertias, etc., in oratore assignavit pronuntiationi et actioni. Item, *serm.* 40 *De Verbis Domini*: « Cogitatus, ait, magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. » Et mox: « Hoc in te fode fundamentum humilitatis, et pervenies ad fastigium charitatis. » Et *serm.* 27: « Confluit aqua ad humilitatem Vallis, denat de tumoribus collis. » Et *serm.* 157 *De Temp.*: « Videte magnum miraculum. Altus est Deus: erigit te, et fugit a te; humilis te, et descendit ad te. Quare hoc? quia excelsus Dominus, et humilis respicit, ut attollat; alta, id est superba, de longe cognoscit, ut deprimat. » S. Basilus, *Admon. ad filium spiriti*: « Fili, inquit, omnibus humilitati stude; quod est omni virtutis sublimis, ut ad perfectionis fastigium possis conscendere; cum juste institutiones non aliter nisi per humilitatem impleantur, et multorum temporum labores per superbiam in nihilum deputantur. Vir humilis Deo est similis, et in templo peccatoris sui gestat eum. Superbus autem cum sit Deo odibilis, diabolo similis est. Humilis vero hiet in habitu videatur vi scimus, gloriosus vero in virtutibus; superbus autem homo, etsi decorus videatur aspectu et clarus, sed tamen inutilem eum manifestant opera ipsius, et per hos inessus et motus dignoscitur ejus superbia, et ex verbis ejus publicabitur levitas ipsius. Cupit superbi laudari ab hominibus, et virtutibus, quibus alienus, se predicare gestit. Non se patitur cuiquam esse subjectum, sed semper primum cupit, et ad majorem gradum se conatur immergere. Et quod ex meritis obtinere non potest, ambiendo festinat. Ambulat semper tumens ut ubi vacuus et intanis. Et sicut navis absque gubernatore cum jactatur a fluctibus, ita et si circumferretur inter omnes actus suos. Humilis et contrario despicit omnem honorem terrenum, et ultimum se esse judicat omnibus hominibus. Nam atsi medicis apparet in vultu, emittens apud Dominum innotet; cum consummaverit omnia mandata Domini, nihil se fecisse testatur, et omnes virtutes animæ suæ celare festinat: sed divulga omnia opera ipsius, et profert in medium, et mirificat gesta ipsius, et exaltabit, et clarum faciet eum, et in tempore precum suarum quod postulabat, impetrabit. »

9. NON REDDENTES MALUM PRO MALO. — non retuliantes injuriam injuria, convicium convicio. Non vetat hic Petrus justum iudicium et justam vindictam, sed eam que vel privata exerceatur ho-

toriale, vel non amore iustitiae, sed libidine ulciscendi, aut odio infligitur. Ita Beatus S. Petrus succinit S. Paulus: « Non vosmetipsos, inquit, defendentes, charissimi, sed data locum ire, » etc. Vide ibi dicta. Praeclare S. Chrysostomus, homil. 48 in *Math.*: « Nihil, ait, ita dolentes coarctat, ut valentia modestaque hesorum, etc. Non extinguuntur ignis igno, sed aqua: sic injuria et ira non extinguitur ira talione, sed mansuetudine, humilitate, beneficiis. » Chrysostomum magistrum secutus Isidorus Palasiota ejus discipulus, lib. III, epistola 21 ad *Eustathium*: « Inimicitia, ait, scribenda est in aqua, ut statim a mente et memoria effluat: amicitia vero incidenda in res, ut jugiter menti inhereat. » Inculcat hoc Petrus fidelibus, quia hic est apex virtutis: in injuriarum enim tolerantia et inimicorum amore acquisita vita Christiani perfectio. Unde S. Basilus formulam ita perfecte Religiosis et Anachoretis praescribens, *Admonit. ad Juniores*, id pene solum faciat: « Quisquis, ait, solitarium vitam semel ex complexus, o homo fidelis, et idem pietatis cultor, fac condiscas ac docearis Evangelicæ conversationis formulam, corpus in primis ut sanctæ servituti mancipas; animum erudit, nihil de se sublimis sperare; cogitationes instruito, pure ut sint; iræ impetum extinguit. Vim tibi iniecit aliquis? in Domini unius gratiam tuio preterquam vult addito. Re quampiam spoliatus es? spoliatorum in jus te vocato, neu ille decernit. Odio haberi? odorem amato. Persecutione percelleris? sustineto. Execratione te devovit aliquis, aut maledictio? hunc la ad irrogate contumelie cognitionem adhortator, aut certe pro ejusmodi intercedito. Peccatis in posterum designandis mortuus esto. Cruci Christi configitor. Omnem animi tui sollicitudinem in ipsum transcribo Domini, ut inveniri tandem promeraris ubi angelorum myriades, coetus primogenitorum, perquam festivi Apostolorum throni, primacie auctoritatis subsellia Prophetarum, Patriarcharum sceptris, coronæ Martyrum, iustorum praeconia. Inter justos olim istos, ut allegi possis, et annumerari toto pectore concupiscito. In Christo Iesu Domino nostro. Ipsi gloria in saecula. Amen. »

SED E CONTRARIO BENEDICENTIS, — *g. d.* Male precantibus bene precamini, maledicta benedictionibus, vituperia laudibus, asperos sermones blandis, quin et maledicta beneficiis compensale, ut jubet Christus, *Math.* v. 44. Rationem dat S. Basilus in *Reg. brev.* resp. 176, quia maledicti et maledicti nobis sunt occasio et causa hereticæ patientiae, ideoque nos faciunt beatos, juxta illud Christi, *Math.* v. 44: « Beati eritis cum maledixerint vobis homines. »

Hoc sapiebat Religiosus ille, de quo in *Apostoph. Patrum*, numer. 76, qui quo majori afflictebatur injuria et irrisione, eo magis gaudebat, dicens: « Isti sunt qui nobis occasionem praebent ad profectionem nostram: qui autem beatificant nos, con-

turbant animas nostras. Scriptum est enim: Quoniam hi qui beatificant vos, ipsi decipiunt vos. »

Et S. Franciscus, qui jubebat suis ut ipsum convicia et probris adhererent, iniqua auditis dicebat: « Benedicat tibi, Deus, quia talia filium Patri Bernardonis audire decet. » Ita S. Bonaventura in ejus Vita. Landat et Seneca, lib. II *De Ira*, xxxiii, dictum aucti, « qui rogatus quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem? Injurias, inquit, accipiendo et gratias agendo. »

Praeclare Nazianzenus apud Antonium in *Messa*, part. I, serm. 33: « Concedamus, nemi, aliquid exiguum ut majus impetremus, nempe concordiam: palamur nos vinci, ut vincamus. Videte athletarum consuetudinem, et luctatorum certamina, qui saepe hoc ipso quod suppositi sunt adversarios sibi incombentes vincunt. Bonum est mansuetudine iracundiam vincere, et meliores effecere eos qui injurias faciunt, quae tolerantiam patientio. Cuiusvisque nostrum multum Christo debet. Veniam demus, ut impetramus; remittamus, ut nobis remittatur. »

In Vita Patrum, in *Vita S. Apollonii*, narratur, quod cum ipse a Philanone chorvula mollis afficeretur injuria, ac vocaretur impius, seductor, sceleratus, responderit: « Miseretur tibi Dominus, fili mi, et nihil horum quae locutus es, reputet ad peccatum. » Hac benedictione compactus Philanone ad Christum se convertit, adeoque gloriosum pro eo cum Apollonio subit martyrium. Hoc est quod suis praecipit Christus, *Math.* cap. v, vers. 43: « Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persecutoribus et calumniatoribus vos. » Nam, ut ibidem ait S. Chrysostomus, « tempus orationis est tempus mansuetudinis: ideo a se Deum expellit, qui illum a proximo avertit. » Imo, ut ait S. Augustinus, serm. 4 *De Sanctis*: « Facit Deo injuriam, qui seipsum judicem constituit, et Deum tortorem, » cum ex adverso subjugat Christus: « Ut silis filii Patris vestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. »

QUIA IN HOC VOCATISTIS, UT BENEDITIONEM HEREDITATE (S. Fulgentius, lib. I ad *Theodosianum*, legit *hereditatis*) POSSIDEATIS, — *g. d.* Ad hoc vocati estis ut per injuriarum tolerantiam, nimirum benedicens maledicentibus benedictionem Dei tum praesentem, tum aeternam, puta beatitudinem et gloriam aeternam hereditetis. Quæres cur cæles tem hereditatem et felicitatem vocat *benedictio nem*? Respondeo, primo, quia ipsa summa Dei benedictio, id est, summum donum: Deum benedicere est efficax, idemque quod benefacere. Secundo, quia electi caelo adjudicandi a Christo in die iudicii benedicentur, dum audient: « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratam vobis regnum nostrum: qui autem beatificant nos, con-

alludit hic Petrus. Tertio, quia alludit pariter ad *Deuter.* cap. xxvii, vers. 43, ubi sex nobilioribus benediciunt servantibus legem Mosis, ignobiliores maledicunt eam violentibus: quo schemate representata est benedictio aeterna electis, et maledictio reprobis a Christo irroganda in die iudicii. Quarto, quia benedictionis mercedem congruè significat nomine benedictionis: congruum enim est ut qui injuriaribus benedicit, benedicatur et beatur a Christo: imo id ab eo promissum est, ideoque debitum. Alii enim *Math.* v. 11: « Beati estis cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me: gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. » Quinto, quia Sanctorum felicitas magna ex parte consistit in benedictione, id est, in continua laude et júbilo Dei: laus enim Dei est negotiosum Beatorum otium, et otiosum negotium.

Nota, praeter alias virtutes, amorem inimicorum et injuriarum tolerantiam dare nobis jus ad caelum, illudque nobis pondere: sicut ex adverso injuriarum memoria, ira et amaritudo, etiam levissimum nobis occuldat; de qua re audi exemplum memorabile.

S. Anno, Archiepiscopus Coloniensis, paulo ante mortem per visionem raptus in caelum, vidit concessum illustrem sanctorum Episcoporum Germaniae et Galliae sui aevi, atque inter eos sedem splendidam sibi paratam, ad quam cum pervenisset, prohibitus est ab Arnulpho, Wormatiensi Episcopo, quod dixerat prius illi eluendam esse maculam unam, quam in veste ad pectus habebat. Experterritus intellexit maculam hanc esse injurias memoriam, et animi acerbilatem in civis Coloniensis, eo quod ipsum expulissent. Quare illic cum hinc gratiam rediit, haecque maculam detersit, ac paulo post plane immaculatus in caelum migravit. Ita narrat Lambertus Schafnaburgensis in *Descript. Aunon.*, ad annum Domini 1077.

Denique ad hanc S. Petri sententiam facit illud Clementis Alexandrini, lib. IV *Strom.*: « Admirator, ait, Epictetorum, qui aperte dicit: Si fueris mente pius, nihil mali patieris mortuus. Superius manet in caelo spiritus. » Et poetam Lyricum canentem: « Impiorum autem animae sub caelo volant in eruentis doloribus, sub malorum jugis inevitabilibus; piorum autem mentes in caelis habitant, canibus beatum magnum canentibus in hymnis. »

10. QUI ENIM VULT VITAM DILIGERE, — Id est, qui optat et diligit vitam, hic longevam et prosperam, ac in caelo aeternam et beatam, *g. d.* Qui vult bene vivere, tum in hac vita, tum potius in futura. Unde Clemens Alexandrinus explicat sic: « Qui vult aeternam et incorruptibilem fieri. » Probat S. Petrus id quod dixit, nimirum maledicentibus esse benedicendum, ut benedictionem hereditate possideamus, ex *Psalm.* xxxiii, 13, ubi dicitur: « Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre

bonos? (pro quo S. Petrus verbis duntaxat parum immutat) ait: « Qui enim vult vitam diligere, et dies videre bonos. » Prohibe linguam tuam a malo, » etc.

ET DIES VIDERI BONOS. — « Videre, » id est, sentire, gaudere, frui. Videre enim et visus in Scriptura pro quolibet sensu et gustu capitur per calchresin.

« Dies boni » vocantur commodi, laeti, felices, tum hujus, tum potius futurae vite, puta dies gratiae et gloriae. Unde Clemens Alexandrinus, « dies bonos » explicat sanctos. Nam, ut ait S. Augustinus in *Psalm.* xxxiii: « Semper dies mali in saeculo, semper dies boni in Deo. » Et S. Basilus ibidem: « Dies hujus saeculi mali sunt, quoniam et hoc saeculum cum sit verba mundi, de quo dictum est, quod mundus totus in maligno sit positus, nature assimilatur mundi, per quem dimittitur: partes hujus temporis sunt dies ipsi; idcirco dicit Apostolus: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Jacob autem: Dies, inquit, amorum meorum pauci admodum et mali (id est miser et arummosi) sunt. » Dies ergo boni, inquit S. Basilus, sunt non hujus, sed futuri saeculi, « et quos sol hic sensibilis peragit, decidunt sunt et dispercut. » De futuris autem dicitur: « Melior est dies unus in aeternis super milia, » *Psalm.* lxxxiii, 11.

COERCENT LINGUAM SUAM A MALO: — Lingua enim non coercetur, sed effrenis, linguæ conciliat dies malos, id est miseros et calamitosos: vide dicta Jacobi iii, 2 et seq.

ET LABIA EJUS NY QUANTER DOLUIM. — « Dolui » Graeci deficiunt, maledicium oculum cum praescriptione bona. « Cortex bonus » macula subjacente, » ait Engubinus in *Psalm.* xxxiii, 12 dicta vers. 1.

11. DECLINET A MALO, ET PACIAT BONUM. — Hæc duobus perceptis concluditur omnis justitiae lex, omnis virtutis norma et praescriptio. INQUIAT PACER — cum Deo, secum et cum proximis. Hanc pacem Christus et ordo quasi domum divinum in terra detulit. Unde eo nato concinerunt angeli: « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. » *Luce* cap. ii, vers. 14. Hinc eam impense celebravit et praedixit Isaias cap. ii, 4, et cap. xi, 6 et seq.

ET SEQUATUR EAM. — *Audire*, id est, persequatur eam fixis oculis, toto corde et conato, sicut venator persequitur leporem. Ita S. Hieronymus ad *Hustianum*. Hæc enim pax cooperat omnem sensum, *Philipp.* iv, 7. Hæc quasi regina sedet in animæ throno, ejusque potentias, sensus et membra tranquille et hilariter regit, juxta illud: « Pax Christi exultat in cordibus vestris. » *Colos.* iii, 15. Vide ibi dicta. Vere S. Augustinus *De Continentia*, cap. vii: « Pax perfecta, ait, tunc erit nobis, quando natura nostra creatori suo inseparabiliter coherente, nihil nobis repugnabit ex nobis. »

12. QUIA OCCI DOMINI SUPER JUSTOS. — q. d. Dominus benignis, paternis et beneficiis oculis respiciet justos, qui praecepta jam dicta servaverint.

ET AUREUS FUS IN PRECES FORUM, — ut eas audiat et exaudiat, isque annuat et postulata concedat.

VULTUS AUTEM DOMINI SUPER FACIENTES MALA. —

« Vultus, » s. scilicet iratus, trux et minax, ut mala et malos indignans videat et plectat. Hinc Aber-Esra et Eugubinus in *Psalm.* xxxiii, pro vultus, vertunt, *excandescens*; unde et sequitur: « Ut perdat de terra memoriam ipsorum. » Sic Latinus vultus vocant tetrum, morosum et asperum. Ingens est hic stimulus ad declinandum a malo, et faciendum bonum, nimirum cogitare quod Deus quasi agnoscit bona et bona inveniunt vultu ameno, ut praemiet; malos et mala austero et minax, ut puniat acerrime. « Nihil, ait Tertullianus, lib. *De Patientia*, cap. vi, occultum quod non reveletur: quantascumque tenebras facis tuis superstruxeris, Deus lumen est, et illius oculi lucet tuis super solem. »

circumspicientes omnes vias hominum, et profundum abyssi, et corda hominum intuente in absconditis partibus. Porro Deus cum sit incorporeus, non habet oculos et vultum, sed oculi vocantur ipsa mentis ejus acies lucidissimas, qua omnia intuetur; vultus vocatur ipse ejusdem intuitus, qui quam impis sit terribilis, colligere licet ex eo, quod Christi hominis et iudicis vultus in die iudicii tam erit reprobis formidabilis, ut ipsi optari sint manere in inferno, nec inde egredi in vallem Josaphat, ne cum aspiceret, eoque percelli cogantur. Unde egreges et principes, inquit S. Joannes, *Apoclyps.* cap. vi, vers. 16, dicunt montibus et petris: Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et alii ira Agni: quoniam veniet dies magnus ire ipsorum, et quis poterit stare? Hunc vultum cogita quando te tentat demon, quando in seculo in concupiscentia te ad peccatum sollicitat. Vere Boetius: « Magna, inquit, nobis incumbit necessitas bene agendi, quando in conspectu iudicis puncta cernentis omnia agimus. » Et Clemens Alexandrinus, lib. *V Strom.*: « Non est, ait, aliquis adeo magnus ut superet iustitiam, neque adeo parvus ut lateat. » Et S. Bernardus in *Medit.* cap. vi: « Illum, inquit, semper ante oculos habere debemus, per quem sumus, vivimus et sapimus. » In Vita S. Dosithei legitur illum a B. Dorotheo magistro hoc accepisse vitae documentum: « Nunquam corde tuo Deus excidat. Cogita semper Deum tibi presentem, et te coram illo stare, » illumque id assidue ruminantem a vita militari et disacuta se convertisse ad religionem et sanctam. S. Ephrem, tractatu *De Patientia*: « Semper, ait, Dei memineris, et caelum mens tua evadet. » S. Hieronymus in *Ezech.* cap. v: « Memoria Dei excludit omnia flagitia. » Clemens Alexandrinus III *Pedag.*, v: « Hac sola ratione fit ut quis nunquam labatur, si Deum sibi ipsi semper adesse existimet. »

13. ET QUIS EST QUI VOBIS NOCEAT, SI BONI EMULATORES FUERITIS? — « Boni, » id est bonitatis, ut veritit Syrus et Vatablus. Graeco enim est τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν, id est boni (in genitivo) imitatores. Per bonum accipe vel Deum et Christum cum S. Augustino, serm. 107 *De Diversis*, cap. vi et vii; vel potius ipsum bonum honestum, puta virtutem, de quo paulo ante dixit: « Delectat a malo et faciat bonum; » eo enim respicit. Ita Lyranus, Hugo, Cajetanus et Thomas Anglicus. Bonum enim honestum est quasi idea et norma virtutis, quae omnibus ad imitandum proponitur, ut eam moribus expriment, et in seipsis depingant. Sic S. Joannes ait, *epistola* cap. iii, 11: « Clarissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. » Vere S. Prosper, *epigram.* 1:

Perfecta, ait, bonus est et vere dicitur iustus,
Nec sibi, nec cuiquam quod nocet, facies.
Nam qui vultque alium molitor laedere, primum
Ipsum de iusto percipit proprio.

Vox « emulatores » significat vehementem studium et ardorem boni, sive virtutis, illamque ardentius amandam et prosequendam esse, quam sponsum amat et prosequitur sponsam dilectissimam. Huc spectat illud: « Qui non zelat, non amat; » et illud S. Ambrosii, *De fidei.* viii, cap. xi: « Cur, inquit, saeculo potius laboramus, et frandamus animam nostram tante bonitatis dispendio, qui nulli alii nisi huic Domino servare deberemus? » Sic enim nihil et nemo nobis nocet. Vere enim S. Augustinus loco paulo ante citato: Impis, ait, sibi nocet, non alteri, cui nocere cupit. Et S. Chrysostomus scripsit ultimum opus ad Olympiadem, in quo hanc cymbenam vocem canit, multisque confirmat: « Quod nemo laeditur nisi a seipso; » extat tomo operum ejus v.

Occurrit S. Petrus objectioni. Dicit enim qui: Si declinamus a malo et sectemur bonum; si mala toleremus nec vindicemus, patibimus omnium injuriis et rapinis. Respondet S. Petrus: Nemo vobis nocere, graeco ὀφθαλμῶν, id est affligere, poterit, si bonum patientiae et virtutis sectentur, tum quia virtus omnia mala superat; tum quia Deus virtutis eique studentium est tutor et protector. Quod circa « diligentes Deum omnia cooperantur in bonum. » *Roman.* viii, 28. Hoc est quod orans proficitur Ecclesia: « Nulla nobis nocet adversitas, si nulla dominetur iniquitas. » Sic Valentinus sua ignea craticula non nocuit S. Laurentio, sed profuit, quia ejus charitatem magis accendit. Sic adversa omnia quasi agmine uno irrudentia in S. Job ei non nocuerunt, sed robur animi ejus toti orbi ostenderunt. Sic Ariani persecutes assidue S. Athanasium terra marique, ejus virtutem auerunt et illustrarunt. Sic Decii, Aureliani, Neronis, Domitiani, Diocletiani, suis tormentis non nocuerunt S. Vincentio, S. Sebastiano, S. Mauritio, S. Tiburtio, S. Georgio ceterisque Martyribus, sed eis laurea martyrii adornarunt, nec

eis aliud extiterunt quam fabri et aurifices coronarum coelestium.

Preclare Origenes, hom. 23 in *Num.*: « Ita, ait, in hoc mundo sunt disposita, ut nihil prosus otiosum sit apud Deum, etiamsi malum illud sit. Malignitas Deus non facit, tamen cum ab aliis inventam possit prohibere, non prohibet, sed eum ipsis a quibus habetur, utitur ea ad necessarias causas. Per ipsos enim in quibus est malitia, claros et probatos efficit eos, qui ad virtutum gloriam tendunt. Nam si periret malitia, non esset utique qui contraret virtutibus. Virtus autem non habens aliquid contrarium non claresceret, nec splendidior et examinatio fieret. Non probata vero nec examinata virtus, nec virtus est. » Huc exemplum in Josepho: « Tolle malignitatem fratrum ejus, tolle invidiam, tolle illud omne parricidiale commentum quo sevierunt in fratrem, usque quo viderent eum. Si haec auferas, vide quanta peremeris dispensationem Dei. Simul enim abscondes emeta illa quae apud Aegyptum non tantum per Joseph, sed et per Moysen pro salute omnium gesta sunt: perisset Aegyptus, perisset et finitima regiones fame, interisset ipse ille quis fecit Deus per Moysen et Aaron. Nemo per mare Rubrum sicis vestigiis incessisset, nemo terram promissam intrasset, cibum mannae mortalis vita necessit. Nulla de sequenti petra aquarum fluentia prorupisset. » Et inferius: « Si auferas malignitatem et proditorem Jude, abstuleris pariter eum et passionem Christi: et si non sit crux, non exantur principatus et potestates, nec triumphantur in ligno crucis. Si non fuisset mors Christi, utique nec resurrectio fuisset, nec exultasset aliquis primogenitus ex mortuis, nec spes nobis resurrectionis fuisset. Aufer peccatum et malignitatem diaboli, simul auferas nobis certamen adversus ejus insidias, nec expectabitur corona victoris ei qui legitime certaverit. Si non haberemus qui adversus nos assisterent, agones non essent, nec victorias munera paterentur, nec regnum caelorum vincens patretur: neque momentaneum hoc et leve tribulationis nostre, supra modum pondus gloriae operaretur nobis in futuro. Et hoc valde mirabile est, quod malis vasis utitur Deus ad opus bonum. » Docuit id Origenes non tantum verbo, sed et exemplo. Ardebat enim desiderio martyrii, adeoque puer eo procurrisset, nisi parentes vestes ejus abscondissent, teste Eusebio.

14. SED ET SI QUID PATIMINI PROPTER JUSTITIAM, BEATI. — Alludit, imo citat illud Christi *Matth.* v, 10: « Beati qui persecutionem patientur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum colorum, » pro quo Clemens, lib. *IV Strom.*, iii, legit: « Beati qui persecutionem patientur pro justitia, et propter me, quoniam habebunt locum ubi non patientur persecutionem. »

Nota primo, « sed et si quid patimini, q. d. Leve et quasi nihil est quiddid patimini: » non enim sunt condigne passionibus hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. »

Nota secundo, « propter justitiam, » id est, quia justus, quia Christiani, quia « justitiam, » id est virtutem, sequuntur, v. g. quia servant Dei legem, castitatem, temperantiam, statuta Ecclesiae vel ordinis, quia timentur res papillarum, fidem, agros et res Ecclesiae, quia student reformationi Ecclesiae, Cleri vel monasterii. Licet enim Philosophi propter justitiam, ut Socrates propter doctrinam unius Dei, videantur passi; tamen ubi vera fides non est, nec charitas, ubi nec vera est justitia, in non est, nec auferas, ubi nec vera est justitia, inquit S. Augustinus, epist. 50 *Contra Donatistas post Collat.* cap. xvii. Justitia ergo hic non proprie et stricte accipitur, pro virtute quae cuique reddit jus quod illi debet, sed generaliter pro quavis virtute. Martyr enim est qui patitur mortem, non pro sola justitia, sed et qui pro fide, castitate, aut quolibet alia virtute, ut passim docent Theologi. Sic S. Agnes, S. Felicia alioque virgines occise pro castitate, sunt martyres. Sic Magdabai occisi pro lege Moysi, ac nominatim pro temperantia, quia scilicet volebant vesci carne porcum lege vetita, sunt martyres. Sic S. Thomas Cantuariensis, S. Stanislaus, et alii occisi pro libertate ecclesiastica, sunt martyres. Porro recte S. Augustinus, lib. *III Contra Crescentium*, xviii: « Martyrem, inquit, facit non poena, sed causa. »

Nota tertio: Patientes propter justitiam sunt beati, beatitudine tum rei, tum spei. Rei, quia possident bonum patientiae, quod opus perfectum habet, *Jacob.* i, ideoque beati et beatum facit: beatitudo enim hujus vitae consistit in patientia et charitate. Spei, quia certo sperant regnum colorum patientibus promissum, uti subdit et explicat Christus, *Matth.* v, 12. Adde, Deum patientibus adesse, eisque augere robur, spem, charitatem, etc. eosque miris consolationibus muloere, juxta illud S. Pauli: « Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio in nobis, » *I Cor.* i, 3. Quocirca S. Cyprianus, lib. nostra, *I Cor.* i, 3. Quocirca, ait, nos voluit in persecutionibus Dominus, quia quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronae fidei, tunc probantur milites Dei, tunc Martyribus patenti celi. » Idem, *Eschorta ad Martyr.*: « Hoc (martyrium), ait, est baptisma in gratia majus, in potestate sublimius, in honore pretiosius: baptisma, in quo baptizant angeli; baptisma, post quod nemo jam peccat; baptisma, quod fidei nostrae immo jam peccat; baptisma, quod nos de crementa consummat; baptisma, quod nos de mundo recedentes statim Deo copulat. In aqua baptismo accipitur remissio peccatorum; in sanguinis, corona virtutum. »

TIMOREM AUTEM FORUM (qui vos affligunt facientem pati propter justitiam) SE TIMEBITIS. — « Timorem, » id est terrorem, minas et plagas: alioqui enim timor timet, non timetur; tamen autem

non timorem, sed rem timendam. Est ergo metonymia. Timor enim ponitur pro timoris non actu, sed objecto, puta pro territorialitatis, quae timorem inestunt, ut sunt mina, equulei, gladii, ignes, crux, mors; unde Syrus verit, *neque formidatis eos qui vobis terrorem faciunt*. Fideles itaque nihil horum timere debent, tum quia in se breves sunt et leves, tum quia gratia Christi his omnibus eos superiores efficit, tum quia per hoc transeunt ad coronam et regnum aeternum: «Mors enim penna nascentis, si pro Justitia pietatque pendatur, fit gloria renascentis,» ait S. Augustinus, lib. VI *De Civit. Dei*, xii. Quocirca S. Ambrosius in *Psal. cxviii*, vers. 21: «Nullis ergo, ait, iustus frangatur injuriis, nullis moveatur periculis, nullis tentetur procellis, sive miles ingratul, sive vita, sive angelus caelorum, neque dejectur adversis, nec extollatur secundis, nunquam aut ejus inimicus affectus.» Et post multa: «Ubi pax et multa pax, tibi crux Christi non opprobrio, sed saluti est. Non fuit opprobrio Petro crux Christi, quia tantum ejus gloria dedit, ut in vasis Christum honoraret vestigis, metuens ne si ea specie crucifixus esset qua Dominus, affectasse homini gloriam videretur. Crux ergo opprobrium perdit, fidei autem gratia, fidei redemptio, fidei resurrectio est, quia pro nobis passus est homines, quia illa nos redemit sanguine, illa ad paradum resurrectionis revocavit.»

Ita S. Ignatius non timebat leones, sed ambabat; unde *epist. ad Rom.*: «Ignis, ait, crux, bestia, contractio ossium, membrorumque divisio, et totius corporis contritio, et tormenta diaboli in me veniant, tantum ut Christo fruatur.» «Cumque jam damnatus esset, ait S. Hieronymus *De Script. Eccles.*, in *Ignatio*, ad bestias, et ardore patenti rugientes leones audire, dixit: Frumentum Christum, dentibus bestiarum molar, et panis mundus inventur; a iustus enim condidit ut leo, in Deo nempe defixus ait:

Si fractus illabatur orbis,
Sapientem ferient ruinae.

Ita Confessores et Martyres coram iudicibus et Imperatoribus stabant imperterriti, imo illos sua constantia et animositate terebant et percellabant. Sic S. Andreas percussit *Aegam* vocando eum filium diaboli, eique minando aeterna gehennae incendia. Idem fecere Machabaei Antiocho regi et tyranno, II *Machab.* vii.

Et alios taceam, haec in re excellit S. Hilarius, qui Constantino Imperatori Ariano servienti in Orthodoxos, easque extremam perniciem minantem, animo interrito et leonino restitit, ejusque furorem repressit, in faciem ei omnia scelera et sacrilegia exprobrando, etumque Antichristum moneundo. Audi in *Apolog. ad Constantium*, liberis, igneas et adamantinas ejus voces, Episcopo et Martyri, imo Hilario dignas: «Atque utinam illud potius, omnipotens Deus et univer-

rum Creator, sed unius Domini nostri Jesu Christi pater, refati meo et temporis praesentis, ut hoc confessionis meae in te, atque in Unigenitum tuum ministerium Neronianis Decianis temporibus presserim! Nec ego per misericordiam Domini Dei Filii tui Jesu Christi, calens equalem metuissem, qui desectum Isaiam seisesse; nec ignes simitissim, inter quos Hebraeos pueros cantasse meminisse; nec crucem et fragmenta crurum meorum vitasse, postquam in paradum translatum Hieronem recorderer; nec profundum maris, et Pontici aestus absorbentem rhenum trepidasse, cum per Jonam et Paulum Iovianis fidelibus esse in mari vitam. Adversus enim absolutos hostes felix mihi illud certamen fuisset. At nunc pugnamus contra persecutorem fallentem, contra hostium blandientem, contra Constantinum Antichristum, qui non dorsa occidit, sed ventrem palpat; non proserit ad vitam, sed dicit in morem; non tradit carcere ad libertatem, sed infra palatium honorat ad servitutem; non litem vixat, sed cor occupat; non caput gladio deserat, sed animam auro occidit; non ignes publico mitor, sed gehennam privatum accendit; non contudit ne vincatur, sed addatur ut dominetur; Christum confitetur, ut neget; multatone procurat, ne pax sit; hereses comprimit, ne Christiani sint; sacerdotes honorat, ne Episcopi sint; Ecclesiam laeta struit, ut fidem destruat. Te in verbis, te in ore circumfert, et omnia omnino agit, ne tu ut Deus, ita pater esse credaris. «Et quicquid interjedis: «Proclamo tibi, Constanti, quod nec Noroni locutus fuissim, quod ex me Deius et Maximianus audiverunt: contra Deum pugnas, contra Ecclesiam sevis, Sanctos persequeris, predicatorum Christi odis, religionem tollis, tyrannus non jam humanorum, sed divinorum. Haec tibi a me atque illis socia atque communia sunt; at vero nunc propria tua accipe: Christianum te mentiris, Christi novus hostis es; Antichristum prevenis, et arcuorum mysteria ejus operaris. Condis fidem, contra fidem vivens; doctor profanorum es, indoctus piorum; Episcopus tuis donas, bonas malis deniqus; sacerdotes custodie mandas, exercitus tuos ad terrorem Ecclesiae disponis. Synodos contrahis, et occidentalium fidem ad impietatem compellis: concilios urbe una minis terres, fame debilitas, hieme conficis, dissimulatione depravas. Orientales autem dissensiones arduis nutris, Hiancos efflas, factores instigas, vestigia turbator, haec, profanus novorum es. Omnia sevisissima, sine invidia gloriosorum mortum peragis. Novo inauditoque ingenii triumpho de diabolo vicias, et sine martyrio persequeris. Plus crudelitatis vestra, Nero, Decii, Maximiane, debemus: diabolum enim per vos victimis. Sanctus ubique beatorum martyrum sanguis exceptus est; dum in his diemones mugiant, dum egredientes depellantur, dum admirationum opera cernuntur: elevari sine laqueis corpora, et suspensio-

pede feminis vestes non delictus in faciem, nisi sine ignibus spiritus, confiteri sine interrogantis incrementum fidei. Ut tu omnium crudelitatum crudelissime, damno majore in nos, et venia minore deservis. Subreptis nomine blandienti, occidis specie religionis, impietatem peragis, Christi fidem Christi mendax predicator extinguis. Non reliquis saltem miseris excusationes, ut aeterno iudicij suo penas, et aliquas laniorum corporum praefereant dentries, ut infirmitas defendat necessitatem. Soletissime mortalium, omnia persecutionis mala ita temperas, ut excludas et in peccato veniam, et in confessione martyrium. Sed haec ille pater tuus artifex humanarum mortium docuit, vincere sine contumacia, jugulare sine gladio, persequi sine infamia, odire sine suspitione, mentiri sine intelligentia, profiteri sine fide, blandiri sine honestate, agere quod velis, nec manifestare que velis.»

ER NON CONTURBEMINI. — Iustus enim subinde timet, at non conturbatur. Isaias habet: «Ne paveatis,» totus enim hic locus a S. Petro citatur *ex Isai.*, vii, 12, ubi sic legitur: «Timorem ejus ne timeatis, neque paveatis. Dominum exercituum ipsum sanctificavit fidei est, ut sanctum celebrare, colite, glorificite: ipse pavor vestror et ipse terror vestror; et erit vobis in sanctificationem.» Vide in dicta, ne hic cogat repetere. Nota hic: nil ita timorem discutit, hominemque facit ad omnia terribum, atque sanctitas et sanctificatio, id est spes, amor et laus Dei. Qui enim timet, id est reveretur, sperat et amat Deum, non timet homines, nec hominibus placere cupit, aut displicere metuit, sed soli Deo. Nam, ut ait S. Hilarius in *Psalm. lxxviii*: «Placere tantum hominibus velle, Deo est displicere. Placere autem hominibus ut salventur, hoc non est hominibus, sed Deo placere, cum per id quod Deo placetur, et hominibus sit placendum. Ex causa enim placendi Deo, causa etiam hominibus probabilis fit placendi.»

15. PARATI SEMPER AD SATISFACTIONEM (Graece *ἄτοιμαστοι*, id est *defensionem*) OMNI POSCENTI VOS RATIONEM, DE EA, QUAE IN VOBIS EST, SPE. — Syrus, *De spe fidei*, id est, de spe quam gignit acutique fides, juxta illud *Hebr. xi*, 1: «Fides est substantia rerum sperandarum.» Unde S. Fulgentius, lib. 1 *ad Thrasimundum*, legit, *de fide et spe*. Quia enim infideles urgebant primos credentes in Christum rodes ubique, cur creditis in hominem crucifixum et occisum? Cur tam rigidam legem Christi capeatis? Cur tot et tanta atque tormenta et martyria pro ea toleratis? Hinc eis jubet S. Petrus, ut in prompta habeant id quod eis respondendum, nimirum se credere in Christum crucifixum, non ob sua, sed ob nostra scelera, ut ea expleret, ideoque ipsum tertio die a morte ad vitam gloriosam resurrectis; quare se credere in ipsum, ut Redemptorem mundi ac peccati, mortis et inferni debellatorem et triumphatorem. Rursum se cum eo et pro eo tanta pati, quia certa fide et spe cre-

dant et sperent se per eum et cum eo vivos in caelum, ac in fine mundi cum eo corpore resurrecturos in vitam beatam et aeternam, praeter omnes hujus mundi delicias, omnesque minas et panna nihil aliud sunt, quam ludera puerorum. Id enim respondisse Martyres infidelibus passim ingenitum libertate, ardore et spiritu in eorum Actis legitur, ac nominatim in Actis S. Caeciliae, qua ab infidelibus rogata cur etatem, nobilitatem, opes et vitam pro Christo prodigeret? tanta virtute et ardore respondit, se id facere ut Christo pro se mortuo vicem reddat; ideoque libentissime pro eo mori, certaque esse se pro hoc vite contemptu accepturam vitam meliorem, imo beatam et aeternam, ut quadragesimo ad Christum converteret.

Quare perperam haeretici ex hisce S. Petri verbis urgent laicos indoctos, ut secum de fide disputent: hoc enim ad sacerdotes et doctores pertinet. Responsum exigit S. Petrus, non disputationem, eamque dandam infidelibus in origine Ecclesiae, non haeretici, confirmata jam fide omnium seculorum consensu. Laici ergo rogati ab haereticis, cur credant, v. g. Christum esse presentem in Eucharistia respondant: Quia id credit et creditur Ecclesiae omni saeculo, quae est columna et firmamentum veritatis, ut pote sponsa Christi, gubernata et protecta, a Spiritu Sancto, quare stolidum esse hoc post tot saecula in dubium revocare. Ita Tertullianus, lib. *De Praescript. contra Haereticos*, cap. xvii, ubi et addit rationem: «Quoniam, ait, nihil proficit congressio Scripturae, nisi plane ut aut stomachi quae inest eversionem, aut cerebri.»

Audi Bedam: «Duobus modis, ait, de spe et fide nostra rationem poscentibus reddere debemus. Primo, ut et iustus spei ac fidei nostrae causas omnibus latemus, sive fideliter sive infideliter querentibus. Secundo, ut ipsam fidei ac spei nostrae possessionem illibitum semper tenemus, etiam inter pressuras adversantium ostendentes per patientiam, quam rationabiliter eam servandum didicerimus, pro cuius amore nec adversa pati, nec mortem subire formidamus.»

Exceluit haec laude Origenes, qui rationem fidei et spei suae et nostrae assidue cunctis reddidit, ideoque indefesse docens, legens et scribens, fidelium preceptor, infidelium catechista, martyrum pater extitit, ut illud Horatii de Graecis *verse III* accommodetur:

Origeni legentium, Origeni dedit ore rotundo
Hicque loqui, praeter Christum nullus avas.

Hinc cognominatus est Adamantius. Adamas enim indomitum nomen obtinuit, quod, cum sit lucidissimus, ne chalybis quidem duritie, nec malleorum icibus ignibusque cedat. Origenis autem animus fuit adamantinus, ut pote quem nec vitae austeritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec emulorum improbitas, nec suppliciorum ti-

Primo, Arias Montanus per *carcerem* accipit arcam Noe, per *spiritus* animas octo, puta Noe, filiorum et uxorum, quae salvae factae sunt per arcam; his enim praedicasse Christum per Noe, ut in arcam se reciperent, et, finito diluvio, ut egredierentur, et terram incolerent. Verum haec expositio solius est Ariae, et ab aliis passim merito exploditur, ob rationes paulo ante contra Beza[m] allatas; et quia arca fuit asylum ad salutem, non carcer ad poenam; atque octo animae homines erant, non spiritus.

Secundo, alii censent hic sermonem esse de vocatione Gentium, ideoque *carcerem* vocari tenebras gentilitatis, puta infidelitatem, *spiritus* esse animas Gentium: his praedicasse Christum per Apostolos, cum eos converterit, factique Christianos: hos enim esse iustos, pro quibus passum esse Christum paulo ante dixit S. Petrus: Sic Isaia, ix, 2, et xii, 49, Gentiles vocat sedentes in tenebris et umbra mortis, ac victos. Ita Heselius, q. d. Christus per Apostolos praedicans Gentilibus in gentilitate quasi carcerem constitutus eduxit eos ad lucem et libertatem Evangelicam. Verum nemo non videt hoc esse symboliceum et mysticum, non literale et germanum, praesertim quia Apostoli non praedicarunt incredulis, qui fuerunt tempore Noe (Noe enim praecessit Apostolos fore per tria annorum millia), quod tamen ait S. Petrus.

Tertio, S. Augustinus, *epist.* 90, et ex eo Beda, Hugo, Hieronymus et S. Thomas, III *part.*, *Quest.* LIII, art. 1, ad 3, per *carcerem* accipiunt corpus, quod est quasi carcer animae; per *spiritus* animas corpori inclusas tempore Noe: his enim praedicavit Christus per Noe fabricantem arcam, ut penitendo imminens diluvium evaderent. Verum hic carcer magis symboliceus et mysticus est, quam praecedens. Porro perperam Thomas Anglicus pro *in carcere legit in carnis*.

Quarto ergo et genuine, per *carcerem* hunc ceteri Patres Graeci et Latini, aequo ac Doctores et interpretes, quin et Beza accipiunt infernum, uti clare veritatis Syrus, idque ita esse potest ex sequentibus. Ita S. Athanasius, *epist. ad Epictet.*; S. Cyrillus, *De Fide ad Theod.*; S. Epiphanius, *haeres.* 77; Clemens Alexandrinus, VI *Strom.*; S. Justinus, *Contra Tryphonem*; S. Irenaeus, lib. III, cap. XIII; S. Hieronymus, in cap. IV *Isaia*; Ambrosiaster in cap. IV *ad Ephes.*; S. Hilarius in *Psal.* cxviii, 82. Unde ex hoc loco probant Christum reatiter descendisse ad inferos. Vide Bellarminum, lib. IV *De Anima Christi*, cap. xiii, qui et refutat Calvinum in psychopannychia, id est animarum dormitione, dicentem has animas fuisse in *paradisus*, id est in *speculam*, puta in caelo, ut ipse censet, expectantes Christi adventum et mortem: his Christum praedicasse non personaliter, sed casualiter, liberando eos a sua spelunca et expectatione, quod donando eas beatitudine et gloria aeterna. Hoc enim consuetudine confutatur Scripturae et Patres,

docentque Christum paterfuisse coram eo usque clausum, primumque in illud ingressum in Ascensione: animas ergo iustorum ante Christum non ascendisse in caelum, sed descendisse in infernum, puta in limbum patrum, ideoque Christum post mortem eodem descendisse, ut eos inde liberaret et educeret. Hoc enim est quod ait Paulus et ex eo Petrus, *Act.* II, 27: « Quoniam non derelinquens animam meam in inferno; » et *Zachar.* IX, 11: « Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinetos tuos de lacu in quo non est aqua; » et Sapiens, *Ecclesi.* xxiv, 43: « Penetrabo omnes inferiores partes terrae, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino; » et Christus, *Matth.* XII, 40: « Erit Filius hominis in corde terrae tribus diebus, et tribus noctibus. » Idem disertè docet S. Hieronymus, *epist. ad Heliodorum*: « Abraham, ait, erat in inferno; » S. Gregorius, lib. XII *Moralium*, cap. vi; S. Chrysostomus, *hom.* 4 in *Marcan.*: « Antequam, ait, Christus aperiret paradisi januam, cum latrone omnes Sanctorum animae ad inferos deducebantur. Dicit enim Iacob, *Genes.* xxxvii: Lugens descendam ad inferos. Evangelium quoque Abraham et Lazarum in inferis collocat. » Idem docet D. Thomas et Scholasticus, III *part.*, *Quest.* LII.

Quaerens secundo: Quibus spiritibus praedicavit Christus in inferno? et quid quae ratione? Primo, alii censent eum praedicasse damnatis, eosque convertisse et liberasse ex inferno, saltem aliquos eorum, qui minus fuerant mali et increduli. Id diserte videtur ex Hermeta hae Pastore Clemens Alexandrinus, lib. VI *Strom.*; Augustinus, lib. XII *De Genesi ad litt.*, cap. xxxiii, ubi ait Christum solvisse dolores inferni, liberando peccatores a tormentis, quibus in eo cruciabantur; S. Epiphanius, *haeresi.* 46, et Ambrosiaster in cap. IV *ad Ephes.*

Dubitasse videtur S. Nazianzenus, *oratione.* 42, sub fine, ubi Nicolaus ejus interpres Platonice, hanc de Platonis (idem a pari diebus de Trismegisto, Seneca, Socrate et similibus) in Christum fide et salute historiam narrat. « Tale quiddam, ait, de Ethnico Platone in Patrum historiis circumfertur. Nam cum diu antea vita functus a quodam Christiano maledictus, ut improbus et impius laceratus esset, noctu ad conviciatorem suum venit, hominemque accensavit, ut inique ipsum maledictis insectantem. Ego enim, ait, me peccatorem esse haud quamquam infelix ivero. Verum cum Christus in infernum descendit, nemo ante me ad fidem accessit. » Citatur et S. Hilarius in *Psalm.* cxviii, littera *Ceph.*, ubi ait: « Descendens in inferna Domino, etiam his qui in carcere erant, et increduli quondam fuerant in diebus Noe, exhortationem praedicantem fuisse. » Sed perperam: nam per *exhortationem* intelligit consolationem sanctorum patrum, de quibus immediate ante dixit: « Scit exhortationem hanc Sanctos quiescentes in inferno desiderare. » Idip-

sum vero disertè asseruit Marcion haesiarcha. Docuit enim, ut ait S. Epiphanius, *haeresi.* 42, « Christum ex supernis ab invisibili inominato Patre descendisse propter animarum salutem, et ad redarguendum Deum Iudeorum, et legem ac Prophetas, et in infernum descendisse ut salvaret Cain, et Coré, et Dathan, et Abiron, et Esau, et omnes gentes quae non noverunt Deum Iudeorum. Abel autem, et Henoch, et Noe, et Abraham, et Isaac, et Jacob, Mosen item, Davidque et Salomonem ibidem reliquisse, propterea quod congoverunt Deum Iudeorum, et non Deo invisibili seipsos addixerunt. »

Verum hic est error, ac fabula et haeresis confutata a S. Augustino, lib. *De Haeres.*, cap. lxxxix, et Philastro, lib. *De Haeres.*, et S. Gregorio, VI *Regist.* *epist.* 15, vel alio computa 179: in inferno enim nulla est redemptio. Quapropter Christus « descendens ad inferos, ait S. Gregorius, solos per suam gratiam liberavit, qui eum et venturum esse crederent, et praecipua ejus vivendo tenebant. » Quare Patres qui contrarium videtur indicare, commode et benigne exponendi sunt, uti in sequentibus exponam.

Secundo, alii censent Christum praedicasse damnatis, sed arguendo, irridendo, exprobrando eorum incredulitatem et scelera, eorumque damnationem confirmando. Ita Angelus Paz, lib. VII *De Symbolo*, cap. xx. Verum hoc non est predicare.

Tertio, noster Turrianus, lib. IV *pro epist. Roman. Pontif.*, cap. xii, et alii (nec aliud videtur voluisse S. Augustinus, lib. XII *De Gen.* ad *litt.*, xxxiii) censent Christum praedicasse animabus in Purgatorio detentis, et quibus indulgentiam plenariam, liberando omnes e penis. Idque Christum fecisse valde est probabile, ut dixi *Act.* II, 24, quamquam parum videtur creditibile, in eo fuisse poenas usque ad Christum, per annos 2228: tot enim praese fluxerunt a diluvio usque ad mortem Christi; quod si tamen aliquibus id contigit, certe hi longum habnero Purgatorium. Extat revelatio de Praelato quodam celebri futuro in Purgatorio usque ad diem iudicii.

Quarto, et magis proprie ac genuine, Christus praedicavit animabus patrum in limbo detentis avidissime expectantibus Christi adventum, et sui liberationem. His enim proprie praedicavit, non ut tunc primum eos converteret, ut vult Beza; nam antequam a vita excederent, fuerunt conversi, et egerunt penitentiam. Sed praedicavit primo, quia arguit oltitatem eorum incredulitatem, q. d. Petrus: Oportet ergo et nos credere et sperare in Christum, ac propter hanc spem pati adversa qualibet, ne pari modo arguamur aliquando ab eo, sicut illi qui increduli fuerunt tempore Noe, arguti et increpiti sunt ab eo in limbo. Secundo, « praedicavit, » graece *edipeo*, id est praemonstravit, praecognem egit, quia scilicet

eis evangelizavit, et attulit laetissimum mundum redemptionis, liberationis et beatitudinis, communicando eis visionem beatificam. Quocirca tunc ostendit se vividicatum spiritu, cum spiritu, id est animas, patrum in limbo vivificavit, id est vita gloriae, donavit, quin et multis etiam vitam corporis restituit, illud resuscitando, ut ait *Matth.* cap. xxvii, vers. 51. Ita (Eumenius, Dionysius, Lyranus, Catharinus, Bellarminus, Suarez et alii passim.

Porro haec praedicatio fuit locutio mentalis, quia Christus mentaliter locutus est animabus patrum etisque evangelizavit redemptionem, salutem et gloriam: sicut Deus loquitur angelis, et angeli sibi invicem.

Dices: Spiritus hi fuerunt increduli Noe praedicanti diluvium, ideoque omnes eo mersi sunt, ac proinde omnes videtur damnati: damnatis autem Christus non praedicavit, nec attulit salutem. Respondeo primo, multos ex iis qui prius Noe munitanti diluvium non credebant, postea cum reipsa illud inchoari cernerent, credidisse, quia illud oculis suis cornebant, ac proinde cum viderent de vita sua actum, antequam mergerentur penituisse, ut animam salvarent, uti in naufragio omnes etiam obstinati peccatores compunguntur et poenitent: ita S. Hieronymus et alii quos citavi *Gen.* vi, 3. Secundo, esto daremus omnes qui diluvio mersi sunt, fuisse impenitentes, ideoque damnatos, tamen multi ante diluvium per spatium centum annorum, quibus Noe fabricavit arcam, mortui sunt, poenitentes, ideoque salvati: his ergo praedicavit Christus descendens ad limbum. Nam, ut alios taceam, Mathusalem, avus Noe mortuus est eodem anno quo factum est diluvium: hic autem videtur obisse justus, ideoque salvatus, nam sancte fuit educatus a sancto patre, puta Henoch, qui ob sanctitatem raptus est in paradisum, *Gen.* v, 24. Similiter Lamech, pater Noe, mortuus est sex annis ante diluvium, uti ostendi *Gen.* v, 27. Lamech autem videtur fuisse justus, ideoque salvatus, tum quia filius fuit Mathusalem et nepos Henoch, utique a piis piis educatus; tum quia videtur fuisse propheta. De filio enim Noe cum nasceretur, dixit et praedixit: « Iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum, » ideoque vocavit eum Noe, id est *consolatorem*, *Gen.* vi, 29.

Porro praedicavit Christus animabus in inferno, non tantum sermones, sed magis « opere, » ait (Eumenius, his qui secundum carnem vixerant, ad iudicium [judicando] et condemnando illos); illis vero qui secundum spiritum, ad gloriam et salutem, » salvando et glorificando illos; unde Origenes, *hom.* 13 in *Gen.*: « Quod Christus, ait, dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiso; non illi soli dictum, sed omnibus Sanctis dictum intellige, pro quibus in infernum descendit. »

Putant aliqui Christum brevissimo tempore, et vix una hora fuisse in inferno, ibique praedicasse:

statim enim inde secum animas eduxisse. Ita V. Anselmus, in *Enciclaria*, sub medium: « Tardius, ait, fuit Christus in inferno ac devastavit, quamdiu ad iudicium veniens actus eiusque examinabit, in momento, in lecto oculi, id est, quam cito potes oculum movere. » Sic et Nicephorus, lib. III, cap. XXXI, ait Christum eadem hora qua ad inferos descendit, rediisse instar fulgetri. Idem insinuat Justinus, *Quest. LXXVI ad Orthod.*, et Euthymius in cap. XXIII *Evag.* Sed verius est Christum tanto tempore quoad animam fuisse in limbo, quanto quoad corpus fuit in sepulchro, scilicet triennio non pleno, sed inchoato, nimirum a Parasceve usque ad Dominicam Pasche. Tunc enim anima rediens a limbo ad sepulchrum corpus resumpsit, Id enim insinuat Christus, dicens *Matt. XII, 40*: « Sicut fuit Jonas in ventre celi tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus, » ubi per cor terre infernum intelligitur. S. Hieronymus, *Theophylactus* et Gregorius Nysenus, *orat. 1 De resurrectione*; Terullianus, *lib. De Anima*, cap. XXXI et LV; Irenaeus, *lib. V, cap. XXXI*, et Ambrosiaster in cap. IV *ad Ephes.*; S. Thomas eiusque assessor, *III part., Quest. LII, art. 4*.

Dices: Christus mortuus ait latroni: « Hodie mecum eris in paradiso. » Ergo eadem die ex inferno transit ad paradisu. Respondet, paradisu esse ubi Christus se suamque divinitatem et beatitudinem suis communicat, q. d. Hodie mecum eris in eterna felicitate et gloria, quam descendens ad limbum patribus communicabo. Tunc ergo infernus fuit paradisu. Ita S. Augustinus, *epist. 57*.

Denique S. Justinus, *Contra Tryphenum*, citat verba quaedam Isaie, et Ieremias, lib. III, cap. XXIII, eadem tribuit Jeremiae, qui iam in neutro invenitur, similima hisce Petri, ut verissime sit inde ea Petrum accepisse. Verba sunt ista: « Commemoratus est Dominus Israel mortuorum suorum, qui dormierant in terra sepulchris, et descendit ad eos evangelizare salutem quam est ab eo, ut salvaret eos. »

Causas cur Christus descendit ad inferos, recensit *Ephes. IV, 10*, ad illud: « Et implevit mania. » Similes recenset S. Thomas, *III part., Quest. LII, art. 4*, nimirum *primam*, ut plene subiret et lucret penas peccatorum nostrorum, inter quas una est mors, et post mortem descendens ad inferos. *Secundam*, ut victo diabolo per passionem vinceret eum et eriperet, qui delinquebant in inferno. *Tertiam*, ut, sicut potestatem suam ostenderet in terra vivendo et moriendo, Ita etiam potestatem suam ostenderet in inferno, illum visitando et illuminando, juxta illud *Paul. XXIII*: « Attollite portas, principes, vestras, » id est, ut Glossa, principes inferni, averte potestatem vestram, qui usque nunc homines in inferno delinquebant; et sic in nomine Iesu omnes genu

lecti non solum coelestem, sed et inferno-

rum, ut dicitur *Philip. II*. Tropologie vide et mirare hic divitias bonitatis et viscera misericordiae Dei nostri, quibus dignatus est descendere in ima terre, locumque damnatorum, ut sanctos, qui ibidem detenti fuerant per tria et quatuor annorum millia, ipsimum avidissime expectabant, liberaret. Christus ergo est quasi sol quidam divinus, qui non tantum radios beneficentiae suae, sed et seipsum sparsit per omnes orbis partes, summam, medias, imas, puta per coelum, terram et infernum, ut omnes sua luce et praesentia illustraret, sanctificaret, vivificaret, gratia et gloria sempiterna donaret.

20. QUI INCREDULA FUERANT ALIQUANDO. — S. Epiphanius, *haeres. 48*, « incredulos » interpretatur, qui veram Dei fidem habuerunt, sed illi alios habuerant errores admittos: hosce enim Christum ab errore liberasse, et per indulgentiam salvasse. Errores, intellige invincibiles, vel inculpato, aut certe veniales. Qui enim in errore et peccato mortali decesserunt, damnati fuero sine ulla spe veniae.

Secundo, S. Athanasius, *tract. De Incarnat.*, et S. Hieronymus in cap. IX *Zachariae*, per *incredulos* accipiunt inobedientes (hoc enim significat Graecum ἀπειθεῖς), qui scilicet in Adamo violenter Dei preceptum de non comedendo pomo vetito, quales sunt omnes homines: omnes enim peccarunt in Adamo. Verum S. Petrus ait hos incredulos fuisse in diebus Noe, non Adamo.

Tertio, alii censent *incredulos* vocari infideles, quales erant penes omnes tempore Noe. Unde Hebraei in Baresit Rabba traunt, tempore Enos homines abjurasse fidem unius Dei, fuisseque idololatrias, ideoque Enos cepisse publice invocare nomen Domini, *Genes. IV, 17*. *Quarto*, noster Salmeron *incredulos* interpretatur homines veri Noe, qui multa de Deo ignorabant, nec habebant fidem explicitam de Christi ortu et morte, sed tantum implicitam. *Quinto*, Arias per *incredulos* accipit filios Noe, qui initio patri Noe praedicti diluvium non crederunt, sed post plura ejus argumenta, et signa fidem ei adhibuerunt, ideoque cum eo ingressi sunt in arcam. Sed hoc superius refutavi.

Sexto et genuine, *increduli* hi intelliguntur qui non credebant Noe culpanti peccata, et peccatoribus minitanti diluvium, qui aliquando, id est initio ei non crediderunt, postea tamen crediderunt, praesertim cum reipsa viderunt diluvium a Noe praedictum, tuncque contempti et penitentes mentem vitamque correxerunt, quia expectabant Dei patientiam, ut sequitur.

Nota: Christus omnes justos ex inferno liberavit; S. Petrus tamen meminit tantum eorum qui fuerunt tempore Noe et diluvi, tum quia de eorum salute major erat ratio dubitandi: cum enim a Deo vindicte mersi essent aquis, videri poterant et animas eorum relegat in gehennam: ita Bellarminus, *lib. IV De anima Christi*, cap. XII,

tum quia vult hortari fideles per insignis exemplum ad adversitatum tolerantiam, ex eorum utilitate, utpote quae etiam impiis in diluvio fuerit causa penitentiae et salutis: Ita Suarez, *III part., tom. II, disp. XLV, sect. 3*; tum quia diluvium et arca fuit typus baptismi, de quo proxime agere intendebat.

QUANDO EXPECTABANT DEI PATIENTIAM. — Hesselius et alii censent legendum, *quando expectabat Dei patientia*. Sic enim legit S. Augustinus, *epist. 30*; S. Hieronymus, in cap. *tiv Isaia*: *Ididius, Contra Varimandum*; Beda et Dionysius hic. Idem significant Graeci τὴν ἀσθένειαν (perperam Beda et Figueria loquuntur ἀσθένεια, id est, *senect et simul expectabant*) et τοὺς ἐπὶ ἀσθενείᾳ; et Syrus, *cum longanimitas Dei proceperit ut faceret arca ob spem penitentiae eorum*. Haec lectio est plana et apposita: Dei enim patientiam commendat, quod incredulos et impios tempore Noe patienter expectavit per octavo annos ad penitentiam. Cum enim potuisset juste eis statim immittere diluvium, per Noe comminatum, soluit, sed distulit ad octavo annos, jubens Noe interim fabricare arcam, ut haec fabrica assidue ferret eorum oculos et mentem, cogeretque ad credendum Noe minitanti diluvium: unde non videtur dubitandum, quin nonnulli tam constanti comminatione Noe et fabricazione arcae territi et crediderint, et penitentiam agerint. Ad hanc enim eos expectabant, et occulte agebat Dei patientia.

Verum quia Graecum ἀσθένεια est verbum medium, significans tam *expectatur*, quam *expectabat*, hinc illi vertunt, *quando expectabatur Dei patientia*. Ita Pagninus, Tigurini, Vatablus et Rupertus, *lib. IV in Gen., cap. XVII*. Hoc autem idem est cum eo quod legitur in vulgata versione: « Quando expectabant Dei patientiam; » idem enim est homines expectare patientiam Dei, quod patientiam Dei expectari ab hominibus. Et haec lectio apte cohaeret cum procedentibus: dat enim rationem cur fuerint « increduli, » quia scilicet expectabant Dei patientiam, hoc est, quia sibi nihil praesentis de Dei patientia non putabant fore diluvium, sed Deum patienter habiturum eorum mores et scelera, uti ante per sexcentos annos ab Enos usque ad Noe tolerat. *Secundo*, per Dei patientiam potest accipi ipsam diluvium, cujus immersionem Deus patienter et longanimiter prorogavit, expectans peccatorum penitentiam; ut sit eutychesis et melonymia. Peccatores enim videntes differri diluvium, irridendo rogabant Noe: Cur non venit diluvium a te comminatum? Equando veniet? Respondent Noe: Deus suo tempore illud immittet, sed differet et patienter vos expectat ut penitentiam agatis, itaque avertatis diluvium. Hinc illi responsum Noe irridentes diluvium vocabant Dei patientiam, dicentes: Equando veniet tua illa, quam praedicas, Dei tui patientia? Longa et sera est, vellemus videre illam et naturae in tuo dilu-

vio. Cum veniet, credemus tibi, tuisque de eo minis, non ante. Simili modo Iudei irridentes oracula Isaie, dicebant: « Haec mandat Dominus, dicebant: » Mandra, remanda; expectata, re-expecta; modicum tibi, modicum tibi, *Isaia XXXVII, 40, g. d. Tu, Isaia*, minaris nobis excidium, dicisque illud Deum tibi mandasse, ac per lot annos nihil illius vidimus, nec utramque adhuc videmus. Falsae ergo et illusoriae sunt tuae minae.

Moraliter: vide hic quanta patientia sit Dei, qui peccatores tamdiu expectat ad penitentiam. Sic expectavit Judaeos per multos centos annos, donec illi compleret mensuram peccatorum suorum, eaque completa tandem punxit eos per Titum et Vespasianum, *Matth. XXIII, 32*. Sic expectavit Chanaanos et Amorrhoeos a Chum patre eorum, qui fuit tempore diluvi, usque ad Josue, qui eos occidit, per annos octingentos. Sic expectavit alias gentes usque ad Nabuchodonosorem, per quem eis everit. Sed tum indignas suam patientiam contempni, tardissime supplicii gravitate compensat, juxta illud veterum: « Dei laqueo habent pedes, sed ferreae manus. » Quocirca omnes homines mundi homines, excepto Noe cum filiis et nuribus, mersi diluvio. Sic expectat quemlibet peccatorem per plures menses et annos; quin et viros justos et religiosos dum expectat, ut serio a se abdicent vanitates omnes, totoque dent se Deo et perfectio.

Vide ex adverso quanta sit hominum perverbia et ingratitude, qua Dei patientiam elidunt, mo enim ea certant, nec a protervia sua desistunt donec a Deo obruantur et conterantur. Sapientiores fuerunt Nivite, qui comminante Isaie excidium, illico penitentiam egerunt, ac per eam Deo se reconcilians illud evaserunt.

Porro aliqui cum Hesselio haec aliter dispungunt, nec novam sententiam inchoant illi: « In diebus Noe; » tuncque hunc dat sensum: Dei patientia ne perderet gentes incredulas, diu expectavit donec veniret Christus, qui eorum peccata tolleret. Reos quoque et propter sua scelera condemnatos, qui in extremis suis conuertantur, diu patienter, cum impie agerint, expectabat Deus. Videsim Sancti veteris Testamenti expectabant Dei patientiam, id est Christi adventum, propter quem Deus patienter erat super hominum malitia, ideoque patientiam suam usque ad ejus adventum prorogavit, in eoque illam terminavit.

CUM FABRICABATUR (Graece κατασκευαζομένη, id est, cum pararetur arca, — per octavo annos, uti jam dixi. Vide quae de fabrica arcae dixi *Gen. VI, 43* et seq.)

IN QUA FACCI, ID EST OCTO ANIME, — puta octo homines, scilicet Noe cum suis uxore, ne tres ejus filii cum totidem uxoris, quos Deus reservabat in seminatium novae sobolis, ne periret totum genus humanum. Est synecdoche. Superstes quosque fuit nonus Henoch, abavus Noe, qui ex Paradiso, vel potius ex aethere (Paradisus

enim cum fuerit in terra, videtur obrutus diluvio) spectabat diluvium.

PER ARCAM. — Aque enim diluvii elevabant arcam, et consequenter octo animas in ea degentes, ne humi manentes aquis obruerentur, sed eis per arcam superiores evaderent.

Disce hinc quanta fuerit corruptio illius avi, tanta scilicet tamque universalis, ut solus Noe cum suis fuerit justus, ideoque dignus qui evaderet diluvium. Rursum quantum sit paucitas sanctorum et salvandorum: hujus enim typus fuit unus Noe in tanto hominum numero, utque ac unus Lot in conflagratione Sodomae; ac Iosue et Caleb, qui ex tot Hebraeorum millibus soli ingressi sunt terram promissam.

Tropologice, Noe est Christus et Apostoli, qui septiformem Spiritus Sancti accipiunt gratiam, ait Rupertus.

Anagogice, octonarius animarum electarum symbolum est octavae resurrectionis et felicitatis aeternae, ac Ecclesiae triumphantis, utque ac militantis, ita S. Hieronymus, *Dialog. contra Lucifer.*, sub finem: « Oelo animae hominum, aut in arca Noe servatae sunt, et nos Ecclesiastice jubet dare partes septem, dare partes octo, id est, credere utrique testamento: ideo quidam Psalmi pro octavae inscribuntur, et per octonos versus, qui singulis litteris subjecti sunt, in psalmo xxvii iustus eruditur, Beatitude namque, quas Dominus promittit, octo adit, Et Ezechiel in justificationem templi octonarium numerum assumit. » Subdit deinde alias analogias arcae et Ecclesiae. *Primo*, « in arca, ait, erant animalia munda et immunda: in Ecclesia sunt iusti et peccatores. *Secundo*, emittitur de arca corpus et non redit, et postea pacem terrae columba nuntiavit: ita et in baptisimale Ecclesiae, tetrico alio expulso, id est diabolo, pacem terrae nostrae columba Spiritus Sancti nuntiavit. *Tertio*, a triginta cubitis incipiens usque ad unum cubitum, paulatim decrescens arca constituitur: similiter et Ecclesia, multis gradibus consistens ad extremum diaconis, Presbyteris Episcopisque finitur. *Quarto*, periclitata est arca in diluvio: periclitatur Ecclesia in mundo. *Quinto*, egressus Noe vineam plantavit, et libens de ea inebriatus est: natus quoque in carne Christus Ecclesiam plantavit, et passus est. *Sexto*, nudatum patrem irritis major filius, et minor texti: et Deum crucifixum hinc sunt Judaei, et honoraverunt Gentiles. »

21. QUOD ET VOS NUNC SIMILIS FORME SALVOS FACIT BAPTISMA. — « Quod, » id est *quomodo*; aut potius est hebraismus, quo relativum preponitur antecedenti, qui latine sic convertitur: Et iunc salvos nos facit baptisma, quod est *similis*, id est *similis forma*, ac typica similitudine respondet, subaudi, aquis diluvii, tanquam veritas typo, q. d. Sicut Noe cum suis in arca subalta aquis servatus est, sic et nos per baptismum. Ita

Notablis. Aliter legunt Complut. et Regia, nimirum q. id est *enim*, scilicet arca et diluvio, antitype respondet baptismus. Ita Gagneus et Cajetanus. Sed alii Graeci et Latini legunt q. id est *quod*.

SIMILIS FORMA. — S. Augustinus, lib. *De Bapt.*, cap. ult., legit, *simili forma*, id est, simili typo et analogia; Syrus, *simili exemplor*; S. Cyprianus, *epist. 74, similiter*; graece, *ὁμοίως*, q. d. Cui tunc antitypus, id est, ut typo res figurata respondet baptismus; quia per arcam ut typum fuit praefiguratus, eique apta proportione et convenientia respondet, seu antitypum typo, exemplar imagini, corpus umbrae. Typus enim est antitypi typus, et antitypum est typi antitypum.

Sensus est, q. d. Sicut arca olim servavit octo animas in vita corporali, ita nunc baptismus salvat animas in vita spirituali. Arca ergo fuit typus et figura baptismi: diluvium enim significat peccatum et mortem inundantem per totum genus humanum; Noe est Christus victor peccati et mortis; arca est Ecclesia, cuius ostium est baptismus; octo animae sunt omnes fideles baptizati ad hoc, ut ad octavam resurrectionis et gloriae aeternae pertingant.

Simili ratione Eucharistia a S. Basilio in *Liturgia* aliisque Graecis Patribus vocatur antitypa, tum passiva, quia scilicet per typos agni paschalis, manna et panem propositionis fuit praefigurata, eisque congrua analogia respondet; tum activa, quia ipsa est typus et representatio Christi patientis, morientis et in caelo regnantis. Inde tamen non cogitur, Christum in ea realiter non esse praesentem, sed tantum non esse ibi visibilem, patientem, morientem et in caelo regnantem, atque speciebus sacramentalibus panis et vini quasi typis velari et representari. Unde a Theodoro, *I Corinth. II*, vocatur typorum archetypus. Antitypum ergo idem est quod sacramentum, et antitype idem est quod sacramentaliter. Sacramentum autem est signum rei non absentis, sed praesentis, licet occultae, v. g. corporis Christi in Eucharistia. Vide Bellarminum, lib. *II De Euchar.*, xvi, et lib. *IV*, cap. xiv.

NOX CARNIS DEPOSITIO SORDIUM. — q. d. Baptismus nos salvos facit, non quatenus est ablutio carnis, ut ex ea sordes cluat et deponat, ut faciebant Judaeorum baptismata et lavacra; sed quatenus est ablutio animae et conscientiae, eamque bonam, id est, puram et sanctam efficit.

SED CONSCIENTIA NOVE INTERROGATIO IN DEUM. — « Interrogatio, » id est, probatio et exploratio. q. d. Baptismus nos salvos facit, quia facti ut probatam coram Deo habeamus conscientiam bonam, scilicet, puram et mundam, juxta illud *Hebr.* cap. x, vers. 22: « Aspersi corda a conscientia mala, et abluti corpus aqua munda. » Interrogare enim saepe in Scriptura significat probare et explorare, quia per interrogationem facti, noxae, vel innocenter veritas a reo indagatur et explo-

ratur: est metalepsis. Sic *Psal. x, 4*, dicitur: « Palpebrae ejus interrogant filios hominum, » id est, oculi Dei explorant et lostrant omnes homines; et vers. 8: « Dominus interrogat, » id est, explorat justum et impium; et *Psal. cxxxviii, 23*: « Interroga et cognosce semitas meas, » id est, ut paulo ante dixit: « Proba me, Deus, et scilo cor meum: » in *Psalms* enim saepe una pars versu cuius est explicatio et confirmatio alterius.

Hinc *secundo*, eadem metalepsi « interrogatio, » id est responsio, tum quia interrogationi correlativa respondet responsio, eamque possit et elicit, adeo ut ex interrogatione saepe intelligatur responsio, sicut unum simile ex alio simili cognoscitur. Unde *Eccl. xxxiii, 4*, dicitur: « Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, » id est, qui interrogationi manifeste et recte respondere cupit, hic prius cogitabit et studebit quomodo respondere debeat. Tum quia Hebraei, cum quid certo respondere et asserere cupiunt, idipsum interrogationem forma cautiunt. Vehementius enim movent aeres interrogaciones quam simplices asserciones, ut *Gen. xii, 8*, dicit Abraham ad Lot: « Ecce universa terra coram te est. » Hebr. *num. quid non terra coram te est?* In libris *Regum* identidem dicitur: « Numquid non haec scripta sunt in libro dierum regum Juda? » q. d. Omnino scripta sunt in chronicis regum, omnes scilicet libelli scripti extare: frustra ergo ea hic ego repellam. *Ezech. xxxi, 2*: « Et tu, fili hominis, nonne iudicas civitatem sanguinum? » q. d. Omnino tum est iudicare eam, * et ostendas ei omnes abominaciones suas. » Sensus ergo est, q. d. Baptismus facit bonam conscientiam, adeo ut ipsa audeat interrogari a Deo, ejusque tribunali in iudicio confidenter se sistat, non metuens se damnatum iri, sed interrogata intrepide coram Deo omnium conscio respondet se esse bonam et omnimode depuratum. Hinc sensum possit antithesis, quae talis est: Baptismus est ablutio, depositio et submersio omnium sordium, non carnis, sed animae, puta omnium peccatorum; ideoque bonam et puram efficit conscientiam, adeo ut ipsa curvis, etiam Deo, interroganti libere et vere respondere possit se esse talem. Aludat ad ritum Ecclesiae, quo baptizandus ab ea per sacerdotem rogatur, an velit baptizari, et an renuntiet Satanae et omnibus ejus pompis? Cui ille respondet: Volo baptizari; abrenuntio Satanae et pompis ejus, teste S. Dionysio, *Ecles. Hierarch.*, paulo ante finem; et Cyrillo, lib. *XII in Joann.*, cap. *Lxv*, et S. Augustino, *epist. 23*.

Hinc *tertio*, baptismus dat conscientiam bonam interrogationem non tantum passivam, sed et activam, quia scilicet facit illam securam deputatam, ut confidenter audeat interrogare, postulare et interpellare Deum, dicendo: Abba Pater, numquid non ego sum filius tuus? numquid non tu es pater meus? ergo pascere, cura, regere, protegere ut filium tuum, dirige me ad te

in viam salutis aeternae, da ut tibi totius placeam, totus serviam, totus imiar. Hoc est quod orare nos docuit Christus: « Pater noster, qui es in caelis, adveniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. » Ita Arias. Unde Syrus verit, *et gratias agentes Deo cum pura conscientia*. Hoc est pariter quod ait Paulus: « Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Ipse enim spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei, » *Rom. viii, 15*; et S. Joannes, *epist. I*, cap. *iii*, vers. 21: « Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, et quidquid petierimus, accipiemus ab eo. » Hinc fidelis quasi filius in omnibus dabit, difficultatibus, tentationibus, etc., recurrit ad Deum, quasi infans ad matrem, eumque interrogat, invocet et consulti. Sic Theophrastus ait: *ἐπερωτῶ τὸν θεόν*, id est, *consulo Deum*.

Alii Graecum *ἐπιρωτῶ*, id est *interrogatio*, aliter vertunt. *Primo*, Cajetanus verit, *inquisitio*, q. d. Baptismus facit hominem inquirere, seu procurare bonam conscientiam apud Deum. Et Occominius: Baptismus, ait, est velut arhabo quidam et pignus bonae erga Deum conscientiae. Qui enim bene sibi conscius sunt, et qui inculpatum amplectuntur vitam, et illam penitus inquirunt, ac velut interrogant, hi etiam ad sacrum accurrunt baptismum; unde Glossa, Gagneus et Suarez, *III part. Quest. LXII*, disp. *vii*, sect. *I*, censent hinc tantum significari, quae dispositio accedendum sit ad baptismum, scilicet ut rogamus et cupimus per baptismum mundari non corpus, sed conscientiam.

Ascendant S. Augustinus, tract. *8 in Joann.*, et S. Ambrosius, *De his qui mysteria occultant*, cap. *iii* et *iv*, qui haec accipiunt de interrogacione et examine quo baptizandus examinatur, an bona conscientia, id est, bona fide et dispositione, puta non fiele, sed sincere, non impenitens, sed penitens et contritus, vel certe atteritus, nimirum an cum vera fide et spe ac detestatione peccatorum, eumque serio proposito novae vitae accedat ad baptismum: intelligit hinc de adultis, quales erant pene omnes accedentes ad baptismum primo illo Ecclesiae aere. Quare perperam ex hisce Petri verbis contendunt Anabaptistae, non esse baptizandos infantes, sed tantum adultos, qui interrogati respondere queant se velle baptizari. Pejus Erasmus praefat. *in S. Matthaeum* censet infantes baptizatos, cum *non* verit, rogandos esse, an rata lubent pacta et promissa in baptismo; et si negent, sine libertate dimittendos.

Secundo, Gagneus et alii *ἐπιρωτῶ* vertunt *stipulatio, pactum, contractus*, q. d. Baptismus nos salvos facit, quatenus est stipulatio et pactum inter Deum et baptizatum. Deus enim postulat in baptismo eum baptizato, eique ex pacto dat bonam conscientiam, puta remissionem peccatorum, gra-

tiam, justitiam et promissionem vite aeternae. Insuper promittit se ei fore filium, patrem, protectorem et protectorem: vice versa promittit baptismum se Deo fore fidem familiam et filium, et novam vitam futuram, bonam conscientiam ab eo acceptam conservaturam usque ad extremum vite spiritum, ejusque legi et mandatis in omnibus obediturum. His de causa olim in baptismo fidem Christianam professuri publice in eorum suscipiebant, ac manus dextras in altum erigebant, adhibito iuramento eorum testibus ac iurandum manu baptizati subscriptum, ejusque annulo obsegnatum in labulis rotabatur, ut ex Patribus docet Josephus Vicecomes, lib. II *De fidei baptismi*, cap. xxv. Ita enim aliqui *terrores* et *obsequia* vertunt *et promissiones in Deum*, q. d. Baptismus salvos non facit non ex virtute aquae quae corpus abluit, sed quia ex pacto et promissione divina assistentem et inoperantem habet Spiritum Sanctum, qui conscientiam emendat et sanctificat. Ita S. Basilius lib. *De Spiritu Sancto*, cap. xv: «Itaque, inquit, si qua est aqua in aqua, non est ex ipius aquae natura, sed ex spiritus praesentia. Non enim est baptismus deposito solummodo corporis, sed bonae conscientiae interrogatio apud Deum.» Et mox: «Per Spiritum Sanctum datur in paradysum restitutio, in regnum colorum reditus, in adoptionem filiorum reversio, datur fiducia Deum appellandi patrem suum, consortem fieri gratiae Christi, filium lucis appellari, aeternae gratiae participare esse, et ut semel omnia dicam, esse in omni benedictionis plenitudine, tum in praesenti hoc saeculo, tum in futuro.»

Quocirca Patres saepe fideles movent, ut sua stipulationis et promissionis memores, eam opere praestent. Ita S. Ambrosius, lib. II *de vi qui myst. inquit*, cap. II: «Repete, ait, quid interrogatus sis, recognosce quid spondideris: renuntiasti diabolo et operibus eius, mundo et luxuriae ejus ac voluptatibus: tenetur vox tua non in tumultu moriturum, sed in libro viventium.» S. Augustinus, ib. IV *De Symbolo ad catech.*, cap. I: «Diabolo, ait, vos renuntiare professi estis, in qua professione non hominibus, sed Deo et angelis ejus conscribentibus dixistis: Renuntio.» S. Gregorius Nazianzenus, orat. 40, Baptismus definit, «secundae vitae ac purioris vivendi rationis pactum cum Deo initum,» indeque concludit: «Ac proinde vel maximo in metu omnes esse, atque omni custodia animas nostras servare debemus, ne hoc pactum violasse commipiamur (1).»

Tertio, Lutherus ejusque assecta perperam interpretata vertunt *testimonium, sigillum, obsequio*, q. d. Baptismus salvos non facit, non vi sua (est enim merum signum), sed quia est testimonium bone, si est fidelis conscientiae, cujusque fidem obsequat et sigillat. Consent enim haereticis fidem

solum justificare, Sacramenta vero tantum esse signa, protestationes et obsequationes fidei justificantis: intruserunt ipsi hoc eum dogma in scholia Vatabli, quae *haereticorum* explicant *declarationem recti et fidei animi erga Deum*. Verum haec est haeresis damnata a Concilio Tridentino totaque Ecclesia, ac refutata hic a S. Petro. Ait enim: «Quod et similis forma salvos nos facit baptismus;» q. d. Sicut aquae diluvis elevatas arcam, et cum ea Noe cum suis, eum a morte non salvum declararunt, sed reipsa salvatum, sic et baptismus reipsa nos salvos, id est, iustos sanctosque facit, non autem iustos iustitiam declarat.

Ex hoc loco patet, quanta sit baptismi vis et dignitas: quocirca eandem Patres variis elogiis et titulis representant. A materia enim, puta ab aqua et ablutione, vocant eum lavacrum vitae, aquam salutarem, fontem et fluvium aquae vitae, unde gentiale lavacrum, ita vocatur a S. Cyrilliano *epist.* 2, 73 et 76, et Tertulliano, lib. *De Bapt.*, Clemente Alexandrino, *I Paedag.*, vi, et Damasceno, IV *De Fide*, x. A forma vocatur sigillum fidei, Sacramentum fidei, fidei confessio, S. Trinitatis sacramentum. Ita S. Basilius, lib. III *Contra Eunomium*, et S. Ambrosius, lib. I *De Spiritu Sancto*, cap. III, Ab effectu vocatur Sacramentum illuminationis et regenerationis, Sacramentum Christianitatis, tessera militis Christiani, diluivum peccatorum, flumen gratiae, uterus ecclesiae, mors peccatorum et vita virtutum. Auct S. Gregorius Nazianzenus, orat. 4 in *S. Baptismo*: «Baptismus, inquit, splendor est animarum vitae in melius mutatio, conscientiae ad Deum interrogatio. Baptismus infirmitatis nostrae adiutum. Baptismus carnis est abjectio, spiritus affectatio, verbi participatio, Sermo correctio, peccati diluivum, lucis communicatio, tenebrarum oppressio. Baptismus vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adiutricium, mentis perfectio, caelestis regni clavis, vita commutatio, servitutis depulsio, vinculum solutio, compositionis in meliorem statum conversio. Quid plura commemorare attinet? Baptismus omnium Dei benedictorum praeclarissimum est et praefantissimum. Ut enim quaedam Sancta sanctorum vocatur, et Cantica canticorum, quod scilicet latius pateant, ac plura complectantur, praecipuumque dignitatem habeant: eodem modo baptismus quoque illuminatio dicitur, quod omnes alias illuminationes sanctitate superet.» Et mox eandem vocat, donum, gratiam, unctionem, illuminationem, incorruptionis indumentum, regenerationis lavacrum, sigillum, ac denique ex cellentissimo quovis nomine appellandum. Bonum dicitur, quia is, qui nihil prius contulerunt, datur. Gratia, quia etiam debentibus, Baptismus, quia peccatum in aqua sepelitur. Uctio, quia sacer et regius: huiusmodi enim ea erant quaeangebantur, illuminatione porro, quia splendor et claritas. Indumentum, quia ignominia nos

(1) Rosenmullero quoque hic sensus tanquam genitive prolatur.

tra velamen est, Lavacrum, quia abluit. Sigillum, quia conservatio est ac dominationis significatio. Huic gratulatur caeli homo angeli propter splendoris cognationem celebrant: hic beatitudinis illius simulacrum gerit: huic laudibus quidem et hymnis celebrare volumus, verum pro rei dignitate non possumus.»

PER RESURRECTIONEM JESU CHRISTI. — Primo, q. d. Hanc vim, conscientiam scilicet bonam sanctamque efficiendi, habet baptismus ex merito passionis Christi, cujus terminus et complementum fuit resurrectio ejusdem, juxta illud: «Mortuus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram,» Item, IV, 28. Vide ibi dicta.

Secundo, «per resurrectionem,» quia per eum Christus vicit et deglutivit mortem, tum suam, tum consequenter et nostram, adiuturque in eorum nobis aperuit, qui est secundus baptismi effectus, ut scilicet sicut dat nobis vitam gratiae, ita pariter post eam det vitam gloriae, factique haeredes vite aeternae. Ita Beda et Tyrannus. Tertio, quia Christi resurrectio est causa exemplaris et finalis nostrae sanctitatis et novae vite, quam baptismus accipimus et inimus. Ita Glossa, Itogo et Thomas Anglicus. Acedit S. Basilius, lib. *De Spiritu Sancto*, cap. xv: «Dominus, ait, ad vitam ex resurrectione nos preparans, totam Evangelicam conversationem proponit, ut non irascamur, ut malorum tolerantiores simus, et a voluptatum amore puri, ut a studio pecunie mores sint liberi, etc. Proinde si quis officiosus dicat, Evangelium esse formam vite quae est ex resurrectione, nihil nequaquam videtur a vero aberrare.» Hoc est quod ait Paulus ad Rom. VI, 4: «Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus.»

Denique solent Paulus et Apostoli tribuere resurrectioni nostram justificationem et salutem, quia illa quasi clausula et sigillum omnia Christi dogmata et sacramenta obsequavit. «Si enim Christus non resurrexit, inanis est fides et spes nostra,» I Cor. XV, 17.

Novallier, nota summum bonum baptismi et Christianismi esse bonam conscientiam, ideoque eandem esse genitricem veri Christiani. Hanc enim nobis Deus dedit in baptismo, hanc jussit teneri et agere per omnem vitam, de hac nos interrogabit in hora mortis, hanc a nobis respoget in die iudicii. Tunc enim examinabit nos non de opulenta, sapientia aut scientia, sed de bona conscientia. Tunc «non queretur de nobis quid legimus, sed quid fecimus; nec quam bene viximus, sed quam religiose viximus,» ait noster Thomas Theodidactus, lib. I *De Imit. Christi*, in Quocirca de ea adeo sollicitus erat Paulus: «Gratias, ait, ago Deo, qui servo a progenitoribus in conscientia pura,» II Timoth. I, 3; et Act. XXV,

16: «Studeo sine officiculo conscientiam habere ad Deum et ad homines semper.» Eademque impense Christianis commendat: «Gloria nostra haec est, ait, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in grata Dei conversati sumus in hoc mundo.» II Cor. I, 12. «Fini precepti est charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta,» I Timoth. cap. I, vers. 5; et 19: «Milites in illis bonum militiam, habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt;» et cap. III, vers. 9: «Habentes mysterium fidei in conscientia pura;» et cap. IV, vers. 2, ait haereticos habere cauteriatam conscientiam. Ad Titum, I, 15: «Infidelibus, ait, nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum et mens et conscientia.» Hebr. X, 19: «Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habebamus, in omnibus bene volentes conversari.»

Præclare Nazianzenus, orat. 40: «Si diabolus, ait, per avaritiam te oppugnet, regna omnia velut ad se attentata ostendens, atque adorationem a te exigens, ut pauperem contemne; ego, signaculo fretus: Ipse quoque Deus imago sum, nondum ut tu a superna gloria profertur superbiam dejectus sum; Christo indulus sum, in Christo transmutatus sum: tu me ipse adora.»

22. QUI EST IN DEXTERA DEI. — q. d. Christus patiendo et decedendo in immum ascendit ad summum, puta ad dexteram Dei: ita et vobis, o Christiani, eveniet: tolerate ergo fortiter quaevis dura et vilia. Quomodo Christus sedet in dextera Dei, dixi Coloss. III, 1.

DEALTISSIS MORTUIS. — Haec iam desunt in Graeco. Sensus est, q. d. Christus moriens, et resurgens mortem suam et nostram abolevit, et quasi absorpsit, juxta illud Osee XII, 14: «Ero mors tua, o mors; morsus tuus oro, inferno.» Et: «Absorpta est mors in victoria,» I Cor. XV, 54. Vide ibi dicta. Animat fideles ad patientiam et moriendum spe resurrectionis et immortalis ac beatae vite, eis a Christo patefactam et promissam.

PROFECTUS IN COELUM. — Syrus, reverens, non ab angelis, sed suapte vi, non tantum divinitatis, sed et humanitatis gloriose, rimirum per dotem agilitatis ascendit: «per omnes coelos,» ait dicit Actor. I, 9.

SUBJECTUS SIBI ANGELIS. — Christus enim non tantum qua Deus, sed et qua homo, ex vi et dignitate unionis hypostaticae, est primogenitus omnis creature, Coloss. I, 15, hoc est, princeps omnium creaturarum, ac dominus universi, ideoque cepit et flex omnium angelorum, atque ac hominum, uti ait Paulus, Coloss. I, 18, et cap. II, vers. 10, et Ephes. I, 22. Vide ibi dicta. Christus enim est cepit totius Ecclesiae tam militantis, quam triumphantis, quae cum sit una, confatur ex angelis atque ac hominibus. Unde graves Theologi probantur censent angelos quoque ex meritis Christi

sti gratiam et gloriam consecutos esse; hoc enim pertinuisse ad dignitatem Christi, et ad maiorem consociationem Ecclesie, quae constat angelis perinde ac hominibus. Vide Gregorium de Valentia, III part. disp. 1, Quæst. VIII, puncto 3, et Suarez III part., tom. 1, disp. XLII, sect. 1 et II.

Quare merito S. Leo, serm. 4 De Ascensione: «Revera, ait, magna et ineffabilis erat causa gau-

dendi, cum in conspectu sancto multitudinis super omnium celestium creaturarum dignitatem humani generis natura consideret, supergressura angelicos ordines, et ultra Archangelorum altitudinem elevanda, nec ullis sublimitatibus modum suae profectionis habitura, nisi aeterni Patris recepta consensu, illius glorie sociaretur in throno, cuius naturae copulabatur in Filio.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hortatur fideles ut pristinas gentilitium luxurias et cupiditates abiciant, Christo passo se conforment, sollicite Deo vivant: unde, vers. 7, hortatur eos ad studium orationis, naturae dilectionis, hospitalitatis et gloriae Dei promoveenda. Denique, a vers. 12 usque ad finem, hortatur eos ad tolerantiam et magnanimitatem, ut cum Christo, et pro Christo quaslibet persecutiones et afflictiones constanti fortique animo sustineant.

1. Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desitit a peccatis, 2. ut jam non desideris hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis. 3. Sufficit enim praeiteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam his, qui ambulaverunt in luxuriis, et desideris, violentiis, compassationibus, potationibus, et illicitis idolorum cultibus. 4. In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriam confusionem, blasphemantes. 5. Qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare vivos et mortuos. 6. Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est: ut iudicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum in spiritu. 7. Omnium autem finis appropinquavit. Estote itaque patientes, et vigilate in orationibus. 8. Ante omnia autem, mutuum in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. 9. Hospitalis invicem sine murmuratione. 10. Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterum illam ministrans, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. 11. Si quis loquitur, quasi sermones Dei; si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum: cui est gloria, et imperium in saecula saeculorum, Amen. 12. Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat: 13. sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exultantes. 14. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriae et virtutis Dei, et qui est ejus Spiritus, super vos requiescit. 15. Nemo autem vestrum paliatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. 16. Si autem ut Christianus, non embescat: glorificet autem Deum in isto nomine. 17. Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a vobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? 18. Et si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt? 19. Itaque et hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in beneficiis.

1. CHRISTO Igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini. — Vox igitur significat hanc inferri et concludi ex eo quod dixit capite precedenti, vers. 12: «Christus semel pro peccatis

nostris mortuus est; justus pro injustis, ut nos offerret Deo.» Inde enim recte concludit: Igitur et vos Christo pro vobis passo conformamini, et eadem cogitatione armamini, ut cum Christo cruci-

fixo vilia vestra pariter crucifigatis, justitiam ab eo acceptam conservetis, nec ad pristinam injustitiam redeatis; sed justos sanctosque vos iustitiae et offeratis Deo, ne ejus passionem et labores evanescitis, neve ipse gratis et frustra pro vobis mortuus sit.

Præclare S. Bernardus, serm. 3 in Natali Domini: «Ludebam ego, ait, foris in plateis, et in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audivit hoc Unigenitus ejus, exiit, posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flets et ejulans quod morte damnatus esset servulus ejus. Intueor illum subito procedentem, stupeo novitatem, causam perconctor et audio. Quid facturus sum? Adhuc ne ludam, et deludam lacrymas ejus? plane si insanus sum, et deludam inops non sequar eum, nec simul cum legente lugebo;» et mox: «Agnosce, o homo, quam gravia sunt vulnera, pro quibus necesse est hominum Christum vulnerari: si non essent haec ad mortem, et mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei Filius moreretur.» Suo ergo sanguine Christus vilia abolevit, et virtutes nobis emittit, ut eas omni studio, labore et conatu conservemus, augeamus et perficiamus.

Nota: Tē in carne significat primo, Christum passum tantum in hac vita dum esset in carne mortali, non vero post mortem cum descendit ad inferos, uti blasphemata Calvinus, dicens Christum damnationem in se susciperet et liceret. Secundo plerisque ejus dolores, ut verberum, flagellorum, spinorum, spinarum, clavorum, fuisse in carne. Tertio, sub «carne» per synecdochen intelligit animam passibilem et dolorum spacem, eisque obnoxiam. Alludit enim ad illud Christi in horto passionem inchoantis a tristitia: «Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.» Math. cap. XXVI, 41. Carnem ergo opponens spiritui, sub ea et per eam intelligit animam tum sensitivam: haec enim dolores in carne sentiebat, non ipsa caro, Unde S. Augustinus, lib. De Fide et operib., cap. X, legit: «Christo passo per carnem:» tum rationalem, nimirum appetitum ejus inferiorem, qui spectat bonum et commodum naturae, sive personae, sentitque et dolet de ejus incommodis, molestiis, doloribus. Unde de ea ait Apostolus: «Caro,» id est, carnalis anima et appetitus «concupiscit adversus spiritum.» Galat. V, 17; potioris enim Christi dolores fuerunt in anima sensitiva, potissimi in anima et appetitu rationali. In hac enim concipiebat ingentem dolorem de peccatis singulorum hominum, eo quod summe Deum offendant, ut hoc doloris et contritionis actu Deo pro his satisfaceret; in hac quoque dolebat impense hominum malitiam et ingratitude, quod tam nulli suam passionem et gratiam essent aspiraturi, et ultra rulluri in tartara. Unde quarto, per carnem synecdochice accipit totam humanitatem: hanc enim opponit divinitati; nam divini-

tatem Christi esse passam, æque ac humanitatem, docere nonnulli heretici, ut Eutyches cum suis. Ita S. Fulgentius, lib. III ad Thrasim., ix: «Propterea, inquit, Christum fatetur passum in carne, cuius divinitatem moverat prorsus impassibilem permanere.» Sic Joannis 1, 14, dicitur: «Verbum caro factum est:» caro, id est, homo constans carne et anima. Unde ex hoc loco Patres docent primo, contra Nestorium in Christo non fuisse duas personas, sed unam, puta Verbi; secundo, contra Eutychem, in Christo fuisse duas naturas, divinam scilicet et humanam, easque plane inconfusas et impermixtas, distinctas et divinas, eo quod una fuerit impassibilis, altera passibilis. Ita Concilium Hispalense, cap. XII; Theodoretus, Dialog. cap. III; Irenæus, lib. III, cap. XX; Gelasius, lib. De Duabus naturis, et alii.

Nota secundo, pro eadem cogitatione armamini, S. Hieronymus, lib. I Contra Jovinianum, legit, vel potius explicat, eadem conversatione armamini. Graece est τὴν αὐτὴν βίωσιν ἰταστάσθαι, hoc est, eandem cogitationem armamini, id est, velut arma induite, easque vos armate. Occumenius, Pagninus et Tigurina subadijcentes κατὰ virtutem, iuxta eandem cogitationem armamini. Per cogitationem accipit primo, considerationem, estimationem, rationationem, g. d. Cum Christus tanta passus sit pro vobis, cogitate, aestimate et concludite quanta pro eo, imo pro vobis ipsis, puta pro fuga peccati et sequela virtutis, quam vobis sua passione conciliavit, agere et pati debeatis. Hoc est quod monet Paulus: «Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradietionem, et ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restistis adversus peccatum repugnantes.» Hebr. XII, 2.

Secundo, eadem cogitatione, id est, simili resolutione, decreto animi, proposito armate vos: ita Vatablus (1). Sic S. Paulus hortans Philippenses, cap. II, vers. 3, ad humilitatem et amorem mutuum, eodem utitur stimulo: «Hoc enim, ait, sentite in vobis quod et in Christo Jesu,» id est, hinc animi sensum, hoc propositum induite, quod cernitis in Christo, a qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum, et habitu inventus ut homo. Sensus est, g. d. Cum Christus tam resolute et generose pro vobis passus sit et crucifixus, ut peccata et vicia vestra crucifigeret, vos similiter ea in vobis simili animi resolutione et efficaci proposita crucifigite, etiamsi id fiat cum passione et dolore. Rursus Christi exemplo omnia adversa et acerba, que in hac vita plurima occurrunt, fortiter et generose tolerata. Sic Paulus ait Rom. VI, 6: «Vetus noster homo simul (cum Christo crucifixus) crucifixus est, ut destruat corpus peccati, et ultra non servietis peccato.»

(1) Et Alliohi, semperque est genuinus.

sti gratiam et gloriam consecutos esse; hoc enim pertinuisse ad dignitatem Christi, et ad majorem consociationem Ecclesie, quae constat angelis perinde ac hominibus. Vide Gregorium de Valentia, III part. disp. 1, Quæst. VIII, puncto 3, et Suarez III part., tom. 1, disp. XLII, sect. 1 et II.

Quare merito S. Leo, serm. 4 De Ascensione: «Revera, ait, magna et ineffabilis erat causa gau-

dendi, cum in conspectu sancto multitudinis super omnium celestium creaturarum dignitatem humani generis natura concesserit, supergressura angelicos ordines, et ultra Archangelorum altitudinem elevanda, nec ullis sublimitatibus modum suae profectionis habitura, nisi aeterni Patris recepta consensu, illius glorie sociaretur in throno, cuius naturae copulabatur in Filio.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hortatur fideles ut pristinas gentilitium luxurias et cupiditates abiciant, Christo passo se conforment, sollicite Deo vivant: unde, vers. 7, hortatur eos ad studium orationis, naturae dilectionis, hospitalitatis et gloriae Dei promoveenda. Denique, a vers. 12 usque ad finem, hortatur eos ad tolerantiam et magnanimitatem, ut cum Christo, et pro Christo quaslibet persecutiones et afflictiones constanti fortique animo sustineant.

1. Christo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desitit a peccatis, 2. ut jam non desideris hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis. 3. Sufficit enim praeiteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam his, qui ambulaverunt in luxuriis, et desideris, violentiis, compassationibus, potationibus, et illicitis idolorum cultibus. 4. In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriam confusionem, blasphemantes. 5. Qui reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos et mortuos. 6. Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est: ut iudicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum in spiritu. 7. Omnium autem finis appropinquavit. Estote itaque patientes, et vigilate in orationibus. 8. Ante omnia autem, mutuum in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. 9. Hospitalis invicem sine murmuratione. 10. Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterum illam ministrans, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. 11. Si quis loquitur, quasi sermones Dei; si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum: cui est gloria, et imperium in saecula saeculorum, Amen. 12. Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat: 13. sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut et in revelatione gloriae ejus gaudeatis exultantes. 14. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriae et virtutis Dei, et qui est ejus Spiritus, super vos requiescit. 15. Nemo autem vestrum paliatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. 16. Si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine. 17. Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a vobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? 18. Et si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt? 19. Itaque et hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in beneficiis.

1. CHRISTO Igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini. — Vox igitur significat hanc inferri et concludi ex eo quod dixit capite precedenti, vers. 12: «Christus semel pro peccatis

nostris mortuus est; justus pro injustis, ut nos offerret Deo.» Inde enim recte concludit: Igitur et vos Christo pro vobis passo conformamini, et eadem cogitatione armamini, ut cum Christo cruci-

fixo vilia vestra pariter crucifigatis, justitiam ab eo acceptam conservetis, nec ad pristinam injustitiam redeatis; sed justos sanctosque vos iustitiae et offeratis Deo, ne ejus passionem et labores evanescitis, neve ipse gratis et frustra pro vobis mortuus sit.

Præclare S. Bernardus, serm. 3 in Natali Domini: «Ludebam ego, ait, foris in platea, et in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audivit hoc Unigenitus ejus, exiit, posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flets et ejulans quod morte damnatus esset servulus ejus. Intueor illum subito procedentem, stupeo novitatem, causam perconctor et audio. Quid facturus sum? Adhuc ne ludam, et deludam lacrymas ejus? plane si insanus sum, et deludam inops non sequar eum, nec simul cum legente lugebo;» et mox: «Agnosce, o homo, quam gravia sunt vulnera, pro quibus necesse est hominum Christum vulnerari: si non essent haec ad mortem, et mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei Filius moreretur.» Suo ergo sanguine Christus vilia abolevit, et virtutes nobis emittit, ut eas omni studio, labore et conatu conservemus, augeamus et perficiamus.

Nota: Tē in carne significat primo, Christum passum tantum in hac vita dum esset in carne mortali, non vero post mortem cum descendit ad inferos, uti blasphemata Calvinus, dicens Christum damnationem in se susceperet et liceret. Secundo plerisque ejus dolores, ut verberum, flagellorum, spinorum, spinarum, clavorum, fuisse in carne. Tertio, sub «carne» per synecdochen intelligit animam passibilem et dolorum spacem, eisque obnoxiam. Alludit enim ad illud Christi in horto passionem inchoantis a tristitia: «Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.» Math. cap. XXVI, 41. Carnem ergo opponens spiritui, sub ea et per eam intelligit animam tum sensitivam: haec enim dolores in carne sentiebat, non ipsa caro, Unde S. Augustinus, lib. De Fide et operib., cap. X, legit: «Christo passo per carnem:» tum rationalem, nimirum appetitum ejus inferiorem, qui spectat bonum et commodum naturae, sive personae, sentitque et dolet de ejus incommodis, molestiis, doloribus. Unde de ea ait Apostolus: «Caro,» id est, carnalis anima et appetitus «concupiscit adversus spiritum.» Galat. V, 17; potiores enim Christi dolores fuerunt in anima sensitiva, potissimi in anima et appetitu rationali. In hac enim concipiebat ingentem dolorem de peccatis singulorum hominum, eo quod summe Deum offendant, ut hoc doloris et contritionis actu Deo pro his satisfaceret; in hac quoque dolebat impense hominum malitiam et ingratitude, quod tam nulli suam passionem et gratiam essent aspiraturi, et ultra rulluri in tartara. Unde quarto, per carnem synecdochice accipit totam humanitatem: hanc enim opponit divinitati; nam divini-

tatem Christi esse passam, æque ac humanitatem, docere nonnulli heretici, ut Eutyches cum suis. Ita S. Fulgentius, lib. III ad Thrasim., ix: «Propterea, inquit, Christum fateatur passum in carne, cuius divinitatem moverat prorsus impassibilem permanere.» Sic Joannis 1, 14, dicitur: «Verbum caro factum est:» caro, id est, homo constans carne et anima. Unde ex hoc loco Patres docent primo, contra Nestorium in Christo non fuisse duas personas, sed unam, puta Verbi; secundo, contra Eutychem, in Christo fuisse duas naturas, divinam scilicet et humanam, easque plane inconfusas et impermixtas, distinctas et divinas, eo quod una fuerit impassibilis, altera passibilis. Ita Concilium Hispalense, cap. XII; Theodoretus, Dialog. cap. III; Irenæus, lib. III, cap. XX; Gelasius, lib. De Duabus naturis, et alii.

Nota secundo, pro eadem cogitatione armamini, S. Hieronymus, lib. I Contra Iovinianum, legit, vel potius explicat, eadem conversatione armamini. Graece est τὴν αὐτὴν βίωσιν ἰταστάσθαι, hoc est, eandem cogitationem armamini, id est, velut arma induite, easque vos armate. Occumenius, Pagninus et Tigurina subadijcentes κατὰ virtutem, iuxta eandem cogitationem armamini. Per cogitationem accipit primo, considerationem, estimationem, rationationem, g. d. Cum Christus tanta passus sit pro vobis, cogitate, aestimate et concludite quanta pro eo, imo pro vobis ipsis, puta pro fuga peccati et sequela virtutis, quam vobis sua passione conciliavit, agere et pati debeatis. Hoc est quod monet Paulus: «Re cogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradietionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restistis adversus peccatum repugnantes.» Hebr. XII, 2.

Secundo, eadem cogitatione, id est, simili resolutione, decreto animi, proposito armate vos: ita Vatablus (1). Sic S. Paulus hortans Philippenses, cap. II, vers. 3, ad humilitatem et amorem mutuum, eodem utitur stimulo: «Hoc enim, ait, sentite in vobis quod et in Christo Jesu,» id est, hinc animi sensum, hoc propositum induite, quod cernitis in Christo, a qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum, et habitu inventus ut homo. Sensus est, g. d. Cum Christus tam resolute et generose pro vobis passus sit et crucifixus, ut peccata et vicia vestra crucifigeret, vos similiter ea in vobis simili animi resolutione et efficaci proposita crucifigite, etiamsi id fiat cum passione et dolore. Rursus Christi exemplo omnia adversa et acerba, que in hac vita plurima occurrunt, foriter et generose tolerata. Sic Paulus ait Rom. VI, 6: «Vetus noster homo simul (cum Christo crucifixus) crucifixus est, ut destruat corpus peccati, et ultra non servius peccato.»

(1) Et Alliohi, semperque est genuinus.

Et Galat. II, 19: « Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam. Christo confixus sum cruci. Vivo autem jam non vivo in me, vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. »

Docent ergo S. Petrus et Paulus non tantum Religiosos, uti pulchre ostendit Cassianus, lib. IV Instit., cap. XXIV et XXXV: sed et Christianos omnes cum Christo crucifixo debere esse crucifixos mundo, ejusque pompis et vitis, adeo ut Christianismus sit imago crucis, et tota veri Christiani vita eam proferat figuram et speciem, quam habuit Christus cruci affixus. *Primo* enim, sicut qui in cruce suspensus est, non potest pro libito manus et membra movere, sed ea affixa habet ligno; ita Christianus non potest ad libitum se suaque membra movere, sed ea debet conformare et quasi affigere legi Dei et Christi. *Secundo*, sicut cruci affixus assidue sua cruce cruciatur: sic lex Christi assidue sensum et carnem cruciat, utpote ejus desideria et concupiscentis repugans, easque mortificans et resarcere jubens. *Tertio*, sicut suspensus non curat homines transientes, spectacula, pompas, delicias: sic Christianus eadem curare non debet, nec eis cor affigere. *Quarto*, suspensus de crastino non est sollicitus, nullaque pecunia, aut possessionum cupiditate tenetur: idem faciat Christianus. *Quinto*, suspensus licet in corpore spirans, cura tamen et cogitatione rebus omnibus est hortatus, ea vero tantum cogitat ad que paulo post migraturum se sperat: sic et Christianus non solum vitis et concupiscentis, sed et ipsis mundi elementis rebusque omnibus affectu sit mortuus oportet, totumque cor convertat ad Deum et cœlum, quo singulis momentis sperat se perventurum: unde fiet ut mundi actibus et desideris defunctus, jam non vivat ipse, sed vivat in eo Christus, qui crucifixus est pro eo.

Nota tertio: *Ti armamini, primo*, generaliter potest accipi pro *induite*, instruite: sic enim subinda vestes et quœvis instrumenta vocantur arma. *Secundo* tamen proprie et nervosius, *ti armamini* accipere pro *armate vos, armis vos instruite*. Hec vox inuult *primo*, vitam hominis, presertim Christiani, non esse aliud quam militiam, ut ait Job XIV, 1, in qua continuo contra demonem, carnem et mundum luctandum et decertandum est. *Secundo*, panopliam, id est, plenam armaturam Christi fuisse passionem et crucem: hæc enim debellavit peccatum, mortem, infernum et diabolum. Unde symbolice Thomas Anglicus notat Christum in cruce fuisse instar equitis armati: coronam enim spinam illi fuisse pro galea, carnem pro lorica, clavos pro gladio, crucem pro equo. *Tertio*, panopliam pariter ejusque Christiani esse passionem et crucem Christi, ejusque cogitationem, memoriam, considerationem, et invocationem: isdem enim armis uti et pugnare

debet Christianus, quibus usus est et pugnavit Christus. Quocirca nullum effluat telum aut clypeus est ad resistendum tentationi demonis, carnis et mundi, quam cogitatio Christi crucifixi, uti docuit cap. II, vers. 21, et cap. III, vers. 18. Vide et panopliam Christiani a capite ad talos, quam ex Apostolo descripsit Ephes. VI, 13.

Hujus rei symbolo in Confirmationis sacramento ab Episcopo in fronte signamur, eoque quasi milites et pugiles Christi autoramur et roboramur, ad certandum pro fide Christi usque ad mortem et martyrium. Ita Constantinus Magnus in *Edicto*, sui ipsius Confirmationem referens: « *Devaloque*, ait, *me de fonte*, induto vestibus candidis, septiformis gratie Spiritus Sanctus confirmationem adhibuit beati Christiani unctione, et vexillum crucis in mea fronte inivit; » et Prudentius in *Psycholochia*:

*Post inscripta nec frontis signacula, per que
Unigenitum regale datum est, et christi pœnne.*

In fine in Ordine Romano die Jovis sancto, forma crucis vocatur, a signum frontis et sacri frontis bellatoris, et signati Christiane sancto, signiferi esse mareamur celestis: quocirca veteres non tantum Deo frontem, in qua residet pœnor, in Confirmatione ungebant et signabant cruce, ad intrepide profundam fidem et crucem, sed etiam alia membra. Id etiamum servavit Grech, qui, ut ait Iepemius, Patriarcha Constantinopolitani, in *Professione fidei*, unguunt frontem, oculos et dorsum in formam crucis. Ethiopes vero, ut habet eorum Ritualis, sive Ordo baptismi, unguunt non tantum oculos, frontem et dorsum in formam crucis, sed et narces, labia, pectus, stomachum, tibias, genua et pedes, ut significant cruce obsignanda esse omnia membra, omnes sensus, omnes actiones Christiani.

Hinc rursum militiæ Christianæ tessera et vexillum est crux. Primus enim Constantinus Magnus aquilas, quas Romani in vexillis præferrebant, mutavit in labarum crucis, quod et omnibus ostensum erat cum hoc lemmate: « In hoc signo vincas: » eoque illustres victorias de Maxentio aliusque tyrannis obtinuit, uti narrat Eusebius in *Vita Constantini*. Id seculi sunt Christiani in bello sacro: quotquot enim nomen dabant militiæ ad recuperandum Terram sanctam, cruce signabantur. Vide Gregerum *De Cruce*.

QUIA QUI PASSUS EST IN CARNE, HERUIT A PECCATIS.
— Multi per *passum in carne* accipiunt Christum; de Christo enim paulo ante dixit: « Christus igitur passus in carne, » etc., siquæ explicant, *q. d.* Christus passus in carne per passionem enervavit et abolevit peccata, dum nos per suam gratiam ab illis facit desinere et cessare: ut sit Hebraismus quo *Cal* ponitur pro *Hiphat*, puta *desit pro desinere facit*. Aut, ut alii, « desit a peccato, » ut habent Græci, id est, desit esse hostia pro peccato. « Una enim oblatione consummavit in

eternum sanctificatos, » *Hebr.* cap. X, vers. 14.

Verum hæc violenta aut conferta videntur. Quare (Eumenius et alii genuine per *passum in carne*, puta crucifixum, accipiunt Christianum; hic enim, ut jam dixi, in baptismo concrucifixus, commortuus et conspultus est Christo, ut ait Paulus *Rom.* VI, 4. Rursum hic passus est in carne, quia carnem suam cum ejus concupiscentis affligit, mortificat et crucifigit. Ad Christianum enim, non vero ad Christum pertinent ea quæ sequuntur: « Ut jam non desideris hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis. » Sensus ergo est, *q. d.* Christianus qui instar Christi crucifixi crucifixus est, carnem suam crucifigendo cum vitis et concupiscentis, hic jam desit, valedixit et renuntiavit peccatis, ut deinceps in carne non vivat carni, sed Deo, perinde ac si angelus esset in carne, eam spiritu subdens, spiritalem efficiens, et pene in spiritum transmutans: quocirca non vivat « desideris, » id est, secundum desideria hominum Gentilium et carnalium in luxuriis, violentis, comensationibus, nisi mox explicat; sed « voluntati, » id est, juxta voluntatem « Dei, » ut eam in omnibus sibi regulam vivendi statuatur, eaque agatur et impellatur ad omne bonum factum, quod scilicet ipse jubet uti consulti. Unde S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, legit: « In Dei voluntate reliquum in carne tempus exigit. » Pie et sapienter S. Augustinus in *Manuali*: « Perdit, ait, quod vivit, qui te Deum non diligit; qui curat vivere non propter te, Domine, nihil est, et pro nihilo est: qui tibi vivere recusat, mortuus est: qui tibi non sapit, desipit. » Et mox: « Anima que te non querit nec diligit, mundum diligit, peccatis servit, et vitis subjecta est, nunquam quieta, nunquam secura est. Famuletur tibi semper anima mea, suspirat tibi semper peregrinatio mea, ardeat in amore tuo cor meum, requiescat in te, Deus meus, anima mea; contempletur te in mentis excessu, cantet laudes tuas in jubilatione, et hoc sit in hoc exilio meo consolatio mea. » Significat ergo S. Petrus Christianos debere redimere tempus preteritum male impensum carni et veneri, ut a baptismo omnem deinceps vitam consecrarent Christo, tantoque impensius studeant virtuti, quanto insolentius olim studeverunt voluptati, uti et monet S. Paulus *Rom.* VI, 19. Si enim redeant ad priores cupiditates, irritabunt Deum, graviusque ab eo punientur. Nam, ut ait S. Petrus *epist.* II, cap. II, vers. 21: « Melius erat illis non cognoscere viam justitiae, quam post agnitionem retrosum converti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis tunc veri proverbii: *Canis reversus ad suum vomitum, et sus iota in vomitum huius.* »

3. **SUFFICIT ENIM PRÆTERITUM TEMPUS** (græca addunt *hoc*, id est *otia*) AD VOLUNTATEM GENTIUM CONSERVANDAM, — hoc est, « voluntatis, » id est desideria, Gentium « consummasse, » ut legit

S. Augustinus, *hom.* 20 inter 50. Clare Paginatus et Tigrinus: « Sat enim est nobis, quod antea vite tempore voluntatem Gentium palaverimus, cum verseremur in lascivis, concupiscentis, violentis. » Ex modestia, et, ut junior sit increpatio, S. Petrus se Gentibus annumerat, cum ipse Gentilis non fuerit, multo minus gentiliter vixerit. Explicat *reliquum in carne, q. d.* Magnam et meliorem etatis partem in gentilismo transegestis carni et vitis: parva vite pars vobis superest; ejus ergo reliquum, quod medicum est, declinans et senescens, date Deo et virtuti. Ergo sat veneri ventriculo datum, nunc vivite Christo. Sic Udo, Archiepiscopus Magdeburgensis, turpiter vivens, ocellis monitus est hæc voce: « Udo, Udo, cessa a ludo, Insum satis, Udo. » Sed quia finem ludendi non fecit, capite plexus est a S. Maurilio in publico urbis templo, ubi etiamum crucis ejus vestigia in marmore cernuntur, uti narrat Naclerus, vol. III, generat. 43; Fulgiosus, lib. IX, cap. XII, et alii. Sic ait Ezechiel, XIV, 6: « Sufficiant vobis, domus Israel, omnia scelera vestra; » et cap. XIV, vers. 9: « Sufficiat vobis, principes Israel, iniquitatem et rapinas intermitte, et iudicium et iustitiam facite. » Hoc est quod fideles monet S. Paulus, *Rom.* XII, 11: « Hora est jam nos de somno surgere, etc., nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abijcimus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulamus: non in comensationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitis, non in contentione et emulatione; sed induimus Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis. » Vide ut S. Petrus S. Paulus quasi chorda chordæ concordet et succinat.

HI QUI AMBULABERUNT, — voluntatis se de vitio in vitium: tres enim sunt gradus peccatorum, primus aggredi peccatum, secundus in illo ambulare et stare, tertius in illo sedere et conquescere, illique se totum dedere et affigere, quos expressit Psalterio initio Psalmorum, dicens: « Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentie non sedit. » Impii ergo ambulantes de peccato in peccatum. Ex adverso de justis dicitur *Psalm.* LXXXIII, 8: « Ibunt de virtute in virtute, videbitur Deus decorum in Sion, » quod S. Paresus apud Bedam, lib. III *Histor.*, cap. XIX, auditur angelos sibi occinentes.

IN LUXURIIS. — Græcum *λασκα* significat lasciviam, insolentiam, petulantiam, proccatitatem, proterviam, tum in impudicis verbis, gustibus, tactibus; tum in dietis, irrisionibus, molestiis, quibus vexatur et molestatur proximus.

DESIDERIS, — *inbivatis*, id est, concupiscentis. Impiorum enim cor his aestuat, et instar cili-bani ardentis assidue ejaculatur scintillas, puta ardentia desideria nunc libidinis, nunc gula, nunc avaritiæ, nunc iræ, nunc vindictæ, etc. Nam, ut ait Seneca: Immensus sunt hominum

cupiditates semperque hiant et poseunt. « Allera ex fine aliorum nascitur : qualem dicimus esse seriem causarum, ex quibus nominatur fatum, talem dicimus esse cupiditatem. » Ita ipse *epist.* 19. Vere sapiens *Eccli.* xviii, 30: « Si prestes animae tue concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. »

VIOLENTIIS. — Perperam aliqui legunt *volentis* : graeco enim est *επιθυμίας*, id est, temulentis, violentis, crapulis, quales sunt abriosis, qui mero pleni non nisi vinum olent et eructant, adeoque in vino corpus, sensus, animam, mentem totosque se obruant et sepeliunt; mortui quam vivis similiores; unde Syrus verit, in *crapula et ebrietate et proterita et casta.*

COMMISSIONARIIS. — De his dixi in Comment. in *Epist.* S. Pauli, Rom. xiii, 13.

POTATIONIBUS. — Haec vox distinguitur a violentis, quasi causa ab effectu; potatio enim causat violentiam. Rursum quasi genus a specie: potatio enim fit non tantum vino, sed et mulso, cerevisia alicujusque potibus.

ET ILLECITIS MOLUORUM CULTIBUS. — « Illicitis, id est abominandis et execrandis; est iniquis. Unde S. Augustinus, *hom.* 20 inter 50, legit *refertur ad idolorum servitutibus*. Gentiles enim non tantum colebant Cererem quasi deam dantem fruges, et Bacchum quasi deum dantem vinum; sed et aliis suis desideris et cupidinibus quibusque praedebant deos, quos invocabant ut res concupiscentibus sibi concederent, sicut « Volupiam, quae a voluptate appellata est, et Libentiam, cui nomen est a libidine, » ait S. Augustinus, *lib. IV De Civit.*, cap. viii. Tacet deam Virginensem, Premam, Partundam, Venerem, Priapum et alios obsceniorum, quos nominare pudet non sinit, adeo ut S. Augustinus eos referens, *lib. VI, cap. ix*, erubescat et perhorrescat.

Hinc patet hanc epistolam, licet primario scripta sit ad Iudaeos, secundario tamen scriptam quae ad Gentiles ad Christum conversos: hi enim in gentilismo vacarunt idololatriam, luxuriam et gentem: Iudaei vero post reditum a Babylone amplius non coherant idola.

4. IN QUO ADMIRANTUR. — *Συζωοντες*, id est peregrinantur, hoc est, peregrini sibi videntur, et quasi esse in alio mundo, videntes rem tam inopinatam, vitam scilicet vestram tam sanctam et admirandam, quam quasi rem peregrinam, novam et insolitam admirantur et stupescunt: nimirum ingens miraculum est videre Gentilem factum Christianum subito mores in contrarium mutare, ut fiat novus homo, ex ebrio sobrius, ex incesto castus, ex superbo humilis, ex animali spiritus. Ea ergo est vis legis Evangelicæ et gratiae Christi, de qua *Psalmes Psal.* xviii, 8: « Lex Domini, ait immaculata convertens animas. » Et *Isaias*, cap. vii, vers. 18: « Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum et in portentum. » Unde *Gen.* unicuique: « Ipsi, ait, Gentiles demiran-

tur vos, quod cum ipsis in simlem impletatis *ἀσέβωντες*, id est refusionem, hoc est confusionem, non concurratis. » Tum quia mirantur vestram mutationem, tum quia mirantur se a vobis desertos, tum quia mirantur vos concupiscentias vincere, quibus ipsi indulgentes seque mancipantes putant esse impossibile posse carere.

Nota: Pro confusionem graeco est *ἀσέβωντες*, quod primo significat « refusionem, » qua scilicet interrogationi turpi vel actui, turpis responsio vel actus regeritur et refunditur; *secundo*, « redundantiam, » Libido enim instar maris redundat et exstat in omnes obscenitates. Unde Syrus verit, *ecce nunc admirantur, vosque maledictis prosequuntur, eo quod libidine non pruritis cum eis in illa priore ingluvie*. Tertio, « mollitiem et lasciviam; » quarto, « confusionem, » ut verit *Edomem*, eamque duplicem, scilicet primo, pudorem et erubescantiam; *secundo*, commixtionem qua viri vel femine turpiter, infandè et subinde contra naturam inter se commisceantur: libidine enim est portentosa et insatiabilis, unde novus semper turpitudinis modus excoigit.

BLASPHEMANTES. — *q. d.* Ita vestram mutationem admirantur, ut simul eam non laudent, sed blasphemant, id est vituperent, rideant, execrentur, utpote suis moribus contrariam, ac tacitam eorumdem reprehensionem: vestris enim virtutibus reipsa taxatis et damnatis eorum vita. Sic hodie videmus viros Religiosos ab improba blasphemari, quia eorum virtutes et religionis splendor improborum quasi nocturnum oculos perstringit et pungit, cum videant sua vitia ab his reipsa traduci et damnari. Quare qui id fati, ostendit se improbum, saepeque deprehensum est occultam aliquam libidinem aut vitium talibus dominari, etiamsi illud celare, et externa morum honestate velare conentur. Vere S. Prosper, *epigrammat.* 32:

*Impia, ait, pars mundi parvi est infesta plorata,
Nec tolerare potest dissimiles animas,
Nidens potentes oculos presentibus uti,
Sperantesque sibi credita posse dari.*

5. QUI REDDENT RATIONEM EI QUI PARATUS EST JUDICARE VIVOS ET MORTUOS. — « Qui paratus est, primo, idem est, quod qui destinatus est iudex. *Secundo*, qui ex zelo justitiae et vindictae inhabit iudicio, avidoque diem iudicii expectat. *Tertio*, qui brevi et proximo iudicaturus est, id est qui in promptu habet tum sententiam et testes, puta angelos, demones ipsam, ac hominis conscientiam, quibus reos convincat et damnet; tum virtutem et potentiam, qua damnatos a se etiam reges et principes trudit in abyssum gehennae, ut nemo ejus oculos, os et manus evadere possit.

Quocirca tunc sero agnoscent suum errorem dicentque attoniti: « Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus

invaniam, et finem illorum sine honore. Eos quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illorum est. » De se vero ululantes plangent: « Ergo erravimus a via veritatis, et justitiae lumen non luxit nobis, et sol intelligentiae non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles; viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, et tanquam nuntius pereurrens, et tanquam navis quae pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum pertransierit, non est vestigium inventae, » etc. *Sep.* v, 3 et seq.

Sapienter S. Augustinus, *Solit.* cap. xiv: « Cum hoc, ait, diligenter considero, Domine Deus meus terribilis et fortis, timore pariter et ingenti rubere confundor, quoniam nobis magna est indidita necessitas justè recteque vivendi, qui cuncta facimus ante oculos Judicis cuncta cernentis. »

6. PROPTER HOC ENIM ET MORTUUS EVANGELIZATUS EST: UT JUDICENTER QUIDEM SECUNDUM HOMINES IN CARNE, VIVANT AUTEM SECUNDUM DEUM IN SPIRITU. — Probat Christum judicaturum vivos et mortuos, et eo quod descendens ad inferos iudicari mortuos carne, sed vivos spiritu. Plane enim alludit ad id quod de eisdem dixit cap. preced. vers. 18: « Christus enim dei dilectus mortuus est, iustus pro iniustus, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu: in quo et hi qui in carcere erant spiritibus, veniens predicavit; » sicut enim S. Petrus idem repetere et inculcare. Unde toties repetit et inculcat passionem Christi, patientiam, amorem fraternalis aliosque virtutes Christianas. Hoc enim est officium boni Pastoris, doctoris et predicatoris: nec enim auditores ea quae dicuntur illico capiunt, aut faciunt, sed identidem eadem illis repeti et imprimi debent: qua de causa S. Chrysostomus, in homiliis ad populum, saepe et pene ad nauseam insectatur jurandi consuetudinem, quae tunc Antiochiae vigebat, ac palam profiteretur se non destitutum ab hac iteratione et inrepetitione, debere auditores eam coherere, Jam variè variè hunc locum explicant.

Primo Pererius, *lib. IX in Genes.*, disp. xxx, num. 91, et Salmeron hic per « mortuos » accipiunt mortuos, *q. d.* Homines mortuos dum in hac vita vivunt, serio et vere predicatur futurum iudicium post mortem: ergo mortui vere iudicandi sunt a Christo.

Secundo, Arias « mortuos » accipit mystice, nimirum mortuos peccato, *q. d.* Iis qui in Christo mortui sunt mundo et peccatis, hoc Evangelium, id est lectum nuntium allatum est, quod licet secundum hominem et carnem, id est quoad externam speciem, reliquis hominibus similes esse iudicatur, vivunt tamen secundum Deum in spiritu, id est spiritu, mente et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus

Sic fere et Dionysius explicat, *q. d.* Mortui in Christo iudicantur et damnantur ab hominibus lupis saeculi, vivunt tamen coram Deo in spiritu, utpote Dei gratia et charitate praediti. Huc accedit Alcazar in *Apoec.* xxi, 20, annot. 18, qui mortuos intelligit peccato et amoris proprio, *q. d.* Christus iudicaturus est vivos et mortuos mystice. Sic enim ab Apostollis evangelizatum est mortuis, id est fidelibus, qui peccato et mundo mortui sunt, idque ad hoc ut patienter ferant se carne iudicari, id est damnari, cruciari et occidi propter Christum, scientes in Dei tribunali sibi adjudicandam causam; seque donandos praemio vitae spiritualis, gloriose et aeternae, ut scilicet apud Deum vivant spiritu immortali, indefesso et beatissimo.

Tertio, alii, *q. d.* Mortui in Christo iudicant, id est damnant scelera quae fere in ipsa hominis carne resident, ideoque se Deo spiritu excolentes et vivificandos subiiciunt. Verum hi omnes « mortuos non proprie ad litteram, sed mystice et spiritualiter accipiunt, eum proprie ut sonat videatur accipiendum. Sic enim immediate ante accipit S. Petrus, cum dicit Christum iudicaturum vivos et mortuos, idque hic probare contendit.

Quarto ergo Communitas proprie « mortuos » accipiens sic explicat, *q. d.* Christus descendens ad inferos iudicavit, id est damnavit mortuos ibi degentes, eos scilicet, qui dum in vivis agerent, more hominum carnalium turpiter in carne vivebant: vivificavit vero et salvavit eos, qui secundum Deum in spiritu, id est pie et spiritualiter vitam traxerant. Verum hic deus ponit ordines, unum salvandorum, alium damnandorum, ac consequenter alios facit iudicatos a vivificatis, cum S. Petrus videatur facere eosdem. Hoc enim significant illa particulae quidem et autem, quae sibi invicem in eadem re et in eodem subjecto opponi solent.

Quinto, alii explicant, *q. d.* Christus descendens ad patres mortuos in limbo detentos, eis evangelizavit et nuntiavit quod iudicentur, graeco *ἐπιβίαις*, in futuro, id est iudicandi sint quidem in die iudicii, « secundum homines, » id est quatenus homines iam rediit rursus existent in carne: « in ea enim resurrecturi sunt et iterum ad iudicium, » sed pariter eis nuntiavit quod ad iudicium ipso vivificandi sint « spiritu » gratiae et gloriae simpliciterae. Verum haec expositio non satis explicat antithesim, quae est in *iudicari carne, et vivificari spiritu*; rursum, inter *secundum homines et secundum Deum*; sed homines Deo, carnem spiritu, et iudicium vivificationis subterfuit et subordinat.

Sexto, alii: Probat, inquit, S. Petrus Christum venturum ut iudicet non tantum vivos, sed et mortuos, ex eo quod, ut dixit cap. preced. vers. 19, Christus descenderit ad inferos, ut iis qui olim mortui esset descenderant, evangelizaret et predicaret, ad hoc non ut mortuos in peccato converteret, sed ut quasi iudex eos iudicaret,

non solum percellendo et condemnando demones et reprobos jam in gehennam damnatos, sed etiam iudicando justos olim incredulos. Nos mirabili diluvium, postea vero credentes et penitentes: hos enim iudicavit, hancque in eos sententiam protulit, dicens: Ego vos ob incredulitatem et peccata damnavi « secundum hominem, » id est, exterius « carne, » ut scilicet exterior vester homo, puta corpus et caro, mureretur et mergeretur diluvio; vel « secundum homines, » id est, ut more hominum, qui corpus possunt interficere, non animam, putramini et moriamini in carne; sed quia ante mortem penitistis, idcirco secundum Deum, id est, interioris et secreto coram Deo animam vestram ad iudicium vite, ut scilicet per eam mortem et redemptionem vivatis in eodem spiritu, ideoque communio spiritui vestro visionem meam divinitus, eaque vos hoc et glorifico, faciendam pariter et tertio die mecum is resurgat in corpore ad vitam plenam, gloriosam et eternam, Ita Suarez, III part., tom. II, disp. xliii, sect. 3, et Gregorius de Valentia, III part., II, Quest. IV, puncto 2.

Item: Pro iudicatur et vivat, græce sunt futura *epitaphion* et *Genet*. Ergo hoc iudicium adhuc futurum est, illud vero Christi jam dictum peractum est, cum ipse descendit ad inferos. Ergo de eo non loquitur hic S. Petrus. Respondet primo: Hæc futura non referuntur ad tempus præsens potius, sed Christo, puta ad tempus Christi descendit ad inferos: tunc enim erat adhuc futurum, non factum, q. d. Christus descendit ad inferos evangelizatum mortuis, ad hoc ut eos iudicaret carne, et vivificaret spiritu: necdum enim erant ab eo iudicati et vivificati, sed adhuc iudicandi et vivificandi.

Secundo, Christus tunc inchoavit iudicium, consummabit vero illud in fine mundi. Tunc ergo peraget plenum et universale iudicium, quod suæ adhuc futurum est: tunc enim iudicium illud in limbo secreto peractum celebrabit eorum toto mundo, sententiamque suam confirmabit et publicabit, ut duret per omnem æternitatem, q. d. Christus descendit ad inferos ut mortuos iudicaret carne, et vivificaret spiritu, libuitque in hoc descensu fecit inchoate, plene vero et perfecte illisum faceret iudicium.

Tertio, Christus iudicavit mortuos in limbo carne, id est, punivit eos in futurum, quia eis hanc præsentiam exterius irrogavit, ut publicum apud homines subirent notam et ignominiam, ut scilicet homines non tantum præteriti, sed et futuri iudicent, æstimantque eos quoad carnem diluvio mersos et suffocatos iuste ob eorum incredulitatem et peccata, imo iudicent eos quoad animam damnatos, esto secreto coram Deo vivificati sint spiritu. Sic enim etiamnum vici docti, ut dixi cap. præced., vers. 19 et 20, censent omnes diluvio mersos fuisse damnatos. Christus ergo sus iudicio hanc eis notam apud homines irro-

gavit, voluitque ut hoc hominum iudicium paterentur ob suam culpam, quia scilicet sua incredulitate et peccatis, æquæ iusta punitione et morte qua mersi sunt diluvio, hominibus iustam hos suspicandi occasionem dederunt; verum quia S. Petrus ait: « Ut iudicentur secundum homines, » non « hominum, » hinc videtur potius loqui de iudicio hominum, quam de iudicio Christi, alioquin dixisset ut iudicet eos Christus, vel ut iudicetur a Christo. Potius ergo videtur loqui de mortuis, qui in pietate et carnis mortificatione iudicantur ab hominibus carnalibus egisse vitam miseram, superstitiosam et stultam, non autem de mortuis in peccato, et mersis in diluvio. Unde ait his evangelizatum, id est, letum unumquemque de mercede et premio vite beate allatum finem.

Quare septimo, hic videtur genericus totius huius loci esse contextus et sensus: ne quis miretur id quod dixit S. Petrus Christum iudicaturum mortuos, id ipsum probat, dicens: « Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est. » Loquitur enim contra Gentiles et Epicureos viventes in luxuriis, violentiis, commensationibus, dicentes:

Ete, hinc, iude: post mortem nulla voluptas,

quasi omnis felicitas in his et in hac vita consistat: cessant enim animam interire cum corpore, ac proinde stultum esse voluptatibus huius vite abstinere ex carne mortificare spe futura vite, utpote que nulla sit, ac proinde nullum in ea de gessis presentis vite sit expectandum iudicium, nulla merces et retributio: mortuos enim nihil sentire, nihil scire, nihil pati, imo plane non esse. Evertit hoc S. Petrus docens Christum iudicaturum iam mortuos, quam vivos, etisque pro meritis premia redditurum; mortuos ergo vivere quoad animam, ac proinde Christianos debere pristinis cupiditatibus renuntiare, vitis carnis abstinere, ac Christo passo et crucifixo se conformare, crucifigendo carnis appetitus: « Ut iam, inquit vers. 2, non desideris hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis, » ut nimirum in altera vita cum Christo resurgatis ad gloriam. Probat hæc omnia ex eo quod Christus, ut ostenderet se iudicaturum mortuos æque ac vivos, descendit ad mortuos patres in limbo degentes, qui in hac vita vixerant pie, caste, sancte secundum spiritum, non secundum carnem, neque evangelizavit, id est, attulerit letum et vitam beatitudinis, nimirum ad iudicandum eos carnis et vite beate, eamque quasi iudex reipsa illis largiendo, ita ut licet illi iudicentur et æstimantur a secundum homines, « id est ab hominibus mandantis, esse mortui (« enim mortui iam repetendum esse patet ex antithesi que sequitur: « Vivant autem, » etc.), id est plane interitæ « in carne, » ideoque fuisse miseri et superstitiosi vel fatui, quod, dum viverent, carnis voluptates spreverant, eamque cum vitis et con-

cupis mortificaverint et crucifixerint, ut esse æstimarent Christo postea passo et crucifixo, iudem tamen « vivant secundum Deum, » id est, coram Deo, et dono Dei in spiritu gratiæ et gloriæ celestis. Tis enim ut licet iudicentur secundum homines respicit id quod dixit vers. 4: « In quo agnoscitur vitam egerunt in carnis mortificatione, et in spiritu puro sanctoque serviverunt Deo, pro corpore dura, adeoque mortem ipsam passi sunt. Teles quoque fere nulli mersi diluvio, qui prius increduli Noe illum minitanti, ut dixit cap. præced., vers. 20 (eo enim alludit, vacabant luxuriis, potationibus, commensationibus; postea tamen terræ constantia manum Noe et fabricationis arca penituerunt, neque dederunt abstinentiæ, continentiæ et penitentiæ. Hos enim homines carnales iudicabant plane mortuos, et carne mersos in diluvio, cum tamen per Christum vivant spiritu. Horum enim exemplum Christianis proponit ut eos imitentur, ac pristina carnis illecebraz abdicent, spiritusque gratiæ vivant, ut hoc cum Christo resuscitari, felicitate donari, et spiritu gloriæ æternæ vivere et beati mereantur. Hic enim versus pendet a vers. 1 et seq.

Porro ex horum piorum gloria et premio colligenda reliquit S. Petrus impiorum poenas et supplicia que scilicet tormenta eos mansent, qui carnis voluptatibus indulgentes, totos se tradiderunt luxuriæ et crapulæ, ut hoc devitent fideles, et pios in mortificatione carnis viventes et mortuos sequantur. Unde et subdit: « Omnium autem finis appropinquavit. »

Nota primo, et secundum homines idem est quod ab hominibus, qui humana, id est exteriora et sensibilia æstimant, quæ tantum iudicant, amant et sectantur ea que vident, sentiunt et aspiciunt « in carne, » et carnalibus voluptatibus, ne profunde iudicent eos qui in carne vixerunt et vivunt abstinentes et continentes, esse miseros, superstitiosos et fatuos.

Hæc opponitur et secundum Deum, id est, apud Deum, coram Deo, a Deo, dono et premio Dei, qui est hominis spirituum, piæ mentem inspicit, eamque iudicat secreto, interioris et invisibiliter conferendo et vitam spirituum, puta vitam spiritalem, celestem, angelicam, beatam et divinam.

Nota secundo, alludit S. Petrus ad Christum, quem cap. præced., vers. 18, dixit passum pro nobis, « ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu, » q. d. Sicut si videris pro nostris patrumque culpis hoc iudicium subit, ut mureretur carne, sed tertio die resurgens vivificaretur spiritu: ita pariter idem

iudicium patribus qui secundum spiritum, et secundum carnem vixerunt, irrogavit, hunc eos sententiam pronuntiavit: Quia carnis commensationibus mortificatus, dono vos vita spiritus et licet ab hominibus carnalibus iudicamini plane esse mortui, ideoque vixisse misere in carne, tamen apud Deum vivatis felices in spiritu, nimirum immortales, beati et gloriosi in anima, ac suo tempore cum Christo vobiscum passo et crucifixo resurgatis in corpore immortalis, beato et glorioso. Hoc significat et propter hoc et mortuis evangelizatum est, fuit enim hoc iudicium Christi evangelium, id est, beatissimum nunquam, quod patribus toties et tandem carne mortificatis altit de sua morte et redemptione iam peracta, ideoque eorum liberatione, felicitate et gloria.

Unde tropologic hoc iudicium Christi et patrum necesse est ut subeat quilibet Christianus, nimirum ad iudicetur et mortificetur carne tum ab aliis, tum a seipso, indeque vivificetur spiritu tum per gratiam, tum per gloriam. Hæc referri potest expositio moralis potius quam litteralis S. Augustini, epis. 99, qui per mortuos accipiens non inferos, sed infideles et iniquos, sic explicat: « Propterea, inquit, in hac vita et mortuis evangelizatum est, id est, infidelibus et iniquis, ut cum crederent, iudicetur quidem secundum homines in carne, hoc est in diversis tribulationibus, et in ipsa morte carnis: unde item Apostolus alio in loco dicit, tempus esse ut iudicium incipiat a dono Domini, et vivant autem secundum spiritum, quia et in ipso fuerunt mortificati, cum morte infidelitatis et impietatis delinuerunt. » Et ita Epiphanius: « Dicitur, ait, eos qui ita Christo mortui sunt, ut mortui Christi conformentur, et mundo, id est, mundanis concupiscentiis mortui sunt, et soli Christo vivunt, ob anteaquam ignave ac negligenter vitam seipsum in carne condemnare, alique id nihil aliud esse quam spiritum, id est, ex Christi institutione, vitam tradidit: quippe cum priorum vite actionum damnatio alacrioris se prompiores ad ea que per manibus habent exerceunda, ipsos efficit. » Sic et Hugo, Valabius et alii (1).

7. QUASI ALIUM FINIS APPROPINQUAVIT. — Tis autem non respiciat proximè procedentia de iudicio mortuorum, sed id quod superius dixit de continentendo a luxuriis, commensationibus et pruribus vitis: huius enim abstinence causam reddit, quod voluptatis professione et vita erant subitæ, et appropinquavit proprie vero respicit et paratus est iudicare, q. d. Instat nobis Christus iudex, qui a instat finis omnium: ergo par est sobrio et casto

(1) Rosenmullero et vixi sunt, qui per iniustos iudicant propter religionis professionem et vita erant subitæ, et totos committis animas ait: Quapropter etiam illis hoc bodierum tempore mortem pertulerunt, ita fuit æternitatio facta, futurum ut, quamvis mortem perpassi fuerint humanitas, reviviscant tamen per omnipotentiam divinam.

vivere, ac Christo passo conformari, ut coram eo iudice securi et liti comparere, et vite sancte transacte rationem reddere possimus. Hoc est quod monet Christus, *Luce XXI, 34*: «Attendite ne graventur corda vestra in crapula, et ebrietate, et curis hujus vite, et superveniat in vos repentina dies illa.»

Porro, «finis» hic primo accipi potest vite, *q. d.* Brevis est vita nostra, jamque multi 30, 40, 50 ego annos vixerunt: parum ergo eis restat: imminet ergo vite finis, mors et iudicium particulare.

Secundo, et potius, «finis» hic intelligitur mundi et sæculi: hoc enim innuit «*omnium*», *q. d.* Mundus jam stetit per quatuor annorum millia, vergitque ad senium et occasum: mundus sex vite sue aetates transegit, agit jam septimam et ultimam; ergo ejus finis appropinquat. *Prima* enim mundi ætas fuit ab Adam ad Noe et diluvium. *Secunda*, a Noe ad Abraham. *Tertia*, ab Abraham ad Moson. *Quarta*, a Moson ad Davidem. *Quinta*, a Davide ad captivitatem Babylonicam. *Sexta*, a captivitate Babylonica ad Christum. *Septima* jam agit a Christo usque ad finem mundi. Hinc S. Joannes *epist. I, cap. 1, vers. 18*, ait: «Filioli, novissima hora est;» et S. Paulus, *I Corinth. I, 11*: «Hæc, inquit, scripta sunt ad correctionem nostram, in quos fines sæculorum deveniunt.» Hinc ait in præterito «*appropinquavit*» quia major sæculorum pars et numerus jam præterit (1).

Mystice (Ecumenius): «*Finis*, inquit, omnium, scilicet Prophetarum, «est Christus, *q. d.* Quoniam omnium perfectio, qui est Christus, accessit, vos quoque debetis huic conformari, in omnibus absolutos ac perfectos vos reddere in temperantia, in sobrietate orationum.»

ESTOTE ITAQUE PRUDENTES, ET VIGILATE IN ORATIONIBUS. — *Itaque* significat hæc educi et concludi æq. jam dictis, *q. d.* Quia finis omnium appropinquat, par est, ut ad eum vos comparetis, prudentes in omnibus agendo et vigilando in orationibus, juxta illud vulgo tritum:

Quicquid agas, prudenter agas, et respice finem.

Alludit, imo reficit illud Christi: «Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester veniturus sit;» et *Matth. xxv, 13*: «Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam;» et *cap. xxvi, vers. 41*: «Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem.»

Pro estate prudentes grece est *σοφισταί*, quod (Ecumenius, Pagninus, Vatablus, Isidorus, Gagneus et alii vertunt, *sobrii estote*: «*quippe*, ait Ecumenius, cum sobriorum sit oratio et precum

(1) Alii interpretantur finem reipublice Judæorum, vel exitum et cretam vaticiniorum prophetarum, Christi et Apostolorum de exilio gentis Judæe, ut *v. 22*; sit *omnis*, *et* ante omnia sunt omnia prophetarum et Christi *vaticinia*.

effusio, id est, vigilantium, et non eorum qui mundanarum rerum ebrietate sopiti opprimuntur.» Hinc sobrietas dicitur *σοφισταί*, eo quod *εὐστία τῶν σφιστων*, id est, servet prudentiam et mentis sanitatem. Syrus vertit, *estate casti*: sobrietas enim omnes et filia est castitas. Noster generaliter et planius vertit, *prudentes estate*. Prudentia enim omnium virtutum est dux et auriga, ut aiebat S. Antonius, quæ singulas hominis actiones ordinat et moderatur, itaque hominem componit et disponit, ut secure finem omnium expectet, et fidenter coram tribunalis Christi rationem vite sue redditurus se sistat.

Nola, quoad etymon «*prudens* dicitur quasi porro videns, ait Isidorus, lib. XX *Etymol.*, xv. Perspicax enim est, et infortiorum casus videt.» Prudentia ergo dicitur quasi porro videnda, vel providentia. Definitio ejus hæc traditur a S. Augustino, lib. I *De Lib. arbit.*, cap. xiii: «Prudentia est rerum appetendarum et fugiendarum scientia.» Ab Aristotele, lib. VI *Ethic.*, v: «Prudentia est recta ratio agendorum.» Ab aliis plane et plene sic definitur: «Prudentia est virtus intellectus, qua in quovis negotio occurrente novimus quid honestum sit, quid turpe; quid faciendum, quid fugiendum.» Partes integrantes prudentia a nonnullis traduntur sex. *Prima* est «*providentia*», quæ est consideratio futurorum eventuum, qui possunt sequi ex opere. *Secunda* est *ratio*, «*puta* proimplendū ratiocinandi et colligendi unum ex alio. *Tertia* est «*docilitas*», sive promptitudo ad discendum. *Quarta* est «*solertia*», sive sagacitas, quæ est mediis inventio tempore brevissimo, ait Aristoteles. *Quinta* est «*circumspectio*», puta consideratio circumstantiarum na qua desit in opere. *Sexta* est «*cautio*», puta cura ut vitentur pericula et incommoda operi conjuncta. Officia et actus prudentiæ præcipui sunt quatuor: «*Concilium*, «*ex* bona deliberatione; «*judicium*, «*ut* meliores et medium aptius ad finem eligatur; «*constantia*, «*in* retinendo eo quod recte judicatum est; «*diligentia*, «*in* exsequendo. Hæc totidem vita et actus imprudentiæ opponuntur, nimirum «*precipitatio*, «*quæ* militat contra concilium; «*inconsideratio*, «*contra* judicium; «*inconstantia*, «*contra* constantiam et iudicii firmitatem; «*negligentia*, «*contra* diligentiam et vigilantiam rationis in exsequendo. Prudentia ergo est mensura et regula virtutum omnium quæ sunt in voluntate, a qua ratio honesti et virtutis in singulis derivatur et descendit. Illud enim est opus virtutis, quod conformo est iudicio et dictamini prudentiæ. Prudentiæ enim officium est præscribere modum virtutibus, quidnam scilicet in singulis functionibus sit rationi commensum, non exorbitans per excessum vel defectum. Quocirca perfecta prudentia tantum est in viris probis, qui affectus habent demitos; in aliis enim affectus sæpe mutant et pervertunt iudicium rationis et prudentiæ, ait D. Thomas, II II, *Quest. XLIX, Q. 2*.

inque prudentia circa particularia versatur, ut singula fiant convenienti loco, tempore et modo.

Moraliter disce hic primam et principem virtutum omnium esse prudentiam. Præclare Nazianzenus in lambico *De Fortuna et Prudentia*: «*Malim*, inquit, prudentiæ guttam, quam integrum secundiorum fortunæ pelagus.» S. Basilius in *Constit. Monast.*, cap. xv: «*In* omni, ait, quæ suscipitur actione, antecedere prudentia debet. Nam prudentia remota, nihil cujusvis generis est, quod licet bonum videatur, non in vitium recedat, si aut alieno tempore, aut non adhibita moderatione fiat.» Idem orat. 21 *De Felicitate et Prudentia*: «*Vera*, inquit, prudentia nihil aliud est quam rerum faciendarum omittendarumque cognitio, quam qui sequitur, nullo tempore a virtutis operibus deflectit, nec unquam privitalis speculo configuratur.» S. Augustinus, concione 1 in *Psalm. xxxvii*: «*Prudens*, ait, dictus est porro videns: si prudens, porro videns, ergo fide videt.» Idem, in *epist. ad Rom.*, propos. 49: «*Prudentia* est spiritus, quando neque in bonis temporalibus spes nostra est, neque in malis timor.» Idem, lib. VI *Musica*: «*Prudentia* est affectio animi vel motus qui intelligit eterna superiora esse, et inferiora esse temporalia,» ideoque illa præ his appetenda.

Idem sensere Gentiles, qui hæc prudentiam partim dant elogia, partim præcepta. Socrates rogatus, «*quid* esset prudentia? Anima, inquit, concinnitas.» Ita Stobæus, *serm. De Prudentia*. Idem: «*Ut* navis vacua, inquit, instrumentis convenientibus, sic vita prudentiæ afflictois instruenda est et munienda. Nec equo sine freno, nec divitiis sine prudentia tuto quis uti poterit.» Idem discipulos doceret tria: *primo*, «*utin* animo haberent prudentiam; «*secundo*, «*in* lingua silentium; «*tertio*, «*in* vultu verecundiam.» Ita Maximus, *serm. 41*. Philo, lib. I *Alleg.*: «*Quod*, inquit, inter metalla est aurum, hoc inter virtutes est prudentia.» Plutarchus: «*Ut* Cyclops exoculatus, ait, quoquo versus manus porrigat, nullo certo innititur scopo: ita magnus Rex cui desit prudentia, quidquid aggreditur ingenti rerum tumultu, sed nullo iudicio.»

Prudentiæ præcepta hæc assignat. *Primum* est blamis apud Laertium: «*Considera*, et postea rem aggredere.»

Item: «*Aggredere* tardus agenda, aggressus ago constans.»

Secundum est Periandri apud Laertium: «*Ea* facio quorum te non peniteat.» Idem rogatus quid in minimo esset maximum? respondit: «*Prudentes* cogitationes animæ in corpore humano.»

Tertium: «*Prudentia* perfecta nihil in rebus humanis admiratur.» Ita Democritus apud Stobæum, *serm. 3*.

Quartum: «*Prudentia* virtutibus omnibus utitur, atque eorum modum, ordinem et occasionem quæ oculus quidam mentis undequaque luel-

disimus ostendit, ideoque prudentia sui possessores efficit Deo similes.» Ita Jamblicus apud Stobæum, «*serm. De Prudentia*».

Quintum: «*Prudens* vir ad vitam quasi ad viam quædam, non pretiosus vitiumque, sed quod magis necessarium est comparat.» Ita Criton, lib. I.

Sextum: «*Prudentiæ* sunt tria munia: primo, præteritorum meminisse; secundo, agere præsentia; tertio, futura cavere.» Ita Isocrates apud Stobæum, *serm. 1*.

Septimum: «*In* prælio soli cordati milites sunt causa victoriæ,» Ita Agosticus apud Plutarchum in *Lacon*; unde de Scipione juniore dixit Cato II lud Homeri de Tiresia, *Odys. II*:

Hæc sapit solus, militat alii velat oves.

Ita Plutarchus in *Apopht.*

Celobre est illud Euripidis: «*Unum* consilium rectum magnam militum manum vincit.» In bello ergo æque ac cæteris rebus plus valet prudentia, quam arma et vires.

Octavum: «*Sicut* exercitum dicit Imperator gubernator navigia, mundum Deus, animam ipsa mens; sic ipsam felicitatem præsentis vite temperat regitque prudentia.» Ita Archinus apud Stobæum, *serm. 11 De Virtute*, quæ est in ordine prima.

Nonum: «*Prudentia*, te docet ut in cunctis semper idem sis, tam in prosperis, quam in adversis, sicut manus eadem est sine in palmum extendatur, ut in pugnum contrahatur.» Ita S. Auctor *serm. ad Fratres in eremo*, *serm. De Prudentia*, tom. X S. Augustini.

Decimum: «*Uti* cœteris admonet cavendum esse vulnus, ita memoria præteritorum malorum reddit cautiore.» Ita Plutarchus.

Undecimum: Fibræ Pontici genitalia sibi amputant in venatu, quod ob hæc se peti intelligant: ita prudentis est rem abijcere ob quam periclitatur.» Ita Plutarchus. Sic Christus jubet erui oculum, manum, pedem, si ea ipsi sunt scandalo et ruinæ, *Matth. xviii, 8*. Prudentia ergo docet postponere bona famæ, famam vite, vitam conscientiæ:

Omnia si perdes, famam servare memento.

Duodecimum: «*Eum* auscultat qui quatuor sunt aures,» hoc est, audi enim qui distrium complurium rerum usu præ cæteris sapit, ut fero sunt senes, qui res privatas et publicas diu tractarunt.

Decimum tertium: «*In* bellicis difficultatibus providendum est ut potius in nocendo aliquid mittatur, quam cum aliquo detrimento milium nocetur.» Ita Cæsar, lib. VI *De Bello Gallico*.

Decimum quartum: «*Loco* sapientiæ est alienam stultitiam aperiri, et quiete intueri hostem imprudentia ruentem.» Ita Tacitus, lib. II *Histor.*

Decimum quintum: «*Prudentium* et *Deum*, eorum est, pululantis belli causas, præsentiam

vero et Deum sibi iratum querentium est, tumultus occasionem excitare. » Ita Procopius, lib. II *Belli Persici*.

Decimum sextum : « Prudentium est, amicis inimicitias condonare; stultorum et barbarorum est, amicos cum inimicis tollere. » Ita Dionysius Halicarnassus, lib. V. Idem, lib. XI : « Prudentes, alii, publica commoda privatis simultatibus potiora ducunt. »

Decimum septimum : « Ex malis minimum elige, ex bonis maximum. Quae divinitus possident, necessario : quae ab hostibus, fortiter fortis. » Ita Thucydides, lib. II, « Ne temere quilibet credas, nec propter rerum successum insolentias : sed cuncta expecta qua hominibus accidere possunt. » Ita Polybius, lib. VIII.

Decimum octavum : « Nemo bonna vir imperii cupiditate tenetur, si sine gravium negotiorum curam exoptat; et in huiusmodi re expedit minus impositum considerate subire, ut tuto ipsam licet exequi. » Ita Dionysius, lib. XXXVI. Ergo vita privata est vita beata.

Decimum nonum : « Proveniendae sunt hostium consilia, antequam cum damno crescant. » Ita Dionysius, lib. XXXVIII.

Vigesimum : « Qui suae incolentiae curam gerit, duo observet : unum, ut negotio praefectus difficultatem ejus a se removeat; alterum, ut rei bene gestae nomen servet. » Ita idem, lib. XLIX.

Vigesimum primum : « Priusquam incipias, consulta; et ubi consulueris mature, facto opus est. » Ita Sallustius in *Caecilia*.

Vigesimum secundum : « Presentibus bonis uti praestat, quam fugientia quaerere. » Ita Procopius, lib. I *Belli Persici*. Sic secura periculosa, certa dubiis, perpetua temporaria, multa paucis, facilia difficilibus, publica privata, divina humana, caelestia terrenis antepouenda sunt : haec enim dicitur prudentia.

Vigesimum tertium : « Plurimum juvat in rebus obediens temporis uti opportunitate. » Ita Procopius, lib. I *Belli Wandali*.

Vigesimum quartum : « Insignis est prudentia quod non facere non possis, id facere ut libenter fecisse videaris. » Ita Pachym., lib. IX.

Vigesimum quintum : « Super arduis rebus diu multumque et graviter deliberandum, ut quod honestissimum est et asquissimum amplectamur, sed imprimis interpellandum est Deus, ut quod optimum est nobis suggerat. » Ita Commodianus, lib. II.

Vigesimum sextum : « Salius est sua fieri, quam aliena cum periculo appetere. »

Rursus : « Prudentis est sua non ostentare, consilia celare, rumoribus non terri, in alieno malo fugienda intueri, juxta illud :

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Vigesimum septimum : « Accommodas te tem-

pori, nec te in aliquibus mutes, sed potius aples, » ait Seneca, *De Quatuor Virtutibus*.

Vigesimum octavum : Aristoteles ad Alexandrum : « Annales, alii, patrum discute, inde poteris bona exempla extrahere, quae aeta praeterita dant certum documentum de futuris. »

Vigesimum nonum : « In prudentia duo vitia vitanda sunt : unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamus; alterum, ne nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles, easdemque non necessarias conferamus. » Ita Cicero, lib. I *Offic.*

Trigesimum : « Prudentis est virtus intelligentia et rationis, per quam in consulendo delectus haberi potest honorum et malorum, quo pertinent ad felicitatem, » ait Aristoteles, lib. I *libet.*, IX.

Trigesimum primum : « Prudentis est futuram injuriam praevocare; indolentem vero quod factum est non ulcisci, » ait Democritus.

Denique septem Graecia Sapientum haec fore gnoma et praecpta sapientiae. Bius inquit : « Veritas odium parit. » Chilon : « Nosce teipsum. » Cleobulus : « Ne quid nimis. » Thales : « Sponte, noxa praesto est. » Pittacus : « Occasione utere. » Periander : « Moderare iram. » Solon : « Nemo ante mortem beatus. »

VIGILARE IN ORATIONIBUS. — *Verba* significat primo, « sobria esto; » secundo, « vigilate; » tum enim vigilia quam sobrietas requiritur ad orationem. Memoranda S. Petrus sui lapsus ex eo quod, Christo orante in orto, se momento : « Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem, » ipse somno et merore victus dormitavit, nec oravit; unde contigit eum in tentatione negare Christum; suo ergo mala doctus monet alios, ut hunc scopulum in quem ipse impegit, cavens, ac tam noctu quam diu in oratione sint assidui, acres et vigiles. Nimirum, « vita mortalem, praesertim fidellum, est vigilia, » tum quia ipsi hostibus undique cinguntur, contra quos iugiter excolere oportet; tum quia diem Domini certo expectant, et nesciunt quando is venturus sit. Unde S. Hieronymus in cap. xxiv *S. Matth.* : « Paralos, inquit, esse convenit, quia dies ignitatio in tantam sollicitudinem suspensam expectantem exagitat. » Et S. Ambrosius, lib. V *De Fide*, cap. vii, hanc vigiliae causam assignat : « Et dum certa, inquit, futurum iudicii momenta nescimus, semper tantquam in excubiis constituti, et in quadam virtutis specula collocati, peccandi consuetudinem declinamus, ne nos inter vitia illes Domini deprehendant. » Plura de vigiliae ejusque causis, vide apud S. Chrysostomum, hom. 62 *ad Popul.*, et S. Augustinum in illud *Psalm.* lxxi : *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.*

Porro S. Petrus vult nos vigilare, id est, assiduos, acres et alacres esse in orationibus, tum quia orationes sunt arma efficacissima contra omnes tentationes et hostes; tum quia orando preparare nos convenit ad diem Domini, ut scia-

est eum assidue cogitando, amando, laudando, invocando expectemus. Unde S. Basilus, hom. in *S. Iulianum* : « Accumbens mensis, ait, ora : edens panem, largitori gratias rependito. Tunc cum indulgetis? gratias age benigno datori. Amicis pallio? fac in te loquatur interior erga Deum charitas, qui integumenta largitus est. » Et sane si cuilibet beneficium aliquod, licet exiguum, in nos conferat, illico gratias agimus, multo magis Deo identidem et singulis horis nova dona tum corpori, tum animae nostrae largienti, crebro et quasi continue gratias agere debemus, juxta illud S. Augustini, *Solido*, cap. xviii : « Sicut nulla est hora vel punctum in omni vita mea quo tuo beneficio non utar : sic nullum debet esse momentum quo te non habeam ante oculos, in mea memoria, et te non diligam ex omni fortitudine mea; » et paulo ante : « Tuum igitur sit totum id quod vivo, et totus totum me tibi offero. Totus spiritus, totum cor, totum corpus, tota vita mea vivali tibi; vita mea dulcis, quoniam totum me liberasti, ut totum me possideres. » Idem, epist. 77 *ad Aurelium* : « Quid melius aliud, ait, et animo geramus, et ore promamus, et calamo exprimamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri brevius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. »

S. ANTE OMNIA, MUTUA IN VOBIS CHARITAS (græce sic innotuit, id est, in vos, inter vos : Ita Pagninus, Valabius et alii, puta « mutuum » in invicem, ut dixit; agit enim de charitate proximi, non Dei, ut patet ex seq.) CHARITATEM CONTINUAM HABENTES. — *Græce tertio*, quod primo significat extensam, continuum, perseverantem; secundo, vehementem et celerrimam; ita Pagninus et Valabius; tertio, liberalem, profusam; quarto, cordialem et ex imo totaque corde manantem; tertio, enim idem est quod *impense*, omnibus viribus, vehementer, prolixè, liberaliter, toto animo. Talem enim charitatem habuit erga nos habetque Christus, atque ex ea sanguinem, spiritum, vitamque pro nobis effudit, imo nobis in cibum dedit. Unde S. Bernardus : « Consanguineus, inquit, sumus in sanguine christi. » Vide ergo quanto opere invicem diligere debeamus, scilicet ut sanguinem et consanguineos tam nostros, quam Christi. Talem charitatem habuit S. Paulus, de quo S. Chrysostomus, hom. 13 in II *ad Corinthios*. : « Cor Pauli, ait, dilavit charitas : nihil latius corde Pauli, quod totam orbem complexum est. » Vide etiam in officio Pauli, et I *Cor.* xiii, et *Coloss.* iii, 14, ubi Paulus S. Petrus succinit : « Super omnia autem haec, inquit, charitatem habetis, quod est vinculum perfectionis. » Hoc est quod dicitur *Cont.* viii, 6 : « Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus umulatio. Lampades ejus lampades ignis atque flammam : aquae multae non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruant illam. » Porro modum charitatis mutuae praescribit S. Basilus, serm. *De Institut. Monach.*, nimirum eum

debere imitari Deum et solem. « Sicut igitur, inquit, Deus (et sol) promissive omnibus lucem impertitur, sic imitatores Dei, charitatis ipsorum ratiun equaliter communicare omnibus debent, quia ubi deliquitum patitur charitas, eo prorsus ejus loco odium succedit. » Idem in *Regulis brevior.*, interrog. 162, interrogat : « Cujusmodi mutuum inter nos alii erga alios charitatem habere debeamus? » ac respondet, qualem Dominus extendit et docuit cum dixit : « Diligite invicem sicut dilexi vos. Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; quod si ponenda est anima, qui non multo magis in his quo minoris sunt pretii, necessario adhiberi a te animi promptitudo? non ea re ut humanis officis faciamus satis, sed eo consilio ut Deo placeamus, et utilitati cujusque consulamus. » Idem, orat. 1 *De amore in Deum et proximum* : « Eam, ait, inter nos charitatem habere convenit, qualem homo, natura ipsa dicit, erga unum membrum suorum gerit, aequalum universo corpori sanitatem optando, eo quod etiam dolor uniuscujusque membri pariter corpori molestiam exhibeat. » Et paulo antea : « Commoneat te mutus amor respersionem, quia longa quadam veluti catena constructi inter se cohaerent, ne unquam separationem ac vitam solitariam societate atque communione prostolentem esse existimes. »

QUIA CHARITAS OPERIT (græce, id est, operit hoc est, operire potest et solet) MULTITUDINEM (id est, universalitatem) PECCATORUM. — Sic dicitur Christus passus pro multis, id est pro omnibus, *Matth.* xxvi, 30; et quod multi, id est omnes, resurgent in die iudicii, *Daniel.* cap. xii, 2. Quæres primo, quomodo hic intelligatur charitas? Respondet primo, S. Bernardus, serm. 23 *in Cant.*, intelligit charitatem Dei, quæ praedestinatorum suorum ante mortem peccata operit. « Sicut, inquit, propositum Dei, stat sententia pacis super iniquitates eum, ipsorum et dissimulans mala, et remunerans bona : ut miro modo eis non modo bona, sed et mala cooperentur in bonum. » Et mox : « Nos ergo adverte quasi unquam peccasse, quoniam et si quæ deliquisse videntur in tempore, non apparent in aternitate, quia charitas Patris operit multitudinem peccatorum. »

Secundo, Clemens Alexandrinus, lib. II *Strom.*, cap. vi, intelligit charitatem Christi : haec enim electorum eorum operit peccata, dum eis apostolus suam passionem imperit gratiam, quæ omnia eorum peccata abstergit. Verum uterque hic sensus accommodabilis potius est quam generalis. Agit enim S. Petrus de charitate mutua, quæ scilicet fideles invicem se diligant, non de charitate Dei, aut Christi. Unde

Tertio et geninæ, intelligit charitatem fidelium. Ita Tertullianus, Ambrosius, Augustinus, Clemens, Prosper, et alii mox citandi. Jam cum duplex sit eorum charitas, una qua diligunt Deum,

alia qua diligunt proximum, alique intelligunt hic charitatem qua diligunt Deum. Hæc enim operit, id est, tegit et abolet peccatum, tum per actum contritionis: contritio enim est dolor de peccatis manans ex amore Dei super omnia, ideoque abolet omnia peccata mortalia, juxta illud Christi de Magdalena: « Remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum, » *Luce vii, 48*; tum per actum martyrii, de quo hunc locum accipit Tertullianus in *Scorpiano*, cap. vi: « Sic, inquit, dilectio operit multitudinem delictorum, quia Deum scilicet diligens ex totis viribus suis, quibus in martyrio decerit; ex tota anima sua, quam pro Deo ponit, hominem martyrem excedit. » Simili modo actus dilectionis Dei super omnia extrahit omne peccatum mortale, et peccatorem justificat, etiamsi de his propter obivionem actualem dolorem et contritionem non eliciat, juxta illud *Prov. vii, 17*: « Ego diligentes me diligo, » ut passim docent Theologi; actus enim charitatis nequit consistere cum statu peccati: vide Franciscum Suarez, *III part., tom. IV, disp. IX, Quæst. I, concl. 2*. Verum alii magis proprie accipiunt hic charitatem non Dei, sed proximi, et fratrem, tum quia alludit, imò citat *Prov. x, 12*, ubi dicitur: « Odium suscitatur rixas, et universa delicta operit charitas, » pro quo Septuaginta vertunt, *omnis autem non contentiones operit amicitia*.

Quæres secundo, quæ et cuius delicta operit charitas, in propria, an aliena? Respondeo, utraque, uno universa, ut ait Salomon, et ex eo S. Petrus. Primo ergo charitas proximi operit peccata propria, hominemque Deo reconciliat, quia charitas proximi oritur ex charitate Dei, quæ omnia peccata abolet, hominemque sanctificat: amat enim proximum ex amore Dei, tanquam vivam ejus imaginem (et a participium, » ut Origenes Yrologo in *Canticis*) creatam ad ejus amicitiam, filiationem, hereditatem et gloriam. « Charitas, inquit S. Augustinus in *Psalto*, xxxii, duos habet pedes: noli esse claudus. Qui sunt duo pedes? duo præcepta dilectionis Dei et proximi: istis pedibus curro ad Deum. » Et sic intelligi potest illud *Prov. x, 12*, quod hic citat S. Petrus: « Odium suscitatur rixas, et universa delicta operit charitas, » *q. d.* Sicut odium iras hominum Deique suscitatur: ita charitas Dei hominumque amicitiam conciliat, omnique peccata tegit et operit: odium offendit Deum et homines, charitas vero Deo et hominibus rixas, vel offensas et invidiosas reconciliat: sic enim constat antithesis inter prius et posterius hemistichium. Ita charitatem propria peccata operire docent Tertullianus in *Scorpiano*, cap. vi; D. Augustinus, tract. 1 et 5 in *epist. S. Joannis*; Clemens, II *Strom.*, cap. vi; Ambrosius, *De Fuga sæculi*, cap. 11; Ephrem, tract. *De Punit.*; Prosper, *ad Demetriad.*, et alii multi, qui charitatem hic tam Dei quam proximi accipiunt. Licet enim Salomon *Prov. x, 12*, videatur potius loqui de charitate proximi, tamen S. Petrus ejus sententiam gene-

ralem extendit ad charitatem Dei, quia hæc illi connexa est, imò ex hæc illa oritur. Sic eandem extendit S. Jacobus, dicens cap. v, vers. 20: « Qui converti fuerit peccatorum, etc., operiet multitudinem peccatorum. » Charitas ergo tegit et abolet peccata coram Deo tripliciter: primo, dispositively, quia actus contritionis est ultimæ dispositionis ad gratiam et justitiam: contritio enim est actus charitatis; secundo, formaliter, quia habitus charitatis et gratie formaliter justificat hominem; tertio, meritorie: justificati enim actibus contritionis et charitatis merentur remissionem peccatorum venientium.

Porro charitas operit peccata propria, non tantum quoad culpam, sed etiam quoad penam, quia ejus remissionem a Deo impetrat. Atque inde videtur orta hæc phrasia, ut peccatum cum condonator, dicitur tegi, quod scilicet antequam condonetur, continuo verberet oculos Dei et hominum, eosque irritat ad ulciscendum. Proprie vero videtur orta ex homicidio, quod, quia summum est scelus, hinc exemplum est et speculum cæterorum. Unde *songuis*, id est, effusio sanguinis, in Scriptura significat omne peccatum. In homicidio enim sanguis effusus fuit oculis cognatorum, amicorum et judicum, presentium Dei, ad ejus ulcionem: unde cum illud condonator, dicitur sanguis tegi: cum non condonatur, dicitur apparere et clamare vindictam. Hoc est quod ait Deus *Ezechiel. xxiv, 6, 7, 8*: « Vis civitati sanguinum, etc. Sanguis enim ejus in medio ejus est, super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram, ut possit operiri pulvere: ut superinducerem indignationem meam, et vindicta ulciscerer, dedi sanguinem ejus super petram limpidissimam, ne operiretur. Propterea hinc dicit dominus: Vis civitati sanguinum, cuius grandem faciam pyram, » ut grandi incendio comburatur Jerusalem a Chaldeis. Ex adverso *Jos. cap. iii, vers. 21*, ait: « Mundabo sanguinem eorum, quem antea non mundaveram, » id est legam et condonabo peccata per merita Christi. Sic Nehemias loquens de Sanaballat et hostibus Judæorum, orat Deum: « Ne operies iniquitatem eorum, et peccatum eorum coram facie tua non deleatur; » sed jugiter illud aspice, ut punias et vindices; et *Psalto*, lxxxiv, 3, ait David: « Remissi iniquitatem plebis tue; operuisti omnia peccata eorum: » *operuisti*, id est, remisisti; prior enim versus de more explicat posteriolem.

Secundo, charitas operit peccata proximorum, scilicet injurias (has enim significat Hebr. עוונות *peccata*, id est *pravationes*, *Proverb. x, 12*) et offensas, quibus alii alios offendunt, et ad iram provocant. Has enim operit charitas, tum in animo ejus qui offensus est, obliuendo injurias, sicut apud Athenienses erat lex *Apollonias*, id est *oblivionis injurarum*; tum in animo ejus qui offendit, operit animositatem, incitando eum ad redamationem ut culpam agnoscat, seruo offenso

reconcliet: offensus enim charitas alliecit charitatem offendentis, et vice versa: magnæ enim amoris est amor. Sensus ergo genuinus hujus loci est, *q. d.* Mutuam charitatem colite. Hæc enim ubi animam occupavit, operit mutuas offensas, quibus crebro alii alios diebus aut factis læcessimas et offendimus, laque parit pacem et concordiam. Hinc esse sensum patet primo, ex antecedentibus et sequentibus, quæ omnia spectant charitatem mutuum; secundo, ex *Proverb. cap. x, 12*, quem locum hic citat S. Petrus. Ibi enim odium dicitur suscitare rixas, charitas autem peccata, id est, rixas jam suscitatas, vel suscitandas operire: ubi Scholiastes clare vertit, *omnes injuriam facientes operit amor*. Jam ex hoc sensu generali varii eductur particulares: nam, ut ait Clemens Alexandrinus, II *Strom.*: « Multis modis intelligitur charitas, per mansuetudinem, per benignitatem, per tolerantiam, per invidias et amulationis vacillitatem, per odii remotionem, per injurie oblivionem. » *Primus est, q. d.* Si suas proximo remisisti injurias, ille tuo hoc amore provocatus tunc pariter tibi remittit, siquæ utrisque Deus suas quoque remittit, juxta illud Christi *Matth. vi, 14*: « Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater cælestis delicta vestra. » Unde et nos orare jubet: « Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. » Qui enim offensas proximis remittit, meretur de congruo, si peccator sit, ut peccata mortalia; et de condigno, si justus sit, ut venialia sibi a Deo condonentur.

Secundo, odium per rixam manifestat delicta; charitas vero silentio vel prudentia sua eadem operit, id est celat vel excusat, nisi quantum fraternæ correctio ea argui et corrigi requirit. Ita Cœcumenius et Lyranus hic, et S. Chrysostomus, hom. 4 in *Acta*: « Charitas, inquit, multitudinem peccatorum tegit: inimicitie autem etiam ea quæ non sunt, suspiciantur. » Sic et S. Bernardus, *epist. 17*. Unde S. Augustinus explicans illud *Matth. xviii, 15*, *Si peccaverit in te frater tuus, vade et corrip eum inter te et ipsum solum*: « Ipsa charitas, inquit, postulat ut secreto corrigantur quæ peccantur secretis: ubi contingit malum, ibi moriatur: nam si solus nosti, et vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor. » Charitas ergo proximi peccatum non divulget, ne illud exulceret, sed tegit vel privatim corrigit, ut sanet. Vere Abbas Pastor in *Vitis Patrum*, lib. V, libello 9, num. 6: « Quocumque, ait, hora tégimus peccatum fratris nostri, tegit etiam Deus nostrum; et quocumque hora prodiderimus culpas fratrum, et Deus nostras similiter prodet. » Quia enim mensura mensi fueritis, remittetur vobis: ita Constantinus Magnus in Concilio Nicæno oblatas sibi libellos famosos, quibus Episcopi se invicem de criminibus accusabant, noluit legere, sed in ignem conjecit, dicens se, si crimen aliquod Episcopi videret, illud pallio suo operiturum, ne in populi oculos incur-

reret; et quoque rationes omnes eorum lites et querelas discussit, uti refert Theodoretus, lib. I *Histor.*, cap. xi.

Tertius, odium, id est correctio profecta ex odio, non corrigit mores, sed irritat, ut peccans se in peccato obfirmet, illudque impudenter propagnet et jactet: charitas vero, id est correctio facta ex charitate et amore, omnia peccata, omnesque contentiones et rixas lenit, et sopit, et sedat, juxta illud S. Augustini, in cap. 1 *ad Galat.*: « Quidquid lævato animo ingeritur, punientis est impetus, non charitas diligentis: dilige, et dicit quidquid voles. »

Quartus, si injurias proximi ex charitate silenter et patienter tuleris, eas velut ignem aqua operis et resiliages, ac vinces in bono malum et carbonem ignis congeres super caput ejus, quibus eum ad redamandum accendes. Unde Septuaginta *Prov. x, 12*, vertunt, *Omnes autem non contentiones operiet rixas, id est amicitia*.

Quintus, si proximum inter se inimicitias, lites, injurias, scandala et delicta quælibet tollere cupis, charitatem erga eos ostendo: charitas enim eos expugnabis, tibi que devincias, ne omnia contages et abolebis.

Quæres tertio, quomodo charitas tegat peccata. Respondeo primo: quædam delicta, id est abolet peccata, sicut aqua tegit ignem, dum eum obruit et exlinguit: sic Deus dicitur tegere peccata, cum ea non aspiciat ut puniat, sed condonando a conspectu suo, et consequenter ex rerum natura (quod enim in ea est, a Deo necessario videtur) amovet, auferet et abolet, ut dixi *Rom. iv, 7*.

Secundo, charitas tegit, id est involvit, palliat, et leniendo ac palliando excusat injurias et peccata proximi. Sapiens enim *Prov. x, 11 et 12*, opponit hæc duo: « Os implorum operit iniquitatem, » et: « Universa delicta operit charitas, » *q. d.* Impius et impietas palliat, et pallio sanctitatis tegit etiam iniquitatem: charitas vero proximorum offensas pallio amoris velat et obtegit.

Ita Dionysius Carthusianus, in *Proverb. cap. x, vers. 12*. Charitas ergo est quasi cyclos aurea, quæ omnes nevos et defectos contegit ut non videantur. Sic matrem suam S. Monica laudat S. Augustinus, IX *Confess.*, ix: « Quod inter dissidentes atque discordes quaslibet animas, ubi poterat, tam se præbebat pacificam, ut eum ab utraque multa de inimico audiret amarissima, quælibet solet eructare turgens atque tumens discordia, quando presentis amice de absente inimica per acida colloquia crudelitas exhalatur odiorum; nihil tamen iltori de altera prodere, nisi quod ad eas reconciliandas valeret. »

Modum tegendi et excusandi peccata docet S. Bernardus, serm. 40 in *Cant.*: « Excusa, inquit, intentionem si opus non potes, puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei ceritudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, et dicto: Vehemens

fuit nimis testatulo: quid de me illa fecisset, si in me accepisset similiter polestatem. » Et Seneca, lib. II *De Ira*, cap. xxx: « Naturam, loquitur, excutiemus voluntatemque facientium. Puer est? nati donetur, nescit an peccet. Pater est? aut tantum profuit ut illius jam injuria jus sit, aut fortassis in hoc meritum ejus est quo offenditur. Mulier est? errat. Jussus est? necessitati quis nisi iniquus succenset. Læsus est? non est injuria pati quod prior feceris. Judex est? plus illius credes sententiam, quam tuus. Rex est? si nocentem punis, cede justitiam: si innocentem, cede fortunam. Mutum animal est, aut simile nato? militaris flos si irasceris. Morbus est, aut calamitas? levius transillet sustinentem. Deus est? tum perdis cum illi hasceris, quam cum illum aliter præstas iustum. Bonus vir est qui injuriam fecit? non credere. Malus? noli mirari. Dabit peccata alteri, quis debet tibi, et jam sibi dedit qui peccavit. »

Docet ergo Salomon, et ex eo S. Petrus, veram rationem conciliandi et conservandi charitatem inter homines esse, si ea quasi tegmine tegantur, palliantur et obliuiscantur omnes sermones, gestus, actus displicentes, qui litigandi occasionem præbere possunt.

Tertio et aptius, charitas tegit injurias et peccata, sicut emplastrum tegit plagas et vulnera curando, easque curando. Tegere ergo peccata, est ea involvere, alligare, ungere, cataplasma ad sanandum; qui ergo diligit, est quasi chirurgus alligans et sanans emplastro amoris et humanitatis correctionis omnes offensas, lites animarumque plagas. Sic Deum tegere peccata quasi emplastro ut ea sanet et curet, docet S. Augustinus, in Psal. xxxi, concitio 2: « Dicit, inquit, tegat vulnera tua: medicus tegat et curet; emplastro enim tegit: sub tegmento medici sanatur vulnus, a Idem docet Nazianzenus, orat. *De Baptismo*.

Quarto, charitas non sanat tantum vulnus et plagam anime, v. g. lites et inimicitias, sed et eandem prorsus tegit, ita ut nullum post se habitum, livorem vel cicatricem relinquat, puta nullam rancorem, nullum dolorem, nullam memoriam, juxta illud præceptum S. Clementis, ino Apostolorum, lib. II *Constit.*, cap. xiv: « Tu ut clemens medicus peccatores omnes cura, utans accommodatis ad salutem medicamentis, non modo iurendo, secundo, novaculum adhibendo, sed etiam alligando, exciccando, injiciendo medicamentum lenia cicatricem obtulisti, emolliendo sermonibus consolasti. »

Tropologicè teguntur peccata prius, cum vitia emendamus: tunc enim opera mala priora posterioribus bonis obtegimus et velamus « assumendo honesta vitia tegimus, ut præteritorum criminum ante oculos Dei turpido caletur, » ait S. Petrus Damianus, serm. 3 *De S. Georgio*. Sic et S. Ambrosius, lib. II *De Patientia*, cap. v, et S. Gregorius, XXVII *Moral.*, cap. II. Secundo, cum eorum reliquias, puta inclinationes, cogitationes et habitus

pravos mortificamus et extirpamus. Ita S. Nazianzenus, orat. *De Baptismo*.

Anagogicè teguntur peccata præterita iustorum, quia licet in die iudicii publice indicanda et toti mundo manifestanda sint, tunc contra Magistrum, in IV, *Dist. xxi*, littera D, passim docent Theologi, tamen id cedet ad Sacerdotum non confessionem, sed gloriam: gloria enim S. Magdalene erit, quod e peccatis emerisset, et ad tantam sanctitatem evaserit.

Moraliter doce hic quanta sit vis charitatis. Illa enim abolet omnes offensas, non tantum præteritas, uti jam dixi, sed et præsentis ac futuras. Præsentis, tum quia abolet præsentis offensas, lites: rixas, inimicitias; tum quia tegit et excusat imperfectiones, imprudentias, indiscretiones, etc., que in opere charitatis committuntur, juxta illud: « Zelus purgat facinus. » Sic zelus purgat homicidium Moysi, Hines, Malchiam a scelere, quia id commiserunt ex ardenti charitate in Deum et suam gentem, ut illam ab idololatria cohiberent, ab errore dei iam et vindictam averterent.

Futurus quoque tegit, quia eas impedit effluquit ne committantur. Ita S. Ambrosius, in Psal. cxviii, serm. 16, ad illud, *Propterea ad omnia mandata tua corripere*: « Merito, ait, corrigebatur, quoniam diligebat. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Vide quanta operat, quanta corrigat. Charitas patiens est, benigna est, non commutat, non agit perperam, non inflatur, etc. Ergo si lex immaculatum facit, recte charitas operit multitudinem peccatorum, quia plenitudo legis est dilectio. » Sic charitas sapiens inimicitias et invidiosos concilians, impedit eorum lites, rixas, pugnas et cædes, que alioqui ex his certo emanature essent. Et hoc significat Salomon dicens Prov. x, 12: « Odium suscitit rixas, et universa delicta operit charitas, » q. d. Ubi est odium inter homines, vel levissima de causa oriuntur lites et jurgia: ubi est amor, etiam magna offensæ teguntur, vel potius non cognoscuntur. Caudor enim amici omnia candidè interpretatur, in eo culpam quæ commissa, et crimen pro crimine non habet. E contrario, odium in peiorum partem rapit omnia, et sibi imo crimen ligit ubi nullum est; aut ex parvo magnum efficit, ex musca faciens elephantum. Sicut enim per vitrum nigrum omnia apparent nigra, per album vero leucum et adærem omnia videntur alba, ita et in charitate per odium omnes actiones ejus quem odimus, videntur tenebre et odiosæ; per charitatem vero, omnes actiones ejus quem amamus videntur lucide, grate et aereæ, quia eorum malitiam ad vitium tegit amor, et in his non videt nisi id quod peccatum est. Rursum charitas est mel dulcorans omne verborum et verberum fel: ipsa est victrix injuriarum, quia amans, imo amens est amor.

Quæritæ vero Clemens Alexandrinus, lib. IV *Strom.*: « Hæc, ait, est charitas diligere Deum et

proximum, ea extollit alitudinem que non potest explicari: charitas operit multitudinem peccatorum, charitas nos Deo conglutinat, omnia facit in concordia: in charitate consummati sunt omnes electi Dei. Absque charitate nihil est gratum Deo: ejus perfectionis non est explicatio. » Et S. Augustinus, in consuetis est charitas et unitas Ecclesie, desuper texta, id est de celo a Patre et Spiritu Sancto. In ipsa sors mittitur, nemo illam dividit: » et lib. VI *Contra Julianum*: « Quisquis, ait, tenuerit veritatem et charitatem, nec errans, nec invidus erit. Nam et error veritate, et livor charitate pellendus est. » Idem ubi asserit quod compago membrorum Ecclesie et Christi est charitas. Idem, serm. 7 *De S. Stephano*: « Charitas, inquit, in Stephano superavit meritum Iudaorum. Charitas in Paulo cooperuit multitudinem peccatorum. Charitas est igitur omnium fons et origo honorum, munimen egregium et via que ducit ad celum. In charitate qui ambulat, nec errare poterit, nec timere. Ipsa dirigit et protegit, et ipsa perducit. Charitas ergo est pallium peccatorum omnium æque ac virtutum omnium, » imo charitas est pallium Dei et divine majestatis, » uti scilicet quidam Sanctorum dixit, juxta illud *Isaie*, lxx, 17: « Operatus est quasi pallio zeli. »

9. HOSPITALIS INVICEM SINE MURMURATIONE. — Græce sine murmurationibus. Charitati subnectit hospitalitatem quasi sociam, imo illam, ab ea que excelsa murmuracionem. Solent enim hospites tenaces et ardi animi queri de advenarum multitudinis, sumptu, diuturnitate, edacitate, loquacitate, libertate aliisque vitis. Tales erant incolæ Ponti ad quos scribit S. Petrus, nimirum duri et inhospitalis, ut patet ex verbis Tertulliani que citavi initio epistolæ. Unde Pontus ab accolarum feritate, dictus est *Æreus*, id est inhospitalis; sed per fideles S. Petri discipulos factus est *Æreus, euæmus*, inquam, et hospitalis. Pontus enim ob rigidam frigidam, aeream caliginosam et nubilum, rigidos duosque progignit homines, « Pontus, inquit Plinius, antea ab inhospitali feritate *Æreus* appellatus est. » Ammianus, lib. II: « *Æchæus*, ait, intendente savitiam lœntia diuturna, incidere mari nomen inhospitalis; et a contrario per cavillationem Pontus *Euæmus* appellatur. » Ovidius de *Ponto*:

Quem tenet *Ænæidæ* cognomen *Pontus*.

Quare merito S. Petrus Pontius jam conversus ad Christum commendat hospitalitatem candidam in « invicem, » puta erga Christianos, præsertim Apostolos virosque apostolicos, qui Evangelii causa, vel ob persecutiones, tunc crebro mutabant hospitia et regiones, ideoque parium hospitiarum hospitalitate indigebant. Apud Judæos quoque plures advenia sui gentis jus est hospitii ad tres dies; his exactis spirat, diciturque illud:

Post tres xpo dies placet et hospes.

Quanta fuerit primorum Christianorum hospitalitas, patet ex Luciano in *Peregrino*, et ex Vita S. Pachoimi, qui per eam conversus fuit ad Christianismum, ac ex Vita S. Praxedis et S. Pudentiane, que omnes Christianos hospicio excipiebant: unde domus earum vocabatur *Thermæ Novæ*: ubi postmodum vocabatur *Sanctus Justinus Martyr*, alique Christiani, adeo ut hoc commune et celebre fuerit eorum hospitium.

Præclare S. Augustinus, *De Verbis Domini secundum Lucam*, serm. 32: « Agnosce, ait, hospitalitatem, per quam perventum est ad Dominum. Suscipite hospitem, cujus et tu es comes in via, quia omnes peregrini sumus. Ipse est Christianus, qui et in domo sua, et in patria sua peregrinum se esse cognoscit. Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus. » Idem, serm. 68 *De Temp.*: « Offerit, ait, Abraham peregrinum hospitem, qui non habebat lectum; » a hinc tres angelos representantes S. Trinitatem hospicio recipere meruit. « Ecce ad humanam mensam ecclesie sublimitas recumbat, cibus capitur, transitur, et conturbernali colloquio inter hominem et Deum familiaria verba miscentur. Et quia apud Deum intractuosa hospitalitas esse non potest, statim pretium mercedis accipit. Datur filius (Isaac) seni, datur posteritas desperanti. » Et sermone 70: « Videte, fratres, quam ferventi animo hospites excipere debeatis. Ecce ipse Abraham currit, uxore festinat, puer accedunt, nullus est piger in domo sapientis; » et mox: « Lot quia hoc quod potuit, benigno animo obtulit, de perditione Sodomorum liberari promeruit. Attendite, fratres, quia etiam Lot dum hospites non repellit, angelos excipere meruit. Ecce hospitalem domum angelis ingreditur, clausæ hospitibus domus (Sodomitarum) flammis sulphureis concremantur. »

Idem, lib. II *De Quest. Evangel.*, Quest. LI: « Tene hospitalitatem, si vis agnoscere Salvatorem: quod toleras discipulis indelictis, reddidit hospitalitas, » Idem, *De Visitatione infernorum*, sermone 1: « Hospitem Deum habes, hospitium acceptum hæc hospiti tuo, et tunc securus dices hospiti tuo, ut in eundo deducat te, et in conducente perducat te, et in parvulocando hospitium te. Dico tibi, si gratum illi exhibueris hospitium tuum, gratum et gratius exhibebit tibi suum. » Quam beatus eris, si hospes Dei fueris, si in civitate illa colesis, scilicet Jerusalem, mansionem acciperis, si Deus inda aliquas tibi gratias agens dixerit: Hospes tui, et collegisti me, et quomodo uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Veni, benedice Patris mei, percipe regnum. Non promittit tibi Deus hospitium, promittit tibi regnum. Regnabis cum Christo, eris hæres Dei, coheres autem Christi. » Vide S. Gregorium, hom. 23 in *Evangel.*, ubi ait: « Peregrini ad hospitium non solum invitandi, sed etiam trahendi sunt: » idque citatis hæc S. Petri verbis confirmat exemplo viri valde hospitalis, cui quasi peregrinum se ob-

inquit Christus, S. Nazanzenus, *Inhibito* xv: « Quis inquit, hospitalis? hospitem qui se putat. »

10. **10. UNUSQUE SUT ACEPIT GRATIAM, IN ALTERRUM ILLAM ADMINISTRANS.** — Est hoc secundum charitatis officium: primum enim fuit hospitalitas. « Gratiam » hic non tam gratum facientem, quam gratia datam intellige: hanc enim significat Graecum *χρημα*, id est *donum*. Iubet ergo ut dona et talenta nobis a Deo data, in proximorum utilitatem expendamus: ad hoc enim nobis ea dedit Deus; eorum enim nos fecit ministros, dispensatores et economos, ut habent Graeci, non dominos, ac prout hujus dispensationis exactam a quolibet exiget rationem, dicendo: « Redde rationem villicationis tuae, » *Luca* xvi, 2. Praeclare Philo, lib. *De Cherubim*: « Sat puto, inquit, liquere vos alienis uti possessionibus, nec gloriam possidendo, nec divitiis, nec honoribus, nec imperiis, nec aliud quidquam vel corpori vel animae proprium, imo ne vitam quidem, usufructum habemus solum. » Sic S. Urbanus Pontifex et Martyr, doctor S. Concilii ejusque sponsi S. Valeriani, dixit bona Ecclesiae esse vota fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum, ideoque in eos, non in cognatos, esse expendenda, sequens et Pontificis eorum tantum esse dispensatores. Ita habet ejus Vita.

S. Petrus succinit S. Paulus, *I Cor.* xii, 7: « Unicusque, ait, datur manifestatio spiritus ad utilitatem. » Et *Rom.* xii, 6: ubi multiformem, vel, ut Syrus vertit, *diversam et distinctam*, Christi gratiam explicat, dicens: « Habentes autem donationes secundum gratiam quae data est nobis, differentes, sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praestit in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. » Vide ibi dicta.

Nota: *re sicut accepit* significat ea gratis, candidè, humiliter, liberaliter ad commodum aliorum, non proprium (sic enim ea a Deo accepit), esse expendenda: ita S. Gregorius, *XXVIII Moral.*, cap. vi vel xi: « Tunc, ait, bene multiformis Dei gratia dispensatur, quando acceptum donum eius qui non habet, creditur: quando propter eum qui impenditur, sibi datum putatur. Tunc nos charitas a iugo culpae liberis reddit, cum vicissim nos nostro per amorem servitio subijcit: cum et aliena bona nostra credimus, et nostra aliis quasi sua offerentes exhibemus. » Idem, *nom.* 7 in *Ezech.*: « Humiliter, ait, impendita bonum proximi, quia scilicet vobis, non a vobis esse quae habetis. »

11. **SI QUIS LOQUITUR (LOQUATUR) QUASI SERMOES DEI.** — Explicat hic multiformem gratiam, eamque generatim dividit in duas species genericas, quae plures alias sub se continent, nimirum in locutionem, id est predicationem et doctrinam; ac ministerium, quale est distribuere elemosinas, servire agris, recipere hospites, etc. Vide

dicta *Roman.* xii, 6, ubi S. Paulus duas species indigitat, prophetiam et diaconiam, quae in re item sunt quod doctrina et ministerium. Iubet ergo ut doctor et praedicator loquatur sermones non suos, sed Dei, id est, doceat vera, saneta et Deo digna, scilicet ea quae Christus docuit in Evangelio, quaeque Deus illi inspirat, non quae spiritus humanus aut mundanus suggerit. In primitiva enim Ecclesia Spiritus Sanctus in coetu fidelium inspirabat uni exhortationem, alteri hymnum, alteri prophetiam, ut quisque ea ad presentium afflictionem depremeret et eloqueretur, ut docet S. Paulus, *I Cor.* xiv, 26. Huc facit illud Pindari in *Nemesis*, ode 8: « Crescit virtus exaltata per sapientes, sicut arbor fecundata per rorem. »

Secundo, ut eos loquatur non superbe, sed humiliter: « Qui enim verba quae profertur, ex propriis non habent, cur quasi de propriis tument? » ait S. Gregorius, *III part. Past.*, cap. xxv. Rursum, ut eos loquatur non frigide, sed ardentem: tales enim sunt sermones Dei et Spiritus Sancti, qui prout lingua ardentem primis doctoribus, puta Apostolis, dedit in Pentecoste, ut iisdem suis sermones ardentem eloquerentur, usque accenderent corda audientium, iuxta illud: « Ignitum eloquium tuum vehementer. » *Psal.* cxviii, vers. 140. Praeclare Climacus, *gradu* 26: « Sicut, inquit, is qui fert aromata, etiamsi nolit ex odore prodire: ita et qui spiritum Dei habet, ex verbis suis agnoscitur. » Quocirca S. Augustinus, lib. *IV De Doctrina Christiana*, instruit doctorem et concionatorem, ut ante lectionem et concionem Deum ardentem oret, ut is non tantum ea quae dicenda sunt, sed et modum ac ardorem quo dicenda sunt ad ferendum hominum corda, suggerat, itaque non tam doctor quam Deus per os doctoris loqui videatur. « Ut intelligitur, inquit, ut libenter, ut obedenter audiat, pietate magis orationum, quam oratorum facultate agi non dubitet, in orando pro se ac pro illis quos est allocuturus, sit orator antequam doctor. Ipsa hora jam ut dicat accidet, priusquam exeat profertentem linguam, ad Deum levat animam sitientem, et erocat quod biberit, vel quod impleverit, fundit. »

Ita S. Paulus primus Eremita visitatus a S. Antonio, cum eo non nisi sermones Dei loquebatur; sic enim de eo scribit S. Hieronymus: « Dum in montibus misceretur amplexus, propriis se salutem nominibus, gratia Domino in commune referunt. Et post sanctum osculum Paulus cum Antonio in exorsus est: En quem tanto labore quaesisti, putridis senectutis membris operit inculta canities. En vides hominem pulverem mox futurum. Verum quia charitas omnia suscipiet, narra mihi, queso, quomodo se habet humanum genus: an in antiquis urbibus nova facta consurgant; quo mundus regatur imperio; an supersint aliqui qui demonum errore rapiantur. » Mor corvo afferente panem: « Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit vere pius, vere mi-

sericors: sexaginta jam anni sunt quod accipio dimidui semper panis fragmentum; verum ob adventum tuum millibus suis Christus duplicavit annonam, etc. Dehinc paululum aequè in fonte prono ore libaverunt: et immolantes Deo sacrificium laudis noctem transgere vigiliis. » Orto mane, S. Paulus ad Antonium sic habitare solebam: olim te, frater, in istis regionibus habitare solebam: olim te consecrum meum mihi promiserat Deus. Sed quia jam dormitionis meae tempus adventit, et quod semper cupiebam dissolvi et esse cum Christo, peracto cursu superest mihi corona iustitiae: tu missus es a Domino, qui humo corpusculum meum tegas, imo terra terram reddas. His Antonius vultus flens et gemens ne se desereret, atque ut comitem talis itineris acciperet, precabatur: et illa: « Non debes, inquit, quaerere tua sunt, sed quae aliena. Expedit quidem tibi sacra carnis abjecta Agnum sequi; sed et ceteris expedit fratribus, ut tuo adhuc institutum exemplo, » etc. Tales sint religiosorum sermones, talia arborum Dei colloquia, tales fidelium visitationes.

Ita S. Dominicus iugiter ait cum Deo, aut de Deo loquebatur, idemque suis inculcabat: unde ipsissimè praesertim D. Thomas Aquinas, aliosque docuit, dicens: « Viro Religioso non nisi cum Deo, aut de Deo loquendum esse. » Ita David Anachoret, privatus loquens, a Deo oblituit ut de rebus divinis loqui posset, ut habet Joannes Moschus in *Prato Spirit.*, cap. cxliii. Tales fuerunt nostri primores S. Ignatius, S. Xaverius, P. Faber, R. Capisius, qui in hospitibus, plateis et taulis principum non nisi religiosa loquebantur, ubique coelestia divinarum laudum rerumque mella manantes, ideoque innumeras Deo animas pepererunt. Hoc est quod ait Melchias, cap. ii, vers. 7: « Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. » Ubi notat S. Hieronymus non dici *preferent*, sed *custodient*, ut scilicet loquantur opportune, dentque conservis cibum in tempore suo:

ita ut os sacerdotis sit arca quaedam salutaris doctrinae, unde omnes necessaria depreciant, quae ibi Deus ad commune utilitatem et doctrinam recondidit. Auctor Imperfecti, *humil.* 38: « Sicut stomachus, ait, accipiens cibum coquit, sic et sacerdotis accipiens scientiam sermonis per Scripturam ex teo, et excoquant eam in se, et est, et trochantes et pulsatantes apud se, universo populo subministrant. » Et S. Ambrosius, *serm.* 13, sacerdotem comparat apibus. Sicut apes, inquit, de divinarum Scripturarum flosculis suavia mella conficiunt, et quidquid ad medicinam pertinet animarum, oris sui arte componunt. Porro non sufficit sacerdoti Dei sermones loqui voce, nisi eisdem loquatur et vita: vita enim dat voci efficaciam. Nam, ut ait S. Ambrosius, *epistola* 6, « separavit Deus sacerdotes a populo, praecipit Moysi ut montem cum sacerdotibus ascenderet, populus autem

deorsum staret. Vides divisionem? nihil in sacerdotibus plebicum requiri, nihil populare, nihil commune cum studio, usu et moribus incoedite multitudinis; sobriam a turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitas sibi vindicat sacerdotalis. Quomodo enim potest observari a populo, qui nihil habet secretum a populo, et dispar a multitudine? Quid in te miretur, si in te sua re cognoscat? si nihil in te aspiciat per ultra se inveniat? Supergravidam igitur plebicum opinionem, et strata quaedam gregalis conversationis, hinc Deus *Levit.* x: « Sanctificabor, ait, in his qui appropinquant mihi. » Ubi aliqui vertunt: « Agnoscat sanctus ex munditia et sanctitate ministrorum, » puta sacerdotum. Theodoretus, *Quaest.* III in *Levit.*, querit quare victima pro sacerdote oblata tota cremaretur, ac responderi: ut integritatem sacerdotis demonstraret, qui non aliquatenus, sed se totum plane Deo dedicavit.

S. Basiliius, in *Moral.*, Reg. LXXV, cap. x, querit quales esse debeant predicatorum Evangelii? ac respondet primo, debere esse tanquam Apostolos; secundo, tanquam praecoens coeli; tertio, tanquam regulam pietatis; quarto, tanquam oculum in corpore: quae sigillatim probat ex Scriptura verbisque Christi.

« Tanquam Apostolos, ait, et ministros Christi, et dispensatores fideles mysteriorum Dei, sola ea quae a Domino precepta sunt, inlegerrime et re et verbo impletes. Eunt milto vos sicut oves in meo luporum. Euntes docete omnes gentes; sic nos existimet homo tanquam ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Quod autem superest, quaerit inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur.

« Tanquam praecoens regni colorum, ad destructionem eius qui habet imperium mortis in peccato. Euntes autem praedicate, dicentes: Appropinquant regnum caelorum. Testiflor ego coram Deo et Domino Jesu Christo, qui iudicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius praedica verbum Dei.

« Tanquam formam aut regulam pietatis, ut per eos ad reformationem omnem diligantur illi qui Dominum sequuntur, et istorum pervertis delegatur, qui in quavis re illius imperium detestant. Quae quidem retro sunt oblitivens, ad ea vero quae sunt priora extendens in seipsum, iuxta destinatum persequerit ad bravium superas vocationis Dei in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: et si quid alter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit. Veritatem autem quod pervenimus ut item somniamus, in eadem permaneamus regula. Exemplum istud fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Sollicite autem cura teipsum probatum exhibere Deo; operarium inconfusibilem, rite tractantem verbum veritatis.

« Tanquam oculum in corpore, ut videlicet habere delectum et bonorum et malorum scientiam,

atque ut Christi membra ad singula quibusque accommodata officia dirigant. Luc. ana corporis est oculus. Si ergo oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum laudum erit.

S. Gregorius Nazianzenus, oratione I Apolog.: «Hæc summa est, inquit, ut virtute tales existant, ut (suo verbo dicam) celestes sint: ac possint purgari primum, deinde purgare; sapientia instrui, atque ita alios sapientes reddere; lumen fieri, et alios collustrare; accedere ad Deum, et alios adducere; sanctificari, et aliis sanctitatem afferre. » Doctores ergo et sacerdotes eam præsentent morum integritatem, quæ cæterorum censura sit et disciplina: quod efflorent, et si loquantur ut oracula, vivant ut numina. » Idem faciunt Religiosi: horum enim est loqui sermones Dei, ut eorum vox sit vox Dei, non mundi, ut summum Patriarcham imitentur Joannem Baptistam, qui ait: «Ego vox clamantis in deserto: Parate viam Domini. Penitentiam agite: appropinquavit enim regnum celorum.» Math. III, 3 et 8.

SI QUIS MINISTRAT, TANQUAM EX VIRTUTE QUAM ADMINISTRAT (εὐσεβείᾳ, id est subministrat, suggerit, suppeditat) Deus. — Ita Syrus. Hoc est alterum genus charismatis, scilicet diaconia, sive ministerium, puta administratio sanctorum Sacramentorum, elemosinarum et quarumlibet aliarum rerum. Dicit ergo, ut cui aliquid tale ministerium et manus in Ecclesia a Deo obligat, is illud administret et exerceat, non sua, sed Dei virtute, quam scilicet illi Deus suggerit et suppeditat: quo inquit primo, eos suum debere munus agere, non alienum lavandere; ac nihil sibi posse arrogare, sed totam suam virtutem, facultatem et efficaciam Deo, cuius est tribuere, illis Commemnis. Secundo, eos debere ministrare in virtute, id est, non tantum recte et fideliter, non accipiendi personas; sed et valenter, strenue, generose vincendo omnes difficultates, nullius potentiam vel invidiam timendo, scientes se Dei esse ministros, ab eoque agi, regi et protegi; hoc enim significat Græcum εὐσεβείᾳ, id est virtus, robur, fortitudo. Sic Christus in virtute spiritus regressus est in Gallileam, Luc. cap. IV, 14. Idem imitentur Christiani, ut quidquid inchoant et agunt, inchoent et agant in virtute spiritus, ut videantur eo agi et impelli divina vi Spiritus Sancti, uti agebatur Samson ad opera sua fortia et heroica. Tertio, in dando et erogando esse liberales, memores se non dare sua, sed Dei, qui in dando est liberalissimus, ac vult ut ministri hanc suam liberalitatem imitentur, ideoque quo liberalius erogant, eo plura liberalius eis impertit. Nam, ut ait Auctor Imperfecti, homil. 43 in Matth.: «Ubi paternitas largi est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, ut quid sacerdos ejus austerus? Vis apparere sanctus? circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus. » Quarto, ut non querant sua lucra, sed animarum ad Dei gloriam: «Ut in omnibus,

inquit, honorificetur (græce δεικνῆται, id est glorificetur) Deus per Iesum Christum, » quia per merita Christi mediatoris hæc dona suis ministris elargitur Deus. Quocirca vero S. Augustinus, *Sermones*, cap. XV: «Qui de bono tuo, o Domine, inquit, gloriam sibi querit, et non tibi, hinc fur est et latro, et similis est diabolo, qui voluit furari gloriam tuam. » Et S. Bernardus, *serm. Contra ingratis*: «Felix est, inquit, qui ad singula dona gratiæ redit ad eum in quo est plentudo omnium gratiarum; » et *serm. 13 in Cant.*: «Ad locum, inquit, unde exeunt, revertuntur flumina gratiarum, ut iterum fluant; remittitur ad eum principium celeste profluvium, quo uberius terre refundatur (1). »

EX (tam Christo, quam Deo) EST GLORIA ET IMPERIUM. — Syrus, gloria et honor. Solent viri sancti et celestes rerum et orationum omnium exordia et fines ad Deum referre, juxta illud: «A te principium, tibi desinet; » ideoque in ejus doxologia erumpere instar beatarum mentium, quarum vitam ipsi præstant et inchoant. Beati enim in oculis jugiter Deo acciunt: «Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erant, et qui est, et qui venturus est, » *Apoc. IV, 8.* «Sedenti in throno et agno benedictio, et honor, et gloria, et potestas, in sæcula sæculorum, » *Apoc. IV, 13, et VII, 12.* Vide ibi dicta.

12. CUMISSIM. — Ex ipso nomine, ait Œcumenus, significat non quia odio habeantur, sed quia valde chari sint, nimirum Deo, vehementerque amantur, afflictiones ipsis contingere. »

NOLITE PEREGRINARI. — Transit a charitate ad patientiam, fidelibus tunc ob persecutiones maxime necessariam: græce est παρρησία, id est, nolite admirari et æstimare rem peregrinam, quod multa adversa vobis quasi Dei servis obligant et ingruant. Nolite, ait Œcumenus, hæc ab amicis Dei extraneum ducere, cum hoc eis proprium et gloriosum sit, quod ut aurum igne tribulationis probentur, purgantur et illustrantur, quodque Christo patienti conformantur, ut eidem resurgenti configurentur. Unde Beda, Hugo et alii sic explicant, *q. d.* Nolite vos peregrinos æstimare a Deo et Christo, quasi ab eo projectos, ideoque afflictos. Lyranus vero, *q. d.* Nolite ob afflictiones peregrinari, id est alienare vos a fide et amore Christi, aut fugere in alienas oras. Verum primum sensus quem dedit, propius est et genuinus. Quare insulti sunt hæretici, qui vel ignorantes, vel malignose hæc torquent contra peregrinationes ad limina SS. Apostolorum, Compostellam ad S. Jacobum, Hierosolimam ad loca sancta, etc., quasi eo peregrinari valeat hic S. Petrus. Nil enim tale significat παρρησία, sed id quod dixi. Unde

(1) Quarto alii, «ex virtute, » id est, debet munere suo fungi pro corporis viribus: nam juvenes ad duxerunt eligi solebant, qui hæc illic facile discerent.

Syrus, S. Cyprianus, *epist. 56*, et S. Hieronymus in cap. IV *Amos*, vertunt, nolite mirari; Tertullianus in *Scorp.*, cap. XII, ne exponeatis ustionem; S. Fulgentius ad *Thrasim*, nolite expavescere ferorem tanquam nisi aliquid. Et sic mox explicat S. Petrus, dicens: «Quasi novi (græce ἴστω, id est peregrini) aliquid vobis contingat. » Quocirca incongruus pariter est sensus Aureoli in *Compl. S. Script.*, *q. d.* Ne leviter discutiatis abrupti fervore quodam voluntatis, imaginantes vos alibi novi aliquid reperituros. Et ille flogonis, *q. d.* Nolite in fervore devotionis vorare aut astringere vos ad impossibilia, vel nimis ardua, que postea prestare non valeatis, aut velitis; ἴστω enim opponitur τὸ ἴστω: unde sicut ἴστω significat consuescere, et agere rem consuetam more consueto, sic ex adverso ἴστω significat agere rem peregrinam, stupere rem novam et insolitam, rei insolentia et novitate terri et percelli. Sic S. Basiliius, *epist. ad Melesium*: Scribam, inquit, ἴστω τὸ ἴστω, id est, rem inauditam tibi avarum, novam, quæ quod hujusmodi criminatio in stupore non adducere propter rei novitatem. Sic Constantinus Cesar, lib. IX *Agricult.*, cap. V, docet plantam debere inseri in terra sibi congrua et consueti, ne, inquit, ἴστω, id est, ob novitatem abalienetur, atque solum sibi peregrinam aversetur. Aptè ergo hic veritas cum Salviano loco citato et aliis: Ne commoveamini, ne turbemini, ne percellamini in afflictionibus quasi vos nova, insolentia et peregrina. Eadem significatione sumitur a Latinis vox peregrinus et peregrinar: peregrinum enim dicitur quod in sua civitate non est, sed in peregrina. Unde Cicero *pro Rabirio*: «Ad eone, ait, ignarus es disciplina consuetudinis nostre, ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere videare?» Et lib. V *Tuscul.*: «Ille, ait, omnem infinitatem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. » Sic dicitur peregrinari aures et oculi, cum rem peregrinam et novam audiunt, vident et stupent. Sic Horatius, lib. I, *epist. 13*: «Animus, inquit, peregre est. » Sic *Isaie xxviii, 21*, dicitur opus a Deo alienum et peregrinum esse punire et affligere, quia ejus proprium est misereri, parcere et beneficiare. Et forte ad hunc Isaie locum alludit hic S. Petrus.

IN FERVORE. — non amaris et dissectionis, sed afflictionis et tentationis; græce enim est ἐν πυρὶ, id est in ardore, ut legit Tertullianus, *Scorp.* cap. XII; in ardore, ut S. Cyprianus, *epist. 56*; Pagninus, *ne miremini de vestro per ignem examinationis*; Œcumenus et Tigurina, *dum per ignem probamini et exploramini*; ἴστω: enim est probatio et exploratio pro ignem; minus recte aliqui vertunt *medinem*, puta ielerum sive rubiginem, ideoque Hebr. שֶׁמֶט שֶׁמֶטֶת vocatur.

Alludit ad illud *Eccl. xxvii, 6*: «Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribula-

tionis; » et ad illud: «Tansivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium, » *Ps. lxxv, vers. 12.* Afflicto enim est quasi fornax ardens, urens et cruciatus afflictum. Est ergo ipsa ἴστω, id est inardum, ustio, concoctio, sed in qua, et ex qua fit ἴστω, id est pyropus, gemma instar ignis effulgens et effulgurans, juxta illud: «Tanquam aurum in fornace probavit eos; » et quasi holocausti hostiam accepit illos, » *Sap. vi, 6.* Ubi prudenter notat S. Ephrem, *serm. De Patientia*, quod sicut figulus, vel aurifaber, fornacem attempterat vasti scelli, vel auro quod coquit, ne illud nimis urat, vel nimis parum: ita et Deus tentationem accommodat viribus hominis, et gratiæ quam et dat, nec patitur hominem supra vires tentari, ut ait S. Paulus, *I Cor. x, 13.* Rursus accommodat eam viis hominis, que per hunc tribulationis ignem decoquere et exurere cupit et destinat. Sensus ergo est: Nolite peregrinari in fervore, hoc est, nolite admirari ut rem peregrinam, fervorem, id est ardorem, tentationis et afflictionis, qui vobis obtingit. Est catachresis: peregrinari enim ponitur pro rem peregrinam admirari: est hebraismus, in fervore, id est fervorem: Hebræi enim verba contactus, sive realis, sive mentalis, quale est admirari, construunt eum *beth*, id est in. Mirabantur enim nonnulli primi Christiani (uti jam mirantur hi qui peccatis ad Deum convertuntur) se mox a conversione ad Christum, undique persecutionibus, tentationibus et ærumnis exagitari. Hisce respondet S. Petrus, id non esse mirandum, cum ex rei natura id sequatur. Fides enim et pietas odium infidelium et impium contra se excitat, quia eis bellum indixit. Cordate Salvianus, lib. III *De Providentia*: «Quid, ait, mirum est si mala cuncta perferimus, qui ad toleranda universa militamus?» Hæc de causa Christus crucifixus post resurctionem duobus discipulis euntibus in Emmaus apparuit quasi peregrinus in Israel, ut representaret ipsosmet esse peregrinos. Forum enim affectum et habitum in se sumpsit, ut illos doceret: quia scilicet novis discipulis, novisque Christianis novum et peregrinum videbatur, quod Christus, qui promissus erat fore Rex Israel et Salvator orbis, moreretur et crucifigeretur. Verum ipse hunc eorum errorem correxit, ostendens ex lege et Prophetis oportuisse Christum (et consequenter Christianum quemque) pati, et ita intrare in gloriam suam, *Luc. xxiv, 26.* Quare sapienter S. Chrysostomus, *hom. 8 in II ad Tim.*: «Nefas, ait, est pigilem Dei vacare delictis, non licet epulari luctantem. Luctamen enim sum præsentia omnia, certamen, bellum, stadium: allud est quæstus tempus, hoc ærumnis deputatio: est atque sudoribus. Nullus ubi ad certamen se exiit unctusque est, requiem querit. » Et S. Leo, *serm. 1 De Quadages.*: «Intelligamus, ait, quanto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tanto nos vehementius ab adversario impetendos. » Causam dat S. Ilija-

rius in *Matth. iv.*, dicens: « In sanctificationis nobis maxime diaboli tentamenta grassantur: victoria ei est magis exoptata de sanctis. » Et S. Hieronymus, *epist. ad Eustoch.*, *De Custod. virgin.*: « Non querit diabolus homines infideles, de Ecclesia Christi rapere festinat: escæ ejus secundum Habacuq electæ sunt; Job subvertere cupit, et devorato Juda ad eribrandos Apostolos expetit potestatem. » Et S. Gregorius in illud *Job xi.*, *Absorbent fructum*: « Illos, ait, magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studiis jungi jam celestibus contemplantur. » Et Origenes, *Homil. 9 in I. Judic.*: « Venisti, ait, ad aquam baptismi: istud est certaminis et pugne spiritualis initium, hinc tibi adversus Zabulum nascitur pugne principium. » Quare sicut Christus mox a baptismo abijt in desertum, ibique tentatus est a diabolo: ita fidelis quisque regeneratus, et ad virtutis apicem cœlumque aspirans, habeat hoc præmeditatum, sibi acriter cum hoste esse luctandum, imo se omnes demones totumque infernum ad duellum et singulare certamen reipsa provocasse. « Fili, inquit *Eccl. cap. ii. 4.*, accedens ad servitum Dei, sta in justitia et timore, et præpara animam tuam ad tentationem. » Id expertus S. Antonius, teste S. Athanasio, alios docebat et monebat, dicens diabolum acerrime infestare et vexare Monachos et virgines quo se Deo dicaverunt, tum quod ipsorum heroica virtus dedecori sit demoni, qui ad eam aspirare noluisset, ideoque ipsa sudas sit in oculis ejus; assidue eum pungens et credens; tum quod egre ferat Deum, quem pro bestie et tortore habet, ita ab his coli et honorari; tum quod eorum virtuti et glorie invident.

QUI AD TENTATIONEM VOBIS FIT. — Allicuit *μαρτυρῶς*, id est tentatio, ad *πίστιν*, id est fervorem; tentatio enim est quasi ignis, fervor et ardor, qui hominis animum, virtutem et constantiam tentat, id est explorat, purgat, perficit, juxta illud *Daniel. xi. 33*: « Et de eruditus ruent ut conflentur, et elegantur, et dealbentur. » Vide ibi dicta.

QUASI NOVI ALIQUID VOBIS CONTINGAT. — *q. d.* Non est novum et peregrinum fideles et pios tentari et tribulari, ut vos, o novelli Christiani, putatis, sed vetus et proprium, imo ab initio mundi hucusque semper facilitatum. Sic enim pium Abel persecutus est impius Cain, filios Dei persecuti sunt filii hominum et Nemrod, Abrahamum Chanaan, Loth Sodomites, Josephum fratres, Jacobum Laban, Isaacum Philistin, Moysen Pharaon, Hebraeos Egyptii, Davidem Saul, Isaiam Mamasas, Jeremiam, Ezechielem, Amos ceterosque Prophetas Judei, juxta illud *Hebr. xi. 37*: « Lapidati sunt, scedi sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt. Circueverunt in mellis, in pelibus captivis, egentes, angustissimi, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis, et in cavernis terre. »

Quare ipsium saos sæpe premonuit Christus, ut ad id se compararet: « In mundo pressuram

habebitis, » *Joh. xvi. 33*. « Tradet frater fratrem in mortem, et pater filium, et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient, et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, » *Matth., cap. x. vers. 21*.

13. SED COMMUNICANTES CHRISTI PASSIONIBUS, GAUDETE. — Duas offert causas cur in afflictione non tristari, sed gaudere debeant: prior, quod in tribulatione communicent Christi passioni, unde S. Fulgentius, *lib. III ad Thrasim.*, legit, *sed ut communicantes*, quod summum est decus et gloria, æque ac commodum et meritum: nam patientes per passionem suam passioni Christi quasi insperantur et inoculantur, uti ramus arbori, itaque ab eo omnem vigoris et gratie succum, vimque tolerandi, merendi et perseverandi exsugunt. Posterior, quod cum Christo passo resurrecturi sint ad gloriam immensam. Græca habent *αὐτῶν τῶν παθόντων*, id est, *sed in eo quod communicatis*; vel, ut Tertullianus, *Scorp. xii.*, « etiam secundum quod communicatis; » quæ lectio significat tantum gaudendum esse, quantum patienti communicamus passionibus Christi, ut quo magis crescit passio, eo magis crescat et gaudium: adeoque crensura gaudii sit mensura tribulationum, juxta illud *II Corinth. i. 6*: « Quoniam sicut et abundant passiones Christi in vobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra; » et illud *Psalm. xciii. 19*: « Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. » Hinc S. Cyprianus, *epistola 56*, legit: « Sed quotiescumque communicatis passionibus Christi, gaudete. » Hinc patientes dicuntur, *primo*, pati non tam tuam crucem quam Christi, juxta illud: « Execramus igitur ad eum extra castra improprium ejus portantes, » *Hebr. xiii. 13*. Ita « Moses grandis factus negavit se esse filium filie Pharaonis, magis eligens affligi eum populo Dei, quam temporalis peccati habere juvantiam, majores divitias æstianans thesauro Ægyptiorum improprium Christi, » *Hebr. xi. 24*. Ita Paulus cum suis ait: « Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris, » *II Corinth. iv. 10*. « Et si compatimur, ut et conglorificemur, » *Rom. viii. 17*. « Ego stigmata Jesu in corpore meo porto, » *Gal. vi. 17*.

Secundo, Christus vicissim docit pati in fidelibus quasi copat in suis membris. Hinc Christus ait Saul: « Quid me persequeris? » *Act. ix. 4*; non ait: « Quid moos fideles, » sed: « Quid me persequeris? » quia ipsi me sunt membra, mecumque unum corpus Ecclesie mysticum effluent: ipsos ergo persequendo, me persequeris, quia qui membra persequitur, caput ipsum petit et persequitur. Ita S. Paulinus, *epist. ad Aprum*: « Ab initio seculorum, ait, Christus in omnibus suis patitur. Ipsum est enim initium et finis, qui in lege velatur, in Evangelio revelatur, mirabilis

semper et patiens et triumphans in Sanctis suis Dominus. In Abel occisus a fratre, in Noe irrisus a filio, in Abraham peregrinatus, in Isaac oblatris, in Jacob famulatus, in Joseph venditus, in Moysæ expositus et fugatus, in Propheta lapidatus et sectus, in Apostolis terra marique jactatus, et multis ac variis beatorum Martyrum cruciatus frequenter occisus. Ipse igitur etiam nunc infirmitates nostras et aegritudinem portans, quia ipse est homo semper pro nobis in plaga positus, et sciens ferre infirmitates, quas nos sine ipso nec possumus ferre, nec novimus. Ipse, inquam, nunc pro nobis et in nobis susiciens mundum, ut preferendo destruat, et virtutem in infirmitate perficit. Ipse et in te patitur opprobria, et ipsum in te odit hic mundus; sed gratias ipsi, quia vincit cum judicatur, et triumphat in nobis. »

Tertio, patientes dicuntur Christo incorporari, adeoque unum efficit et esse cum Christo. Sic enim Apostolus nos vocat commortuos, complantatos, concarnificos Christo, *Rom. vi. 3*, et *II Timoth. v. 11*; unde idem ait: « Christo confixus sum cruce; vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus, » *Galat. ii. 20*; et S. Ignatius, *epist. ad Romanos*: « Amor meus crucifixus est. » Quocirca in afflictionem consistit vita Christiana apex et summa. Unde S. Basilus formulam vite perfectæ vijs Religiosis et Anachoretis præscribens admonitione ad juniore, id ipsum pene solum inculcat.

GAUDETE. — S. Cyprianus legit, *per omnia gaude*, juxta illud S. Jacobi 1, 2: « Omne gaudium existimale, fratres, cum in varias tentationes incideritis, » ubi multas hujus gaudii causas recensul. « Finis passionum Christi resurrectio, » ait Origenes in *cap. I ad Rom.* Sic et finis passionis Christianorum est resurrectio et gloria eterna: merito ergo in passione gaudeant.

UT ET IN REVELATIONE GLORIE EIUS GAUDERIS EXULTANTES. — *ἡ ἀποκάλυψις*, id est, *exsultantes pro gaudio*. Unde S. Cyprianus, *epist. 56*, legit, « gaudentes exsultatis. » Exsultare enim est super modum exsultare, ait Nonius. Tanta enim erit beatitudinis et gloria celestis magnitudo, ut eor humanum illum capere nequeat, sed extra et supra se quasi exsiliat, imo ipse illud omnipotentia sua manu continere et stringere. Ita *Psalm. cxv. 2*: « Cor meum, ait, et caro mea exsultaverunt in Deum vivum, » *Psalm. lxxxiii. 3*; et: « Jubilate Deo, omnis terra, cantate, et exsultate, et psallite, » *Psalm. cxvii. 4*; et: « Fidentes ibant et debant, millentes semina sua; venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos, » *Psalm. cxv. 6*; et *Malach. cap. iv. vers. 2*: « Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiae et sanitas in pennis ejus, et egre diemini, et salietis sicut vituli de armento: »

ubi plura de hoc salta dixit; et *Apoclyptis*, *cap. vi. vers. 14*: « Exultate, filia Sion: jubilate, Iherusaleme: et exsultate in omni consue, filia Jerusalem. » Vide Baruch, *cap. v.*

Ita in Vita S. Evergisti Archiepiscopi Colonien-sis legitur, quod, cum de more ingressus templum S. Gereonis, in quo corpora ipsius sociorum Martyrum requiescant, illud psalmi recitaret: « Exsultabunt Sancti in gloria, » responderint ipsi e sepulchris: « Lætabuntur in cubilibus suis, » *Psalm. cxlix. vers. 5*.

14. SI EXPROBRABINT. — Græca *ἀποδοκιμασθήσονται*, id est, ut Tertullianus, *Scorp. xii*, legit, *si dedecorabunt*; S. Cyprianus, *epist. 56*, *si exprobraverit vobis*: Gen-filibus enim nomen Christi et Christiani erat probum et probosum; unde illud quasi infame exprobrabant fidelibus.

IN NOMINE CHRISTI. — Id est, ob nomen Christi, scilicet quia estis Christiani, quia Christi nomen colitis et invocatis. Syrus, *pro nomine Christi*, vel quia pertinetis ad Christum, quasi existentes de domo, familia et Ecclesia Christi. Ita Nero, qui primus persecutus est Christianos, Christianos fecit probum, cum probosum hoc in eos talit edictum: « Quisquis Christianum se esse confite-tur, is tanquam generis humani convictus hostis, sine ullo tolerantiæ et persequendum dilectione consistit vite Christianæ apex et summa. Unde S. Basilus formulam vite perfectæ vijs Religiosis et Anachoretis præscribens admonitione ad juniore, id ipsum pene solum inculcat.

GAUDETE. — Græca *ἡ ἀποκάλυψις*, id est, *gaudi*, supple critis in celo, et esis in terra, ob decus nominis Christi, et ob spem certam glorie, ut pote ab eo patientibus se pro promissam.

QUONIAM QUOD EST HONORIS, GLORIE ET VIRTUTIS DEI, ET QUI EST EIUS SPIRITUS, SUPER VOS REQUIESCIT. — *ἡ δ. gloria*, virtus et spiritus Dei super vos requiescit, agitur ad omne arduum, puta ad heroicam patientiam. Syrus verit, *Spiritus gloriosus Dei super vos requiescit*. Græca jam habent: *ἐπὶ τῶν τῶν ἁγίων: ἡ δ. τῶν θεῶν ἀνάπαυσις ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν*, id est, *quoniam spiritus glorie et spiritus Dei (id est spiritus gloriosus Dei, est hendi-tus) super vos requiescit*. S. Cyprianus, *epist. 56*, *pro vobis legit deus*; vertit enim, *quia manifestat ut virtutis Domini nomen in vobis requiescit*; Tertullianus, *Scorp. cap. xii*, *quoniam gloria et spiritus Dei requiescit in vobis*.

In eo ergo qui patitur pro Christo, requiescit Dei, *primo*, honor; *secundo*, gloria; *tertio*, virtus, græce *δύναμις*, id est, potentia et robur; *quarto*, spiritus, qui glorie, honoris, virtutis omnis est auctor in patiente, quasi in templo et thalamo meo sol justitiae et sanitas in pennis ejus, et egre diemini, et salietis sicut vituli de armento: »

delectatur, et in eo delectatur. Significat, inquit Dionysius, quod Deus reputet honorabile quid, gloriosum, virtuosum, sive triumphale invictam patientiam in adversis. Ita spiritus fortitudinis requievit in Christo. *Isaia xi, 2.* Hisce verbis significat quanta dignitas et decus sit pro Christo pati, scilicet quod in eo situs sit omnis honor, gloria, virtus et majestas Dei, adeo ut nihil dignius, honorificentius, divinius, Deoque gratius et gloriosius excogitari possit, Iuxta ipsa S. Spiritus persona et majestas in eo qui patitur, requiescat. Ipse enim quasi dux eum qui pro Christo patitur, quasi suum militem auctorat, auferat, roborat, protegit, perficit ad vincat, eumque ad triumphum et coronam eternam perducit. Summa enim et nobilissima fortitudo est, pati pro Christo, pro orthodoxa fide, pro vera religione, pro cultu dei ipsoque deo: pati, inquam, verba et verbera, culmias, probra, tormenta, ipsaque mortem. Unde S. Augustinus, sermone de S. Victoria: « Ibi, inquit, est corona gloriosior, ubi Christus infirmior: quia profecto virilis animus in feminis majus aliquid fecit, quando sub tanto pondere fragilitatis feminina non desedit, etc. Ille in eis apparuit invictus, qui pro eis factus est infirmus. Ille eas ut vinceret fortitudine implevit, qui ut eas fortis efficeret, semetipsum examinavit. Ille eas ad hos honores laudesque perduxit, qui pro eis opprobria et crimina audivit. Ille fecit feminas viriles et fortiter mori, qui pro eis dignatus est de femina misericorditer nasci. » Rursum idem S. Augustinus, serm. 78 de Temp., illud Gen. xxv. *Majus servavit minori,* puta Esau Jacobo, mystice sic exponit: Impii servantur plures, persecutores patientibus, tortores Martyribus; quia torquendo non aliud faciunt quam fabricare eis lauream martyrii. « Quomodo, ait, melli serviant bonis? non obsequendo, sed persequendo: quomodo persecutores Martyribus, quomodo linæ vel mallei auro, quomodo mola servantur tritico, quomodo panibus coquendis furnalia, ut illi coquantur, illa consumantur; quomodo in fornace aurificis palea servit auro, ubi sine dubio palea consumitur, aurum probatur. »

Græci codices adiunt: « Qui (Spiritus) quidem apud illos blasphematur, apud vos autem glorificatur, » quo significat hæc infidelium probra in Christianos in ipsum Spiritum Sanctum recidere, ac proxime fideles patientes in passione societum habere Spiritum Sanctum, qui tum hæc probra excipiat et repellat, tum fideles in illis excipientis et refundendis animet, vivat et roborat. Rursum Spiritum Sanctum tantum a patientibus honorari et glorificari, quantum a persecutibus inhonoratur, villipenditur et blasphematur. Quocirca Tertullianus ad Martyres, cap. III: « Bonum, ait, agonem subitura es, in quo agonizabes Deus vivus, est, xystarches Spiritus Sanctus corona æternitatis, bravium angelice substantie, pollicita in sæcula sæculorum. Itaque epistolæ yes-

ter Christus Jesus, qui vos spiritu unxit, et ad hoc semina produxit. »

Parro causas cur pati pro Christo sit summa difficultas, varias hic insinuat S. Petrus. *Prima* est, quia hic est actus summus Christiane patientie, fortitudinis, charitatis. *Secunda*, quia passiones sunt vestes regales, puta purpura, paludamentum, stigmata, insignia, et, ut Apostolus vocat, *Galat. vi, 17,* stigmata Christi.

Quocirca Theodorus Studita ob defensionem sanctarum Christi imaginum iussus a Leone Armeno flagellari, sponte statim zonam solvit, postquam veste corpus nudum obtulit ad verbera: « Voluptati enim, inquit, mihi est corpusculi huius flagellatio, atque ista demum ejus suprema depositio, quo citius nuda anima evolem ad eum quem desidero. » Ita Michael Studita, in ejus Vita. Unde Theodorus ipse scribens ad Nauertium exultans post verbera: « Annon, ait, didema gestantium gloria mirabilior, stigmata ferre Christi, vivificans ejus passionum jusu coronas? »

Tertia, quia Christus crucem et passiones in corpore suo sublimavit, et quasi deservivit; et quæ enim humanitatem assumens ad Verbum, eam quasi deservivit, uniendo eam Deo, adeoque hominem faciendo Verbum, ut scilicet vere et proprie hic homo esset Deus: ita pariter crucem et passiones in corpore et anima suscipiens, eas cum corpore et anima Verbo univit, itaque quasi deservivit. Unde sicut vere dicitur Deus incarnatus et factus homo, ita et vere dicitur Deus passus, crucifixus, mortuus: Christus ergo in eæ suaque humanitate deservivit et sacravit passiones et patientiam, æque ac pauperitatem, ut ait S. Bernardus, humilitatem, obedientiam, sui mundique contemptum.

Quarta, quod Christus, Spiritus Sanctus, totaque SS. Trinitas patientibus quasi sacrificiis et holocaustis, non lris, sed humanis et rationalibus summe honoretur, ut ait hic S. Petrus.

Quinta, quod iis a Deo promissa et parata sit summa merces et corona in celo, puta laurea martyrii, utque summe conformes sint Christo glorioso, qui conformes fuerunt eidem patienti et crucifixi.

Sæta, quod crux contactu corporis Christi sanctificata adoretur, nec tantum illa que teligit corpus Christi, sed et quelibet alia, que illius est representatio et imago, ut videmus publice in Ecclesia eam adorari in Paraseeve, juxta illud Lactantii:

Flecte genu, signumque crucis venerabile adora.

Unde de ea canit tunc Ecclesia:

Arbor decora et fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
Hæc capax hereticis
Sæcili perpendit pretium.

Sætera facta corporis,
Præclaque talis tortori.

O crux, ave, spes unica:
Hoc passiois tempore,
Auge plis iustitiam,
Reique dona veniam.

Passiones ergo nos ununt et assimilant Christo et Deo, imo faciunt socios Christi Deique crucifixi, in eumque nos quasi transformant. Quid nobilius quam similem et socium esse Christi? « Martyrio velut socio Christi cruore decoraris, » ait S. Cyprianus de Layde Martyrii.

Septima, quod passiones Martyrum mire illustrent Ecclesiam: nulla enim secta est que tot habeat Martyres, qui pro sua fide, aut potius perfida velist non tantum opes, sed et vitam profundero, quot habet religio Christiana. Rursum martyr illustre dat virtutis exemplum cæteris fidelibus, ut et ipsi pro Deo pati ac mori gestiant. Unde Tertullianus in Apology: « Sanguis Martyrum, inquit, est semen Christianorum. » Et Prudentius Peristephan:

Martyrum semper numerus sub omni
Græmine crescit.

Quocirca S. Gregorius Nazianzenus, orat. 18, que est de S. Cypriano, Martyribus hæc dat cognomina et dogma, quod sint « holocausta ratione prædita, victima perfecta, oblationes Deo gratæ et acceptæ, veritatis præconia, mandati professiones, legis que spirituali modo intelligitur explatio, erroris oppressio, vitii insectatio, peccati diluvium, mundi lustratio. » Quare tua, o S. Cypriane Martyr, « virtute majorem in modum afficior, memoria recreor, ac præ gaudio quasi lymphatis feror, quodamque modo in eodem tuo martyrio versor, dimicationisque socius et participes sum, ac totus ad te transco. »

Hicque Nazianzenus, qui et paulo ante asserit se contemptis omnibus terrenis ad caelestia anhelare. « Hujus rei, inquit, inexplebili quadam aviditate teneor, nec ab ea unquam divelli possum. Martyrum honoribus oblector, pugilum cruciobus exulto, atque aliorum quidem certamina et victorias sunt, coronas autem meæ, usque eo gloriarum molestiis et militum sævitiis confiteor, uti reipsa confectus fuit, ad Cyriaicum pariter exultantem ita scribit: « Equidem cum urbe Constantinopolitana exigerer, nihil horum curavi, sed ita mecum ipse locutus sum: Si Imperatrix me prosciberet volat, proscirbat: Domini est terra et plentitudo ejus. Si terra discedere volat, disscindat: lesium habeo exemplum. Si me in mare vult proicere, Jone reminiscar. Si in caminum vult conicere, tres illos juvenes habeo, qui id pertulerunt. Si me bestis vult objicere, Danielis meminero in lætum leonum conjecti. Si lapidare me vult, Stephanum habeo protomartyrem. Si caput

mihî vult auferre, Joannem habeo Baptistam. Sin substantiam vult adimere, adimat me: nudus egressus sum de ventre matris meæ, nudus revertar illuc. Exhortatur me Apostolus: Personam hominis Deus non respicit. Si adhuc hominibus placere, Christi servus non essem. Et me David ipse armat, dicens: Loquebar in conspectu regum, et non confundere. ar. »

Tertullianus, lib. ad Martyres, cap. IV, eis inter alia fortitudinis Gentilium exempla et decora proponit flagellationem Læconum. « Nam que hodie, ait, apud Lacedæmonas solemnitas maxima est *δυναστείας*, id est flagellatio, non latet. In quo sacro ante aram nobiles quique adolescentes flagellis afficiuntur, astantibus parentibus et propinquis, et uti perseverent adhortantibus. Ornamentum enim et gloria deputabitur majore quidem titulo, si anima potius cesserit (excesserit e corpore et vita hæc) quam corpus. Igitur si tantum terrene glorie licet de corporis et animi vigore, ut gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta contemnant sub præmio laudis humanæ, possum dicere: Modice sunt ista passiones ad consecutionem glorie caelestis et divine mercedis. Tanti vitæum? quanti verum margaritum? Quis ergo non libentissime tantum pro vero habeat epogare, quantum alii pro falso? »

S. Cyprianus, de Laudibus et Ehort. martyrii, hosc vel titulos, vel stulos dat martyrio: *Primum*, « impavidos animos dat dolori. » *Secundum*, « mens crescit in pugna, pulsata licet crebrus hæret immobilis virtus, ut rupes pulsata fluctibus. » *Tertium*, « morte vitam condemnat, ut vitam morte custodiat. » *Quartum*, « miles triumphalibus de hoste spoliis onustus vulneribus suis gaudet. » *Quintum*, « nec timendum, quorum spes eternitatis et vita caelestis est, ac salus de promissa immortalitate latatur. » *Sextum*, « quorum animo despectus hic mundus, et alienata sæculi facies, cui semper hic mundus loco carceris: nec poteris amare martyrium, nisi ante oderis sæculum. »

15. NERO AUTEM VESTRUM PATIATUR ET ROMICIDA, V sed ut Christianus, ideoque Martyr Christi. Quare quod S. Cyprianus, epist. 78, et S. Hieronymus, epist. 58, dicunt Christum latroni (qui a dextris Christi crucifixus est) fecisse homicidii penam martyrium, intellige testimonium, puta protestationem fidei in Christum, q. d. Christus fecit ut latro pro scelerebus crucifixus, in ipsa cruce crederet in Christum, ejusque fidem publice protestaretur, itaque fieret martyr, id est testis Christi, ac præmium glorie tali testimonio debitum consequeretur, eaque ratione ipsi penam homicidii convertit in triumphum hujusce martyrii.

AUT PEB, AUT MALEDICUS (GRÆCΟ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ, id est malorum patrator: ita Syrus; Tertullianus, Scorp. cap. XII, ut maleficus), AUT ALIENORUM APPETITOR. — « Martyrem enim non fecit pena, sed crux, » ait S. Augustinus, epist. 107 ad Festum; nec scilicet

ius facit martirem, sed scelestum. Unde S. Cyprianus, lib. III Testim., cap. XXXVII, citatis hinc S. Petri verbis: « Fidem, ait, non oportet, ob alia delicta, nisi ob nomen solum puniri. » Pulchro S. Augustinus, serm. De decem plagis: « Nemo, ait, habet iniquum lucrum sine justo damno. Qui furatur acquirat vestem, sed perdit fidem: ubi lucrum, ibi damnium: lucrum in aera, damnium in conscientia. » Idem, De Vita Christiana, pingens ideam Christiani: « Ille vero, ait, Christianus est, qui omnibus misericordiam facit, qui nulla omnino movetur injuria, qui aliorum dolorem tanquam proprium sentit, cuius mensura nullus pauper ignorat, qui coram hominibus iuglorius habetur, ut coram Deo et angelis gloriosius; qui terrena contemnit, ut patet in hęc ocella; qui opprimi pauperem se presentem non patitur; qui miseris subvenit; qui ad fictum flentium provocat alienis. »

Pro alienorum appetit, græce est ἀλλοτριόφρων; id est, alienarum rerum curiosus inspector, et consequenter appetit: species enim et visio rei appetibilis, est appetitum. Unde curiosus inspector rebus inspectis habuit. Terullianus, alieni specularator; S. Cyprianus, lib. III ad Quiricum, cap. XXXVII, curus alienis agens. Sciendum est illud Plauti: « Curiosus nemo est, qui non sit malivolus. » Proclara S. Gregorius: « Grave, ait, curiositas est vitium, que dum ejuslibet mentem ad investigandum vitam proximi exterius ducit, semper et intima sua abscondit, ut aliena sciens, semper et intima sua abscondit, ut aliena sciens, semper et intima sua abscondit, ut aliena sciens, semper et intima sua abscondit. » Unde B. Gregorius: « Nos tanto minus debemus aliena corda reprehendere, quanto scimus visu nostro non posse alienare cogitationis tenebras illustrare; » et mox: « Curiositas damnosa peritiam, ad hæresim provocat, in fabulis sacrilegas precipitat mentem, in causis obscuris reddit audaces, in rebus ignavis facit homines precipites. »

16. SI AUTEM UT CHRISTIANUS, NON ERUBESCAT (uti erubescunt homicidæ cum plectuntur pro crimine, quia christianismus non est crimen, sed religio et sanctitas), GLORIFICET ACTUM DEUM IN SVO NOMINE. — quia gloriosum est nomen Christi, ac consequenter et Christiani; a Christo enim vocatur Christianus quasi Christi assecta, discipulus, cultor, filius et hæres. Vide dicta Actor. XI, 26. Porro patitur ut Christianus non tantum qui pro fide, sed et qui pro virtute aliqua Christiana, ut castitate, justitia, religione, etc., patitur: omnem enim virtutem dicit et docet fides Christi. Quare

qui pro qualibet virtute Christiana occiditur et moritur, est martyr. Nam martyr est, qui pro qualibet veritate, que ad pietatem pertinet, moritur, imo qui moritur pro veritate qualibet ut evitet mendaciam; talis enim moritur pro veritate veracitatis, que opponitur vitio mendaciæ, uti dicitur serio docet D. Thomas, II II, Questiones CXXIV, art. 3. Secus est de eo qui moritur pro mendacia aliqua veritate mathematica, physica, logica. Hic enim non est martyr, quia non moritur pro veritate ad pietatem pertinente, uti ibidem assertit D. Thomas.

Moraliter dicitur hic quantum sit pati ut Christianus, tantum scilicet quantum est martyrium: hæc autem summum est decus et gloria. « Quid enim gloriosius, aiunt generosi Martyres ad S. Cyprianum, lib. V, epist. 12, quidve felicius ulli hominum poterit ex divina dignatione contingere, quam inter ipsos carnicifera interterritum coaliteri Dominium Deum? quam inter sevientia secularis potestatis varia et exquisita tormenta, etiam extortio, et exercitatio, et excarnificatio corpore, Christum Dei Filium, etsi recedente, sed tamen libero spiritu confiteri? quam relicto mundo cæcæculum petiisse? quam desertis hominibus inter angelos stare? quam impedimentis omnibus secularibus ruptis in conspectu Dei jam se liberum sistere? quam cælestis regnum sine ulla cunctatione retinere? quam collegam passionis cum Christo in Christi nomine factum fuisse? quam iudicis sui divina dignatione iudicium factum fuisse? quam immaculatam conscientiam de confessione nominis reportasse? quam humanis et sacrilegis legibus contra fidem non obediisse? quam veritatem voce publica contestatum fuisse? quam ipsam, quæ ab omnibus metuatur, moriendo mortem subegisse? quam per ipsam mortem immortalitatem consecutum fuisse? quam omnibus sevientia instrumentis excarnificatum et extortum, ipsis tormentis tormenta superasse? quam omnibus dilaniant corporis doloribus robore animi relictum fuisse? quam sanguinem suum profuentem non horuisse? quam supplicia sua post fidem amare cepisse? quam detrimentum vite sue vitare non exisse? » Deinde hæc omnia confirmant verbis Christi, quibus animos exacuunt. « Ad hoc enim prælitum quasi quedam tuba Evangelii sui non excitat Dominus dicendo: Qui plus diligit patrem aut matrem, quam me, non est mihi dignus; et: Qui plus diligit animam suam quam me, non est mihi dignus; et: Qui non tollit crucem suam, et sequitur me, non est mihi dignus; et iterum: Beati qui persecutionem passi fuerint propter iustitiam: ipsorum enim est regnum celorum. Beati eritis cum vos persecuti fuerint et oderint; gaudete et exultate: sic enim et Prophetæ persecuti sunt, qui ante vos fuerunt, patres eorum; et iterum: Quoniam ante reges et potestates stabilis, et tradet frater fratrem ad mortem, et pater filium; et qui perseveraverit

usque ad finem, hic salvus erit; et: Vincenti dabo sedere super thronum meum, si ut et ego ero qui nos dilexit. Hæc et hujusmodi cum in Evangelio collata perlegimus, et quasi fœces quodam ad inflammandam fidem, Domini et voebus, suppositis nobis sentiamus, hostes veritatis jam non tantum non perhorrescimus, sed provocamus; et inimicos Dei jam ipso quo non cessamus, vicimus; et nefarias contra veritatem leges subegimus; etsi nondum nostrum sanguinem fudimus, sed fudisse parati sumus. Nemo hæc dilatonis nostre moram, clementiam judicet, que nobis offert, que impedimentum glorie facit, que celum differt, que gloriosum Dei conspectum inhibet: in hujusmodi enim certamine, et in hujusmodi ubi decertat fides prælio, mora martyres non distulisse, vera clementia est. Et lib. IV, epist. 6 ad Titum, de Exhort. martyrii: « Ad agonem secularem exerceatur homines, et parantur, et magnam gloriam computant honoris sui, si illis, spectante populo et Imperatore presente, contigerit coronari. Ecce agon sublimis et magnus, et coram ecclesie premio gloriosus, ut spectet nos certantes Deus, et super eos quos filios facere dignatus est, oculos suos pandens, certaminis nostri spectaculo perfruatur. Præstantes nos et fidei congressione pugnantem spectat Deus, spectant angeli ejus, spectat et Christus. Quanta est glorie dignitas, quanta felicitas preside Deo congrui, et Christo iudice coronari! Armenur, fratres dilectissimi, viribus totis, et paratur ad agonem mente incorrupta, fide integra, virtute devota. Ad sciam que nobis indicitur, Dei castra procedant. Armenur integri, ne perdat integritatem quod super stellis. Armenur et lapsi, ut et lapsus recipiat quod amisit. Integros honore, lapsos dolor ad præfium provocet. Et inferius exclamans ait: « O dies ille qualis et quantus adventit, fratres dilectissimi, cum corpori populum suum Dominus recensere, et divinum cognitionis examine singulorum merita recognoscere, mittere in pensuram nocentes, et persecutores nostros flammæ pœnalis perpetuo ardore damnare, nobis vero mercedem fidei et devotionis exolvere! Quis erit glorie, et quanta lætitia admitti, ut Deum videas; honorari, ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis æternæ gaudium capias! Abraham, et Isaac, et Jacob, et Patriarchas omnes, et Prophetas, et Apostolos, et Martyres salutare; cum iustis et Dei amicis in regno celorum date immortalitatis voluptate gaudere; sentire illic quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit! »

S. Basilium, hom. 20 De 40 Martyr., ait eos hinc vocibus Deum celebrasse, ac sese invicem ad martyrium in gelido stagno obsemdum animasse: « Gratias agimus tibi, Domine, quod cum isto amictu simul et peccatum oxuere licet, quoniam hoc serpens enim infidulus, ob Christum vero eximus. Quas Dominus, qui pro nobis est spoliatus, dignas gratias reddemus! Quid magnum servo, si ea que passus est Dominus, subeat? Durum profecto frigus, sed dulcis paradus. Affligens glacies, sed delectabilis requies. Brevi tempore durantes, sinut Abrahæ nos perpetuo fovabit. Unam noctem cum ævo sempiterno commutabimus. Incendatur frigore pes, ut cum angelis continuo sallet. Torpescat frigore manus, ut facultatem habeat in Deum atollendi. Quot enim commilliones nostri ceciderunt fidem mortali regi servantes! Nos pro fide in verum Deum servanda hæc vitam non projiciemus? Quando semel mori oportet, moriamur ut vivamus. Fiat sacrificium nostrum coram te, Domine, et velut hostie viventes tibi placentes, nosmet hinc sævo gelu immolantes abs te recipiamur. » Unde sub finem de his exclamat: « O sanctum chorum! o sacrum ordinem! o cœnem inextinguibilem! o communis humani generis custodes, optime curarum socii, precem ac votorum invicem suffragatores, legati apud Deum potentissimi, astra mundi, flores Ecclesiarum: vos non terra contexti, sed celum exceperit. Aperite sunt vobis paradisi porte: dignum profecto exercitibus angelorum, Patriarchis, Prophetis et iustis omnibus spectaculum, etc. In ipso vite flore temporarium hæc vitam contempserunt, ut in membris suis Deum resicerent; multos exarant, dubios in fide confirmaverunt, piis desiderium auxere; unum omnino pro pietate omnes trophæum erigentes, una iustitia corona ornati fuerunt. »

S. Augustinus, serm. 30 in Psal. cxvii: « Purpurata est, ait, universa terra sanguine Martyrum, floret celum coronis Martyrum, ornate sunt Ecclesie memoris Martyrum, insignita sunt tempora natalibus Martyrum, crebrescunt sanitates meritis Martyrum. » Idem, serm. II De S. Cypriano: « Illi, inquit, laus, illi gloria, qui dignatus est illum Martyrem prædestinare inter sanctos suos ante tempora, creare inter omnes opportuno tempore, vocare errantem, mundare sordidum, formare credentem, docere obediendum, regere docentem, adjuvare patientem, coronare vincentem. »

Porro Martyres hinc elogis celebrat Ecclesia in hymno plurimum Martyrum:

Sactorum meritis lætelyta glaudia
Pangamus, socii, pestaque fortia;
Nam giscit animus promissa canibus
Victorum genus optimum, etc.

Hi pro te furcis, atque herocia
Calcantur hominu sævæque verbera;
Gessit his lacerna torquæ angula;
Nec cepit pœnestra.
Cœduntur gladiis moro bledium.

Non murmur resonat, non querimonia;
Sed corde tacito mens bene conscia
Conservat patientiam.

Que vox, que poterit lingua referere
Que in Martyribus mœra preparas?
Rubi nam fudo sanguine laures
Dilectus tuos fulgidis.

17. QUONIAM TEMPUS EST (græce *saigē*, id est, opportunitas, occasio, tempus commoventium et opportunum: tale enim est tum præsens vita, tum christianismus, novaque ejus religio; tum moderna Judæorum et infidelium contra eum odia) ET JUDICIUM INCIPIT A DOMO DEI. — Par enim est ut iudex prius suam domum examine, quam alienam. « Judicium, » ait Cœcumenius et Didymus hic, non condemnationem, sed examinationem et explorationem significat; adde, et punitionem aliquam, ac castigationem, puta tribulationem, que non temere, sed cum judicio et congrua mensura a Deo peccatori immittitur, ideoque vocatur *judicium*, Deus enim suam domum et familiam, puta Ecclesiam, et fideles domesticos suos per tribulationes justis iudicij libramine examinat, a peccatis levioribus expurgat, erudit et perlat. Nihil enim reliquit indiscussum, nihil impunitum. « Natura comparatum est, » ait S. Basilius apud Cœcumenium, ut contra eos qui familiarissimi nobis sunt, cum in nos peccant, indignemur: familiarissimi autem Deo non sunt alii quam fideles, qui domum Dei, id est Ecclesiam, complect et construunt. » Ita Isaias ait, cap. xxxix, vers. 4: « *Vae Ariel!* » Ariel, id est, v. Hierosolymæ, templo et altari, quod est Ariel, id est quasi leo Dei. Vids ibidem dieta, et Jerem. cap. xxxv, vers. 48: « Castigasti me, et eruditus sum, quasi juvencaulus indomitus. » Et Sapiens, Proverb. iii, 11: « Disciplinam Domini, fili mi, non abjecis, nec deficias cum ab eo corripis: quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi in filio complaceat sibi; » et Apocal. iii, 19: « Ego quos amo, arguo et castigo. » Alludit S. Petrus ad illud Esch. ix, 6: « A sanctuario meo incipite » percutere et interficere peccatores. Quare perperam Aureolus in *a domo* exponit, *q. d.* Judicium Dei in homines prodit ex domo et throno Dei, puta ex celo. S. Augustinus, in *Psalm.* cxii, 20, legit: « Tempus est inchoationis iudicij ex domo Domini; » sique explicat: « Tempus est ut modo iudicentur qui pertinent ad domum Domini; » S. Justinus, *Quæst. LXXIX ad Orthodoxos*, dat exemplum Josie, regis Judæ, qui, licet pius, cœsus est in prælio, ut lucret levita sua peccata. Probat S. Petrus Christianos debere pati ex eo, quod nevi, peccata et vitia quædam singulis adhaereant, que Deus per tribulationem vult punire et rescare. Non ergo novum et peregrinum eis debere videri, quod præ infidelibus exerceantur et affligantur, eo quod Deus velit domum suam purgare, et effluere purissimam, ideoque iudicium suum ab eis *incipere*; extensurus illud

deinde in reliquos homines, quos acriter ex amnabit et puniet, quia eos gubernæ adjudicabit.

Unde sapienter S. Chrysostomus, *hom. De Lazaro*: « Ubi, ait, videris improbam vitam agentem, nec quidquam acerbi hic patientem, ne putaveris illum beatum, sed desse potius ac deplorare, veluti illic (in gehenna) omnia tristitia perpessus, sicut dives fecit. Rursus, ubi quem videris virtutis studiosum innumeris affligi molestiis, beatum existima, ut qui et hic omnia sua peccata diluerit, et illic multam habet paratam mercedem, sicut Lazaro evenit. » V. gens ergo Dei beneficiis est, quod suos puniat in hac vita, « ne, cum iudicij dies advenit, in plenitudine peccatorum puniat. » Il *Nachab*, cap. vi, vers. 13; et *Amos*, iii, 2: « Tantummodo vos, ait, cognovi ex omnibus cognationibus terræ, ideoque visitabo super vos omnes iniquitates vestras; » et *Malach.* iii, 2: « Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullorem, et sedebit conflans et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum. »

SI AUTEM PRIMUM A NOBIS, QUIS FINIS FORUM QUI NON CREDENT DEI EVANGELIO? — quasi dicit: Si Deus suos fideles et sanctos ita iudicat, id est examinat, explorat, exercet et affligit, quid expectent ab eo infideles, qui vitis et delictis diffidunt? quis finis eos manet? que pena? que gehenna? hoc Dei in impios iudicium graphice depingit Sapiens, cap. v, vers. 18: « Accipiet armaturam zelus illius, et armabit creaturam ad ultionem inimicorum; » et que sequuntur. Proclara Salvianus, lib. IV *ad Ecclesiam Cœlestium*: « Si quis vult, ait, ex peccatoribus scire, quam graviter censenda a Deo sint magna crimina, discat qualiter in semetipsis puniant sancti etiam levia peccata, consoci scilicet iam ex ipsius Dei dictis futuri examini, ac per Domini sui verba, etiam iudicia rimantes, et ideo semper in Dei opere, semper in compunctione, semper in cruce positi: beati qui cum omnium miserantur, sibi nunquam penitus ignoscunt, in nullo sibi parentes, sed totos se admodum Deo impendentes, et ideo in futuro iudicio digni præmio, quia hic apud se jugiter in resitu (1). »

18. ET SI JUSTUS VIX SALVABITUR, IMPIUS ET PECCATOR UBI PABEBUNT? — Citat *Proverb.* xi, 31: « Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator? » ubi Septuaginta ita vertunt, uti hic S. Petrus, eos de more secutus, sed eodem modo utraque versio. Pro *salvabitur* græco est *salvatus*, id est *salvatur*, hoc est, ad salutem perlinquit, multis penam quasi poenitentiam patiendo, et ex variis tribulationum fluctibus egre eluctando.

(1) Vers. 47. Instat enim tempus, quo Christiani gravissima mala patientur: et autem nos primi sustulimus mala, quem exitum habebunt illi (Judæi) qui non obsequuntur religioni divinæ. — *Osce*: rei *Osce* steps de populo Israelitico; hic et adjuvantur, et separantur (a nobis) nominantur Christiani.

Noster tamen verit *salvabitur*, scilicet, inquit, in die iudicij, non quasi tibi dubius sit futurus et incertus de salute justus, qui in Dei gratia decessit, sed quia tunc recognoscetur et recognoscitur tota vita hominis, ejusque unfractus et pericula, ac ex illis demonstrabitur quomodo vix salvatus sit. Levia est expositio et anagramma Iugonis: Justus, ait, vix salvatur, qui vi crucis que exprimitur littera X, vel per quinque plagas, et per Jesum Christum, eo quod in dictione vix prima littera V est nota quintarii; secunda I; Jesu, tertia X, Christi: sed alia est littera «ultima in vix, aliud græcum, quod est prima littera in voce *Xpisti*. » Impius, « græco *ἀλλοτρί*, id est alienus a cultu Dei, » est infidelis; « peccator » est fidelis, puta Christianus, sed in legem Dei peccans, ait Cœcumenius. Sensus est, inquit Beda, quasi dicit: « Si tanta est fragilitas humane vite, ut nec justus quidem in celo coonamij sine tribulationibus, propter innumerabilem visitata natura libem, transeat; quanto magis hi qui celestis glorie sunt extorris, certum damnationis sue exitum expectant! » Rursum, pro *salvabitur*, hebr. est *יִשְׁלַח*, *isellam*, id est *retribuetur ei*; Cajetanus, *emendabitur*; Rabbini, *penam habebit*: *יִשְׁלַח* *salam* enim duo significant: primo *retribuere*; secundo, esse pacificum. Unde Solomon, id est *pacificus*, Chaldaeus *יִשְׁלַח* *mitichæen*, id est *vita paxitur*; hoc enim consentit eum Hebræo, Græco et Latino interpreti, ut mox patet.

Quæres quomodo justus vix salvabitur? si enim est justus, moriturque justus, certo salvabitur. Interpretes *salvabitur* tripliciter exponunt. Triplex est enim salus: prima, corporis; secunda, anime, dum convertitur a peccato ad justitiam et gratiam Dei; tertia, anime cum æternam salutem adipiscitur. Primo ergo aliqui ex S. Ambrosio, lib. II *Apolog. David*, cap. iii, sic exponunt: Justus vix tandem salvabitur, id est, egre hujus vite miseris et turmis eripitur, quibus Deus leviores ejus culpas punit: quas ergo impij peccatorum gravissimorum penam in æternum dabunt? Huic sensui favet textus Hebræus et Latine versio, *Proverb.* xi, 41, et quod S. Petrus agit de penis quibus Deus justos hic punit et expiat. Ita S. Augustinus, lib. XX *Contra Faustum*, cap. xiv: « Quid enim justus, ait, Unico, cui tamen Deus non peccat, et quid evitentius, quod nec justis parcat, emendans eos variis tribulationum, cum de hac re apete sit dictum: Et si justus vix salvus erit. » Secundo, fitem S. Augustinus, in *Psalm.* i, exponit de secunda salute, puta de conversione peccatoris, qui difficile convertitur, eo quod difficile sit relinquere voluptates et penitenter, *q. d.* Si justus nullo labore et angore vix salvatur, id est, respicit et convertitur, quot et quanti dolores, angores et supplicia manebunt peccatores ob culpam lethalem, que nunquam delebitur? Tertio, alij passim accipiunt de tertia salute, *q. d.*

Justus vix salvatur, id est vix damnationi eripitur, et salutem æternam adipiscitur: quid ergo expectandum peccatori? utique non incerta salus, sed certa damnatio. Ita Didymus, Cœcumenius, Beda et alij, ait S. Hieronymus, dialog. II *Contra Pelagianos*.

Dices: Justus certo salvabitur: quomodo ergo ait « vix salvabitur? » Respondet, pro vix græco est *παρ*, id est cum labore et molestia, per multas tribulationes, afflictiones, persecutiones, poenitentias pro peccatis venialibus, ideoque vix, id est egre et difficulter salvatur justus. Adde et tentationes, licet de his proprie non loquatur S. Petrus, et Sapiens, *Proverb.* xi, ait enim: « Si justus in terra recipit, » scilicet pro delictis castigatorem et penas peccatorum, « quanto magis impius et peccator? » supple, recipiet merita supplicia, non in terra, sed in inferno.

Secundo, S. Hieronymus, lib. II *Contra Pelagianos*, ex hoc loco contra Pelagianos probat justos esse obnoxios peccatis venialibus. « Justus, ait, in die iudicij vix salvatur; salvatur autem facile, si nihil in eo haberet macula: ergo justus est in eo quod floret virtutibus, et vix salvatur in eo quod in quibusdam Dei indignis misericordiis; » additque, ideo Ecclesiam dei impleri spiritu timoris Domini. Et mox aliam, puta tertiam, dans causam et explanationem: « Nam licet, ait, nihil pravis sit conscius, verumtamen sciens quoniam non in hoc justificatur, donec cum justificat iudex, astut et decernat. »

Quarta causa est, quia per lapsum Adæ fragiles facti sumus, et proclives in vitia: et hæc fragilitas manet in justis. Ita S. Ambrosius, lib. II *Apolog. David*, cap. iii: « Si David, ait, infirmus, tu fortis? si Solomon lapsus est, tu immobilis? si Paulus, primus peccatorum, tu potes primus esse sanctorum? » Et in *Psalm.* cxiii: « Quis est nisi fortis ut nequam in tentatione moveatur tam Dominus adiutor et assistit? »

Quinta, quis virtus est in arduo, et cœlum in summo. Ita Simonides apud Ciceronem *Alexandrinum*, lib. IV *Strom.*: « Fertur, ait, virtus habitare in rupibus altis difficilibus; » et Beda: « Justitia, ait, laboriosa est nisi amantibus; » et Virgilius, *V. Æneid.*:

Facilis descensus Averni,
Sed revocare gradum, superaque evadere ad auras,
Hæc opus, hæc labor est.

Septimam dat S. Gregorius, *XXIV Mor.*, xvi, nimium inconstantiam humanarum cogitationum, indeque desideriorum et appetituum, quos jugiter post lapsum in peccatum ex corde, velut ex fontane, instar sententiarum exhalant et alternant. « Quis, ait, considerare valeat quanta mala per momenta temporum ipsis inconstantibus cogitationum motibus perperamus? » Et mox: « Humana anima semel æternitatis statum deserens, ad fluxum temporalium delapsa, hinc mutabilitatem æternitatum motuorum quæ dum cade-

ret volens appetit, dum conatur surgere, cogitur invita tolerare. Inde quippe punita est, unde delectata: quia inde coarctata habet liborem certaminis, unde perversa appetit gaudium voluptatis. » Subdit, cap. xvii, electos hac de causa trepidare eo magis, quo ad finem appropinquant, et hujus eorum pavoris speciem in se expressisse Christum in hortu, quando vicinus morti factus in agonia sudavit suam et sanguinem. Unde cap. xviii, subdit: « Consideramus quippe quod vitam vite presentia nequaquam sine culpa transire potuimus, et quia nec hoc quidem sine aliquo reatu nostro est, quod laudabiliter vivimus, si remota pietate judicetur. Quid ergo facient tabule, si tremunt columnae? Aut quomodo virgulta immobilia stabunt, si hujus pavoris turbine etiam cœdi quantivis? Solutioni ergo carnis appropinquamus, nonnunquam terrore vindicte etiam iusti anima turbatur. » Et mox: « Sed quia iustorum anime a levibus quibusque contagiosis sepe morte pavore purgantur, et æternæ retributionis gaudia iam ab ipsa terris solutione percipiunt, plerumque vero contemplatione quadam retributionis æternæ, etiam piasquam carne exspoliatur, hilarescunt, recte dicitur: Videbit faciem eius in júbilo. »

Septimum dat S. Augustinus, IX *Confess.*, xiii, mirum profundum et abyssum inscrutabilem tum cordis humani, tum iudiciorum Dei. Orans enim pro anima matris sue S. Monica: « Vae, ait, etiam laudabili vita hominum, si remota misericordia discutias eam. Quia vero non exquiris delicta vehementer, fidelitatem speramus aliquem apud te locum invenire indulgentiæ. » Notam est exemplum Doctoris Parisiensis, qui a feretro exclamavit: « Justo Dei iudicio accusatus, iudicatus, condemnatus sum; » et tamen videbatur iuste et sancte vixisse: quo spectaculo S. Bruno commotus secessit in Carthusiam, ejusque ordinem instituit. Quin et S. Paulus: « Castigo, ait, corpus meum, etc., ne forte cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar. » I *Cor.* ii, 27.

Denique Thomas Anglicus cum iustus vix salvetur, septem dat causas jam dictas non obsequit. *Prima*, quod non sint condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam. *Secunda*, quod caro concupiscat adversus spiritum. *Tertia*, quod caro sua corruptione segraves animam. *Quarta*, quod non nisi violenti rapiunt oculum. *Quinta*, quod arcta sit via que ducit ad vitam, quodque virtutum ardua duraque sint opera. *Sexta*, quod incertum sit an simus iusti. *Septima*, quod iudicium Dei sit subtile et rigidum.

IMPUS ET PECCATOR UBI PARERUNT? — ubi apparebunt? quo ibunt? quis eos locus excipiet? que sors? q. d. Impii in iudicio coram facie Christi apparere expavescent, dicentque montibus: « Cadite super nos; et collibus: Operite nos, » Apoc. vi, 16. Inde ibunt in infernum, apperebunt inter damnatos, gehenna eos excipiet,

et æterna incendia. Unde Chaldaeus, *Proverb.* xi, 13, verit, impij in fine perdetur. Alludit ad *Ierem.* xxv, 29: « Ecce in civitate in qua invocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, et vos quasi innocentes et lumines eritis? non eritis hiansnes; » et cap. xlix, 12: « Ecce quibus non erit iudicium ut liberent calicem (furoris Domini), bibentes bibent; et tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes, » q. d. Si Deus ita punit suos ob levia peccata, quomodo punit alienos ob plurima et maxima crimina: S. Gregorius, *XXVI Moral.*, xviii, putat illud ad motum naturalem corporis in centrum, qui in fine velocior est quam in principio, q. d. Si Dei iustitia et ira cum primum movetur et concitatur, tantas calamitates justo irrogat, qua tandem vi et impetu in fine motus sui contra impios rapitur et deservit? Peccata, ait, nequaquam divina severitas inulta remanere permittit, sed iram iudicii a nostra (iustorum) scilicet hic corruptione incipit, ut in reproborum damnatione tanquam in fine motus conquiescat. Eant ergo iam reprobis, et voluptatum suarum desideria multa iniquitate consumant, atque eo temporalia flagella non sentiant, quo æterna eos supplicia expectant. » S. Augustinus in *Psalm.* xciii, 20, censet alludi ad servum, qui dum videt filium a patre acriter flagellari, trepidat, et longo gravis supplicium expectat. « Si flagellantur, inquit, filij, quid debent sperare servi nequissimi? quomodo ergo erunt tecum iniqui, quando nec tuis fidelibus parcis, ut exerceas et crucias eos? »

ITAQUE ET HI QUI PATIUNTUR. — Est epilogus dilectorum, q. d. Cum iustus vix salvetur, et non nisi per multas tribulationes, par est ut qui patiuntur, commendent se Deo, tum ut vires patiendi suggerat, tum ut ultimum arctumque vite agone sine salutis periculo obeant, et securi ad palmam future vite pertingant; itaque preces omulnent benefactis, ut certam faciant suam electionem et salutem; benefacta intelligit opera bona, tum patientiæ et fortitudinis, tum elemosina, tum charitatis, præsertim erga persecutores et tortores, quos olim Martyres sua charitate convertere solebant, et ad Christum tradere.

SECUNDA VOLUNTATEM DEI. — quia voluntas Dei est ut patiamur pro Christo, fide et iustitia, non ob peccata et scelera; utque hujc Dei voluntati nos conformantes toleremus fortiter et abaciter quamlibet adversa, quasi ab illo immissa, vel permissa ad nostrum bonum et decus. Itaque ergo cogitatione solentur se afflicti, quod scilicet nihil eis mali obveniat, nisi a Deo sigillatim prævisum et provisum, qui omnem mali speciem, modum, durationem præfinivit et attempavit, ita ut non amplius, nec diutius, nec aliter quid pati possim, quam a Deo fuerit præordinatum, scilicet quam vires mee ferre queant, et quam meæ purgationi, perfectioni et saluti expediat. Deus ergo utitur mala voluntate impiorum et hostium ad punien-

dos et exerceos suos fideles, sed eam frenat, reprimat et regit, sicut sessor equum, ut non tantum illi inferat, quantum vellet, nec aliud aut aliter noceat, quam Deus permittit. Porro Deus vult in nos pati, ut tamen velit nos prudentes esse, nec patiendi occasiones dare, imo fugere et amolari, ut Christus iussit Apostolis *Math.* x, 23, ut in persecutione fugerent ex una civitate in aliam. Stolidum ergo fuit dogma Lutheri non esse resistendum Turcæ, eo quod ille sit flagellum Dei, eoque Deus uti velit ad nos castigandos.

Ita de Aureliano Imperatore, anno 6 imperij sui capto a Sapore, rege Persarum, anno Domini 278, scribit Eusebius, lib. VII *Hist.*, xxx, quod, cum persecutionem contra Dei Ecclesias meditaretur, « dietas jam litteris et scriptis, cum superesset sola subscriptio, divina dextera interveniens subscriptio nefanda dextera deturbavit. Morte subita condemnatur, qui de piorum morte cecebat: ut ostendat Deus, qui non, cum voluerit tyrannus, cruciamur, sed cum probaverit ipse, corripimur. » Deiant ergo afflicti cum S. Job: « Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum, » *Job* i, 21. Dicant cum Juda Machabeo: « Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. » I *Machab.* vi, 60. Deiant cum Christo in agonia: « Fiat voluntas tua, » *Math.* xxvi, 42. hæc vox capitulis, ait S. Leo, serm. 7 de Passione, salus est totius corporis; hæc vox omnes fideles instruit, omnes Confessores accendit, omnes Martyres coronat. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbas, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus patiens Patri diceret: Fiat voluntas tua? »

FIDELI CREATORI COMMENDENT. — vel Christo, ut vult S. Hilarius, XII *De Trinit.*, et S. Cyrillus, IX *Theonar.*, cap. 1; vel simpliciter Deo, prout communis est toti S. Trinitati; hic enim est creator. Datur hic duplex ratio cur afflicti se commendare debeant Deo. *Primo*, quia Deus est creator, qui creaturas suas, præsertim animas racionales, amat. *Secundo*, quia est et fidelis, qui in se sperantes, sequæ ei commendantes acceptos, exaudiat, fideliter assistat, ita ut nunquam eos deserat, sed adsit, corroboret, libere, tueatur et protegat, vel ut passionem evadant, vel ut in ea fortiter perdurent, vitæque ponant, ut fecere et faciunt Martyres: quare et morientes animas suas commendare solent (unde Syrus verbi, commendant, in imitative), Deo dicentes cum Psalmo et Christo moriente: « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, » *Luce* xxiii, 46; et cum S. Stephano: « Domine Iesu, suscipe spiritum meum, » *Act.* vii, 58; et cum S. Paulo: « Scio cui credidi, et certus sum quo potens est depositum meum servare, » I *Timoth.* v, 18; et cum S. Agatha: « Domine, qui me custodisti ab infantia, qui abstulisti a me amorem sæculi, qui me carnis tormentis superemere præstidisti, accipe animam meam; » et

cum S. Agneta: « Omnipotens, adorandæ, colendæ, tremendæ Patris Domini nostri Jesu Christi, benedico te, quia per Filium tuum unigenitum evasi manus hominum impiorum, et speculatus diaboli impolluto calle transivi. Ecce jam quod credidi videri in nos pati, ut tamen velit nos prudentes esse, nec patiendi occasiones dare, imo fugere et amolari, ut Christus iussit Apostolis *Math.* x, 23, ut in persecutione fugerent ex una civitate in aliam. Stolidum ergo fuit dogma Lutheri non esse resistendum Turcæ, eo quod ille sit flagellum Dei, eoque Deus uti velit ad nos castigandos.

Ita de Aureliano Imperatore, anno 6 imperij sui capto a Sapore, rege Persarum, anno Domini 278, scribit Eusebius, lib. VII *Hist.*, xxx, quod, cum persecutionem contra Dei Ecclesias meditaretur, « dietas jam litteris et scriptis, cum superesset sola subscriptio, divina dextera interveniens subscriptio nefanda dextera deturbavit. Morte subita condemnatur, qui de piorum morte cecebat: ut ostendat Deus, qui non, cum voluerit tyrannus, cruciamur, sed cum probaverit ipse, corripimur. » Deiant ergo afflicti cum S. Job: « Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum, » *Job* i, 21. Dicant cum Juda Machabeo: « Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. » I *Machab.* vi, 60. Deiant cum Christo in agonia: « Fiat voluntas tua, » *Math.* xxvi, 42. hæc vox capitulis, ait S. Leo, serm. 7 de Passione, salus est totius corporis; hæc vox omnes fideles instruit, omnes Confessores accendit, omnes Martyres coronat. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbas, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus patiens Patri diceret: Fiat voluntas tua? »

FIDELI CREATORI COMMENDENT. — vel Christo, ut vult S. Hilarius, XII *De Trinit.*, et S. Cyrillus, IX *Theonar.*, cap. 1; vel simpliciter Deo, prout communis est toti S. Trinitati; hic enim est creator. Datur hic duplex ratio cur afflicti se commendare debeant Deo. *Primo*, quia Deus est creator, qui creaturas suas, præsertim animas racionales, amat. *Secundo*, quia est et fidelis, qui in se sperantes, sequæ ei commendantes acceptos, exaudiat, fideliter assistat, ita ut nunquam eos deserat, sed adsit, corroboret, libere, tueatur et protegat, vel ut passionem evadant, vel ut in ea fortiter perdurent, vitæque ponant, ut fecere et faciunt Martyres: quare et morientes animas suas commendare solent (unde Syrus verbi, commendant, in imitative), Deo dicentes cum Psalmo et Christo moriente: « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, » *Luce* xxiii, 46; et cum S. Stephano: « Domine Iesu, suscipe spiritum meum, » *Act.* vii, 58; et cum S. Paulo: « Scio cui credidi, et certus sum quo potens est depositum meum servare, » I *Timoth.* v, 18; et cum S. Agatha: « Domine, qui me custodisti ab infantia, qui abstulisti a me amorem sæculi, qui me carnis tormentis superemere præstidisti, accipe animam meam; » et

cum S. Agneta: « Omnipotens, adorandæ, colendæ, tremendæ Patris Domini nostri Jesu Christi, benedico te, quia per Filium tuum unigenitum evasi manus hominum impiorum, et speculatus diaboli impolluto calle transivi. Ecce jam quod credidi videri in nos pati, ut tamen velit nos prudentes esse, nec patiendi occasiones dare, imo fugere et amolari, ut Christus iussit Apostolis *Math.* x, 23, ut in persecutione fugerent ex una civitate in aliam. Stolidum ergo fuit dogma Lutheri non esse resistendum Turcæ, eo quod ille sit flagellum Dei, eoque Deus uti velit ad nos castigandos.

Ita de Aureliano Imperatore, anno 6 imperij sui capto a Sapore, rege Persarum, anno Domini 278, scribit Eusebius, lib. VII *Hist.*, xxx, quod, cum persecutionem contra Dei Ecclesias meditaretur, « dietas jam litteris et scriptis, cum superesset sola subscriptio, divina dextera interveniens subscriptio nefanda dextera deturbavit. Morte subita condemnatur, qui de piorum morte cecebat: ut ostendat Deus, qui non, cum voluerit tyrannus, cruciamur, sed cum probaverit ipse, corripimur. » Deiant ergo afflicti cum S. Job: « Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum, » *Job* i, 21. Dicant cum Juda Machabeo: « Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. » I *Machab.* vi, 60. Deiant cum Christo in agonia: « Fiat voluntas tua, » *Math.* xxvi, 42. hæc vox capitulis, ait S. Leo, serm. 7 de Passione, salus est totius corporis; hæc vox omnes fideles instruit, omnes Confessores accendit, omnes Martyres coronat. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbas, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus patiens Patri diceret: Fiat voluntas tua? »

IN BENEFACTIS. — in *benefactis*; Syrus, in *operibus bonis*; Pagninus et Tigurina, in *beneficentia*, ut scilicet benefactis etiam persecutoribus et tortoribus: hic enim vicissim provocabit beneficentiam Dei in nos; ut animam boni commendatam tueatur, excipiat et æternis sibi beet. Ita S. Jacobus, frater S. Joannis, ductus ad mortem, suum traditorem complexus, osculoque salutat, scilicet animam et Martyrem efficit, ut narrat Eusebius, lib. II *Hist.*, viii. Sic S. Polycarpum is qui se ad capiendum venerant, « mecum apponi jussisse, deinde orasse ut cibum large et affatim sumerent; unamque horam qua libero orationi vacaret, pos-

fulasse, » scribit Eusebius, lib. IV, esp. xiv. S. Cyrilianus, spiculatori qui sibi caput erat amputatum, iussit dari 25 aureos, teste Pontio in ejus Vita. Hoc est quod jubet Christus: « diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persecutoribus et calumniatoribus vos, » *Matth. v, 44*. Adhuc causam: « Ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est. » Nam, ut ait S. Leo, zern. *De omnibus Sanctis*: « Misericordem to misericordia, justum vult te esse justitia, ut in creatura sua creator appareat, et in speculo corporis humani per lineas imitationis expressa Dei imago resplendeat. »

Rursum, pro benefacta accipe, cum Syro, quolibet bona opera et virtutum exercitia (1). Unde (Clementis accipit humilitatem. « Quo pacto, inquit, commendare seipsum Deo quisquam debet? In benefacendo videlicet, id est, in humilitate, ut non gloriatur et effert se ob ea quae patiatur, sed quanto majora videtur pati, tanto in utilitorem se existimet, et semper illud subiungat hoc dicit: Justus es in omnibus qui facti nobis. »

Docet ergo S. Petrus Christianum debere benefacere, non tantum in vita, sed et in morte, ut tota vita Christiani usque ad mortem inclusive sit continua actio et honorum operum exercitium, ut tandem bene operatur, quamdiu sperat et spirat. Dicebat Vespasianus Imperator stando moriens: « Imperatorem deest stantem mori; » et Christianum, aet patientem et laborantem mori, mirum multibus Christi non ante vitam stipendia finiuntur: cum consummaverint, tunc incipiunt; sola morte missionem dat eis: unica sedes emeritorum est coelum.

Rursum Christiano non sufficit in tribulatione pati et exereere patientiam, sed eam ornare et cumulare debet beneficentia, aliisque virtutibus, ut ex spinis tribulationum et ros bonorum operum alternando coronam suam plectat, ac sibi cycladem celestem ex argento patientiae et auro charitatis contextat, atque Christum imitetur, qui crucifixus et moriens vestes suas tradidit tortoribus, latroem paradiso, Joannem matri, animas patrum caelo, omnes homines Deo. Tota ergo vita Christi fuit continua malorum passio et honorum actio. Talis sit et Christiani. Dicebat ille: « Romanum est fortia agere; » et « Christianum est fortia tam agere quam pati. »

Insuper sicut inter spinas vigent et efflorescunt rosa, a spinis vero separatae et collectae amovuntur: ita fidelis inter crucis viget et efflorescit bonis operibus, a crucis vero separatus et liber marcescit, torpescit, emoritur. Ita S. Petrus post Christum Christiani agminis ductor, in carcere Momertino, vicinus morti S. Processum et Martinum cum aliis quadraginta quinque ad Christum convertit et baptizavit.

Ita S. Stephanus non cessavit concionari et con-

(1) Ut sensus sit, neque in bene agendo defatigatur.

vincere Judaeos, donec lapidibus oppilatum est os ejus sacrum et angelicum.

Ita S. Paulus ductus ad martyrium suos milites et tortores convertit; et in carcere non cessavit fidem Christi praedicando voce, et manu scribende epistolas, propagare, donec illi caput abessimum est.

Ita S. Andreas affixus cruci, in aequo biduare vivus pendens, Christi fidem predicare nunquam intermisit, donec ad eum migravit, ejus mortis similitudinem concuperat, inquit presbyter, Achabae, oculati testes in ejus Actis.

Ita S. Cyprilianus jam a praeside captus mortiqua vicinus, totus erat in suorum exhortatione, doctrina, corroboratione, adeoque singulis propria dabat vitae documenta, idque usque ad ultimum spiritum. Videlicet, ait Pontius in ejus Vita, « tanta illi fuit cupido sermonis, ut optaret sibi passionis vota contingere, ut, dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur, et hi erant quotidiani actus destinati ad placendum Deo hostium. » Et S. Augustinus, serm. *De S. Cypriliano*: « Vigina, ait, corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis, et cura tuendi gregis usque ad extremum vitae hujus diem mente sobria tenebatur. Nec exultabat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris manus jam proxima eruenti caruissis. Ita se Martyrem cogitabat futurum, ut esse non oblivisceretur Episcopum. Amabat quippe cum qui Petro dicebat: Amas me? pascere oves meas. Et pascebat oves ejus, pro quibus sanguinem fundere illum iudicans properabat. Custodiri puellas precepit, sciens se non solum habere simplicem dominum, sed et versipellem adversarium. Haec adversus leonem aperte frementem in confessione virile pectus armabat; adversus insidiantem lupum in gregem, sexum feminum muniebat. Utinam idem mihi idem Deus largiatur! »

Ita S. Ambrosius commentationi *Psalm. xliii* immortalis est. Audi Paulinum in ejus Vita, quam scripsit ad S. Augustinum: « Ante paucos dies quam lectulo detineretur, cum quadragessimum tertium psalmum diceret, me et excipiente et vidente, subito in modum senti brevis, ignis (sicut Spiritus Sancti) caput ejus cooperuit, atque paulatim per os ipsius tanquam in domum habitator ingressus est: et facta est facies ejus velut nix, postea vero reversus est ad speciem suam. Quod cum fieret, stupore percussus obrivui, nec potui scribere quae ab illo dicebantur, nisi postquam visio transiit. Nam scribendi vel dictandi illo die finem fecit, siquidem ipsum psalmum explere non potuit. »

Ita S. Hieronymus, quanquam varie morbis doloribusque tentaretur, tamen corporis incommoda piis laboribus et perpetua lectione ac scriptura superabat.

Ita Venerabilis Beda ne in morbo quidem a docendo et scribendo cessabat, quin vero ultima

infirmirate in Evangelio S. Joannis laboravit, et bene animam agens, ut absolveret aeterno scriba: « Accipe, ait, calammum, et scribe festinanter. » Et tandem: « Bene, inquit, consummatum est, et cycnum emens, Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, » spiritum Deo commendatum emisit et resignavit pro fidei labore, Dei visione beandum, anno Domini 731.

Crucis ergo et labores fidelium non finiuntur nisi cum vita. Cogitant enim illud *Eccles. ix, 10*: « Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. » Haec cogitans S. Thomas Aquinas lethali morbo decumbens, Cantica Cantorum explicavit Cisterciensibus Fosse nova. Illicque cerni instat cycneum canens spiritum Deo reddidit, docendo moriens, et moriendo docens. Similiter novi viros religiosos, qui postularunt a Deo ut non in lecto, sed in labore morerentur, se impetrarunt;

nam concionando mortui sunt: nimirum fideles cum Nazianzeno vivunt et thesaurizant aeternitati, eoque magis quo magis ad eam accedunt, adeoque cum agunt animam, ut benefaciant animas suas fidei creatori commendat et resignant. Nulla enim major est commendatio animae apud Deum, quam quae fit benefacendo ad virtutum opera exereendo. Moribundis ergo hoc datur consilium, ut crebro actus effeaces et intensos fidei, spei, penitentiae, charitatis, religionis eliciant, ut elemosynas copiosas largiantur, ut legata pia instituunt, ut afflictis, ruditer, egentibus consulant, ut domesticos, praesertim viros, ad concordiam et ad Dei timorem et obsequium exhortentur, ut si quem libere, veniam postulant, si a quopiam laesi sunt condonent, omnemque injuriam remittant, ut Ecclesiae ejusque ministris alimoniam partem assignent, ac anniversarias vel menstruas et hebdomadarias pro se preces, sacra et psalmodiam sanciant, etc.

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

A fidelis transit ad pastores Ecclesiae, etque commendat ut gregem Christi pascant non turpis lucri gratia, neque ut dominantes in clerice, sed forma facti gregis ex animo. Secundo, vers. 3, adolescentibus commendat subjectionem, omnium humilitatem, utque sollicitudinem omnem resignent in Dei providentiam. Item sobrietatem et vigilantiam, ut resistant diabolo, qui circuit quasi leo rugiens quarens quem devoret. Tertio, vers. 10, animando eos quod Deus modicum passos ipse perficiet, salutatione et gratiae apprehensione claudit epistolam.

1. Seniores ergo qui in vobis sunt, obsecro, senior et testis Christi passionum: qui e. ejus, quae in futuro revelanda est, gloriae communicator: 2. pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanea secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie. 3. Neque ut dominantes in clerice, sed forma facti gregis ex animo. 4. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam. 5. Similiter, adolescentibus, subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 6. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis: 7. omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. 8. Sobrii estote, et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quarens quem devoret: 9. cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, quae in mundo est, vestrae fraternitati fieri. 10. Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitque. 11. Ipsi gloria, et imperium in saecula saeculorum. Amen. 12. Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitrator, breviter scripsi, obsecrans et contestans, hanc esse veram gratiam Dei in qua statis. 13. Salutem vos Ecclesiae, quae est in Babylone coelecta, et Marcus filius meus. 14. Salutate invicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. Amen.

1. SENIORES ERGO, — tum etate, tum dignitate majus, puta episcopatus. Unde S. Hieronymus, et sacerdotio, sive id minus sit et vulgare, sive epist. 83, verit presbyteros. Compellat enim sa-

fulasse, » scribit Eusebius, lib. IV, esp. xiv. S. Cyprianus, spiculatori qui sibi caput erat amputatum, iussit dari 25 aureos, teste Pontio in ejus Vita. Hoc est quod jubet Christus: » diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persecutoribus et calumniatoribus vos, » *Matth.* v, 44. Adhuc causam: » Ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est. » Nam, ut ait S. Leo, zern. *De omnibus Sanctis*: » Misericordem to misericordia, justum vult to esse justitia, ut in creatura sua creator appareat, et in speculo corporis humani per lineas imitationis expressa Dei imago resplendeat. »

Rursum, pro benefacta accipe, cum Syro, quolibet bona opera et virtutum exercitia (1). Unde (Clementis accipit humilitatem. » Quo pacto, inquit, commendare seipsum Deo quisquam debet? In benefaciendo videlicet, id est, in humilitate, ut non gloriatur et effert se ob ea quae patiatur, sed quanto majora videtur pati, tanto in utilitorem se existimet, et semper illud subiungat hoc dicit: Justus es in omnibus qui facti nobis. »

Docet ergo S. Petrus Christianum debere benefacere, non tantum in vita, sed et in morte, ut tota vita Christiani usque ad mortem inclusive sit continua actio et honorum operum exercitium, ut tandem bene operatur, quamdiu sperat et spirat. Dicebat Vespasianus Imperator stando moriens: » Imperatorem deest stantem mori; » ut Christianum, aet patientem et laborantem mori, mirum multibus Christi non ante vitam stipendia finiuntur: cum consummaverint, tunc incipiunt; sola morte missionem dat eis: unica sedes emeritorum est coelum.

Rursum Christiano non sufficit in tribulatione pati et exereere patientiam, sed eam ornare et cumulare debet beneficentia, aliisque virtutibus, ut ex spinis tribulationum et ros bonorum operum alternando coronam suam plectat, ac sibi cycladem celestem ex argento patientiae et auro charitatis contextat, atque Christum imitetur, qui crucifixus et moriens vestes suas tradidit tortoribus, latroem paradiso, Joannem matri, animas patrum caelo, omnes homines Deo. Tota ergo vita Christi fuit continua malorum passio et honorum actio. Talis sit et Christiani. Dicebat ille: » Romanum est fortia agere; » at » Christianum est fortia tam agere quam pati. »

Insuper sicut inter spinas vigent et efflorescunt rosi, a spinis vero separati et collecti amovuntur: ita fidelis inter crucis viget et efflorescit bonis operibus, a crucis vero separatus et liber marcescit, torpescit, emoritur. Ita S. Petrus post Christum Christiani agnominis ductor, in carcere Momertino, vicinus morti S. Processum et Martinum cum aliis quadraginta quinque ad Christum convertit et baptizavit.

Ita S. Stephanus non cessavit concionari et con-

(1) Ut sensus sit, neque in bene agendo defatigatur.

vincere Judaeos, donec lapidibus oppilatum est os ejus sacrum et angelicum.

Ita S. Paulus ductus ad martyrium suos milites et tortores convertit; et in carcere non cessavit fidem Christi praedicando voce, et manu scribende epistolas, propagare, donec illi caput abessimum est.

Ita S. Andreas affixus cruci, in aequo biduare vivus pendens, Christi fidem predicare nunquam intermisit, donec ad eum migravit, ejus mortis similitudinem concuperat, inquit presbyter, Achabae, oculati testes in ejus Actis.

Ita S. Cyprianus jam a praeside captus mortiqua vicinus, totus erat in suorum exhortatione, doctrina, corroboracione, adeoque singulis propria dabat vite documenta, idque usque ad ultimum spiritum. Videlicet, ait Pontius in ejus Vita, » tanta illi fuit cupido sermonis, ut optaret sic sibi passionis vota contingere, ut, dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur, et hi erant quotidiani actus destinati ad placendum Deo hostium. » Et S. Augustinus, serm. *De S. Cypriano*: » Vigina, ait, corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis, et cura tuendi gregis usque ad extremum vite hujus diem mente sobria tenebatur. Nec excedebat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris manus jam proxima eruenti caruificis. Ita se Martyrem cogitabat futurum, ut esse non oblivisceretur Episcopum. Amabat quippe cum qui Petro dicebat: Amas me? pascere oves meas. Et pascebat oves ejus, pro quibus sanguinem fundere illum iudans properabat. Custodiri puellas precepit, sciens se non solum habere simplicem dominum, sed et versipellem adversarium. Haec adversus leonem aperte frementem in confessione virile pectus armabat; adversus insidiantem lupum in gregem, sexum feminum muniebat. Utinam idem mihi idem Deus largiatur! »

Ita S. Ambrosius commentationi *Psalm. xliii* immortalis est. Audi Paulinum in ejus Vita, quam scripsit ad S. Augustinum: » Ante paucos dies quam lectulo detineretur, cum quadragiesimum tertium psalmum diceret, me et excipiente et vidente, subito in modum senti brevis, ignis (sicut Spiritus Sancti) caput ejus cooperuit, atque paulatim per os ipsius tanquam in domum habitator ingressus est: et facta est facies ejus velut nix, postea vero reversus est ad speciem suam. Quod cum fieret, stupore percussus obrivui, nec potui scribere quae ab illo dicebantur, nisi postquam visio transiit. Nam scribendi vel dictandi illo die finem fecit, siquidem ipsum psalmum explere non potuit. »

Ita S. Hieronymus, quanquam varie morbis doloribusque tentaretur, tamen corporis incommoda piis laboribus et perpetua lectione ac scriptura superabat.

Ita Venerabilis Beda ne in morbo quidem a docendo et scribendo cessabat, quin vero ultima

infirmirate in Evangelio S. Joannis laboravit, et bene animam agens, ut absolveret aeterno scriba: » Accipe, ait, calammum, et scribe festinanter. » Et tandem: » Bene, inquit, consummatum est, et cycnum emens, Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, » spiritum Deo commendatum emisit et resignavit pro fidei labore, Dei visione beandum, anno Domini 731.

Crucis ergo et labores fidelium non finiuntur nisi cum vita. Cogitant enim illud *Eccles. ix, 10*: » Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. » Haec cogitans S. Thomas Aquinas lethali morbo decumbens, Cantica Cantorum explicavit Cisterciensibus Fosse nova. Ilamque ceni instur cycneum canens spiritum Deo reddidit, docendo moriens, et moriendo docens. Similiter novi viros religiosos, qui postularunt a Deo ut non in lecto, sed in labore morerentur, se impetrarunt;

nam concionando mortui sunt: nimirum fideles cum Nazianzeno vivunt et thesaurizant aeternitati, eoque magis quo magis ad eam accedunt, adeoque cum agunt animam, ut benefaciant animas suas fidei creatori commendat et resignant. Nulla enim major est commendatio animae apud Deum, quam quae fit benefaciendo ad virtutum opera exereendo. Moribundis ergo hoc datur consilium, ut crebro actus effeaces et intensos fidei, spei, penitentiae, charitatis, religionis eliciant, ut elemosynas copiosas largiantur, ut legata pia instituunt, ut afflictis, ruditer, »gentibus consulant, ut domesticos, praesertim viros, ad concordiam et ad Dei timorem et obsequium exhortentur, ut si quem leuorem, veniam postulant, si a quopiam laesi sunt condonent, omnemque injuriam remittant, ut Ecclesiae ejusque ministris alimoniam partem assignent, ac anniversarias vel menstruas et hebdomadarias pro se preces, sacra et psalmodiam sanciant, etc.

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

A fidelibus transit ad pastores Ecclesiae, eisque commendat ut gregem Christi pascant non turpis lucri gratia, neque ut dominantes in clerico, sed forma facti gregis ex animo. Secundo, vers. 3, adolescentibus commendat subjectionem, omnium humilitatem, utque sollicitudinem omnem resignent in Dei providentiam. Item sobrietatem et vigilantiam, ut resistant diabolo, qui circuit quasi leo rugiens quarens quem devoret. Tertio, vers. 10, animando eos quod Deus modicum passos ipse perficiet, salutatione et gratia appropinquat claudit epistolam.

1. Seniores ergo qui in vobis sunt, obsecro, senior et testis Christi passionum: qui e. ejus, quae in futuro revelanda est, gloriae communicator: 2. pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanea secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie. 3. Neque ut dominantes in clerico, sed forma facti gregis ex animo. 4. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam. 5. Similiter, adolescentibus, subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 6. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis: 7. omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. 8. Sobrii estote, et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quarens quem devoret: 9. cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, quae in mundo est, vestrae fraternitati fieri. 10. Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitque. 11. Ipsi gloria, et imperium in saecula saeculorum. Amen. 12. Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitrator, breviter scripsi, obsecrans et contestans, hanc esse veram gratiam Dei in qua statis. 13. Salutem vos Ecclesiae, quae est in Babylone coelecta, et Marcus filius meus. 14. Salutate invicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. Amen.

1. SENIORES ERGO, — tum etate, tum dignitate majus, puta episcopatus. Unde S. Hieronymus, et sacerdotio, sive id minus sit et vulgare, sive epist. 83, verit presbyteros. Compellat enim sa-

eorum vobis preceptorum sum, non dedigner com-
presbyterum et socium vestrum me ipsum vo-
care, neque vos supra illos differri, qui vobis sub-
sunt, debetis. Quippe cum etiam Christus huius
magister cum humilitatem doceret, dixit: Si
ego dominus et magister vestri lavi vobis pedes,
et vos alteri alterius pedes lavare debetis, » *Joan.*
cap. xiii.

TESTIS CHRISTI PASSIONEM. — Interfuerat enim
S. Petrus Christi passioni, imo ejus pars non parva
fuerat; unde et in horto cum Jacobo et Joana
Christo sudanti sanguinem affuit, ac Christum
defendere volens strinxit gladium, Malchoque in-
solenti aurem amputavit; ceterique Christum se-
cutus in atrium, terrore percitus Christum nega-
vit, sed Christo respiciente penitentem flevit amare.

Secundo, Petrus fuit « testis, » græve martyr,
« Christi passionem, » quia ut in vicem redderet,
carceribus, flagellis, morti et martyrio pro Christo
nilro se exposuit, ut patet *Act. v. 41, et xii. 3,*
et *deinceps.*

Tertio, addunt aliqui: « Testis passionum Christi,
» earum scilicet, quas Christus in suis Christi-
anitas patitur, quasque vicissim Christiani pro
Christo patienter; has enim Petrus, quasi fide-
lium patientium pater et pastor, compatiendo
adeo sentiebat, ac si ipsimet indictæ fuissent.

Mouit etiam Christiani, tum quia eas in
intimis animæ medullis gerebat, hisque excubatur
ad ardentem Christi amorem, ad labores et
dolores quoslibet pro eo tolerandos; tum ut is-
dem excubaret pastores Ecclesie ad eorum imita-
tionem, ut Christi amore dura quælibet patere-
tur et agerent, ad oves ejus pascentes, pro eis-
que sanguinem, spiritus et vitam exhaurirent, uti
exhausit Christus. Simili modo S. Joannes in-
choans Apocalypsin, ut fideles animet ad instan-
tium persecutionum tolerantiam et constantiam: «
Ego Joannes, inquit, cap. i. vers. 9, frater vester
et particeps in tribulatione, et regno, et pa-
tientia in Christo Jesu; fui in insula, quæ appel-
latur Patmos, propter verbum Dei et testimonium
Jesu. »

**Hic de causa Episcopi gestant crucem in pe-
to-
re, eamque adamantinam gestat Pontifex, ut
mouit jugiter crucis et passionum Christi,
ac pro Christo crucis quælibet ferret adeat et
subeat, adeoque in morte et martyrio consistat
immutabilis in fide et amore ejusdem quasi adamans.**

**QUI ET IUS QUI IN FUTURO REVELANDA EST, GIO-
RIÆ COMMUNICATOR.** — Græco *κωμωδιστῆς*, id est, ut
S. Hieronymus, *epist. 83, participio;* Syrus, *consors
et participator*, scilicet fuit, tum in monte
Thabor, ubi Christum in gloria transfiguratum
cum Joanne et Jacobo conspexi: ita Lyranus et
Cajetanus; tum in Christi resurrectione, ascen-
sione et missione Spiritus Sancti: hæc enim oculis
meis intuitus sum, indeque miram hauri spiri-
tus dulcedinem æque ac gratiam. Ita Glossa,
Ilugo, Dionysius et alii.

Secundo, ejusdem gloriæ communicator et par-
ticeps ero mox post hanc vitam menique mar-
tyrium: hoc enim firma spe, et, ut Cajetanus cen-
set, quæ revelatione sciebat et expectabat S. Pe-
trus. Dixerat enim ei Christus: « Sequere me, »
scilicet ad crucem et martyrium; unde addit
S. Joannes, *xxii. 19:* « Significans quæ morte cla-
rificaturus esset Deum. » Babuit ergo, ad Cajeta-
nus, S. Petrus revelationem, non tantum suæ
predestinationis, sed et laureæ martyrii, quin et
temporis ejusdem, juxta illud quod ait, *epist. ii.*
cap. i. vers. 14: « Certus sum quod velox est do-
positio tabernaculi mei, secundum quod Domi-
nus revelavit mihi. » Simili modo S. Pius, S. Po-
lycarpus, S. Cyprianus aliique Pontifices ha-
buere revelationem suæ mortis et martyrii.

Tertio, Lyranus et Carthusianus « communi-
cator » exponunt active, q. d. Ego predicando
fidem et spem gloriæ in celo revelandæ fidelibus
traulo et comunico. Verum *κωμωδιστῆς*; a Græcis vo-
catur *communicator*, passivus, non activus.

Gloriæ celestis meminit Petrus, tum quia mente
versabatur in caelis, et ad gloriam ecclesiem
anhelabat; tum ut Pastorem et fidelium amicos
ad celestia raperet, eorumque spe animaret ad
omnes labores et agones pro Christo fortiter sub-
eundis; sicut cum apparuerit Princeps pastorum,
percipiant immarcescibilem gloriæ coronam, »
vers. 4. Ideo ait eam in futuro revelandam,
q. d. In presenti vita laborandum est, usque ad
extremum habitum; ita in futuro nobis revelabi-
tur et dabitur gloria et corona celestis: presens
enim vita est laboris et meriti, futura erit quæ-
re et mercedis, juxta illud Christi: « Merces vestra
copiosa est in caelis, » *Matth. v;* et: « Tristitia
vestra vertetur in gaudium, » *Joan. xvi;* et illud
Pauli: « Bonum certamen certavi, cursum con-
summavi, fidem servavi in reliquo reposita est
mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Domi-
nus in illa die justus iudex, » *ii Timoth. iv.*

2. PASCI TE QUI IN VOBIS EST GREGES DEI. — Au-
dierat Petrus a Christo: « Pæce, amas me? »
respondens: « Domine, tu scis quia amo te, »
excipit: « Pæce oves meas; » idque tertio a
Christo repetitum. Idem jam aliis inculcat et re-
signat, q. d. Ego a Christo institutus summus
Ecclesie pastor, ejus gregem pavi et pæco cum
omni cura, amore et sollicitudine: vos ergo me-
diantes pastores mihi subordinati et subditi, idem
prestate, hæc enim est lex et voluntas Christi,
quam mihi in hac vita, ut eandem vobis insinuat.
Porro Christus altitudo ad Davidem suum abavum:
David enim fuit pastor ovium, et isde a Deo fac-
tus est rex, id est, pastor populorum, juxta illud
Psal. lxxvii. 70: « Et elegit David servum suum,
et Israel hereditatem suam. Et pavit eos in inno-
centia cordis sui, et in intellectibus manuum
earum deduxit eos. » David enim fuit typus,

æque ac pater Christi, qui est rex et Pastor Pas-
torum Ecclesie et Iohannes orbis, juxta illud *Matth.*
cap. ii, vers. 6: « Ex te exiet dux qui regat, »
græce *μαρτυρῶν*, id est pastor, instar Davidis par-
ter Bethlehemite, « populum meum Israel. » Sic
Moses a pascentis gregibus a Deo vocatus est ad
pasendum et regendum Hebræos: pascendo
enim oves Israhel, quasi in gymnasio et preludio
didicit quomodo pascere deberet homines et gre-
gem Domini, uti dixi *Exod. in. « Pasce »* ergo
idem est quod *regite*, ut legit S. Hieronymus,
epist. 83; rex enim et pascentis ea prudentia,
charitate, cura, diligentia, patientia debet regere
populum, quæ pastor regit oves ut eas pascat et
impingnet. Sic enim Deus regit homines quasi
oves suas, juxta illud *Psal. xlv. vers. 1:* « Domi-
nus regit me; » Hebr. et Septuaginta: « Dominus
pasce me; » S. Hieronymus: « Dominus Pastor
meus. » Unde subdit: « Et nihil mihi docuit, quia in
loco pascentis ibi me collocauit; » Hebr. « in loco
virenti; » Aquila et Symmachus, *israheliam meam*, id
est, in virenti herba, puta in Ecclesia Christi,
quæ optima habet pasena S. Scripturæ et verbi
Dei, æe gratiæ et gloriæ futura.

Nota primo: S. Petrus, quasi Pastor totius Ec-
clesie, pasceat his Pastores, id est Episcopos in-
stituit et dirigat ad bene obeundum suum munus
Pastorale. Nam, ut ait S. Leo, *serm. 3 De su An-
nuario:* « De toto mundo unus Petrus eligi-
tur, qui et universarum gentium vocationi et om-
nibus Apostolis, cunctisque Patribus preponatur;
ut, quamvis in populo Dei multi sacerdotes
sint, multiple Pastores, omnes tamen proprie
regat Petrus, quos principaliter regit et Christus. »
Unde quod Christus dixit Petro: « Pæce oves
meas, » idem per Petrum sibi dictum censuit
S. Gregorius Nazianzenus, Episcopus Constantino-
politianus, *Apol. pro fuga sua*. Idem quoque Basilio
Episcopo dictum asserit S. Chrysostomus, *lib. II
De Sacerd.* Porro, ut ait Nazianzenus, *Apol. 1:* « Ars
artium est, et scientia scientiarum regere homi-
nem, animal omnium maxime varium et multi-
plex. » Et ex eo S. Gregorius, *in libro Pastor.:* « Ars
artium, ait, et scientia scientiarum est regimen
animarum. » Hoc autem recte obicit, si, ut ait
idem, *lib. II, epistola 39,* « vivendo et loquendo
proximorum animas literamur; si infirmos in su-
perno amore roboramus; si protervos et timi-
dos gehene supplicia terribiliter insomando
fleamus; si nulli contra veritatem parcimus; si
superbis amicitias dedimus; humanas inimicitias
non timeamus. » Memorabilis est sententia S. Pe-
tri, qua, ut scribit Onuphrius de Vita Pontificum,
in S. Petro, pontificatum in S. Clementem resigna-
vit: « Anno, ait, Christi 68, sanctus Pontifex
Petrus paulo ante obitum suum, cum martyrii
tempus appropinquaret, Domino revelante, cog-
novisset, beatum Clementem S. R. E. veterem
Presbyterum Episcopum Romanum designatum,
in successorem suum per manuum impositionem

consecravit, etque cathedram Episcopalem et Romanam Ecclesiam post se ab eo regendam commendans: « Ego, ait, eandem sibi potestatem ligandi atque solvendi trado, quam mihi Dominus meus Iesus Christus reliquit, in qua, spreto ac contemptis rebus omnibus, tum corporis, tum fortunæ, oratione et predicatione salutem hominum, ut bonum Pastorem docet, consule. » S. Basilii in *Moral.*, Regula 80, cap. xv, quærit quales debeant esse prædicatores Evangelii, ac respondet, primo, tanquam pastores; secundo, tanquam medicos; tertio, tanquam parentes et nutrices; quarto, tanquam Dei adiutores; quinto, tanquam plantatores palmitum Dei; sexto, tanquam ædificatores templi Dei: quæ omnia probat ex verbis Christi et Pauli. « Tanquam Pastores, ait, ovium Christi, qui, quandoqueque tempus postulat, ne animam quidem ponere pro illis dubitent, ut Evangelium illis imperiant. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.

« Tanquam medicos: qui, magna adhibita animi lenitate, scienter secundum doctrinam Domini, animarum morbos curant in acquisitionem eius, que est in Christo, sanitatis et perseverantie. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum portare.

« Tanquam parentes et nutrices filiorum, qui ex magnitudine eius que est in Christo charitatis, parati sint libenti animo communicare illis non solum Evangelium Dei, sed suam etiam ipsorum vitam. Filii, ad huc medicum vobiscum sum. Nam in Christo Iesu per Evangelium ego vos genui. Tanquam si nutrix fovet illos suos, ita desiderantes vos emper, volebamini tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quia charissimi nobis facti estis.

« Tanquam Dei adiutores, qui solis Deo dignis operibus totos se mancipant pro Ecclesia Dei. Dei enim sumus cooperarii: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.

« Tanquam plantatores palmitum Dei, qui in vite que est Christus, nihil alienum aut infructuosum relinquunt; et ea que convenientia sunt atque fovenda, meliora efflicere student, omni diligentia adhibita. Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit aum; et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructus plus afferat. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit.

« Tanquam ædificatores templi Dei, qui uniuscuiusque vitam ita continent, ut fundamentum Apostolorum et Prophetarum apte congruat. Secundum gratiam Dei que data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificavit. Unusquisque autem videat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud

nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ergo jam non estis hospites et advena, sed estis civis sanctorum et domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, in ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo et vos cœdificamini in habitaculum Dei in Spiritu Sancto.

Nota secundo S. Bernardus, serm. 2 De Resurrectione Christi, ter a Christo repeti dicitur S. Petro: « Pæce oves meas, » ut significet eas pascendas esse tripliciter, scilicet 1. ante, lingua, manu, « Pæce, ait, mente, pæce ore, pæce opere: pæce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione. » Idem, quæstio 201: « Pæce, ait, verbo, pæce exemplo, pæce sanctorum fructu orationum. » Idem, epist. 42 ad Henricum, Episcopum Senonensem: « Nec proceps, inquit, eris in sententia, nec vehementis in vindicta: non in corrigendis remissioni, non severior in parcendis, non pusillanimus in expectandis; non superflus in victis, nec notabilis in vestitis; non citus ad promittendum, non ad reddendum tardus, nec prodigus dator. » Idem, sermone 66 in Cantica: « Pæceat, inquit, successores Apostolorum lucem non esse mundi, sed modii, mundi autem tenebras, dicamus eis: Vos estis tenebre mundi. »

Nota tertio: Christus dixit Petro, et per eum aliis Episcopis et Pastoribus: « Pæce oves et agnæ meas, » non toos, ut magis suos fideles christianos commendaret. Vox enim oves significat Christianorum esse Pastorem: vox vero agnæ significat Christum eorum esse patrem, imo matrem, ut potest quas baptismo regeneravit, et in filios sibi adoptavit. Quocirca vere et apte S. Bernardus in *Sentenitiis*, sub initium: « Quantum, ait, distat inter Pastorem et gregem, tantum debet distare inter Episcopum et plebem. Stat ille sublimis et rotatus, curvat iste caput solo depressus. » Unde Poeta:

Proaque cum spectent animas cætera terram,
De homini solenne dedit, captumque laeri.

« Ille regit, iste regitur; ille pascit, iste pascitur; ut ex ipsa forma et habitu uterque discernatur: habet ille in manu virgam, qua feriat, vel potius ducat et reducat ovem. Quid est autem habere in manu virgam, nisi in opere disciplinari, ut subditos suos exemplo magis instruat quam verbo? Erubescunt enim superbi esse discipuli, si eos in humilitate præcesserint magistri. Unde et de Domino scriptum est: Cepit Iesus facere et docere. Habet etiam baculum, quo feriat lupum; virga, ovem; baculo, lupum, hoc est, miles et obediens s debet lenius corrigere, duos vero corde et improbus acrius arguere. Tenet eandem in fume, zelum scilicet in discretionem; habet etiam panem in pera, hoc est, Dei verbum in memoria. » Et post plura planius:

« Pastorum, ait, est vigilare super gregem, propter tria necessaria, videlicet ad disciplinam, ad custodiam, ad preces. Ad disciplinam, propter morum correctionem, ne grex commissus propria malitia deficiat. Ad custodiam, propter diabolicam suggestionem, ne hostili sedentur calliditate. Ad preces, propter tentationum instantiam, ne vincatur a pusillanimitate. In disciplina rigor justitiae, in custodia spiritus consilii, in præce affectus compassionis. » Vide eundem S. Bernardum, libris quinque De Considerat. ad Eugenium Pontificem, qui vere auri sunt, et excelsæ Pontificum quomodo fideles regere debeat, in omnibus instruant. Vide et dicta *Ezech. III, 4*, denique S. Gregorium in *Pastoralibus*.

Qui in vobis est. — Græce *ἐν υἱοῖς*, quod Favardentibus verit. *g. d.* « Quod in vobis est, » hoc est, quantum potestis, quantum valetis. Verum melius transtulit Noster, « qui in vobis est, » id est, qui vobis subditus et commissus est. Unde Syrus verit, *qui traditus est vobis*. Sicut enim iudice regnum est in rego: sic Ecclesia, id est populus fidelis, est in suo Pastore et Episcopo, quasi suo rectore, capite et gubernatore. Rursum, *et qui in vobis est* significat distributus esse Dioceses et Parochias, ac cuiusque datum suum Pastorem et Episcopum, qui unam duntaxat sibi commissam regere debeat, nec possit invadere alienam; cum S. Petrus etque successor Pontifex Romanus, sit Episcopus et Pastor omnium omnino fidelium per totum orbem dispersorum. Unde S. Cyprianus, lib. *De Unitate Ecclesie*, ait, a unum Episcopatum esse, cuius a singulis in solidum pars tenentur. « Excepit Apostolos: illi enim a Christo potestatem acceperunt in totum orbem; ideoque totius orbis fuerit Episcopi et Pastores, sed ita ut subiecti essent S. Petro. Hoc voluisse videtur S. Clemens, epist. I, ubi S. Jacobum vocat Episcopum Episcoporum, et regentem omnes Ecclesias. Quare inapte Calvinus, lib. IV *Instit.*, cap. VII, ex eo quod S. Petrus alios hortetur ut pascant gregem suum, colligit ad Petrum non pertinuisse eum pascere: pari enim modo colligeret: *rex jubet suo proregi, v. g. Sicilie, ut Siculos quos ei regendos commisit, jure regat: ergo Sicula a rege non reguntur, nec ad eum pertinent quasi subditi; non potius contrarium colligendum sit, hoc modo: Rex regit Siculos per proregem; ergo Siculi regi sunt subditi.*

Gratum Dei, — non suum. Ipsc S. Bernardus, epist. 237, hisce Petri verbis monet Eugenium Pontificem, ut Petri hæres Petrum audiat, nec vocet Ecclesiam Sarai, id est *domina mea*, sed « Sara, » id est, *domina absolute*, quia *domina* et *uxor* est Christi, qui verus est Ecclesia Patriarcha et Abraham. Quocirca S. Augustinus, tract. 230 in *Joannem*: « Qui, ait, hoc animo pascunt oves Christi, ut suas esse velint, non Christi, se convinctur amare, non Christum; vel gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi cu-

piditate; non obediendi, et subveniendi, et Deo placendi charitate. »

PROVIDENTES, — *invidentes*, id est, *superpesculantes*, superintendentes, supervigilantes; Syrus, Pagninus et Tigurina, *curam illius agentes*. Inde nomen et officium Episcopi, id est *superinspectoris*, ut interpretatur S. Ambrosius, lib. I *De Dignit. sacerdot.*, cap. vi, et *superintendentis*, ut verit S. Hieronymus, epist. 85 ad *Evagrium*. Episcopi enim est superintendere gregi, teste S. Augustino, XIX *De Civit.*, xix. Iino in *Ecclesia aliori solo* considerat, ut omnes circumstruere, regere et corrigere possit, ac vicissim ab omnibus videri et audiri.

Explicit *et pascite*, ejusque variis dat munia et modos. *Primo* est, ut accurate gregem suum inspiciant et laetent, et quia, quoad omnia provident: quocirca apud cum residere, eumque crebro obire et visitare debeant. Hinc residentia Episcopi et Pastoribus præcepta est jure humano et divino, uti graviter docet et sancit Concilium Tridentinum, sess. XXIII, cap. I *De Reformatione*. Absente enim aut dormiente Pastore dormiunt oves, eo vigilante et sibilante vigilant. Hinc *Aegyptii* Deum rectorem universi pingebant quasi oculum baculo insistentem, oculo providentiam, baculo potentiam et regimen representantes. Ita vigilabat et gregi intendebat Jacob (quem ut schama Pastoribus et Episcopis proponit sancta Scriptura, ait S. Gregorius, *Genes. cap. xxxi, 39*: « Nec captum a bestia ostendi tibi, ego damnatum omne reddebam: quidquid furto peribat a me exigebas: die noctaque vela urebar et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. » Sic et Pastoribus gregi invigilantibus angelus apparuit, nuntians Christi Pastoribus Pastorem nativitatem, de quo S. Ambrosius, lib. II in *Lucam*, cap. II: « Bene, ait, pastores vigilanti, quos bonus pastor informat. » Ita nuper noster P. Canisius, uti refert noster Sacchini, lib. III *Vita ejus*, ad Ottonem Cardinalem et Episcopum Augustanum, Roma ob negotia agentem scripsit, urstique ut filico ad suas oves rediret. « Mallem te, ait, absque hoc Episcopatu vivere, quam solo Episcopatu litulo gaudere, et oves tam negligenter pascere, quarum tanta vicissitudo. Alii spoletant emolumenta et honores: ego futurum cito iudicium, et reddendam acceptæ villicationis rationem, et paratis pomis malo dispensatori considero ac valde timeo. »

NON COACTI, SED SPONTANEE. — *Primo*, passive quoad ipsos Pastores, *g. d.* Vos, o Pastores, Pastoribus officium subite et obite, non coacti penuria rerum temporalium, ut ex redditis pastoratus vivatis; sed spontaneè, ultro. *Illicet*, ut animas juvenis et dirigatis ad Deum, ab eo sperantes æternam in collis mercedem. Ita Beza. Rursus et potius, *g. d.* Non invite et aigre, sed spontaneè, liberaliter, alacriter et strenue pascite, instar Pauli dicentis: « Si volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi concessa est. »

Ilino S. Gregorius, I part. Past., cap. vii, et S. Nazianzenus in Apolog., Isaiam offerentem se Deo: «Ecco ego, mitte me, » preferunt Moysi detractant missionem Dei, Exodi cap. iv, 10. Ad illique S. Ambrosius in Paul., Epist. octavo, 14, idcirco Isaiam, « quasi voluntarium organum, uberiora Spiritus gratia esse impletum. » Id maxime locum habebat in ortu Ecclesie, cum Episcopatus erat omni potius quam honos, cumque Episcopi passim repereretur ad equantes et tomentum. Unde S. Gregorius, lib. IV, c. 25, ait se proximam ad Episcopatum suscipiendum cogere velle. Vide dicta I. Timoth. iii, 4. Hic sensus videtur penitus, præsertim quia pro coeete Greece est interpretatus, id est, ex necessitate, q. d. Pasce non quasi coacti necessitate pascenti, ex officio Pastoris verbis ab Apostolis imposito, sed sponte ex amore Dei et zelo animarum; et hoc significat et secundum Deum.

Secundo tamen potest accipi active quoad oves, q. d. Pasce gregem non tam vias cogendo, quam persuasione alliciendo; non tam virga negentes, quam instantes exemplo: ut grex non coacte, sed sponte vos sequatur et pascat in pascebat Christi. Haec explicat S. Gregorius Nazianzenus, Apolog. I, qui et causam addit: « Nam quod necessitate, aut extorqueatur, præterquam quod tyrannicum est, non firimum quidem et stabile est. Quiddam enim violentè cogitur, non secus ac planda per vim manibus inflexa et distracta, simul ac missa facta est, rursus ad se redire consuevit, quod autem a libera voluntate proficiscitur, æquissimum simul et certissimum esse solet, utpote benevolentie vinculis astrictum et confectum. » Et S. Ambrosius in Paul., xviii, octavo, 14: « Dominus, ait, operationes servulorum suorum spontaneus probat potius quam coactos: ideo ex servis liberis facit, ut magis voluntatum nostrarum munera, quam necessitatibus obsequia conferamus. » Probat id multis exemplis Pauli, Jeremie, Moysi, Iouis et Isaiæ, quæ apud eum vide. Induit ergo Pastor viscera charitatis, ut mox Paulus Charitas enim, ut ait S. Bernardus, epist. 2, « bona mater est in Pastore: cum arguit, mitis est; cum blanditur, simplex est; pie solet savire, sine dolo mulcere, patienter irasci, humiliter indignari. »

Secundo est luce pascenti et Pastoris lex et conditio, ut scilicet non coacte, sed sponte pascat; utique non vi cogat, sed amore agat ad officium, quod intellige quando oves tales sunt quæ amore aguntur: aliqua enim sunt equæ indolis, ut timore adigi, non amore agi volunt, quales sunt pigri et refractarii, ut hæretici: quibus convenit illud Christi, Luca xiv, 23: « Compelle eos intrare. » q. d. « Foris inventarum necessitas, nascetur intus voluntas, » ait S. Augustinus, serm. 33 De Verbis Domini.

Secundum dicitur. — Jam hæc desunt in Græco, sed olim fuere: nam citantur a S. Ephrem, to-

mo II, partit. 47, S. Hieronymo, epist. 2, et aliis. Est hæc tertia pascenti et Pastoris conditio, ut sponte secum Deum pascat gregem, ut scilicet alacriter munus pastorale obeat, secundum voluntatem Dei, qui illud ei imposuit: ideoque pascenti non spectet homines, sed Deum, illi uni placere et satisfacere intendens, illius unius gloriam spectans, ad illum oves omnes dirigere, et ex illius mente, voluntate et præcepto eius regere satagens, ut scilicet eum eas pariter non coacte, sed sponte servare Deo. In primitiva enim Ecclesia, cum nulli essent opes et honores Ecclesie, sed tantum labores, pericula et martyrium, multi refugiebant Episcopatus et Pastovatus, eosque sibi ab Apostolis impositos odiebant quasi coacti eorum imperio, ideoque agere et laborare non spontaneè, libenter et expedite. Hos coercit hic S. Petrus, moneturque ut sponte id obeant, cogitantes hoc omnis sibi a Deo esse impositum; item ergo eis adfore, ac probe Dei amore et reverentia sponte et alacriter illud expressent et obeant. Itaque in secunda dicitur idem est, cum illo in Domino, quod crebro usurpat Paulus, ac quadrupliciter exponi potest. *Primo*, q. d. Sedant Pastores se in pascendo Domini grege, Domino servire, se Domini negotium agere, non hominum. *Secundo*, non proelio, non multo, non cupiditate, non ut hominibus placeant, sed « in Domino. » id est, minus Dei amore et reverentia eius gregem pascent. *Tertio*, ut servi in oculis domini, ita ipsi coram Domino scdo gregem eius pascent, juxta illud: « Oculis domini pascat et saginat equum. » Servi enim videntes oculum domini intentum in eum sunt, eum sedulo curant et pascent. *Quarto*, finem spectent, non suam, sed unius Domini gloriam. Vide Gen. 25, quem præfixi Comment. in epist. S. Pauli. Addunt aliqui et servatam Deum significare Pastoris esse dare gregei pasua spiritualia et divina, corporalia vero duntaxat in ordine ad spiritualia, ut pascendo corpus ovium facilius et melius pascent animus eorumdem. Ita S. Gregorius, I part. Past., cap. vii, ex hoc loco colligit Pastorem in curandis corporalibus debere esse moderatum, non nimium, ne ad externa diffundat, et ne se mucrone ambitionis occidat. Rursum hinc collige zelum Pastoris debere esse secundum Deum, id est, verum et discretum, non fictum et indiscretum. Vere Poeta:

Sape scitis ovium vestri voluntate laici.
 Cæcæque ovium est, non facti be solus.

NEQUE TERREIS LUCRI GRATIA. — Est hæc quarta pascenti et Pastorum conditio, ne lucro inhiat, quod in eis, utpote personis Deo et celo dicatis, sed vile, turpe et sordidum. Veritur v. Hieronymo, epist. ad Nepotianum, aliquæ: « Nonnulli sunt ditiores monachi, quam l'erint seculares, et Clerici qui possideant opes sub Christo pauperè, quas sub locupletæ ac fallace diabolo non habu-

rant, ut suspiret eos Ecclesia divites, quos mundus tenuit ante mendicos. » Loquitur de avaris qui opes sibi suisque corrogabant: aliqui sancti Episcopi, ut S. Paulinus, S. Illarius et alii, ait S. Prosper, lib. I De Vita contemp., cap. ix et x, qui sua in pauperes erogant bona, fideliùm oblatæ Ecclesie recipiebant, « scientes nihil aliud esse res Ecclesie, nisi vota fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum. Et ideo habentes dicebantur, a contemere, quia non sibi, sed aliis possidebant; nec suscipiebant eas habendi cupiditate, sed subveniendi pietate. » Sapienter Simon de Cassia, lib. IX, cap. xviii: « Audeat, ait, dixerim, neque in miraculis Apostoli sæculo ita mirabiles apparuerunt, sicut in continentibus commoverunt ad novitatem vite prædicando, quam bona externa spernendo. »

Precelare S. Bernardus, epist. 42 ad Henricum, Senonensem Archiepiscopum: « Exemplo Apostoli, ait, honorificabilis ministerium vestrum, ministerium, inquam, non dominium. Ipsum itaque honorificabilis, non vos: nam qui querit que sua sunt, se cupit honorari, non ministerium. Honorificabilis autem non cultu vestium, non equorum factu, non amplis ediliis, sed ornatu moribus, studiis spiritualibus, operibus bonis. Quam multi aliter! Cœsurus in nonnullis sacerdotibus vestrum cultus plurimus, vitatum autem nullus, aut exiguus. » Et inferius: « Detestor Pastorem more peccatorum sensibus incubare corporibus, hæere in limis, inhiare terrenis: et non potius erectum stare ut hominem, caelum mente susplicere, quæ sursum sunt et querere et sapere, non quæ super terram, etc? Dicite, Pontifices, non quidem in sancto, sed freno quid facit aurum? Numquid aurum a freno repellit frigus sive esurient? Nobis frigus et fame laborantibus, quid conferunt tot mutatoria vel extensa in pernicis, vel plicata in mantio? Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inanimiter expenditis. Et nos etiam Dei plasmato, et nos iniquum Christum redempti sumus: nos ergo fratres vestri. Videte quale sit de fraterna portione pasceri oculos vestros. Vite vestra cedit volis in superfluis copiis. Nostris necessitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus vestris, etc., quasi cicerialis: in hereditate possideamus sanctuarium Dei. » Et inferius: « In omnibus actis suis vel dilecti, nil sinum querat Episcopus, sed tantum ant Deo honorem, ut salutem proximorum, aut utrumque. Hoc enim agens implebit non solum officium Pontificis, sed et etymologiam nominis, pontem utique seipsum faciens inter Deum et proximum. Pertingit pons iste usque ad Deum et fiduciam, qua non suam, sed illius gloriam querit. Pertingit usque ad proximum illa pietate, qua et ipsi non sibi processu desiderat. Offert Deo bonus mediator, preces et vota populorum, reportans illis a Deo benedictionem et gratiam. » Idem,

epist. 23 ad Attonem, Trecentensem Episcopum: « Melior est, inquit, incomparabiliter iustitia quam pecunia, quod illa ditat et replet arcam, hæc animam. Itaque sacerdos Dei induitur iustitia, et multo utique decentius et ditius quam auro vel serice. » Idem, epist. 24 ad Gilbertum, Londoniensem Episcopum: « Vera illa et indubitata sapientia est, quam turpia lucra contemnit, et indignum sibi iudicat eodem cum idolorum servitute contubernio frui. Non magnum fuit M. Gilbertum Episcopum fieri, sed Episcopum Londoniensem pauperem vivere, id plane magnificum. Nec enim lauto nomini quidquam augere gloria potuit humilitas dignitatis, auxit autem plurimum humilitas paupertatis; pauperem æquo animo ferre virtus patientia est, sponte appetere sapientis laus est, a fine facti dictum Alacmenis, qui rogatus a quo pacto quis optime regnum servare posset, respondit: « Si lucrum non magni fecerit. » Ita Plutarchus in Laco.

SED VOLUNTARIE. — Reprehendit, id est, ut Pagninus, præcepto; figurat, præposito animo; Syrus, et toto corde, ut scilicet liber ab avaritia et turpi lucro, non suis, sed ovium commodis totum se impendat. Vox enim sed significat voluntarie opponi non turpi lucræ gratiæ, q. d. Pasce non avarè, spe lucri: sed liberaliter, liberali animo vos totos impendentibus obsequio Dei et salutis animarum. Scipianus Cæro, lib. I Officior: « Omnino, ait, qui Republice profuturi sunt, dum Plautius precepta teneant: unum, ut utilitatem civium sei læuantur, ut quicquid agunt ad eam referant, oblii commoedorum suorum; alterum, ut totum corpus Republicæ curent, ne, dum partem aliquam tæuant, reliquos deserant. » Vnde glossas Isocraticis, ubi nullis illis confirmat.

3. NEQUE ET DOMINANTES IN CLERIS. — Græco hæc interpretatio: non regens, id est, dominans in clericis, vel contra clericos, ut faciant arrogantes et tyranni, qui impotenter aliis imperare et dominari satagunt. Est hæc quilibet Episcopi et Pastoris conditio, ut scilicet non sit impudens, nec imperiosus vexit Ecclesiam, que est clericus, id est, sors et hereditas Domini. Sic olim Israel dicebatur: « Iuxta nichilum, id est, sors et hereditas Domini, juxta illud Deut. cap. xxxii, vers. 9: « Pars unius hominū populis eius, Jacob fuit unicuique hereditas eius. »

Per ecclesiam ergo primo, accipi potest populū fidelis, qui in variis clericis, id est, sortis, partibus, Ecclesias in congregationibus, est distribuitus de illo enim subdit: « Sed ut forma facti gregis, » id est populū fidelis. Ita S. Cyrillus, lib. I in Isaiam, orat. 3: « Non dominatur, ait, clero, id est populo, qui sors Domini est: » sic et Syrus, (Eumenius et alii. Ita Paulus Samosatensis olim culpatus est, quod in Episcopatu secularium honorum gradus adscendit, in hæc dominiari satagebat, adeo ut populū expleret, ac magno fastu et pompa incedens angelus dici vellet, atque

psalmos de se, non de Christo, cant praecerat, teste Eusebio, lib. VII, cap. xxvi.

Precelane S. Augustinus in Regula: « Ipse, ait, qui vobis praest, aestimet se non dominante cupiditate, sed charitate serviente felicem: » et Annoto Imperfecti explicans illud Math. cap. xx, 23: « Principes gentium dominantur eorum, etc., non ita erit inter vos; sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. » sic ait: « Principes Ecclesie sunt, ut serviant minoribus suis, ut ministrent eis sicut cooperantur Christo, et suas utilitates negligant, et aliorum procurent, ut, si opus fuerit, neque morti recitent pro salute inferiorum suorum, sicut Apostolus: Ego, ait, impendam et superimpendam ipse pro animabus vestris, » II Cor. xii, 15.

Secundo, per « clericos » accipi possunt Clerici, qui proprie sunt clericus, id est, sors Domini, et in variis particularibus clericus, id est, sortes, quibus et gradus sunt distributi. Alii enim sunt Lectores, alii Exorcistae, alii Ostiarii, alii Diaconi, alii Subdiaconi, etc. Rursum alius clericus erat Antiochiae, alius Tyri, alius Ponti, alius Babilonio; quot enim erant Ecclesiae, tot erant et clerici. « Clericus, ait S. Hieronymus ad Nepotianum, interpretatur nomen suum, et nominis definitione prolati vitatur esse quod dicitur. Si enim Graece graece, latine sors appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus est sors, id est pars, Clericorum. » Idem, epistola 2: « Illud dico, ait, quod Episcopi sacerdotes se esse noverint, non dominos: honorent Clericos quasi Clericos, ut et ipsis a Clericis honor quasi Episcopos deferatur. Scitum est illud oratoris Dionisi: Cur ego te, ait, habeam ut principem, cum tu me non habes ut senatorem? » Et epistola 3: « Rex nolentibus praest, Episcopus volentibus: ille terrore subjecti, hic servituti donatur: ille corpora custodit ad mortem, hic animas servat ad vitam. » Iubet ergo S. Petrus Episcopis et Pastoribus, ne inferioribus Clericis imperare dominantur velint, inque inter eos simulatos, discordias et rixas oriatur, quae charitatem fraternam laedant, et plebem scandalizent, sed ut eis moderate praesidentes ab eis amentur, colantur et adjuvantur. Quocirca S. Basilius, Regul. 43 inter fasces disputatas: « Morum mansuetudo, ait, et humilitas cordis, hae praecipuae Antistitis insignia sunt. Talis enim fuit Christus, qui dixit: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde. »

Hic secundus sensus, ut per clericos accipiuntur Clericos, eorumque varios gradus et ordines, est valde congruus. Primo, quia pronum est ut Episcopi aliqui elatioris animi velint dominari in clerico: hic enim eis magis subditus est, quam sint laici, idque significant vox clericus; imo aliqui censent vocem cleri Clericis attributam ex electione S. Matthiae, qui per clericum, id est sortem, fuit electus ad apostolatam, ut dixi Act. 1, 26. Unde videtur quam antiquum sit nomen cleri et Clerici,

eiusque distinctio a laico, quod perperam negant haeretici. Secundo, quia in clero proprie sunt cleri, id est, varie Clericorum sortes et gradus, ut iam dixi. Tertio, quia Episcopi et Pontifices multas leges, canones, ritus et caeremonias praescriverunt Diaconis, Subdiaconis aliisque Clericis, ut patet ex Iure Canonico. Privatum etiam nonnulli pbra ab eis exigunt, nunc hoc, nunc illud mandando, eisque quasi domini imperant, iuxta Iud Christi de veteribus Pontificibus: « Alligata quera gravia et importabilia, et imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere, » Math. cap. xxiii, 4. Quarto, quia nulli pro in cleri legunt in clero, et do Clericis exponunt. Ita VII Synodus generalis, can. 4, ubi ex hae Patri verbis obstat Episcopus nihil debere exigere a Clericis sibi subjectis; S. Hieronymus, epist. 2; S. Ephrem, opus. De bonis injung; S. Bernardus, epist. 237, et alii. Quinto, quia S. Petrus aliud ad Levitas, qui in veteri Testamento erant Domini Clerici, id est sors et hereditas, quia primitias decernat, non Deo oblata ipsi quasi domini et ministerii Dei recipiant, Num. xvii, 20; Deut. xvii, 2. Episcopos ergo modeste hic admonet S. Petrus, ut modeste suis Clericis imperent, scilicet magis exemplo quam precepto, nimirum ut haec formam gregis, puta tum Clericorum, tum consequenter et laicorum: electum enim sequi solet populum.

S. Petrum secutus S. Dionysius, epist. 8: « Hoc, ait, examine in se dilectionis divinae ac summus Pontifex Christus argumentum capit, si oves eius modestissimae gubernatione passimas; » S. Moses, Pontifex et princeps Synagoga, erat mitissime omnium hominum illius aevi, Num. xii, 3. Sic et de Davide dicitur Psalm. cxxxi, vers. 1: « Memento, Domine, David, et omnis innumerabilis ejus. » Sic Probus mittens S. Ambrosium Mediolanum ad sedandum populi tumultum: « Vade, inquit, a se non ut iudex, sed ut Episcopus. » Omen hoc fuit et quasi oraculum. Egit enim ut Episcopus, ideoque voce populi acclamatus et creatus est Episcopus, qui proxime lib. III, epist. 9, Iulius de se omnia memor: « Magis, inquit, optamus et cupimus contumelias singulorum elementis patientia vincere, quam sacerdotali honora vindicare; et S. Leo, epist. 84, cap. 1: « Licet nonnunquam, ait, accidant in sacerdotibus reprehendenda personis, plus tamen in corrigendo agat benevolentia quam severitas; et hostilitate quam commotio, chrismi quam potestas. Sed ad his qui que sua sunt querunt, non que Jesu Christi, felle ab hae lege discedit; et dum dominari magis, quam consolare subditis quaerunt, placet honor, infat perbia, et quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam. » Hinc Episcopi et Pastores vocantur Patres, ut sciatur se ut patres illis praesse; non ut reges vel tyrannos servis imperare; Hinc Papa est Pater patrum, imo Servus servorum Dei. Unde S. Isidorus: « Agnoscat, ait, Episcopus se servum esse, non dominum;

talem subditis se praest, ut non solum auctoritate, verum et humilitate clarescat. »

Sapienter S. Bernardus, lib. IV De Considerat. ad Eugenium, docet eum et Praesatos quo pacto gravitatem cum lenitate miscere debeant, ne vel ob illam, si nimia sit, sint fastidio et odio, vel ob hanc contemptui. « Esto, ait, gravis, sed non austerus, non dissolutus, neque severus, sed inter ea aedocritatem ten, ut neque de severitate sis oneri, neque de familiaritate contemptui. Austeritas fugat infirmos, gravitas reprimit leviores; in Palatio Papam, domi te patremfamilias exhibe; ament te domesticis. Si non, fac ut te timeant. Utilis est semper custodia oris, que tamen familiaritatis gratiam non excludat: ille convenientior habitus, si actu severus, vultu serenus, verbo sciri. » Imo S. Augustinus, S. Paulum ad Galat. cap. iii, vers. 19 (ubi ait: « Filii mei, quos Iteum parturio donec formetur Christus in vobis, ») secutus, se subditicium matrem facit: « Me, ait, puta matrem animarum vestrarum esse, et ita vos velle componere, ut in vobis nec macula, nec ruga possit ante tribunal aeterni Iudicis apparere. Animabus enim vestris non solum ornamenta, sed etiam medicamenta desiderans providere, studio discuta consuevit, concessa sarcire, vulnerata curare, ablere scordalia, reparare perditas, et ea que sunt integra, spiritualibus margaritis ornare. »

Idem lumine naturae viderunt Gentiles, ubi insinuatur Christus, dicens: « Reges gentium dominiunt eorum, et qui potestatem habent super eos, beneficia vocantur. » Luc. xxi, 25. « Beneficia, » graece εεροτες, ut vocatus est Ptolemaeus Evergetes, ob beneficia in subditos collata: ex adverso, tyrannus est qui suo honore et honori, non subditorum in recendo conulit. Vari ergo principes magis ministri sunt republice quam domini. Ita Antigonus, Macedonum rex, conspiciens filium insolentius subditos regentem: « An ignoras, ait, o fili, regnum nostrum esse splendidam servitium? » Ita Aelianus, lib. II Var. Historia. Prims Lacedaemonum rex dicitur est Agis (et ab eo multi dicitur dicitur sunt Agis), id est ductor, ab ep, id est daco, quia clementer imperabat dicens potius quam dominans, ut aries prout dicitur gregem. Unde Plutarchus, Leonide filius, regius rex Lacedaemonum reges non a prisels regibus cognovissent sortitur? » Quia, ait, illi ducere quam regere maluerunt, posteriores illis nectusquam. » Allius ad nomen Agis, id est ductor; Plutarchus autem idem est quod pluribus imperans. Ita Plutarchus in Lacon.

Pastor ergo sit Aetor, sit Agis, non Plutarchus, non imperiosus, ducendo et agendo suos suaviter regat, ne verborum suavitate magis quam verborum asperitate agat ad donum.

Cicero, Philipp. I, damnat illud Rectorum insolentium de subditis. « Oderint, dum metuant, quis, inquit, praestitit illi quam metui. »

Agasilus, rex Sparta: ro utus « quas res regem

habere oportet? » dixit: « Adversus hostes audaciam, erga subditos benevolentiam, in opportunitate vero rationem et consilium. » Ita Stobeus, serm. 32.

Cyrus, rex Persarum, bellicosissimus dicebat, neminem debere suscipere principatum, nisi esset melior his in quos susceperat imperium. Ita Plutarchus, in Apophth. regum.

Antonius Pius Imperator, cum initio Imperii quosdam reos absolvens reprehenderetur, respondit, « Principatum non a supplicis, sed a mansuetudine aspicendum esse. » Ita Xiphilinus in ejus Vita.

M. Antonius Verus censuit imperatorem non tueri agmina satellitum, sed beneficentiam et benevolentiam civium. Ita Herodianus, lib. I.

Pastor itaque cogitet se non esse dominum subditorum, sed pedagogum, ut eos quasi magis regis filios instruat bonis moribus, dirigatque et deducat in vitam aeternam, ut quidam Sanctorum dixit, se proxime ita agat cum eis, ut ipsi ei se fidere, consentias, tentationes et necessitates aperire, ad eum in omnibus quasi ad patrem, imo matrem recurrere audeant et gaudeant.

SED FORMA FACTI GREGIS EX ANIMO. — Est haec sexta Pastoris lex, dos et conditio, ut scilicet sit forma, id est exemplar vite gregi suo; formam hanc opponit dominationi, q. d. non dominatur imperie, sed exemplo, ut formam vite sanctae sancte vivendo fidelibus praescribat. S. Petrus succinit S. Paulus hanc Timotheo, Ephesti Episcopo, dicens regulam Epistola I, cap. vi, vers. 12: « Exemplum, ait, esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide et castitate; » et Tito, Crete Episcopo, cap. ii, vers. 7: « In omnibus praebe teipsum exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate: » ubi in Graeco pro « exemplum » eadem est vox πρως, quam Interpres hoc loco verit formae, quia, ut explicat S. Hieronymus ad Titum II, optat Paulus, « ut Timotheus, ait, quicumque Praesatos, sit instar archetypis, sive primariae formae, ex qua viva virtutum similitudina lineamentis vite honeste in se translati exprimitur. » Et S. Chrysostomus ibid. : « Sit omnibus, ait, doctrina exemplar, quae tua virtutis, speculum vite, quod omnibus ad imitandum proponitur, veluti primaria quedam imago, omnia in se habens qua bona et honesta sunt. » Et Primasius ibidem : « Ne exemplum, inquit, destruas verbum. » Formam ergo, id est, exemplum recte vivendi, da, o Praesate, tuis subditis. Non satis sit tibi quod facie et loco praesat populo, sed stude pariter praere virtute et pietatis operibus, ut sic populus sponte te etiam non cogitante amuletur. « Vite jubeat, lingua persuadeat, » ait S. Athanasius ad Monachos. Sic in curru Cherubico, Ezech. i, 10, qui typus est Ecclesiae, motum Cherubimorum sequuntur rotas, hoc est, motum actumque Praelatorum (hi enim mystice sunt Cherubini Dei) sequuntur fideles.

Sicut enim pueri dum discunt scribere et pingere, exemplar sibi a magistro effigium inspicunt, et exprimere conantur: sic Praeulati mores, aut Isidorus Pelusiotus, lib. III, *epistola* 289, inspicit et imitatur populus: hic enim coram Praeulato est, agitur et agitur instar pueri. Ita Paulus se praebuit fidelibus formam et normam vivendi. « Imitatores, aut, meli estote, fratres, et observate eos qui ita ambulat sicut habetis formam nostram, » *græce scilicet, id est typum* et exemplar nostrum, *Philip. II*, 7; et Thessalonicenses, *epist. I*, cap. XVI, laudat a virtute: « Ita ut facti sitis, aut, forma omnibus credentibus in Macedonia. »

Praeclare S. Hieronymus *ad Nepotianum*, *epist. 2*: « Non contentus, ait, opera tua sermonum tantum, ne eum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo haec quae dicis, ipse non facis? Delictus magister est, qui pleno ventre de jejunijs disputat. Accusate avaritiam et latro potest. Sacerdotis Christi os, mens manusque concordent. » Et in eadem sententiam S. Gregorius, in cap. XXVII *Job*, sub finem: « Lex, ait, est praedicatoribus posita, ut imitentur quod loquendo suadere festinant. Nam loquenti auctoritas perditur, quando vox opere non adjuvatur; illa vox cor audientis penetrat, quae hoc quod sonnerit, opere confirmat. » Eodem spectant quae Theodorici regis nomine scribit Cassiodorus, lib. V *Vit. Epist. 22*: « Est enim quoddam spectulum esse culmine, et despicibilem villatam, » ait Salvianus, lib. II *ad Eccl. Prim.*: « enim est regula animata et viva lex populi. » Breviter, sed acute et nervose S. Bernardus, lib. II *De Consid. ad Eugenium*, cap. VI: « Monstruosa res, inquit, gravis summus, et animus infimus; sedes prima, et vita ima; lingua magniloqua, et manus otiosa; sermo multus, et fructus nullus; vultus gravis, et actus levis; ingens auctoritas, et mutans stabilitas. » Quocirca S. Ambrosius, *epist. 6 ad Treveranos*: « Sit nostra, inquit, via angustior, virtus exuberantior, trames pressior, fides sublimior, callis arctior, rigor mentis extundans, sequite rocta, sit egressus ad superiora. » S. Chrysostomus, lib. II *De Sacerd.*: « Prædeant, inquit (ad functionem pastorem, ad Episcopatum), qui longe omnibus præstant, quique virtute animi tantum religeque excellunt, quantum corporis magnitudine suis Hebræorum gentem excellunt: seu potius multo etiam magis. » Auctor Imperfecti, hom. 43: « Audiant, inquit, te homines parva mandantem, et grandia videant facientem. » S. Gregorius, I *part. Pastor.*, cap. III: « Sit Pastor, ait, operatione præcipuus, ut vite viam subditis vivendo denuntiet; et grex qui Pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius quam per verba gradatur. Illa vox libentius auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat; et optima ovium pascua sunt exempla Pastoris. » Talis fuit S. Malchias, Archiepiscopus Hibernie, qui, S. Bernardo teste, dicere solebat suis: « Ne a recuso mori, et

mittere, quod possit mobilis turba nascere, locutus in medio ad se eunctorum trahit aspectum, et totius vite iudicium protrahat fama populorum. » Et lib. XI, *Epist. 6*: « Latere non potest, quod infra cancellos egeris: tones quippe lucidas fores, claustra patenia; et quamvis studiosa claudas, necesse est ut te cunctis aperias: nam si foris steteris, meis emendaris obtulibus; si factus ingrediaris, observantium non potes declinare conspectus. Vide quo te antiquitas voluerit collocari, undique conspicias, qui in illa claritate versaris. »

Ne præterea sunt quae scribit Plutarchus, in *Polit.*: « Vitam, ait, sibi quisque et mores excolere debet, quo prorsus omnino nota vituperationeque careat, quando praesentem eorum qui Republicam praesent, non modo singula verba, et res tantum publicis gestis animadverti notarique solent, sed virtus quoque, joci simul et seria, quæque dicitur, ipsa familia, uxor, cubile curioque inquiruntur. » Et elegantius Claudianus:

Hæc te pastoris crebro sermone monebo,
Ut te totus jussu telluris in orbem
Vivam cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari regulis impem
Secretum vltis; nam lux discussa fuit
Omnium nihil esse sine, bisbraque per omnes
Indit, etc.

Quocirca nihil turpius est quam excellentem esse culmine, et despicibilem villatam, » ait Salvianus, lib. II *ad Eccl. Prim.*: « enim est regula animata et viva lex populi. » Breviter, sed acute et nervose S. Bernardus, lib. II *De Consid. ad Eugenium*, cap. VI: « Monstruosa res, inquit, gravis summus, et animus infimus; sedes prima, et vita ima; lingua magniloqua, et manus otiosa; sermo multus, et fructus nullus; vultus gravis, et actus levis; ingens auctoritas, et mutans stabilitas. » Quocirca S. Ambrosius, *epist. 6 ad Treveranos*: « Sit nostra, inquit, via angustior, virtus exuberantior, trames pressior, fides sublimior, callis arctior, rigor mentis extundans, sequite rocta, sit egressus ad superiora. » S. Chrysostomus, lib. II *De Sacerd.*: « Prædeant, inquit (ad functionem pastorem, ad Episcopatum), qui longe omnibus præstant, quique virtute animi tantum religeque excellunt, quantum corporis magnitudine suis Hebræorum gentem excellunt: seu potius multo etiam magis. » Auctor Imperfecti, hom. 43: « Audiant, inquit, te homines parva mandantem, et grandia videant facientem. » S. Gregorius, I *part. Pastor.*, cap. III: « Sit Pastor, ait, operatione præcipuus, ut vite viam subditis vivendo denuntiet; et grex qui Pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius quam per verba gradatur. Illa vox libentius auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat; et optima ovium pascua sunt exempla Pastoris. » Talis fuit S. Malchias, Archiepiscopus Hibernie, qui, S. Bernardo teste, dicere solebat suis: « Ne a recuso mori, et

vite non tenetis exemplum. Erat enim ipse, Inquit S. Bernardus, regula Fratrum: legebant in vita ejus quomodo conversarentur. Sibi pauper, sed dives erat pauperibus: pater erat orphanorum, maritus viduarum, pater ad compatiendum, ad corrigendum liber. »

Idem Bernardus, lib. IV *De Consider.*, cap. I et II, Eugenium Pontificem monet, ut præ cæteris reformet vitam suam et Ecclesiam Romanam, eamque toti Ecclesiae in formam et exemplum statuat. « Circa te sunt, ait, clerus et populus tuus, cui specialiter episcoparis, ac per hoc specialis cura teneris debitor. Hi quoque qui tibi quotidie assistunt seniores populi, orbis iudices, etc. Et primo quidem clerus illum ordinatissimum esse decet, ex quo præcipue in omnem Ecclesiam cleri forma processit. Deinde omnis quod perperam agitur te presente, tibi turpinus. Interest glorie sanctitatis tuae, ut quos præ oculis habes, ita ordinati, ita sint informati, quatenus totius honestatis et ordinis ipsi speculum, ipsi sint forma. Inveniatur præ cæteris oportet expediti ad officia, idonei ad Sacramenta, ad plebes erudiendas solliciti; circumspici ad sese custodiendos in omni castitate. » Et cap. IV: « Sint compositi ad mores, probati ad sanctimoniam, parati ab obedientiam, mansueti ad patientiam, subiecti ad disciplinam, rigidi ad censuram, Catholici ad fidem, fideles ad dispensationem, concordantes ad pacem, conformes ad unitatem. Qui sint in iudicio recti, in consilio providi, in iudicio discreti, in disponendo industrii, in agendo strenui, in loquendo modesti, in adversitate securi, in prosperitate devoti, in zelo sobrii, in misericordia non remissi, in otio non otiosi, in hospitio non dissoluti, in convivio non effusi, in cura rei familiaris non anxii, alienæ non cupidi, suæ non prodigi, ubique et in omnibus circumspici, etc., qui missi post aurum non eant, sed Christum sequantur; qui regibus Joannem exhibeant, Ægyptiis Mosem, fornicantibus Phineas, Eliam idololatras, Elisæum avaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negotiantibus Christum, etc. Qui non de dolo viduae et patrimonio crucifixi, se vel suos ditare festinant, gratis dantes quod gratis acceperunt. »

EX ANIMO, — *q. d.* Non ex composito, non ad externam speciem, non affectate, non ficto et hypocritice, sed vere, realiter, sincere, ex animo et toto corde satagite esse fidelibus formam et normam vite sanctæ et Christianæ. Multi enim induunt vultum devotum et religiosum, sed animum habent irreligiosum, vel certe vanum et vagum. Tales erant Scribae et Pharisei, quos proinde Christus culpavit, vocatque sepulchra dealbata, *Matth. XXIII*, 27. Hos struthioni comparat S. Gregorius, quia « sanctitatis vitam quasi volatus pennam per speciem retinent, sed opera non exercent, » ait ipse, lib. XXXV *Moral.*, cap. V, alias VI; struthio enim pennas habet, sed non volat.

4. ET CUM APPAREBIT PRINCEPS PASTORUM, —

Christus Dominus, qui ait: « Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor animam dat pro ovibus suis, » etc. *Joan. X*, 11.

PERCIPIETIS IMMARENCHIBILEM (de hoc epitheto vide dicta cap. I, vers. 4, *GLORIE CORONAM*. — Scholastici præcoram et gloriam essentialiter communem omnibus beatiss. dicit Doctores (quales sunt Episcopi et Pastores) quoque accidentalem, quam aureolam vocant; tres enim constituunt aureolas: primam, Martyrum; secundam, Virginum; tertiam, Doctorem, quas representant tres coronae tabernaculi, scilicet corona altaris thymiamatis representavit aureolam Martyrum, *Exodi. XXX*, 3; corona aræ representavit aureolam Virginum, *Exodi. XXV*, 21; corona mense panum propositionis representavit aureolam Doctorem, *Exodi. XXV*, 23. Doctorem enim dat animam doctrinam quasi panem suum. Vide S. Thomam et Scholasticos, in IV, *dist. 49*.

Porro utraque corona Doctorem et Pastorem ingens erit et eximia. *Primo*, quia respondebit ingentiorum charitati, quam non solum suam, sed et plurimorum aliorum animas salvare et perficere Kategrut.

Secundo, quia respondebit zelo quo regnum et gloriam Dei propagantur: cuius ergo major fuerit zelus et labor, ejus pariter major erit gloria et laurea.

Tertio, quia gloria subditorum erit gloria Pastorum: tot ergo Pastores sancti habebunt coronas, quot erant coronae subditorum quos ad salutem perduxerunt, juxta illud S. Pauli, I *Thess. II*, 19: « Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloria? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu ejus? Vos enim estis gloria nostra et gaudium. » Sic in die iudicii S. Thomas trahet post se Indium, Andreas Achaïam, Joannes Asiam, Paulus in universum mundum, ait S. Gregorius, hom. 17 in *Evang.*: quæ sane ingens erit gloria et corona. Sic in Vita sanctæ Aldegundis legitur, eidem apparuisse S. Amanum stipatum magna multitudine Sanctorum a se conversorum, inter quos ipse quasi gigas eminebat et statura et gloria; omnes vero in eum quasi magistrum et parentem respiciebant, eique suas coronas acceptas ferebant.

Quocirca vocatur hæc corona gloria: « corona, » quia datur quasi premium pascenti, bravium certanti, merces laboranti; « gloria, » primo, id est gloriosa. *Secundo*, « gloria, » quia non ex rosæ, vel gemmis, sed ex variis gloriae celestis dotibus contextitur. *Tertio*, « gloria, » id est magnificentie, majestatis, splendoris divini, *q. d.* Corona hæc erit magna, quia faciet ea coronatos filios et heredes regni celestis, ideoque reges et sacerdotes Dei, juxta illud *Apocal. V*, 10: « Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes, et regnabimus super terram; » et *Supient. VI*, 17: « Accipient regnum decoris et diadema speciei de manu Doct.

ni. » Unde per hypallagen « corona gloria » accipi potest per gloria coronae, id est, gloria regni, vel « gloria corona » id est, undique coronans, ambiens, ornans et beans sanctum Pastorem. Quarto, « gloria » quia est et corona « gratia » in hac vita, cui in futura ex aequo respondebit corona gloriae, juxta illud *Psalm. xx, 4* : « Praevenerunt enim in benedictionibus dilectionis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso, » in qua verba S. Bernardus, *serm. 39* inter parvos : « Triplex, inquit, nobis necessaria est benedictio, praevenerit, adjuvans et consummans : prima misericordiae, secunda gratiae, tertia gloriae. Praevenerit misericordiae conversionem, adjuvat gratia conversationem, perficit gloria consummationem. » Et S. Dionysius, *Eccles. Hierarchy, cap. II* : « Dominus, ait, certantibus praemia proponit ut Deus ; leges autem certaminis tulit ut sapiens, praemiaque vincenibus desera constituit et pulcherrima ; ad, quod est profecto divinitus, ipse ut est summe clemens et bonus, in suis bellatoribus vincit, dum in illis habitans pro illorum salute et victoria adversus mortis et corruptionis imperium pugnat. »

5. SIMILITER, ADULESCENTES, SCILICET ESTOTE SENIORS. — Per adolescentes graece *νεωτεροι*, id est juniores, accipe per cataphresin quoslibet inferiores et subditos. Quia enim senes ob sapientiam processerunt et regere solent, juniores vero subditi regi, sine senis vocantur superiores, juniores subditi. Unde a senibus senatus appellatus est. Praecipue vero per adolescentem accipe Clericos inferiorum Ordinum, ut Diaconos, Lectores, Exorcistas : hos enim decet praevaleant omnibus subditis senioribus, graece *πρεσβυτεροι*, id est sacerdotibus. Sicut enim paulo ante jussit Presbyteros non dominari in clerico, id est Clericos minores et juniores : sic vicissim hoc monet ne contra Presbyteros insolentent, sed eis se subdant. Ita Cajetanus, Salmeron, Arias et alii. Hoc enim exigit debita subordinatio, ordoque hierarchicus. Idem paulo post S. Petrus monuit S. Ignatius, *epist. 7 ad Tarsenses* : « Presbyteri, ait, subjecti estote Episcopo, Diaconi Presbyteris, populus Presbyteris et Diaconis. Qui hoc ordinem deorum servaverint, pro eorum animabus ego libens meam commutavero. » Et ad *Smyrnenses*, *epist. 10* : « Omnia igitur vestra decenti ordine perficiantur : laici Diaconis subdiantur, Diaconi Presbyteris, Presbyteri Episcopo. Episcopus Christus, ut ipse Patri. »

Denique par est ut quilibet adolescentes reverentur seniores, et ab eis dirigantur sicut a patribus. Quia enim venerabilis est, tum ob experientiam et sapientiam, tum ob moderationem passionum, quae in juvenibus ob copiam sanguinis et caloris abundantius vigent, juxta illud *Eccles. vi, 35* : « In multitudine Presbyterorum prudentiam sta, et sapientiam illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire. » Unde S. Ambrosius, *lib. De Viduis* : « Vicina est lapsibus adolescentibus, ait, et variis aetate cupiditatum fer-

vorem calens inflammatis. » Quocirca idem, *lib. I Offic. cap. xvii* : « Bonorum, ait, adolescentium est Dei timorem habere, deferre parentibus honorem, habere senioribus reverentiam, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clementiam ac verecundiam, quae ornamenta sunt minoris aetatis. Ut enim in senibus gravitas, in juvenibus alacritas, ita in adolescentibus verecundia, velut quadam dote commendatur natura. » Idem viderunt et sanxerunt Philosophi. Diogenes adolescenti erubescenti ideoque turbato : « Bona, ait, esto animo, o fili, istiusmodi est tinctura victoris. » Ita Laertius in ejus Vita. Demetrius Phalerens admovebat adolescentes, « ut domi parentem, in via obvium, in solitudine revererent seipsum. » Ita Laertius, *lib. V, cap. v*. Socrates hortabatur juvenes ut haec tria haberent, « in animo prudentiam, in lingua silentium, in vultu verecundiam, » ait Maximus, *serm. 41*.

ONNES AUTEM INVICEM (Graeca addunt *επιπροσώπων*, id est subordinati, eo scilicet ordine quo jam dixit : « Adolescentes subditi estote senioribus ») HUMILITATEM INSNINATE. — Videtur legisse interpretes *επιπροσώπων*, id est insinuate : adde enim est *sinus* : « Insinuate » ergo, id est, « in sinu habete, » patet in animo et corde promptam ac paratam, ut illico illis eam offeratis et exhibeatis. Ita Glossa et Hugo. Secundo et potius, humilitatem insinuate, id est, in sinum alterius mitto ingerite, ut alterius animi sinum subeat et penetret, sicutque vobis et Christo conciliet, ac ad rependam humilitatem et charitatem provocet. Sic enim oratores in exordio utuntur insinuatione, qua sese in auditorum animos insinuant, eosque sibi conciliant, ut avidae et cupidae ea que dicti sunt, audiant et excipiant. « Insinuat, ait Cicero, *lib. I De Invent.*, est oratio quadam dissimulatione et circumlocutione obscurae subditi auditoris animum » et, ut Servius in *XI Aeneid.*, « est callidus et subtilis aditus ad persuadendum. » Talis insinuatio Christianis est « humilitas, quae omnes sibi demeretur et devin » : Sic Lucretius, *lib. VI, ait* : « Solentem insinuat per septa domorum. » Sic Propertius, *lib. III, eleg. 9*, ait *Cesarem* opes insinuate, id est, in sinum immittite. Sic mare per sinum terra sese insinuat. Sic assentator insinuat se in animum principis.

Verum Graeca passim habent *επιπροσώπων* (pro quo Heges legunt *επιπροσώπων*, eodem sensu), quod proprio verbi potest, *incolate et arcis*, seu nodis illigatam tenere. Hesychius enim in *Lexico dicti dicit*, id est *incolatus*, illigatus : ita Vatablus, Hesselius et alii ; unde Tigurina vertit, *humilitatem animi vestis itaque habete* ; Pagninus, *illigatam habete*. « Non enim in veste aut colli depressione, aut vocis submissione, sed in animi constantia humilitas sta est, » ait Nazianzenus, *orat. 13. Secundo*, verti potest, *amplectimini, involvite, involucrite, orate vos*. Nam et Hesychius vertit, *colate*. Ita (Socumenius ; « Humilitatem, ait, omni ex parte completamini,

et ex undique amicitiae et involvi videamini. » Quod Noster ante et apposite vertit, *insinuate*, a sinu non peccatoris, sed vestium. Sic enim vocatur vestis sinuosa, quae multas habet plicas et sinus, de quibus Ovidius, *lib. Metamorph.* :

..... Tenetis simulatque sumite vestes,

id est formantur, rugantur, vel in sinu colligantur. Et Statius, *lib. X Thebaid.*, ait, « chlamydem insinuatam implere re aliqua. » Tunc et sinus vocatur velum navis, quod ventis flantibus curvatur et sinum facit. Unde Ovidius :

Plenaque curvato panice vela sinu.

Et Virgilius, *V Aeneid.* : « Obliquatque sinus in ventum. »

Dicit ergo S. Petrus. « Humilitatem invicem » *επιπροσώπων*, id est, *incolate et insinuate*, ut sicut in veste plica una et sinus unus insinuat sese alteri, et hic alteri et alteri continuo, itaque pulchre vestem sinuosam, et per sinus eleganter deductam et compositam efficit : ita pariter faciant et Christiani, unus alteri per humilitatem quasi sinum, in sinum alterius se insinuet, et hic alteri et alteri continuo ; ita omnes unam quasi Ecclesiae vestem sinuosam, connexam, ordinatam, compositam, elegantem efficiant, quae et fidelium animos recreabit, et infidelium animos alliciet, ut eidem sese inserere et Christiani fieri cupiant. Unde Syrus vertit : *Circumacti estote mansuetudine animi, unus ergo alium*. Dixerat enim S. Petrus Presbyteros non debere dominari in clerico, id est, Clericos ergo ac laicos, hos vero quasi adolescentes et minores debere se subdere Presbyteris. Jam modum id praestandi utrisque praescribit, scilicet humilitatem, si illam tam Presbyteri junioribus ad eos se dimittendo, quam juniores Presbyteris se subdendo, exhibeant et insinuent. Sic enim utrique conflabunt unam quasi Ecclesiae vestem, unumque syrum ex variis plicis et sinibus eleganter compositum. Sicut enim plica extans sive exterior, plica depressiori vel interiori se apposite accommodat et insinuat, ac vice versa interior exteriori : sic pariter humilitas facti, ut superior inferiori se accommodet et insinuet, et vicissim inferior superior ; itaque omnes conflent unam elegantem concordiam, pacis et charitatis cycladem. S. Petro succinit S. Paulus, *Philipp. II, 3* : « Implete, ait, gaudium meum, ut idem sapialis, eandem charitatem habentes, unanimes idipeum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantur. » Humilitas enim superiores coordinat inferioribus, et hos subordinat superioribus.

Humilitas ergo est parens ordinis, concordiam, pacis, charitatis, etc. « Humilitas, ait Cassianus, *Collat. XV, cap. vii*, est omnium magistra virtutum, ipsa est coelestis edificii firmissimum fundamentum, ipsa est donum proprium atque ma-

gnificum Salvatoris ; » et S. Basilus in *Constantinopolit.*, *cap. xvii* : « Humilitas, ait, est tutissimum virtutum omnium thesaurus. » Idem, *sermone De Abdic. rerum* : « Humilitas, ait, est sagena quae omnes virtutes complectitur. » S. Hilarius in *Psalm. cxviii, littera Res*, docet in humilitate mandatorum caput et summam omnium consistere. « In humilitate, ait, docuit (Christus) omnia fidei nomina et praemia contineri. » Idem in *Psalm. cxxx* : « Tenendus, ait, humilitatis et altitudinis modus est, ut corde humilis, sensu vero et anima sinus excelsi. » S. Leo, *serm. 7 De Epiphania*, nervose : « Tota, ait, Christianae sapientiae disciplina non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis et gloriae, sed in vera et voluntaria humilitate consistit, quam Dominus Jesus Christus ab utero matris usque ad supplicium crucis pro omni fortitudine et elegit et docuit. » Et paulo ante : « Tota victoria Salvatoris, quae et diabolum superavit et mundum, humilitas est concepta, humilitate confecta. » S. Gregorius, *lib. XXIV Moral.*, *cap. xviii*, vel juxta aliam editionem, *cap. xxiii* : « Evidentissimum, ait, non proborum animus est superbia, electorum vero humilitas. » Et S. Athanasius, *De Virginitate* : « Humilitas, ait, in Christo, est superbia in diabolo. » Quocirca S. Gregorius, Bernardus, Cassianus et alii docent humilitatem esse fundamentum virtutum praesertim pacis et charitatis : cujus rei illustre narrat exemplum Joannes Moschus in *Prato Spirit.*, *cap. cxx. Duo*, inquit, Episcopi, erant in simuletate, unus eorum venit cum clerico, proclitque ad pedes alterius, dicens : « Ignoscite, domine, servi tui sumus. » Ille haec humilitate victus : « Tu, ait, meus et dominus et pater es. » Unde inferi : « Et vos cum habeatis inimicum, ita facite, et vincetis. Majorem ergo gloriam habet humilis quam rex, quia ab omnibus laudatur. » Similia recenset *cap. cxxviii et cxxix*.

QUA DEUS SUPERBIS RESISTIT. — « Quoniam excelsus est Dominus, et humilia respicit, et alta longe cognoscit, » *Psalm. cxxxvii, 6*. Vide dicta *Jacobi IV, 6*, ubi eandem habet sententiam. Notat S. Chrysostomus, *hom. 3 De Verbis Isaiae* : non dicit : Deus superbus dimittit, suam ab eis operam gratiamque subducens, sed *resistit*, id est *adversatur*, et positive resistit, non quod instructa acie aut pugna Deo sit opus, cum superbo nihil sit infirmius, sed quod solo nutu et resistat, cum afflit, perdat, annihilat, si velit. Unde S. Ambrosius in *Psalm. cxviii, octonar. 7* : « Quid igitur, ait, hoc peccato potest esse deterius, quod a Dei coepit injuria? ideoque Scriptura dicit : Dominus superbis resistit ; tanquam suae contumelias propulsator, velit quoddam suscepti adversus superbiam speculato certamen. »

6. HUMILITATEM INVICEM SUB POTENTI MANU DEI. — S. Jacobus habet, « in conspectu Dei » : est effectio ratio persuadens humilitatem. Quis enim homo, imo miser homineo, non se humiliter sub ma-

jestate et potentia Dei, qui non tantum sibi, sed et superioribus ac proximis vult nus subiti et humiliari, ut si eis te humiliter, Deo te humiliter: si contra vel super eos te offeras? Humilitas enim, ut ait S. Bernardus, *De tirid. laud.*, est virtus qua quis ex verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit. » ut coram Deo inspicere suam abyssum nihil, peccatorum et miseriarum, dicit cum S. Francisco: « Quis tu, Domine, quis ego? Tu abyssus omnis boni, ego abyssus omnis mali. » Idem, *serm. 16 in Cant.*: « Verus humilis, ait, vult reputari, non humilis prædicari: gaudet sui contemptu, hoc solo sane superbus, quod laudes contemnat. » Quis sub potenti manu Dei usque ad infernum non te humiliter, cogitans Deum tribus digitis appendere molem terre; cogitans se in manū Dei esse instar pulvis aut cunicis, quem taliter occidit; cogitans se manu Dei anhari et contineri, ut cum non possit evadere, cum, inquam, qua alia delicti, cæsa sidera, superbus fulminat, sternitque in tartara, ut fulminavit Luciferum cum tot angelorum millibus, imo millionibus: cum rursus, quæ depressa attollit, humiles extollit ad sidera, imo supra sidera; unde subicit: « Ut vos exaltet, » etc. Quocirca necesse Sebastianus Barradius, vit et concionator apostolicus, cuius egregii exstant Commentarii in Evangelia, moriturus et sacro oleo inunctus, rogante P. Rectore, ut quando, lesie S. Augustini, serm. 6, lib. XVII homil. « pro magno haberi solent verba novissima parentis ituri ad sepulcrum, » ultimam suæ monitionem valedicens, daret, ait: « Humilissimi sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis. Nihil aliud superest consilii. Simus omnes impense humiles, Christum Dominum, Deumque nostrum imitari, qui tota vita unam a se disci voluit humilitatem; et mortuus, inclinato capite, emisit spiritum, ut sicut in vita, ita et in morte Christum imitaretur. Ita nostri Communionem in ejus Vita, quam ultimo ejus oreri, scilicet *Itinerario filiorum Israel*, præferunt.

Porro Cassianus, lib. IV *Instit.*, cap. XXXIX, decem dat signa vere et germane humilitatis: « Humilitas, ait, his indicis comprobatur: primo, si mortificatus in se habeat omnes voluntates; secundo, si non solum actuum suorum, verum etiam cogitationum, nihil suum celaverit seniori; tertio, si nihil sine discretione, sed iudicio ejus universa committat, ac mox illa ejus silens liberet auferat; quarto, si in omnibus servet obedientiam, mansuetudinem et patientiam constantiam; quinto, si non solum injuriam inferat nulli, sed ne ab alio quidem sibi met irrogatam debeat aliquo trahere; sexto, si nihil agat, nihil presumat quod non vel communis regula, vel majorum cohortentur exempla; septimo, si omni vilitate contentus sit, et ad omnia se quæ sibi præbentur, velut operarium malum, iudicari indignum; oc-

tero, si semetipsum cunctis inferiorum, non superbie pronuntiet laborum, sed intimo cordis crodat affectu; nono, si linguam cohibeat, vel non sit clamorosus in voce; decimo, si non sit facilis ne proptus in risu. »

Ut vos exaltet, — juxta illud *Proverb. XXIX, 23*: « Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria; » et illud *Psalm. XLII, 28*: « Populum humilem salvum facies, et oculos superborum humiliabis; » et *Job cap. v, vers. 11*: « Qui ponit humiles in sublimi; » et illud Christi: « Omnis qui se humiliat, exaltabitur, » *Lucæ cap. XIV, vers. 11*. Unde Nazianzenus, *orat. 48*: « Christus, ait, suo exemplo docuit extimum ad sublimitatem iter esse humilitatem. » Idem docuit beata Virgo, quæ se vocans ancillam, facta est mater Dei, *Lucæ cap. 1, 38*. Hinc Saul audivit a Samuele: « Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israel factus es? » in qua verba S. Gregorius, lib. XVIII *Moral.*, XX, alias XXI: « Magnus, ait, mihi fuisti, quia despectus tibi; sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. » Humilitas ergo est scala Jacob, quæ homines et terra in celum exaltat.

In tempore visitationis, — quo scilicet Deus vos visitabit, ut vestram humilitatem remuneret, vosque exaltet sive in hac vita, sive in futura. *Visitatio* non est in Greco, sed intelligitur: *ἄρρα* enim significat occasionem, opportunitatem, tempus commodum, quod est tempus visitationis. Unde Syrus verit, *in tempore congruo*; Tigrina, *cum erit opportunum*; Pagninus, *in tempore opportuno*, juxta illud *Psalm. IX, 10*: « Adjuvator (Deus) in opportunitatibus, in tribulatione; » et *Psalm. XXX, 16*: « In manibus tuis sortes meæ; » Hebraice, *tempora mea*; Chaldaice, *tempora redemptionis meæ*. Vide de hac visitatione dicta cap. II, vers. 12.

7. OMNES SOLLICITUDINES VESTRAS PROJICIENTES IN EUM, — id est projicite; Hebraei enim utuntur participii loco indicativi, quia eo carent. Aut potius projicientes refer ad humilitatem, q. d. Humilissimi sub potenti manu Dei humiliter projiciendo in eum omnem sollicitudinem. Sic enim ostenditis vos humiliter de vobis sentire, et sublimiter de Deo, si vobis diffisi, sique Deo, in ipsum omnes curas, angores et sollicitudines resignetis. Ita enim ipso facto testamini vos tam esse infirmos, ut his providere non possitis; Deum vero tam esse potentem, providum et benignum, ut his omnibus quasi pater illico provisurus sit. Sic Christus velat Christianos esse sollicitos de victu, vestitu, etc. *Matth. VI*; ubi S. Hieronymus: « A cura, ait, non penitus liberamur (quæ solet *σωδὸς*, id est, honestum studium appellari), sed præcipitur ne solliciti simus. » Non ergo velat *σωδὸς*, id est, moderatam curam, uti volunt Anabaptistæ, qui desides a Deo solo sibi omnia in se ingerenda putant, sed *ἀσέβεια*, id est, anxiam et nimiam sollicitudinem; *ἀσέβεια* enim dicitur *ἀσέβεια*

vel *ἀσέβεια* τὸ νόον, quod mentem dividat, disrumpat et quasi dissectet. Ita Psaltes, *Psalm. XXXIX, 18*: « Dominus, ait, sollicitus est mei, » ubi S. Augustinus legit, *Dominus curam habebit mei*: « Qui habuit, ait, tui curam antequam esses, quomodo non habebit curam, cum jam hoc es quod voluit ut esses? Jam enim fidelis es, jam ambulans in via justitiæ, etc.; nusquam tibi deest, tu illi noli deesse, tu tibi noli deesse; » et Paulus *Philipp. cap. IV, vers. 6*: « Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, etc., petitiones vestre innotescant apud Deum. » Et Abraham Isacco roganti ubi esset victima, respondit: « Deus providebit sibi victimam holocausti, illi mi, » *Genes. XXII, 9*. Unde mons in quo immolandum erat Isacco, vocatus est Moria, id est visionis, providentiæ et provisionis Dei; sicut ergo infantes non sunt solliciti, sed omnem sollicitudinem rejiciunt in sinum matris, in quo recumbunt et quiescunt: ita faciat et fidelis cum Deo, qui vobis pater est et mater. Nam quod Josue dictum est a Deo cap. I, vers. 8: « Non te deseram, neque derelinquam, » cuius fidelis et justo dictum est. Dicit ergo fidelis in quavis tribulatione, egestate, angustia, Deo: « De ventre matris meæ Deus meus es tu; in te projectus sum ex utero, » *Psalm. XXXII, vers. 10*. Et illud *Psalm. XXXII, 2*: « Sicut oculi ancille in manibus domine suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. » Nam, ut ait S. Ephraem, *serm. De fide*, ton. 1: « Deus qui curat mortuos animi, etiam corporis curabit. »

Alludit S. Petrus, imo citat *Psalm. LIV, 23*: « Facta cogitatum tuum in Domino; » ubi Septuaginta verunt, *Ἐπιπέσει τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐν ἐμοί*, quæ verba hic in Greco usurpat S. Petrus: *πέπρωτος* enim est cura, sollicitudo, anxietas. Hebr. est *יְהַבְהוּ* *ishabeha*, quod Chaldaice verit, *facta in Domino spem tuam*; S. Hieronymus, *charitatem tuam*, quasi *יְהַבְהוּ* *tabah* positum sit pro *יְהַבְהוּ* *ahab*, id est *dilexit*, charum habuit; Pagninus, *domum tuam*, vel, *quod docuit tibi*; Vatablus ex significatione Syra vel Arabica, *sarcinam tuam*, vel *pondus tuum*, omne scilicet quod te premit et gravat, vel angit et cruciat. Alii « onus tuum, » scilicet negotia tua, sollicitudines, ærumas, eventus, pericula: de his enim proprie agit Psaltes. Radix *יְהַבְהוּ* *tabah* significat affectum postulantis. Unde Pagninus in Lexico verit, *eta*, q. d. Projice in Deum omne tuum *eta*, id est, quicquid tibi sollicitudinem, aviditatem et preem anxiam movet et elicit. Quocirca Septuaginta et S. Petrus verunt *πέπρωτος*, id est « cura » et sollicitudinem.

CURA IPSI EST CURA DE VOBIS. — Psaltes, *Psalm. LIV, 23*, habet, et ipse te entriet; et Hebr. *יְהַבְהוּ* *iehalkelecha*, id est *sustentabit*, perficiet, curabit te. Notat S. Bernardus, *serm. 68 in Cant.* Non dicit, ait, S. Petrus: « Ut sit ipsi cura de vobis; » sed: « Quia ipsi est cura de vobis, apertè monstrans, Ecclesiam Sanctorum non modo quoniam dilecta, sed quod prius dilecta fuerit, q. d. Intendite illi,

quia ipse intendit vobis. » Unde idem ait in *Psalm. XC*, *serm. 9*: « Ut quid si hæc sapimus, ut quid cunctamur abjicere omnino spes miseræ, vanas, inutilles, seductorias, et hæc uti tam solide, tam perfecte, tam beate spei nota devotione animi, toto fervore spiritus inhaerere? »

Ratio est prima, quia Deus uti est creator, ita est et conservator, ac provisor et curator sanarum creaturarum, præsertim fidelium et justorum. Illius ergo est eorum res, onera, molestias et curas regere, curare, moderari,isque providere. Hæc enim exigit suavis et efficax ejus providentia. Unde S. Augustinus, III *Confess.*, XI: « O tu bone, ait, Omnipotens, qui sic curas unumquemque nostrum, tanquam solum curas, et sic omnes tanquam singulos. »

Secunda, quia id meretur fides, spes et confidentia, qua fidelis in Deo omnia sua reponit, in ejusque sinu recumbit et requiescit, sicut pulli sub alis gallinae. Hæc enim confidentia valde honorat Deum: magnam enim de ejus potentia, fidelitate et ope habet opinionem, quam Deus frustrari non patitur, tum ut suum honorem teneat, tum ut in se sperandi non desit, sed adsit, faciatque cum spei et voti sui complotem, juxta illud *Psalm. XXXIII, 16*: « Oculi Domini super justos, et aures ejus in process eorum; » et *vers. 18*: « Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos; et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos; » et *vers. 20*: « Multas tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia osea eorum, unum ex his non conteretur. » Ita S. Chrysostomus, *homil. 36 ad populum* et 69 in *Matth.*: « Ne cures, ait, tua, sed ea Deo permittite; nam si satagis, tanquam homo satages: si vero dimittas, Deus providebit, etc. Ut igitur eorum magnam gerat providentiam, ipsi soli omnia committite. Si vero et ipse, spiritualibus ommissis, ea tractaveris, non multam eorum ipse curam gerit. Ut ergo et hæc tibi bene disponantur, et omni cura libereris, contemne secularia: sic enim et cum caelis terram habebis, et futura consequeris bona. » Hinc ex adverso de sollicitis dicitur *Proverb. XI, 7*: « Expectatio sollicitorum peribit. »

Tertia, quia fidelis fideliter servit Deo; unde Deus qui fidelitate et liberalitate se vinci non patitur, fideliter res ejus omnes curat et dirigit. Deus ergo a nobis tantam potest sollicitudinem obsequi uti, ne pro mercede ceteras omnes sollicitudines in se suscipit; juxta illud *Micheæ cap. VI, vers. 8*: « Indicho tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te: utique facere judicium et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo; » et illud *Deut. XXXII, 3*: « Dilexit populos: omnes Sancti in manu ejus sunt; » et *Ecclesi. XXXIV, 17, 18, 19, 20*: « Timentis Dominum beata est anima ejus. Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus? Oculi Domini super timentes eum, protector potentia,

firmamentum virtutis, tegimen ardoris, et umbraculum meridiani, deprecatio offensiois, et adiutorium casus, exultans animam, et illuminans oculos, dans sanitatem, et vitam, et benedictionem; et David, *Psalm. xxvi, 4*: « Dominus illuminatio mea et salus mea: quem timebo? Dominus protector vite mee: a quo trepidabo? » Et *Psalm. xc, 1*: « Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur. » Ubi vide S. Bernardum.

Porro id non tantum in temporibus, sed multo magis in spiritualibus, puta in victoria temptationum, ad virtutem profecti et perseverantia, locum habet. Unde Apostolus: « *Quia non potestis in eo qui vos confortat. » Philip. cap. iv, vers. 13*; et: « *Qui cepit in vobis operari bonum, perficiet in diem Christi Jesu. » Phil. i, 6*. Si enim Deus capillorum singulorum curam gerit, multo maiorem erit curam, ad S. Augustinum, *serm. 6 De Verbis Domini*, qui et addit: « *Quid times hominem, homo in sinu Dei positus? Tu de illius sinu non cadere: quidquid tibi passus fueris, ad salutem valebit, non ad perniciem. » Et Origenes, hom. 8 in Levit. : « Discipulatum Domini, ait, etiam capilli capitis numerati esse dicuntur, hoc est, omnes actus, omnes sermones, omnes cogitationes eorum serventur apud Dominum, quia iusta, quia sancta sunt. » Vile S. Bernardum, *serm. 68 in Cant.**

Ita S. Clemens in *libro Recogn.* scribit hoc fuisse dogma S. Petri: « Nos Christiani de nulla re vel evadere solliciti sumus, sed in Dei providentia plano conquestissimi: scientes nos illi curae esse, ab eo pro omnino dirigi, ut cuncta nobis cedant in bonum. »

S. Athanasius, tract. *De Pass. et Cruce*, docet Christum in agonia pavidum et anxium sudasse aquam et sanguinem, ac spinam coronam gestasse, ut omnes nostras sollicitudines, curas et angores sanaret et tolleret; Christiano ergo non esse quod sollicitus sit, cum Christus cum omni sollicitudine levaverit, namque in se suscepit. « *Christus, ait, spinam coronam gestavit, ut vite nostrae curas (quasi spinas in se suscipiens) aboleret. »*

S. Joannes Silentarius, Alamandaro invadente monasterium, noluit exire et fugere, magnaque spe se Deo resignans: « *Si Deus, inquit, mei curam non gerit, ulquid vivo? »* Nec cum spes aut Deus fecisset: misit enim Deus leonem horribilem, qui Joannem custodiret et tutaretur. Ita Cyrillus in ejus Vita. In aëris enim maxime suis quasi a machina adest et succurit Deus, et, ut ille ait: « *Tum precipuum vitiorum locus est, cum spei nullus est. »* Ita S. Saba ingressus speluncam, ibique respiciens, reprensus leonem cum catulis, fidenter ei dixit: « *Si vis, mœce mecum: est enim locus uterque: sin autem, egredere. Te enim mihi locum edere deest, non me tibi. »* Quocirca S. Catharina Senensis hoc dogma accepit a Chri-

sto: « *Filia, cogita de me, et ego cogitabo de te, illudque exacto servans sine cura cuncta peregit, curatore ejus Christo curante animo. Similia de S. Mechilde et S. Gertrude refert Ludovicus Blonsius in *Monis spirit.* cap. xi, ubi refert Christum Dominum dixisse S. Gertrudi: « *Confidentia ista secuta, qua fidelis se et sua reponit in me, credendo quod possim, scilicet et velim fideliter ipsi optulari in re qualibet, mihi cor transfigit tantquam vinum inferi pietati mee, ut non possim non tali favore, meque impendere, idque ad hoc ut satisficiam ei quod sum, et amoris quo eum prosequor. »**

S. SARDI ESTOTE ET VIGILATE. — Inquit hœc duo, quia sobrietas mater est vigilie et vigilantie, sicut ena et ergula somni et dormitionis. Rursus, sicut sobrietas mater est sanitatis, sapientie et sanctitatis, præsertim castitatis, mentemque vigilem et ærem facit ad orandum et speculandum, idemque Deo et Angelis est amica: ita ex adverso eripula est mater infirmitatis, insipientie, libidinis, et concupiscentie vitiorum, mentemque sopit et ineptum facit ad meditandum, itaque diabolus est amica. Ita S. Chrysostomus, homil. 38 in *Matth.*: « *Diabolus, ait, nemo magis amicus est, quam qui delictis et ebrietate maculatur: hinc enim foras, hæc mater est et origo vitiorum omnium. Sic ex hominibus facit delictis vacans nullo discrimine a demonio separari; impudens enim et furiosus pariter est: et demoniacum omnes miserantur, hæc vero omnes aversantur, quia sponte furorem sibi attrahit; et os, oculos, nares et cætera sensuum instrumenta, amarissimas voluptatis conficit cloacas. » Quocirca diabolus solet sub vesperam excitare homines ad gulam, indeque ad dormitionem, ut noctu semisomnes, torpidos et pene sopitos tentet per libidinem aliosque pravos motus, eosque varios et multiplices velut apum examen, ait S. Basilus, *hom. 14*. Hæc de causa Ecclesia Completorium ab hisce S. Petri verbis inchoat, iisque monet fidelis, ut sobrii sint et vigilantes ad orandum et resistendum diabolo, ut sic oculi somnium capiant, ut cor ad Deum semper vigilet, idemque Iuri eubitem Angelo Custodi et Sanctis tutelariis serio se commendent, ac sanctis cogitationibus indormiant. Vide que de sobrietate dixi, *Daniel. cap. I*. Hinc senex ille in *Vitis Patrum*, lib. V, libello xi, num. 46, dicebat tres esse prodromos diaboli, oblivionem, negligentiam et concupiscentiam: « *Etenim, ait, si oblitio venerit, generat negligentiam; de negligentia vero concupiscentia nascitur; de concupiscentia vero corrumpit homo. Si enim hæc est sobria mens, ut oblivionem respuit, ad negligentiam non venit; et si non neglexit, concupiscentiam non recipit; si vero concupiscentiam non recipit, nunquam cadet, opitulante gratia Christi. »* Sic Paulus scribit *Timothæo*, *epist. II, cap. iv, vers. 3*: « *Tu vero, vigila; »* et Christus Episcopo Sardensi: « *Esto vigilans, et con-**

firma cætera, » *Ape. iii, 2*. Hinc Ecclesia olim usurpavit nocturnas vigillas, ad orandum in pervigillis Sanctorum, et eadem etiamnum usurpant Canobite in psalmodia nocturna, qui, ut ait S. Hieronymus in *Daniel. cap. iv, 10*, imitantur Angelorum semper vigilantium, decemque laudantium officia. Extillit olim in Oriente monasterium Aemmetarum, id est, non dormiantium, quia totas pene noctes pervigilabant in oratione et psalmodia.

Vere S. Cyrillus, *Catechesi 4*: « *Cypus est, ait, cum divina gratia, sobria mente et vigilantibus oculis, ut zizaniam vitemus pro tritico, pro ove lupum, diabolum pro Angelo bono. »* Diabolus enim semper vigilat, et ubique intentus est, ut noceat et supplantet. Vigiles ergo cum vigili lucrare debemus, et quasi Argi mille oculis eum observare ac cavere. Unde S. Hieronymus ad *Heliadorum. epist. 1*: « *Insidiatur, ait, leo hic in spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperem, et tu frondosa arboris tectus umbraculo molles somnos, futuris præda, carpis? Inde me persequitur luxuria, inde avaritia conatur irrumperere, inde venter meus vult mihi Deus esse pro Christo; compellit libido, ut habitantem in me Spiritum Sanctum fugam, ut templum ejus violam; persequitur, inquam, me hostis cui nomina mille, mille nocendi artes, et ego infelix victorem me putabodum capior? »* Post multa vero: « *Nolle, ait, credere, nolite esse securi; licet in modum stagnis fuscum æquor arideat, licet vix summa jacentis elementis spiritu verga crispentur, magnus hic campus montes habet; intus inclusum est periculum, intus est hostis. Expedite rudentes, vela suspendite, crux antennæ figurat in frontibus, tranquillitas ista tempestas est. »* Et S. Bernardus, *serm. 11 in Psalm. xc*: « *Sicut, ait, ipse (Deus) sollicitus est nostri, et ipsi cura est de nobis: sic ille (diabolus) sollicitus est, ut nos macet et perdat, et una et cura, ne forte qui aversus est, revertatur. »* Aplo ergo S. Petrus curæ Dei de nobis, per antithesin subjicit odium et invidiam diaboli ad nos prestando. Ad hæc vigilantium est, quia, ut ait Christus *Matth. cap. xxv, 42*, « *nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. »* Ubi S. Gregorius, homil. 13 in *Evang.*: « *Horam vltimanam, ait, Dominus noster idcirco voluit nobis esse in cogitandum, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam providere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur. »* Et S. Hilarius, *can. 24 in S. Matth.*: « *Paratis nos esse cogitavit, quia dei ignorantia intentum sollicitudinem suspensus expectationis exagitat. »* Porro: « *Vigilat, ait S. Gregorius, loco citato, qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet; videt, qui a se torporis et negligentie tenebras pellit. »* Mystice dormiunt amatores sæculi. « *Somnia enim sunt magistrata, opes, potentia, fastus, voluptatum impostura, glorie cupiditas, vita delicata, ambitio, »* etc., ait Nyssenus, homil. 11 in *Cant.*

Hæc somnia opponenda est vigilia virtutum. Unde S. Augustinus, *De Verbis Domini*, *serm. 23*; *cap. x*: « *Corde, inquit, vigila, fide vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus vigila. »*

QUIA ADVERSARIUS. — Hebraice vocatur *Satan*, græce *ἀδύτης*, id est, in causa et lile adversarius, litigator, actor, accusator, qui scilicet omnes rationes et modos querit quibus nobis litem intenet, ut in tribunali Dei nos accuset, et reos damnationis peragat. Magnus ergo hic est adversarius, magni ejus lis et causa; agit enim contra animam nostram, contra salutem, contra eternitatem; agit ut nos socios habeat damnationis et ignis inferni: idque *primo*, ex odio Dei qui ardet, ne scilicet Deus a nobis honoretur; *secundo*, ex invidia, ne sedes ejus in oculis occupemus; *tertio*, ex superbia, quia omnes sibi similes reddere, omnibusque dominari ambit. Hoc est quod ait Paulus, *Ephes. vi, 12*: « *Non est nobis collocatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates; adversus mundi rectores, tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in coelestibus; »* ac deinceps contra eos fidei quasi militi dat panopliam.

DIABOLUS. — Id est, *calumniator*, a *δύεις*, *diabolus*, id est, *calumniator*; quare ridicule Thomas Anglicus: *Diabolus, ait, dicitur quia doctus: talis devorans hominem, scilicet animam et corpus. Id condonandum est sæculo illi linguarum rudi et aglosio. Vere S. Gregorius, II Moral. cap. v, alias ix*: « *Antiquus adversarius, ait, cum que accuset mala non invenit, ipsa ad malum inflectere bona querit; cumque de operibus vincitur, ad accusandum verba nostra persequatur; cum nec in verbis accusationem reperit, intentionem cordis fuscare contendit, tanquam bona facta bono animo non fiant, et idcirco perpendi a iudice bono non debeant. »* Causam invidie dat S. Ambrosius, *lib. VII in Luc. cap. xv*: « *Serit, ait, illecebras delictorum, ut habeat in supplicio participes, quos habuit in errore consortes; atque perdat ad penam. »* Porro: « *Diabolus »* antonomastice vocatur Lucifer, *damianum princeps, Matth. xv, 1*. Lucifer ergo non tam per se (religatus enim est in inferno, *Ape. xv, 2*), quam per suos assecas circum: horum enim quisque vocatur, et est a diabolus. » Unde SS. Patres docent hunc aërem demonibus esse plenum, qui ignem et penam suam secum portantes, tentant homines, tentantque usque ad diem iudicii: tunc enim omnes retribuentur in infernum. « *Diabolus enim omnes retribuentur in infernum. »* Diabolus, ait S. Augustinus ad *Julianum*, doctor mendacii, ipse est adversarius effectus generis nostri, inventor mortis, superbia institutor, radix malitie, scelorum caput, princeps omnium vitiorum, persuasor turpium voluptatum. Hinc ergo cum primum hominem a Deo factum, Adam, patrem omnium nostrum intueretur, pudicitia, temperantia, charitate, immortalitate vestium, emu-

lus atque invidiosus tantam beatitudinem hominem terrenum accepisse, quam ipse dum esset angelus, per superbiam agnosceret amississe; invidius statim insatiabilis homicida, Adam expoliavit, et nos interfecit. »

Hæc est secunda causa iræ diaboli in homines, scilicet invidia (prima enim, ut dixi, est odium Dei, illum damnantis et punientis in gehenna), de qua S. Basilius: « Pardalis, ait, animal est homini inimicissimum, adeo ut quandoque in stadiis homines certos pro irâ invadat: qui autem ferè furorè deludare querunt, hominis imaginem ei ex charta ostendant: illa statim furibunda eam concepit et dilacerat, hoc argumento satis ostendens quanta sit eius adversus hominem inimicitia. Sic item diabolus in imagine hominem apparentem insectatur, quando Deum ipsum adtingere nequit: hinc ipsi bellum tam acre contra nos. » Ita S. Basilius, homil. in aliquot Scripturæ locis.

Tertia causa, scilicet superbia, manifesta est: diabolus enim tumet superbia et ambitione. Addit Origenes, homil. 33 in Ieremiam; Nyssenus, De Vita Moysi, ante medium; Auctor serm. ad Fratres in eremo, serm. 68; Magister Sentent. in II, dist. 11, quemque hominum habere demonem antagonisiam, ad tentationem deputatum a Luciferò, sicut habet angelum hominum ad custodiam deputatum a Deo. Cassianus vero, Collat. lib. VII, cap. XVI, docet certos demones deputatos esse qui tentant ad iram, alios ad luxuriam, alios qui ad alia vitia; singula enim habere suos presides et demones. Unde in Scriptura vocatur spiritus iræ, luxuriæ, blasphemias, etc.: hæc alibi discutienda sunt.

TANQUAM LEO rugiens. — In Scriptura nunc diabolus, nunc Christus vocatur « leo de tribu Juda; Apoc. cap. V, vers. 5, ob contrarias leonis proprietates. Nam, ut ait S. Augustinus, serm. 46 De Diversis, cap. II: « Christus vocatur leo propter fortitudinem, diabolus ob feritatem: ille leo ad vincendum, iste leo ad nocendum. »

Diabolus ergo vocatur « leo, » primo, quia vigil: leo enim apertis oculis dormit, imò, ut Aelianus et alii docent, dormiendo vigilat, candamque movet. Unde aliqui putant leonem nunquam dormire, aliique eum solum inter animalia apertis oculis nasei: habet enim oculos ingentes, palpebras vero exiles, ut totos oculos tegere nequeant, ideoque dietus leo a *λύξ*, id est video, quia *λύξ* id est, acutissimi visus est. Hinc leo symbolum est vigilantie, ideoque affigi solet ad ostia basilicarum, uti Romæ factum conspiciamus. Similiter diabolus pervigil est ut homini noceat. Quocirca S. Basilius in illud, Attende tibi: « Ut strenuus pugil, inquit, habeto animæ oculum nusquam evariantem, sed attentum et pervigilem; præmuni, ac tuere passis manibus partes, quarum plaga lethalis sit: in adversarium immotum oculum intentito fixius. »

Rursum leo, ait Epiphanius, *hæresi* 78, « est animal voracissimum, specie fulvum, robore solidissimum, et, ut ita dicam, regalissimum super alia animalia. » Sic et diabolus caninum habet famem, imò rabiem devorandi animas; specie fulvus, puta cruentus; robore solidissimus, et rex super omnes filios superbia; Job XII, 25.

Secundo, quia diabolus sævus est ut leo, qui nunquam cicuratur, siquæ domesticus; quin et diabolus plurimis animabus pastus non saturatur, sed sævit magis, « cum leones saltati innoxii sint, » ut ait Plinius, lib. VIII, cap. XVI. Leo habet os ingens, dentes robustos, aduncos et validos unguis: ita diabolus rapacissimus est et voracissimus.

Tertio, quia diabolus instar leonis rugit, id est voce, sonitu et terrore percellit, iuxta illud Amos III, 8: « Leo rugit, quis non timebit? » Hinc Eusebius, lib. IV *Præpar.*, cap. III: *Dæmon*, inquit, dicitur a *δεινός*, id est timere, quia timorem inculcit: licet verius *δαιμόν* dicatur, quasi *δαίμων*, id est scians. Dæmonibus enim antiquitas humanarum artium inventionem tribuebat. Unde Plato universi moderatorem *δαίμων* appellat. *Dæmon* ergo tibi nocere nequit, nisi eum timeas, nisi timendo sponte illi cedas et consentias, quemadmodum qui ante conflictum non telo, sed tuba prosternitur, ait S. Bernardus, serm. 43 in Psalm. XC, ubi docet leonem magis terrore rugitu quam ferire morsi, adeoque animalia que morsi resistunt, imò leonem subinde superant, non sustinere ejus rugitum; « ut rugientis ejus sonitu velut quadam vi attonita atque jeta capiuntur, » ait S. Ambrosius VI *Hæc.*, cap. III. Sic diabolus magis nocet suis miniis et terroribus, quam robore et verberè. Audi S. Bernardum: « Adversarius vester tanquam leo rugiens, ait Petrus. Gratias magno illi leoni de tribu Juda: rugire iste potest, ferire non potest. Rugiat quantum vult, tantum non fugiat ovæ Christi. Quanta minatur, quanta exaggerat, quanta intental? Non simus bestie ut nos prosternat vacuus ille rugitus. Sic enim perhibent qui tanta curiosius investigaverunt, ad rugitum leonis nullum bestiam stare posse, ne eam quidem que adversus ictum ejus tota animositate repugnat; et plerumque superat ferientem, que non sustinet rugientem. Vere bestia, vere rationis expert, qui tam pusillanimis est, ut solo timore cadat; qui sola futuri exaggeratione laboris victus, ante conflictum non telo, sed tuba prosternitur. Non conflictu usque ad sanguinem, ait strenuus ille dux, qui leonis hujus noverat vanum esse rugitum. Et alius quidam: Resistite (inquit) diabolo, et fugiet a vobis. »

Hinc dæmon est myrmicoleon, id est formica-leo, quia timidus dominatur ut leo, audaces noctuit ut formica, ubi docet S. Gregorius, *Olympicæ*, et alii in Job IV, 11: « Tigris pro quo Septuaginta vertunt, myrmicoleon perit. »

Quarto, leo ex ira et famis rabie prædam devorat, ideoque priusquam capiam prædam devorat, rugit, ait S. Cyrillus in *Amos* III. Sic et ex ira animas vorat diabolus. Rursum leo prædæ suæ reliquias fastidit, ait Nazianzenus in carmine de externi hominis *Vilitate*, data ita canit:

Ac Ios cum prædæ ventrem exarsavit, ut aiunt,
Cœmæ reliquias horret aditæ suæ.

Ita diabolus fastidit et designatur eos quos pervertit et occidit, eosque tractat quasi imbecillos, imò eadèvera, ut patet in sagis et veneticis, quas quasi bestias flagellat, verberat et torquet, tanquam lanio et carnifex. Rursum, « leo num ossa adeo dura sunt, ut ex eis percussis ignis quasi ex silice elicatur, » ait Aristoteles, lib. II *De Part. animalium*, cap. IX. Ossâ hæc representant obstinationem et pertinaciam diaboli, tum in peccato, tum in studio hominibus nocendi: hinc et leonis, usque ad diaboli, collum est hirtum, rigidum et inflexibile, teste Aristotele, lib. IV, cap. X.

Quinto, tradunt Epiphanius in *Physiol.*, cap. I; Aelianus, lib. XI, cap. XXX; Plutarchus, *De Animalium Comparat.*, Isiderus, lib. I; Origenes et alii, leonem propria vestigia caudo, ea verrendo obtinere, obscurare et dolere, ne scilicet veneticos vestigis ejus insistentes lastrum inveniant, eumque cum catulis comprehendant. Addunt Aelianus et Plutarchus leonem confortis pedibus incedere, ut in eis quasi in vagina abscondat unguis suos, presserit tempore nivis, ne in ea vestigia ejus apparent. Ita pariter diabolus malum specie honesti obtegat, ac ecludo finem et scopum suum, dolos suos abscondit, ne illi pateant, indeque ipse agnoscat et repellatur. Insuper leo, ait Aristoteles in *Physiol.*, cap. VII, habet os vastum, frontem quadratam, supercilium ingens, humeros fortes, robustas costas et dorsum, crura nervosa, gressum juventem: sic et dæmon.

Sexto, leo, quia igneus est nature, ardet libidinis et ira: sic et diabolus. Audi Plinium, lib. VIII, et alii, Aristotelem, lib. IX *Hist. Animalium*, cap. XLV, tradit « leonem primo factu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescente: informesque minimasque carnes, magnitudine mustelarum, esse initio: semestres vix ingredi posse, nec nisi bimestrum moveri. » Hinc Aristoteles, lib. VI *Hist. Animal.*, cap. XXIII, ait leones Syriæ quinquies in vita parere.

Septimo, fetet leo ob voracitatem et infugivum: sic et diabolus; unde hebraice vocatur *רע* heri, id est heres, quia in specie heri apparet et adoratur a sagis, feleque ut hircus; vel *ער*, id est pilosus, hirsutus, horribilis, horripilans, quia horribili specie apparet percellit, et pavoris erectionem horroremque inducit. Et pilorum erectio citat ut, leones habere « gravem odorem, nec minus halitum: raros in pota, vesi

aleris diabolus: a saturitate interim triduo cibus carere. Quæ possit, in mandando solida devorare; nec capiente alio, coniectis in fauces unguibus extrahere, ut si fugivendum sit, non in infietatem absceant. Polybium in senecta hominem appetit ab his refert, quoniam ad persequenda fera vires non superant. Tunc obsidit Africæ urbes, eaque de causis crucifixos vidisse se cum scipione, quia ceteri metu penne similis abstererentur eadem noxa. » Sic homines et anima polli sititque demon. « Devorat diabolus, et veluti sibi per mortalem culpam peccatorum incoeporat, » ait Lyranus. E contra fidelis et sanctus est cibus Christi: unde aiobat S. Ignatius audiens leones rugientes: « Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundas invenitur. »

Octavo: « Leonum, ait Plinius, index animi cauda, sicut et equorum aures. Immotæ ergo, plactus, clemens, blandientique similis, quod rarum est: crebrior eam iracundia ejus. In principio terra verberatur: incremento torqæ eorum quodam incitamento flagellatur. Vis summa in pectore. Ex orau vulnere sive ungue impresso, sive dente, ardet profudit sanguis. » Ita diabolus non nisi in cauda, id est, in fine tentationis, malignam et iram suam patefacit; tum sanguinem atrum ostendit, se scilicet non sinit nisi mortis et cœdes hominum, qui in peccatis et cor hominis irrepit et se insinuat; eo enim occupato, totam animam totamque hominem occupat. Unde S. Cyprianus, tract. *De Zel. et Levere*: « Dominus, ait, prudenter nos esse jussit, et cuncta sollicitudine vigilare præcepit, ne adversarius vigilans semper, et semper insidians, ubi in peccatis obrepserit, de scintillis conflit incendia, de parvis maxima exagget: et dum remissis et incautis leonore aura et flatu molliore blanditur, procellis ac turbidinis excitatis ruinas fidei et salutis, ac vite naufragia molitur. Excubandum est itaque, fratres dilectissimi, atque omnibus viribus elaborandum, ut inimico severienti, et jacula sua in omnes corporis partes, quibus percussit et vulnerari possumus, dirigenti, solliciti et plena vigilantia repugnemus, secundum quod Petrus Apostolus in epistola sua præmonet et docet, dicens: Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens, et aliquid devorare querens, circuit. »

Novo, pergit Plinius: « Cum pro catulis festa dimicet, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula evapescent: nec limitum intueram, ne venabula humum mordere, lacrymannum est a moriente homini mordere, lacrymannum est a letho dari. » Ita diabolus non colorem, sed terram intuetur, suosque pariter intueri facit, ne venabula peccatorum et gehennæ evapescent. Rursum dæmon savitia est leo, astutia vulpes, quia quos vi non potest, dolo superare contentus. Facit ergo illud Lysandri: « Ubi leonem pel-

lis non sufficit, addenda est vulpina. » Et illud Pindari in *Isthmici*, ode 4 de *Melisso*: « Ille animositate similis nudacie graviter fremantium leonum ad venandum cum labore, solertia autem est vulpes, quae supra cohibet impetum aequile: oportet autem quilibet faciendo labefacere adversarium. »

Beromo: « Hoc tale, ait Pilius, tam severum animal, rotarum orbem circumiaci, curisque inanis, et gallinaceorum criste, cantusque eorum magis ferrent, sed maxime ignes. » Ita diabolus terretur et fugatur rebus in speciem exilibus, scilicet crista crucis, laetitia, psalmodia et cantu hymnorum, orbe et cœtu monachorum et clericorum, sed maxime igne et zelo amoris Christi. Unde S. Antonius apud S. Athanasium: « Credite, ait, nihil experto, permissisct Satanus recte viventium vigilias, orationes, jejunia, mansuetudinem, voluntariam pauperitatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, misericordiam, irâ dominatum, et præcipue cor purum erga Christi amorem. Novit deterrere coluber, ex præcepto Domini sub jastros se jacere vestigiis, qui ait: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimicis. » Unde S. Chrysostomus, homil. 22 in *epist. ad Ephes.*: « Conculcabimus diaboli potentiam, ait, si peccata conculaverimus, omnia dico temporalia, fastum, concupiscentiam, superbiam, omnes animi passiones. Ansam enim dant diabolo divitiæ, peccunia et vanæ gloriæ stadium. »

Ualdino: « Leo, ait Aristoteles in *Physicis*, cap. viii, habet pressum juvenilem et totum corpus articulatam et nervosum: ambulans autem tarde, et magnifice incedens, et se in humeris cum ambulat quietis, amans victoriam. » Idem, lib. IX *Hist. Animal.*, cap. xlii: « In venatu dum cernitur, nunquam fugit, aut metuit; sed citissimi venantium multitudine cedere cogitur, sensim pedatimque discedit, crebro subsistens atque respectans; noctes vero opaca, fuga, qua maxime potest veloci, se subtrahit, donec in aperta deveniat: tum rursus lente incedit. » Ita dæmon fortitudinem simulat, metum dissimulat, ut suam fortitudinem et superbiam ostendat, videaturque vincere, etiam dum vincitur.

Duodecimo, leo grandia et fortia animalia aggreditur, parva et villa aspernatur. Rursum non comedit nisi quod vivum experit. Ita *Aelianus*, lib. II, cap. vi. Sic et diaboli vobis est cæctas, *Habac.* i, 16; meliores, sanctiores fortioresque aggreditur; timidus carnaliter quasi suos contemnit. Rursum leo iessus acris in ledentem insurgit: ita dæmon magis sævit cum læditur, puta cum homines vacat pietati, ut tempore Quadragesimæ, ut docet Cassianus, *Collat.* cap. xii, vers. 28.

Circuitur, — scilicet assidue et continuo. Unde S. Fulgentius ad *Thrasim.*, lib. I, cap. v, indefessus vocat ejus circuitum. Græce *ἀπαραύτως*, id est,

ut *Figurina*, *obambulat*: Pagninus, *undique ambulat*; alii, *circumambulat*; S. Hieronymus *in Isaiam*, *circumiens quaerit*. Sic ait ipse diabolus: « Circuavi terram, et perambulavi eam, » *Job* i, 7. Et Christus de eo: « Cum immandus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inagnosa, » etc., *Luce* xi, 24. Hinc et patris sui exemplo, « in circuitu impii ambulavit, » *Psal.* xi, 9, hoc est circumquaque observat vagi et instabiles, ut pûs noceant. Ita *Isidorus Theodoretus*, *Athanasius*, *Chrysostomus*. Unde *Chaldeus vertit*, in *circuitu impii ambulavit tanquam sanguinea, quæ suguat sanguinem filiorum hominum*. Sic *Judei*, ac pariter *heretici*, *Psal.* lxxviii, vers. 15, dicuntur circumire civitatem, id est Ecclesiam, quia vagi quaerunt undique modos cum oppugnandi, nec tamen eam ingredi volunt: unde ab uno errore et heresi labuntur in aliam. *Norsum Eusebius*: *Circulus*, inquit, recte linee contrarius est, hinc impii in orbem, id est, oblique ad extrema, pili vero recte secundum rationem ad medium virtutis pergunt. *Tropologice* S. Augustinus: *Impii ambulavit in circuitu*, id est, ait, in temporalium rerum cupiditate, quæ septem dierum repetito circuitu quasi rota volvit, et ideo non perveniunt ad octavum, id est, ad diem æternum, pro quo iste psalmus intulatur: hinc et multiplicentur, quia recedunt ab unitate Dei.

Circuitus ergo iste et perambulatio diaboli significat, primo, cum vagus esse et instabilem, quia deserendo Deum per peccatum, stabilitatem mentis (hinc enim est in solo Deo) perdit, qua de re plura dixi ad illud *Thren.* i, 8: « Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est. »

Secundo, ejus iram et nocendi cupiditatem: circuit enim diabolus perinde ac duellator, qui in duello antagonistam circumcirca observat et circuit, ut eum dejiciat, idque assidue et jugiter. Solus enim circularis motus potest esse perpetuus, eo quod circulus sine et principio careat, ceteri non, ut docet *Aristoteles*, lib. VIII *Physicorum*, text. 75 et 76, ubi probat motum circularem esse primum, et mensuram cæterorum, esseque continuum; quia semper fertur circa medium, non ad extremum, uti fertur motus rectus, hincque celos moveri motu circulari. *Circularifone* ergo hanc dicit diabolus in celo, cum *Ibidem* versatus est, quasi angelus; sed eum ex honore convertit in malum, cum lapsus est factusque diabolus.

Tercio, ejus versutiam, fraudes et dolos, qua ut serpens gyrat et regyrat, ut homines suis artibus, scrupulis, perplexitatibus, etc., intricet, circumveniat, implicet, irretiat, decipiat, capiat, juxta illud *Job* cap. xi, vers. 12, de Behemot, id est elephantis, qui typus est diaboli: « Nervi tessicularum ejus perplexi sunt. » Ubi vide S. Gregorium et S. Leonem, serm. 7 De *Nativitate*: « Novit (dæmon) inquit, cui adhibeat astus cupiditatis, cui illecebras gula ingerat, cui apponat incta-

menta luxurie, cui infundat virus invidiæ; novit quem errore conturbat, quem gaudio fallat, quem metu opprimit, quem admiratione seducat. »

Quarto, perambulat quasi princeps mundi; perambulare enim in Scriptura significat dominium et imperium: sic enim heras perambulat in agro suo, rex in regno, dux in regionibus suis, ut pluribus ostendit *Zachar.* i, 11; unde ait *Job* xii, 24: « Non est super terram potestas, quæ comparetur ei qui factus est ut nullum timeret. »

Quinto, circuit, sicut venator circuit cervos, piscator pisces, exercitus urbem, ut omnes concludat, capiat vel occidat, juxta illud *Job* xl, 18: « Ecce absorbebit fluvium, et non mirabitur: et habet fiduciam, quod infusa Jordaunis in os ejus, » Unde *Thomas Anglicus*: *Perversitas*, inquit, diaboli significatur pro nomine adversarii, robar per nomen leonis, crudelitas cum rogens vocatur, sollicitudo cum circumire quaerendo dicitur. Hinc a nobis exigitur contra primum, ut resistamus; contra secundum, ut simus fortes; contra tertium, ut fidei mansuetudinem habeamus: contra quartum, ut vigilemus.

Sexto, circuitio hanc significat sagacitatem diaboli, quia cuiusque desideria, vicia, infirmitates, occasionem, habitus explorat, ut ea parte quemque aggrediatur et tentet, qua debilior est: sicut dux qui obsidet urbem, circuiti ut videat qua parte minus munita sit, ut per eam irumpat. Qui ergo diabolo resistere cupit, omnia sua circumastret, omnes sensus acri custodia munit, omnia vicia morietur, presertim ea in que propior est; ubi infirmior est, ibi magis se obfirmet, totisque excubet, et sese obarmet per orationes, propositum efficax, patientias, consilia seniorum, etc. Audi S. Cyprianum, tract. De *Zelo*: « Circuit ille nos singulos, et tanquam hostis clausos obsidens, muros explorat, et tentat an sit pars aliqua membrorum minus stabilis et minus fida, cuius aditu ad interiora penetratur. Offert oculis fortius illic et faciles voluptates, ut visu destruat castitatem. Aure per cingulum iustum tentat, ut solum dulcoris auditu solvet et molliat Christianum vigorem. Linguam convicio provocat, manum injuriis læccentibus ad potantiam candis instigat, ut audaciorum faciat: lucra opponit injusta, ut animam pecunia capiat; ingerit perniciosa compendia, honores terrenos promittit, ut cælestis animati, ostentat falsa, ut verâ tentat, et eum latenter non potest fallere, exerte atque aperte miatur, terrorem tardiside persecutionis intentans, ad debellandum infestus; in pacem subdolos, in persecutione violentus. Quomolibet, frater dilectissimi, contra omnes diaboli vel fallaces insidias, vel apertas minas stare debet instructus animus et armatus, tam paratus semper ad repugnandum, quam est ad impugnandum

dum semper paratus inimicus. Et quotiens frequentiora sunt tela ejus quo latenter obrepunt, magisque occulta et clandestina jaculatio, quo minus perspicitur, hoc et gravior et crebrius in vulnera nostra grassatur; ad hæc quoque intelligenda et depellenda vigilemus, ex quibus est zeli et livoris malum. »

Et S. Antonius apud S. Athanasium, monet Christianos, ne per inertiam vires demonibus præbeant: « Nam quales, ait, nos et nostras repererint cogitationes, tales se nobis prestare consueverunt: et si quod in peccatoribus malis mentis et pavoris semen invenerint, quasi latrones qui deserta loca obtinent, ceptos cumulant timores, et crudeliter imminentes infelicem putant animam; » et S. Leo, serm. 7 De *Nativitate*: « Omnia, ait, discedit (dæmon) consuetudines, ventilat castas, scrutatur affectus, et ubi easus quaerit nocendi, ubicumque viderit studiosius occupari. »

Septimo, circuiti ut homines in circuitum agat (cœtu turbo patens), puta in mentis virginitatem, ut quasi dementali, ac cerebro et ratione destituti, rapiantur in orbem suarum machinationum, puta concupiscentiarum, rursusque de uno peccato in aliud et aliud, donec totum circuitum peccatorum omnium absolvant et compliant.

Quæ deponitur. — Leo devorat non glutendo, sed dentibus validis prædam comminuto, juxta illud *Isaiæ xxxviii*, 13: « Quasi leo sic contrivit omnia ossa mea; » et illud S. Irenæi: « Dentibus omnia ossa mea; » sic et dæmon odio et rabie, dentibus bellarum morat; sic et dæmon odio et rabie, quo fuit in Deum et homines, eos plane contemnere satagit. Unde S. Chrysostomus, hom. 22 ad *Pop.*: « Circuit, ait, quaerens non quem mordeat, vel frangat, sed quem devoret. » Est catibrosus: dæmon enim proprie non devorat hominibus, vel animas; sed eas lacerat, perdit et cruciat, eoque re mire quasi esca suavissima pascat et delectatur; et hoc significat *de decore*.

9. Cui resistit (S. Hieronymus in *cap. v. Isaiæ* legit, *adversus quem resistit*; Syrus, *insurgit*) fortiter in eum. — Tria hæc S. Petrus fidei dat arma ad vincendum diabolum: *prima* est ei resistere; *resistentia* est enim victoria, quia diabolus non vi cogendo extorquet, sed suadendo et blandiendo postulat a nobis consensum; quod si illum negemus, vincimus; *secundum*, fortitudo; *tertium*, fides; *resistentia* enim cum vincit, fortitudo subjugat, fides operat. Fides enim futura premita et pugna in manu ad vivum representans exitit hominem, ut pro is generose decoret, atque Dei open ad fortiter preliandum imploret. Unde per fidem Christus inhabitat in cordibus nostris. *Ephes.* vi, 17: « Fides enim est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparitionum. » *Hebr.* xi, 1 et sequent., ubi Paulus docet Sanctos omnes vincere per fidem. Idem, *Ephes.* vi, 16, militem Christianum contra diabolum a capite ad talos obarmans, dat ei pro seculo fidem, pro ga-

Nota secundo: *Tr qui vocavit nos in aeternam suam gloriam, dat finem et causam tum praecedentium, tum sequentium, q. d. Quia Deus nos vocavit in aeternam suam gloriam, hinc idem est auctor « omnia gratia: » hinc enim respondet gloriae quasi semen fructui, meritum mercedi, labor premio; hinc rursum idem ipse « medicum passos perficiet, confirmabit solidabitque. » Vero Abbas Hyperichius in *Vitis Patrum*, lib. V, libello 41, num. 35: « Cogitatio tua, ait, sit in regno caelorum, et cito in hereditatem accipies illud. » Unde addit S. Petrus: « In Christo Jesu, » id est per Christum Jesum, puta p. mo, per merita Christi; secundo, per praedicationem Christi; tertio, per vocationem et gratiam Christi; per hanc enim vocatur ad aeternam gloriam. Secundo, « in Christo, » ut scilicet nos patientes animas in Christo passos, quasi membra, cum eoque efficiamus unum corpus Ecclesiae nunc militantis per gratiam, postea triumphantis per gloriam. Ita Thomas Anglicus et Glossa. Tertio, Lyranus et Dionysius, « in Christo, » id est, propter Christum, vel pro Christo, medicum passos. Quarto, « in Christo, » id est, instar Christi, qui nobis est speculum, aequae ad premium patientiae. Ita S. Bernardus, serm. 74 in *Canticis*, docet Christum tam pugnantis formam esse quam gloriam triumphantis. « Utrumque, ait, es mihi, Domine Jesu, et speculum patienti, et premium patientis: utrumque fortiter provocat, et vehementer accendit. Tu doces manus meas ad praedam exemplo virtutis tuae, tu caput meum post victoriam tuae coronas praesentia misistis, sive quia pugnantes te specto, sive quia te expecto non solum coronantem, sed et coronam. »*

Porro S. Petrus uti epistolam cepit a beneficio vocationis ad fidem et Christianismum, ita in eodem finit, ut ostendat quantum hoc sit quantum aestimandum, ideoque fideles jugiter illud praeculis habere debere, pro eoque gratias agere, ac perseverantiam postulare, denique vitam illo dignam agere.

Nota tertio: *Tr medicum passos* (Tigurina, *parum per afflictos*) ipse perficiet magnam patientibus affert consolationem et stimulum ad alacritatem et constantiam patientium, cogitando scilicet quod modica sit passio, quodque Deus medicum tentos et passos perficiet. Unde Tertullianus, ad *Martyr*, cap. III: « Epistolae vestrae, ait, Christus Jesus, qui vos spiritu unxit, et ad hoc scammia produxit, etc., ut vires corroborarentur in vobis, quia virtus duritia extrahitur, mollitia vero destruitur. » Ita S. Antonius luctans cum demone: « Cum elevaret oculos, ait S. Athanasius, vidit desuper eum aperiri, et deductis tenebris radium ad se lucis infundere. Post cujus splendoris adventum nec demonum aliqui apparuit, et corporis dolor exemplo deletus est. Edificium quoque quod paulo ante dissolutum fuerat, instauratum est. Illico praesentiam intellexit Domini An-

tonius, et ex intimo pectore trahens longa suspiria, ad visionem quae et appareret loquebatur, dicens: Ubi eras, bone Jesu? ubi eras? Quare non a principio adfuisi, ut sanas vulnera mea? Et vox ad eum facta est, dicens: Antea, hic eram; sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, et faciam te in omni orbe nominari. His auditis, exurgens in tantum roboratis orabat, ut intelligeret se plus recepisse tunc virum quam ante perdidit. » Ita Theodosius Abbas apud Joannem Moschum in *Prato Spirit.* cap. LXVI, cum vidisset Diabolum instar Athletis et gigantis enormis, qui a terra porrigebatur usque in caelum, et caput intra nubila condibat, audiretque: « Theodosi, cum hoc oportet laetari; » acavidus diceret: « Quis ego sum, ut homuncio cum tanto gigante lucter? » audivit: « Ingredere cum omni alacritate et fiducia; mox enim ut tu illum adorsus fueris, ego adjuvor adero, tibi que victoriae coronam imponam. » Ita factum. Idem saepe experitur in nobis, cum quid arduum aggredimur, ut ante aggressum horreamus, putemusque rem confecto impossibilem. At ubi eam aggredimur, et opus incipimus, illico minuantur et cedunt difficultates, remque ipsam parvo labore conficimus, ut verum sit quod ait ille: « Res in se non esse difficiles, sed difficile apprehendi; ideoque non res, sed opinioniones rerum nos turbare et percellere; » et illud Nazianzenus in *Sententia*. « Ut foliorum strepitus lepores exterrat, ita rerum umbrae timidos et ignavos. » Quae ergo dura videntur, magnis animis, et quasi clausis (ut facit leo) ad difficultatem, caecisque oculis aggredienda sunt, itaque illico vincitur difficultatis horror, resque factu facilis videbitur. Legimus nonnullos Martyres, ac nominatim SS. Marcum et Marcellianum in illo martyrii trepidasse, et ingentes habuisse dolores ac luctas; at ubi constanti animo se ad Dei gloriam in praedam tortoribus dederunt, denique opem ardentem efflagitantes, pavorem et horrorem omnem vicisse, laetisque et alacres omnia tormenta tolerasse, tum quia animus hic generosus superabat dolores, ut eos parvos vel nullos duceret: tum quia Deus magnis animis adest et succurrit, vel doloris sensum minuendo, vel sua consolatione et gratia ita animum roborando, ut tormenta omnia levis aestimet. Sicut enim pondus leve per contrapondus majus atollitur, et quasi alleviatur; ita dolorem omnem mitigat magnus amor et animus. « Pondus enim meum est amor meus, » ait S. Augustinus.

Nota quarto: *Tr ipse perficiet* gratiae est extirpationis, quod Tigurina vertit, *instaurat*, ut si quid per afflictiones in potentia et mente, vitio impatientiae et pusillanimitatis sit laxatum, lesum, divium, fractum, hincum, distortum, debilitatum, instaurat, confirmat, unxit, aequat. Alii vertunt *componet*, vel *integret*, ut omnibus patientiae et vir-

tutum partibus quas artubus compacti, sitis integrari, exacti, absoluti et perfecti.

CONFIRMABIT SOLIDABITQUE. — Pagninus, *fulciat et roboret*. Haec omnia idem, vel quasi idem sunt, tantumque per annexim significant hanc perfectionem esse firmam et solidam, ac consistere in firmitate et soliditate patientiae et virtutis. Unde Graeca addunt *firmabit*, id est *fundabit*; Tigurina et Pagninus, *stabilitet*. Hinc Syrus vertit: *Ut, cum sustulerimus has oppressiones caecitas, roboremur, et confirmemur, ac perstemus in eo* (Jesu Christo) *in aeternum*. Hinc rursum aliqui haec legunt per nomina et ablativos: *καταργησας κακίαν, ἀνομίαν, ἁμαρτίαν*, id est perficiet confirmationem, consolidationem, fundationem. Verum melius Noster et alii tria ultima accipiunt non ut nomina, sed ut verba futuri temporis, ideoque pariter pro primo *καταργησας*, id est *perficiet*, in optativo, legunt in futuro *καταργησας*, id est *perficiet*. Jam Graeca omnia legunt in optativo *καταργησας, ἀνομιαν, ἁμαρτίαν*, id est *perficiet confirmet, roboret, fundet*.

Alii tamen haec distinguunt, sed varie. Primo, Salmeron: « Perficiet, ait, per charitatem, confirmabit per spem vivam, solidabit per fidem efficacem. » Rursum idem addit Christum perficere fideles quos erit et redemit, Patrem confirmare eosdem quos condidit, Spiritum Sanctum solidare suae gratiae et fortitudinis spiritu. Secundo, Titelmanus: « Perficiet, inquit, per patientiam, confirmabit et solidabit per perseverantiam. » Unde et Prosper, lib. I *De Vocat. Gentium*, XXV, ex hoc loco docet perseverantiam esse donum Dei. Tertio, Carthusianus haec adaptat tribus animae potentis: « Perficiet, inquit, intellectum purificando mentis intelligentia, confirmabit voluntatem fervore charitatis, solidabit memoriam ut in Deo fixatur fixaque consistat. » Vel, ut Thomas Anglicus: « Perficiet rationem cognitione veritatis, confirmabit appetitum concupiscibilem in amore bonitatis, solidabit irascibilem ut nullis terroribus vel difficultatibus cedat. » Quarto, Hugo haec applicat et opponit tribus hominis hostibus: « Perficiet, inquit, contra mundum, confirmabit contra carnem, solidabit contra demonem. » Quinto, alii, q. d. « Perficiet nos largiendo voluntatem perfecte et constantem valendi, confirmabit dando voluntatem rem volitam exsequendi, solidabit dando robur ipsamque actum exequendi. »

Porro haec omnia inchoate facit Deus in hac vita per gratiam et patientiam, perfecte vero eadem facit in futura per gloriam. Haec enim perficiet intellectum lumine gloriae, ut Deum quasi summum bonum videat et contempletur; confirmabit voluntatem, ut ipsam totis viribus amet; solidabit eandem, ut a tanto bono avelli nequeat, sed illi tota inhaereat, nec ulla re aut ratione ab eo separari possit. Ita fere Hugo, Primaticius et alii, ac faveat Syrus dum vertit: *Roboremur, et confirmemur, et perstemus in eo in aeternum*. Hoc est quod ait Paulus: « Momentaneum, et leve

tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternam gloriae pondus operatur in nobis, » II Cor. IV, 17. « Hic scopus, hic finis, » haec meta, haec corona, hoc epinicion Christiani, a quo uti inchoavit Epistolam S. Petrus, ita et in eodem desinit.

Præclare Lactantius, lib. VII, cap. VI, Christianos et totam Christianismum rationem hac circumscriptione depingit: « Ideo, ait, mundus est factus, ut nascamur: ideo nascimur, ut agnoscamus factorem mundi ac nostri Deum: ideo agnoscamus, ut colamus: ideo colimus, ut immortalitatem per laborum mercede capiamus, quoniam maximis laboribus cultus Dei constat: ideo premio immortalitatis afficimur, ut similes angelis effecti, summo Patri ac Domino in perpetuum serviamus et simul aeternum Deo regnum. Haec summa rerum est, hoc arcantum Dei, hoc mysterium mundi. » Unde S. Gregorius Nazianzenus, *De Christo patiente*, ait eum non sibi, sed nobis natum et passum:

Factus sum, inquit, Christi corporis, ille mihi. Me gessit mortuus, me victa morte resurgens. Et secum ad Patrem me super astra tulit.

Et Prudentius, *De Resurrect. carnis*:

Pellis corpe meum, mea membra, et crevit vasum. Cum Christo resurrexi Deo: nam vos gressi ille, Et secum revocavit: mortuos fideles mances, Inlicitos causi coelestium, tetra sepulchra Despicite, et surgite: Cuius vos provocat, ille.

Et Tertullianus, lib. *De Resurrect.*, resurrectionis symbolum dat phœnicem, avem Arabiae revidiscentem, eique comparat Christianos patientes, morientes et resurgentes. De phœnice enim sic canit Lactantius:

Ipsa sibi proles, suus est pater, et suus haeres, Nutrix ipsa sui, semper aeterna est. Ipsa quidem, sed non eadem: quia et ipsa, nec ipsa est, Eternam vitam mortis aeterna bono.

Ravenne exiat emblema ad picturam phœnicis:

Securus moritur qui seipsum morte renasci; Mors eam non laedit, sed novae vitæ potest.

Illusterrima Bona, Joannis Galeati Mediolanensis ducis mater, mortuo marito, curavit in numismate eudi phœnicem hoc lemmane:

Sola facta solam Deum sequor.

Denique S. Caecilia tumulo S. Maximi Martyris curavit insculpi phœnicem; et Rome in cryptis Martyrum plurimum sarcophagis phœnix incisis visitur.

Haec cogitantes, sperantes et ambientes, Sancti ambiebant passionem, querebant crucem, siliebant martyria. Eminuit inter eos S. Vincencius, qui tam avarus et avidus fuit suppliciorum, quam tam avarus et avidus fuit suppliciorum, quam Bactrianus tyrannus sororum in ipsam prodigus; egulenum habebat in deliciis, ungulas pro epulis, catastam pro molli culcitra, ac, quod mirum est,

lis crescentibus, crescebat ejus animi corporisque vigor, ut exaromaticus et pene enectus his reviviscere, redintegrari et roborari videretur; adeoque in lecto et rosis animam allavit, cui tormenta vitam dederant: mirum rose et deliciae et erant tormenti, Tormenta vero et poena pro Christo ejus erant deliciae. Ita Deus medicum passum perfecti confirmavit solidavitque, ut homine celsior, instar angeli incorporei in penis corporis iuderet, et amideret tyranno, ut suis vulneribus magis vulneraret et cruciaret tyrannum, quam ipse eis vulneraretur. Similis fuit S. Agatha Quintiano insultans. Medicum enim passa adeo corroborata est, ut Aphrodisias leme se tentanti dixerit: « Operam perdis: ego enim ita firmata sum in fide, castitate et amore Dei, ut per ejus gratiam citius sol perditurus sit annuum lucrum, ignis calorem, nix albedinem, quam ego mutam propositum. Preparat Quintianus leones, acut gladios, ignes succendat, portas inferni aperiat, omnesque in me demones conatet, Dei ope vivam et mori Christiana aequo na virgo; intemissime enim amo et desidero Christum, cui me totam devovi et respondi. »

41. Ipsi gloria et imperium. — Syrus, ipsi gloria, potentia et honor. S. Prosper, lib. I De Vocat. Gentium, cap. xxvii, a cui virtus et honor. » Graecum *ἀξία* significat potentiam, robur, vim, imperium, principatum, victoriam, quae omnia huic loco congruunt, g. d. Deus medicum passos perficit, etque per patientiam perfectam dabit victoriam: illi ergo omnis victoria laus tribuatur, non nobis, juxta illud Pauli, I Cor. xv, 57: « Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum; et II Cor. ii, 14: « Deo gratias, qui semper triumphat, » id est triumphare facit « nos in Christo Jesu. » S. Petrus uti cepit per doxologiam Dei, dicendo: « Benedictus Deus, ita in eandem desinit, dicens: « Ipsi gloria, » etc., ut doceat Deum Deique laudem debere esse principum, medium et finem nostrorum actionum, idcirco crebro corde et ore usurpandum, uti usurpat S. Paulus Rom. xi, 36, et cap. xvi, 27; Ephes. iii, 21; Philip. iv, 20; Hebr. xiii, 21; Galat. i, 5, et alibi: de quo plura Apoc. iv, 11, et v, 12, et vi, 12.

42. Per SILVANUM. — Ille est Silas, qui haec S. Petri litteras Roma deferens in Orientem, ibi incidit in S. Paulum, illicque comes praedicationis adhesit, II Thessal. ii, 4. Ita S. Hieronymus, epist. 143; Syrus, Oecumenius et alii pierique.

Perperam ergo Dorotheus in Synopsi, et Menologium Graecorum, I augusti, Silvanum a Sila distinguunt. Censent aliqui Silvanum, vel Silam non tantum detulisse, sed et scripisse hanc epistolam dictatam a S. Petro. Ait enim: « Per Silvanum, etc., breviter scripsi. » Nominat latorem, ut fideles certi sint epistolam ab eo delatam esse Petri germanam, non fictam, non suppositam.

UT ARBITROR. — Refer ad *fidelem verbum*, g. d. Scripsi per Silvanum, quia ipse vobis est *fidelis*, « ut arbitror (1). » Alii referunt ad *tenentem terram*, g. d. Arbitror me fuisse brevem in scribendo. Ad quando enim scribens vel loquens videtur sibi brevis, qui audientibus vel legentibus videtur prolixus: ita Syrus et Cajetanus.

OS-SCRIBENS. — ut fidelem Christi et praeccepta virtutum, quam hinc epistola perscripsi, constanter retineatis et opere expleatis: « conlister » enim in his citam esse « veram gratiam Dei, in qua statu, » id est, constanter perseveratis. In Graeco est *ἐπιτετα*, id est, *stetistis*; sed legendum *ἐπιτετα*, id est, *statis*, aut certe *στατηριον* accipitur pro presenti, more Hebraeo: per praesens enim passim omnes explicant. Nonnulli tamen legunt *ἐπιτετα*, id est *statis*, idque apte respondet Graeco *ἐπιτετα*, id est, « obsecrans » vel « exhortans » vos, ut *statis* et perseveratis in fide Christi et gratia Christianismi. Perperam enim Syrus pro *ἐπιτετα* verit, *persuadens habens*. Ita Paulus ait Philip. cap. iv, 1: « Sic stete in Domino, charissimi; » et Galat. v, 1: « Stete et nolite iterum iugo servitutis contineri. »

Nota fidelem et legem novam vocari gratiam, quia summum Dei est donum, immensis et indignis gratis datum, ut eos sibi gratos coloquio dignos efficiat, juxta illud Joan. i, 17: « Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est. » Vetus enim lex erat rigoris et justitiae, nova est gratiae et clementiae.

43. SALUTAT VOS ECCLESIA (vox Ecclesia non est in Graeco, sed intelligitur: unde Interpret recte eam expressit, aequo ac Syrus) quae EST IN BABYLONE CORRECTA. — Haec, ut Beza, Viretus, Saldus, Velanus et alii, ut teneant falsum sum dogma, scilicet S. Petrum Romam non fuisse, a primordiano Romanorum Pontificem non esse successorem S. Petri et caput Ecclesiae, « Babylone » proprie accipitur, urbem scilicet vel Assyriae, vel Egypti. Duplex enim fuit Babylon, una in Chaldea, altera in Aegypto, qua nunc Cayrus dicitur.

Verum errant, primo, quia Iudei, qualis erat S. Petrus, a Caio Caesare expulsi erant Babylone et Assyria, uti docet Josephus, XVIII Antiq., cap. ult. Babylon autem Aegyptia tunc erat locus obscurus et castellum, ait Strabo, lib. XVII. Secundo, quia S. Joannes, Apocal. xvii, 9, dicit Babyloneam insidere septem montibus, sine collibus; nulla autem alia urbs est septuaginta quinque Roma. Unde haeretici coacti confitentur in Apocalypsi per « Babyloneam » intelligi Romam (hinc Lutherus scripsit librum De Babylonica Captivitate, id est, de Romana, puta Papae et Papatus, ut ipse explicat). Si in Apocal., cur non est hic? S. Joannes enim fuit synchronus S. Petro; unde eadem urbe fuerunt Roma et Babylon. Tertio, quia uti unanimiter asserunt Patres et Doctores orthodoxi, mirum Papias, discipulus S. Joannis, apud Euse-

binum, lib. II Hist., cap. xiv, alias xv. S. Hieronymus in *Isaia* cap. xxv et xxvii, et lib. II Contra Joannidem, sub nomine: « Ad te, ait, loquor, quae scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delecti. » Tertullianus, lib. III Contra Marcionem, cap. xiii; Beda, Oecumenius et alii hic; Andreas Casariensis, Aretas, Ribera, Alcazar, Vigas, Pererius et alii, Apoc. xvii et xviii.

Queres qua ratione Roma vocetur « Babylon? » Respondeo: Primo, quia Roma Babyloni in imperio successit quasi filia matri, vel potius neptis aviae, ideoque Babylonicum imperium transiit et desit in Romanum, sicut Synagoga transiit in Ecclesiam, Jerusalem Iudaica in Christianam: unde idcirco ipsa Ecclesia vocatur Synagoga Sion et Jerusalem. Ita S. Augustinus, VIII De Civit. ii, « Babylone » vocat primam Romam, et Romam secundam Babyloneam: « Duo, inquit, regna cernimus longe ceteris provenisse clariora, Assyriorum (sub quibus et Babylonicis accipitur) primum, deinde Romanorum, ut temporibus, ita locis inter se ordinata atque distincta. Nam quomodo illud prius, hoc posterius: eo modo illud in Oriente, hoc in Occidente surrexit. Denique in illius sine hujus initium eonfestim fuit. » Et cap. xxii: « Altissima tunc condita est civitas Roma velut altera Babylon, et velut prioris filia Babylonicis, per quam Deo placuit orbem debellare terrarum, et in usam societatem republicae legumque perductum, longe aliterque pacare. »

Secundo, quia Roma similis fuit Babyloni in amplitudine et magnificentia imperii. Ita Oecumenius, Unde Babylon fuit Romae typus et peccatum, idque multis parallelis et analogis quas recenset Orosius, lib. II, cap. ii et iii. Nam primo, inquit: « Nisi et Babylonicis regnum eo anno in Medos derivatum est, quo anno apud Latinos Procas, Annulii et Numitoris pater, avus autem Rea Sylvius, quae mater Romuli fuit, regnare cepit. Secundo, sicut a primo anno imperii Nini usquequo Babylon a Semiramide instaurari coepta est, interveniunt anni sexaginta quatuor, ita a primo anno Procae, cum regnare cepit, usque ad conditionem Urbis factam a Romulo, intersunt anni sexaginta quatuor. Tertio, Babylon eo anno sub Arbathe dehonora est, quo Roma sub Proca rege seminata est. Quarto, Babylon novissime eo tempore a Cyro rege subversa, quo primum Roma a Tarquiniorum regum dominatione liberata est. Siquidem sub una eademque convenientia temporum illa cecidit, ista surrexit: illa tunc primum alienigenarum peressa dominatum, haec tunc primum etiam suorum aspernata fastidium; illa tunc quasi mortuus dimisit hereditatem, haec vero pubescens tunc se agnovit haeridem; tunc Orientis occidit imperium, exortum est Occidentis. Quinto, Babylon stetit annis 1164, usque ad Arbatum, qui eam spoliavit imperio, et Roma post totidem annos, hoc est 1164 a Gothis et Alarico rege eorum opibus spolianta, non regno, ma-

(1) Tuncque ut arbitror non sunt verba doctissimas, sed ejus, qui firmissime de aliqua re est persuasus.

net adhuc et regnat incoluntis. Sexto, similis Babylonicis ortus, et Romae similis potentia: similis magnitudo, similis tempora, similis bona, similis mala, tamet non similis exitus similisve defectus. Illa enim regnum amisit, haec retinet: illa interfectione regis orbata, haec incolunt imperatore securo est. Et quare hoc? Quoniam ibi in rega libidinum turpitudine punita, hic Christianae religionis continentissima aequitas in rege servata est: ibi absque religionis reverentia aviditatem voluptatis licentia furoris implevit, hio et Christiani fuere qui parcerent; et Christiani propter quorum memoriam, et in quorum memoria parceretur. » Hucusque Orosius.

Denique tempore S. Petri Roma erat Babylon, id est, confusio idolorum, vitiorum et spoliurum totius orbis. Unde Tertullianus, lib. III Contra Marcionem, cap. xiii: « Sic et Babylon, ait, etiam apud Joannem nostrum Romanae urbis figura est, proinde magna, et regno superbe, et Suetonius Dei debellatrix. » Ubi nota: Babel sive Babylon hebraice idem est quod graeco *βבלων*, ut vertunt Septuaginta Genes. xi, 9, latine *confusio*, sive *confusio*. Quoniam ibi confusum est labium universae terrae, » hoc est, quia ibi commixta et divisae sunt hominum linguae, cum prius omnes una eademque, puta Hebraea, loquerentur. Radix ergo Babel est *בבל*, et per crasin *bal*, id est *confundere*, commiscere: inde enim addita littera B, fit Babel. Porro additur littera B, diciturque *Babel* pro *bal* aut *bal*, vel quia *bet* hebraice significat *in*, ut *Babel* idem sit quod *in-confusio*, ut vult Pagninus in Interpret. nom. Hebr.; vel, B ponitur pro *ba*, id est *venit*, ut *Babel* idem sit quod *venit confusio*, ut vult Aben Esra; vel potius per onomatopoeiam geminatur *bal* vel *bet*, ut *Babel* sit idem quod *babel*. Sic enim Hebraei geminant subinde suas radices, et ex trilitervis faciunt quadrilitteras, ut ex *katal* geminando faciunt *kikel*; ex *galat*, id est *colere*, faciunt *gulget*: unde *gal-gala*, et *gulgoiet*, sive *gulgotia*, id est *cranium*, sive *calvaria*, a convolutione et rotunditate. Jam sicut pro *gulgotia*, euphonice canis, elidendo L medium, dicitur *gulgotia*; sic pro *Babel* dicitur *Babel*, elidendo L medium. Ob similem ergo vitiorum confusio-nem, S. Petrus Romam vocavit Babyloneam. Nihil Romam nominare, ne Romanos Christianos addoceret in periculum. Si enim haec littera incidisset in manus Gentilium, delidisset ad Imperatorem Romae magnam esse multitudinem, adeoque Ecclesiam Christianorum, qui illis in eos persecutionem movisset. Addit Baronius S. Petrum Hierosolymis et carcere fuga lapsam, voluisse latere, ne Herodes intelligens eum Roma agere, ad Caesarem scriberet, eumque rursus comprehendi faceret.

Tropologicae: Impii et mundani sunt cives Babylonicis, quia in confusione negotiorum, desideriorum, tumultuum, turbationum et casuum hujus mundi avidissime versantur et jactantur; Sancti

XX.

vero sunt civis Jerusalem, id est visionis pacis, quia in pace conscientiae uni Deo servant et adherent, dicuntque: « In pace in dapsur dormiam et requiescam. » S. Augustinus in *Senten.*, Sent. 231: « Duas, ait, in toto mundo civitates faciunt duo amores: Jerusalem facit amor Dei, Babyloniam facit amor saeculi. Interrogat ergo se quisque, et invenit unde sit civis. » Et S. Gregorius, *VIII Moral.*, xv: Civis, ait, Jerusalem sunt qui solam caelestem patriam diligunt; civis Babylonie sunt qui terrenae patriae caris subjacent. « Cum igitur constat plerumque etiam bonos non terrene studio terrenis curis implicari (ut Daniel, ait, a rege prepositus fuit Babylonii), patenter agnoscimus quia sic nonnulli civis Jerusalem angarias solvant Babyloniam, sicut saepe civis Babylonie impendunt angarias Jerusalem. » De Babylonie hinc plura dicam *Apoc.* xvii et xviii.

Alludit S. Petrus primo, ad Abraham, parentem Synagogae, fidei et fidelium; sicut enim Deus Abrahamum elegit in Babylonia, eumque de Ur Chaldaeorum eduxit in terram promissam: ita S. Petrus Romae convertit S. Clementem, S. Pudencium, S. Linum, S. Cletum aliosque clarissimos viros, qui fuerunt primores et proceres Ecclesiae. Secundo, alludit ad captivitatem Babylonicam: tunc enim Dei populus et Synagoga Iudeorum in Babylone debebat captiva, multosque Babylonicos ad Dei veri fidem convertibat; unde erat tunc in Babylone Ecclesia Dei electa. Simili modo Romae S. Petrus et gentilium plurimos convertit, adeoque ibi arcem et caput Ecclesiae Christianae constituit. Erat ergo Romae Ecclesia a Deo electa, id est, electa aequae ac olim Synagoga Iudeorum.

COLECTA. — Perperam interpretes nonnulli legunt *collecta*. Graece enim est *ἐκλεκτή*, id est *electa*, id est, simul vobiscum electa, consors vestra electionis ad fidem, gratiam et salutem. Electus fuit primitus a Deo, aequae ac a Christo, Iudeorum populus, cujus peculiariter pastor et curator erat S. Petrus, *Galat.* ii, 8, cuique primario hanc scribit *Epist.*, cap. i, vers. 1. Colectus fuit populus Gentium a Christo, qui Gentis cum Iudeis in unam congregavit Ecclesiam; idque hae vocis Iudeis insinuat hinc S. Petrus (Gentium enim caput erat Roma), ut Iudei more solito Gentis non aversentur, sed eas ut fratres in Christo ament, eisque se associet. Rursum, hae voce confirmat fideles Orientis in fide per fidem urbis et Ecclesiae principis, pura Romanae, quod illa eis consentiat tum in fide, tum in spe vocationis, tum in charitate. Rursum Ecclesia electa est Ecclesia electorum ad fidem et gratiam, et si in ea perseverant, ad gloriam.

Prima enim, eaque singularis et eximia fuit electio fidelium Romanorum, et primitivae Ecclesiae Romanae, utpote quae primitivus spiritus a Christo per S. Petrum et Paulum hauriens, floruit heroicis fide, sublimi spe, ardenti charitate, adeoque tot centena millia Martyrum per trecentos perse-

cutionis annos continuo progerminavit. Quocirca multi principes, reges et regum devotionis ergo Romanam magnis itineribus et impendis profecti sunt, ut loca sancta religiose viderent; quin et non pauci ibidem vivere et mori, ac inter Sanctos sepeliri elegerunt, quorum exempla recenset *Isaie* cap. lxxvi, 23. Imo Christus Dominus apparuit S. Brigidae (ut habet ejus Vita apud Surium, 23 Julii) jussit ei peregrinari Romam, dicens: « Proficere Romam; ille enim plateae sunt auro intrate, et Sanctorum sanguine reate: ibi propter condonationes sive indulgentias quas promerere Sancti, compendio venit ad caelum. » Paruit ipsa, ac Romam profecta, ibi eam sanctitatem adeptam est, ut ibidem moriens anno Domini 1373, catalogo Beatorum solemniter ritu adscribi meruerit, adeoque domus ejus in templum conversa, religiose ab inquilinis et peregrinis in-visitor.

Merito ergo Tertullianus, lib. *De Frascript.*: « Felix, ait, Ecclesiae (Romana) cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo proferendum. » S. Augustinus, *epistola* 162, ait in Ecclesia Romana semper Apostolicae cathedrae virginitas principatum. S. Hieronymus, lib. *II Contra Jovinianum*: « Scito, ait, Romanam fidem Apostolica voce laudatam, istiusmodi prestigias non recipere, etiam angelus aliter annuntiat, quam semel praedictum est. Per illi auctoritate unum non posse mutari. » S. Irenaeus, lib. III, cap. iii, docet integram fidem in Romana Ecclesia servari, ad eamque omnes confugere debere. Idem docet Optatus, lib. *II contra Parm.*; S. Cyprianus, lib. I, *epist.* 3; S. Ambrosius, *orat. De obitu Satyri fratris*, et alii.

Et Marcus filius NEES. — Hic « Marcus » non fuit Joannes cognomento Marcus, consobrinus Barnabae, de quo *Act.* xii, 12, sed S. Marcus Evangelista: hunc S. Petrus vocat filium suum, non secundum carnem, sed secundum fidem et spiritum; quia cum sua fide, doctrina et spiritu imberat, adeo ut scriberet Evangelium: unde eandem habuit adiutorem et interpretem, ideoque charissimum: eaque de causa mox eum misit Alexandriam, ubi erexit Ecclesiam tanta constantia et sanctitate florentem, ut ejus discipuli Esseni, id est sancti et pii, sint cognominati, de quibus dixit *Act.* v, 4. Hinc liquet S. Marcum non fuisse e 72 Christi discipulis, ut vult Epiphanius, *heres.* 51, sed post Christum conversum fuisse a S. Petro; ideo enim eum filium vocat, quod eum in Christo genuerit. Ita Papias apud Eusebium, lib. III, cap. ult.; S. Hieronymus, *De Script. Eccl.*, in *Marco*; Beda, *Praef.* in *S. Matthaeum*, et alii. Addunt aliqui vocari « filium », quod hujus epistolae fuerit interpres, quod est probabile. Hinc colligit Beda et alii, hanc epistolam S. Petri esse antiquissimam; primamque omnium epistolaram, scriptamque anno Christi 45. Eodem enim anno (qui fuit Claudii imperatoris tertius) S. Mar-

cus, scripto Romae Evangelio, a S. Petro discedens profectus est Alexandriam, ubi quasi Episcopus sedit per annos 19, scilicet usque ad annum Christi 64, Neronis 8, quo coronatus est martyrio, teste Eusebio, lib. *IV Hist.*, xiv, et lib. III, cap. ult., et aliis.

44. SALUTATE INVICEM IN OSculo SANCTO. — puta Christiano, pudico, candido; non infideli, impudico, ficto, quod est pars adulteri, criminis ostium, mortis initium, ait S. Basilius De Virg. Unde osculo sancto in protestationem charitatis osculabantur se invicem Christiani ante S. Synaxin, clamante Diacono: « Complectimini et osculamini vos invicem, » teste Cyrillo, *cateches.* 5. Osculum enim est signum primo, reconciliationis; secundo, pacis; tertio, charitatis; quarto, laetitiae; quinto, Catholicae communicationis, ut docet Auctor lib. *De Amicitia*, apud S. Augustinum, tom. I. Unde Graeca et Graecomenus, pro osculo sancto legunt *osculo charitatis*, non carnalitatibus. Osculum enim significat tam animum animo, quam os ori puro amore conjungi. Tertullianus vero, lib. *De Oratione*, osculum vocat signaculum orationis. Nam, ut ait S. Augustinus, serm. 83 *De Diversis*: « Post orationem Dominicum dicitur Pax vobiscum, et osculantur sese invicem Christiani in osculo sancto, quod est signaculum pacis, si quod ostendunt labia, fiat in conscientia, id est, quomodo labia tua et labia fratris tui recedunt, sic cor tuum a corde illius non recedat. » Vido dicta de osculo sancto, II *Corinth.*, cap. xiii, vers. 12.

GRATIA VOBIS OMNIBUS. — Graece *εὐχαι*, id est *praefata* Syriae. Pax Hebraeis significat gratiam, omneque donum; forte etiam Noster pro *εὐχαι* legit *χαρις*, id est *gratia*. Nam S. Paulus, S. Petri socius et assecla, ubique in epistolis fidelibus gratiam apprecatur, adeoque apprecatio gratiae et pacis

est verum Apostolicae epistolae sigillum. Unde eam usurpant SS. Ignatius, Polycarpus et alii viri Apostolici illius aevi in suis epistolis.

QUI ESTIS IN CURSU JESU. — Qui Christo estis incorporati per fidem, spem, charitatem, mox incorporandi per eternam felicitatem et gloriam, ut dixit vers. 10. Praeclare Eusebius Emisenus, vel potius S. Eucherius Lugdunensis, homil. *De S. Maximo*: « O, inquit, fragilis humana! exiguum est quiddam agis propter spem eternorum. » Nam, ut ait Cicero, *Tuscul.* IV: « Quid videatur ei magnus in rebus humanis, cui eternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo? » Sublimius et vivacius S. Augustinus, lib. *XII Confess.*, xi: « O beata (creatura), ait, inhaerendo beatitudini tuae, beata simpliciter inhabitator te, atque illustratore tuo. Nec invenio quid libentius appellandum existimem celum oculi Domino quam domum tuam contemplantem delectationem tuam sine ullo defectu egrediendi in aliud, mentem puram concordissime unam stabilitatem pacis sanctorum spirituum, civium civitatis tuae in caelestibus, super ista caelestia. Unde intelligat anima ejus peregrinatio longinqua facta est, si jam sit tibi, si jam facte sunt ei lacrymae suae panis, dum dicitur ei per singulos dies: Ubi est Deus tuus? si jam petita te unam, et hanc requirit, ut inhabitet in domo tua per omnes dies vitae suae. Et quae vita ejus nisi tu? Et quae dies tui nisi eternitas tua, sicut anni tui qui non deficiunt, quia idem ipse es? Hinc ergo intelligat anima mea, quae potest, quam longe super omnia tempora sis eternus, quando tu domus quae peregrinata non est, quamvis non sit tibi coeterna, tamen indesinenter tibi cohaerendo, nullam patitur vicissitudinem temporum. »

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA DE NUESTRO LEÓN
BIBLIOTECA DE BIBLIOTECAS

COMMENTARIUS

IN SECUNDAM

SANCTI PETRI

EPISTOLAM.

ARGUMENTUM.

Nonnulli olim de auctore et auctoritate hujus Epistolae dubitarunt, teste Eusebio, *lib. II Hist.*, cap. XXV, et nostro saeculo Lutherus, Erasmus, Kemnitius in *Exam. Conc. Trident.*, sess. IV, de Centuriatores, *cent. 1*, lib. II, cap. IV. Ratio est, quia haec Epistola stylo valde dissidet a prima. Accedit quod Syria, non extet: unde Syri videntur eam non habuisse pro canonica.

Verum jam de fide est hanc Epistolam esse S. Petri, esseque canonicam Scripturam. Hic enim est sensus totius Ecclesiae, adeoque id ipsum definitum Concilium Carthaginense III, cap. XLVII, Concilium Florentinum et Tridentinum, *sess. IV*: unde Didymus in eam commentatus est; et S. Hieronymus, *epist. 130*, Quast. XI, ac S. Gregorius, *hom. 18 in Ezech.*, testatur eam esse germanam S. Petri. Idem satis insinuat S. Iudas, qui in sua epistola passim ad hanc alludit, imo multa ex ea deprompsit. Denique S. Athanasius in *Synopsi*, Nazianzenus in *Carm. de Script. sac.*; Cyrillus, *Catech. IV*; Origenes, Epiphanius, Justinus, Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus ceterique Patres citant eam quasi canonicam.

Ad rationem haereticorum respondet S. Hieronymus stylium esse dissimilem, eo quod S. Petrus in hac usus sit alio interprete, qui sensa S. Petri sua phrasi et stylo conscripsit. Primam enim Epistolam interpres fuisse videtur vel Silas, vel potius Marcus, ut patet cap. V, 11 et 13, hujus secunde Glaucias: hunc enim S. Petri fuisse interpretem dicit Clemens Alexandrinus, *lib. VII Strom.*, sub finem. Adde eundem auctorem subinde mutare stylium, alioque et alio uti pro dispositione personarum, locorum et temporum. Quin et aetas ipsa mutat stylium: juvenes enim juvenilem et floridum habent stylium, viri virilem, senes senilem et gravem. Sic S. Paulus alio utitur stylo in Epistola ad Hebraeos; unde illa multum differt a ceteris ejus epistolis. Denique stylium hujus Epistolae non multum dissidet a stylo pri-

mae, si quis penitus utrumque inspiciat, idque fatentur Centuriatores.

Quoad Syros, constat ex Maronitis qui Romae sunt, eos hanc Epistolam habere pro canonica. Unde et S. Ephrem et Damascenus, quorum uterque fuit Syrus, saepe ex hac Epistola citant sententias quasi canonicas Scripturas. Denique Syriacae eam extare, et ex Syriaco in Latinum conversam esse a nostro Balhazare Etzelio, testatur Possévinus in *Apparatu*.

Auctorem esse S. Petrum constat tum ex traditione et definitione Ecclesiae jam dicta, tum ex ipso ejus initio: « Simon Petrus, servus et Apostolus Jesu Christi. » Unde et vers. 18, ait se interfuisse transfigurationi Christi cum S. Jacobo et Joanne: hinc et epistolas Pauli quasi socii sui citat, cap. III, vers. 13.

Porro S. Petrus contra haereticos, puta Simonem Magum ejusque sequaces, vel jam natos, vel proxime nascituros, quales fuerunt Menander, Carpocras, Basilides, Valentinus et Gnostici, scripsit hanc Epistolam, sub finem vite, quasi pastor valedicens Ecclesiae et mundo, fidemque et doctrinam suam in ea contestatam relinquens, et futuris omnibus saeculis quasi pignus pastoralis amoris et curae resignans, puta sub annum Christi 69, quo et martyrio laureatus est; unde cap. I, vers. 14, ait: « Certus quod velox est depositio tabernaculi mei. » Scripsit ergo eam 24 annis circiter post primam, primam enim scripsit anno Christi 43. Quocirca S. Petrus quasi brevi morturus cyncenam hic edit vocem, totusque spirare ardorem, zelum, martyriam, omniaque caelestia et divina. Hinc liquet scriptam esse Romae et carcere, ut videtur, Mamertino: in eo enim fuit per novem menses ultimos vite, uti habent Acta SS. Processi et Martiniani, ibique habebat otium scribendi, suosque confirmandi per litteras, quos voce confirmare non poterat. Unde et S. Paulus epistolas ad Philippenses, Ephesios, Colossenses,

Hebraeos, Philemonem, et secundam ad Timotheum scripsit in carcere Romano.

Argumentum Epistolae est triplex juxta tria ejus capita.

Primo enim, cap. I, admirans Christi gratiam et economiam, docet Deum per eum nobis maxima et pretiosa promissa donasse, ut per hoc efficiamur divinae consortes naturae, ideoque par esse ut non terrenam et carnalem, sed caelestem et divinam vitam vivamus in constanti fide, virtute, scientia, abstinentia, patientia, pietate et fraternitatis amore: quae omnia confirmat tum visione gloriae Christi in monte Thabor, cum vocem Patris de eo audivit: « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; ipsum audite; » tum firmiore prophetico sermone, puta sacrae Scripturae, sicut Moyses et Prophetarum, qui haec ipsa de Christo prophetarunt et propheaserunt.

Secundo, cap. II, monet ut caveant haereticos, quorum proinde luxuriam, avaritiam, mores et fraudes graphice depingit, saepe ac exitium quod subibunt cum daemonibus, sodomitis ceterisque diluvio mersis.

Tertio, cap. III, inculcat et depingit finem mundi diemque judicii (quem haeretici fabulosum nunquamque futurum dicebant), ejusque certitudine, vicinitate et terrore incitat fideles ut fidem illibatam conservent, eaque dignam vitam agant in omni sanctitate. Primo ergo capite constantiam in fide Christi Christianis commendat; secundo, haereticos eam impugnantibus confutat; tertio, utrisque dat stimulum acrem, scilicet instans judicium. Denique scriptam esse ad eosdem ad quos prima scripta est, liquet ex illis ejus verbis cap. III, vers. 1, quibus ait: « Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam. »

CAPUT PRIMUM.

HUIUS CAPITIS ARGUMENTUM JAM ASSIGNAVI.

1. Simon Petrus, Servus et Apostolus Jesu Christi, iis qui coaequalem nobiscum sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri, et Salvatoris Jesu Christi. 2. Gratia vobis et pax adimpleatur in cognitione Dei et Christi Jesu Domini nostri: 3. quomodo omnia nobis divina virtutis suae, quae ad vitam et pietatem donata sunt, per cognitionem ejus, qui vocavit nos propria gloria et virtute. 4. per quem maxima et pretiosa nobis promissa donavit: ut per hanc efficiamini divinae consortes naturae, fugientes ejus, quae in mundo est, concupiscentiae corruptionem. 5. Vos autem carum omnem subinferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam. 6. in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, 7. in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. 8. Haec enim si vobiscum adsint, et superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione. 9. Cui enim non praesto sunt haec, caecus est, et manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. 10. Quapropter, fratres, magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis: haec enim facientes, non peccabitis aliquando. 11. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in aeternum regnum Domini nostri, et Salvatoris Jesu Christi. 12. Propter quod incipiam vos semper commoneo de his, et quidem scientes et confirmatos vos in praesenti veritate. 13. Justum autem arbitror, quandoquid sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commoneo: 14. certus quod velex est depositio tabernaculi mei, secundum quod et Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. 15. Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. 16. Non enim doctus fabulas seculi notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem et praesentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. 17. Accipiens enim a Deo Patre honorem et gloriam, voce delapsa ad eum hujusmodi a magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; ipsum audite. 18. Et hanc vocem nos audivimus de caelo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. 19. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui beneficiis attendentes quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris: 20. hoc primum intelligentes quod omnis prophetia Scripturae propria interpretatio non fit. 21. Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta; sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

4. SIMON PETRUS, — qui in circumcisione a parentibus vocatus est Simon, hic in Apostolatu a Christo vocatus est Petrus Simon, vel Simeon (idem enim est nomen), ut alibi dixi. Minus recte ergo Oecumenius: « Simon, ait, Simeonis est diminutivum, sicut Metrodori Metras, Menodori Menas, Theodosii Theodas. » Hebr. enim שמעון si legas per *severa* mobile, est *Simon*; si per *severa* quiescens, est *Simon*, quod idem est quod audiens et obediens, ut Petrus audivit et obediit Christo, ideoque hic se vocat « Simonem, » ut

indicit se hanc scribere non ex se, sed Jusu Christi, cui obedire oportet (1). « Petrus, » hebr. *Cephas*, idem est quod *petra*, vel *saxum*; quia super eum quasi petram Christus edificavit Ecclesiam suam, *Matth.* xvi, 18.

Addit « Petrus, » tum ad distinctionem: multi enim alii erant Simeones, adeoque inter Apostolos erat alter Simon cognomento Chananæus; tum

(1) Rectius: Simeon est Hebraicum nomen, *Simon* autem Hellenisticum.

ad auctoritatem, ut fideles hanc epistolam quasi a Petro, id est Summo Pontifice ipsaque petra Ecclesiae scriptam, avidè et reverenter excipiant. Petro enim Christus totius orbis curam demandavit, ait S. Chrysostomus in cap. xxi S. *Joannis*; et S. Leo, serm. 3 *De sua assumpt.*: « Detoto mundo, ait, unus Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocationi, et omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiae Patribus praeponatur, ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique Pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus. »

SERVUS ET APOSTOLUS. — Vido de his titulis dicta *Rom.* i, 1, et *Jacobi* i, 1, nimirum « servare Deo regnare est. » Tropologicè S. Augustinus, *MIX De Civit.*, xli: « Serviens Deo animus, inquit, recte imperat corpori, inquit ipso animo ratio Deo subdita recte imperat libidini ceterisque vitis: quapropter ubi homo Deo non servit, quid in eo putandum est esse justitiae? quandoquidem Deo non serviens nullo modo potest juste animare, aut humana ratio vitis ceteris imperare. »

IS QUI COAEQUALEM NOBISCUM SORTITI SUNT FIDES. — Pro *coequalum* graece est *ισοτερον*, id est ejusdem pretii et pretii, aequo estimandam, aequivalentem, ejusdem ordinis, aequalem: tum quia eodem pretio, puta sanguine Christi, est comparata; tum quia fides ubique aequè est pretiosa; tum quia ipsa est pretium quo emittit regnum colorum: hoc enim est fidei, quasi pretii, merces et premium. Unde Pagninus et Tigurina vertunt, *aequè pretiosam*, hoc est eandem; significantius tamen dicit, « aequè pretiosam, » ut ejusdem fidelium fidei ingens pretium et dignitatem instruet. Hoc ergo voce indicat S. Petrus omnium fidelium, sive Romae, sive in Bithynia, sive in Ponto, etc., sint, unam eandemque esse magni pretii fidem, legem, religionem, institutum et vitam, quin et charitatem animorumque unionem: haec enim omnia continent fides, sicut radix continet omnes ramos totaque arborem. Ita Prosper, lib. I *De Vocat. Gent.*, cap. xxiii. Rursus, omnes sive Judaeos, sive Gentiles, sive Bithynos, sive Ponticos, sive Romanos in fide et gratia Christi esse aequales: Deum enim non dedisse majorem fidem aut gratiam Judaeis quam Gentilibus, Romanis quam Ponticis. Esto enim Apostolis et viris Apostolicis eximisque Sanctis major data sit et datur gratia et fides intensiva, vel extensiva, ut plura sciant et credant quam ceteri fideles; objective tamen et essentialiter non datur major, sed in omnibus est eadem et aequalis, quia omnes habent eandem specie fidem et gratiam, per quam idem eandem ratione credunt de Deo et Christo, ideoque ab eo fidei suae premium expectant. Rursus discrimen intentionis vel extensionis fidei est in particularibus personis, non in totis gentibus: haec enim Judaei quia Judaei, intensiorem aut extensio-riorem accipere fidem, aut gratiam, quam

gradum et ordinem: Petrus enim orate Episcopopus, et gradu Pontifex, superior erat omnium fidelium, non aequalis, uti perperam ex hoc loco probare contendunt heretici.

SORTITI SUNT, — id est, sorte acceperunt: fides enim et gratia respectu accipientium quibus non est debita, datur sorte, id est casu et gratis; licet ex parte Dei non sit sorte, sed designata voluntas et benevolentia. Unde Paulus, *Ephes.* i, 11, ait: « In quo etiam et nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae. »

IN JUSTITIA, — id est per justitiam. Ita Pagninus, Tigurina, Clarus, Gagneus, Vatablus, et alii hie, ac Prosper, lib. I *De Vocat. Gent.*, xxiii. « Justitiam » primo, accipit passionem et meritum Christi: his enim Christis juste satisfacit pro nostris peccatis, nobisque meruit fidem, gratiam et salutem. Unde Christus a Paulo dicitur « factus nobis justitia, sanctificatio et redemptio, » *I Corinth.* i, 30; et Isaïas, *LIII*, 13: « Justificabit, ait, ipse justus servus meus multos. » Quare cavendum est hic commentarius Adami Sæboud, dum hunc sensum refellit, ex eo quod fides, inquit, nobis obtingat non ex merito Christi, sed ex gratia Dei: hoc enim falsum est: Deus enim nullam homini dat gratiam nisi per meritum Christi: Christus enim meruit nobis omnem gratiam; ergo et fidem, juxta illud *Ephes.* i, 3: « Benedixit Deus, etc., qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo; de quo vide Concilium Tridentinum, *sess.* VI, cap. v et vi; S. Augustinum, *De Praedest. Sanct.*, cap. xv, et Francisco Suarez, *lib. part.*, tom. I, disp. 41. Ita Cajetanus, Catharinus, Salmeron et alii.

Secundo, per justitiam accipit sanctitatem Christi, q. d. Christi justitia et sanctitas est causa tum efficiens, tum exemplaris, tum finalis nostrae fidei, justitiae et sanctitatis: hujus enim initium et basis est fides. Hinc Daniel, cap. ix, vers. 24, Christum vocal Sanctum sanctorum et justitiam sempiternam; et S. Dionysius, cap. iv *Eclesiast. Hierarchy*, part. iii, Christum vocal sanctitatis fontem, qui nos replet sanctitate; et S. Cyrillus, lib. IV *Theodori*, cap. 1: « Filius, ait, non sic, sed in sanctitatis fons ex propria potestate discipulos sanctificat. » Idem, lib. IV in *Joan.* cap. ii, vers. 8: « Tabernaculo, ait, procedente, Hebraei sonabant; stant, castra metabantur, ut nos discamus nullum alium datum nobis dicere ad salutem, quam Verbum Dei hominem factum. »

Tertio, per justitiam accipit potestatem misericordiae, juxta illud: « Dispersit, dedit pauperibus; justitia, » id est misericordia et elemosina, » *ejus manet in seculum saeculi*, » *I Corinth.* ix, 9, q. d. Per misericordiam Christi nobis a Prophetis promissam acceptamus fidem. Unde S. Ambrosius, lib. III *De Virg.*, sub finem, ait Christum esse omnibus querendum, Christum esse omnia amantibus, ac stillare rorem gratiae in omnia.

haec enim Judaei quia Judaei, intensiorem aut extensio-riorem accipere fidem, aut gratiam, quam Gentiles. Nota, dicit « coequalum fidem, » non

Quarto, « iustitia » accipi potest pro justificatione, q. d. Per justificationem Christi, quia scilicet ipse nos justificat, accipimus fidem: justificationis enim initium est fides. Cum ergo Christus dedit nobis fidem, tunc cepit nos justificare, et orsus est nostram justificationem. Huc accedit Adamus, qui in *iustitia* exponit *eum iustitia*, q. d. Christus non tantum dedit nobis fidem, sed et iustitiam, quasi fidel terminus et complementum, Christus enim nobis factus est omnia, quia dedit omnia dona quibus ad salutem dirigimur. Unde Nyssenus, lib. *De Vita Noë*: « Omnia inquit, bonorum spem in Christo firmat esse credimus: qui bonum aliquid adeptus est, is in Christo est, qui omne bonum continet. » Origenes, lib. V in *Genes. ad Roman.*, ait « Christum esse omnia bona, dialolum vero omnia mala. » Quare sapienter Nazianzenus, in *Sermonibus*: « Ego, ait, Christum amplissimum opum instar duco, quem utinam aliquando mihi pura mente inluceri contingat, cetera autem mundus habere. » Idem in *Carm. 9*:

At soli tibi solus ego sum, Christe, relicto,
Imperio qui cuncta tenes: in te mihi robur
Omne situm est, in te fiducia tota saluta.

Et S. Paulinus, natali S. Felicis, Christum alloquens, ait:

In te composita mihi sit anchora vita.

DEI NOSTRI ET SALVATORIS JESU CHRISTI. — hoc est, Jesu Christi qui est Deus et Salvator noster: utrumque enim ad Christum pertinere colligitur ex Græco, qui utrumque uno articulo comprehendit τὸ θεῖον ἔργον καὶ σωτήριον ἡμεῶν Χριστῷ. Unde patet Christum esse Deum. Hoc enim in primis Ecclesie et fidei initium, fidelibus inculcare volebat et debebat S. Petrus et Apostoli, nimirum Christum non esse merum hominem, uti docebat Ebion sub idem tempus, sed verum Deum et verum hominem. Praelare S. Hilarius, lib VII *De Trinit.*: « Deum, inquit, Dominum nostrum Jesum Christum his quinque modis novimus, nomine, nativitate, natura, potestate, professione; » que deinde sigillatim explicat et confirmat. Secundo tamen recte multi « Dei nostri referunt ad Deum Patrem, » vero *Salvatoris* ad Christum. Nam vers. sequenti S. Petrus videtur Deum distinguere a Christo, ac consequenter per Deum intelligere Patrem, per Salvatorem Filium Jesum Christum: unde cum vocat Dominum eum articulo, dicens τὸ θεῖον. Nam, ut ait Christus *Joannis* XVII, 3: « Hæc est vita æterna ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum; » utrumque enim ad salutem requiritur, scilicet cognitio tam Dei veri, quam Filii ejus Jesu Christi pro nobis incarnati.

2. GRATIA VOBIS ET PAX ADIMPLEATUR. — *καταβάσις*, id est *multiplicetur*, ut in multitudine (sub qua et magnitudinem, per enallagen quantitatis discrete pro continua, intellige) gratia et pacis

assidue crescentes ad utriusque plenitudinem tandem pertingatis. Inuit Christianos assidue in gratia et virtute debere proficere, quia, ut ait S. Augustinus in *Psal. LXXVII*: « Nemo fidelis dicit, Sufficit; ubi dixisti, Sufficit, ibi defecisti. » Et S. Leo, serm. 2 *De Quadrag.*: « Hæc est perfectiorum vera iustitia, ut nunquam presumant se esse perfectos, ne ab itineris nondum finiti intentione cessantes, ibi incidant deficiendi periculum, ubi proficiendi deposuerint appetitum. » Et Nazianzenus in *Sermonibus*: « Cave, ait, ut inquam, in via virtutis subsistas: tibi enim qui a vitiosa vita excessisti, perinde esse puto considerare, ac si in immum vitii gurgitem laboreris. »

Pacem jungit gratia, quia, ut ait S. Leo, serm. 6 *Nativ.*: « Ubi fuerit veritas pacis, nihil potest deesse virtutis. Quid est autem, dilectissimi, habere pacem ad Deum, nisi velle quod jubet, et nolle quod prohibet? Si enim humane amblicie patres animos et similes expectant volantes, nec unquam diversitas morum ad firmam potest pervenire concordiam: quomodo divinas particeps erit pacis, cui ea placent, qua Deo displicent, et illi appetit delectari, quibus illum novit offendere? »

ADIMPLEATUR IN COGNITIONE DEI ET CHRISTI: — crescente enim et impleta cognitione Dei et Christi, crescit pariter et impletur gratia et pax: quia quo magis bonitas Dei et Christi cognoscitur, non solum speculative, sed et practice, eo magis amatur et colitur.

Pro cognitione græce est *ἐπιγινώσκω*, quod S. Ambrosius, *epist. 33 ad Demetrium*, in edit. Roman. S. Augustinus in *Expos. epist. ad Rom.*, et Prosper *Contra Collat.*, vertunt *recognitione*, id est, memoris et grati animi cognitione; Pagninus, *agnitione*; alii *super cognitione*: in enim est *super*, *γινώσκω*; *cognitio*. Videtur enim S. Petrus optare fidelibus augmentum fidei, cognitionis et illustrationis divine, ut prima Dei cognitio et fides quam acceperant, cum a gentilismo conversi sunt ad Christum, vocetur *ἐπιγινώσκω*; profectus vero cognitionis et fidei vocetur *γινώσκω*, quasi *γινώσκω* superans. Mianus recte alique *γινώσκω* dant Gentilibus, *ἐπιγινώσκω* Christianis, quod cognitio Dei quam habent Christiani, superet cognitionem Dei quam habent Gentiles, tantum quantum fides superat rationem et lumen naturale.

Optat ergo, et optando hortatur S. Petrus, ut fideles orando, meditando, audiendo, legendo et studendo proficiant in cognitione, et consequenter in amore Dei, ut audeant se opponere hereticis, qui sub idem tempus exorti vocati sunt Gnostici, quod cognitionem Dei perfectam sibi arrogarent.

3. Quomodo. — Pendet a præcedentibus. Explicat enim cognitionem Dei et Christi, q. d. Opto et precor vobis, ut « gratia et pax adimpleatur in cognitione Dei et Christi, » ut scilicet plenius et profundius cognoscatis, « quomodo omnia nobis divine virtutis sue, que ad vitam et pietatem

pertinent, donata sunt per cognitionem ejus. » Aut simpliciter, q. d. « Gratia et pax vobis adimpleatur in cognitione Dei et Christi, » quomodo, id est *perinde*, vel *sicut* per hanc Dei et Christi cognitionem omnia divina dona, que ad vitam et pietatem pertinent, nobis donata sunt. ut *quomodo*, græce *ὡς*, sit exegeticum, respondens Hebræo *כִּי* *עָשָׂה*, explicetque præstantiam cognitionis Dei et Christi, nimirum quod per eam omnia gratiarum dona a Deo acceperimus, q. d. Ideo opto vos crescere in cognitione Dei et Christi, quia per eam crescit pariter in reliquis donis Dei: hæc enim omnia per eam uti primitus donata sunt, ita in dies magis donantur et augentur a Deo. Ita Adamus, Gagneus et alii.

Secundo, Arias et Vatablus Græcum *ὡς*, id est, *quomodo*, accipiunt ut notam admirationis, q. d. O quam abunde divina virtus largita est nobis omnia que ad vitam et pietatem pertinent! quasi S. Petrus ordiatur epistolam ab exclamatione et admiratione divine in Christianos munificentie, per quam adeo nos ditavit et exaltavit, ut fecerit nos divinas consortes nature. Hæc expositio pathetica est, eique aptari potest vulgata versio, que habet *quomodo*: simili enim modo Jeremias admirans cladem Hierosolymæ, orditur Threnos, dicens: « Quomodo sedet sola civitas? » Simili modo admirans Dei in suos beneficentiam, exclamatur Psaltes, *Psalm. LXXIII, 1*: « Quam bonus le-ræel Deus his qui recto sunt corde! » et *Psal. XXX, 20*: « Quam magna multitudo dulcedinis tue, Domine, quam abscondisti timentibus te! » S. Petrus consonat S. Joannes, qui pari modo ab admiratione beneficiæ Incarnationis Verbi epistolam orditur, dicens: « Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus et manus nostræ contractaverunt de Verbo vite, » etc. Idem fuit S. Paulus, *Ephes. 1, 3* et seq.; *Rom. 1, 2, 3, 4, 5*, et *Hebr. 1, 1* et seq. Est enim hoc magnum pietatis sacramentum omni admiratione et acceptione dignum, ut ait idem *1 Timoth. 1, 15*, et *III, 16*. Prior tamen sensus uti simplicior, ita et germanior est. Alii aliter hæc expliçant, sed varie et obscure (1).

OMNIA DIVINE VIRTUTIS SUE. — *ἅπαντα*, id est *virtutes*, q. d. Deus per fidem Christi effudit in vos omne suum robur, omnem potentiam, æque ac misericordiam. Unde canit Deipara: « Fecit potentiam in brachio suo, » *Lucæ 1, 54*, quia scilicet per Christum Christianique fidem accipimus remissionem peccatorum, gratiam, iustitiam, virtutes omnes, ac præsertim robur divinum ad superanda omnia adversa, ad martyrium, ad convertendum totum mundum; denique jus et pignus felicitatis et glorie celestis, regni que æterni et divini. Annon hæc potentia sunt Dei

(1) Rosenmüllerus: Vocata *ὡς*; quum alias, tum participis juncta sic ponitur, ut abundet. Aliiotti vertit, *quomodo*.

opera et dona? Adde, per fidem donatur nobis ipse Christus, qui est Verbum, brachium, robur et potentia Patris æterni.

QUE AD VITAM ET PIETATEM (supple *pertinent*: ita Tigrina et Pagninus) DONATA SUNT. — Ita Romana et Græca nonnulla, que habent *ἀποδοθήσονται*, idque exigit sensus plenus, qui alioqui est huiusmodi et pandens, si scilicet legas eum Græcis aliis quibus *ἀποδοθήσονται*, id est *donata*, scilicet divine virtutis, hoc est, ut legit Cajetanus, « que, » scilicet divina virtus, « ad vitam et pietatem donata est. » Pendet enim *quomodo omnia divina virtutis sue*, nisi addas et e. pleas, « donata sunt. » Per vitam anatomasticè intellige supernaturalem, celestem, divinam et æternam, puta vitam gratiæ et gloriæ; hæc enim sola, vera et perfecta est vita.

Ex hoc loco patet de fide esse, nihil ad pietatem et salutem pertinens posse effici ab homine puris nature viribus, uti volebat Pelagius; sed tantum dono gratiæ Dei. Ita Prosper *Contra Collatorem*, cap. xxxix, ac proinde « nihil magis fulgiendum est, ait S. Ambrosius, epistola 33 ad *Demetriadem*, quam appetitus hujus concupiscentiæ, que virtutem negat divini operis amore propria dignitate; et cum alie cupiditates ea tantum bona quibus adversantur imminuant, hæc dum omnia ad se trahit, simul universa corrumpit. »

Qui (Christus, ut patet ex vers. sequenti) VOCAVIT NOS PROPRIA GLORIA ET VIRTUTE. — Legit interpres *ὡς*, id est *propria*; jam Græci legunt *ὡς*, id est *per gloriam et virtutem*, quod eodem redit. Perperam Beza vertit, *propter gloriam suam*, quasi *ὡς* accipiatur pro *quod*; hoc enim novum est et insolens. Jam « gloria, » id est, gloriosa gratia: « gloria » enim metonymicè capitur pro gratia, « gloria » enim index et effectus gloriæ et gloriæ gratia est index et effectus gloriæ et gloriæ misericordiæ Dei: Deus enim suam gloriam, id est gloriosam potentiam, sapientiam et misericordiam maxime ostendit per gratiam, dum per eam nos peccatores, viles, miseros et indignos vocavit ad suam amicitiam, hereditatem, regnum et gloriam. Sic ait S. Paulus: « Omnes peccaverunt, et egent gloria, » id est gratia « Dei, » *Rom. III, 23*. Et sæpe alibi Christi gratiam, utipote magnificam et gloriosam, vocat « gloriam, » ut *II Corinth. III, 8, 9, 10, 11, 14*, et *Rom. IX, 23*, eandem vocat « divitias gloriæ. »

Eandem misericordiam et gratiam vocat « virtutem, » græce *ἀρετή*, quia maxime illustrat apud homines Dei virtus est ejus clementia, beneficentia et gratia. Sensus ergo est, q. d. Vocavit nos Deus non ob nostram, sed ob suam gloriosam gratiam et virtutem, id est misericordiam. Unde Prosper loco citato legit: « Vocavit nos propria gloriæ virtute, » ut sit *hendiadys*, « gloria et virtute, » id est, gloriosa virtute, puta gloriosa misericordia. Secundo, per « gloriam » accipio gloriosam humanitatem et opera Verbi incarnati, de

quibus S. Joannes, cap. 1, vers. 14: « Vidimus, ait, gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre. » Unde Catechismus ait Christum nos vocasse « propria virtute » bene vivendo, ut et ipsi bene vivamus: et propria gloria: patrandi miracula et ostendendi subinde dotes gloriosi corporis. Hinc tertio, Thomas Anglicus per gloriam accipit gloriam corporis, quam Christus in transfiguratione ostendit SS. Petro, Jacobo et Joanni: per virtutem vero accipit miracula, que Christus coram iisdem plerumque fecit quam coram ceteris Apostolis: hinc enim tam ipse quam socii ejus Apostoli vocati sunt a Christo. Hic sensus appositus est, ad eamque respexit S. Petrus: sed inadem quibus videtur et acrior: adque enim significat gloriam, id est, gratiam Christi qua vocavit omnes fideles (1).

4. PER QUEM MAXIMA ET PRETIOSA NOBIS PROMISSA DONAVIT. — Est hic triplex lectio. Prima, N. 4, id est per quem scilicet omnia divine virtutis dona, que ad vitam et pietatem pertinent, uti præcessit. Ita Eusebius et S. Ambrosius, epist. 33 ad Demetriadem, Hugo et Thomas Anglicus, Seneca, per quem scilicet vocacionem: Ita S. Ambrosius, lib. X, epist. 84, et Bada: vel cognicionem: Ita Adamus: vel gloriam et virtutem. Tertia et penultima, N. 5, id est: per quem, scilicet Christum. Ita Romana, S. Athanasius, orat. II contra Arianos; Glossa, Dionysius, Gagnelut et alii.

Promissa. — Intelligit res promissas a Deo gratis et liberaliter (hæc enim sunt inæquæ metonymie, g. 4. Pretiosa illa dona, que Deus per Moysen et Prophetas promissit se daturum per Christum, jam per ipsum dedit et exhibuit, puta remissionem peccatorum, gratiam, sanctitatem, virtutes omnes tam Theologicas quam morales, jus et dignitas gloriæ, etc., quæ et Spiritum Sanctum ipsamque delectationem, ut mox præbit: que paulo ante vocavit: « Omnia divine virtutis que ad vitam et pietatem pertinent; » his enim convenit id quod sequitur: « Ut per hunc efficiamini divine consortes nature. » Adde Spiritum Sanctum, datum in Pentecoste cum dono linguarum, sapientiæ, prophetiæ, sanctorum, miraculorum, et ceteris ad convertendas gentes, ipsamque conversionem gentium toto orbe diffusarum.

Pretium et dignitatem harum rerum promissarum, que per Christum Deus fidelibus donavit et donat, symbolice similitudinibus et figuris representat S. Agnes apud S. Ambrosium, lib. IV, epist. 34: « Ornavit, inquit, inestimabili dextro chero dexteram meam, et eorum meum cinxit lapidibus pretiosis. Tradidit auribus meis inestimabilem margaritam, et circumdedit me veronibus atque coruscantibus gemmis: posuit signum in facie mea, ut nullum preter ipsum amorem admittam. Induit me cyclade auro texta, et imensis monilibus ornavit me. Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos mihi daturum, si ei perseveravero, reponisist, » etc.

(1) Sensus hujus verborum est: Deus pro sua potentia omnia nobis donavit, que ad beatam vitam et pietatem pertinent, dum nobis dedit cognicionem Christi, qui (Christus, qui Deus) propria virtute nos vocavit: per quem (Christum) Deus (Pater) maxima et ætiosa (bona) nobis præstitit donavit.

aperit Tertullianus, lib. De Resurrectione, cap. viii: « Caro abluitur, inquit, ut anima emaculetur; caro ungitur, ut anima consecratur; caro signatur, ut anima muniat; caro manus impositione adumbratur, ut et anima spiritu illuminetur; caro corpore et sanguine Christi vescitur, ut anima de Deo saginetur. »

Ut per hunc efficiamini divine consortes nature. — Ex hoc loco nulli accipere occasionem errandi. Primum, Quia dicitur non per ipsam divinam, ut realiter justitiam, sed per ipsam Dei justitiam et sanctitatem, quod illi hæretici videntes esse impossibile, dixerunt nos justificari per meritum et justitiam Christi nobis imputatam. Videtis hanc doctrinam, lib. II De Justificatione, cap. v.

Secundo, Michael Serretus, quem Calvinus quasi hæreticum Geneve morte et incendio multari curavit, censuit delectationem reipsa in justos transfundi, sicut transfunditur anima in corpus dum illud animatur et vivificatur, de quo Beza hic: « Fidei, ait, sunt, qui hinc essentia divine in nos transfusionem imaginantur, ut impius Iliu Servetus præfate ad mortem usque defendit; et tamen sunt qui magnam bono viro scilicet injuriam factam putent. Hæc ille.

Tertio, nonnulli nimis contemplativi tempore Gersonis, et etiam hoc nostro, imaginati sunt se per contemplationem illa uniri Deo, ut reipsa ipsorum natura in abyssali profundo divinitatis submergeretur, puta humanitas annihilaretur, et tota tangeretur in divinitatem: qui fuit error Almarici, cujus insinuationes fuit Ruibrachius a Gersonis, ut patet ex Epistola ejus ad Bartholomæum Carthusianum, quem scripsit contra defensionem Ruibrachii factam a Joanne de Schoepstia. Sic Eutychius nonnulli dicebant Christi humanitatem a deitate fuisse consumptam, sicut consumitur argentum vivum ab auro cum liquatur, ita ut in Christo una fuerit tantum natura, scilicet divina, non dua. Unde Apollinaris censuit in Christo non fuisse mentem humanam, sed tantum divinam. Et Monothelites censuerunt in Christo unam fuisse voluntatem, scilicet divinam. Omissis hæc fanaticorum et Eulhasianorum somniis ac deliriis, S. Ambrosius, epist. 38, et Eusebius, hic censent nos fieri divine consortes nature per Christum: in Christo enim nostra humana natura facta est consors divine, quæ eadem juncta est ætissime in eadem hypostasi Verbi.

Verum hæc unio jam erata facta, et per eam omnes homines facti sunt consortes divine nature: S. Petrus autem solis fidelibus ait: « Ut per hunc efficiamini divine consortes nature, » utique non in Christo, sed in vobis ipsis.

Hæc ergo, solus Deus essentialiter habet divinam naturam; deitas enim essentialiter solum est in Deo Patre, Filio et Spiritu Sancto. Unde solus Filius (æque ac Spiritus Sanctus) est *hæreticus*, id est, *consubstantialis* Patri. Quocirca S. Ambrosius, lib. De Incarn., cap. viii, docet unam tantum esse naturam divinam, ex eo quod S. Petrus ait « nature, » non naturarum, eamque esse in Filio, utpote qui eam nobis communicet, ac proinde Filium vere et proprio esse Deum. Rursum personaliter, puta per unionem hypostaticam, solus Christus homo est consors divine nature, quia cum ea subsistit in eadem persona divina Verbi.

Fideles ergo et justii sunt consortes divine nature, non essentialiter, nec personaliter, sed partim accidentaliter, partim substantialiter. Accidentaliter, per donum gratiæ sanctificantis, quod est accidens a Deo animæ infusum, per quod proxime et summe participamus divinam naturam. Gratia enim est res adeo nobilis et sublimis, ut omnium angelorum et hominum naturam superet, et sic sit supernaturalis, adeoque nulla creata substantia dari possit, cui gratia sit consubstantialis, ut Theologi docent, eo quod ipsa quasi in summo participet divinitatem in eo apice, quo ipsa transcendit omnes res creatas omnemque naturam. Atque ex hoc fonte emanantque septem nobilissimi effectus et dignitates, quos gratia conferit animæ. Primum enim gratia expellit omne peccatum mortale.

Secundo, facit hominem gratam Deo, ejusque amicum, ut vera intercedat amicitia inter Deum et hominem justum, uti docet S. Thomas, II II, Quæst. XXIII, art. 1, ubi Suarez, Valentia et alii ostendunt omnes amicitie conditiones inveniri in charitate, quæ homo fit amicus Dei.

Tertio, gratia facit hominem rectum et sanctum, ut voluntas, mens omnesque potentie sancte subdantur Deo ac legi Dei, adeoque hominem justum facit similem Deo, qualis creatus est Adam in statu innocentie, juxta illud *Ephes.* cap. iv, vers. 24: « Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate: veritatis. »

Quarto, gratia facit justum Dei filium et heredem, juxta illud *Coloss.* 1, 12: « Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine: » qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis sue. »

Quinto, secum adducit omnes virtutes Theologicas, et morales supernaturales, puta prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam, etc.; ac septem dona Spiritus Sancti, que primitus in Christo requiescunt ad *Isaias*, cap. xi, 2, dicens: « Et requiescit super eum spiritus Domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, et reple-

bit eum spiritus timoris Domini. » Ita docet D. Thomas, I II, Quæst. LXXIII, art. 3, et *Quæst.* LXXVIII, art. 1, ac passim Theologi.

Sexto, gratia est semen gloriæ: sicut ergo ex semine nascitur arbor et fructus, sic ex gratia nascitur felicitas et gloria æterna.

Septimo, gratia est principium et causa tum satisfaciendi pro præteritis culpis, tum merendi augmentum gratiæ et gloriæ. Ita Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. xvi, et S. Thomas, I II, Quæst. CXIV. Per gratiam ergo homo elevatur et fit ordinis non angelici, sed divini; adeoque consors, socius et participes divinitatis: hujus enim major participatio esse nequit, quam per gratiam.

Considerent hæc peccatores, ut videant quantum gratia bonum ob viam voluptatum amiserint, omnibusque virtutibus illud recuperare conentur; justii vero illud retinere, confirmare, augere et perficere satagant. Considerent id quod ait S. Joannes, epist. 1, cap. iii, vers. 1: « Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus; » et cap. iii, vers. 2: « Nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus. »

Dico secundo, justii sunt consortes divine nature, non tantum accidentaliter per gratiam sanctificantem, sed et substantialiter per ipsam naturam divinam eis communicatam, qua adoptantur a Deo in filios, hæredes, et quasi deificantur. Pro quo nota primo: Formalis justificatio et adoptio nostra totaliter consistit in charitate et gratia nobis indita et inherente, que in se complectitur, secumque offert Spiritum Sanctum, qui charitatis et gratiæ est auctor: nec enim gratia adoptans a Spiritu Sancto, nec Spiritus Sancti adoptio a gratia divelli potest, sicut radius a sole, et sol a radia divelli nequit, uti nec ejus lux a calore, aut calor a luce separari potest. « Hæc scilicet est charitas Dei diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, » ut ait Apostolus, *Rom.* v. Spiritus Sanctus enim per charitatem et gratiam nos formaliter justificat, inhabitat, vivificat et adoptat. Justitia enim inherens, sive gratia justificans, non est una simplex qualitas, sed multa complectitur, scilicet remissionem peccatorum, fidem, spem, charitatem, gratiam, aliaque dona, ac ipsam Spiritum Sanctum donorum auctorem. Hæc enim omnia in justificatione infusa accipit homo, ut ait Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. vii.

Hinc nota secundo: In justificatione et adoptione non tantum donatur homini charitas et gratia, sed ipse Spiritus Sanctus quoad dona sua daturat, ut nonnulli senserunt; sed etiam daturat, ut nonnulli senserunt; sed etiam daturat ipsissima persona Spiritus Sancti, ac consequenter datur ipse deitas totaque S. Trinitas, ita ut ipsa non tantum objective, sed et realiter et personaliter in anima justii cum donis, et per

donā sua novo modo fiat præsens, in eaque quasi in templo suo substantialiter inhabitat, eamque sibi uniat et quasi deficiat, ac consequenter adoptet: quod sans magne est dignationis divinæ, neque ad dignitatis et consolationis nostræ. Potuisset enim nos Deus et Spiritus Sanctus ita justificare, ut solum faceret justos, non tamen adoptaret in filios. Rursus potuisset nos adoptare in filios per solam gratiam inherenter; sed his non contentus ulterius voluit suam personam quasi annexere suis donis, eamque cum iis nobis donare, itaque per seipsum nos adoptare. Id ipsum discrete docet S. Bonaventura in *I Sent.*, dist. xiv, art. 2; *Quæst. I*, qua tota ostendit Spiritum Sanctum, non tantum in effecta, sed etiam in propria personā quasi donum inercitum justis dari, ut sit eorum perfecta possessio. Idem docet Magister Sentent., lib. I, disp. xiv et xv, ex S. Augustino et aliis, et Scotus, Gabriel, Marsilius ibidem. Idem clare asseverat S. Thomas, I part., *Quæst. XLIII*, art. 3 et 6, et *Quæst. XXXVIII*, art. 8, ubi ostendit Spiritus Sancti nomen proprium esse donum, quia ipse donatur omnibus justis. S. Thomam sequuntur eius discipuli, ac nostri Patres Vasquez, Valentia et maxime Suarez, lib. XII *De Deo trino et uno*, cap. v, num. 11 et 12, qui inde inferunt, quod Spiritus Sanctus novo modo secundum substantiam suam incipiat præsens esse in anima iusti, quo ante non erat, citatque præ hoc sententia S. Leonem, S. Augustinum, S. Ambrosium, adeoque cum S. Thoma eam ita certam esse asserit, ut contrarium dicere censet esse errorem. Probaturque ex S. Scriptura, I *Corinth.* vi: « Membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, quem habetis a Deo. » *Rom.* v: « Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis. » I *Joan.* iv: « Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. » *Joan.* cap. xiv: « Quem mittit Pater in nomine meo, et apud vos manebit, et in vobis erit. Et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus; » et *Joan.* xvi: « Si habero, mittam eum ad vos. » *Rationem* dat Suarez, num. 42: « Quia, inquit, dona gratiæ vi sua et quasi conaturali jure postulant realem ac personalem præsentiam Dei in anima per talia dona sanctificata; quia si per impossibile fingamus Spiritum Sanctum non esse alias realiter præsentem intra animam, eo ipso quod anima talibus donis afficeretur, ipsemet Spiritus Sanctus veniret ad eam per præsentiam personalem; et maneret, quamdiu gratia in illa duraret. » Simili modo, inquit, Verbum præsens est humanitati Christi, ut si per impossibile antea non fuisset illi præsens, jam per unionem hypostaticam illi fieret personaliter et intime præsens. Addit deinde rationem moralem, quod scilicet per gratiam fiat perfectissima amicitia inter Deum et hominem, quæ postulat præsentiam amici, puta Spiritus Sancti, qui manet in anima amici sui, ut illi intime uniatur, in eaque tanquam in

templo suo resideat, colatur, ametur et adoretur.

Ex hac communicatione ipsiusdem personæ Spiritus Sancti et divinitatis, sequitur anime summa cum eo elevatio et quasi deificatio, ac consequenter adoptio perfectissima et divinissima, scilicet non tantum per gratiam, sed et per substantiam divinam. Unde S. Basilius, homil. *De Spiritu Sancto*, ait Sanctos propter inhabitantem Spiritum Sanctum esse deos; dictum enim est illis a Deo: « Ego dixi, dii estis, et filii excelsi omnes. » Indeque probat Spiritum Sanctum esse Deum: « Necessè est enim, inquit, divinum esse spiritum, et ex Deo esse, qui diis divinitatis est causa. » Jam sicut prioris adoptionis, quæ fit per gratiam, causa formalis est ipsa gratia: ita hujus secunde adoptionis, quæ fit per communicationem ipsius Spiritus Sancti, causa formalis est ipse Spiritus Sanctus animam justis inhabitans; medium vero, dispositio et vinculum est ipsa gratia: sicut unio hypostatica est medium et vinculum quo humanitas unitur Verbo; sed cum hæc dissimilitudine, quod hoc vinculum in Christo non sit aliqua qualitas, sed modus dumtaxat substantialis; hic vero in adoptione nostra sit qualitas et forma realis perfectaque, puta charitas et gratia, quæ natura sua possit hanc personalem Spiritus Sancti communicationem, eamque secum afferat descendente ipso Spiritu Sancto, quod sane mirè ejus in homines « gratia », familiaritatem et benevolentiam demonstrat, ideoque jugi laude, meditatione et gratiarum actione est celebrandum.

Quocirca gratia justificans est quasi causa formalis hujus communicationis Spiritus Sancti, qui eam possit, illique indivulse conjungitur: sicut calor in igne est quasi causa formalis splendoris, qui ex eo resultat, et lux in sole est causa quasi formalis virtutis calefactivæ, quam in se habet sol. Et sic gratia justificans est causa formalis uti justificationis nostræ, ita et adoptionis tam secunde quam primæ, omniæque hæc complectitur et secum adducit. Nec aliud videtur velle Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. iv et vii, cum contra modernos hæreticos statuentes justificationem externam vel instrumentalivam, docet in justificationem nos transferri in statum gratiæ et adoptionis filiorum Dei; et justificationis causam formalem esse justificationem Dei, « non quia ipsa justus est, sed quia nos justos facit, justificationem in nobis recipientes, quam Spiritus Sanctus parit per singulis prout vult, etc. » dum sanctissimæ passionis Christi merito per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui justificantur, atque ipsis inhaeret: unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, ad quem inseritur per fidem, spem et charitatem: nota fides, nisi ad eam spes accedat et charitas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit. » Porro charitas secum addu-

cit ipsam personam Spiritus Sancti, ut paulo ante ostendi: justificatio ergo et adoptio prima est accidentalis; quia fit per gratiam et charitatem, quæ sunt accidentia; secunda ex prima profuens est substantialis, ideoque divini, quia fit per communicationem ipsius Spiritus Sancti, ac naturæ divinæ, ideoque quasi substantialiter nos facit filios Dei, ut ejsdem quasi naturæ et essentiæ cum Deo Patre nostro simus.

Hinc Origenes, homil. 4 in *Levit.*, docet, quod societas nobis sit cum Patre, Filio et Spiritu Sancto, juxta illud I *Joan.* i, 3: « Ut societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo; » ac consequenter, inquit, cum Sanctis et cum angelis. Hanc societatem dirumpit et abnegat, quicumque malis actibus suis, malisque sensibus ab eorum conjunctione separatur. Hæc Origenes.

Symbolice, finis divinæ consortis naturæ per Eucharistiam. Ita S. Cyrillus, *Catechesi* iv: « Sic, inquit, efficiamur Christiani (ac concorporati et consanguinei Christi, ut paulo ante dixerat), hoc est, Christum in corporibus nostris ferentes, cum corpore ejus et sanguine in membra nostra recipimus; sic secundum B. Petrum divinæ naturæ consortes reddimur. »

Tropologice, Nyssen, initio operis *Epistolæ ad Romanos*, querit: Quid sit Christianismus? ac respondet: « Christianismus est imitatio divinæ naturæ, » ut cogitationes et actiones nostræ actionibus Dei similes sint, ab omni malitia et vitio alienæ, pure, sanctæ, et celestia sapiamus, celestibus afficiamur. Christianismus est conjunctio cum Christo, et professio vite Christi. Fieri enim non potest quin Christus sit et justitia, et puritas, et veritas, atque ejusvis mali vitatio; neque Christianus esse potest, qui non illorum nomina quoque communionem et societatem in sese ostendat; alioqui nomen et figuram Christiani habet, non veritatem et rem. Afferit exemplum simiæ, quæ a circulatori docta saltare et gestus humanos imitari, ac ad quæstum in theatrum producta, cum spectatores ei applauderent, censerentque simiam humanam veste et gestu præditam hominem esse; quidam ex eis callidior socio dixit: Ostendam tibi simiam esse simiam, non hominem: quare in theatrum simiæ obicit amygdala, quibus illa visis, oblitā sui, omniæque doctrinæ et decori, relicto circulatori magistro et præceptore suo, ad suam amygdala cucurrit, eaque enucleavit et comedit; itaque se simiam et bestiam, quæ non ratione, sed sensu et concupiscentia ageretur, ostendit. Ita Christiani multi habitum speciemque externam Christiani præ se ferunt, sed oblitati suis cupiditibus quasi nucibus, Christianismi oblitati in eas quasi pecora ruunt, itaque se non Christianos veros, sed fucatos; non homines ratione et fide viventis, sed hominum simias esse ostendunt. Baptismus enim et Christianismus est mors criminum, et vita virtutum, » ait S. Cyprianus, lib. II, epist. 2 ad Donatum, et Optatus

Milevitanus, lib. V *Contra Parmenionem*. Idem Nyssen laudans fratrem suum S. Basilium: « Genus illi, inquit, familiaritas et necessitudo erat cum Deo; patria vero, virtus. »

Quocirca graviter S. Leo, serm. I *De Nativitate*: « Agnosce, ait, o Christiane, dignitatem tuam, et divinæ consortis factus nature, noli in veterem vilitatem degenerare conversatione redire. Memento cujus capitis et cujus corporis sis membrum. Reminiscere quia exutus de potestate tenebrarum, translatus es in Dei lumen et regnum. Per baptismatis sacramentum, Spiritus Sancti factus es templum. Noli tantum habitatorum pravis de tactibus effugare, et diaboli te iterum subicere servituti; quia præfatum tuum gansus est Christi, qui in veritate te judicabit, qui misericordia te redemit, qui cum Patre et Spiritu Sancto regnat in secula seculorum, amen. » S. Macarius, hom. 43, docet Deum universa potiri creatura; ac societatem contraxisse cum solo homine, in eoque conulescere: « Vides, ait, cognationem Dei cum homine, et hominis cum Deo? Quapropter sagax et prudens anima cunctas peregrinas creaturas sibi quietem ipsa non reperit, nisi in Domino solo: nec Domino complacuit in illo, præterquam in solo homine. Si expleres oculos ad solem, circum ejus reperies in celo; lumen autem et radios in terram vergere, et ad terram tendere vim omnem lucis et splendorem. Sic etiam hominum sed a dextris Patris: oculum autem summum extensum habet in corda hominum in terra degentium, ut auxilium ejus excipientes illic, ubi ipse est, extollat: Quotiam, inquit, ubique sum, illic et minister meus erit. »

Porro licet gratia faciens nos divines consortes nature adducat et includat omnes virtutes, tamen S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, id ipsum appropriat virginitali: « Grandia nobis, inquit, et pretiosa virginitalis promissa donavit, ut per hæc efficiamur divinæ consortes nature. » Quo facit id quod sequitur: « Fugientes eam quæ in mundo est concupiscentia corruptionem; » et illud *Sapient.* vi, 20: « In corruptio facit proximum esse Deo. » Alii melius id ipsum appropriant charitati, quæ, ut ait S. Bernardus, serm. De *diversis affectionibus anime*, ex affectu clamat: « Quid mihi est in celo, et a te quid velui super terram? Defecit caro mea et cor meum, Deus cordis mei et pars mea, Deus, in æternum. Neque enim suum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud quicquam tanquam privato sui ipi-ius amore desiderat anima quæ ejusmodi est; sed tota pergit in Deum, unicuique ei ac perfectum desiderium est, ut introducat eam Rex in cubiculum suum, ut ipsi adhæreat, ipso fruat. Unde et jugiter revelata facie, quoad potest, celestis sponsi gloriam speculando, in eamdem imaginem transformatur de claritate in claritatem, tanquam a Domini spirita. Ex hoc plane audire meretur: Tota pulchra es, amica mea. Audiet et ipsa loqui:

Dilectus meus mihi, et ego illi. Atque in huiusmodi felicissima et jucundissima confabulatione delectatur gloriosa cum sponso. »

S. Ambrosius, lib. VI, *epist.* 38 : « Quid illud atextam, inquit, quod hominem Deus divina fecit consortem nature, sicut in Epistola Petri legimus? Unde non immerito quidam ait : Cujus et genus sumus. Uerū enim nobis de cognitione sua, rationabilis scilicet nature, ut queramus illud divinum, quod non longe est ab unoquoque nostrum, in quo et vivimus, et sumus, et movemur. »

Anagogice, quod tamen accipi potest ut sensus litterarum, ac prioris jam dati pars ultima et complementum (gloria enim est consummatio gratiæ), eritque divina concreta nature plane et perfecte, cum divina gloria, felicitatis et regni Deus nos faciet participes in celo. Nam, ut ait S. Joannes, *epist.* I, cap. III, 2 : « Cum apparuerit, similes et erunt, » et S. Augustinus, tract. III in *Joannem* : « Quem majorem honorem accipere poterit adoptivus, quam ut sibi ubi est unicus, non equalis factus divinitati, sed consociatus eternitati? » Adipsum innuit Petrus, dicens : « Ut per hanc efficaciam divini consortes nature, » puta divini gloriæ participes. Deus enim per lumen gloriæ ostendens se clare Beatis, eosque seipso impletis et beatis, ita se eis transfundit, ut eos sibi similes efficiat, puta beatos, gloriosos, divinos et quasi deos : neo enim altius assurgere potest homo, aut magis Deo uniri, in eumque transire. Unde S. Athanasius, *serm.* 4 *Contra Arianos* : « Ut enim Dominus, ait, induto corpore factus est homo : ita et nos homines ex Verbo Dei deificamur (*θεοποιούμεθα*), id est, *simus Dei*, eo quod illud receptum sit in carne, et jam inde vitam æternam adipiscimur. » Et Nazianzenus, *orat.* 42, ait hominū divinitatem consequi, ut Dei claritatem videat : ubi Nicolaus : « Beificatio, ait, omnis actionis et contemplationis est terminus. Dedicatio, id est Dei visio et contemplatio : per hanc enim Beati Deum ita possident, ut cum eo quasi deificari et in Deum transire videantur, perinde ac ferrum plane ignitum in ignem converti videtur. »

Hoc sensu particula ut, cum dicitur : « Ut efficiamini divini consortes nature, » proprie significat causam efficientem et finalem : gratia enim efficit gloriam, quæ nos facit consortes divini nature et beatitudinis, atque gloria est finis gratiæ. Nam in priori sensu litterali, ut significat causam formalem : gratia enim formaliter nos facit consortes divini nature, id est, gratos Deo, amicos, filios et heredes Dei, homines divinos et deiformes.

Denique ex hoc loco Henricus a Gandavo, lib. XIII, *Quest.* XII, censuit beatitudinem et visionem Dei fieri per illud divinitatis, ita scilicet ut Beatus videat Deum, hæcque visio beatum non producendo, nec active efficiendo hanc visionem, sed mere passive se habendo : Deum enim

solum suo illapsu illam efficere et producere primum in anima, deinde in anima potentis. *Primo* ergo, inquit, ipsa anima essentia illuminante inchoata luce, scilicet ipsa deitate per illapsum lucent, et inflammata ardore charitatis illa ardet, ut in ipsa appareat nihil nisi Deus : sicut in ferro candente nihil apparet nisi ignis : deinde derivatur in potentias, nempe in intellectum, purgando ipsum ut clarius videat ; et voluntatem, ut ardentius amet, itaque tota anima sit igne divinitatis accensa. Sic Henrici sententiam de formali beatitudine, que est ipsa visio et amor Dei visi, explicant et refellunt D. Soto in IV, *dist.* 49, *Quest.* I, art. 3, et Scotus, *dist.* 49, *Quest.* II. Noster tamen Vasquez, I II, *disp.* 8, cap. I, melius censet Henricum loqui de beatitudine et illapsu divinitatis obiectivo, non formali : deitas enim est nostra beatitudo non formalis, sed obiectiva, quia scilicet ipsa est obiectum quod sui visione nos beat.

FIGURANTES (ἀπειροειδέσιν) in aoristo, id est, cum auferentis ; Paganus et Figurina, si *refugeritis* ERIS QUI IN MUNDO EST CONCUPISCENTIE CORRUPTIONEM, — *τίς ἐστὶν ἡ ἀποκαταστάσις αὐτῶν*, id est, a corruptionem que est in concupiscentia in mundo ; Paganus et Figurina, si *refugeritis a corruptione que est in mundo per concupiscentiam* : concupiscentia enim cum sit carnalis et sordida, plane repugnat divine nature, quæ purissimus et sanctissimus est spiritus. Rursum ipsa corrumpit tum corpus, quam animam : imde Cesarinus Arelatensis, *hom.* 11 : « Incomparabiliter, ait, graviorem plucorem reddunt cogitationes luxuriosæ, quam voluptas. » Si ergo divine nature consortes effici cupimus, necesse est ut concupiscentiæ renuntiemus et bellum indicemus.

Unde S. Leo, *serm.* 1 *De Nativitate* : « Deponamus ergo, inquit, veterem hominem cum actibus suis, et adepti participationem generationis Christi, carnis renuntiemus operibus. » Idem, *serm.* 2 *De Ascensione* : « Sursum vocatos animos, ait, terrena desideria non deprimant, ad æterna preelectos peritura non occupent, viam veritatis ingreos fallaces illecebræ non retardent, et ita in fidelibus hæc temporalia occurrant, ut peregrinari se in hæc valle mundi cognoscant, in qua olimani quædam commoda blandiantur, non amplectenda nequiter, sed transcendenda sunt forsitur. » Et vox : « Cui autem nisi diabolo carnales militant voluptates, qui animas ad superna tendentes corruptibilibus bonorum delectationibus obligare, et ab illis scilicet de quibus ille excidit, gaudere abducere? » S. Hilarius in *Psalm.* CXXVII, *littera hæc* : « Patens, inquit, Deo est fidelis pectoris et ampla possessio, ut inhabitet et inambulet. Sed qui inhabitat, qui inambulat, quid tertium addidit? Et ego ero illorum Deus. Ecce promissam nobis ab eo portionem, ut simus Dei inhabitatio. Et dum in nobis ambulat, fit nobis ipse possessio, si sæculum relinquamus, si possessionem terrenam labili renuntiemus, si hereditatem eaducorum

respuamus, si viventes de sæculo exeamus. » Qui enim semel se in divinitatem misit animus, non nisi Deo et divinis pascat ; cætera ut exilia et vitia fastidit.

3. VOS AUTEM CURAM OMNEM SUBINFERENTIS. — Græca addunt καὶ αὐτῶν ἑαυτῶν, id est, et hoc ipsum, scilicet facite, ut fugatis concupiscentiam, sicut jam dixi, ad id « omne studium conferentes. » Ita Clarus, Cajetanus, Valabius (1). Transit S. Petrus a Deo ejusque donis ad fidelium ejusque officium, ut scilicet donis Dei jam dictis digne utatur, obsequatur, cooperetur, nec otiosa ea esse sinat ; sed in operando adaugeat et perficiat, ut quasi servus fidelis Deo reposeenti rationem talentorum dicere possit : « Domine, mea tua decem minas acquisivi, » *Lucæ* XII, 16, ideoque ab eo audit : « Ego serve bone, quia in modico fuisi fidelis, eris potestatem habens super decem civitates. »

Nota : Pro *subinferentes* græce est ἀποκαταστάσις, quod ex duabus præpositionibus componitur, scilicet ἀπὸ, id est in, et κατα, id est sub, præter, prope, obiter. Hæc ergo vox significat, primo, gratiam per se solum non sufficere ad salutem, sed requiri cooperationem liberi arbitrii, et ut sub-infinito auditore etiam nostre voluntatis efficaciæ. Adjutor enim noster Deus dicitur, nec adjuvari potest, nisi qui etiam aliquid sponte conatur ; quia non sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis in quorum natura rationem voluntatemque non condidit, salutem nostram Deus operatur nobis, » ait S. Augustinus, lib. II *De Peccatorum*, cap. v. Idem, *serm.* 43 *De Verbis Domini* : « Agis, inquit, si agaris : et bene agis, si a bono agaris. »

Secundo, ἢ ἀπεξ, id est sub, significat in operibus gratiæ et salutis prætere gratiam quasi dominam, obsequi vero voluntatem quasi pedissequam et ancillam. Unde ait : « Ministrare, » quasi ministri gratiæ ; gratia enim excitat voluntatem, ut assumat ad opus celeste et divinum, ut docet Concilium Tridentinum, *sess.* VI, cap. v. Erravit ergo Pelagius, qui gratiam fecit pedissequam naturæ et liberi arbitrii : gratia enim excitat voluntatem in nobis et velle et perficere, » ait S. Paulus *Philipp.* II, 13, utique per gratiam. Gratia ergo excitat et operans prevenit voluntatem ; voluntas deinde gratiæ cooperatur, itaque gratia ex operante fit cooperans. Natura enim et voluntas ad opera salutis est infirma, impotens et per peccatum mortua ; per gratiam ergo quasi animata et vivificata a somno et morte excitatur, roboratur et fit potens ad penitendum, sperandum, amandumque Deum, juxta illud : « Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus, » *Ephe.* v, 14.

Tertio, ἢ ἀπεξ, id est, sub, præter, significat

præter voluntatis et nature meritum et ordinem esse, quod illa ad hæc dona salutis et gloriæ, quæ supra sunt et superioris ordinis, ordinatur : nimirum quod debeat voluntas a gratia supra naturam elevari et quasi fieri supernaturalis, ut supernaturalia opera fidei, spæi, charitatis, etc., operari possit, quibus perveniat ad salutem : in his enim operibus voluntas nil per se potest, sed debet elevari a gratia : unde a gratia habet opus omnem dignitatem et meritum ; a gratia enim habet quod sit opus charitatis, celeste, supernaturale, divinum, meritorium vite æternæ : a voluntate vero habet quod sit opus humanum, voluntarium, liberum. Tò ergo ἀπεξ significat voluntatem, quasi præter ordinem, per gratiam elevatam irrepere et insinurare sese in hæc actus supernaturalis, nec suis viribus quidquam posse operari in hisce actibus, sed omnes vires ad eos operandos accipere a gratia ; sicut ergo ferrum per se non potest calefacere, sed si igni uniatum fiatque ignitum, ab igne accipit vim calefaciendi et urendi : sic pariter et voluntas a gratia accipit vim credendi, sperandi, amandi Deum, etc.

Quarto, ἢ εἰς, id est in, significat voluntatem tantum Dei donum debere studiosè complecti, omnesque suas vires conferre et inferre in opera hæc divina. Unde ait : « Omni curam, » græce ἀποκαταστάσις, id est studium, diligentiam, sollicitudinem, nisum, conatum, « subinferentes, ministrare, » ἀποκαταστάσις, id est suggerere, supplicare, præstare, subministrare, adicere, adiungere exhibere.

In *FINI*. — Aliqui legunt τῆς πίστεως, id est fidei, q. d. subministrare fidei vestræ vigorem et virtutem, item scientiam, abstinentiam, patientiam, pietatem, etc. Facite scilicet ut fides vestra non sit otiosa, sed harum virtutum operatrix et negotiosa.

Verum alii passim legunt τῆς ἐλπίδος, in fide, id est, cum fide, vel per fidem : fides enim viva excitat virtutem, patientiam, pietatem, etc. Ubi nota : Vox in significat primo, connexionem virtutum, scilicet eas inter se esse connexas, q. d. Fidei annexite virtutem, virtutis scientiam, etc. ; secundo, unam ab aliâ roborari et vigorem accipere, q. d. Fidei inserta virtutem, virtuti scientiam, quasi medullam ossi, vigorem membris, spiritum corpori : nervis enim et infirma est fides, nisi virtute succulcatur ; et virtus, nisi scientia dirigatur, etc. ; tertio, earum modum et ordinem, q. d. in fide, id est, per fidem, excitat in vobis virtutem, per virtutem scientiam, per scientiam abstinentiam, etc. ; quarto, earum coronam et coronilem : sicut enim annulus aureus insertus alteri, et hio alteri et alteri, efficit catenam et quasi coronam auream : ita fides inserta virtuti, virtus scientiæ, scientiæ patientiæ, patientiæ pietati, etc., efficit orbem et coronam virtutum, quæ insit modis, aut cyclois aureæ, nitæ vestit, ornat et perficit animam.

(1) Varentum, ad id ipsum, ut connectendum cum *vere*, 3. 2. d. sumitur pro consecutivo ut separatae alia in sacris litteris.

VIRTUTEM, — *vix* *actus*, id est *virtutem* proprie dictam, non *virtus*, id est *potentiam*, *q. d.* Fidei jungit virtutem operum, cognitioni addit praxim. Ita *Ecumenius*, *Secundo* et aptius, per *virtutem* accipit virtutis vigorem, robur et fortitudinem: nam *virtus* dicitur quod habet aliquid *actus*, id est *Martis*, puta quod martialis sit, hellicosa, mascula, robusta, generosa, heroica. Si enim quamlibet virtutem acciperet, non subjungeret patientiam, pietatem, etc., utpote qua sub generico virtutis nomine quasi species comprehenduntur. Sensus ergo est, *q. d.* Commendo vobis, o fideles, uti dicitur, uti virtutem accipere, puta fortitudinem ad omnia ardua heroice superanda, quam illis elegit vobis non commendo, quia ipsa se sua specie et pulchritudine sat superque commendat: nimirum non eget honestamento virtus; ipsa suam decus est; sicut vitium et mollities animi non eget vituperio; ipsa enim sibi dedecus est: virtus enim a viro dicta est; unde proprie significat fortitudinem, quod ex viro congruat. Ita *Cicero Tuscul. II*: « Appellata est, ait, ex viro virtus. Viri autem propria maxima est fortitudo, cuius munera duo maxima sunt, mortis dolorisque contemptio. Utendum est igitur his, si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse, quoniam a viris virtus nomen est mutuata. » Virtus ergo est perferendum malorum fortis atque invicta patientia. Idem, *Philipp. 4*: « Omnia alia, ait, falsa, incerta sunt, caduca, mobilia; virtus est una altissima defixa radicibus, que nunquam nulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco. » Virtus ergo poscit robur Socraticum; et *Virgil. V. Aeneid.*

Tunc poterit incedit vires et cometa virtus.

Hinc rursus *Cicero ad Plancium, lib. X*, docet virtutem omnia quamcumvis ardua transcendere, omnia occupare: « Omnia summa, ait, consecutus es virtute duce, comite fortuna. » Et *pro Plancio*: « te gloria maxime excellit, qui virtute plurimum praesit. » *Pindarus* vero in *Isthmiis*, ode 6: « Si quis hominum, ait, sumptu dalectulus et labore, exeret a Deo structas virtutes, simul Deus illi amabilem gloriam scribit, iam ad ultimos fines felicitatis appellens anchoram jecit, divinitus honoratus existens. » *Clemens Alexandrinus, lib. IV Stromatum*, citat illud *Simonidis*: « Fertur virtus habitare in rupibus aditu difficilibus; » et *Hesiodum*, qui dicit sudorem ante virtutem esse positum:

..... Via longa est alpine accivris ad ipsam.
Ardua nunquam prius, sed cum ad fastigia ventum,
Fit facilis.

Exigit ergo S. Petrus, ut fideles in fide et vita Christiana sint non segnes et debiles, sed alacres et valentes, uti fuit S. Valentinus Martyr, qui suo fidei robore, ore et valore pene Christianam II tempore ad Christum convertit, ut habet

ejus Acta 14 februarii. Tales fecit S. Petrus suos cives et subditos, uti Romani essent, id est Valentinus; Roma enim primitus dicta est Valentia, teste *Solino Polybis. cap. II*, et *Dionysio Halicarnasso, lib. I Antiq. Roman.* Unde etiam graece dicitur *Valens*, id est, *robur*.

Hinc illa virtus Martyrum Romanorum, in confinis persecutionibus et tormentis a S. Petro usque ad *Sylvestrum*, puta a Nerone usque ad *Constantinum* per 300 annos: quibus proinde recte accinas illud *Psalm. LXXII, 36*: « Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit (imo dedit) virtutem et fortitudinem plebi suae; benedictus Dominus, » qui facit Martyres fortes, quasi novos Israelae dominantes tyrannus ipsique Deo.

IN VIRTUTE AUTEM SCIENTIAM. — *Primo*, per scientiam *Ecumenius* accipit perfectam mysteriorum Christi et Dei cognitionem, que, inquit, « non cuilibet advenit, sed ei tantum, qui ex operibus praestantioribus per habitam exoritur sensus sibi comparavit. » *Secundo*, S. Augustinus, *XIV De Trinit., cap. 1*: « Sapientia, ait, est rerum divinarum cognitio; scientia vero rerum humanarum. » *Tertio*, Arias per scientiam accipit intellectum S. Scripturae. *Quarto*, *Gregorius de Valentia, I part. disp. 4, Quest. I, puncto 3, § 1, et alii Scholastici per scientiam accipiunt Theologiam, que ex principis fidei conclusiones theologicas educit, quam ex hoc loco probant esse scientiam. *Quinto* et genuinis, per scientiam accipit practicam, puta prudentiam Christianam et divinam, que docet quid Christiano, quolibet loco, tempore ceterisque circumstantiis agere aut non agere conveniat: quam S. Antonius dicebat esse principem; S. Bernardus, *serm. 49 in Cantic.*, auri-gam virtutum ceterarum. Vide *Cassianum, Collat. lib. II, cap. II*.*

Unde S. Petrus ait hanc scientiam parere abstinentiam, patientiam, pietatem, amorem fraternitatis, et charitatem. Rursum eam nasci ex virtute, id est, fortitudine: fortis enim et masculus animus rectus est, recteque de agendis judicat; mollis vero et effeminatus, quia in suis cupiditates nimis propendit, hinc pravus est, et perverse de agendis judicat. Vide S. Remardum, *serm. 3 in Vigil. Nativit.*, ubi damnat eam doctrinam, que operibus bonis destituitur, solamque veram esse scientiam docet eam, que vitam componit et mores emendat. Idem, *serm. 36 in Cantic.*: « Sunt, ait, qui scire volunt ut sciatur et ipsi, et turpis vanitas est; et sunt qui scire volunt ut scientiam suam vendant, et turpis quaestus est. Sed sunt quoque qui scire volunt ut edificent, et charitas est; et item scire volunt ut edificentur, et prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo non inveniuntur in abusione scientia: quippe qui ad hoc voluit intelligere, ut bene faciant. » Idem, *lib. I De Concordia, cap. II*: « Multi, ait, scientiam quaerunt, pauci conscientiam. » Vera ergo

scientia dirigit, rectamque et sanctam facit conscientiam. Unde S. Augustinus, *epist. 119, cap. XXI*: « Sic, inquit, adhibetur scientia tanquam machina quaedam, per quam structura charitatis assurgat. »

6. IN SCIENTIA (id est, cum scientia, et per scientiam) AUTEM ABSTINENTIAM. — Scientia enim sive ethica Christiana, primo docet abstinentiam, sive temperantiam in cibo et potu, ceterisque carnis voluptatibus, ut per eas magnitudinem donorum Dei afficiamus contumelia, ait *Clarius*: nisi enim haec primo refrantentur, ad alias virtutes progressus fieri nequit, praesertim quia ex intemperantia et gala omnia vita oriuntur, ut docet S. Gregorius, III parte *Pastorum*, admonit. 20. Adde scientiam et abstinentiam esse comites et quasi sorores, ut una sine alia reperiri nequeat; unde *Daniel* cum sociis, *cap. I*, per abstinentiam adeptus est rerum omnium scientiam; et *Salomon*: « Cogitavi, ait, in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitareque stultitiam, » *Eccles. II, 3*. Rursum abstinentia connexa est virtuti et fortitudini; nam, ut ait S. Bernardus, *serm. 1 De omnibus Sanctis*: « Quid mirabilis aut quod martyrium gravius est, quam fieri epulas esurire, inter vestes multas et pretiosas algere, paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat noster iste appetitus? » Pro abstinentiam graece est *επιεικεια*, id est *temperantiam*, vel *continentiam*, que generalis est virtus modum ponens superbiae, irae, gulae, libidini, avaritiae, aediae, vitisque omnibus, omnesque actiones hominis moderans et componens. Unde *Ecumenius* per continentiam accipit modestiam que scientiam moderaret, ne superbiat mentemque inflat. Alii accipiunt castitatem: haec enim est comes et soror sapientiae. Unde utraque specio matrone in visione apparet S. Gregorio Nazianzeno dixit: « Nota tibi sumus et familiares. Altera enim ex nobis sapientia, altera castitas dicitur; et misse sumas a Domino tecum habitare, quia jucundum nobis et mundum in tuo corda habitaculum praeparasti. » Ita *Justinus in Prologo Apolog.*, et *Alphelmas, de Laudib. Virg., cap. XIII*.

IN ABSTINENTIA AUTEM PATIENTIAM. — Quia, ut ait S. Gregorius, III parte *Pastor.*, admonit. 20, « mentes abstinentium plerumque impatientia a sinu tranquillitatis excutit, hinc S. Petrus, eis ut adesset admonuit: » quod intelligit de rigida et humida abstinentia ac jejunito: unde enim corpus debilitat et excruciat, ideoque bilem acuit, indeque iram et impatientiam. Moderata enim abstinentia et sobrietas uti corpus, ita et animum componit, facitque moderatum, patientem et hilarem; idque significat hic S. Petrus. « In abstinentia » enim, id est, per abstinentiam, ait, « ministrare patientiam: » patientia enim major alioque est virtus quam sit abstinentia. Unde *Sapient. Proc. XVI, 32*:

« Mellior est, inquit, patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbi; » quia, ut explicat S. Gregorius, *hom. 25*, ab hoc urbes « que extra sunt vincuntur, per patientiam vero ipse a se animus superatur, et semelipsum sibi-metipsi subjicit, quando cum patientia in humilitate tolerantiae sternit. » Pro patientiam graece est *ειρηνη*, id est, *tolerantiam, sustinentiam*, per quam aliqui accipiunt perseverantiam in abstinentia, ut scilicet abstinentia non sit unius diei aut mensis, sed continua per omnem vitam, utque omnibus voluptatibus et tentationibus fortiter et constanter resistat (non raro enim fit ut quem tormenta non vincunt, vincat voluptas), uti de adolescente illo, qui a muliere tentatus praemordens linguam, illam in eam expulit, refert S. Hieronymus in *Vita S. Pauli Eremitae*, itaque voluptatem vincensim victi.

IN PATIENTIA (per patientiam) AUTEM PIETATEM. — *Eccles. II, 3*, id est, *Dei cultum*, ut homo patiens in Deum plus evadat: afflictiones enim eum de-ficiunt factumque humilem, ac cogunt ut invocet Deum pro ope. « Patientia, ait *Ecumenius*, subintrans rem omnem absolvit, et perfectiorem erga Deum obedientiam reddens, pietatem nobis conciliat. » Porro pietas, quia Deum respicit et colit, alior est gradus majorque virtus quam sit patientia. Est ergo hic catena, simulque climax et gradatio virtutum. Unde *Beda* et *Dionysius*, octo hanc S. Petri virtutes assimilant octo gradibus, quibus ascendebatur ad templum Salomonis. Insuper jungit Petrus patientiam pietati, ut doceat fideles qui tam multa et dura patiebantur, ea omnia referre per pietatem ad Dei cultum, ut illius amore et honore omnia generose sustineant, uti fecero martyres. Pietas ergo est condimentum et perfectio patientiae, sicut patientia est occasio et illex pietatis.

Aliqui per pietatem accipiunt benignitatem, quasi requirit S. Petrus ut patiens erga eos qui se affligunt, sit pius, id est benignus, beneficentis et misericors; unde S. Augustinus *X De Civit., 1*, ait *pietas*, id est *pietas*, licet proprie congruat Deo, tamen saepe in operibus misericordiae frequentari; quia haec mire placent Deo, sique quasi sacrificiis ipse placeat. Verum haec opera includuntur in amore fraternitatis, de quo subdit S. Petrus:

7. IN PIETATE AUTEM AMOREM FRATERITATIS. — quia Deo non placeat pietas nisi amore fraterno condantur, si solent sit expers beneficentia, juxta illud: « Misericordiam volo, et non sacrificium, » *Matth. IX, 13*, ubi significat Deus se magis collat honorari amore fratrum, quam sacrificio. Vult ergo ipse pietatem fidelium non esse aridam et otiosam, sed ad fratrum amorem, id est, proximorum commoda et solatem dirigi. Contra hoc peccant nonnulli fideles ita suis devotioibus addicti, ut fratrum et pauperum obliviscantur, quin et avaro suo reconcant, nec quidquam in agente conferre velint.

IN ANORE AUTEM FRATERNITATIS CHARITATEM. — Caritas enim est summa et culmen virtutum, quae eorum orbem et circumjam recessum perficit et coronat; estque quasi gemma in anulo (1).

Vult ergo S. Petrus amorem fratrum, non mere esse fratrum, id est, manare ex nullo amore proximi, sed conditi et animari vera charitate Dei, ut sollicit ex amore Dei amemus proximum, quasi imaginem et participium Dei, adeoque in proximo amemus Deum, illique subveniamus propter Deum, ideoque non distinguamus in proximo qualitates et conditiones, ut, v. g. amemus cives, non externos; cognatos, non cognatione remotos; amicos, non inimicos: Deus enim inter hos non distinguit, sed omnibus se Deum exhibet placendo super bonos et malos, beneficiando iustis et iniustis, ideoque charitas Dei neminem excludit, sed omnes suis visceribus complectitur. « Amicos diligere omnium est, inimicos autem solum Christianorum, » ait Tertullianus ad *Scapulam*, cap. 1.

Hæc est ergo catena octo virtutum S. Petri perfecte ornans Christianum, si nimirum fidei iungatur virtus, virtuti scientia, scientiæ abstinentia, abstinentiæ patientia, patientiæ pietas, pietati amor fratrum, amor fraterno charitas. In his consistit summa et perfectio vite Christianæ: hæc sanctorum, fidelium et perfectorum efficiunt Christianum: absque enim, pietas et charitas reddunt officium debitum Deo; scientiæ, abstinentiæ et patientiæ reddunt debitum sibi; amor fratrum reddit debitum proximo.

8. HÆC ENIM SI VOBISCU M ADSINT (Græca habent, ταῖς ὑμῶν ἀρεταῖς, quæ vel conditionatè verbi possunt, uti verbi Noster, vel absolute: v. Hæc enim cum vobis adsint. » Ita Pagninus et Tiguerina; aptius tamen conditionatè: exhortatur enim S. Petrus fideles ad studium virtutum ex earum fructu, dicens: Hæc enim si vobiscum adsint) ET SUPERENT (id est, abundent, exsuperent: hoc enim significat τὸ περισσεύειν (2); perperam ergo Beda, Glossa, Hugo et Thomas Anglicus, esse superent, » inquit, hoc est, si vincant vita contraria, » non vacuos (græce ἀργούς, id est otiosos), nec sine fructu (honorum operum: unde pro ἀργούς, id est sine opere) vos constituunt in domini nostri Jesu Christi cognitione, — q. d. Si adsint vobis virtutes, quas jam recessus, effluunt et vestra fides et cognitio Christi non sit inanis, olescent, infrugifera et expers meritis, sed in opera virtutum jam dictarum sese exeret, itaque sit plena, negotiosa, frugifera et ingenti meritorum numero dives et locuples. Ita Adamus, Arias, Salmeron, Thielmannus et alii. Dicit hoc S. Petrus contra Si-

monem et Gnosticos, qui docebant nos sola fide justificari, uti docent moderni Hugonoti, quos recte Gnosticos vocat. Unde contra eosdem S. Jacobus, cap. II, multis probat fidem sine operibus esse vanam et mortuam. *Secundo*, Lyranus, Hugo, Dionysius per « cognitionem Christi » accipiunt, visionem beatificam, q. d. Hæc virtutes parient vobis cognitionem Christi perfectam, scilicet visionem beatificam. Addit Cajetanus, q. d. Hæc virtutes facient ut in hac vita crescatis in cognitione et amore Christi. Favent Græca, quæ habent εἰς τὴν ἐπίγνωσιν, id est, in cognitionem, scilicet majorem et plenioram, juxta illud cap. III, vers. 18: « Crescite in gratia et cognitione Dei nostri. »

Denique Œcumenius, Hugo, Glossa et Catharinus per « cognitionem Christi » accipiunt examini, quo scilicet Christus cogniturus est, examinaturus et iudicaturus de singulorum virtutibus et vitis. Verùm prima expositio uti planior, ita et germanior est, præsertim quia S. Petrus ἐπίγνωσιν vocat cognitionem quam in hac vita habemus de Christo, ut patet vers. 2 et 3; diem autem iudicii et beatificam visionem, vocat diem revelationis Christi, ut patet epist. I, cap. I, vers. 3, 7, 13.

Nota: Pro *constituunt* græce est *ἀποτελεῖν*, id est, ponent, statuant, collocabunt, q. d. Hæc virtutes vos deducunt ad veram et plenam cognitionem et scientiam, in earum quasi in luce clarissimam et luculentissimam fixe firmiterque collocabunt, adeoque a cognitione via deducunt ad cognitionem et visionem patriæ, in qua vobis faciem ad faciem Deum deorum in caelesti Sion, significat S. Petrus veram et plenam cognitionem Dei et Christi esse summum bonum, et beatitudinem tam hujus vite per fidem, quam futuræ per spem diem et visionem, juxta illud Christi: « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum, » *Joannis* XVII. Opposit enim S. Petrus virtutibus præditos et virtutibus destitutos, quod his præditi collocantur in plena cognitione Dei et Christi, quasi in luce paradisi, his vero destituti quasi cæci versentur in tenebris abyssi: unde de his subdit: « Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est et manu tentans: » virtutes enim sunt lumina practica quæ animam nitè ornant et illuminant, ac in Dei cognitione quasi luce clara collocant et confirmant; sicut fructus arborum stabiliunt: faciunt enim ut illa profundior sit terra radices agat, radicibus suam, quem fructibus succret, hauriant. Hinc Clemens Alexandrinus, I *Paedag.*, cap. 6, et IV *Strom.*, II, ac Damascenus, *Paraphrasen*, I, cap. LXV, *πιστεύειν*, id est, *scirentem*, et cognitionem præditum, vocat virum perfectum, qui scientiam virtuti et praxi jungit, ac alios quoque docet et perit.

9. CUI ENIM NON PRÆSTO SUNT HÆC (qui desunt octo virtutes jam recensitæ), CÆCUS EST, — practice scilicet, quia non habet practice practicæ fidei et cognitionis oculos: hi enim sunt virtutes jam

dicta. Hinc Christus de Pharisæis, qui habebant fidem praxi virtutum carentem: « Simile illos, inquit, cæci sunt et duces caecorum, » *Matth.* xv, 14; et ante Christum prævidens eos Isaias, *LXX*, 40, de pingit: « Palpavimus sicut cæci parietem, et quasi oculis attractivimus, inopimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. » *El Sophonias*, I, 17: « Ambulabunt ut cæci, quia Domino peccaverunt. » *El Job* v, 14: « Per diem incurrent tenebras, et quasi in nocte sic palpabunt in meridie. » Significat S. Petrus, « qui virtutibus carent, quasi cæcos in tenebris ignorantie versari, quia carent prudentia et scientia practica, quæ est lux et dux virtutum. Anagogice Œcumenius id refert ad adventum Christi ad iudicium, qui erit inter solis fulgidus et gloriosus: « Nam tunc imbris cæcitas oriatur, quia et iusti ad tantum lumen quamdam veluti sentient imbecillitatem. »

ET MANU TENTANS. — Puta viam prætentans: cæci enim quia oculis carent, manu viam prætentant et quasi palpant, necubi labantur vel impingant. Græce *παραλαβών*, quod primo verti potest, *clausis oculis existens et incedens*: non enim est *claudus*, *læcus* vocant oculos. *Secundo*, *παραλαβών*, id est, *manus habens oculos*, ut enim est *manus*: minime accipit subterraneum, puta talpam, q. d. Qui virtutibus caret, cæcitate ut talpa, quæ manibus palpat et terram subruit.

Ubi nota eos qui non virtuti, sed carni et mundo student, recte comparari talpis. *Primo*, quia sicut talpæ habent oculos, quos reipsa curiose intutibus sum, sed pellicula obducunt, ne à terra dum eam subruunt ledantur, ideoque eorum usu, puta visu destituntur: sic et isti mentem habent, sed cupiditatibus velatam et cæcatam; ideoque ea non utuntur, quia sensibus aguntur vult talpæ terre incumbentes. Quare in aggerendis opibus rebusque terrenis discernendis sunt lynces, in celestibus talpæ. Id de talpa docet Aristoteles, lib. I *De Hist. anim.*, cap. IX: « Habent, inquit, oculos animalia, quæ animal generant, omnia præter talpam, quem modo quodam habere dixerim, cum tamen omnino habere negem, quippe cum omnino quidem nec videat, nec perspicuus habent oculos: verum si quis prætentam membranam intravit, locus oculorum apparet et pars nigra eorumdem. » Unde illud Virgili: « Talpæ oculis cæpi; » et Plinius, lib. III, cap. III, ait « talpæ a natura damnatas cæcitate perpetua. » Idem, lib. XI, cap. XXXVII: « Talpis aut, visus non est, perforum effigies inest, si quis prætentam detrahit membranam. » *Secundo*, talpæ quia non vident, hinc acutius audiunt, natura pensante visum auditu, ubique vim alibi oculos fortius exerente. Ita Plinius, lib. X, cap. LXX, docet hominem superare cætera animalia tactu et gustu, at reliquis sensibus superari ab hisdem: nam « aquilæ, inquit, clarius cernunt, vultures sagacius odorantur, liquidius audiunt talpæ obruti terra, tam denso atque surdo nature elemento. Præterea voce

omnium in sublimem tendente, sermone exantiant; » sed fabulosum est quod addit: « Si de his loquar, intelligere etiam dicuntur et profugere. » Ita mundani auditu pollent, totique sunt auriti, ut audiant nova, curiosa, secreta, presertim que proximi famam laudum, etiam absentia et toto orbe semoti, atque apud antipodos degentis. *Tertio*, talpæ ita terre inhiant, ut *læcessi* videantur sepulchris similes, ait Plinius, lib. XI, cap. XXXVII. Ita carnales in carne, mundani in mundo se defodiunt et sepeliunt. *Quarto*, talpæ sua antra habent sub terra, lucifugæ sunt, sole magno fugiunt; in sua antra germina et radices pro annona coæservant: ita avari non nisi coæservandis opibus, gulosis deliciis, superbi honoribus student. *Quinto*, talpæ insano labore pedibus quasi manibus terram assidue suffodiunt, alios ut integras subinde urbes subruant. Ita Plinius, lib. VIII, cap. XXXV: « M. Varro, ait, auctor est a cuniculis suffossorum in Hispania oppidum, a talpis in Thessalia, a raris civitatem in Gallia pulsam, ab locustis in Africa, ex Gyaro, Cycladum Insula, incolas a muribus fugatos. » Ita mundani qui insano cupiditatis alienigenæ ostro agitantur, ut eo poliantur omnia conciant, omnia miscent et turbant, adeoque integras super urbes et regna convellunt, bellis caedibusque conficiunt.

Tertio, *παραλαβών* verti potest, *conatus vel incertus oculis*: unde ab Aristotele, sect. XXXV *Problem.*, myopes vocantur qui proxima vident, remota non vident. Et Hesychius in lexico: *παραλαβών*, ait *ἀόρατος* id est *quærens* τὰ κρυπτά, *καὶ ἀόρατος*, τὰ δὲ τῆ ἀποκρυφῶς; *λεπ*, *ἐπὶ τῆς*; Gallus vero, lib. IV, cap. II: « Myops, inquit, est lusciosus; et Œcumenius hic: « Lusciosus esse, ait, id est *παραλαβών*, nihil aliud significat, quam cæcitate; » et clare Badius: « Myops, ait, dicuntur, qui inde ab initio ortus sul nisi admota oculis contumet nequeunt; » ejusmodi multos videtur eis qui res intendendas oculis prope contingunt, et limis etiam semelivulso oculis aspiciunt, quos lusciosos vocamus, Græci *παραλαβών*; nuncupant. Sic ergo S. Petrus myopes vocat eos, qui terrena sapunt, utpote qui non cernunt celestia, longius scilicet quasi extram mundum posita, sed terrestria tantum, quæ proxima sunt: quantum hoc non satis congruit cum *ὀφθαλμὸς* est, nisi per cæcum accipias cæcitate, Verè S. Gregorius XXV *Moral.*, cap. IX: « Qui, inquit, errant in Dei cognitione, juste traduntur ut errent pariter in angelis; imò S. Paulus, *Roman.* cap. I, vers. 28, loquens de philosophis, qui cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt: « Et sicut, inquit, non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea que non conveniunt, repletos omni iniquitate, » etc. Sic ergo fides maior est omnis virtutis, ita infidelitas omnis viti.

Hinc tales sunt similes vesperilionis (*παραλαβών* enim per *ὀφθαλμὸς* potest ab *ὄρα*, id est *vesperilio*), qui confusus est ex mure *ὄρα*, videturque talpa

(1) Alia charitas hic est dilectio erga homines omnes, etiam non Christianos.

(2) Melius: in dies accrescent.

alatus, ideoque parum videt; unde solem fugit, et nocta volat, de quo plura dixi *Isaia* II, 20. De his ait Christus: « Modicum lumen in vobis est; ambulato dum lucem habetis, ut non vos tenebrae comprehendant; et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat, » *Joannis* XII, 35.

OBLIVIONEM ACCIPIENS PURGATIONIS VETERUM SCORUM DELICTORUM, — *q. d.* Fidelis qui virtutes abdicat et in vitia relabitur, obliuiscitur baptismi et Christianismi, quo accepit remissionem peccatorum in Gentilismo vel Iudaismo peccatorum, quoque spopondit se Christiane et sancte victurum. Rogatus enim: « Abrenuntias Sathanae et omnibus eius pompis? » respondit: « Abrenuntio. » Ita *Oecumenius*. Verè S. Augustinus, lib. I *Contra duas epist. Pelagii*, cap. XIII: « Fidelis, ait: Baptisma dare indulgentiam omnium peccatorum et auferre crimina, non raderet. » Vide Concilium Tridentinum, sess. V, in decreto *De peccato origin.*, et sess. VI, cap. XI.

40. QUAEPROPTER, FRATRES, MAGIS SATAGITE. — *Te magis potest referri vel ad quae propter, uti referunt Graeci; et tum idem est quod « potius, »* continuatque antithesis cum ea quod precessit, *q. d.* Nolite obliuisci purgationis delictorum, sed potius satagite ut per bona opera certam vestram vocationem faciat. Vel ad *satagite, q. d.* Magis magisque in dies satagate, etc. Pro *satagite* grece est *procedendo, id est satagate, data operam, satagate.* Satagere enim est satis angere, vel satis, id est nullum agere quasi sollicitum. Unde *Quintilianus*, lib. VI, cap. IV: « Afer, ait, veneto Manium Suraum multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, locum delinquentem et impotentem, non agere dixit, sed satagere. » Melius S. Marthia satagebat circa frequens Christi ministerium, *Luce*, 8, 40.

UT PER BONA OPERA. — Haec verba desunt in Graecis plerisque codicibus; in nonnullis tamen reperiuntur. Certum est ea vel legenda, vel subaudienda esse: vocationem enim nostram certum facere non possumus, nisi per virtutes quas paulo ante nominavit S. Petrus, earumque bona opera; haec enim sunt semina beatae aeternitatis et gloriosae felicitatis. « Quae enim seminaverit homo » in terra, « hinc et metet » in caelis, *Galat.* VI, 8; et addit: « Qui seminavit in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam; » et *Psalmes Psalms*, CXXV, 6: « Euntes ibant et stabant, mittentes semina sua: veniente autem venient cum exultatione, portantes manipulos subis. » Vide dicta *Joel* cap. II, vers. 26.

Perstringit Petrus Simonem Magum, qui oblitus sui baptismi et purgationis peccatorum, quasi cecus doebat opera non requiri ad salutem, sed sufficere fidem: Si quis enim, inquit, in me credat, salvus erit. Vide dicta *Astor*, VIII, 20 et seq.

CERTAM VESTRAM VOCATIONEM ET ELECTIONIS FACIATIS. — Duplex est electio, aequae ac vocatio

(haec enim est electionis executio): una ad fidem et gratiam, altera ad felicitatem et gloriam. Rursum utraque est duplex: una enim est absoluta et efficax, qualis est iustorum et beatorum; altera inabsoluta et conditionata, qualis est omnium hominum: omnes enim a Deo vocantur ad gratiam, si velint in Christum credere etque obedire: omnes vero credentes et iusti vocantur ad gloriam, cum certo assecuturi, si in fide et iustitia usque ad mortem perseverent. Quare vocatio ad gratiam est implicita vocatio ad gloriam, sed inchoata duntaxat et conditionata.

Iam digni accip. ut hic electionem ad gloriam eamque absolutam et efficacem; unde ex hoc loco contentum probare praedestinos efficaciter a Deo ad gloriam esse electos ante praevisa opera, ex merito eius beneplacito, ideoque S. Petrum monere; ut hanc Dei electionem ab aeterno factam per bona opera certam faciant.

Verum alii melius censent S. Petrum loqui de electione ad fidem et gratiam, consequenter tamen loqui de electione ad gloriam, non antecedente et absoluta, sed consequenti et conditionata, *q. d.* Satagite, o Christiani, ut electionem vestram ad gratiam et Christianismum per bona opera stabilitis, ne ab ea excidatis, sed in ea constantiter perseveretis: sic enim pariter stabilita et certam facietis electionem vestram ad gloriam: omnes enim ad gloriam electi et destinati estis hoc ipso, quo baptizati estis, factique fideles et iusti, non absolute, sed sub conditione, si videlicet in gratia accepti usque ad finem rite persistatis.

Id ita esse probatur primo, quia parum probabile, imò incredibile videtur, omnes omnino fideles Ponti, Asiae, Cappadociae, Bithyniae, ad quos scribit S. Petrus, fuisse efficaciter praedestinos et electos ad gloriam. Rursum id S. Petro revelatum fuisse magis incredibile est, S. Petrum idipsum fidelibus omnibus revelare voluisse, omnesque certos facere de sua salute.

Secundo, quia talis intelligitur hic electio, qualis vocatio; aliquid vocatio intelligitur ad fidem et gratiam: ergo et electio. Minor patet, quia qui vocantur a Deo in hac vita, absolute tantum vocantur ad gratiam; qui enim absolute vocantur ad gloriam, sunt mortui et defuncti in gratia.

Tertio, idipsum patet ex praecedentibus, ex quibus hanc conclusionem colligit S. Petrus: in praecedentibus enim sanxit fidelibus virtutes Christianas, ut per illas non vacent, sed frugiferi apparent et constituentur in cognitione Christi. Quare cum ait: « Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis, » idem dicit, et explicat id quod dixit vers. 8: « Illae enim si vobis eum adsint et superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione. »

Quarto, idipsum patet ex immediate sequentibus: « Sic enim abundanter ministrabit vobis introitus in aeternum regnum Domini nostri, » *q. d.*

Per bona opera eligimini ad gloriam, et introbitis in aeternum Dei regnum.

Quinto, quia S. Paulus S. Petri assecit fideles vocat praedestinos, electos, vocatos non immediate ad gloriam, sed ad gratiam, uti ostendi *Epistolae*, I, et can. 43 in S. Paulum.

Sexto, quia electio haec Dei est incerta; unde jubet S. Petrus ut eam certam faciamus: ergo non loquitur de electione Dei absoluta et efficaci ad gloriam: haec enim est certissima et plane infallibilis; sed de electione absoluta ad gratiam, et conditionata ad gloriam.

Dices: Haec electio Dei in se est certissima, sed nobis et aliis est incerta: jubet ergo S. Petrus, ut nobis et aliis eam per bona opera certam faciamus. Ita Beda, Glossa, Hugo et Dionysius.

Respondeo id congrua dici non posse: pro certo enim grece est *firmata, id est firmam, fixam, stabilem, scilicet in se, non nobis, vel aliis certam et competentem, q. d.* Vocatio et electio vestra ad gratiam, et consequenter ad gloriam, non est in se firma et stabilis, quia ab ea excidere potestis: confirmate ergo eam et stabilis per bona opera crebra et continua. Ita *Oecumenius*: « Studete, ait, ut stabilem et immutabilem vocationem vestram et electionem reddatis. »

Dices secundo: Bona opera firmam faciunt electionem Dei, quia ipsam ponunt in executione; opera enim sunt media, quibus gloriam ad quam electi a Deo sumus, assequimur: sic enim dicitur in moralibus, intentionem efficacem finis confirmari ab electione efficaci eorum.

Respondeo: Nec hoc satisfacit, primo, quia in hominibus id verum est, non in Deo: homines enim sunt mutabiles et inconstantes, ideoque possunt mutare intentionem; unde eam confirmant per electionem eorum: Deus autem est plane constans et immutabilis: unde intentionem quam semel fecit, mutare nequit, ut quos efficaciter semel elegit ad gloriam, postea rejiciat, aut ab ea excidere sinat.

Secundo, quia Deus eis quos efficaciter elegit ad gloriam, efficaciter destinat gratias, quibus efficaciter et certo bona opera, quasi media quibus ad destinatum a se gloriam perveniunt, operentur. Quare dicere potuissent fideles S. Petro: Ut quid nobis dicit: « Satagite ut per bona opera certam vestram electionem faciatis? » Deo enim id curae est. Deus enim qui nos elegit efficaciter ad gloriam, efficaciter quoque nobis dabit media, puta bona opera; quibus hanc gloriam assequimur. Si vero nos non praedestinavit, sed reprobovit, statuitque ponere in serie reproborum, multo minus satagendum nobis est ut bonis operibus reproboationem hanc Dei evadamus: hoc enim nobis iam impossibile est, quam impossibile est Dei decretum reficere et evertere, aut eum cogere ut pro gratia incongrua et inefficaci det nobis congruam et efficacem, quae sola electos a Deo perducit ad salutem.

Tertio, quia executio respondet intentioni: et vicissim intentio adequatur executioni: sicut enim Deus rem facere intendit, ita et eandem exequitur; qualis ergo est executio, talis est et intentio: aliquid in executione Deus non dat gloriam nisi post, per et propter opera bona praevisa, ut Scripturae docent, et omnes fatentur. Ergo idem facit in intentione et praedestinatione, ut scilicet non intendat dare gloriam, nec ad eam praedestinet, nisi illum, quem provident bene operantem, et bonis operibus immortentem; hinc non intendit dare gloriam, nisi tanquam mercedem pro merito operum, *Matth.* XX, 8, ac tanquam bravium pro victoria certanti promissum, *Apocal.* III, 12, 21, et II *Timoth.* IV, 8. Quocirca eum dat laudem gratiam, cum qua praevidet eum bene operantem et meritum gloriam, dicitur eum stricte praedestinare, quia per merita destinatum eum ad gloriam, juxta illud S. Augustini, lib. *De Bona perseverantia*, cap. XIV: « Praedestinatio est praesentia et preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur. » Cum vero alii dat gratiam, cum qua praevidet eum male operantem, ideoque damnandum, non eum reprobat, nec damnat nisi post et ob praevisa demerita: Deus enim ex se cupit et optat ut salvetur, ideoque dat ei gratiam sufficientem, imò copiosam, serio desiderans ut ei cooperetur et salvetur: non enim seligit Deus illi gratiam incongruam hoc fine, quod intendat eum reprobare et damnare, sed praevidet fore incongruam ex eo, quod homo faciet eum incongruam nolendo ei cooperari. Quare physice aequalis, et subinde major datur gratia damando, quam datur salvando: moraliter tamen salvando gratia majus est beneficium, quia praevidetur fore efficacis, ac persuasura homini consensum, eumque certo perducera ad salutem, ideoque est gratia praedestinationis proprie dicte. Potuisset enim Deus illi dare aliam gratiam cum qua praevidebat eum non cooperantem, ideoque damnandum; sed noluit, quod sane ingens est beneficium et donum, quia per hoc homo infallibiliter assequitur felicitatem aeternam, et evadit mortem aeternam.

Ex hisse S. Petri verbis colligimus contra Calvinum et haereticos, primo, hominem esse liberi arbitrii; secundo, fideles et justos non esse certos de sua perseverantia et salute, sed posse a fide, gratia et salute excidere, ut multi exciderunt, et in dies excidunt; ita definit Concilium Tridentinum, sess. VI, can. 23.

Tertio, Gabriel Vasquez, Valentia, Ludovicus Molina et alii, I *disq.*, Quest. XXIII, hinc inferunt electionem ad gloriam a Deo fieri ex praevisis cuiusque meritis; ac proinde ex usu liberi arbitrii electorum, vel potius eligendorum, in unam aut alteram partem pro eorum libertate futuro pendere, quod certa sit aut non sit eorum electio et vocatio; atque adeo ut in Deo ab aeterno existit

terit prescientia, quod per hunc arbitrii usum electionem suam certam facerent, et vitam eternam consequerentur, fuerintque ex eternitate predestinati, iuxta illud S. Augustini : « Qui creavit te sine te, non justificabit, nec subtrahit te sine te; » et Theophylactus in *Matth. xxii* : « Dei, ait, est vocare, electos autem fieri aut non fieri, nostrum. » Et S. Ambrosius, lib. V *De Fide*, cap. v : « Non, inquit, ante predestinavit quam presciverit : sed quorum merita prescivit, eorum premia predestinavit. » S. Cyrillus, lib. X *Thessal.*, cap. vi : « Non est meum, ait, dare supremum honorum vobis potentibus, qui reservatus est in prescientia Patris illis quos excessus certaminis commutaverit. » S. Chrysostomus, homil. 38 in *Matth.*, asserit « dignitatem preparatam esse ut coronam vincantibus, et pro ratione certaminis. »

Quarto, ex hisce S. Petri verbis colligunt Doctores, non tantum electionem ad gloriam, sed et ipsam predestinationem ad gratiam pendere a cooperatione liberi arbitrii, etiamsi hæc illius non sit causa. Ita Gregorius de Valentia, I part. *Quest. XXIII*, disp. 1, puncto 4, sub finem, ubi et apposite solvit hoc dilemma quod plebeius cruciat : Val sum predestinatus, vel non sum : si sum, certissimo salvabor : si non sum, certissimo damnabor quidquid egero : indulgeo ergo voluptatibus, quia eis postea frui non licebit. Respondet enim : Si es predestinatus, bene tibi operandum est : prævisus es enim bene operaturus : quod si nolis operari, signum est te non esse predestinatum. Ut ergo certam tuam predestinationem facias, bene operare; et hoc vult S. Petrus cum ait : « Satagate ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. » Si non es predestinatus et ad gehennam destinatus, causa hujus erit, quia male operaberis. Na igitur verum sit te non esse predestinatum, omni tempore tibi pie vivendum est, ne finaliter obstrictus peccatis et vita decedas, id quod potest evenire omni hora : neque enim poteris male vitam finire et damnari, si semper pie viveris. Perpetuo ergo quisque hunc discursum sibi proponere debet, eoque se excitare ad studium honorum operum, quo certam faceret suam electionem. Omnis ille predestinatus est, qui divinam gratiam cooperans, finaliter erit expers peccati mortalis : neque est aliquis non predestinatus, nisi qui finaliterprehenditur in peccato mortali. Cum igitur omni hora sim incertus, utrum futurus sit tunc finis vita mee; et longo adhuc incertior, utrum, si tunc peccem, gratiam postea per veram penitentiam ante mortem recuperaturus sim, abstinere, sicut cum divina gratia possum, a peccato mortali omni hora, ut, si id fecero semper, possim probabiliter existimare me esse potius ex predestinatorum, quam ex non predestinatorum numero; nunquam enim mors me inveniet in peccato mortali, si semper a peccato abstinero, quod vero penitus mihi certum non sit, qualis

tandem in fine vite futurus sim, vereorque non in peccato vitam sinu finiturus, merito me quoque vehementer incitare debet, ut quod incertum mihi est, et ex me tamen cum divina gratia pendet, id ego recte semper vivendo certam eventum ipso effectum : certissimum enim est nunquam me vitam male finiturum, ac consequenter esse predestinatum, si semper recte vivero. Et hoc vult S. Petrus, dicens : « Satagate ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. » Hæc Valentia. Hæc ergo ratione in eujusque fidelis potestate et arbitrio est, facere ut sit predestinatus, vel ut non sit. Si enim velit cooperari gratia a Deo sibi ad salutem sincere date usque ad mortem, uti potest et debet, est et erit predestinatus; si nolit, non erit : quos enim Deus prævidit sic gratia cooperaturos, hos predestinavit : quos vero prævidit non cooperaturos, illos reproboavit. Pendet ergo tam reprobatio, quam predestinatio ex provisione cooperationis nostre future : cooperatio vero pendet ex arbitrio et libertate eujusque : nam enim Deus ex proposito seligit gratias, factique ut predestinatis sint congrue et effectives, reprobis incongrue et inefficaces; sed tam his, quam illis dat gratiam, cum qua possint bene operari et salvari si velint; imo vult, jubet et optat ex animo ut omnes cooperentur et salventur. Quisque ergo gratia sibi a Deo ad salutem date strenue et constantiter cooperetur, atque hæc ratione gratiam sibi datam faciet congruam et effectivam, quod Deus vult et optat; ac consequenter erit predestinatus, non reprobatus, quod sane est magna dignationis divine, æque ac dignitatis et consolationis humane.

Ita sanctus ille, sive vir, sive angelus, qui D. Taulerum viam cœli et perfectionis edocuit, rogatus ab eo : « Quid faceres si te Deus damnare vellet? » respondit : « Duobus brachiis, humilitate scilicet et amore, eum complecterer, cogeremque cum meum descenderem ad infernum, et sic infernus mihi esset paradisus, » uti recensuit Rom. xii, 2. Casarius, lib. I *Histor.*, cap. xxvii, narrat Ludovicum Lantgravium, dum corripitur a viris probris, respondisse : « Si predestinatus sum, nulla peccata poterunt mihi regnum colorum auferre; si vero prescitus, nulla bona mihi illud valebunt conferre; » atque ideo cuius flagitio se immergit, incidit in morbum, et vocavit medicum ut se curaret; cui medicus, ut animam potius quam corporis morbum sanaret : « Domine, inquit, si venit dies mortis tue, non te poterit cura mea morti subtrahere; si vero mortuus non es, superflua erit medicina mea. » Et ille : « Quomodo sic respondes? si mihi non fuerit adhibita cura, potero ante tempus mori. » Tum medicus : « Domine, inquit, si credis vitam tuam posse prolevari virtute medicina, quare hoc credere renuis de penitentia et operibus justitiae, quæ sunt antidota animæ? Sine his anima mori-

tur, sine his ad sanitatem quæ est in futura vita, nemo pervenit. » Cui Lantgravius convictus : « De cœtero, ait, medicus esto animæ meæ, quia per linguam tuam medicinalem Deus me liberavit a maximo errore. »

Simile est quod refert Ludolphus lib. *De Vita Christi*, part. II, cap. I, de quodam monacho, eujus socius cum sibi revelatum diceret ipsum esse de numero damnandorum, respondit : « Benedictus Deus, nec tamen sic desperabo, sed penitentiam quam per ingressum Religionis assumpsit, de cœtero duplicabo et triplicabo, donec gratiam et misericordiam apud Deum alissimum, qui pius est, inveniam, » et post multos dies iterum socio ejus divinitus revelatum est, ipsum esse de numero salvandorum.

Hoc facit illud nostri Thomæ Theodilacti, lib. I *De Unit. Christi*, cap. xxv : « Cum, inquit, quidam anxius inter metum et spem frequenter fluctuaret, et quædam vice merore collectas, in ecclesia ante quoddam altare se in oratione præstravisset, hæc intra se evoluit, dicens : O si scirem quod adhuc perseveraturus essem! Statimque auditus intus divinum responsum : Quid, si hoc scires, facere velles? Fac nunc quod tunc facere velles, et bene securus eris; maxque consolatus et confortatus, divinæ se commisit voluntati, » etc.

Similia legitur in Vita Patrum, S. Francisci, S. Agostini aliorumque Sanctorum.

Moraliter : Hinc discere quam studendum sit sanctitati et bonis operibus. Certum enim signum (imo et causa) quod quis a Deo sit predestinatus et electus ad gloriam, est, si assidue vacet operibus humilitatis, charitatis, penitentiae, patientiae, pietatis, obedientiae, religionis, etc.; hoc est quod succinns S. Petrus ait S. Paulus : « Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc : Cognovit Dominus qui sunt ejus, et discedat ab israhelico omnis qui invocat nomen Domini, » II *Timoth.* ii, 19. Nemo enim potest recedere a peccatis, nisi accedat ad virtutes, et earum opera exerceat.

Unde S. Bernardus, homil. 2 in *Octava Pasche*, tenet dat signa predestinationis, significata a S. Joanne, epist. I, cap. v, vers. 8, cum ait : « Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua et sanguis, » nimirum bonam operationem, penitentiam et continentiam; ac tandem summam concludens : « Jam, inquit, ut breviter repetam, a sanguine, aqua et spiritu habere testimonium est, si continues a peccatis, si dignos agis penitentiae fructus, si facis opera vite. » Quocirca veri Religiosi qui toti hisce vacant, certum habent signum suæ predestinationis, juxta illud Christi : « Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam eternam possidebit, *Matth.* cap. xix, 29. Vide Hieronymum

Platum, *De Bono status relig.*, lib. I, cap. xxxii, Rufinus in *Vitis Patrum*, lib. III, num. 108. narrat S. Antonium hæc tria saluti media dedisse. *Primum* : « Quocumque vadis, Deum semper præ oculis habe. » *Secundum* : « In his que agis, adhibe testificationem S. Scripturæ. » *Tertium* : « In quocumque loco sederis, non cito movearis. Hæc tria custodi, et salvus eris. » Rursum in *Vitis Patrum* legitur Abbatem Joseph dixisse : « Ordinem Deo gratum esse, quando aliquis omnia opera sua facit munda coram Deo, nihil habens humanum. » Iohannes Abbas Joannes hoc salutis dat præceptum : « Per singulos dies surgens mane de omni virtute sume principium, et manda'um Dei custodi in magna patientia, longanimitate, humilitate, charitate; neque teipsum exalta, sed esto subditus et humilior omni creatura. »

Præclare S. Augustinus, serm. 112 *De Temp.* : « Beata, ait, vita est cognitio divinitatis; cognitio divinitatis virtus boni operis est; virtus boni operis fructus est æterna beatitudo. » Deinde docet huc conferre lectionem S. Scripturæ : « Qui vult, ait, cum Deo semper esse, frequenter debet orare et legere; nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur : cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur, etc. » sed illa beatissimum est, qui divinas Scripturas vult in opera. » Id significat parabola operariorum : quos Deus mittens in vineam, vespere dedit eis denarium vite æternæ, quasi operis mercedem, *Matth.* xx; et *Matth.* cap. xv, vers. 34. Christus iudex bene operantibus assignat gloriam, male operantibus gehennam. » Vult, inquit, benedicti Patris mei, possidere paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare, » etc. Quocirca Abbas Athanasius cupiens videre fructum laborantium et certantium, in visione vidit locum plenum humilis et glorie, auditivique multitudinem innumerabilem laudantium Deum; cumque pulsaret volletque ingredi, auditit : « Non huc ingredietur quisquam in negligentia degans; sed si intrare vultis, abite, certate, nihil insipientes vanitates seculi. » Ita Joannes Moschus in *Prælo Spir.*, cap. cxxx. S. Theresia hæc tria habebat in votis, eaque assidue postulabat a Deo, dicens : « Domine, da mihi te amare, pro te operari et pati, aut mori. » Causa est quam dat S. Bernardus, *De Convers. ad Cler.*, cap. xv : « Nec enim, inquit, opera nostra transeunt, ut videntur, sed temporalia queque velut æternitatis semina jaçantur. Stupescit insipiens cum ex hoc modico semine copiosam viderit exurgere messem, seu bonam, seu malam, pro diversa qualitate sementis. » Idem, serm. I *De Amantiss.* : « De bonis, ait, operibus argumentum efficax mihi est resurrectio ejus (Christi), quia resurrectio propter justificationem nostram. Porro de spe præmiorum testimonium ejus est ævensio, quia ascendit propter glorificationem nostram. »

Denique hæc orthodoxa veritas libet consonat

cum hominis libertate rerumque natura, ut eandem viderint, licet per umbram, philosophi et Poetae, quorum illa est gnomo: « Cum Minerva quoque manum move; » orta vel ab agasone, cupis asinus cum Iulo infans haerere, debereque illi succurrere, olaus Hercules implorabat. Hinc respondit deus: « Admove manum asino laboranti, ita demum numen tibi aderit. » Vel a palestrita, qui in palestra luctaturus Minervam consulit dum futurus esset victor, audique fore. Verum cum illis ingressus in theatrum, in certamine manibus staret officis, perentium ab adversario victum fuisse. Huc facit illud Aristotelis, lib. V *Moral. Eudem.*: « Fortunam ut ars, ita fortuna artem amat invicem; » et illud Suidae: « Fuc interim aliquid ipse, dein Deos vocat. » Celebre est illud Græcorum: « Dii bona laboribus vendunt. » Et illud Virgillii *Georg.*:

Labour annis vincit
Improbis.

(1) Illud Horatii:

Perripit Acheronta heredes labor.

Et illud Antiphani: « Domat atque subigit cuncta diligentia; » et illud Senecae, lib. II *De Ira*: « Nihil est tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat; » nimirum: « Exercitatio potest omnia. » Id videre est in S. Antonio, Macario, Omphrio, Simeone Stylita ceterisque Aetolis, quos recenset Theodoretus in *Philosop.*, Palladius in *Lausonia*, Evagrius in *Vita Patrum*, qui assidua sua exercitatione non tantum sibi, sed et alio, potui, somno, aeri totique mundo, ac Deo ipsi dominati sunt.

HÆC ENIM FACI, PVS NON PECCABITIS ALIQUANDO. — Hic est syllogismus S. Petri: Quicumque non peccat, sequè purum a peccato conservat, hinc certam facit suam vocationem et electionem, tum ad gratiam, tum consequenter ad gloriam; at qui qui satagit studeatque bonis operibus, hinc non peccat: ergo qui satagit studeatque bonis operibus, certam facit suam vocationem et electionem. Hoc autem tarsi est, ut S. Egidius, socius S. Francisci, dixerit: « Si unus tantum homo damnandus esset, ceterique omnes salvandi, ego totis viribus anniterer ne essem ille solus. » Quam ergo nunc antequam est, ubi tot damnandi erunt, et tam pauci salvandi!

Pro non peccabitis græce est *μη σφαιρα*, id est non cadetis, scilicet in peccatum; Pigninus et Tigurina, *nequaquam tabentis*; S. Ambrosius, lib. III *De Fide*, cap. vi, *non errabitis*, peccando scilicet. Peccatum enim est error practicus, pala error vite et morum, juxta illud *Proverb.* xiv, 21: « Errant qui operantur malum; » indicant enim eligendum sibi esse cupiditatem, v. g. gula, libidinis, ambitionis prae Deo et celo, qui sane ingens est error ingensque imprudentia. Hinc Antiphanes apud S. Præmarum, lib. II, cap. xix, ait

Cupidinam genitum esse de chaos et nocte, puta de confusione et ignorantia. Peccatum ille intellige perfectum, puta mortale, quod hominem a Dei gratia et salute divellit. Certum enim est prædestinatos et justos aliquando peccare venialiter (1).

11. SIC ENIM ABUNDANTER MINISTRABITUR (*ἐπιπλεονεχθήσεται*, id est *suppedabitur*, dabitur, præstabitur) VOBIS INTROITUS IN ÆTERNUM REGNUM DOMINI XPI. — Explicat hic vocationem et electionem fidelium, ejusque finem et præmium, *q. d.* Per bona opera et virtutes jam dictas dabitur vobis ingens et amplus aditus in caelum, ad felicitatem et gloriam æternam: ergo per eandem certam facilem vocationem et electionem vestram; hæc enim non alio tendit, quam ad celestem felicitatem et gloriam.

Nota: Voce *abundanter*, græce *ἐπιπλεονεχθήσεται*, id est *dabitur, epulenter, pertrahitur primo*, Simonem Magum, qui docebat non sufficere Christum, eo quod ab angelis impediri possit ingressus in caelum: nam ex adverso « sanguis Christi est clavis paradisi, » ait S. Hieronymus ad *Dardanum*, epist. 129, et crux Christi sustulit flammam, ut ait Cosmas Hierosolymitanus, *ode S. Secundo*, insinuat fideles debere abundare bonis operibus; *als enim* abundaturos pariter gratia in hac vita, et gloria in celo; « introitus enim in regnum caelorum » metonymice significat ipsum regnum caelorum, puta ipsam felicitatem et gloriam caelestem: ad eam enim fit introitus Beatorum. Hoc est quod ait Paulus, II *Corinth.* ix, 6: « Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. » Et vers. 8: « Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Disperdit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi, » etc. *Tertio*, S. Ambrosius, lib. III *De Fide*, cap. vi, legit *abundantius*, quo significatur Deum nostra opera abundantius et magis remunerari, quam ipsa in se mereantur: Deus enim pariti cetera condignum, sed præmiat ultra condignum, ut aiunt Theologi.

Præclare S. Augustinus, serm. 18 *De Verb. Dom.*, cap. xvii: « Regnum Dei, ait, crescentepossessorum numero, non minuitur, quia non dividitur; unicuique integrum est, quod concorditer habetur a multis. » Auctor *Manualis* apud S. Augustinum, cap. viii: « Regnum, ait, caelorum regnum felicissimum, regnum carens morte et ætate fine, cui nulla tempora succedunt per ævum, ubi continuus sine nocte dies nascit habere tempus, ubi victor miles donis ineffabilibus coronatur. »

12. PROPTER QUOD INCIPIAM. — Græce *ὡς ἀρχίζω*,

(1) *Non peccabitis aliquando* alii interpretantur, non unquam spe excidit. Nunquam spes vestra frustrabitur. *Græce enim*, scilicet *μη σφαιρα, spe excidit.*

id est non negligam, non desinam, non cessabo; alii legunt, *ὡς ἀρχίζω*, id est, non cunctabor, non procrastinabo, non differam in futurum, sed nunc incipiam, ut veritè Noster. Unde *ἄρχίζω* vocatur *incipiatio*, mora, dilatio, procrastinatio. Ubi nota fervorem S. Petri, qui jam senex et mori vicinus, ait se incipere et inchoare munus pastoralis. Sic Psalles ait: Dixi, nunc corpi; et S. Antonius apud S. Athanasium suus docebat ut quotidie cogitarent: « Hodie incipiam Deo servire, forte hodie et finiam; » et S. Franciscus sub mortem: « Fratres, ait, incipiam Deo servire: hincque enim nihil fecimus. » Ita S. Bonaventura in ejus Vita. Abbas Pambo moriturus post multos magnosque virtutum labores et agonas, adeo ut nunquam dixerit verbum ejus cum posuisset: « Ego, inquit, sic vado ad Dominum, quasi qui necdum initium fecerim serviendi Deo. » Ita Vita SS. Patrum.

VOS SEMPER COMMONERE, — *κοινωνήσασθε*, id est *commonefacere*, in memoriam revocare. Pastoris, prædicatoris et superioris est subditis sepe in mentem revocare leges Dei, ad vocationem suam obligationes et vota, ac stimulos ad ea servanda: frequenter enim oportet reminisci, quod mundus iste cogit oblivisci: partim enim infirmitas memorie, partim varietas occupationum, partim species et illecebra mundi faciunt hominem oblivisci suam salutem, obligationem et virtutem. Superior ergo hæc illis crebro reticere et suggerere debet, tum ad memoriam, tum potius ad voluntatem torpentem excitandam et accendendam: ideoque fervida oratione et spiritu hæc eis inculcet oportet, ut eos ad eorum praxin vocendet et inflammet, juxta illud *Isaia* LVIII, 4: « Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum; » et cap. LXVI, 6: « Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, tota die, et tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui remisimini Domini, ne taceatis, et ne detis silentium ei, donec stabiliet, et donec ponat Jerusalem laudem in terra; » et S. Paulus ita præcepit Timotheo, epist. II, cap. xv, vers. 2: « Prædica verbum, in sta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. »

Præclare S. Gregorius, lib. II *Registr.*, epist. 39: « Episcopi, ait, est de prædicationis ministerio semper cogitare, intentissimum timore considerans, quod necesse est ad perspicendum regnum Domini, et talenta servis distribuens dicat: Negotium dum venio. Quod profecto negotium tunc vere nos agimus, si vivendo et loquendo proximorum animas lucratur, si infirmos in superno amore roboramus, si protervos et timidos gehennæ supplicia terribiliter intonando flecimus, si nulli contra veritatem parcimus, si supernis amicitias dedisti humanas inimicitias non timemus. » Idem rursus: « Lingua Episcopi fomentum sit bonis, aculeus malis; timidos retundat, iratos

mitiget, pigros ac desides exorat ac succendat; asperis blandiatur, desperatos consoletur. » Talis fuit Isaías, cujus probe labia Seraphinus unus purgavit et accendit calculo ignito, ut alios deinde ignerent, *Isaie* vi: et S. Bernardus XXXIII in *Cont.*: « Oportet plane, ait, hoc vino zeli æstuet, qui alius præsidet, quemadmodum doctor Genium aestuabat, quando dicebat: Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? Alioquin improbe satis præcess affectas, quibus prodesse non curas, et quorum non zelus salutem, subjectionem nimis ambitio vindicatis fibi. »

DE MIS, — ut scilicet virtutibus jam recessitis incumbatis, et ulque per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. »

ET QUIDEM SCIENTES BY CONFIRMATOS. — Clare Pagninus et Tigurina, « tametsi scialis et confirmatis in præsentis veritate. » Dormit enim in fidei sepe fides, et scientia Dei et salutis; sed vox Pastoris et concionatoris eam a somno excitat, acuit et quasi vivificat, facitque ut non sit otiosa et speculative, sed practica, operosa et negotiosa. »

13. JUSTUM AUTEM (ENIM) ARBITROR. — Rationem dat cur velit eos commonefacere, quia scilicet id justum, id est, æquum est, imò debitum: id enim exigit munus pascenti fideles omnes, sibi a Christo commissum et demandatum, *Joannis* xxi, 16. Ita Petrus Damianus, lib. III, epist. 8 ad *Archiepiscopum Bisuntinum*, clatis hinc S. Petri verbis: « In verbis plane suis, inquit, bonus pastor ostendit, quia non sibi, sed discipulis suis vivere volebat et mori: » usque ad mortem enim, imò moriendo ovæ suas pavit et docuit, æque ac Joannes, S. Cyprianus alique pastores Apostolici.

QUANDIS SEM IN HOC TABERNACULO. — Corpus vocat tabernaculum, non quod anima illi duntaxat assistat, ut navarchus assistit navi, illudque inhabitet, ut voluit Plato: constat enim animam esse formam corporis, illudque informantem unum compositum, puta hominem consistere; sed primo, quod brevis sit hæc vita: sicut enim in tabernaculo solet esse brevis mora, sic et brevis est mora animo in hoc corpore.

Secundo, quia sicut in domo homo quiescit, in tabernaculo dignus proficitur, sic et anima in corpore hoc non quiescit, sed assidue movetur, et tendit, imò currit ad mortem, et per mortem ad immortalitatem. « Non enim habemus hic permanentem civitatem, sed futuram inquirimus, » *Hebr.* xiii, 14.

Tertio, vox tabernaculi refricat nobis, quod in hoc corpore et vita non sinus inquinari, sed peregrini: sumus enim civis cæli et sanctorum, ac domesticus Dei, *Ephes.* ii, 19. Sic de Christo et cælis in corpus descendentem, ait S. Joannes, cap. i, vers. 14: « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, id est, tabernaculum fixit, in nobis. » Quin et Seneca, epist. 71: « Vis, ait, adversus hoc corpus liber esse? tanquam migraturus habitas: propone tibi quandoque hoc contubernium carendum; for-

tior eris ad necessitatem exeundi. » Idem, *epist. 72*: « Ante senectutem, ait, curavi ut bene viverem, in senectute ut bene moriar, bene autem mori est liberius mori: ut satis vixerimus, nec anni, nec dies faciunt, sed animus. » Idem alibi docet mortem non esse aliud quam malorum carentiam; quid ergo dixisset, si beatam vitam Christianis promissam cognovisset?

Quarto, sicut miles degit in tabernaculo, ita et fidelis in corpore: assidua enim pugna est cum carne, mundo et diabolo.

Præclare Tertullianus *ad Martyres*, cap. II: « Vocati sumus, ait, ad militiam Dei vivi jam tunc, cum in sacramenti verba responderimus. Nemo enim ad bellum enim delicta venit, nec de cubiculo ad artem procedit, sed de papilionibus expellitur et substrictis, ubi omnis diuitia, et inbonitas, et insauvitas consistit. Etiam in pace, labor et incommoda bellum pati jam desunt, in armis desambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, testimonium deservendo. Super omnia constant, na corpora atque animi expavescent: de umbra ad solem, de sole ad ætherem, de tenebris ad lucem, de silentio ad clamorem, de quiete ad tumultum. Proinde vos benedicta quodcumque hoc durum ad exercitationem, virtutem animi et corporis deputate. »

Quinto, sicut degens in tabernaculo multas patitur angustias, incommoda, necessitates, defectus lecti, sedis, foci, cibi, potus, etc.: sic et in hoc corpore plurimæ patitur defectus, erumnas et incommoda. Rursus sicut tabernaculum pluviam, ventis aliisque aeris vel hostis injuriis fragitur, aut putrefit et corrumpitur, sic et corpus.

Sexto, sicut degens in tabernaculo aspirat ad domum, ita fidelis in hoc corpore spirat ad cælum, juxta illud S. Pauli, *Philipp. 1*, II: « Mihi vivere Christus est, et mori iterum; » et *vers. 13*: « Cupio dissolvi et esse cum Christo: » et *II Corinth. v*, 4: « Scimus quoniam si terrestria domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis: nam et in hoc ingenescimus, habitationem nostram que de solo est, superindui cupientes. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo ingenescimus gravati, eo quod nolimus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeat quod mortale est a vita. » Ita B. Aloysius Gonzaga mortiturus, de morte loquebatur quasi de migratione ex uno cubiculo in aliud, sed melius et diuturnius. Idem cum S. Petro dicit fidelis quisque, Præclare S. Cyprianus, *tract. De Mortal.*: « Patriam nostram, inquit, paradisum computamus: parentes Patriarchas jam habere eripimus; quid non propinquamus et currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? » Idem *epist. 56*: « Si mortem, ait, possumus evadere, merito mortem timeamus: porro autem cum mortalem mori necesse sit, amplectamur occasionem de divina promissione et dignatione ve-

nientem, et fungamur exitu mortis cum premio immortalitatis. »

Septimo, quia corpus instar tabernaculi pellit compingitur, nervis quasi funibus tenditur, ossibus quasi palis solidatur, pedibus quasi clavibus figitur. Anima vero corpore quasi tabernaculo vestitur, et tegitur, perquis illud prospicit, audit, sensit, agit et operatur, donec illud reformetur, perficiatur et beatur in resurrectione.

Alludit ad tabernacula Hebræorum, quibus israeliæ sunt in deserto tendentes in terram promissam, in quorum memoriam posteri celebrant festum Tabernaculorum. Hæc enim significabant nos, hic velut peregrinos agere in corpore quasi in tabernaculo, et tendere ad patriam, puta in cælum. In hac ergo vita et corpore agimus juxta festum Tabernaculorum, in cælo æterni perenne Pascha. Vide dicta *Levit. xxiii*, 34.

SECURITARI (torpentes et quasi dormientes excedere et accendere) vos IN COMOTIONE — mea admonitione, *græce* *ἐκκίνησεν*, id est *recordatione*, et in memoriam revocatione, ut paulo ante dixi.

14. Certe, — *scilicet*, *sciens certo*, scilicet per D revolutionem, ut sequitur.

Quod velox est depositio TABERNACULA MEI — quod brevi moriar et crucifigari, ac e morte et cruce evolabo in cælum ad manum Jesum. Hæc ergo sunt ultima mota, et quasi cæcæ viæ S. Petri, idæque ardentes et efficaciæ. Sic Christus, Iacob, Moyses, David, Tobias morturi ultima suis dederunt monita.

SIGNIFICAT QUID ET DOMUS NOSTRA JESU CHRISTI SIGNIFICATUM. — *id est*, *manifestat*. Illic patet Christum S. Petro sub mortem et martyrium apparuisse, eique illud presignificasse. Extat iuxta Romanam via Appia sacellum, in quo fertur Christum Petro e corpore rogatu fidelium fugientem apparuisse, ac roganti: « Domine, quo vadis? » respondisse: « Vado Romanam ut iterum crucifigari. »

Unde intellexisse S. Petrum se a Christo vocari ad crucem, ideoque in carcerem redisse, ac paulo post crucifixum esse. Idem narrat et testatur S. Ambrosius, *epist. 33*; S. Gregorius in *Psalm. iv Psalm.*, *Acta S. Processi et Modesti, Hæresiphis*, lib. III *De Exilio Jerusalem*, cap. II. Addit Metaphrastus apud Surium, die 29 Junii. S. Petrum, cum dixisset in Bellanica, audivisse ab angelo: « Petre, instat tempus hujus resolutionis, et oportet te ire Romam: in qua cum mortem per crucem sustinueris, recipies mercedem justitiae. » Sed hujus auctoritas dubia est fides; præsertim quia fidem asserti S. Linum ante Petrum esse defunctum, quod constat esse falsum: timus enim successit S. Petro in Pontificatu. Sive ergo illa apparitione, sive illa anteriori illa enim in via Appia sub mortem S. Petri, ideoque post scriptam hæc epistolam contigisse videtur. Id factum est, certum est Christum idipsum revelasse S. Petro. Videatur enim et, utpote vicario suo sæpius apparuisse, ut sæ-

pius apparuit S. Paulo, ut patet *Act. ix*, 5; *Act. xxii*, 9; *Act. xxii*, 17; *Act. xxiii*, 11.

Simili modo Christus S. Pio I Pontifici, S. Polycarpo, S. Cypriano, aliisque Pontificibus illo ævo revelavit instantem mortem et martyrium, ut ad eam se compararent.

Moraliter S. Petrus dat exemplum Pontificibus et Principibus, cogitandi et desiderandi velocem mortem et transitum ad Deum; nimirum: « Omnis potentatus brevis vita. » *Eccli. 3*, 11. Id verissimum esse in Pontificibus experientia perpetua docuit; nam nemo eorum a Christo lucusque æquivalens annos S. Petri; nemo, inquam, sedit in Pontificatu annos 24 completos, ut sedit S. Petrus. Proxime ad eos accessit Adrianus I, qui sedit annos 23, deinde Alexander III, qui 21, mox S. Sylvester et S. Leo: uterque enim sedit annos 20. Plurimi non sederunt nisi annis sex vel septem, imo permulti ad paucos tantum menses vel dies. A trecentis annis nullus Pontificum ante Paulum V sedit annos sedecim, nisi unus Eugenius IV. Denique cum a Christo usque ad annum hunc jubileam 1625, sederint Romæ Pontifices 239, si in eos partiaris annos a Christo elapsos 1625, cuique vix obtingent sex anni cum dimidio. Annus ergo velox fuit depositio tabernaculi Pontificum omnium? imo multo magis quam ipsius S. Petri? He nunc, mortales, ambite tias, querite infulas, eas cum vita post paucos annos et forte dies posaturi, de hisque exactam Deo rationem reddituri. « Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum terminis. »

15. Dabo AGTEM OPERAM ET FREQUENTER. — *Græcum* *ιστεον* tripliciter verti potest. *Primo*, *frequenter*; *secundo*, *semper* et *quotidie*, *q. d. sæpe*; *tercio*, *ipsam*, id est *per singulos dies*. Ita Vatablus. *Tertio*, *agillatim*. Ita Pagninus, *q. d.* Singulorum vestrum quasi ovium mearum curam geram, non solum in vita, sed et post mortem.

HABERE VOS POST OBITUM MEUM. — « Habere, » scilicet in mente et memoria mea, ut crebro vestri sim memor apud Deum, eumque pro vobis orem, ut horum monitorum meorum memoriam vobis refricet. Ita *Communis*, *Salmerten*, *Calliarinus*, *Gagneus*, et alii, hic; Petrus Damianus, lib. III, *epist. 8*; Suarez, *III part.*, tom. II, *disp. 23*; Bellarminus, lib. I *De Sanctis*, cap. XVIII. Unde S. Chrysostomus, *oral. in princ. Apost.*, S. Petri opem invocans, etians hæc ejus verba ita legit: « Supplicamus enim, B. Petre, sic dicens: Studebo post meum obitum vestri memoriam facere. » Huc facit quod S. Clemens, *epist. 1*, ait S. Petrum sibi dixisse: « Certus esto quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium obsecrando cessabo. » Sic Græci dicunt *ἐπι πορεύεις*, id est *habere in memoria*, hæc est *reminiscentia*.

Secundo, Erasmus, Vatablus, Clarus, Adamus et Cajetanus, Græcum *ἐπι*, id est *habere*, vertunt posse, ut hæc sit sententia: « Dabo operam frequenter posse vos post exitum meum horum mem-

tionem facere, » sive orando Deum pro vobis; sive mandando hæc ipsa litteris, quas crebro relegatis; sive commendando S. Lino, Cleto et Clementi, successoribus meis, ut horum memoriam crebro refricet. Sic Græci dicunt, *ἐπι πορεύεις*, id est *possum ostendere; hæc operari, possum considerare*, vel considerandum mihi est. Et Plato, lib. II *De Republ.*, *ἐπι πορεύεις*, id est *non possum succurrere*. Sic Latini dicunt, *habere dicere*, id est *possum dicere*, teste Celso, lib. XVII, cap. xx; habere polliceri, id est, *possum polliceri*. Sic hic « habere vos, » id est *posse vos horum memoriam facere*, aut planius habere, scilicet *considerare*, id est *ostendisse, et monumentum, vel memoriam, q. d.* Dabo operam ut post obitum meum relinquam vobis monumentum, puta hæc epistolam similem, ac monitores, puta S. Linum, Clementem aliosque, ac præsertim Deum ejusque sanctas inspirationes (quas precibus meis vos frequenter renovent. Hic sensus valde planus, facillime et obvius est. Hoc est quod ait *Psalm. cxiv*, vers. 17: « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, » quod explicans S. Augustinus ibidem: « Pro Apostolis, ait, constituti sunt Episcopi. Non ergo tates desertam, o Ecclesia, quia non vides Petrum, qui non vides Paulum, qui non vides illos per quos nata es: de prole tua tibi crevit paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constituti eos principes super omnem terram. »

Tertio, *ἐπι* potest verti, *impellere*, *agere*, *dirigere*, *inclinare*, *q. d.* Agam, dirigam et impellam vos ut horum rememiscamini. Sic Homerus *Iliad. III*, ait: *ἐπι πορεύεις*, id est *agavit et impulit veloces equos*. Hic sensus hujus loco congruus et appositus est (1). S. Petrus enim est auriga Ecclesie, fideles agens et agens ad bonum, etiam cum in oculis Dei fruatur, ut illi potius quam Elia dicere possis istud Elisei: « Pater mi, tu es currus Israel et auriga ejus, » *IV Regum*, II, 12. Idem significat Latine *habere*, ut cum dicimus: habet illam arete et durit. Sic Plautus in *Menæch.*: « Nimirum, ait, habui te delicatum. » *Terentius in Heccyra*: « Nunquam secus habui illum, ac si ex me esset nata. » Cato: « Villicæ villam conversam mundamque habeat, focum purum conversum quotidie habeat quam cubitum eat, habeat, » id est sollicitus servet et curat. Hinc patet S. Petrum et Sanctos *ἐπι* finitios curare res mortaliū, ideoque esse invocandos.

Nota hic amorem, curam et sollicitudinem S. Petri circa fideles totamque Ecclesiam, utpote quam etiam post mortem semper conservaturum se promittit; et uti promissis, ita reipsum præstat: inde enim manat constantia Romanæ Ecclesie in fide et pietate orthodoxa, ac præsertim continua in eadem successio Romanorum Pontificum per

semper est, nec existentie ratione me posterior. » Et inferius : « Ille est Filius meus, ille, inquam, glorie meus splendor, ille substantie mee character, per quem angelos etiam feci, per quem eorum fundamentum est, ac stabilita terra, etc. Ille est non servus, aut legatus, aut angelus, sed Filius meus dilectus. »

Alludit ad *Psalm.* xxviii, 4 et 6 : « Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, etc., et dilectus quemadmodum filius unicorinorum. » Pro *dilectus* hebr. est *אֱהָבָה* *caritas* vel, et jam puncta suffigunt, *caritas*. Pro quo Septuaginta per meta-thesin postquam legunt *אֱהָבָה* *caritatem*, id est *rectus*, dilectus, missus, dilectus. Alludit *Isaia* *ad Israel*, imo Genebrardus censet *Isaia* *esse* dimanativum *Israel*, *q. d.* Israelus, *rectus*, dilectus, blanditie causa. Vide *Isaia* cap. xiv, vers. 2. *Israel* ergo est *Isaia*, id est *rectus*, ideoque mihi dilectus. *Israel* autem fuit pater et typos Christi : Christus enim vere est *Israel*, id est, vir dominans Deo.

Januarius Christus Patris dilectus comparatur filio unicorinorum, id est unicorini. *Primo*, quia unicus Dei unicus est Filius, sive quia Filius est Deus, qui est unicus, id est, unicus in essentia, ideoque est cornu fortissimum in potentia : Christus enim est Pater *quies* et *consuetudinis*. *Secundo*, quia unicorinis pro aliis animalibus matre diligit suos fetus, mori malens quam eos vivos amittere. Simili modo Pater unice diligit Filium, ait Richardus in *Psalm.* xxviii, quia unice et singulari modo genuit eum absque matre, sicut in terra eumdem, ut homo est, genuit sine patre, ait Euthymius ibidem. Rursus Christus quasi unicorinis fetus suos, puta fideles, ita diligit, ut pro eis mori et crucifigi voluerit. *Tertio*, Christus fuit filius unicorinorum, quia fuit filius crucis, et cornua fuerunt in manibus ejus, ubi abscondit fortitudinem suam, ait S. Ambrosius, serm. 2 *De Baptismo Christi*. Unicorinis enim habet cornu bifurcum instar crucis, ait S. Justinus. *Quarto*, quia sicut unicorinis cornu tangens aquas venenatas, ab eis venenum excutit, teste Plinio, lib. VII, cap. xxi : ita Christus lactu corporis sui aquas venenatas tribulationum et mortis nobis sanas, potabiles et suaves efficit. *Quinto*, quia Christus est invictus et insuperabilis per cornu deitatis, unionis hypostaticae et gratie singularis, quod dedit ei Pater, juxta illud : « Erexit cornu salutis nobis i. domo David pueri sui, » *Luca* 1 : et : « Cornua rhinocerotis cornua illius, in ipsis ventiliabit gentes usque ad terminos terre, » *Deuter.* xxxiii, 17. Vide ibi dicta. *Sexto*, sicut monoceros, sive unicorinis capi naquit nisi sinu virginis : ita Christus non nisi sinu Beate Virginis capi potuit; sed eo captus, factus est homo. Vide dicta *Numer.* xxii, 22. *Septimo*, quia, ut canit ibidem *Psalmes*, Christus apparuit mundo post disjectas cedros, id est, superbum impietatem, errores Judaismi et Gentilismi per vim tonitru, id est predicationis Ex

nis non tantum est validum, sed et medicum, ait S. Justinus : ita validum et medicum est robur ac gratia Christi, utpote qua omnes anime et corporis infirmitates sanat et corroborat, adeoque Virgines et Martyres efficit. *Nono*, unicorinis lactu cornu purgat aquas a veneno serpentum : sic Christus lactu Jordanis, dum in eo baptizatus est, aquas ejus ceterasque omnes fecit purgativas et expiatrix peccati in sacramento Baptismi. *Decimo*, pulli sive hinnuli unicorinorum sunt pulchri, elegantes, amabiles et gratiosi : talis est et Christus. Tropologica vox Christi predicantiam communit cedros, id est, idola et superbiam seculi. Tunc Apostoli et fideles invicti exilierant et dominati sunt quasi filii unicorinorum, id est, sanctorum Patriarcharum, qui suum cornu et robur collocarunt in unicorini, id est, in uno Deo, eoque ac totum cor et amorem, ideoque pro se, foris sanguinem et vitam posuerunt.

Is quo mihi complacet. — Græca significantur de *βι* *ἐπι* *αἰσθη*, id est *tu* *quæ* *ego* *complacuit*, in quem omnem meam *αἰσθη*, id est beneplacitum, propositum et voluntatem propensam, effudi. Tigrina, « in quo mihi complacuit est. » Vatablus, « in quo placatus sum et mundo reconciliatus. » Alii valde apposite, « quem placabilem et gratissimam hostiam mihi constituit, ut homines mihi reconcillem. » Budeus in *Comment. lingue Græcæ*, pag. 364, « in quo animo meo obsecutus sum, in quo opus meum probavi, in quo mihi placuit, in quo acquievi animus meus, in quem, cum intueor, omnem iram et offensionem pono. » S. Chrysostomus et Euthymius in cap. xvii *Matth.*, « in quo delector; » S. Augustinus, lib. II *De Consensu Evangel.*, cap. xiv, « placitum meum in te constitui, per te decrevi implere quod mihi placuit, ut deinceps non dicam : Penitet me fecisse hominem; per te placui hominibus. » Idem, serm. 63 *De Verbis Domini*, et tract. 35 in *Joannem*, « erga quem bene affectus sum, cui bene volo, aut do quo bene sentio. » Tertullianus, *Contra Praxean*, cap. xxii; Cyprianus, lib. I *Contra Judic.*, cap. 3, et Irenæus, lib. III, cap. xi, « in quo bene sensi. »

Deus ergo in Christo sibi complacuit, primo, quia cum Verbo hypostaticè unum, et filium suum infinito amore diligit, in eoque totus complacendo conquiescit.

Secundo, quia per eum solum placuit illi homines redimere, novamque legem et Ecclesiam instituire.

Tertio, quia in summa ejus obedientia, humilitate, sanctitate mirè sibi complacuit, per eum placatus fuit toti humano generi, ac cum eo in gratiam rediit, et innumera scelera ei condonavit : nam, ut ait Christus *Joannis* viii, 29 : « Quæ placita sunt ei, facio semper. » Ita S. Bernardus, serm. 4 *De Epiphana*.

Quarto, quia per eum omnes in eum credentes diligit, sanctificat, filios et hæredes suos destinat. Nemo enim placet Deo Patri nisi per Christum, et

omnes qui Christo placent, placent et ipsi. Denique omnis virtus, sapientia, sanctitas, adeoque quicquid Deo placet, per Christum placet.

Alludit hæc verbis, imo explet Deus illud *Isaia* xlii, 1, de Christo : « Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in eo anima mea. » Et ad hymnum angelorum Christo nato occurrentium : « Gloria in altissimis Deo; et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, » erga quos sollet Deus per Christum suam *αἰσθη*, id est *beneplacitum*, summamque amorem exhibere decrevit, donando eis suam gratiam, amicitiam, gloriam, hæreditatem et felicitatem æternam. Unde Syrus, Nysenus, Theophylactus et Euthymius pro *αἰσθη*, id est *bona voluntatis*, legunt *αἰσθη*, id est, *bona voluntas*, hymnumque faciunt trimembrem, hoc modo : « Gloria in altissimis Deo, in terra pax, hominibus sit bona voluntas, » id est, benevolentia Dei, ut sollet per Christum Januarius natum eos salvet et in filios sibi adoptet. Sic *Ephe.* i, 9, et alibi homines bonæ voluntatis vocantur filii dilectionis, id est, filii voliti, electi et dilecti a Deo.

Nota: Historiam transfigurationis varie narrat SS. Mattheus, Marcus et Lucas; sed hæc fuit rei gesta series et ordo, qui Evangelistas omnes inter se conciliat. *Primo*, Christus oravit, interim discipuli ex labore conscensis montis, et ex prolixitate orationis Christi somno gravatis ac dormientibus transfiguratus est Christus. *Secundo*, accesserunt Moses et Elias loquentes cum Christo de excessu (mortis crucis) quem complecturus erat in Jerusalem. *Tertio*, Apostoli e somno hoc fulgore et colloquio excitati viderunt gloriam Christi, eum eoque colloquentes Moyses et Elias. *Quarto*, finito hoc colloquio, cum signum darent habitus, S. Petrus hæc voluplate quasi ebrius, dolens eos pariter abire, petiit vestra tributa, unum Christo, secundum Moysi, tertium Eliæ. *Quinto*, superveniit nubes subducens Moysen et Eliam, cum voce ad Christum : « Ille est Filius meus dilectus, » etc., quibus terribi SS. Petrus, Jacobus et Joannes considerant iterum; sed mox a Christo contactati et erecti levitates omnes sensu solum viderunt Jesum. *Sexto* Moyses ad limbum, Elias ad suum locum per angelum uti adductus, ita et reductus est.

IPSI AUDETE. — Ipsi et in ipsum credite, ipsi obedite : « Ipsum, » inquam, « audite, » non Moysen, qui umbratilis legis dedit non Eliam, qui ætherum claudit, inderne angelica evocant quoque pugili peccatores; sed ipsum qui verus Evangelii doctor, legis novæ legislator, dux eorum, idea sanctificatus, voluntatis mee internumilius, adeoque figura et character substantie mee. Qui ergo ipsum audit, me audit; qui ipsum spernit, me spernit. Ita Damascenus, orat. *De Transfigur.*, Praefare S. Leo, serm. *De Transfigur.* : « Hunc ergo, uti, in quo per omnia mihi bene complacuit, et cujus predicatione manifestor, cujus humilitate clarifi-

cor, incontinenti audite : quia ipse est veritas et vita, ipse virtus mea atque sapientia. Ipsum audite, quem legis mysteria pronuntiaverunt, quem Prophetarum ora occinerunt. Ipsum audite, qui sanguine suo mundum redimit, qui diabolum ligat et vasa ejus rapit, qui peccati chirographum et prevaricationis pacta dirumpit. Ipsum audite, qui viam aperit ad eorum, et per crucis supplicium gradus vobis ascensionis parat ad regnum. »

Alludit ad illud Moysi de Christo oraculum : « Prophetam de gente tua et de fratribus tuis, sicut me, suscitant tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies, etc. Ponam verba mea in ore ejus, loqueturque omnia quæ præceperit illi : et omnia verba ejus quæ loquetur in nomine meo, audire noverit, ego ultor existam, » *Deuter.* xviii, 16 et 18. Et illud *Isaia* lv, 4 : « Ecce testem populus dedit eum, decem ac præceptorum gentibus. » Et illud *Joan.* i, 17 : « Gratia et veritas per Jesum Christum facta est : Deum nemo vult unquam; Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis. »

Nota primo, hæc vox Patris ad Christum facta est, non ante, ut voluit aliqui, sed post discessum Elias et Moysi, cum sollet intravit in nubem, ut ait Lucas, cap. ix, vers. 34 et 35; unde vers. 36 ait : « Et dum hæret vox, inventus est Jesus solus, » nimirum ut christianum esset hanc vocem ad solum Christum referri, non ad Moysen vel Eliam. Ita S. Chrysostomus, Ambrosius et alii in *Matth.* xvii, vel *Lucæ* ix. *Secundo*, hic representatus fuit SS. Trinitas, sicut et in baptismo Christi : sollet Pater in voce, Filius in divina gloria, Spiritus Sanctus in nube. *Tertio*, hæc vox, ait Tertullianus, lib. IV *Contra Marcionem*, cap. xxv, significatur abrogatio legis veteris et novæ institutio passio Christi in excessu, de quo cum Christo loquebantur Elias et Moyses; resurrectio in transfiguratione, infernus et limbus in Mose : eo enim reducta fuit, uti inde absoluta fuerat anima Moysi.

18. HANC VOCEN NOS (ego, Jacobus et Joannes) ADVIVENS DE COELO (de nube et aere caliore) ALIATAS, — *Georgius* videt *delatam*, delapsam, uti paulo ante vertit Interpret.

UTI ESSENTES CUM IPSE IN MONTI SACRO. — Faber Stapulensis in cap. 12 *Marci* opinatur hunc montem fuisse Libanum, tam quia de eo prædixit *Isaia* xxv, 2 : « Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron : ipsi viderunt gloriam Domini et decorem Dei nostri. » Sed alius est *Isaia* sensus; ut ibi dixi : tam quia Christus tunc erat in finibus Cæsariæ Philippi, qui adiacet Libano. Verum id falsum est; nam sex dies jam abierant a concione habita Cæsariæ, quibus Christus accessit ad Thabor; unde et mox a transfiguratione descendit Capharnaum, quæ urbs vicina est monti Thabor. Vide *Matth.* xvii, 1.

Communis ergo sententia est montem hunc fuisse Thabor; quem Septuaginta et Josephus vocant Itabyrium, de cuius situ, altitudine, amo-

« In die, ait, ambulamus comparatione infidelium; comparatione vero illius diei quando resurgit mortui, adhuc nox sumus. » Hoc est quod ait Salomon, *Proverb.* cap. vi, vers. 23: « Mandatum lucerna est, et lex lux. » Et David *Psal.* cxvii, 104: « Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. » Et vers. 130: « Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis. »

Perperam ergo heretici ex voce *lucerna* concludunt S. Scripturam esse lucillam et claram, ut a quovis plebeio intelligi et explicari possit.

Nam primo *lucerna* significat lumen nocturnum, ideoque obscurum.

Secundo, S. Petrus proprie *lucernam* vocat prophetiam; hanc autem constat esse obscuram.

Tertio, quia ait *lucernam* hanc loquere in caliginoso loco; ergo a loco reperussa et lebetata fit et ipsa caliginosa, ut non nisi propinqua illuminet, eaque modica et subobscura.

Quarto, quia S. Scriptura est *lucerna*, « sed super candelabrum publicae et infallibilis auctoritatis Ecclesiae, non sub medio hominis privati, » ait S. Ambrosius, lib. VII in *Luceam*, cap. 17, *lucerna* enim haec non lucet, nisi ejus lux pandatur a Doctoribus Ecclesiae, ac fidelibus ostendatur. Apostoli enim et doctores sunt accessores *lucernae*, quam ponunt super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt, ait S. Augustinus, tract. 23 in *Jean*. Causam dat S. Augustinus, lib. II *De Doctr. Christ.* cap. vi: « Ita, ait, obscurus quidem dicta sunt, ut densissimam caliginem obducant, quod totum divinitus provisum esse non dubito, ad edomandam laborem superbiam et infellectum a fastidio rovocandum, cui facile investigata plerumque vilescent. » Et S. Gregorius in *Præfat.* in *Job*, cap. iv: « Divinus sermo, ait, sicut mysteris prudentes exercet, sic plebanique superficie simplices refovet; habet in publico, unde parvulus nutriat; servat in secreto, unde mentes sublimium in admiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluvius planus et altus, in quo et agnus ambolet et elephas nalet. » Unde Origenes, initio *Leviticæ*, divinitatem in Scriptura latere ait, non aliter atque olim divina ejus persona in humana natura occultabat. Rursum S. Augustinus, in *Psal.* cxi: « Sicut, ait, in scripturis sanctis profunda mysteria, quae ad hoc absconduntur, ut vilescent; ad hoc quaeruntur, ut exerceant; ad hoc aperiantur, ut pascant. »

Denique sicut *lucerna* crebro suggeri debet oleum ut luceat, ita S. Scripturae crebro a Doctoribus inseri debet explicatio docta et pia, ut auditoribus lucem doctrinae et calorem devotionis aspiret. Romae et in Italia utitur *lucernis* grandioribus et turris quae multum olei continent, idque arte physica, ad impediendum scilicet vana, quasi in olea turricula suspensum, quod veniat in os et elychnium *lucernae* delabens, illius lucem ardoremque continuo diuque fovet:

lucernae, has fertur advenisse Hieronymus Cardanus physicus et medicus, ac a forma campanarum nuncupavit, quod campanae turrite speciem gerant. Talis *lucerna* campanarum est S. Scriptura, utpote plena copia et sapientiae oleo, sublimis instar turris, sonora instar campanae.

In caliginoso loco, — In *caliginoso loco*, id est, in loco squalido, obsito, obscuro, tenebroso, sordido, horrido; talis enim est hic mundus et haec vita. Injux rei symbolo Deus jussit Mosi fabricare tabernaculum undique clausum, et carens fenestra, ideoque obscurum et tenebrosum; sed ad illud illuminandum fieri candelabrum septiceps, habens scilicet septem *lucernas*, quas illud illuminarent; tabernaculum enim obscurum representat saeculum hoc plenum ignorantia; candelabrum representat Scripturam et fidem, quas illud illuminat; vide dicta *Erod.* xxvi, et seq. Sic veteres praeter *lucernas* simplices uno elychnio lucentes, quas calicularias vocabant, in locis amplis habebant dimyxos ad duo elychnia ferenda, aut trimyxos ad tria, aut heptomyxos ad septem, aut polyomyxos ad plura; de quibus Martialis, lib. XIV:

Illustram cum tota meis convivia summis,
Totque geram myxos, una lucerna vocat.

Vide quae de *lucernis* et candelabro, Ecclesiam ejusque fidem et doctrinam representant, dixi *Zacher*, cap. v (4).

DOCEAT DIES ILLUCESCAT, ET LUCIFER ORIATUR IN COGNIBUS VESTRIS. — Idem est diem lucescere quod luciferum oriri: eo enim orto fit aurora et illucescit, sive oritur dies. Querens quis his dies, quis *lucifer*: *Primo*, (E)mentum respoulet plenam cognitionem fidei et Evangelii. « Cum inquit, dies adveniet, id est, rerum ipsarum presentia, habebitis orientem luciferum in cordibus vestris, hoc est Christi cognitionem et adventum ejus a Prophetis praenuntiatum, qui tanquam lux vera corda vestra illustrabit; ut propheta sit nox, Evangelium sit aurora et *lucifer*, visio beatifica sit clara dies et merides. Unde S. Cyrillus, lib. I *De Trinitate*, sub initium: docet, quod Christus sit jubar, dies et *lucifer*, qui mentibus fidelium per spiritum tradat, easque illuminat claris, quam Propheta omnes; sicut *lucifer* clarus rutilat quam caeterae stellae. Et quia, sicut lux luciferi signatur a sole, sic Christus signatur a Patre quasi lumen de lumine, Deus de Deo. Unde Christus ipse de se ait: « Ego sum stella splendida

(4) Vaticinia Veteris Testamenti et Prophetarum comparantur cum *lucerna*, quia monstrabant quidem viam salutis, sed obscure tantum, donec ad clariorum rerum divinarum cognitionem homines pervenerint. Advocantia sole, cujus praesentia est stella matutina; dies illucescit, cujus dissipat omnem caliginem, et obscurat ipsam *lucernam*. Sic etiam doctrina Christi omnes dissipat ignorantiae tenebras, et longo superat ratione claritatis doctrinam Prophetarum.

et matutina, » puta *lucifer*, *Apoc.* xxii, 16. Sansus ergo est, q. d. Intende lectioni et studio Prophetarum, ut ex eis confirmemini in fide Christi, donec ex hoc studio et illustratione Dei dies et *lucifer*, id est certior et clarior planeque expulsa Evangelii fideique cognitio, nocti, id est obscuriori Judaeorum et Prophetarum cognitioni succedens, vobis illucescat, ut plane in ea confirmati per eam deducamini ad clarum meridiem aeternitatis et visionis Dei. Sicut enim se habet *lucifer* sive lux aurora ad lucem meridiei, sic se habet haec fidei doctrina ad visionem beatificam. Rursum, sicut *lucifer* se habet ad noctem, quasi medium quid inter noctem et diem, et diem lucisque initium: sic se habet haec Christi doctrina clara ad doctrinam obscuram Prophetarum: haec ergo fuit quasi *lucerna*, Christi vero fuit lumen, *Joan.* cap. i, vers. ix. Hincdem Joannes, *epist.* I, cap. ii, vers. 27, ait: « Non necesse habetis ut aliquis doceat vos; sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus. » Et *Jerem.* cap. xxxi, vers. 31: « Non docebit ultra vir proximum suum, etc., omnes enim cognoscent me; » et, ut ait *Isaias* lvi, 13: « Erunt omnes docibiles Dei. » Ita Adamus, Arias, Gagneus et alii.

Secundo, apposite dies hic et *lucifer* accipi potest beatitudo, puta gloria coelestis et visio beatifica: vita enim in miseris et tenebris hujus saeculi est quasi nox; statim ergo in gloria erit quasi dies et *lucifer*. *Lucifer* enim, sive stella Veneris, quia adducit auroram, sive initium diei, hinc idem est quod dies, juxta illud Martialis:

Phosphore (id est lucifer), redde diem.

Et illud Boetii, lib. III *De Consol.*: « *Lucifer* ut tenebras pepulcrit, pulchra dies roseus agit equos. » Porro *lucifer* est symbolum visionis beatificae.

Primo, quia ea fit per lumen gloriae, juxta illud *Psal.* xxxv, 10: « In lumine tuo videbimus lumen. » Aptè ergo vocatur *lucifer*. *Secundo*, quia *lucifer* sive aurora est initium diei: significat ergo initium beatitudinis, cum scilicet anima sola statim a morte Dei visione beatur, cujus completam et quasi meridiem erit in resurrectione, quando corpus totusque homo habebit et gloria collustrabitur per omnem aeternitatem. *Tertio*, quia *lucifer*, utpote vehens diem et lucem, symbolum est prosperitatis et felicitatis, ut dixi *Isaias* cap. xiv, vers. 21. *Quarto*, quia Beati fulgebunt in caelo quasi stellae et *luciferi*, juxta illud *Apoc.* cap. ii, vers. 28: « Qui vicerit, etc., Dabo illi stellam matutinam. » Et *Daniel.* cap. xii, vers. 3: « Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamentum, et qui ad justitiam erudintur multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. » Vide utrobique dicta. *Quinto*, sicut lux *luciferi* et aurora manat a sole, ut mox dicam, sic gloria Sanctorum manat a gloria Christi; et sicut *lucifer* et stella comitantur, stipant et cingunt solem: sic et Sancti Christum. *Sexto*, quia *phosphore*, id est *lucifer*, so-

lum quoque significat, ait Sulpicius, quia *phosphore* est *illucere* et diem inferre, sic et *Cleero*, lib. II *De Natura Deorum*, lumen vocat *luciferum*; unde Syrus hoc pro *lucifer* vertit sol.

Ad hunc diem suspirabat Sponsa *Cant.* ii, 3, pasceus in illis « donec aspiret dies » beata aeternitatis, « et inclinentur umbrae » miseræ mortalitatis, ait S. Gregorius; et S. Joannes, *Apoc.* cap. xxi, vers. 23, ait quod Jerusalem caelestis « non eget solo neque luna, ut luceant in ea; nam claritas Dei illuminavit eam, et *lucerna* ejus est Agnus; » et cap. xxii, vers. 5: « Et nox ultra non erit, et non egrebit lumine *lucerna*, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos. » Ita S. Augustinus in *Psal.* li: « Quamdiu, ait, ad *lucernam* ambulamus, necesse est ut cum timore vivamus: cum autem venerit dies noster, id est manifestatio Christi, de qua Apollolus: Cum Christus apparuerit vita nostra, tunc et vos apprehenditis cum ipso in gloria. » Idem, in *Psal.* lxxxix: « Ergo, ait, in his velut nocternis doloribus et laboribus propheta nobis accensa est sicut *lucerna* in caliginoso et obscuro loco, donec illucescat dies, et *lucifer* oriatur in cordibus nostris. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, » hinc expositio, « favet et donec; egerunt enim propheta et Scriptura per totam hanc vitam, donec perveniamus ad visionem in patria coelesti. Favet etiam quod *lucifer* cursus solis sit coevus, firmus et perpetuus, ideoque post longam noctem ejus aspectus sit jucundissimus, quasi lucis, solis et diei origo: unde Sophar ad *Job* xi, 17: « Quasi meridianus fulgor, ait, consurget tibi ad vespem, » hoc est, cum te consumptum putaveris, orieris ut *lucifer*. Et Virgilius, *B. Aeneid.*:

— Vocat diem *lucifer*.

Staius, *Thebaid.* III:

Parpare velit ore diem.

et Ovidius, VI *Fastor.*:

Et vigil Roti *lucifer* exit aqua.

Idem *Metamorph.*, lib. VIII:

Retegens diem noctisque fugans tempore *lucifer*:

et lib. XI:

Undecimus *lucifer* stellarum coegerat aquas.

et lib. XV:

— Cumque sibi *lucifer* exit
Clivus equo.

Et Staius, *Thebaid.* XII:

Tertius aurore pulsat *lucifer*.

Hinc Poetae *luciferum*, puta auroram, vocabant Titanis, id est solis filium, eo quod ex sole oriente procedat illa claritas caeli quae auroram dicimus,

Ita Varro, lib. VI: « Aurora, ait, dicitur ante solis ortum ab eo, quod ab igne solis tum aureo aer aurescit; » et Virgilius, IV *Æneid.*, de aurora ita canit:

Postea Phœbea lustrata limpida terra;

et lib. VII:

Aurora in roseis fulgurat lota bigis.

et Tibullus, lib. III:

Auroram Phœbea (sic est Solis) equi jam læve vehunt,

hinc aurora dicitur quasi aurea hora, vel potius quasi aura rotans.

Prior sensus planior et simplicior est, idcirco magis literalis et genuinus: posterior plenior est magis que analogicus. Sicut enim Lucifer est dies solisque præcursor et præannuntius, sic filius Christi præcurrit et præannuntiat visionem beatitudinis. Hic ergo Lucifer filii dicitur in cordibus nostris; in celo vero meridies charitatis divine in mentibus nostris resplendebit.

Tropologicus Hugo: dies, ait, est dilectionis fervor, quem procreare debet Lucifer, id est cognitio Dei et virtutis, ut crescat ad meridiem perfectionis, juxta illud *Prover.* IV, 18: « Juslorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem. » Unde Thomas Anglicus pro *Lucifero* legens *Illicent*, id est, inquit, infans natus, et usque ad ultimum anime. Porro, ut ait omnis charitas luciferi et aurora oritur a sole oriente et subsequente: sic omnis gratia et gloria Sanctorum oritur a Christo, qui est sol justitiae, gratia et gloria. Hoc est quod de Ecclesia et anima habet *Agost.* *Genio.* VI, 11: « Quis est ista qui progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? » Quod explicans S. Gregorius, lib. XVI *Moral.*, cap. XXV: « Aurora, ait, mens justis est, que peccati sui tenebras deserens ad lucem jam erumpit maternalis. » Eadem est pulchra ut luna, quia, ut ait Philo Carpathius in *Genio.*, cap. VI, accipit gratiam a Christo, sicut luna accipit lumen a sole; et quia aliquando in prosperis luceat, aliquando in tenebris adversitatum relinquitur; et quia crescit in virtute, uti nova luna crescit usque ad plenitudinem. Eadem est electa ut sol, quia Christum imitatur solem justitiae, a quo et lucem sumit et calorem. S. Bernardus vero, *serm.* 60 ex parvis, per auroram accipit humilitatem, a qua incipit virtus et vita sancta: « Beata, inquit, dicitur aurora consurgens, ut virtutum structura surgens, ab humilitate tanquam fundamento proprio erigatur. » Per lunam vero, que splendorem sumit a sole, designatur castitas: « Quæque enim fidelis anima, si veri solis obtutibus offeratur intocanda, ex visione illius proficiens admittit in se decus pulchritudinis et venustatem castitatis: unde fit ut ex ejus lumine crescens et proficiens, etiam ad perfectionem provehatur, ut recte dicitur de

illa: Electa ut sol. » Per solem vero designatur charitas, idcirco sponsa dicitur electa ut soli, quia induta est veste nuptiali charitatis: qua virtute qui indutus splendet, erit procul dubio terribilis hostibus suis ut castrorum aëres ordinata. Hæc S. Bernardus; Ambrosius vero et S. Augustinus, *epist.* 80: Ecclesia, aiunt, justorum et aurora consurgens, quia a tenebris peccatorum ad sanctitatis locum proficit; deinde de virtute in virtutem crescit instar lune; denique in die judicii, relicta caligine et potro sine peccatorum ac immortalitate carnis, immortalitatis lumine et æterna claritate vestita solem ipsum representabit. Beatus S. Gregorius in *Cant.* VI, ait Ecclesiam in incipientibus progredi ut auroram, quippe qui a tenebris peccatorum luce sanctæ operationis splendere incipiunt; in profectibus esse pulchram ut lunam, quippe qui dum peccantibus bona exempla præbent, quasi luna lucent in nocte; denique in perfectis esse electam ut solem, dum non tantum peccantibus, sed etiam bonis ac sanctis per eos exemplo imitacionis præbet. « Profecto enim jam luna, inquit, sol offertur; quia que in nocte errantibus nunc lucebat, modo in die ambulantibus lumen veritatis manifestat. » Hinc refert Venerabilis Beda, lib. III *Histor. Angl.*, cap. XIX, S. Fursum raptum in exilium audisse angelos justis concientes: « Abiit de virtute in virtute, videbatur deus decorum in Sion. » Talis ergo fulget, progreditur et ceteris eminet quasi Lucifer, de quo canit Ovidius, *Metamorph.* lib. II:

Ede signi nitido interit ab ortu
Præparatus aureæ Fæces, et plena rosarum
Atria; dilapsant sceler, quantum agnovit cogit
Lucifer, et cæci statione novissimus exit.

Rursum, sicut stella Venæris semper comitatur solem, et mane quidem eum orientem antecit, vocaturque Lucifer; vespere vero eum occidentem sequitur, vocaturque Vesperus, de quo Poeta:

Vespere, qui ento lucis juvenat ignis,

Id est jugundissima stella: veteres enim censuebant stellas esse igneos. Sic qui assidue in virtute proficit, comitatur Christum, qui est sol justitiae; et, ut ait S. Joannes, *Apocal.* XIV, 4: « Sequitur Agnū quocumque ierit. » Quocirca Abbas ille in *Vitis Patrum*, lib. VII, cap. XIV, num. 6, hæc ratione se iugiter excitabat ad præparandum in virtutibus: « Ego, inquit, per singulos dies saluti verba mea audiri a Domino, putas nisi dicit: Laborate propter me, et ego quiescere faciam vos. Adhuc medicum decerale, et videbitis salutarem meum et gloriam meam. Si diligitis me, si filii mei estis, ad Patrem rogantes revertimini. Si frater mei estis, erubescite pro me, quemadmodum propter vos multa perpepus sum. Si oves meæ estis, Dominicam passionem sequimini. » Et alius, num. 9: « Ego, ait, quotidie Ecclesiam intellec-

tualium virtutum exspecto, Dominum gloria in medio earum video super omnes splendens. Quando autem abscedam ab eo, ascendo in columnam, expectans admirandas pulchritudines angelorum, et quos emittunt hymnos incessabiliter Deo, etc. Et omnia hæc super terram sunt, sicut cinerem et stercora opinor. » De S. Josaphat rege scribit Damascenus in *Histor.*, cap. XXXVIII, quod, relicto regno, in eremum ad S. Barlaam secesserit, ut totum se daret mortificationi visiorum, abstinentiæ, vigiliis, orationibus. « Quod quidem, inquit, generosus ille et expeditus celestis itineris cursor egregie præstitit, atque animi sui ardorem ab initio ad extremum usque perpetuo conservavit, ascensiones in corde semper disponens, ac de virtute ad virtutem sublimiorem transiliens, desideriumque desiderio ac studium studio indecipienter adiungens, quoad tandem ad speratam et expectatam beatitudinem pervenit. » In monasterio S. Antonii et caeterorum olim ardens inter omnes de virtute et profectu erat certamen; distabant enim virtutes esse gradus et scalas inter se coherentes, atque alias ab aliis suffultas, que animum in column subvehunt, ait Damascenus in *Histor.*, cap. XI, qui proinde merito eosdem angelos terrestres appellat.

20. HOC PRIMUM INTELLIGENTES QUOD OMNIS PROPHETIA SCRIPTURÆ (SACRÆ) PROPRIA INTERPRETATIONE NON FIT. — « Prophetia Scripturæ » est prophetia scripturalis, sive per hypallagæ prophetica Scripturæ. Probat propheticum sermonem esse firmiorem, eique studioso non debere intendere ex eo quod prophetia non sit sermo Prophetæ, sed Dei, qui est prima et infallibilis veritas, hoc est quod ait: « Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit, » id est, non fit propria inventione, qua Prophetæ res æreanas et futuras per se suoque ingenio et acuminè erant in lucem, interpretatur et explicat: nam, ut ait Philo, lib. *De Providentiæ et penis*, « Prophetia est interpres Dei distantis oracula. » Hunc esse sensum patet ex ratione quam explicando subicit S. Petrus: « Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. » Ubi nota omnem sacram Scripturam hic vocari « prophetiam, » tum per synecdochen, quia major Scripturæ, quæ tunc extabat pars, erant Prophetiæ: totum enim vetus Testamentum est prophetia et figura novi Testamenti; tum proprie, quia omnis revelatio divina, sive quicquid a Deo revelatur, utiam futurum non sit, sed presens aut præteritum, recte vocatur prophetia, quia est revelatio rei æreanæ sive in se, sive quatenus a Deo revelatur: multe enim res naturaliter certæ et clare, uti præcepta Decalogi, revelata sunt a Deo, que tamen dicuntur prophetia, ob revelationem æreanam, quæ scilicet revelata a Deo, sunt oracula Dei revelantis, ut ex S. Gregorio, *hom. I in Ezechiel.*, et S. Thoma, II II, *Quest.* CLXXI, art. 3, ostendi Proemio in *Prophetas*.

Secundo, « Prophetia Scripturæ » potest accipi ipsa interpretatio Scripturæ. Sic enim prophetia subinde idem est quod docere et interpretari, ut cum Aaron dicitur Propheta, id est, interpres Moysis, *Ezod.* cap. VII, 1. Et Antiochus dicitur fuisse plures Prophetæ et Doctores, *Actor.* xvi, 1; ac sæpe alibi doctores vocantur Prophetæ. Pluribus idipsum ostendi I *Corinth.* XIV, initio capituli. Tunc sensus erit, q. d. Prophetia, id est interpretatio et explicatio S. Scripturæ, non fit, id est, fieri non debet, nec potest, propria interpretatione, id est, proprio acmine et ingenio, proprio sensu, propria explicatione et doctrina. Idcirco probat S. Petrus ex eo quod ipsa prophetia et Scriptura non sit opus et doctrina hominis, sed Dei, q. d. Ipsa Scriptura non est inventum humani ingenii, non est opus mentis humane, sed divine; ergo ejus explicatio et interpretatio pariter non ab homine, sed a Deo requirenda est. Et hoc proprie significat Græcum *ἑρμηνεία*, id est, *dissolutio*, explicatio, interpretatio.

Videtur S. Petrus perstringere Simonianis et Gnosticis, qui ad libitum S. Scripturam exponebant, et ad suas phantasias ac errores detorquebant.

Ex quo refulatur error nostrorum Gnosticorum et Illuminatorum, qui dicunt spiritum proprio et privato culibet interpretandum esse Scripturam; quemque, etiam credentem et auctorem, habere spiritum Dei internum, qui ei pandat Scripturam. Inde enim oritur sunt omnes hæreses, etque tot tamque variae, imo inter se ex diametro pugnant et contrariæ; quia scilicet quilibet S. Scripturam ex sua phantasia interpretatur, uti vidimus et indes videmus. Ad hoc ergo possit Deus in Ecclesia Doctores, ut scilicet Scripturam interpretentur; et interpretatio sermonum est unum et charismatibus Spiritus Sancti, ut docet Paulus, I *Corinth.* XII, 10, et cap. XIV, vers. 26; S. Scripturam enim non est privatum, sed publicum dogma totius Ecclesie a Deo traditum; non ergo privato eujusque, sed communi et publico Ecclesie et Spiritus Sancti illi assistentis spiritui explicanda est. Hinc spiritum a Deo et Ecclesia accipientem sancti Patres, qui S. Scripturam totius Ecclesie interpretati sunt: « Ecclesie ergo est iudicare de vero sensu et interpretatione S. Scripturæ, » ut ait Concilium Tridentinum, sess. IV. Per Ecclesiam intelligit Presides Ecclesie, puta Episcopos, ac presertim summum Pontificem.

21. NON ENIM VOLUNTATE HUMANÆ ALLATA EST ALIQUANDO PROPHETIA. — q. d. Nō voluntate hominum, non ad voluntatem arbitrium hominum, sed Dei, allata est prophetia. « Prophetia » proprie est actus et cogitatio intellectus; hic tamen non intellectus, sed voluntas humanam nominat S. Petrus, quia clarum est intellectum hominis non extendere se ad futura contingentia sive acuminè providende et præannuntianda; sed eo se extendere potest voluntas et presumptio hominis

superbi, puta pseudopropheta, ut velit praedicere id quod nescit et ignorat; et vera prophetia verique Propheta ubi non suo intellectu, ita ne sua voluntate, sed Dei futura praeviderunt et annuntiarunt: Ita Coletanus. Hoc est quod ait Isaias, cap. xli, vers. 23: «Que ventura sunt annuntiate nobis, et sciemus quia Dili estis vos.» Nam, ut ait Tertullianus, *Apolog.* xx: «Testimonium divinitatis est veritas divinationis;» solus enim Deus per suam omniscientiam praesert futura contingentia.

Secundo, «voluntas» sumi potest pro opere, *q. d.* «Non enim voluntate, sed id est, opere humano elata est propheta; voluntas enim est causa operis, moveturque intellectum ad intelligendum, et terminus potentiae et membrum ad operandum, ac proinde ea sub se completitur, eaque significatur. Est metonymia. Sic *Joannis* 1, 13, dicitur: «Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri (id est opere et generatione carnali et virili), sed ex Deo nati sunt.» Hinc vulgo dicitur: «Voluntas pro opere et facto computatur.»

Sen Senarii Sancti Spiritus, — *capere*, id est, accipere; Pagninus et Tigurini, *terribilis*, Vatablus, *voti et cogitatio*. Sic Plato in *Memorie* Prophetas vocat «fabulosos, divinae inspiratos et a Deo possessos.» Ait S. Gregorius, II *Dialog.* cap. ut; sed ita ut sui sit compos, non autem velut lymphatica aberrat abegantur, ut fecere Broche Gentiles, qui quasi ebrii et furore agitate, ac arrepti ignoebant quid dicerent, vel agerent: tales quoque fuere Priscillianistarum et Montanistarum Prophetae et Prophetidae.

Locuti sunt saxi Dei nomine, — puta Prophetae ceterique Scriptores S. Scripturae. Licet enim nonnulla ex his que scribunt, scirent naturaliter, puta quia ea viderant vel audierant, ut cum scribunt historias sui temporis, ut facit Auctor *Michab.* lib. II, cap. II, vers. 24 et 27, tamen in illis ipsis inclabatur a Spiritu Sancto ad ea scribendum, idque eo modo et ratione quo volabat Spiritus Sanctus, qui proinde illi assistebat ut non vel in puncta erraret; nam, ut ait S. Augustinus, *epist.* 8 ad S. Hieronymum: «Tillobit fides, si divinarum Scripturarum vasellus auctoritas.» Unde Psaltes, *Psal.* xlii, 2: «Lingua mea, ait, calamus scribe (Spiritus Sancti) velociter scribens.» Hinc et Prophetae suis oraculis hoc elogium preferunt: «Verbum Domini quod vidi vel audivi Isaias, Amos, etc. De Domini locutione est, et «Spiritus Sanctus ergo erat scriba, Prophetae erant ejus calami quibus Spiritus Sanctus acribenda dicebat,» ait S. Cyrillus, *serm.* De *Elemepta*, et S. Augustinus, *XVIII De Civit.* xxxviii, et S. Gregorius, *Præfat. Moral.* i. Quotiesca «S. Scripturam esse Epistolam Dei et ordo ad homines missam.» et abbat S. Antonius, teste S. Athanasio et S. Augustino, *conc.* 2 in *Psal.* xii, et S. Chrysosto-

mus, *homil.* 3 in II ad *Thessal.*, ac proinde nihil in ea est otiosum, sed omnia etiam minima plena sunt sensu, mysterio et spirita, teste S. Basilio, *hom.* 6 *Hexameron*, et S. Hieronymo, in cap. v *Matth.* Vide Bellarminum, lib. III *De Verbo Dei*.

Saxi Dei nomine, — Licet enim prophetia sit gratia gratis data, non gratum faciens, ideoque subinde detur improbis, teste Christo, *Matth.* vii, 22, uti data fuit Balaam, *Num.* xxv, 17, et Calphe, *Joann.* xi, 31, tamen Prophetiae et Scriptores hagiographi plerique omnes fuere sancti, excepto S. Iohanne, de quo multi dubitant. Fuere enim ipsi familiares interpretes, levari, nuntii, angeli Dei, ut patet *Aggæi* i, 13, et I *Reg.* ii, 27, II *Reg.* xii, 22, et alibi; unde Philo, lib. *De Gigant.*, ante finem: «Dei homines, inquit, sacerdotes et Prophetae sunt, quorum major est dignitas, quam ut se misceant hominum republice et mundi oves sint; sed sublimiores omnibus rebus sensibilibus migraverunt in mundum intelligibilem, ibi sortiti domicellum, ascripti republice idearum incorporearum et incorruptibilium;» et S. Augustinus, *tract.* I in *Joan.*, explicans illud *Psal.* lxxxi, *Suscipiant montes vocem populi, et colles iustitiam;»* Montes, ait, sunt magni sancti, colles plebei, iustitia est fides. Nam non acciperent minores anime fidem, nisi majores animae quoque montes dicti sunt, ab ipsa sapientia illustrarentur, ut possent parvulis trajicere quod possent parvuli capere.»

Moraliter, — Hæc dicant Doctores et Interpretes ad studiosos Scripturae, primo, ut eam non interpretentur stulte ingenio et sensu, sed ex mente Ecclesie et Patrum, ut sancti Concilium Tridentinum, *sess.* IV. Quare fugiant Rabbinarum commenta, quasi humana, indocta, fabulosa, Christo adversa, utpote que plerique de Christo oracula ad Davidem vel Salomonem detorqueant. *Secundo*, ut cum studio jungant vitæ puritatem, sanctitatem et precos, quibus a Deo lumen impetret ad eas intelligendas et explicandas. Ita fecere S. Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Basilius, Nazianzenus, S. Thomas Aquinas, qui in locis difficilioribus orationi addere solent jejunium, patrumque dicitabatam scientiam magis illustratione Dei, quam labore et studio esse comparatum. Quin et regius Psaltes: «Revela, ait, oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua,» *Psal.* cxviii, 18. Præclare S. Athanasius, lib. *De Incarnat. Verbi*, prope finem: «Ad Scripturam indaginem, ait, verumque intellectum opus est vita proba, animo puro et virtute que secundum Christum est, ut mens per ejus tramitem decurrans, ea que expelli adipisci possit, quatenus fas est humanam naturam divina intelligere: nam sine pura mente et Sanctorum imitatione nemo comprehendit Sanctorum verba.» Et S. Bernardus *ad Fratres de Monte Dei*: «Quo spiritu, ait, Scripturæ factæ sunt, eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligenda sunt,» Et Procopius Gazæus,

Præfat. in Genes.: «Si quis, ait, locus se offert obscurior, quam ut ingenii tui vires assequi valeant, aut Patres tibi consulendi sunt, aut seculorum Deus præceptor fatigandus est.» Abbas Theodorus apud Cassianum, *Collat.* V, cap. xxxiv, docet intelligentiam Scripturarum querendam non

tam volvendo Commentarios Interpretum, quam mundando cor per emundationem visorum carnalium: «Quibus expulsus, inquit, confestim cordis oculi sublato velamine possionem, sacramenta Scripturarum velat naturaliter incipient contemplari.» Vide eundem, *Collat.* XIV, cap. x et xi.

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Capite precedenti S. Petrus hortatus est fideles ad fidem Christi constanter retinendam et augendam per bona opera et per lectionem Prophetarum, *nunc hoc capite eodem monet, ut caveant pseudoprophetas Prophetis contrarios, puta hereticos, quorum primo, malignitatem, mox punitionem describit; quod scilicet puniendi sint instar Luciferi, et demonum; ac instar manducatorum, qui meri sunt dilucio; atque Sodomæ et Gomorrhæ, que caelesti igne confuguravit. Deinde, vers. 10, eorum praves mores, præsertim luxuriam, superbiam, rebellionem, auariciam, philautiam, blasphemiam, adulationem, avaritiam describit. Tertio, vers. 16, eos comparat cum Balaam, cujus luxuriam et libertatem carnis, quo mera et facta est servitus. Quare facta sunt eis, inquit, posteriora deteriora prioribus, juxta proverbium: Canis reversus ad suum vomitum, et, Sus lota in volutabro luli.*

1. Fuertit vero et pseudoprophetae in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, et eum, qui emit eos, Dominum negant; superducentes sibi caeteram perditionem. 2. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur. 3. Et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabitur: quibus iudicium jam olim non cessat, et perditio eorum non dormitat. 4. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit eruciandos, in iudicium reservari. 5. Et originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiae præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens. 6. Et civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens, eversionem damnavit: exemplum eorum, qui impie acturi sunt, ponens; 7. et justum Lot oppressum a nefandorum injuria, ac luxuriosa conversatione eripuit: 8. aspectu enim et auditu justus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant. 9. Novit Dominus pius de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicii reservare cruciandos; 10. magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiae ambulat, dominationemque contempnunt, audaces, sibi placentes, scietis non metuiti introducere blasphemantes: 11. ubi angeli fortitudine et virtute cum sint majores, non portant adversum se execrabile iudicium. 12. Hi vero velut irrationalia pecora, naturaliter in captivum, et in perniciem in his que ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt. 13. Percipientes mercedem injustitiae, voluptatem existimantes diu delicias; conquinaciones et macula, deliciis affluentibus, in conviviis suis luxuriantes vobiscum; 14. oculos habentes plenus adulterii, et incessabilis delicti; pellicientes animas instabiles; cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii: 15. derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti via vesania: subjugale mutam animal, hominis voce loquens, prohibuit propheta insipientiam. 17. Hi sunt fontes sine aqua, et nebulae turbidibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum reservatur. 18. Superba enim vanitates loquentes, pellicunt in desideris carnis luxurie eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur: 19. libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sunt corruptionis: a quo enim

superbi, puta pseudopropheta, ut velit praedicere id quod nescit et ignorat; et vera prophetia verique Propheta ubi non suo intellectu, ita ne sua voluntate, sed Dei futura praeviderunt et annuntiarunt: Ita Coletanus. Hoc est quod ait Isaias, cap. xli, vers. 23: « Quae ventura sunt annuntiate nobis, et sciemus quia Dili estis vos. » Nam, ut ait Tertullianus, *Apolog.* xx: « Testimonium divinitatis est veritas divinationis; » solus enim Deus per suam omniscientiam praesert futura contingentia.

Secundo, « voluntas » sumi potest pro opere, *q. d.* « Non enim voluntate, » id est, opere humano elata est propheta; voluntas enim est causa operis, moveturque intellectum ad intelligendum, et terminus potentiae et membrum ad operandum, ac proinde ea sub se completitur, etque significatur. Est metonymia. Sic *Joannis* 1, 13, dicitur: « Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri (id est opere et generatione carnali et virili), sed ex Deo nati sunt. » Hinc vulgo dicitur: « Voluntas pro opere et facto computatur. »

Sen Senarii Sancti Spiritus, — *capere*, id est, accipere; Pagninus et Tigurini, *terribilis*, Vatablus, *voti et cogitatio*. Sic Plato in *Memorie* Prophetas vocat « fabulicos, divinae inspiratos et a Deo possessos. » Mens enim Prophetae vi celestis administratur, ut S. Gregorius, II *Dialog.* cap. ut; sed ita ut sui sit compos, non autem velut lymphatica aberrat ab ingenio, ut fecere Broche Gentiles, qui quasi ebrii et furore agitate, ac arreptim ignoebant quid dicerent, vel agerent: tales quoque fuere Priscillianistarum et Montanistarum Prophetae et Prophetidae.

Locuti sunt saxa Dei nomine, — puta Prophetae ceterique Scriptores S. Scripturae. Licet enim nonnulla ex his quae scribunt, scirent naturaliter, puta quia ea viderant vel audierant, ut cum scribunt historias sui temporis, ut facit Auctor *Michab.* lib. II, cap. II, vers. 24 et 27, tamen in illis ipsis inclabatur a Spiritu Sancto ad ea scribendum, idque eo modo et ratione quo volabat Spiritus Sanctus, qui proinde illi assistebat ut non vel in puncta erraret; nam, ut ait S. Augustinus, *epist.* 8 ad S. Hieronymum: « Tibi habet fides, si divinarum Scripturarum vasellus auctoritas. » Unde Psaltes, *Psal.* xlii, 2: « Lingua mea, ait, calamus scribe (Spiritus Sancti) velociter scribens. » Hinc et Prophetae suis oraculis hoc elogium preferunt: « Verbum Domini quod vidi vel audivi Isaias, Amos, etc. De Domini locutione est, » « Spiritus Sanctus ergo erat scriba, Prophetae erant ejus calami quibus Spiritus Sanctus aerebenda dicebat, » ait S. Cyrillus, *serm.* De *Elemepta*, et S. Augustinus, *XVIII De Civit.* xxxviii, et S. Gregorius, *Præfat. Moral.* i. Quoties « S. Scripturam esse Epistolam Dei et ordo ad homines missam, » aiebat S. Antonius, teste S. Athanasio et S. Augustino, *conc.* 2 in *Psal.* xii, et S. Chrysosto-

mus, *homil.* 3 in II ad *Thessal.*, ac proinde nihil in ea est otiosum, sed omnia etiam minima plena sunt sensu, mysterio et spirita, teste S. Basilio, *hom.* 6 *Hexameron*, et S. Hieronymo, in cap. v *Matth.* Vide Bellarminum, lib. III *De Verbo Dei*.

Saxa Dei nomine, — Licet enim prophetia sit gratia gratis data, non gratum faciens, ideoque subinde detur improbis, teste Christo, *Matth.* vii, 22, uti data fuit Balaam, *Num.* xxv, 17, et Calphe, *Joann.* xi, 31, tamen Prophetiae et Scriptores hagiographi plerique omnes fuere sancti, excepto Sotomone, de quo multi dubitant. Fuere enim ipsi familiares interpretes, leviti, nuntii, angeli Dei, ut patet *Aggæi* i, 13, et I *Reg.* ii, 27, II *Reg.* xii, 22, et alibi; unde Philo, lib. *De Gigant.*, ante finem: « Dei homines, inquit, sacerdotes et Prophetae sunt, quorum major est dignitas, quam ut se misceant hominum republice et mundi oves sint; sed sublimiores omnibus rebus sensibilibus migraverunt in mundum intelligibilem, ibi sortiti domicellum, ascripti republice idearum incorporearum et incorruptibilium; » et S. Augustinus, *tract.* I in *Joan.*, explicans illud *Psal.* lxxxi, *Suscipiant montes vocem populi, et colles justitiam*: « Montes, ait, sunt magni sancti, colles plebei, justitia est fides. Nam non acciperent minores anime fidem, nisi majores animae quae montes dicti sunt, ab ipsa sapientia illustrarentur, ut possent parvulis trajicere quod possent parvuli capere. »

Moraliter, — Itae dicant Doctores et Interpretes ad studiosos Scripturae, primo, ut eam non interpretentur stulte ingenio et sensu, sed ex mente Ecclesiae et Patrum, ut sancti Concilium Tridentinum, *sess.* IV. Quare fugiant Rabbinarum commenta, quasi humana, indocta, fabulosa, Christo adversa, utpote quae pleraque de Christo oracula ad Davidem vel Salomonem detorqueant. *Secundo*, ut cum studio jungant vitae puritatem, sanctitatem et precos, quibus a Deo lumen impetret ad eas intelligendas et explicandas. Ita fecere S. Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Basilius, Nazianzenus, S. Thomas Aquinas, qui in locis difficilioribus orationi addere solent jejunium, patrumque dicentium scientiam magis illustratione Dei, quam labore et studio esse comparatum. Quin et regius Psaltes: « Revela, ait, oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua, » *Psal.* cxviii, 18. Praclare S. Athanasius, lib. *De Incarnat. Verbi*, prope finem: « Ad Scripturam indaginem, ait, verumque intellectum opus est vita proba, animo puro et virtute quae secundum Christum est, ut mens per ejus tramitem decurrans, ea quae expellit adipis, possit, quatenus fas est humanam naturam divina intelligere: nam sine pura mente et Sanctorum imitatione nemo comprehendit Sanctorum verba. » Et S. Bernardus *ad Fratres de Monte Dei*: « Quo spiritu, ait, Scripturæ factae sunt, eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligenda sunt, » Et Procopius Gazens,

Præfat. in Genes.: « Si quis, ait, locus se offert obscurior, quam ut ingenii tui vires assequi valeant, aut Patres tibi consulendi sunt, aut seculorum Deus praefatus fatigandus est. » Abbas Theodorus apud Cassianum, *Collat.* V, cap. xxxiv, docet intelligentiam Scripturarum querendam non

tam volvendo Commentarios Interpretum, quam mandando cor per emundationem visorum carnalium: « Quibus expulsus, inquit, confestim cordis oculi sublato velamine passionum, sacramenta Scripturarum velat naturaliter incipiunt contemplari. » Vide eundem, *Collat.* XIV, cap. x et xi.

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Capite precedenti S. Petrus hortatus est fideles ad fidem Christi constanter retinendam et augendam per bona opera et per lectionem Prophetarum, *nunc hoc capite eosdem monet, ut caveant pseudoprophetas Prophetis contrarios, puta hereticos, quorum primo, malignitatem, mox punitionem describit; quod scilicet puniendi sint instar Luciferi, et demonum; ac instar manducorum, qui meri sunt dilucio; atque Sodomae et Gomorrhæ, quae caelesti igne confuguravit. Deinde, vers. 10, eorum praves mores, praesertim luxuriam, superbiam, rebellionem, auaritiam, philautiam, blasphemiam, adulationem, avaritiam describit. Tertio, vers. 16, eos comparat cum Balaam, cujus luxuriam et libertatem carnis, quo mera et facta est servitus. Quare facta sunt eis, inquit, posteriora deteriora prioribus, juxta proverbium: Canis reversus ad suum vomitum, et, Sus lota in volutabro luli.*

1. Fuertit vero et pseudoprophetae in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, et eum, qui emit eos, Dominum negant; superducentes sibi caeteram perditionem. 2. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur. 3. Et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabitur: quibus iudicium jam olim non cessat, et perditio eorum non dormitat. 4. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit eruciandos, in iudicium reservari. 5. Et originali mundo non peperit, sed octavum Noe justitiae praecone custodivit, diluvium mundo impiorum inducens. 6. Et civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens, eversionem damnavit: exemplum eorum, qui impie acturi sunt, ponens; 7. et justum Lot oppressum a nefandorum injuria, ac luxuriosa conversatione eripuit: 8. aspectu enim et auditu justus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant. 9. Novit Dominus pius de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicii reservare cruciandos; 10. magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiae ambulat, dominationemque contempnunt, audaces, sibi placentes, scietis non metuiti introducere blasphemantes: 11. ubi angeli fortitudine et virtute cum sint majores, non portant adversum se execrabile iudicium. 12. Hi vero velut irrationalia pecora, naturaliter in captivum, et in perniciem in his quae ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt. 13. Percipientes mercedem injustitiae, voluptatem existimantes diu delicias; conquinationes et macula, delictis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum; 14. oculos habentes plenus utullerii, et incessabilis delicti; pellicientes animas instabiles; cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii: 15. derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti via vesaniae: subjugale mutam animal, hominis voce loquens, prohibuit propheta insipientiam. 17. Hi sunt fontes sine aqua, et nebulae turbidibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum reservatur. 18. Supera enim vanitates loquentes, pellicunt in desideris carnis luxuriae eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur: 19. libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sunt corruptionis: a quo enim

qui superatus est, huius et servus est. 20. Si enim refugientes coinquinaciones mundi in cognitione Domini nostri, et Salvatoris Jesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. 21. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. 22. Contigit enim eis illud proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, et, Sus lota in volutabro luti.

1. FUERUNT VERO ET PSEUDOPROPHETA, -- pnta falsi vates et doctores, qui populum a Deo ad idola et vicia avocabant, promittentes eis pacem et abundantiam bonorum temporalium, et oracula ne minus verorum Prophetarum iridentes. Hos enim omni ævo suscitavit demon, qui est simia Dei, ut sicut Deus suos habebat Prophetas, ita et ipse suos haberet, sed falsos, qui Deum et veros oppugnavant, inquinando veram fidem et religionem falsis opinionibus et superstitionibus, ut notavit Tertullianus, lib. *De Præscript. contra hæret.*; Justinus *Contra Tryphonem*; S. Irenæus, *Cyprianus*, Augustinus et alii. Tales fuere Prophetae Balaam qui se opposuerunt Eliæ, ut pro Deo subsisterent Balaam, III Reg. xvi. 19; Sedecias, Amnias et alii, quos perstringit Jeremias, cap. xxvii; Isaias, cap. ix, vers. 15; Moses, *Deuter. xiii. 4*, et alii.

IN POPULO -- Hebræorum, qui erat populus et Ecclesia Dei veri.

SICUT ET IN VOBIS ERUNT. -- Est anastrophe: hæc enim verba præponenda sunt hoc modo, sicut olim fuerunt pseudoprophetae inter Judæos, sic et in vobis, o Christiani, erunt magistri mendaces. Delincent enim de Christianis eorumque pseudoprophetae agi; sed meminist veterum, tum novum et insolens id patent Christiani, tum ut novorum morea ex veterum moribus representet. Tales tempore S. Petri erant Simon Magus, primus hæresiarcha, cui successit Menander discipulus, deinde Saturninus, Basilides, Elbion, Cerinthus, Nicolaitæ; mox vero futuri erant Gnostici, Valentini, Montaniste, Marcionitæ, etc., quos Tertullianus, lib. *De Præscript.*, cap. iv, vocat pseudoprophetas, id est, falsos predicatorum et pseudopostolos, id est, adulteros evangelizatores, ut ipse interpretatur.

Eosdem in Ecclesia mox futuros prædixit S. Paulus, *Act. xx. 30*, et S. Joannes, *epist. I. cap. ii, vers. 2*. Sic Manicheus sui ævi pingit S. Augustinus, lib. III *Confess.*, cap. vi, ubi eis que se captum voluminorât: « Invidi, inquit, in homines superbo delirantes, et carnales nimis et loquaces, in quorum ore laquei diaboli, et viscus confectum commixtionem syllabarum nominis tui, et Dominii Jesu Christi, et Parasæti consolatoris nostri, Spiritus Sancti. Hæc enim omnia non recedebant de ore eorum, sed sono tenas et strepitu lingue: ceterum cor inane veri. Et dicebant: veritas et veritas, et multi eam dicebant mihi, et nusquam erat in eis, sed falsa loqueban-

tur, non de te tantum, qui vere veritas es, sed etiam de istis elementis huius mundi creaturis tuis, de quibus etiam vera dicentes philosophos transgredi debui præ amore tuo, mi Pater summe bone, pulchritudo pulchrorum omnium. »

QUI INTRODUCENT, -- *repositores*, id est servum, clam et subdole introducunt, speciem et larvam pietatis ac reformationis sue hæresi præfidentes; uti faciunt nostri Calvinistæ, qui se vocant Ecclesiam Reformatam, cum sit plane deformis et deformata, imo omnia sacra et sancta deformans; nimirum hi sunt lupi rapaces, qui se ovium velera abscondunt et faciunt, uti ait Christus, *Matth. vii. 15*, fidem suam vulpes, que demoluntur vineam Domini, *Cant. ii, vers. 15*, quos S. Cyprianus, *epistola 73*; recte nuncupat simias homines imitantes; S. Ignatius *ad Trallianos*, clementem multo temperantem, capones vino venenum miscentes.

Hiñe S. Cyprianus, *epist. 82*; S. Augustinus, *epist. 103*; Irenæus, lib. III, cap. ii, et alii jugulant hæresin et hæreticos, eum arguendo et convincendo injustitiæ et rapine, quod scilicet invadunt sancte Scripturæ et Ecclesiæ limites, eosque quasi injusti possessores occupant, legitimis Episcopis et magistris expulsi.

Præclare Tertullianus, *De Præscript.*, cap. xxi, hanc fidem normam sancit: « Id tenendum, ait, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo suscepit: reliquam vero omnem doctrinam docet de mendacio præjudicandam, que sapit contra veritatem Ecclesiarum et Apostolorum, et Christi, et Dei; » et cap. xxxi, id ipsum ostendit ex parabola seminis et trahentium, *Matth. xiii*, « que Bonam semem frumentum, inquit, a Domino seminatum primo constituit, avonarum autem steriles feni adulterium ab inimico diabolo postea superducit. Ita ex ipso ordine manifestatur, id esse Dominicum et verum, quod sit prius traditum; id autem extraneum et falsum, quod sit posterius immixtum; » et cap. xxxv, quod fides nostra orthodoxa sit: Prior, inquit, hoc rit testimonium veritatis ubique occupantis principalium. Quod ab Apostolis non datur, sed defenditur, hoc erit indicium proprietatis; » et cap. xxxvii, urgens præscriptionem: Hæreticis, inquit, dicendum est: « Qui estis? quando et unde venistis? Quid in meo agitis non me? quod denique, Marcion, jure siveam meam credis? qua licentia, Valentinè, fontes meos transvertis? qua potestate, Apelles, limites meos commoves? Ma-

est possessio: quid hic ceteri ad voluntatem vestram seminatis et pascite? Mea est possessio: olim possideo, prior possideo, habeo origines firmas ab ipsis auctoribus, quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Sicut caverunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adjuraverant, ita teneo: vos certe exheredaverunt semper, et abdicaverunt ut extraneos, ut inimicos. » Vide Vincentium Lirinensem in aureo libello contra profanas hæresum novitates.

SECTAS PERDITIONIS. -- Græce *αἱρέσεις*, id est, hæreses perditionis, hoc est, perditas et perniciosas, que ducunt in exitum tum præsens, tum æternum. Hæresis enim non tantum perdit animas in gehenna, sed sepe et corpora, opes et imperia in præsentem vitam, uti hoc et præcedenti sæculo vidimus Hungarum aliasque provincias per hæresim et hereticos occupatas a Turcis; prælia et cædes maximas commissas ab Hugonotis in Gallia, a Puritanis in Anglia et Scotia, a Lutheranis in Germania. Hiñe eorum dux, choragus et inventor est angelus abissi, puta diabolus, « cui nomen hebraice Abaddon, græce Apollyon, latine Exterminans, » *Apoc. ix. 11*. Porro Tertullianus, *De Præscript.*, cap. vi: « Hæresis, ait, diæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis sive ad instituendas, sive ad suscipiendas eas igitur. Ideo et sibi damnatum dixit hereticum, quia et in quo datur, sibi eligit: nobis vero nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Domini habemus auctores, quibus ipsi quidquam ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus assignaverunt. Itaque etiam angelus de cælis aliter evangelizaret, anathema diceretur nobis. » Hæreticus ergo est qui eligit quod credat, ideoque non credit quod credendum docent Doctores et Ecclesia. Hæresis enim græco idem est, quod electio; secta vero a secundo dicta est, eo quod sit factio ab aliis reserata et separata, juxta illud *Juda. vers. 10*: « Illi sunt qui segregant semetipsos. »

ET ILM QUI EMIT SEM, NEGANT. -- Græce *ἀποστρέφονται*, id est *negantes*, tum in presenti, tum in futuro, id est, negant et negabunt, quia hic est eorum genus et spiritus, scilicet negare Christum, *q. d.* Hæretici negant Christum qui eos suo sanguine redemit: quod summè est ingravitudinis æque ac demeritis; negant enim suum Salvatorem et salutem. Porro id faciunt, tum quia plerumque hæreses negant Christi vel divinitatem, vel humanitatem, vel animam, vel voluntatem, vel redemptionem, vel gratiam; aut Christo indigna et blasphemica ascribunt, ut ignorantiam, blasphemiam, desperationem, damnationem, uti facit Calvinus: qui enim hæc asserit, negat Christum esse redemptorem, non verbo, sed re ipsa; tum quia Christi Sacramenta, fidem, doctrinam et Ecclesiam impugnant: hoc est quod ait S. Petri as

secta, S. Judas, vers. 4: « Solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes; » tum quia Simon Magus negabat Christum, dicebatque se esse Dei virtutem et Christum; uti hoc sæculo fecit David Georgius, Joannes Leydianus, et similes fanatici. Denique omnis hæresis tandem desinit in atheismum, ac primo negat Christum, deinde naturam et providentiam, tandem Deum; uti jam videmus hæreticos docere, quemlibet, etiam Turcæ et Paganum, in sua fide posse salvari, ac proinde non esse necessarium Christum et Christianismum: quæ secta jam valde invalescit, cui omnium totis viribus debent Prælati et Principes.

SUPERDUCENTES SIBI CELEBREM PERDITIONEM, -- quia post mortem, que in hac vita ideo brevi eis accelerat et instat, accersunt sibi ignem æternum. Plerique etiam hæresiarchæ infeliciter, ceteri et infamiter mortis sublati sunt. Simon Magus arte magica volans, per præces S. Petri dejectus et Capitolio, in præcepis ruens crura fregit, ac paulo post ex dolore expiravit, teste Arnobio, lib. II *Contra Gentes*; S. Maximo, hom. 5 *De Nativitate SS. Petri et Pauli*; et Hegesippo, lib. III *De Eccl. Hierosol.*, cap. n. Manes, qui se Manicheum quasi effusorem manna nuncupavit, a rege Persarum excoctus est, eo quod ejus filium quem curatum se promiserat, occidisset, teste Epiphano, *hæres. 66*. Montanus cum suis Prophetis laqueus se præfocavit, ait Eusebius, lib. V, cap. xvi. Donatiste Eucharistiam canibus projicientes, ab eis dispersi sunt, ait Optatus, lib. II *Contra Parmenonem*. Arius vadens ad ecclesiam, eam occupaturus, dolore alvi correptus, in latrinis intestina cum anima effudit, testis Rufinus, lib. X *Histor.*, cap. xiii. Julianus Apostata pugnant contra Persas caelesti telo letus interit, ait S. Gregorius Nazianzenus, orat. 4 in *Julianum*. Priscillianus a Maximo tyranno capite plexus est. Leo Armenus Leonista in ipsa ecclesia necatus est. Heradius Imperator factus Monothelita subitam foedamque mortem obiit, cum non nisi in vultum proprium mirare posset, ait Zonaras in *Annal. Theodorici*, regis Gothorum Ariani, horribilem necem et damnationem narrat S. Gregorius, IV *Dialog.*, cap. xxx. Valens Arius a Gothicis victus fugiens in casam, in ea ab hisdem concrematus est, ait S. Hieronymus in *Chron.* Nestorii linguam blasphemam exederunt vermes, ait Evagrius, lib. I *Hist.*, cap. vii. Humericus Arius, persecutor fidelium, a vermicibus consumptus est, ait Victor, lib. III *Wandal.* Anastasius Imperator Eutychianus fulmine letus occubuit, ait Zonaras, et Paulus Diaconus in ejus Vita. Lutherus post lautam cenam nocte suffocatus interit, teste Cochleio in Vita Lutheri. Zuñgillus in bello Helvetico promittens se omnia Catholicorum tela excepturum, ab hisdem interemptus est. Andreas Carolstadius a demone abreptus non comparuit. Calvinus instar Herodis a vermicibus consumptus, blasphemans et pe-

jerans infelicem animam exhalavit, teste Balaam in ejus Vita.

2. ET MULTI SEQUENTUR EODUM LUXURIAS. — Grece *ἀπολαύσεις*, id est, *perditimes* et *calisia*. Sed *Rezia*, Complint. et alia legunt *ἀσκήσεις*; id est *psittantias*, *luxurias*, *intemperantias*.

Hoc est quod ait Indas, vers. 4, hereticos gratiam Dei nostri transtulisse in luxuriam. Et Paulus eos vocat voluptatum amatores magis, quam Dei, II *Timoth.* III, 4. S. Hieronymus in cap. III *Jerem.* discrete ait, *quod nulla heresis nisi propter gulam venenatiqua constituitur, ut sed adest multo herules oneratus peccatis*; et in *16 cap. 13 Osee* : « Difficile, ait, est invenire hereticum qui diligit castitatem. » Nota sunt sacrificia et libidines potentes Galvini, Lutheri, Bore et ceterorum. Quocirca Thomas Morus arguitur cultum objurgandi, plurimos ad Lutherum sectam se conferre, ideoque eam videri veram, respondit : « Non plus miraculi est homines ad Lutherum currere, quam si ex alto caelo descenderent, » plerique enim currunt et currunt ad gulam, venenum et libertatem carnis, quasi porci ad votabrum, quem permittit, imo docet Lutherus.

PER QUOS VIA DEI BLASPHEMANTUR. — Hebr. *ἡ ὁδοὶ τοῦ θεοῦ*, id est via, significat institutum, vivendi normam et rationem. « Via » ergo « Dei » est vera religio et Christianismus sancitus a Deo; hic blasphematur ab hereticis, tum factis et vita, quia impuri moribus eum contaminant, ac Turcs et Mahometani eum rideantem et blasphemantem exponunt; tum lingua et calamo, quia multos blasphemos errores docent, multaque convicia et blasphemias jactant in Christum, Beati Virginem, Sanctos, Religiosos, Monachos, vota, Ictunia, celibatum, Sacramenta, precerim Eucharistiam.

3. ET IN AVARITIA FACTIS VERBIS. — Alludit ad mercatores qui verbis sanctis et arte compositis, supra veritatem laudant et extollunt suas merces, ut facilius eas extrudant, et parius vendant. Sic enim heretici, ut suam heresim dividant et sperant, eam blandis et elegantibus verbis adornant, et quasi theoreticam sermonis innocentiam faciunt, ut videatur pulchra et elegans insula illudine. Unde pro factis grece est *ἐπιφανῆ*, id est, ut Pagninus et Figurini, *factitios*, aut potius *hollis*, quia more plasticis ac fictili multa contingunt, ut heresis sum idolum velent, vestiant et ornent. Hoc est quod ait Paulus *Rom.* XVII, 48 : « Per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium; » et S. Gregorius, V *Moral.*, cap. XI, alias XII : « Plane semper blanda sunt, inquit, que proponunt, sed aspera que prosequendo subintrant; » et S. Hieronymus, *epist. ad Oceanum et Panmach.* : « Sic, ait, verba temperant, sic ordinem veritatis, et ambigua quoque concinnant, ut et nostram et adversariorum confessionem toneant, ne aliter hereticus, aliter Catholicus audiat; » sicut Ariani, ut *apocrypho*, id est *consuetant*

faciam, tollerent, dixerunt Christum esse *θεοῦ υἱόν*, id est, *in sollicita similitudine* Patri, ut viderentur idem dicere quod orthodoxi; sed unicum tota adjungentes *ἀποκρυφῶς* sive *hystericis* evertebant, teste S. Cyrillo, *Dial. de Trinit.*, lib. I.

Proclare S. Augustinus, lib. *De Conventicia Decalogi cum decem plagis Egypti* : Qui, inquit, Christiane veritati contradicunt, et in sua vanitate decepti decipiunt, rantes sunt, sedium quidem affrentes auribus, nullas autem prebentes cibos mentibus. » Sed rantes hoc ad lucem Ecclesie et veritatis obmutescant, juxta illud Poeta :

Luceat periculis resant maledictio rinas, Equeles veri lucis sophista laet.

idem, serm. 87 *De Temp.*, comparat eos cyniphibus, quos volantes non vides, sed sentis stimulantibus. Heretici enim « minutis et subtilibus verborum stimulans animas terebant, et tanta calliditate circumveniebant, ut deceptis quisque nec videret, nec intelligeret unde deciperetur. » Idem, lib. V *Confessionum*, cap. 18 *De Pseudo Manichaeo* : « Faustus, ait, magnis laqueis diaboli, et molli implicabantur in eo per illeceberram saeviovoluntate; » et cap. VI : « Expulsi cum hominem gratum et jucundum verbis, et ea ipse, qui illi (Manichaei) dicere soleant, multo suavius garriventer; » sed subdit suam sapientiae voram sicut ab eo non potuisse expleri; praesertim ubi apparuit imperitus earum artium, inquit, quibus cum excellere putaverant, » etc. Libri quoque eorum pleni sunt longissimis fabulis de caelo, et sideribus, et solo, et luna. » Unde S. Augustinus fatetur, eo relicto, se alio transtulisse ad vestigandam sapientiam.

DE VOBIS NEGOTIANTUR. — *ἀγορεύουσιν*, id est *mercabantur*; *Valables, vos campanantur, de vobis ad quantum obtinentur*; tum quia emungunt crumenas vestras, tum quia vos vendunt diabolo. Hereticorum ergo proppium vitium est avaritia, Apostolorum vero et Doctorum orthodoxorum opum contemptus. Unde Paulus gratis evangelizavit, I *Corinth.* IX, 18, et I *Thessal.* II, 3. Hoc est quod ait Paulus *ad Titum* I, 10 : « Qui universas domos subvertunt, docentes que non oportet turpis literi erant; » et Indas, vers. 16 : « Avaritas personae quibus causa, » Unde graphice eos pingens S. Ignatius, *epist.* 3 : « Quorum Deus, inquit, venter est, qui terrena sapunt, amatores voluptatum et non Dei; speciem quidem pietatis per se ferentes, virtutem autem ejus abominantes; » *ἡ ἀρετή*, id est, Christum merentes, verbum Dei in laetibus praedicantes, et hominum nostrum Jesum Christum vendentes, mulierum corruptores, aliena concupiscentes, et pecuniarum amatores. »

QUIS JUDICATUR IAM OLIV NON CESSAT. — *ἡ γὰρ ἀδικημάτων*, id est *perna* et damnatio justo Dei judicio ab olim, puta ab aeterno, eis decreta non tarat, sed instat et imminet, licet ipse hie triumphant quasi securi, beati et felices. Grece *ἡ*

ἀρετή, id est, *non otatur*, hoc est, ut *Cremennius*, non erit otiosa nec irrita, non desidet, non prorescit, sed strenua progredietur et accelerat. Unde explicans subdit : « Et perditio eorum non dormitat. » Hoc est quod peccatoribus intonat Isaias, xxx, 33 : « Preparata est ab heri Tophet, a rege preparata, profunda et dilatata. Nutritio ejus ignis et ligna multa : flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam : » vide *ibi dicta*.

4. SI ENIM DEUS ANGELIS PECCANTIBUS NON PEPERCIT. — Subaudi, multo magis hominibus vilibus, puta hereticis, non parcat, uti explicat Petrus, vers. 9 et 11. Ita Cassianus, lib. XII *Instit.*, cap. IV, et Damascenus, I *Paralip.* VI. « Peccantibus, » intellige et in peccato suo usque ad finem persistentibus : « Nam quod in homine est mors, hoc in angelis est casus seu lapsus, » puta viam, penitentiam et meritum terminus, ait Nyssenus vel potius Nemesius, lib. I *De Homine*, cap. III, et ex eo Damascenus, lib. II, cap. IV. Sicut ergo homo est viator usque ad mortem, potestque perire et salvari; sic et angeli habuerunt aliquid spatium, licet breve, quo fuerunt viatores usque ad lapsum et caelo, in quo penitere potuissent, ait Nyssenus, si voluissent; sed noluerunt, ideoque omnes ceciderunt et damnati sunt, uti passim docent Patres et Doctores. Nec aliud voluisse viator S. Thomas, I *part.*, *Quaest.* LXIII et LXIV, cum ait angelorum naturam secundum voluntatem esse inflexibilem, ut in eo quod semel deliberata elegit, constanter persistat, ut de facto in sua electione persistant omnes tam boni quam mali : inflexibilem enim intellexit, quia agre facit, eo quod prius omnia exacle consideret et perspicat antequam eligeat, quod homo sepe non facit, ideoque facilius fluctat mutata electionem, uti evincit Scotos in II, dist. 6, *Quaest.* II, et Gabriel ibidem *Quaest.* I, art. 2. Credibile tamen est Deum eis non dedisse gratiam excitantem ad ponendum necessarium, eo quod liberrimo peccarint, et in peccato se obfirmarint, ut docet S. Gregorius, II *Moral.*, cap. III, vel. IV; *Creschani*, collat. IV, cap. XIII et XIV; *Prosper*, lib. I *De Vita contemplativa*, cap. III; *Fulgentius*, *De Fide*, cap. III; *Isidorus*, lib. I *De Summo bono*, cap. XII, sentent. 11; S. Anselmus, lib. I *Cur Deus homo*, cap. XVI.

Et hoc de causa nonnulli Doctores censent demonum mox ut lapsi sunt in peccatum, fuere in via sui termino, ideoque non potuisse resurgere per penitentiam et salvari; sententia tamen damnationis in omnes prolata non fuit a Deo, nisi consummata eorum in peccato perseverantia et obstinatione : qua prolata, illico et caelo in tartara praecipitati sunt. Vide Gabrielem Vasquez, I *part.*, *Quaest.* LXIV, art. 2, disp. 239, cap. VII, ubi et ex Petribus quinque causas recenset, cur Deus pepercit homini peccanti, non angelo. *Prima* est,

quia homo fragilis per imbecillitatem carnis peccavit, ideoque misericordiam esse consecutus : angelus vero purus vegetusque est spiritus, inquit S. Gregorius, IV *Moral.*, cap. IX, alias X, et Damascenus, lib. II *De Fide*, cap. III. *Secunda*, quia angelus nullo suadente peccavit, homo autem suadente diabolo : ita S. Gregorius loco citato. *Tertia*, quia in angelis non est lapsa tota natura, sed pars illius; in homine vero tota natura lapsa est : posteri ergo Ade, eo peccante, digni fuere venia, quia ejus peccati non fuere conscii : ita S. Augustinus, *Enchir.*, cap. XXXI, *Quarta*, quia angelus ob summam mentis perspicacitatem plena voluntate peccavit : ita Cassianus, lib. XII *Instit.*, cap. IV, et Damascenus, I *Paralip.* VI. « Peccantibus, » intellige et in peccato suo usque ad finem persistentibus : « Nam quod in homine est mors, hoc in angelis est casus seu lapsus, » puta viam, penitentiam et meritum terminus, ait Nyssenus vel potius Nemesius, lib. I *De Homine*, cap. III, et ex eo Damascenus, lib. II, cap. IV. Sicut ergo homo est viator usque ad mortem, potestque perire et salvari; sic et angeli habuerunt aliquid spatium, licet breve, quo fuerunt viatores usque ad lapsum et caelo, in quo penitere potuissent, ait Nyssenus, si voluissent; sed noluerunt, ideoque omnes ceciderunt et damnati sunt, uti passim docent Patres et Doctores. Nec aliud voluisse viator S. Thomas, I *part.*, *Quaest.* LXIII et LXIV, cum ait angelorum naturam secundum voluntatem esse inflexibilem, ut in eo quod semel deliberata elegit, constanter persistat, ut de facto in sua electione persistant omnes tam boni quam mali : inflexibilem enim intellexit, quia agre facit, eo quod prius omnia exacle consideret et perspicat antequam eligeat, quod homo sepe non facit, ideoque facilius fluctat mutata electionem, uti evincit Scotos in II, dist. 6, *Quaest.* II, et Gabriel ibidem *Quaest.* I, art. 2. Credibile tamen est Deum eis non dedisse gratiam excitantem ad ponendum necessarium, eo quod liberrimo peccarint, et in peccato se obfirmarint, ut docet S. Gregorius, II *Moral.*, cap. III, vel. IV; *Creschani*, collat. IV, cap. XIII et XIV; *Prosper*, lib. I *De Vita contemplativa*, cap. III; *Fulgentius*, *De Fide*, cap. III; *Isidorus*, lib. I *De Summo bono*, cap. XII, sentent. 11; S. Anselmus, lib. I *Cur Deus homo*, cap. XVI.

Porro peccatum Luciferi et angelorum fuit superbia, quia instigante Luciferi rebellavit Deo; sed in quo ea sita fuerit, variant Doctores. *Primo*, Gabriel Biel et Scotos in II, dist. 5, censent in eo sitam fuisse, quod sibi in sua prelatitudine et excellentia nimis complacenter. *Secundo*, alii in eo quod noluerit pendere a Deo, sed sibi vivere et sufficere. *Tertio*, alii in eo quod voluerit beatitudinem sibi arrogare, suisque assequi viribus, non Dei : ita Alexander, Albertus, S. Thomas, S. Bonaventura in II, dist. 3 et 6. *Quarto*, alii in eo, quod voluerit ceteris preferri et nulli subesse : ita S. Augustinus, lib. XIV *De Civitate* cap. XI, et S. Gregorius, XXXIV *Moral.*, cap. XVII, alias XIV : « Jus, inquit, libertatis appetit, ut praesent ceteris, et nulli subesset. » *Quinto*, prolaborat Francisus Suarez, lib. VII *De Angelis*, cap. XVIII, num. 43, censet eos ambivise unisonem hypostasiam Verbi, ut scilicet illa uni ex angelorum ordine, puta Luciferi suo principi, conferretur, non homini alicui, puta Christo. Hanc enim unisonem videtur appellisse Luciferi, eamque invidisse Christo, ideoque alios ad sibi consentiendum sollicitasse. Idemque innuit Apostolus, *Heb.* cap. I, vers. 6, dicens : « Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit : Et adorant eum omnes angeli Dei. » Eandem sententiam tenet Catharinus hic, eamque innuit Tertullianus, lib. *De Patientia*; S. Basilus, homil. *De Invitia*; S. Cyrilianus, tract. *De Zelo et timore*; S. Bernardus, serm. I *De Aedeu*; Rupertus in cap. VIII, vers. 5 *Johannis*, et alii.

SED REVERTENTIS [perpetrant aliqui apud Bedam legunt, *resurgentibus*] INTERNI DETRACTUS IN TARTARUM TRADIDIT CRUCIANDOS. — « Rudentibus, » id est

catenis infernalibus; scilicet igni et inferno eos alligando, ut nulla potestate aut vi ea exiret, aut ab eis se liberare valeant. Græce est *καταδεδεμένοι*, id est *catenis caliginis*, vel *noctis*. Per rudentes inferni * S. Petrus significat potestatem, jus et vim quam habuit et exercuit infernus, quasi minister et licitor Dei, in angelos in celo mox ut peccarunt, et a Deo damnati sunt, ut scilicet illos deturbante Michæele cum sociis angelis bonis, sua quasi vi supernaturali, quotiens scilicet erat instrumentum divine vindictæ, à oculis ad se attraheret, sibi que in tortori et tormento indivulso et inseparabiliter alligaret; sicut idem ille ignis inferni demones quocumque terrarum videntur ita detinet, ut activitatem ejus nusquam effugere possint. Sicut ergo ignis vehemens suum quærit pabulum, adeoque si paleas aut stipulas vel eminus odoretur, illico eas invadit, corripit et incendit: sic et ignis inferni suum pabulum odoratus in celo, puta demones, illico eos ad se rapuit, detraxit et flammavit, fecitque folles et fomenta gehennæ. Ubi nota paradoxon: nam tunc infernus habuit jus in celum, id est, in angelos in celo, ideoque celum fuit quasi infernus, ino inferno subditum. Nos id mirum: quia magis mirum est peccatum angelorum fuisse in celo, quam peccatum peccati. Ubi vide et collige ex pœna hæc, quanta sit gravitas peccati et superbie, que celum quasi in infernum, angelos in demones commutat.

Possunt tamen facillimè in Græco rudentes inferni referri non ad vocem *καταδεδεμένοι*, sed ad vocem *tradidit*, q. d. Tradidit Deus angelos peccantes ac mancipavit carcere et igni infernali, illicque eos in perpetuum devinxit, et quasi quibusdam rudentibus, vel, ut Græci habent, *catenis caliginis* alligavit et firmissime astrinxit, ut eum nunquam exiret aut evadere possint. Hæc ergo catene et rudentes non sunt aliud, quam claustra inferni. Unde S. Augustinus, lib. VI *De Civit.*, cap. xxxii, et S. Gregorius, lib. VIII *Moral.*, cap. xi, sic legunt: « Sed carceribus caliginis inferni retrudens, tradidit in iudicio puniendos, vel crudendas reservari. »

Hos rudentes graphicè depingit S. Cyrilianus, *De Laudibus martyrii*: « Sævius, inquit, locus cui gehenna nomen est, magno plangentium murmure et gemitu, et cruciantibus flammis per horrendum spissæ caliginis noctem, sæva semper incendio vaporum fumantibus expirat, globis ignium arcuatis obstruitur, et in variis pœnæ exitus re-laxatur. Tunc sæviendi plurima genera, tum in se ipse convolvit, quicquid ardoris emissi edax flamma creavit. Hæc quibus recusata vox homini, et imperia fuere contumpta, disparibus conerit exitus, proque merito salutis exacte vires suas suggerit, dum pars scelera discrimen imponit. » Atque hæc quidem universim omnino verè.

Nos vero singula pœnarum genera distinguens:

* Et alios quidem, ait, moles intolerabilis curvat; alios per abruptum clivosi transitus collem vis sæva precipitat, et catenarum stridentium nexum græva pondus inclinat. Sunt et quos ægeus stridentis rola et indefessa vertigo, et quos tonat inter se densitate coarctatos adhaerens corpori corpus includat; ut et absunt in incendium, et gravet ferrum, et exeruciat turba multorum. » Quæ sane, nisi metaphoricè et improprie accipias, fabulosa et Poetarum figmentis similia videntur: licet enim certum sit in inferno damnatos variis pœnis et modis torqueri, tamen in demonibus, qui corpus non habent, hæc locum habere nequeunt. aisi qui dicat demones in inferno assumere corpora horribilia, ut homines damnatos magis cruciet, magisque erucietur et ipsi, quod insinuat Isaias, xxxv, 14, ut ibi dixi.

Porro ex ec quod habet Græcus, *catenis caliginis*, multi per caliginem accipiunt non infernum, sed aerem hunc crassum; indeque docent aerem hunc plenum esse demonibus; partem enim demonum detractam esse in infernum, partem vero hic vagari ad tentandam omnes, que in die iudicii relegabuntur in tartara; ita S. Hieronymus, in cap. vi ad *Ephes.*, vers. 12; S. Chrysostomus, homil. II in *epist. I ad Thimotheum*; Tertullianus, *Apology*, cap. xxi; Theodoretus, lib. IV *De Græcor. Affect.*; S. Antonius apud S. Athanasium; S. Augustinus, *De Natura boni*, cap. xxxii, et VIII *De Civit.*, xii, et tract. 95 in *Joann.*, et alibi; qui et addit aerem hunc imum, posse vocari infernum. Hæc sententia vera est, sed non congruit nostræ versioni, que habet « rudentibus inferni: » hi enim non sunt in aere; nec etiam congruit Græco *καταδεδεμένοι*, id est, in *tartarum precipitatos*. Quare caligo hæc accipi debet in inferno, uti explicat Judas, vers. 6, dicens: « Vinculis æternis sub caligine reservavit; » in inferno enim sunt vincula demonum æterna, non in aere.

Nota: *Te non peperit* continet miseria: parum enim dicit, sed longe plus significat, q. d. Non peperit, sed irrevocabilem in eos protulit damnationis sententiam, juxta illud I *Regum*, cap. xv, vers. 29: « Triumphator in Israel non parceret, et poenitudine non hæcletur; neque enim homo est, ut agat poenitentiam. » Quare error Origenis jam olim damnatus est, demones aliquando a Deo peccandos et salvandos fore. Quo accedit Ambrosiaster in cap. iii ad *Ephes.*, asserens aliquos ex demones per Paulum liberatos ab errore, peccato et Luciferi tyrannide. Hæc aliqui referunt illud Severi Sulpitii, quod ipse aseribit S. Martinus in Vita ejus, cap. xxv, ubi narrat S. Martinum diabolo energumenum possidenti dixisse: « Si poenitere et converti vis, Deus tui miserabitur. » Verum si id dixit S. Martinus, non absolute dixit Deum miseraturum diaboli, sed conditionale, scilicet si poenitere vellet; atque conditio hæc est impossibilis: demon enim obstinatus est in malo

poenitusque impenitens poenitere nec vult, nec potest: ergo pariter impossibile est secundum legem ordinariam ut Deus ejus miseretur. Quare verissime S. Augustinus, lib. XXI *De Civit.*, xlii: « Tenetur, ait, fixum et immobile, nullum regressum ad justitiam vitamque sanctorum diabolum et angelos ejus habituros; quia Scriptura que nomen fallit, dicit eis, Deum non peperisse, et sic ab illo esse inter impios prædamnatos, ut carceribus caliginis inferni retrusi traderentur servanti, atque ultimo iudicio puniendi, quando eos æternus ignis excipiet, ubi cruciabantur in sæcula sæculorum. »

DETRACTOS IN TARTARUM. — Græce significantius si *καταδεδεμένοι*, q. d. *Tartarizans*, siderans, fulminans, adigenque in tartara. Porro *tartarus*, et in plurali *tartara* dicuntur in *rebus* *καταδεδεμένοι*, id est *torbare*; aut potius *ἀπὸ τοῦ καταδεδεμένοι*, id est *a tartaro tremore frigoris*; tartarus ergo significat locum frigoris maximi: ita ex Hesiodo Plutarchus, opuse. *De primo Frigido*. Sicut ergo infernus dicitur gehenna ab igne et ardore, ita idem dicitur *tartarus* a frigore et gela, juxta illud *Job* cap. xxv, vers. 19: « Ad initium calorem transcat ab aquis nivium, » quod de inferno explicat Philippus Presbyter, Beda, Lyranus, S. Thomas, Studia et alii. Idem significat stridor dentium, de quo Christus *Matth.* xxv, 30 et 41. Stridor enim hic oritur ex frigore. Unde Beda, lib. V *Histor. Angl.*, refert S. Diethelmum vidisse animas in Purgatorio salire ab ignibus ad nivea, Tartarus ergo locus inferorum profundus et imus, ait Servius et Suidas. Unde Virgilius, VI *Æneid.*:

Tum tartarus ipse
His patet in præcepto tantum, tenditque sub umbra,
Quævis ad æthereum cœli suspensus Olympum.

Idem ibidem:

Hinc via tartari qui fert Achæolis ad uotas;
Tartarus hic cœvo vastaque vocagine gurgis
Ætæali, atque omnem Cœcyto eructat arenam.
Que rapinis flammis æmili torrentibus æonis,
Tartareus Phœlicon, inqueque somnibus saxa.

Lucretius, lib. III:

Tartarus horribitus eructans incensus æstus.

Queres ex quo loco detracti sunt demones, et consequenter ubi fuere creati? Resp. primo, S. Augustinus, lib. III *De Genesi ad litter.*, cap. x, et Rupertus in *Genes.* libro 1, cap. xi, eos ponditos fuisse in aere superiore, qui celo vinctus est, indeque detractos. Idem censuit Eugubinus, lib. VII *Peren. Phil.*, cap. xxxviii, sed falso nexus fundamenti, scilicet quod angeli sint corporales, et quoad corpus ex aere creati. Secundo, S. Hieronymus (quem sequitur non ter Lorinus et Ascianus Martinus in *Genes.* cap. 1, et Franciscus Suarez, tract. *De Angelis*, lib. I, cap. iv), lib. VI in *Isaia* cap. xiv, vers. 13, explicans illud Luciferi: « In

celum descendam, super astra coeli exaltabo sedilium meum, » censet Luciferum et demones creatos esse in firmamento, sive sphaera octava, in quo sunt stellæ et astra, indeque voluisse descendere in celum empyreum. Tertio, S. Augustinus, XI *De Genes. ad litter.*, cap. xvii et xix, censet demones creatos in mundo isto inferiori, angelos vero bonos in celo. Quarto, S. Thomas, I *part.*, *Quæst.* LXI, quæstione 4, ad 2, insinuat angelos inferiores, qui presunt creaturis, ut colis, elementis, in illis ipsis esse creatos, cæteros vero in celo empyreo.

Quinto, alii passim censent omnes angelos tam bonos quam malos creatos esse in celo empyreo, indeque malos a Michæele et sociis precipitatos in tartara: ita Glossa, Beda, hom. 2 *Hexæm.*, quod apud alii Junilio aseribit; Magister sententiarum in II, dist. 2; S. Thomas et Scholasticus, I *part.*, *Quæst.* LXI, art. 4. Ratio est, primo, quia angeli sunt nobilissimæ creature et purissimi spiritus: ergo eis debebatur nobilissimus et purissimus locus: talis autem est celo empyreo. Secundo, quia angeli creati sunt primo die mundi, scilicet cum ipso mundo. Primo autem die tantum creati sunt celo empyreo, terra et abyssus aruarum: cæteri enim cœli creati sunt quarto die mundi, uti ostendit *Genes.* cap. I, vers. 1 et seq. Ergo necessum fuit angelos omnes creati in celo non alio, quam empyreo. Tertio, celum empyreum est immobile: cæteri enim cœli moventur et rapiuntur motu primi mobilis, angeli autem sunt quieti et stabiles: nec deest eos rapiari instar corporum, aut locum domumque eorum raptari ipsis immotis, ut sua sedes et locus eripiantur: ergo creati sunt in celo immobili, puta empyreo. Quarto, quia in empyreo est sedes et thronus gloriæ Dei; illius autem stipalores sunt angeli: ergo, etc.

Porro Isaiæ locus non concludit Luciferum creatum esse in firmamento; alius enim est sensus Isaiæ, ut ibidem dixi: alioqui ex eodem loco concludendum esse Luciferum creatum esse in infima aeris regione; ait enim: « Ascendam super altitudinem nubium; imo, sededo in monte testamenti in lateribus Apollonis, » hoc est, in monte et templo Sion. Loquitur ergo Isaias de homine terreno; puta de rege Babylonis, ut ipse ait vers. 4, non de diabolo.

Dees: Adam creatus est extra Paradisum, et translatus est a Deo in Paradisum: ergo pariter docuit angelos non creati in loco gloriæ, qui est celum empyreum, sed ad illum per merita transferri. Respondens, nego consequentiam; et ad antecedens dico Adamum conditum fuisse extra Paradisum, quia ipse erat terrenus et terre solius dominus; ac posteri quos spargendos erant per omnes terre regiones, Adde, idem pene esse creati in Paradiso, et mox a creatione gratuito collocari in Paradiso, uti conligit Adamo; unde et Eva condita est in Paradiso: angelis vero ob nature excellentiam nullus alius erat conveniens locus,

quam cœlum empyreum. Porro, si Adam Paradisum contaminavit peccando, quid mirum, si Lucifer cœlum quoque empyreum contaminavit peccando? Nec enim locus, sed persona peccans proprio peccato contaminatur.

Nota: S. Petrus comparat et adæquat hic heresiarchas Luciferi, hæreticos diæmonibus, hæresim eorum peccato, tam in culpa, quam in pena. *Primo*, quia Lucifer peccavit intoleranda superbia, ita et heresiarcha. *Secundo*, quia Lucifer et diæmones rebellant Deo et Ecclesie cœlesti: sic et hæretici rebellant Deo et Ecclesie terrestri. *Tertio*, Lucifer cum diæmonibus commisit eorum læsæ majestatis divinæ: ejus enim thronum vobis invadere cum dixit: « in cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo: solum meum, similis ero Altissimi, » *Isaia* xv. 13. Sic et hæretici committunt eorum læsæ majestatis divinæ, quia ejus veritatem, fidem, religionem, cultum, Ecclesiam, Sacramenta impugnant: ac proinde novum quasi Deum, novum fidem, religionem, Ecclesiam inducere satagunt, in qua heresiarcha presideat quasi hæretici Lucifer, assistant ei hæretici qui ei credunt quasi angeli et diæmones. *Quarto*, Lucifer satagit omnes tam angelos quam homines secum trahere in ruinam: sic heresiarcha plurimos seducit, secumque trahit in perniciem et gehennam. *Quinto*, quia Lucifer auctor est omnis hæresis, adeoque multi heresiarchæ habuerunt diæmones patres et familiares, ut ostendi I. *Timothæo*, iv. 1. Unde Cassianus, *Collat.* vii, cap. xxxii, affirmat se diæmonem audisse confitentem, se per Arium et Eunomium impietatem sacrilegi dogmatis edidisse. Sane Lutherus, lib. *De Missa sagulari*, et *ad Electorem Saxoniae*, filietur se cum diabolo plusquam modum salis comedis, ab eoque argumentis accepisse quibus Missam impugnavit. Calvinus Bæcero objicenti sibi studium conviciandi et maledicendi, respondit epistola ad eundem, « hunc esse morbum sui nou tam ingenii, quam genit, » utique mali, se enim a genio quodam impelli, ut sive scribat, sive concionetur, assidue maledicat et convicietur. Zuñglius, lib. *De Supplicio Eucharistiae*, prolietetur se noctu edoctum modum delatruendi verba consecrationis: « Hoc est corpus meum, » nimirum explicando corpus per figuram corporis: additque se credere se an genius iste albus, an ater fuerit. Carolstadius a diæmone abreptum publica est fama. Hosius, lib. *De Hæreticis*, scribit nonnullos decies per diem diabolum adorasse, indeque vocatos diæmoniacos. Huc facit quod Tertullianus, lib. *De Prescriptis*, cap. xliii et seq., scribit hæreticos commercia habere cum Magia; imo primum heresiarcham Simonem, ejusque discipulum Menandrum fuisse magos. Hoc sæculo est secta Diabolistarum, qui gloriantur se sortarios esse, et diaboli caractere insigniri, quem ubi vino incalescere, nudata carne ostendere non verentur. Auditum est ex ipsorum confessione, quod numerus eorum usque ad sexa-

ginta millia in Gallis exereverit. Dicunt se aliquid credere, ubi id expedit: nihil vicissim credere, ubi sic expedit: ita ex libro Parisiensis Rescius in *Centuria sectarum*. Cavet sibi quisque ab eis quasi a diabolo, præsertim principes; nam in eorum aulas et animos, ut eorum sint consiliarii, sese insinuare satagunt, simulatione sapientia. Vide nostrum Delrio præf. in *Disquisit. magicæ*, ubi quinque causas rocescit, cur hæresim comitetur magia: unde *Apostol.* cap. ix, vers. 3, locuste representantes hæreticos, exunt de puteo abyssi. Hinc et Antichristus, qui erit caput et princeps hæreticorum, ita possidebitur a diabolo, ut videatur esse diæmon incarnatus. Unde de eo *Apostolus* ait II. *Thessal.* ii, 9: « Cujus est adventus secundum operationem Satane in omni virtute et signis, et prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis. »

Sexto, sicut Lucifer est imus in inferno, sic et heresiarchæ sunt profundissimi in inferno, quasi assessores Luciferi. Quocirca S. Chrysostomus *Contra Arianos* ita concludit: « Arianus est, ergo diabolus est. » S. Athanasius vero, serm. 2 *Contra Ariam*, Arium vocat æthem. S. Augustinus, XXI *De Civitate*, xv, docet hæreticum esse pejorem Pagano. Rationem dat: « Cum peior utique sit desertor fidei, et ex desertore oppugnator ejus effectus, quam ille qui non deseruit quod nunquam tenuit. » Et Tertullianus, lib. *De Patientia*: « Ethnicus, ait, non credendo creditur » multa de Deo naturali lumine cogitavit: « at hæretici credendo non credunt, » quia dicunt se credere verbo Dei, cum revera non credant.

TRADITIO CRUCIANDOS IN JUDICIUM RESERVATI. — Loquitur S. Petrus de diæmonibus, quasi de reis jam damnatis ad extremum supplicium: hi enim post damnationis sententiam traduntur commentariensi, ut eos in carcere servaret et vinciat, donec educantur ad supplicium. Simili enim modo deus diæmones mancipavit inferno usque ad diem judicii et supplicii. Licet enim *cruciantes* non sit in Græco, tamen intelligitur. Suspiciatur Gagneus nostrum interpretem pro *receptos*, id est, eos qui servantur, aut *receptos*, id est, servatos, hoc est, servandos, legis *receptos*, id est, afflictos, veratos, ut pro eo verissime cruciandos: quin et colles nonnulli habent *receptos*, id est, eos qui puniuntur et cruciantur.

Aliqui ex hoc loco et similibus, ut *Matthæi* cap. viii, vers. 29, ubi diæmones rogant Christum de eos mitti in abyssum, putantur diæmones necdum cruciari igne gehennæ, sed eo cruciandos post diem judicii: ita videtur loqui S. Justinus, *Contra Tryphonum*; Irenæus, lib. v, cap. xxxiii; S. Hilarius, can. 8 in *Matthæo*; Eusebius, IV *Histor.* xvii vel xviii; Lactantius, lib. vii, cap. xvi. Sed certum est diæmones omnes, etiam qui in hoc ære vagantur, cruciari igne gehennæ, sive quod ignis ille agat in distans, sive quod ignem illum invisibiliter secum ferant, illique sint alligati: ideo

enim Deus detrahit eos in tartarum, ut ibi iustiter cruciantur et ardeant. Quare Patres jam citati explicandi sunt de pena accidentalit: hæc enim diæmonibus necesse in die judicii. *Primo*, quia in iudicio universali, coram omnibus angelis et hominibus, publicam accipiant damnationis sententiam a Christo Judio, cujus facies et ira adeo erit horribilis, ut diæmones et damnati mallent manere in inferno ibique cruciari, quam inde exire in vallum Josaphat ad iudicium, juxta illud *Apostol.* vi. 16: « Dicunt montibus et pennis: Cadite super nos et abscondite nos a facie iracentis super thronum, et ab ira Agni, quoniam venit dies magnus ira ipsorum, et quis poterit stare? »

Secundo, quia in iudicio auferetur eis omnis libertas vagandi per terram, et tentandi perdendi que homines, ac in infernum quasi in carcerem perpetuum nunquam inde exire recludentur; quod valde eos cruciabit: unde diæmones rogantur Christum, ne eos mitteret in abyssum, *Matthæi* cap. viii.

Tertio, quia in iudicio omnes Angeli et Beati cum Christo eos condemnabunt et incerpabunt, I. *Corinth.* vi. 3; *Sapient.* v. 1. Rursum diæmones in iudicio videbunt Angelorum et Sanctorum gloriam, eosque in thronos et sedes sibi olim destinatas succedere et avelli, se vero in gehennam deprimi, quod eos valde cruciabit.

Quinto, quia tunc simul omnes damnati et diæmones trahentur in gehennam, ubi quisque ætorum omnium tormenta videat, ipsam cruciabitur, præsertim qui unus alteri ibidem maledicit eamque execratur, affligit et torquet, præsertim eos qui ipsam tentantur ad peccatum, ideoque damnationis ejus fuerunt causa, uti fuerunt diæmones. Hoc est quod ait S. Joannes, *Apostol.* xx. 9: « Diabolus qui seducebat eos, misit eos in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudopropheta cruciabitur die ac nocte in sæcula sæculorum. » In inferno ergo omnes se invicem cruciant, ringunt et lauant quasi canes rabiidi. Hoc est quod S. Clemens, VII *Const.* xxxii, ait, Christum venturum ad iudicandum diabolum mundi acceptorum et Lactantius, lib. vii, 26: In die iudicii, ait, « Dominus illorum (impiorum, puta Satanas) cum ministris suis comprehendetur, ad pessumque damnabitur: cum quo pariter omnis turba impiorum pro suis facinoribus in conspectu angelorum atque iustorum perpetuo igni æmbaritur in æternum. » Denique S. Bonaventura in IV, dist. xxvi, art. 1, Quæst. IV, insinuat essentialiter etiam penam damnationum partem in diem iudicii differri; verum hoc alii passim non probant.

II. ET ORIGINALI MUNDO NON PEPERIT. — Græce *ἀρχαῖος κόσμος*, quod Pagninus et Vatablus vertunt, *primo mundo*; Clarus, *antiquo*; Gagneus, *rudi et imperito*, scilicet in cognitione Dei et rerum salutaris. « Originalis » ergo mundum vocat præseum et primævum, qui fuit ante diluivium: tunc enim

fuit origo mundi et hominum in Adamo, a quo decimus fuit Noe, sub quo Deus totum istum mundum punivit diluivio, eo quod ingratus, et recalcis originis ac creationis et creatoris sui inmemor, ad carnem et scelera delinisset; præsertim cum posteri Seth coenobia junxerunt cum posteris Cain, uti narratur *Genes.* vi. Post exemplum pollutionis diæmonum propositi S. Petrus exemplum diluivii, quo Deus omnes peccatores misit totumque mundum perdidit, ut quisque impius, præsertim hæreticus, secum cogitet: Si Deus toti mundo non peperit, ergo nec mihi qui unus et solus sum, parcat.

Nota, sicut paulo ante hæreticos et heresiarchas comparavit S. Petrus Luciferi et diæbels, ita hic eosdem comparat gigantibus; hi enim fuerunt causa diluivii. *Primo* ergo, sicut gigantes nati sunt ex luxuria filiorum Dei, puta posterorum Seth, cum filiabus hominum, puta Caini, *Genes.* vi. 4: ita luxuria multos monachos et apostatas adigit ad hæresim, ut fiant hæreticorum ministri.

Secundo, quia gigantes fuerunt superbi et *superbi*: sic et hæretici sunt Titanes superbissimi, qui contra Christum et Deum pugnant, tandemque fiunt athei et atheismus inducunt.

Tertio, sicut gigantes fuerunt tyranni et oppressores hominum, sic et hæretici.

Quarto, sicut Nimrod et gigantes ædificaverunt turrim Babel quasi contra cœlum et Deum pugnatori: sic et hæretici ædificant Ecclesiam schismaticam et confusivam, quam significat Babel, ut Ecclesiam tam cœlestem, quam terrestrem oppugnant.

Quinto, sicut Deus gigantes misit diluivio et precipitavit in tartara, sic et hæreticos precipitavit: vide dicta de gigantibus, *Genes.* vi.

SEP OCTAVUM NON JESTITUR PRÆCONE GUSTOBIVIT. — Titellimus censet Noe fuisse octavum ab Adamo; sed fallitur: fuit enim ab eo decimus. Dicitur ergo octavus, scilicet eorum qui per arcam salvati sunt: alioquin enim S. Petrus ad id quod dixit *epist.* i, iii, 20: « Octo animæ, » id est homines, « salva facte sunt per arcam; » eorum ergo octavus fuit Noe. Ait ex Josepho; lib. *Patriarcharum*, cap. iv, 17, censent Noe fuisse octavum præconem justitie, quia sedulus coluerunt justitiam et sanctitatem. Alii « octavus » dicit censent, quia natus est anno octingentesimo, non a creatione mundi; ab ea enim natus est anno 103; sed ab inchoata impietate et corruptione mundi, quam ante Noe duraverat per septingentos annos. Alii septem alios præcones justitie illo ævo commiserunt, quos Scriptura non exprimit, quorum octavus fuerit Noe. Sed primus sensus est genuinus. Porro Philo, lib. *de Congressu quærenda conditionis gratia*, notat Noe, qui primus in Scriptura nominatur justus, fuisse decimum ab Adamo: « Ut, inquit, aperte doceat, quod sicut denarius numerorum, qui deinceps unitatem sequitur, est

perfectissimus : ita iustitia in anima revera finis est vite actionum.

Nota : Noe vocatus « iustitia p[ri]ncipio. » Primo, quia pronuntiavit iustam scelerum viaticum mundo imminente per instant diluvium. Secundo, quia ipse fuit eorum iustitia et gratia, cuiusque verbo et exemplo deprædicationis. Tertio, quia fuit Propheta et pronuntiavit adventum iusti, puta Christi, quod scilicet ipse carnem assumeret; ac proinde indignum esse carnem maculare gula et vivere, quam Filius Dei ad divinitatem esset eventurus. Hinc Josephus, lib. I. Antiq., cap. IV. : « Noe, inquit, facta eorum bonitatem sui iusti innotuit et indigne ferens suadebat, ut in melius mentem ad opera sua transmutarent. Verum cum viderent illos sibi non parere, totosque vitiorum ditulos in suo cubere, variis me et se et familiam suam hortantibus, secedens eum suis in animam regionem migravit. Et Deus vir iustitia dilectus, non ciborum solum malitiam damnavit, sed cum deprecasset universum humanum genus exinguere, aliunde novum et a ceteris parum iustitiam, primam vitam eorum brevitate spatio circumscripsit, et abrogata longevitate intra centum et viginti annos coarctavit; ceterum continentem terram in pelagi latorem transmutavit, atque ita genus illud abolevit universum. »

Quocirca S. Paulus ita celebrat Noe ejusque fidem et iustitiam, cap. xi ad Hebr. 7 : « Fide Noe responso accepto de is, qui adhuc non videbantur, metuens appellavit arcem in salutem domus sue, per quam salvavit mundum, et iustitia que per fidem est, hanc est instituta. » Et S. Ambrosius, lib. I. De Noe, cap. 1 : « Noe, ait, Dominus Deus ad renovandum semen hominum reeravit, et esset iustitia seminarum, etc., ut dum Noe sanctorum majore intentione consideramus, referamus et nos, sicuti omne genus in illo requirit ab operibus suis atque iustitia. Unde et Noe dicitur latine iustus, vel requies. » Et mox subdit : « Iustitiam solum esse que aliis potius nata, quam sibi, non quod illi sibi est, querat, sed quod omnibus. Hinc nos requiescere facit ab operibus iniquitalis, hinc vocat a tristitia; quia dum ea que iusta sunt gerimus, nihil timemus pure conscientie detritate. » Et cap. xx, docet obfusatum Noe factam esse homin[um] generis instaurationem, « non totum corpus generis humani vel abolitum videretur in terris, vel a Dei abscessum gratia relinquendum, etc. Et illo iustus quem non videbat Dominum, requiebat, corruptela exorsus, cupidus eternitatis. » Idem S. Ambrosius in Psal. cxviii, octon. 7, asserit « quod Enoch propter devotionem raptus ad celum, terrenæ malitiæ virus evaserit; quod Noe propter iustitiam diluvii victor, generis factus humani superstes sit; quod Abraham propter fidem, seminarium posteritatis suæ toto orbe diffuderit; quod Israel propter lahorum t[er]ram, populum credentium proprii nominis signaculo consecraverit; quod David

propter mansuetudinem regali honore donatus, senioibus fratribus antelatum sit; quod Elias propter zelum Dei curru elatus in aërem celestis sedis hospitium novi generis acquisierit incolito; » vido S. Augustinum, serm. 46 De Temp., ubi Noe claritatem sanctitatisque demonstrat et celebrat. CROSTIVIT — tum in iustitia, tum in vita, ne periret diluvio, sed esset conservator et restaurator generis humani, ac pater et patriarcha novi post diluvium sæculi.

DILUVIUM RUSSO IMPORIUM INDUCENS. — « Mundum impiorum » vocat non solos impios, sed totum mundum impiis plenum : totus enim mundus propter impios, cum ipsis diluvio mersus est. De Noe et diluvio, vido dicta tenes. VI.

6. ET CIVITATES SODOMORUM ET GOMORREORUM CAVENDAS PLURES. — Impiis, puta hereticis, propositis. Datus primo, punitionem demonum; secundo, vindictam diluvii. Hic tertio, proponit conflagrationem Sodoma et Gomorrah ob infanta scelera et p[ro]p[ri]os terribiles libidines. Quocirca merito Justinianus imperator, Constit. Novella 77, vetans eas, nuncupat illicitas, impias et diabolice luxuriantes, ob quas Deus orbem graves clades immittit. Atque Valentinianus, Theodosius et Arcadius Imperatores eas flammis puniendas, ac prelatas exurendos sanxerunt, sicut deus exussit Sodomitas, imo totam Pentapolim, licet ammissimam et facilissimam in cineres redegit, vel reliquias tanti tanque enormis et infamissimæ sceleris in terra extarent. Sic et heresiarche ignibus traditur quasi p[ro]p[ri]a et catharmata terræ, ne eam inquietent; sed expient; ipsi enim non raro corporales, sed semper mystici sunt Sodomites, quia fidem adulterant, et prepositum inducunt : quia te causa eos hic Sodomitis comparat S. Petrus.

EXEMPLUM DOMUS QUI INFERE AGITUR, SUNT, PISENS, — scilicet hoc exemplo ostendens omnes impios similiter ac Sodomitas puniendos esse, et perenniter arduos in gehenna : cuius rei t[er]ribilis, id est cruciatus, imago, specimen, paradigma, exemplar, similitudo et typos fuit incendium Sodoma : quod tantum fuit, ut etiamnum terra illa tota sit exiginosa et fumigans, plena bituminis, nil vitæ alicui; quin et frondes, flores et fructus mox ut carpuntur, in cineres et favillas vertuntur, quasi ignis pristinus ibidem adhuc latens perardet, itaque ignem perennem inferni representet. Unde Josephus, lib. V. Belli, cap. 1 : « Hinc (Arabie) inquit, vicina est Sodomicea terra olim quidem tam fructibus quam divitiis avictam fortunata, nunc autem omnis exusta, nil que habitatorum iocunditatis fulmitibus conflagrasse memorantur; denique adhuc in ex divini ignis reliquias, et oppidorum quinque videre licet imagines, et renascentes in fructibus cineres : qui colore quidem sunt edulibus similes, carpentium vero manibus in fumum dissolvuntur et cinerem. » Et Philo, lib. De Abraham : « Palmineus ignis (Sodoma), ait, nunquam extinguatur; aut serpit, aut vapo-

ret, quod oculis ipsis cernitur; extant etiam argumentum cladis veteris fumus exhalans perpetuo, et exuberat quod ibi foderit. » Adde plane videri omnes Sodomitas et Pentapolitas post incendium etiam, damnatos fuisse ad incendium infernale, ut docet S. Cyrillus, serm. De Passione, hoc est quod S. Petrus consonans clare asserit S. Judas, vers. 7 : « Sicut Sodoma et Gomorrah, et Sodomites civitates simili modo exformatas, et abeuntes post carnem alteram, facte sunt exemplum, ignis æterni potantem sustinentes. »

7. ET JUSTUS LOT OPPRESSUS A NEVANDOREM (Sodomitarum) INJURIA AC LUXURIOSA CONVERSATIONE TRITUS, — per angelos atque ac Noe eripuit ab impiis et diluvio : vido historiam Lot Genes. XIX. 8. ASPECTU ENIM RE AUDITO JUSTUS ERAT, — g. d. Lot ereptus fuit ab incendio Sodoma, quia sanctis et castis erit oculis et auribus, cum utrisque incesti et obsceni essent Sodomite : unde ipse tantis eorum obscenitatibus, quas invitus egerime videbat et audiebat, discruciatatur (1).

CRUCIABANT. — Legit interpret[is] ἁσπάζομαι, id est cruciabant, in plurali : jam legitur in singulari ἀσπάζομαι, id est cruciabat, scilicet seipsum et animam suam Lot; sed eodem redit sensus : tam enim Sodomitis suis infandis sceleribus cruciabant Lot, quam Lot isdem se discruciatat et discruciatatur, dicens illud S. Polycarpi, De Hereticis : « Deus bone, in quo tempora me reservasti, ut hæc audiam? » teste Eusebio, lib. V. Histor., cap. xx. Nam, ut ait S. Gregorius, I. Moral., vii : « Iniquorum vita non delectando iusti aures ut que oculos, sed feriendo tangebant; » illam enim detestabatur et execrabatur. Nota hic, Sanctorum est cruciari sceleribus et offensis contra Deum et proximum admissis in sua congregatione, urbe, provincia et regno; ita David, Psalm. cxviii, 139 : « Tabescere, ait, me fecit zelus meus, quia oblitus sunt verba tua himeni mei. » Et vers. 138 : « Vidi pravariantes, et tabescobam. » Quia enim summe amant Deum, ejusque honorem zelant, etque ac proximorum salutem, hinc summe dolent et cruciantur de Dei contemptu ac proximorum perditione.

9. NOVIT DOMINUS EOS (Noe, Lot eorumque) ASPECTU DE TENTATIONE TRITUS. — Novit non tantum speculative, sed et practice; « novit » ergo, id est scit, potest, vult et solet (est metalepsis) pius eripere (2), juxta illud quod promisit per Isaiam, cap. XLIII, vers. 2 : « Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te; et cum ambulaveris in igne, non combureris; et flamma non ardebit in te. » Noe enim ab aquis, Lot ab igne liberatus est. Sic Deus liberavit Abraham de Ur, id est igne Chaldoorum, Genes. xi, 31; Jacob de manu Esau, Joseph de manu fratrum

et carcere, Moesen et Hebraeos de manu Pharaonis, David de manu Saul, Susannam de manu senum, Daniele de lacu leonum, tres pueros de fornace, Mardocheum et Pentapolitas post incendium etiam, etiam, damnatos fuisse ad incendium infernale, ut docet S. Cyrillus, serm. De Passione, hoc est quod S. Petrus consonans clare asserit S. Judas, vers. 7 : « Sicut Sodoma et Gomorrah, et Sodomites civitates simili modo exformatas, et abeuntes post carnem alteram, facte sunt exemplum, ignis æterni potantem sustinentes. »

Dicant ergo Sancti in tribulatione cum Paulo : « In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non destitimus; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; humiliaur, sed non confundimur; dejectionem, sed non perimus; » Et Corinth. iv, 8. Et : « Propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis; sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos, » Roman. viii, 73. Quia ergo major est tribulatio et angustia, eo magis sperandum, spesque fortius et securus siganda est in Deo, quia magis tribulatis magis vicinus est Deus. Acute Plinius, lib. VIII, cap. xvi : « Tum, ait, precipuus votorum locus est, cum spei nullus est. » Hoc est, quod ait Nahum, id est Consolator cap. i, vers. 7 : « Bonus Dominus, et confortans in die tribulationis. » Tunc enim mira Dei benignitas elucet, cum justos videt ita oppressos, ut humanitas periculum eripi et salvari non possint. Unde Tigurina vertit : « Presidium temporibus difficillimis; » alii, « robur in die angustia, » hebr. est יְשׁוּעָה, pro quo Septuaginta vertere solent hyperaspistes; Vulgatus, protector, juxta illud Sapient. xv, 17 : « Dexteram suam leget eos, et brachio sancto suo defendet illos; » grecæ ἡσπασμα, hoc est, tanquam satellites et stipato clypeo suo proleget eos. Sic Deus dixit Abraham, Genes. xv, 1 : « Noli timere, Abraham, ego protector tuus sum; » hebr. ἔσο σcutum tibi; Septuaginta, ἔσο ἡσπασμα, hoc est, ego protego te, objecto hostibus et opposito validissimo clypeo. Hinc a Davide Psal. lxx, 9, Deus vocatur « fortitudo capitis mei, » hebr. מְצוּדָה; Septuaginta, κρηπίδες, id est firmities, securitas, munimentum. Et Psalm. ix, 10 : « Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione. » Prov. x, 29 : « Fortitudo simplicis, via Domini; » hebr. מאוס; Septuaginta, ὑπερμαχία, id est munificencia, propugnaculum. Cant. i, 8 : « Equitavi meo in curribus Pharaonis assimilavi te, » hoc est, sicut populo meo, cum a fronte mare Rubrum objectum fugam retardaret, a tergo furens Pharo cum oppis validissimis insequeretur, a lateribus rupes transitum negarent, in tantis angustias redactio, et omni humana ope destitudo, opportuna subveni; sic et subveniam tibi, o sponsa mea, in quantavis angustia.

IN QUOS VERO IN DIEM JUDICII RESERVARE CRUCIANDOS. — Est hic antipodoton, sive redditio et ex-

(1) Rosenmullerus et Allouf ita Græcum recte construant, ut aspectu et audita referantur ad cruciabant.
(2) Ex uno exemplo nobilit sententia infertur generalis.

pletio similitudinis inchoata vers. 4. Illa enim sententia: « Si enim Deus angelis peccantibus non peperit, » inaboluita pendet, et pendula suspendit lectorem hucusque: hic enim expletur. Imo Hyginus Papa, *epistola 2*, citatis precedentes S. Petri de angelis, Noë et Sodomæ verbis, statim subdit: « Quid putatis iniquis et impiis perseverantibus in nequitiis eorum erit? » sive hæc ipse olim in epistolis S. Petri legit, sive non lecta, sed intellecta suppleverit. Sensus ergo est, q. d. « Si Deus angelis non peperit, sed insipientibus infanti detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reservari, » etc.; ergo idem ipse novit, id est scit, potest et vult homines iniquos, ut Sodomitas et mercos diluvio, cæterosque « in diem iudicii reservare cruciandos. » Ripe aliqui cæterum damnatos non cruciari igne utiatur nisi diem iudicii. Quam sententiam Græcis tribuit Guido Carnaliensis; sed hic est error damnatus in Concilio Florentino, imo a Christo *Luce xvi*, 19, ubi narrat animam divitis Epulonis cruciari ante gehennam. Sicut ergo anime Sæctorum post Christi mortem, si plene sint expiata, illico evolvant in celum, illique visione Dei beantur, sic animæ reproborum illis replentur in tartaro, ut fame exurant, ait S. Gregorius, *IV Dialog.*, xx. Quod ergo hic dicitur eos reservari in diem iudicii cruciandos, intellige quia tunc non tantum in anima uti nunc, sed et in corpore quo resurgent, cruciabuntur, aliisque penas occidentales subibunt, æque ac demones, ut dixi vers. 4.

10. *Magis* (Græce *magis*, id est maxime; S. Hieronymus, *lib. I Contra Iovinianum*, propositi autem eos (supplet et repetit id quod præcessit), scilicet: « Novit Dominus iniquos in diem iudicii reservare cruciandos; » hinc enim apte coheret « magis nunc eos » qui post carnem in concupiscentia immunditatis ambulavit. — q. d. Deus in die iudicii puniet omnes impios, sed maxime hæreticos luxuriosos, qui dominationem continent, etc.; horum enim uti magis est scelus, ita pariter majus erit iudicium et supplicium. Tyrannus ex *magis*, vel, ut Græce est, *magis*, colligit peccatum hæresis, præsertim in hæresibus, esse gravius peccato Sodomitarum et eorum qui meri sunt diluvio, quia et deo omnia, idcirco gravius puniuntur in gehenna. Quod intelligi non de omnibus, sed de multis: peccatum enim Luciferi excitans cæteros ad rebellandum Deo, fuit gravius. Adde, hæresim inducere cetera omnia peccata, se præsertim libidinem etiam propter: uti prædicasit fuisse Calvinum et Bezarum docet eorum vita et carmina. Hoc est quod ait Judas, vers. 7, eos sicut Sodomam exfortioribus abire post carnem essentem.

Qui post carnem (id est sequentes carnem, ejusque appetitus carnales) in concupiscentia immunditatis, (Græce *magis*, id est contumacitatis et pollutionis) ambulavit. — Unde S. Hieronymus, *lib. I Contra Iovinianum*, sic legit: Qui post car-

nam ambulavit in desideria pollutionis, id est pollutis, quibus corpus, æque ac animam, contaminant et pollunt. Tam S. Petrus hæreticorum sui ævi, puta Simonianorum, Nicolaitarum, Gnosteorum, Ubidines et spurcissimos, ait « Contumaciter fuit genus aliorum hæreticorum, præsertim hujus ævi, uti narrat viri prudentes et experti. Hinc de eisdem Paulus, *Ephes. v*, 13: « Que ab eis, ait, occulta sunt, turpe est dicere. »

DOMINATIONESQUE CONTINENT. — Primo, q. d. Contemunt Magistratus, Episcopos, Præpositos tam seculares, quam ecclesiasticos, qui in Ecclesia vel Republica dominant. Ita Natalis; unde S. Hieronymus, *lib. I Contra Iovinianum*, legit *Insuperat et dominationes despiciunt*. Eodem modo legit *Hic illa Regis et Complut.* Quam hæc sit verum omnes historie loquuntur, uti oculis nostris videmus in Italia, que hæretici rebelles in Francia, Germania, Anglia, Belgio suscitavit. Sane Lutherus, *lib. De Potestate seculari*: « Soire, inquit, debetis, quod ab initio mundi vera admodum avis est. Princeps prudens, adhuc multo rarior princeps probus: sunt communiter maxime facti, ac pessimi nebulones super terram, et ipsi sunt hietores et carnifices Dei. » Et in *Profat.* contra duo Cæsaris mandata: « Turca, ait, dicitur et prudentior et prolixior est principibus nostris. » Et in hæretico libello, eos vocat tyrannos, et Evangelii persecutores. « Scriptura, ait, vocat eos bestias, id est, animalia fera, ut sunt lupi, apris, ursis, leonibus. Neque igitur ego ex his homines faciam? ferendi tamen sunt, si Deus per eos plagis nos vult afficere. Utrumque sane timet, si prevalerent resticet, diabolus foret Abbas; si vero prevalerent ejusmodi tyranni, mater ejus foret Abbatissa. » Idem in Bulla contra Ordinem Ecclesiasticum, Episcopos vocat larvas diaboli, additque: « Quicumque open ferunt, corpus, bona et famam in hoc impendant, ut Episcopatus devadentur, et Episcoporum regimen extinguatur, hi sunt dilecti filii Dei et veri Christiani, observent præcepta Dei, et repugnant ordinamentibus diaboli: aut si hoc non possunt, illud saltem contemnant. Contra vero qui manu facient Episcoporum regimen, obsequi obedunt, hi sunt diaboli ministri. » Et rursum: « Evangelium quocumque vult, oportet ut tumultuetur; nisi id fiat, non est verum. »

Agno 1569 habitum est Geneva consilium de rege Francorum, regina uxore, regina matre, ejus liberis, proceribus et Catholicis magistratibus ad certum diem tradendos, Beza præcipue, Calvinio auctore, Ottomanis subsignatore, Spino mio suatore, omnibus Gallie prædandibus et Iuristis consensu. Hujus consilii et conspirationis inventa est et impressa epistola Calvini ad Viretum Lantanne, uti narrat Bolsecus in Vita Calvini, cap. xxi. Calvinus in cap. *II Divinitas*: « Rode, ait, ut reges fere omnes futi sunt et bruti, ita etiam sunt quasi equi et asini brutorum ani-

malium. » Zuinglius, Martini et Belloum sacerdos, *lib. IV Epistolarum*, fol. 189: « Romanum, inquit, imperium, imo quodcumque imperium, ubi sinceram religionem opprimere conerit, si nos illud neglexerit passimur, non minus contempti religionis rei orimus, quam ipsi oppressores. » Ederus, in *II Enag. Inquisit.* parte, inter Flavianorum dogmata et axiomata hæc recenset: « Papa est verus Antichristus, draeo venenatus, diaboli administrator, homo peccati, filius perditionis. Cæsar et reges quando sunt a Papa vel ejus Episcopis consecrati, tunc accipiunt Antichristi signum: omnes in Papatu proprie sunt regnum diaboli, populus demonis, horrendus et inimicus hostium et archinebulones. » Plura vide apud Stanislavum Rescium, *lib. I De Atheismis Evangelicorum*, cap. vii. Quin et Aurifaber, Lutheri discipulus, in *Symposiaco*, tit. de *Sæctariis*: « Certum est, inquit, quod quilibet hæreticus aut sæctarius est scditiosus: nam postquam mendacia docuit et sparsit, ea deinde homicidiis obignat. » Et iterum folio 307: « Scditiones et homicidia hæreticorum, imo diaboli velut sigillum quoddam sunt. » Inde tot sædera Lutheri sectatorum, adeo ut Lutherus ipse ad tot tantaque obstupescens dixit homines deteriores esse in lutheranismo quam in Papatu. Aurifaber enim in Convivialibus Lutheri sermonibus scribit, sæpe dixisse Lutherum cum spiritalibus: « Post revelatum Evangelium (per Lutherum) virtus est occisa, justitia oppressa, temperantia ligata, veritas a caulis hæretica, fides clauda, nequitiæ quædam, devotio pulsa, hæresis relicta. » Celebre est illud de Thelmanno Heshusio Lutheroano Hædelberga, aliisque quinque urbibus ejecto:

Quærit, Heshusius cur exat pulvis ab urbe set?
In prompta causa est, scilicetis erat.

Secundo et pressius, q. d. Dominium Dei contemunt, negant Deum esse rerum suarum et humanarum gubernatorem ac dominum, negant Dei providentiam. Ita explicat S. Judas, vers. 4, dicens: « Dominatorem ac Dominum nostrum Jesum Christum negantes » Nicolaitas enim et Gnostici, ait Irenæus, *lib. I*, cap. 1: « Salvatorem dicunt: nec enim Dominum eum nominare volunt: » juxta id quod dixit Petrus, vers. 1: « Et eum qui emittit eos, Dominum negant, » q. d. Spoliant Christum redemptorem suum summo domino, id est divinitate, uti postea fecerunt Ariani: Dei enim proprium nomen est, Dominus, ob plenum ejus dominium in omnia. Unde S. Thomas profertur Christi divinitatem: « Dominus meus, ait, et Deus meus, » *Joan. xi*, 28. Causam dat Clementius: « Delude, inquit, per hæc a mundi officio et providentia dominationem expulsi, in omnem carnalem immunditatem profusi sunt. » Sic enim hæretici et athei negant nomen et Dei providentiam, ut sine remorse iudicis et vindicis suis cupiditibus frenâ

laxant, lisque tolli velut equi et sues indulgent. Per *ærepora* ergo S. Petrus significat divinitatem, qua dominantem omnibus, puta summum ejus imperium, dominium, jus, potestatem, arbitrium, auctoritatem, gubernationem et providentiam in res omnes, quam Christo adinabat, sibi que arrogat Simon Magus cum suis. « Dominationem » ergo, id est Dominum, ut expulsi S. Judas, ejusque dominium et providentiam, pro qua paulo post Valentinus triginta Eorum suorum nomina et portenta, quasi numina, substituit, ut patet ex Tertulliano, Irenæo, S. Augustino, Epiphano in ejus hæres. Unde contra eos hoc dominium Christi asserti S. Joannes, *Apoc. xix*: « Habet, ait, in vestimento et in femora suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium. » Et Paulus, *Ephes. cap. i*, vers. 21: « Constitens, ait, Christum ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. »

Vere Tertullianus, *lib. De Præscript.*, cap. XLIII: « De genere conversationis, ait, qualitas fidei asseruari potest, doctrina Index disciplina est. Negant Deum timendum. Haque libera sunt illa omnia et soluta: ubi autem Deus non timetur, nisi ubi non est? ubi Deus non est, nec veritas ulla est: ubi veritas nulla est, merito et talis disciplina est. At ubi Deus, ubi metus in Deum, qui est initium sapientiam. Ubi metus in Deum, ubi gravitatis honesta, et diligentia attonia, et cura sollicita, et arduo explorata, et communicatio libera, et promotio emerita, et subjeccio religiosa, et apparitio devota, et processio molesta, et Ecclesia unita, et Dei omnia. » Ita Lutherus, *lib. Contra cæteros Prophetas*, scribit de Andrea Carolstadio discipulo suo, quod ades fuerit impius, ut non crederet vel in terris, vel in caelis ullum Deum existere. Calvinus, *lib. I Test.*, scribit Sarcolum, qui se summum orbis Prophetam nominabat, impie blasphemasse Deum illum, qui dicitur Ichova, in ligno lignum, in lapide lapidem, in arbore arborem esse: eo quod formam et substantiam ligni, lapidis et arboris vere habeat. Heshusius, *lib. Contra Ilyricos*, scribit ex doctrina Ilyrici eliti, quod animam hominis non Deus, sed diabolus creavit. Bernardinus Ochinus in penultimo Dialogo suo, se religionis expertum professus, docet Deum primum esse motorem, non tamen esse adorandum; nec ab eo quidquam præsidii expectandum. Beza negat Deum omnium posse. Lutherus, Melancthon et Calvinus faciunt eum autorem operum tam malorum, quam bonorum, puta peccatorum. Iure ergo Cardinalis Hostius atheismum vocat Lutherane et Zuingliane perfidiam perfectionem, alibi centrum, alibi scule summitatem. Quorum lodmagistri, Epicuri de grege porci (inter quos Joannes Vetus Beram nominat), illud, teste Vireto, suis occi-

nare solebant, heulam esse, qui, ut ait Poeta :

— Metas omnes et inextensibile fatum
Subieci pedibus, strepitumque Acherontis arat.

Denique Mollineus, apud Genebrardum in *Chronol.*, Calvinum facit Atheorum principem.

ADACCS. — Quid enim non audeant qui Dei hominumque dominium contempnunt? Ita tEumenius. Lutherus Sedi Apostolicæ hoc xenium pro novo anno misit: « Maritus Lutherus S. Sedis Romanae meam gratiam et salutem. Sanctissima sedes, crepa. » Idem, lib. *Contra Regem Angliæ*: « Quis est iste Henricus? novus Thomista, discipulus dumtaxat tam ignavi monstri; » et mox: « Hic sto, hic maneo, hic glorior, hic insulto Pa-pistis, Henricistis, Sophistis; omnibus portis infari: divina Majestas tacum facit ut nihil eurent, si mille Augustini, mille Cypriani, mille Hieronymiani Ecclesie contra me starent; dogmata mea stant, et Papa cum Henricistis cadet, invitus omnibus potestabilibus inferis, et potestabilibus aëris, terre et maris. » Audisti Thasonom, audisti Luciferum.

SIBI PLAGENTES. — *αὐθάδης*, id est *prociaces*. Ita S. Hieronymus, lib. I *Contra Iovinianum*; Calbarinus, *proterus*; Gagneus *perfidiosus*; Clarius, *impudentes*; Tigrina, *profracti*; Valabius, *qui sensus et captus*; Pagninus, *contumaces*. Sic et tEumenius: « Contumaces, ait, hoc est, qui quod sibi placet sequi omnino ac lucri volunt; » alii, *intractabiles*, insolentes, arrogantes, contemptores aliorum: hæresis enim consistit in pertinacia sui sensus et erroris. Nam *αὐθάδης* idem est quod *morositas*, amor sui, contumacia, temeritas, duritia, pertinacia, prociacitas, superbia, fastidium, arrogantia. Noster ad verbum vertit, *sibi placentes*, quia *αὐθ* est *placet*, ut *αὐθάδης* sit quasi *αὐθ* *αὐθ* *αὐθ*, id est *placentes sibi*; vel, ut Hesychius, quasi *αὐθ* *αὐθ* *αὐθ*, id est *idem in seipso*; vel, ut alii, quasi *αὐθ* *αὐθ* *αὐθ*, id est *idem ac seipso*. Ita Erasmus a Luthero appellatus diabolus incarnatus, in *Apolog. contra eum*, Lutherum vocat Orete insaniozem, odio lymphatum, philantia famulentum, ideoque prohibendum ut esse veritarum, ut saniora scribat. Quin et Wittenbergenses Lutherum, licet magistrum suum, vocarunt philantum, philonium et eristicum, id est rixosum, hyperbolicum, qui ex culice faciat camelum, polypragmoneum, qui se petulant et prociaciter negotiis omnibus immisceat, ingenii ostentatorem, stoicum, durum, capulosum, somniferum, quod nocturnas visiones in ebrio capite natas pro puro putat Dei verbo venditari, uli refert Joannes Spangenbergius in libro cui titulus: *Verax narratio beneficiorum per D. Martinium Lutherum*, etc.

SECTAS NON METUUNT INTRODUCERE. — *τὸν* *introducere* non est in Greco, sic enim habet: *ἡ δὲ τὴν ἑκαστὴν ἡσυχαστικῶν, quod primo verti potest, glorias non verentur blasphemare et comitari, ut*

per ἡσυχαστικῶν; intelligantur in gloria celebres et majestate præditi. Ita Gagneus, Pagninus, Tigrina, Calbarinus, Clarius, Salmeron et alii. Quocirca S. Judas, vers. 8, hoc alludens ait: « Dominationem autem spernant, majestatem (Grece *ἡσυχαστικῶν*) autem blasphemant. » Unde et hic Biblia Gothica legunt, *Majestatem, vel majestatis non metuant*. Quare per *ἡσυχαστικῶν* alii intelligunt angelos Dei administratos, Ecclesie orbisque presides et gubernatores. Ita Turrianus, lib. II *De Hierarch. Ord.*, cap. ix, qui *ἡσυχαστικῶν* vertit *gloriosus, vel splendores*. Alii intelligunt Magistratos, Reges, Principes, Episcopos. Ita tEumenius: « Nam qui ex contemptu, inquit, dominationem illam non timeant, quid mirum si omnem gloriam et excellentiam etiam spernant? » *ἡσυχαστικῶν* enim Grecis idem est quod majestas, splendor, gloria, dignitas, existimatio, item sententia, opinio.

Vagari Noster melius subducens *ἡσυχαστικῶν* vertit, « sectas non metuunt introducere, » hoc enim est proprium hæreticorum; et Grecum *ἡσυχαστικῶν* opinionem et sectas significat; ut idem hic dicit S. Petrus, quod dicit vers. 4: « Qui introducunt sectas perditionis. » Porro non mirum interpro-
ἡσυχαστικῶν; hic vertere *sectas*, in epistola vero S. Judæ vertere *majestatem*, quia alia est sententia S. Judæ, alia S. Petri; S. Judas enim ait: « Dominationem autem spernant, majestatem (Grece *ἡσυχαστικῶν*) autem blasphemant; » ubi *ἡσυχαστικῶν* verti nequit *sectas*; nec enim hæretici sectas blasphemant, sed amant. S. Petrus vero alia interserit, alique: « Dominationemque contempnunt, audeas, sibi placentes, sectas (*ἡσυχαστικῶν*) non metuunt introducere blasphemantes. » Ubi *τὸν* *sectas* explicat *τὸν* *αὐθάδης*, *sibi placentes, q. d.* Quam sint audeas et sibi placentes, liquet ex eo quod contra commune Ecclesie Patrumque doctrinam et consensus, audeant novas opiniones ex suo cerebro continere inducere, itaque sectas facere. Adde, Nostrum interpretem æque ac Syrum in S. Judæ legisse *ἡσυχαστικῶν* in singulari, quod *majestatem* significat, non *sectas*; in S. Petro vero legisse *ἡσυχαστικῶν*, in plurali, quod *sectas* significat, non *majestatem*.

Nota: *τὸν* *sectas* significat *primo*, errores et hæreses; *secundo*, schismata et dissidia quibus Ecclesie unionem scindunt, sequè ab ea reserant, ut propriam Ecclesiam scholamque constituant, cuius ipsi habeant auctores, ac sequaces ex se demoneant; sicut a Simone vocantur Simoniani, ab Ario Ariani, a Nestorio Nestoriani, etc. *Tertio*, *τὸν* *sectas* significat non tantum hæreticos inter se esse dissectos, sed unam eandemque hæresim illico secari in varias sectas et schismata; hæretici enim eum agantur superbia et fastu, nec Deo, aut homini, sed suo cerebro credant, nolunt aliorum esse discipuli, sed doctores. Unde perique novas opiniones et errores comminiscuntur, ut eorum habeantur auctores, et discipulos post se trahant, eisque suum nomen indant. S. Augustinus, lib. *De Hæres.*, enumerat nonaginta hære-

ses a Christo usque ad sua tempora; a S. Augustino usque ad Lutherum totidem numerantur: ita et per 1300 annos non plures quam 180 hæreses collegit Sanderus. At vero a Luthero, puta ab anno Christi 1517 usque ad annum Christi 1838, ducentas et septinginta hæreses enumerant Staphylus, Rosius, Lidianus, Præcolus, Ederus, et ex his Stanislaus Rescius, lib. I *De Atheismis*, cap. ix. Ita « foveendus est error, ait ille, errans, nec scit quid velit, nec scit quid nolit. » Nec mirum Lutheri discipulos a Luthero magistro descivisse, et tot sectas invenisse: nam et ipse Lutherus a seipso descivit, et sæpe dogmata hæresesque mutavit, ut ostendit Cochleus in libro cui titulus: *Lutherus septiceps*. Veritas enim constans est eademque semper; falsitas vero inconstans semper evariat.

Sapienter Trismegistus, tract. *De Veritate*, docet falsitatem nosci ex mutatione, veritatem ex immutabilitate. « Nihil enim, inquit, quod non manet in seipso, verum est: omnia quippe quod alteratur falsitas est, non manens in quo est. » Idem, tract. *De Pietate et Phil.*: « Quod semper fit, inquit, semper etiam corrumpitur: quod semel factum est, nunquam corrumpitur; » hic est ergo fons, origo et mater hæresis, nimirum superbia et ambitio. Hinc omnium sæculorum experientia docuit heresiarchas pene omnes ab Ecclesia descivisse, suaque hæreses advenisse, eo quod in Ecclesia ambientes primas Cathedras, Episcopatus et Doctoratus, ab his repulsi, eas extra Ecclesiam sternerint, ut ibi obtinerent principatum, quem in Ecclesia obtinere nequiverant. Vere S. Augustinus, lib. *De Pastoribus*, cap. viii: « Diversi, ait, locis sunt diversæ hæreses, sed una mater superbia omnes genuit, sicut una mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toto orbe diffusos. » Ita Eusebius, lib. IV *Histor.*, cap. xxi:

Theobulus, inquit, quia repulsam meruit Episcopatus, cepit initio perturbare omnia et corrumpere. » Et Tertullianus, libro *Contra Valentianum*, post initium: « Speraverat, inquit, Episcopatum Valentianus, quia et ingenio poterat et eloquio; sed alium ex martyri prærogativa loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticam regulam abrupti, ut solent animi pro prioratu exciti præsumptione ultionis accendi. » De Marcione idem testatur Epiphanius, *hæres. 48*, sub initium: « Emulatione, ait, elatus Marcion, ubi non accepit presbiterium, excogitavit sibi ipse concilium; et infra: « Emulatione igitur commotus, et ad magnam indignationem et superbiam elatus, fissuram efficit, sibi ipsi hæresim erigens, ac dicens: Ego finiam Ecclesiam vestram, et mittam, fissuram in ipsam in æternum. Et reversa fissuram immisit non parvam, sed non Ecclesiam fudit, verum seipsum, et eos qui ipsi obediunt. » De Montano testatur Theodoretus, lib. III *Hæret. Fabul.*: « Is, inquit, ambitione et primum locum obtinendi cupiditate motus, seipsum Paracletum

vocavit. » Novatianus, quia in pontificatu prædictus est fuit S. Cornelius, schisma fecit et heresim induxit, imo se Papam, puta Antipapam, constituit, teste Eusebio, lib. II *Histor.*, xxxiii, et S. Cypriano, *epist. 49*, 52, 64, 68. Arins ambiens Episcopatum Alexandriæ, cum ab eo per Alexandrum sibi antepositum excludere se videret, in eum et Ecclesiam linguam armavit, et Arianismum induxit, teste Theodoretis, lib. IV *Hæret. Fabular.* Idem de Aetio, cum in Episcopatu ei prælatu esset Eustathius, scribit Epiphanius, *hæres. 75*. Joannem Wiesel, quod Episcopatu excidisset, heresiarcham esse factum, asserit Thomas Waldensis, lib. II *Doctrinae fidei*, cap. 60.

Lutherus omnium hujus ævi hæresum choragus et antesignanus, hujus orsus est concionatio contra Indulgencias, eo quod earum promulgatio a se, suoque Ordine Augustiniano, ad Fratres Predicatores translata esset, ut narrat Cochleus in actis Lutheri, anno 1517. Porro Lutheri tantus fuit fastus, ut libro contra *Regem Angliæ* asserat, Reges, Principes, Pontifices non esse dignos qui solvant suorum calceamentorum corrigiam, et se pro sancto haberi velles invito omnibus, ac se parvi facere mille Cyprianos et mille Augustinos; ejus enim gnomo erat:

Se volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Et:

Petis eram vivens, mortuus tua intors ero, Papa.

Sed falsus est et fecellit pseudopropheta: mortuus est enim Lutherus, sed vivit vigetque Papa et Papatus. Idem reges vocat capitis sui, Parisiensem academiam Soluman, Lovaniensem Gomorriam, Episcopos et sacerdotes capita rasa ac oleata, S. Thomam unum de septem pharisæis ira Dei.

BLASPHEMANTES. — quia convicia jactant non tantum in Deum, sancta et Sanctos, sed et in se matro, eaque atrocissima, sed sæpe vera. Ita hoc sæculo Bucerus contra Calvinum, eum vocat filium, imple audacem, rapulum, fratricidam, Calvinus Valentium Gentilem vocat Trithemum, hæreticum, canem, proditorem, phreneticum, Satanam impudentia superantem, Luciferum convicia evomentem, etc. Vicissim Calvinus Gentiliam vocat Quadrithemum, infensum veritati, crudellem, mordacem, execrabili errore fascinatam, uli refert Aretius, lib. *De Supplicio Gentilis*. Smidelianus fatebit se a Saxonibus vocari chamaleontem, polylypum, mendacem, falsarium, prestigiatorem, socium furum, sophistam, hypocritam, effrontem, conscientie expertem, neque oculis, neque corde præditum, mentis impotem. Prodit libellos anonymus Lutherani ejusdem anno Domini 1586, lenæ impressus, cuius hic est titulus: *Quod Calvinista non sunt Christiani, sed tantum Judæi et Mahometani baptizati*. Theomorus Calvinista in libro suo recenset novem turpissimas maculas,

a sua secta hominibus Calvino invidias: prima, quod esset hereticus quovis heretico peior; secunda, quod ambiciosus et tyrannidis cupidissimus; tertia, quod usurarius insignis; quarta, quod nummularius insignis, sive trapezita; quinta, quod avarissimus; sexta, quod aleator; septima, quod scortator libidiniosissimus, isque manifestus; octava, quod immoderate biliosus et iracundus; nona, quod vindictae appetentissimus, sevens et sanguinarius. Sturmus in *Palaedia*, ad Lucam Osiandrum, eum vocat Calligulam, Ulyssis nepotem, quoniam horarum ausum. Postolus scribit Calvinistas nihil hominis praeter formam hominis habere, Catholice fidei muniam remissis, bellorum in situ virorum. Zuingliam scriptum ediderunt, anno Domini 1527, in quo Lutherum vocant Caristarium, Papam, Antichristi nepotem, Inualicum, sophistam, brassum, rusticum, seductorem, pseudopropheta, Antichristi proximum consanguineum, carnificem Christi, violatorem sacramentum Litterarum, Zuinglium ipse in Respons. ad Lutheri librum *De Sacramento*, Lutherum vocat pseudopropheta, imprudenter asserentem quidquid in haecera venit, eundem, securam, incorrigibilem, haereticum, impostorem, Christi negatorem, variis oppressorem, Antichristum. Vltra vide apud Stanislaus Rescium in *Ministromachia*, ubi citat Lutheranos, qui Calvinistas vocant blasphemos, capitales hostes Filii Dei, imperitios, insanos Doctores a Sabana missos, Sternucos, capus molossos, snes, larvas diaboli, seductores, satras, progeniem viperarum, Turcia detestiores, latrones corporis et animae, fanaticos, moriones, diabolorum capita, inimicibus, calumniatores, infernales lupos, foetorem Sabanae, doctrinam eorum ex secretissima infernalis aula abyssos prodissio, etc.

Vero Plato, lib. *De Amicitia*: « Scilus bonus, sit, soli bono est amicus; malus autem nec bono, nec malo unquam revera est amicus. » Verus S. Augustinus, lib. *Contra Litteras Pefitiam*: « Dissensio vos et divisio facit haereticos; pax vero et unitas facit Catholicos; » et Terullianus, lib. *Contra Heresim*, cap. 1: « Tales (haeretici), inquit, Iohannalem fecundiam existimant, impudentiam constantiam deputant, et maledicere singulis officium conscientiae iudicant. »

Porro blasphemiam propria dicte in Deum et Sanctos, apud haereticos sunt plurimo. Lutherus *Contra Iac. Latomum* usus est scribere: « Animi mea odit hoc verbum, haeret. » Idem a Litanis sustulit illam praesentis formulam, qui saepe us est Ecclesia: « Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis. »

Eandem preactionem Calvinus vocavit barbariam, ubi testatur Ministri Genevenses, epist. *De Blasphemia Valentini Gentilis*. Sic enim ait Calvinus in epist. ad proceres Poloniae, folio 63: « Praeculo vulgo trita, S. Trinitas unus Deus, miserere nostri, mihi non placet, ac omnino barbarum

sapit. » Idem Deum Patrem comparabat Grammaticos, Filium Dialecticos, Spiritum Sanctum Rhetoricos. Ita refert Manlius in *Lectis communibus*, tit. de No. Valentinus Gentilis ubi tres personas, ita et voluit tres esse naturas in deo, puta tres deos.

Novi Arsan negant Filium esse Deum, et Symbolum Athanasii vocant Symbolum Satanasi. Testatur Lindanus in *Christomachia*, quod Calvinista in plurimis Galliae locis versiculum illum: « Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, » ex hymnodis suis expunerunt.

Reza, lib. *Contra Brentium*, duas docet esse in Christo hypostaticas uniones, unam carnis cum animo, alteram Dei cum homine.

Transylvani Ministri, ut Georgius Blandrata, iusto de iudicio postmodum a nepote suo suffocatus, Paulus Alajatos, Lelius Zosimus, Franciscus David in *Collet. Transylvana*, (haereticum scribo), Sanctam Trinitatem vocant Cerberum triplicem, tricoorporum Gerionem, novum idolum, terrum Babilon, Deum foetum ac sophisticum, idolum Sabineus. Ritec igitur haec nomina in divinis: Essentia, Persona, Relatio, Proprietas; nec ullam agnoscent in Deo personarum distinctionem, lib. II *Disp. Alban.*, cap. IV. Alii dicuntur Christum fuisse merum hominem, Iosephi filium, qui se a populo liberare non potuit, ne proinde non esse invocandum, multo minus esse redemptorem mundi, etc.

Narrat Stephylus fuisse in Moravia Luchm Sterbergium, qui primus omnium in illis partibus docuit omnes eos qui SS. Trinitatis nomen confitentur et colunt, tres deos falso convincit, cum sit Trinitas nomen supervacuum et inane, nec nisi unus Deus sit in coelo; voluit itaque ut loco illius, o veneranda Trinitas, caneretur, o veneranda Dei bonitas. Optat etiam impius ille (haeret animus scribere) ut demones omnes Trinitatem abducant et asportent: nescire se iniquus utrum femina vel masculus sit; sed potius habere se persuasum Trinitatem illam quondam femina fuisse, quae tres maritos habuisset, licuit praetera Christum non fuisse verum Deum, sed hominem duntaxat, in fine alicui mortuum, Marie et Iosephi fabri lignarii filium, non propria virtute divina, sed virtute Omnipotentis surrexisse a mortuis, tum demum adoptatum fuisse in filium, cum Joanne baptizante vox et ordo audiret est: Hic est Filius meus dilectus, Ritec Spiritum Sanctum, dicens, nihil aliud esse quam columbam. Dei genitricem negat perpetuam virginem existisse; sabbatum sanctificandum docet, non Dominicum; baptismum vocat Sabana institutionem. De blasphemis Calvini vult Pevarandum in *Theomachia Calvinistica*, et Guiljellmum Resinallum in *Calvinisticis*.

Coarodus Vorstius Calvinista, lib. *De Deo et Attributis divinis*, hos habet atheismos, primo, Deus non est infinitus; secundo, Deus secundum

substantiam suam non est ubique praesens in hoc mundo, sed tantum in coelo; tertio, in Deo sunt vera accidentia realiter distincta a substantia Dei; quarto, decreta Dei, quale est decretum praedestinationis aut reprobationis, non sunt ab aeterno; quinto, aeternitas Dei non est indivisibilis, et tota simul, sed successiva. Vide nostrum Martium Becanum in *Titulis Calvinisti*, tit. 4. Denique, vers. 48, ostendit Calvinum ejusque asselas non colere Deum verum, sed diabolum.

11. Ubi ANGELI FORTITUDINE ET VIRTUTE (Graeco *δυναμις*, id est potentia et robore) cum sint MAJORES, NON PORTANT ADVERSUM SE EXECRABILE JUDICIUM. — Nulli consent hic esse sermonem de angelis malis, id est demonibus, quasi eis comparet haereticos, qui, ut paulo ante dixi, « dominationem continentur, » esseque demonibus peiores esse, ideoque gravius puniendos significet, q. d. Uti ingens est audacia et robore haereticorum, ita et dominacionem continentur, et sectas non inquit introducere blasphemantes: ita ingens eorum erit et pena. Si enim angeli mali, id est demones, qui fortitudine et robore sunt majores, non portant adversum se « execrabile iudicium, » Graeco *blasphemiam iudicium*, id est, execrabilem condemnationem et maledictionem aeternam, quomodo hi eandem ferent, cum sint homines corpore et anima infirmi et imbecilles? Sane ipsi « in miseris » gehennae non subsistent, Psal. CXXXIX, vers. 11 et 12. Ita Genebrardus, ibidem. Aut breviter et planius, q. d. Quomodo haeretici audaces non solent sectas introducere et blasphemare, cum solent demones qui longe sunt potentiores, ob schisma et rebellionem ita esse punitos, ut non ferant execrabile iudicium, id est, horrendam condemnationem a Deo contra se ipsam, et gehennae supplicium?

haec expositio valde congruit versioni Latinae, et Graeco *καταρα*, id est maxime, vers. 40, q. d. Deus maxime, puta immunitus et intolerandis supplicis, cruciabit haereticos luxuriosos et refractos, cruciabit haereticos, qui cum eis in ecclesiae sint pares, in malis superiores et fortiores, non ferunt tamen execrabile iudicium, id est condemnationem et supplicium gehennae. Ita Glossa, Lyranus, Thomas Anglicus, Hugo, Dionysius, Catharinus, Titelmanus et alii.

Secundo, alii, q. d. Demones non audent execrari et blasphemare Praepositos Ecclesiae, licet sibi adversos, tum in excommunicatione, tum in iudicio, licet conati « quomodo ergo haeretici audent eos blasphemare et conviciis incessere? Ita Gagnius.

Tertio, Clarus, q. d. Demones, licet fortiores sint ad perferendas inferni poenas; tamen non audent Deum eorum auctorem blasphemare, ne graviter ab eo puniantur: quomodo ergo eum blasphemare audent haeretici? Haec accedit Arias, q. d. Demones licet Dei hostes, tamen non audent primas Dei veritatis praecelsas, puta prima virtutis ac pietatis principia et praeccepta negare

aut convellere: quomodo ergo ea negant et convellant haeretici?

Quarto, alii, q. d. Demones sibi invidiam non maledicunt, nec se mutuo blasphemant: quomodo ergo homines, puta haeretici, audent sibi invicem maledicere et blasphemare?

Verum alii passim angelos hic proprie accipiunt, ideoque bonos. Hi ergo « non portant adversum se execrabile iudicium, » Graeco *si episton nec' alicuius magis Κατα Βλασφημια episton*, id est, « non ferunt, non infirunt contra se a Domino blasphemum iudicium, » hoc est, non intorquent hostibus suis execrandam sententiam, ut scilicet diabolo a Deo imprecetur mala, meritaque supplicia, quae sunt horrenda et execranda (1). Idem enim videtur hic dicere S. Petrus cum eo quod ait S. Judas, vers. 9, sollicite Michaelem alterentem cum diabolo de corpore Moysi, non esse ausum « iudicium inferre blasphemis, » id est blasphemare, maledicere et conviciari diabolum, cuius iustam blasphemiam poenam irrogare, dicendo: Tace, maledicte diabolo; vade, blaspheme, in gehennam: in ea cruciet te Deus, ubi mereris tu et tua blasphemiam; sed dixisse: « imperet tibi Dominus; » sequentia enim S. Iuda verba bene sunt eadem cum sequentibus S. Petri, ut patet conferenti utriusque textum Graecum.

12. (Idem liquet ex eo quod adaptans subdit S. Petrus.) HI VERO VELUT IRRATIONABILIA FEROCIA, etc., IN HIS QUI IGNORANT BLASPHEMANTES. — q. d. Angeli non audent blasphemare, id est, maledicere demoni et impiis: haeretici vero blasphemant Deum et Sanctos. Ubi nota iudicium blasphemorum vocari maledictum, maledictionem, execrationem, puta imprecationem magni et execrandi mali, iusto Dei iudicio impiis et blasphemis irrogandi: quod S. Judas, vers. 9, vocat « iudicium blasphemiam. » Est catachresis; unde Erasmus *Blasphemias* exponit *εργασια*, id est *infantum*, infelix, abominandum, pessimi nominis et ominis. Respiet *α blasphemiam α blasphemantes*, vers. 40, q. d. Quomodo haeretici audent blasphemare et maledicere, id est, conviciari Deum, sanctos et homines, praesertim Praefatos et principes, cum angeli id non audent facere diabolo, licet blasphemio et execratione dignissimo? *εργασια* enim non tantum blasphemiam proprie dicitur, id est convicium in Deum vel Sanctos significat, sed et quamlibet execrationem, maledictionem, imprecationem, contumeliam, probrum, obprobrium, vituperationem, ut sit idem quod *εργασια*, cui opponitur *εργασια*, id est laus, gloria, commendatio, bonum omen, fausta praecatio, benedictio. Unde et S. Augustinus, lib. *De Merito, Mero*, cap. II, blasphemiam definit, « cum aliqua mala dicuntur de bonis. »

(1) Ita Atholi. Alii: *adversum*, seu *contra se*, scilicet magistratus impios et ethnicos, quibus maledicentiam Iudicant.

Rursus et xar' ab eo potest verbi, primo, adversus ipsos, scilicet dicitur, id est glorias, hoc est potentes, uti sunt demones; secundo, adversum se, ut verbi Noster, g. d. Angeli cum sint purissimi et sanctissimi, non audent vel nominare aliquid quod aliquo modo sonet blasphemiam, id est maledicentiam, ne vel per umbram videntur angelicum suum os contaminare, et quia maxime execrantur blasphemiam et blasphemos.

Denique et a Domino, quod est in Graeco, significat « a Domino, » qui est scelerum vindex, mala optari. Ita Oeumenius: « S. Petrus ait, inquit, hos miseros nulla habita ratione glorias maledicere, cum tamen neque qui potentia et viribus majores sunt istis flagitiosis hominibus, non ferant, id est, non inferant contra ipsas videlicet glorias maledicum iudicium apud Dominum. » Deinde citato exemplo Michaelis, quod refert S. Judas vers. 9, subicit: « Et est a majori argumentatio in hunc modum: Si diabolus qui dignior est ut maledicatur, quia tamen gloria cuiusdam participis est, a Michaelis Archangelo coram Domino id non est consecutus; illi sane non sapient qui ita temere gloriam omnium maledictis prosequuntur, cum tamen nullo post angelorum dignitatem sint constituti. »

Oeumenius sequuntur Adamas, Gagneus, Claris, Salmeron et alii. Hoc accedit Fevardus, qui sic explicat, g. d. Quomodo heretici audent dominationibus, id est, magistratibus et principibus orthodoxis, haec sibi adversantibus; obloqui, maledicere et resistere, cum angelus boni magistratus et principis Ethnicos, licet fidei et populo Dei infestos, non execrantur, sed honorant et reverentur, uti liquet in angelis Persarum et Graecorum pro Persis et Graecia contra angelum Hebraeorum populatibus Dei decertantibus, Daniel, cap. x, vers. 5 et seq. « Ille vero (magistri mendaces, puta haeresiarum, de quibus vers. 4) velut irrationabilia pecora; » Pagninus, « velut bruta animantia naturaliter, » scilicet tendunt et ruunt, « in captivum et pernicium; » Graeco ἑρπύλλης ἢ ἑρπύλλης, id est, « natura genita in captivum et pernicium, » ait Pagninus. « Naturale est, ait Ven. Beda, irrationabilibus animalibus causa pabuli seipsum in captivum et pernicium ignoranter incidere: » Ita heretici ob suam gulam suasque effrenas appetitus explendos, incidunt in laqueos diaboli et pernicium aeternam. Ex adverso Arias haec explicat active, g. d. Heretici sunt velut ferae, puta ursi, leones et lupi, qui naturaliter feruntur in captivum et pernicium, puta in praedam et caedem aliorum animalium. Utrumque verum; heretici enim et passive ruunt in exitium, et alios suis laqueis irretitos secum in idem active trahunt. Est hyperbole: nec enim natura hereticorum est prava, nalaeque in captivum et pernicium; sed sensus est, g. d. heretici toti sunt

pravi, toti corrupti, ut videantur nati et facti ad malum, quia corruptionem et concupiscentiam naturae suae sequuntur. Rursus haeresis illa naturam eorum afficit et inficit, ut cum totam divergat et trahat ad malum. Sic dicitur natura filii ire, Ephes. ii, 3; pessimorum hominum vocatur naturalis malitia, Sapient. xii, 10, quia caeco naturae impetu eo feruntur, quo eos libidinis ardor, vel honorum opumque cupido, vel ire et ambitionis furor rapit.

Comparavit S. Petrus haeresiarum sui aevi, puta Simonianos et Gnosticos, ob superbiam, avaritiam et libidinem, primo, demonibus; secundo, hominibus impii mersis diluvio, ac Sodomitis; nunc, tertio, eos comparat feris et bestis, quae non ratione, sed naturae ferina ardore vel furore aguntur, ideoque incidunt, imo ruunt, aliosque secum trahunt in laqueos venatorum, ut captantur et occiduntur. Idem istidem pene verbis dicit S. Judas, vers. 10: « Ille autem quicumque quidem ignorat, blasphemiam inuta animalia noverit, in his corrumpuntur. » Et S. Ignatius utriusque coaevus, epistola ad Antiochen. « Videat, ait, cunctas rabidos, et serpentes super peccatis reptantes, dracones squamosos, et aspidem, basiliscos, scorpiones: hi sunt theos (genus est lporum), vulpes et similes humana imitantes. » Nam, ut ait Clemens Alexandrinus, Adhort. ad Gentes, « homines vocantur serpentes, qui sunt deceptores; leones, qui sunt animosi et ad iram concitati; sues, qui sunt voluptati dediti; lupi, qui sunt rapaces (1). »

In his qui ignorant blasphemantes, — id est, ut S. Judas ait: « Quicumque ignorant, blasphemant; » Tigurina, « in his qui non intelligunt maledicentes. » Est hebraismus: Hebraei enim verba contactus sive realis, sive mentalis, sive verbalis, qualis est blasphemare, constituunt eum ablativo mediante praepositione in, ut percutere in facie dicant pro percutere faciem, credo in Deo, pro credo Deo. Sic hic: « In his qui ignorant. » Id est, haec qui ignorant, blasphemant. Taxat eos qui se Gnosticos, id est scientes, appellabant, cum essent ignorantiss, ideoque orthodoxa, quae ignorabant aut scire et credere volebant, superbe et proterve respuebant ac blasphemabant; de quibus iure ait S. Paulus, Roman. cap. i, vers. 22: « Dientes se esse sapientes, stulti facti sunt. » Hoc facit hereticorum (Manicheorum) « privilegium diabolium, » uti vocat S. Augustinus, lib. XXII Contra Faustum, cap. xv, ut « quidquid est in Evangelio quo adjuvari heresim suam putent, id a Christo dictum teneant; quidquid autem ex eisdem codicibus adversus eos sonuerit, immissum a falsatoribus

(1) Naturaliter in captivum et in pernicium, id est, quae per naturam in id destinata sunt ut ab hominibus captantur et interficiantur.

ore impudenti ac sacrilego non dubitent dicere. » Idem, lib. XIII, cap. XII, comparat eos pernici: « Perdix enim, ait, nimis contentiosum animal notum est, quanta aviditate ipsius contentiosis curat in laqueum. »

In corruptione sua peribunt. — Graeco est elegans paronomasia: ἢ τῆ φθορῆς αὐτῶν κατὰ τὴν φθορῆν, id est, corruptione sua corrumpentur; hic est enim laqueus voluptatis finis et merces. Nam, ut ait S. Paulus: « Qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem, » Galat. cap. vi, vers. 8; et Philip. cap. ii, vers. 19, hosce hereticos notans: « Quorum Deus, ait, venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. » Sane Lutherum, cum vespere laute comasset, noctu desperatione et furis demonis actum, sibi injecto laqueo necem intulisse asseruit ejus famulus, postea ad orthodoxam fidem conversus, uti refert Thomas Bozius De Signis Ecclesiae, tom. II, lib. XXIII, cap. iii. Ubi et addit Carolstadium, Ducerem, (Ecolampadium a Satana se Tocolos interisse, Calvinum pediculari alioque novem dirrissimis morbis per quatuor annos excruciatum, turpissime obisse, testatur Bolsecus ejus discipulus in Calvini Vita. Sic Dionysius tyrannus, sui et tyrannorum infelicitatem professus, aiebat: « Illis certe similes animalibus tyranni sumus, quae saginatur; quibus comediendi libendique non ad aliud, quam ad perniciem suam copia solet offerri, » uti refert Eusebius, lib. VIII Praepar. cap. v.

Vere S. Chrysostomus, homil. 45 in Mattheum, agens de hereticis: « Super ventrem repunt, inquit, quia quidquam faciunt, propter ventrem faciunt, et propter vanam gloriam pectoris sui. Terram manducant, quia neminem lucrantur nisi illos qui in terra sunt, id est, homines carnales. » Et S. Leo, serm. 4 De Ascensione: « Cui, ait, diabolo carnales militant voluptates, qui animas ad superna tendentes corruptibilium bonorum delectationibus obligare, et ab illis sedibus, de quibus ipse exiit, gaudet abducere? » Idem, sermone 5 De Epiphania: « Fugiantur, ait, noxiae voluptates, inimici gaudia, et desideria jam jamque peritura: quis fructus est, quaeve utilitas ea indesinerenter cupere, quae etiam non deserant, deserenda sunt? » Et S. Basilus, homil. De legend. libris Gentil.: « Corpus, ait, castigandum est, ac instar ferri cohibendum; et ab ipso adversus animam tumulis orientes: alioquin velut flagello compeudenti; ne frenam voluptati omnino laxando, mens velut auriga ab equis contumacibus, ac minime obtemperantibus feratur ac rapiatur. » Citat Platonem, qui Athenis Academiam loco pestilentii elegit, ut corporis luxuriam amputaret; et Pythagoram, qui cuidam se saginanti dixit: « Heus miser! non desinis duriorum tibi carcerem preparare! » Et S. Salvianus, lib. I ad Ecclesiam Catholicam: « In barathro, ait, libidinum comorantes, in ipsis se sepelitur ruinis suis. »

13. PERCIPIENTES MERCEM INIUSTITIAE, — non tantum in futura, sed et in presenti vita, ut scilicet dedant se foedis et praeposteris voluptatibus Veneris et ventris, quibus iam corpus quae animam corrumpant, polluant et perdant; haec est enim corruptio de qua paulo ante, quam scilicet sponte sibi comparant, ait Oeumenius. Vnde S. Hieronymus, lib. I Contra Jovinianum, legit: « Recipientes mercedem iniquitatis luxuriam; » uti receperunt Philosophi qui, cum Deum cogitatum non coluissent, traditi sunt in reprobum sensum et libidines sodomiticas, de quibus Paulus, Rom. cap. I, vers. 24. Hinc et mercedem hanc explicans S. Petrus subdit:

VOLEPTATEM EXISTIMANTES DIEI DELICIAS. — Graeco τὴν ἡμέραν ἡδονῶν. Figurata, pro voluptate ducentes, si in diem delicis, vel ut Vatablus, diurnis delicis fruuntur; Pagninus, voluptates putantes eas quae sunt in diem delicis. Diet ergo delicis vocat diurnas, quae ad diem, id est, modicum tempus durant, cum vere delicis sint solidae, constantes et aeternae. Ita Arias, Tielemannus, Adamas, Gagneus et Salmeron; vel, ut Oeumenius, « diei, » id est, per dies singulos, quotidianas: « Voluptatem, ait Oeumenius, quotidianum luxum existimantes; hoc est, veram et amabilem beatitudinem et voluptatem in quotidiana gula fruitione consistentes. »

Praeclara S. Hieronymus, lib. I contra Jovinianum, sub finem: « Quod nulli, ait, acquisierunt sententiae tuae (Jovinianum alloquitur), iudicium voluptatis est; et pro magna sapientia deputas, si plures porci post te currant, quos gehennae succidit nutritas? » Et post nonnulla: « Basilides magister luxuriae et turpissimum complexum, post tot annos in Jovinianum, quasi in Euphorbum, transformatus est, ut Latina quoque lingua haberet haeresim suam. » Rursus, post pauca: « Vexillum crucis et praedicationis auctoritas idololorum templa destruxerat; a regione luxuriae ventris et gutturis subvertere nititur fortitudinem crucis. Denique semper pseudopropheta dulcia pollicentur, et ad modicum placent: amara est veritas, et qui eam praedicant, replentur amaritudine; in azymis enim veritas et sinceritas Domini Pascha celebratur, et cum amaritudinibus comeditur. » Et S. Ambrosius, epist. ad Ecclesiam Vercellensem: « Audio, inquit, homines qui dicunt nullum esse abstinentiae meritum, delirare eos qui castigant carnem suam, ut menti subditam faciant: quod nunquam scripsisset, neque fecisset Paulus, si deliramentum putasset. Glorior autem, inens: Castigo corpus meum, et in servitute tenet, ne, cum aliis praedaverim, ipse reprobus inveniam: ergo qui non castigant corpus suum, et volunt praedicare aliis, ipsi reprobi habentur. » Mox vero perstringens eos qui in hac parte Gnosticos imitantur: « Quae istos, inquit, Epicurus nova schola misit, qui voluptatem praedicant, delicis suadent? Dominus Jesus volens nos adverte-

sus diaboli tentamenta fortiores reddere, certatim rejuvavit, ut schernus quia aliter illecebras mali non possemus vincere. Quia causa Christus jejunavit hi astromat, nisi ut nobis exemplo esset ejus jejunium? » El. S. Basilius in Regulis fastus disp., Reg. 17: « Uti, inquit, optimus corporis habitus et coloris bonitas pugilem a ceteris distinguit: sic Christianum a ceteris discernit macilentia corporis, pallorque desflorescens, qui continentia velut adjunctus est comes; insidioso est enim Christi mandatorum vere pugilem asso, qui in firmitate corporis adversarium suum in luca prosternit; et quam potens sit in pietatis certaminibus, declarat conventer verbis illis: Cum infirmus, tunc potens sum. »

CONSPIRATIONES ET MACULE. — Trid. xxv. pag. Paginatus, sordes et maculae: Vatablus, quinquaginta et maculae. Trid. citatur, testa Gallico, sunt maculae o vino vel unguine vestibus inherentes, quas eas descolorant, sic dicte a *conspicuo*, id est, a trahendo rano. Ita vocat hierosolimas, q. d. inquinatissimi sunt et maculatissimi. Simili tropo hominem selestium vocantur sceleris. Porro tales sunt, tum quia voluptatibus suis sunt corruptissimi; tum quia isdem alios corumpunt; tum quia libere sedam inruunt Ecclesiam et homini Christiano, ut Gentiles ab illo advertantur illudque blasphemant. Quippe, ut expiatur illudque blasphemant, qui nihil in se habeant puritatis, sed quasi sordes in indumento mundo, id est, in pura et sincera vita inherentes, et omnia maculantes, ubi advertent aliquos a sanctitate, et flagitiosos reddere secum versantes vel viros vel mulieres potuerint, id delicias sibi esse existimant. » Hinc sunt *maculae*, id est *prope* et *detractora*, vituperium, ignominia et infamia Christi et Christianismi, idque ex dolo Salama: nam, ut sapienter adverteit S. Epiphanius, *heresit* 27: « Sunt a Salama subornati ac producti in opprobrium et scandalum Ecclesiae Dei. Indiderunt enim sibiipsi cognomen Christianorum ad hoc, ut Gentiles per ipso offendantur, et sanctae Ecclesiae Dei utilitatem, et veram praedicationem propter illorum nefaria facta et incompredabilia improbitatem aversantur. Et ut Gentiles, ipsorum nefaria opera considerantes, pulent sanctae Dei Ecclesiae tales esse, et advertant aures a Dei et veritatis doctrina. » Porro S. Judas maentus has ait fuisse in convivili eorum, quae plena erant ebrietate, crapula, vomitu, lascivia et luxuria; ut enim, vers. 12: « Hi sunt in epulis suis maculae, conviventes sine timore. » De his etiam accipit S. Petrus; unde subdit:

DELICIAS AFFLUENTES IN CONVIVIIS Suis. — Sapienter Gorgias Sophista, cum annum ageret centesimum octavum, dixit se ad tam longam vitam pervenisse, eo quod nunquam ad aliena convivia itasset, ut refert Lucianus in *Macrobo*. Ex adverso S. Hieronymus, lib. I. *Contra Jovinianum*, abstinence et continentiae hostem, eum ita pingit: « Cum se monachus esse jactet, et post sordidam tantum

cum, et nudos pedes, et etharium panem; et aique potum ad candidam vestem, et nihilam autem, ad malum et elaboratas carnes, ad balneas et popinas se conferat, manifestum est quod terram caelo, vicia virtutibus, ventrem praefert Christo, et purpuram coloris ejus pulit regna caelorum. Iste fornosus monachus, crassus, rufidus, dealbatus, et quasi sponsus semper incedens, » Videtur S. Hieronymus presentes haereticorum Ministros pingere.

Nota: Pro in convitiis suis, legit Interpres in Graeco, id est *conviviis*: olim enim convivia, sive mensae communes Christianorum post S. Synaxin vocabantur *Agape*, quia erant symbolum amoris communis et charitatis fraternalis fidelium. Jam legitur *in convivio*, id est *conviviis* in *erroribus*, vel fratribus et dejectionibus suis. Ita Oecumenius, Pagitius, Vatablus et alii, q. d. Hierosolimas ex suo errore et heresi non aliud querunt, quam epulari et delictari. Unde S. Hieronymus, lib. I. *Contra Jovinianum*, legit: « Nihil aliud nisi de voluptatibus cogitant. »

Audiam maculis et obscenitatem conviviorum apud Gnosticos describituram Minutium Felicem in *Octava*: « Ad epulas solent die comit cum omnibus liberis, sacrosibus, ministris, senis cumis homines et omnis aetatis. Illis post nullas epulas ubi convivium calat, et laesto libidinibus forvor exarsit, canis qui candlelabro nexus est, facta offensa ultra spatium lineae, qua vincitus est, ad inceptum et saltum provocatur. Sic everso atque extincto consilio lumine, impendentibus tebris nexu nesciente cupiditatis involvunt. »

Idem de Carpocratianis scribit Clemens Alexandrinus, lib. III. *Strom.*, ubi et addit illos ad hanc promiscuam et infandam libidinam sacrilege abusos illo dicto Christi: « Omni autem potenti te tribus, » *Luca* vi, 30. Idem de isdem testatur Philastrius et Theodoretus, libro *De Haer.*, et Tertullianus, *Apolog.* cap. vii. Haec similes sunt hodie nonnulli Anabaptistae et Adamitae, quorum parens et choragus fuit Lutherus, qui totos dies in convivili, computationibus et dubilibus exagebat, ibique eundem suas hereses sique ad hoc, ut remotum conscientiae oblatrans ilinque pugiter apostumam objectantis, in vino sequefret: quod et suis ut faceret, subdit. Quare merito in eum hoc scripsit noster Frusinus:

Beila qui tu sunt, sunt potius Boethia, Lethae; Est protreca tua libidinis na.

Delicias, asollas et veneres Calvini qui scire cupit, legit Boeceum in ejus *Vita*. Nestusius in *Antidoto contra Illipri* sive, rigidum Lutheranom, scribit, eum ipsissimum epineismom secum frabere, et universam religionem a fundamentis evertere. Smidelinus de suis Lutheranis ita quatur, *concione* 4, in cap. xxi S. *Lucan*: « Ut totus mundus agnoscat eos non esse Papistas, nec bonis operibus quidquam fidere, illorum opera

nullum exercent penitus. Jejunii loco commensationibus et perpotationibus nocte dieque vacant; tibi pauperibus benigne facere oportebat, eos desolant et exoriant: precationes vertunt in joramenta: blasphemias et divini nominis execrationes, ibique tum perdit, ut ne ab ipsis quidem Turcis hodie tantopora blasphemator. Demum pro humilitate regnat passim superbia, fastus, elatio; atque hoc universum vite genus ab illis Evangelicum vocatur institutum. » Erasmus, epistola ad *Vulturnum*, anno Domini 1529: « Circumspice, ait, populum istum Evangelicum, et observa num minus illic indulgeatur luxui, libidini et poculis, quam faciant ii quos detestantini. Profer mihi quem istud Evangelium ex commestore roburum, ex farodi mansuetum, ex rapaci liberalam, ex maleficio benedictum, ex impudico reddiderit veroemum. Ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipsos deterioris. » Quia et Lutherus ipse (ut referi Aurifaber ejus discipulus in *Concord. Luther.* *serm.* pag. 244) asseruit « schola sua discipulos magna ex parte Epicureos esse, metri conones ex suo cerebro, et hoc solum querere, ut bonos illos habeant: in papatu Italia nebulonum portenta non inveniri: vocari Evangelicos reformatos, eum rursus potius incurati demones esse videantur, ut si eni libeat eum aliquem nebulonam, dissolutorum, rebelum et fraudulorum hominum interi, civitatem aliquam Evangelicam ingredi civat: vix inter Paganos, Judaeos, Turcas reperiri adeo contumaces, apud quos omnis honestas et quidquid est virtutum penitus interierit, neque illius peccati ratlo habeatur. » Quis non credat Luthero hic, utpote magistro de suis discipulis testificant?

LUXURIANTES VOBISCUM. — Graece *κατακοιτανεύοντες*, id est *conviventes vobiscum*, ut legit Oecumenius et S. Augustinus, lib. *De Fide et Oper.* xxv, et S. Judas, vers. 12: « Conviventes sine timore, graece *κατακοιτανεύοντες*. Sic et Clemens Alexandrinus II. *Pedagog.* i. *cap.*, ait, id est *plenum populum et perenne convivium agitur in cellis*; itaque dicitur a bona sessione: *κατα* vero, id est *praedans*, in terris, quia post hoc *δε* *κατα*, id est *operet laborare*. Et eodem sensu accipi posset nostrum « luxuriantes; » luxuria enim subinde significat luxum ciborum et conviviorum, ut *Ephes.* v, 18: « Nolite lacibi in vino, in quo est luxuria, » graece *κατακοιτανεύοντες*, ebrietas, crapula. Verum quia ventor i. ero *estans* desumptum in libidines, ut ait S. Hieronymus, et quia Gnostiel epulas suas et convivia dirigebant ad explendas suas libidines, Noster interpretes hae omnia complecti volens, scelerer verit *luxuriantes*. Vidi enim id partim ad id quod sequitur: « Oculos habentes plenos adulterii. » Optime id expiatur Oecumenius: « Quia etiam, inquit, dum vobiscum coepulatur, non ob charitatem id facimur, sed ut occasionem ad decipiendas mulieres nan-

ciscantur. Hi enim eum oculos habeant, non aliud quam adulteras inspicunt, atque in hoc sine ullo fine peccantes, tanquam execrationis illi animas instabiles insecant. » Significat ergo S. Petrus Gnosticos se in agapas, id est convivio fidelium post Eucharistiam, insinuasse, ibique petulantibus aspectibus et tactibus fideles ad suis libidines pellexisse. Ita S. Augustinus, *De Fide et Oper.*, cap. xxv: « Mixti sunt enia bonis, inquit, in epulis Sacramentorum et *delectationibus plebium*. » Forte et Interpres pro *κατακοιτανεύοντες*, legit *κατακοιτανεύοντες*, id est *luxuriantes: κατα* enim significat *luxuriantes*, concubere, veneres agere. « Luxuriantes ergo vobiscum, » id est *inter vos et de vobis, q. d. insidiantur vestre castitati, et secum de vobis mente, oculis et tactu exercent suas libidines, ut ad easdem peno opere complendas vos alliciant. Cavete ergo illos quasi leones, imo praedones castitatis. Quare mirum est Erasmus, Vatablum, Paginum vertere, *insultare*. » In erroribus suis, inquit, id est per deceptiones suas, quibus scilicet paraverunt sibi divitias, insultant vobis, ac male precantur; » nil enim tale vox Graeca significat.*

OCULOS HABENTES PLENOS ADULTERII. — Graece *ὀφθαλμοὶ πληροὶ πόρνου*, id est *plenus adulteri*, hoc est *plenus libidinis et adulterii aspectibus adulteriarum, » q. d. Mulieres quas ambiunt et satagnat facere adulteras, jugiter inspicunt, eas in oculis, animo, vultu gerunt, nisi illas aspiciunt et cogitant, ut ad adhaerendum pelliciant. Ita Oecumenius. Unde S. Cyrillus, lib. *De Singul. Cleric.*, legit *plenos maculatioibus, nimirum,**

Oculi sunt in amore dioses,

ut ait Properitius in libro secundo *Elegiarum*, 15; et alius:

Ui viti, ut perii, ut me malus natalis error.

Unde Jeremias, *Thren.* iii, 34: « Oculus meus depraedatus est animum meum; » et, ut ait libidinis S. Hieronymus, « per oquium corporis pertulit praedam cordis. » Nam, ut ait Christus: « Qui videt mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est eam in corde suo, » *Matth.* v, 28. Quare merito oculis summa adhibenda est custodia, quia a mors intrat per fenestras, » *Jerem.* ix, 21. Ita Job, cap. xxxi, vers. 4: « Pependi, ait, fradus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. » Ne, ut ait S. Hieronymus in *Thren.* iii, 34, prius incantae aspiceret, quod postmodum invitae amaret; namque semel speciei formae cordi per oculos alligata, vix magri luctamie manu solvitur: ut enim munda mens in cogitatione servetur, a lascivia voluptatis suae deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. » Et David *Psal.* cxxvii, 37: « Averte, ait, oculos meos non videant vanitatem. »

Sic senes illi insidians Susanne, habebant oculos plenos adulteri, ideoque « evertentur sen-

sum suum, et declinaverunt oculos suos ut non viderent oculum, neque recordarentur iudiciorum iustorum, » *Daniel*, xiii, 9.

Recte S. Ambrosius, lib. *De Joseph*, cap. iii: «Prima, ait, adulterae oculatorum tela sunt, secunda verborum; sed qui non capit oculos, potest verbis resistere; oculi enim sunt fenestrae mentium nostrarum, ait Salvianus, lib. III *De Provid.*, qui et addit, «omnes improbas cupiditates in cor per oculos, quasi per naturales oculos introire.» Quocirca iure Zepheus Loeresium legislator lege sanxit, ut adulteris oculi eruerentur, quasi primi in homine aduerti, ut refert *Elianus*, lib. XIII *Varia Histor.*, cap. xxv. Vixit S. Gregorius, XXI *Moral.*, cap. II, et S. Basilium, lib. *De Virginit.*, et Augustinum in *Reg. Monach.*, et *epist.* 109, ubi inter alia ait: «Nec deitis vos habere animos pudicos, si oculos habetis impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius, et cum se invicem subimet etiam taecente lingua conspectu mutuo corda nuntiant impudica, et secundum concupiscentiam carnis alterutri delectantur ardere, etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas de moribus.»

ET INCESSABILIS DELICTI. — Id est perpetui delicti, q. d. Gnostici perpetuo libidinis oculis procieter aspiciunt mulieres, ut eas faciant adulteras; hinc perpetuo cum his peccant et delinquant, ut ne ad momentum a peccato cessent, quia jugiter eas animo versant et concupiscunt: nunquam cessant a delicto, quia nunquam cessant a turpi aspectu, cogitatione et concupiscentia adulterii. Legit interpret *Interpretatio*, id est *inaccessibilis*; jam legitur *inaccessibilis* *inaccessibilis*, id est *inaccessibilis*, scilicet oculos, qui scilicet nunquam cessant a delicto. Ita Pagninus, Vatablus et alii. S. Hieronymus, lib. I *Contra Iovinianum*, legit, *inaccessibilis libidine*.

Audi S. Cyprianum, *De Singular. Clerico*, preclare hunc locum pertractantem: «Insaniamt procius, inquit, ardent desiderio feminarum, et obscenitatibus hincientes malant mori, quam contenti sint a lateribus mulierum aliqua disjunctione divelli, ut ad explendam suam aviditatis ingluviem pometo temporis non sint sine femina voluptata; et hunc habent in mulieribus fructum, ut in illis semper defixa intentione, desideria salient oculo-um. Sic inter eos integritas emoritur, ubi omnis commemoratio, sive convivendo, sive convivando, corruptis affectionibus inquinatur. Quos S. Petrus Apostolus designavit, dicens: In conviviis suis luxuriantes, oculos habentes plenos mechationibus et incessabilibus delictis, capientes animas infirmas.» Ita hoc saeculo Lutherus, cum esset sacerdos et monachus castitatem voto solemniter professus, scribit, tom. V *serm. Wiltberg.* fol. 119: «Quam non est in mets viribus alium ut vir sim, tam non est mei juris ut absque muliere sim; et femine sociari tam est necessarium, quam edere et bibere.» Zuinglius in litte-

ris ad omnes Helveticam republicam civitates, de seipso loquens testatur, «se iustu libidinis et carnis libidinosae studia animo suo versaretur, ir his se his omnes cogitationes suas insumpserit, hoc meditatus est totusque in eo fuerit, ut carnis furori satisfaceret.» Wigandus, *De Raris et Mbris German.*, apud Surium in *Histor.*, pag. 694 et seqq., asserit «scoartationes et ebrietates multo magis quam unquam in Germania invalescere: quia, inquit, majorem quam alias unquam crescenti habent libertatem, et luxuria jam omnes verecundie lines perripit atque excessit; » et, ut ait Lutherus in I *Corinth.* xv: «Sicut credunt, ita vivunt; sunt et manent sues, credunt sicut sues, et sicut sues moriuntur.» Ita modernos hereticorum Ministros comptulos quisquis persequeretur, in ipso etiam verbi dei pulpito oculos circumferre plenos adulterii, testatur Archibaldus Hamilton in *Calvin. confus. demonstr.* lib. II, cap. xxxix; ubi asserit in Scotia «Ministrorum fere neminem esse, qui ab aliorum vel uxoris, vel ancillis sibi temperet.» Idem fuso de aliarum Gentium Ministris ostendit Stanislaus Rescius in eorum Atheismis de sacramento Ordinis, ubi inter alia describit cenotaphium Beze ex Gabriele Fabricio in responsione ad *Beza*: «Exstat, inquit, Geneve in mansione suo statua Beze quatuor columnis suffulta. In prima artificiosae opere caelato exsculpta Candida cum suo phreatro Cupidine, multis incestis amoribus non polluta, sed concuprata. In secunda Harpya multis non rapinis, sed sacrilegiis, tanquam opimis Gallie spoliis onusta. In tertia Bellona paricidii cineta, multorumque civium sanguine fincta. In quarta Chimera multiplici impostura fucata. Et haec sunt quatuor Beze virtutes cardinales, Venus, Harpya, Bellona, Chimera.»

Moraliter nota hic luxurie epithetum esse «inaccessibile delictum, » quia cuius animum semel occupavit amor veneris, ita eo velut igne succenditur, ut eum restinguere, aut ab eo cessare nequeat, nimirum nunquam distat luxuria: «Sufficit, » *Prov.* xxx, 16, ita Theophilus oculos perdere maluit, uti medicus ei praedixerat, quam ab uxore abstinere; unde exclamavit: «Vale, cum eum lumen, » uti refert S. Ambrosius, lib. IV *in Lucam*, cap. iv. Idem videre est in bestis, ut equis, tauris, vacis, quae dum amore aguntur, furere videntur, nec ab ullo compesci possunt, illustré exemplum fuit in Henrico VIII, Angliae rege, qui ut insanam libidini suae cum Anna Bolena satisfaceret, et opes, et fidem, et conscientiam, et famam, et regnum prodegit. Unde Poeta in ex quois regine Scotiae, Parisiis anno 1587, ita de eo occidit:

Jano Jovis soror alique uxor, verum Anna Bolena
Et spuria Henrici filia et uxor erat.

PELLICINANTES ANIMAS INSTABILES, — *ὀφθαλμοφ*

ὀφθαλμοφ, id est, *inaccessantes animas imbecilles*, non bene in fide et castitate firmatas et solidatas. S. Cyprianus, *De Singular. Clerico*, a capientes animas infirmas. » S. Hieronymus, lib. I *Contra Iovinianum*, a discipientes animas nondum Christi charitate robustas. » Quocirca sapienter monet *Ecclesi.* cap. V, vers. 12: «Estote firmi in via Domini, et in veritate sensus tui.» Sicut ergo aucupes capiunt aves obijciendo eis escam: sic heretici sunt quaedam animarum debiliu et inconstantium, quales sunt mulierculae: eas enim inescant obijciendo eis escam voluptatis et libidinis, per prociates oculos et intuitus. Hinc negant Dei iudicium, vicietiam, infernum, animae immortalitatem, resurrectionem, etc. Sane Calvinus infernum censet non esse ignem, sed apprehensionem quae se cruciant damnati, dum cogitant quod offenderint Deum, eumque habeant sibi iratum et offensum. Joannes Sturmus in *Antiprologo* scribit Pappum et Osandrum ad hunc colophonem pervenisse, ut omnem fidem ludibrium putent. Ait enim: «Caelum oculi somnium illis est, infernus phantasma; caelum et Dei et diaboli habitaculum est.» Rursus docent Calvinistae neminem debere resistere cupiditati aut libidini, quia nimirum est a Deo, qui est auctor omnium motuum et actionum tam malarum quam bonarum, cum semper et in omnibus est obsequendum, idque sine pudore vel scrupulo, quia motionum divinarum neminem pudere debet: de quo vers. 18.

CONEXERCITATUM (peperam aliqui legunt, *exercitatum*) AVARITIA HABENTES, — Pagninus et Tigurina: «Con habentes exercitatum rapinis.» Consonat S. Paulus, I *Timoth.* vi, 10: «Radix, ait, omnium malorum est cupiditas, » graece *φιλαργια*, a quam quidam appetentes erraverunt a fide: » Ita hoc saeculo Lutherani et Calvinistae diriperunt plurima templa et monasteria in Germania, Gallia, adeoque de sola Anglia vere apud Sanderum *De Schisma Anglic.* coelicit Poeta:

Milia densa quis templorum sustulit aedes:
Quam times in pectus vix sola anus erit.

Rurum heretici sunt usurarii, docentque usuras esse licitas, uti docuit Molinaeus, tract. *De Usuris*.

Præclare S. Prosper, lib. II *De Vita contempt.*, cap. xiii: «Eis, ait, qui militant Deo, fugiende sunt divitiae: quas qui habere volunt, sine labore non quaerunt, sine difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine mixta delatione non possident, sine dolore non perdunt.»

MALEDICTIONS FILII. — Κατάρα: τίκος. Tigurina, «excoationis filii, » id est, primo, execrabiles et execrandi; secundo, digni excoatione a Christo in die iudicii: «Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratis est diabolo et angelis ejus, » *Matth.* cap. xxv, 41. Nomen enim filius apud Hebraeos,

quando jungitur genitivo peccae vel praemii, item est quod dignus, ut filius mortis et gehennae, id est, reus mortis, dignus gehenna; filii regni, id est, digni regno caelorum. Thomas Anglicus per maledictionem accepit diabolum; hic enim primo maledictus est a Deo, Genes. ep. iii, vers. 1, q. d. Heretici sunt filii diaboli. «Hereticus si non frater diaboli, certe adiutor et filius est, » ait S. Augustinus, lib. *De Pastoribus*, cap. xii. Sed hoc symbolicum est, non litterale. Sane Guilielmus Rosensis, lib. *Quod Calvinismus sit Paganismus et Turcismus longe detestabilior*, conferendo utrisque dogmata et mores, clare idipsum ex eorum libris evincit. Unde et addit Calvinistas in Polonia partim abusu a Christo publice rejiciendo, et profitando Alcoram Mahometis; causam esse, quod Calvinista a Salana possidentur, ita ut per eos quasi tubos et canales locustarum agaque Salanas, summe in Christi Ecclesiam vires evomat. ideoque eos enthusiasmo et quasi furor agit: quare Vigilantium heresiarcham Calvino, ejusque deliria Calvinistarum furoribus tanto esse inferiora, quanto natus minor est Herede, verueta mouto, festuca trabe, et culx elephantis.

43. DERELIQUENTES VIAM RECTAM (veritatis, fidei et sanctitatis) ERRAVERUNT, SECUTI VIAM (id est, normam, institutum, mores, actiones) BALAAE EX BOSOR, — id est, oriundi ex Bosra, urbe Moab. Ita Bada, Glossa, Dionysius, Thomas Anglicus. Verum Balaa non fuit oriundus ex Moab, sed ex Mesopotamia, ut patet *Deuter.* xxiii, 4. In ea ergo fuit urbs Bosor, quam Hebraei, Chaldaei et Septuaginta, quos solet sequi S. Petrus, vocant *Peter*, vel *Petora*, Num. xxii, 5. Alii, q. d. Nati ex patre Bosor, ut Bosor sit idem quod *Beor*; hic enim fuit pater Balaa, Num. xxii, 5. Unde S. Augustinus, Quaes. XLVIII in Num., legit, *filii Beor*. Ita Pagninus, Tigurina, Goguelus, Cajetanus, Adamus, Salmeron et alii, idque innuit Graecum τὸ Βασί: articulus enim τὸ solet aotare filium, non locum.

QUI MERCHEDEN INQUIVITATIS AMAVIT, — nimirum muliera Balae, regis Moab, quem adamans Balaa voluit maledicere Hebraeis, puta populo Dei, uti dixi Num. xxii et xxiii. Docet S. Petrus heresiarchas studere avaritiae, sicut studuit Balaa, ideoque fingere errores gratos populo.

Rursum scit Balaa dedit consilium Balae regi, ut speciosas puellas submitteret in castra Hebraeorum, quae eus ad libidinem, indeque ad idololatriam cultumque Beelphegor pelliceret, Num. xxv, 1-3. Ita heretici praedicant libertatem carnis, ut hac esca homines pelliant in suam haresim.

46. CORREPTIONEM YERO HABUIT SUE VESANAE. — Graece τὸν δι τὴν ἄνθρωπος, id est, redargutionem habuit proprio iniquitatis, sive previationis. Nosler pro *καταρατα*; videtur legisse *καταρατα*, id est *vesania*, insipientiae, demenciae; illud enim mox subdit S. Petrus, dicens: «Pro-

hinc propheta insipientiam, » Porro corpeo hinc facta est per asinam, qua qua subdit :

SERUICALE MUTUM ANIMAL (pata asina jugum et essore ferre assuela, muta et bruta) HOMOIS VOCE LOQUENS — per angelum, qui format voces articulatas in ore asina, dicendo : « Quid feci tibi? Cur percussis me eam jam tertio? Nomen animal tuum sum, cui semper insidere consuevisi? die quid simile unquam fecerim tibi? » Num. xxii, 23. Censent Origenes et Glossa Angelum hunc fuisse eum qui presidet speciei asinorum omnibusque asinis; singulis enim regum species, eum habere angelum presidem. Verus Theodorctus, Procopius et Abulensis censent fuisse S. Michaelum, olim presidem Synagoga et Hebraeorum, nunc presidem Ecclesiae et Christianorum. Porro veritas et vocos fuit Balsam, quod cum asina contenderet, vellicque eam trucidata, nec cohiberet angelum per os ejus loqui, sed mirum ira et furor eum agebant et excoebant: forte etiam ipse, utpote magus, eum demone loqui assuetus, censabat daemone per os asina loqui, vellicque sibi imponere ac iter impedire, inquamque suam quod expectabat a Balac, intervire. Vide Dionysius Carthusianus, Num. xxii, censet enim cum asina contendisse hoc fide, ut daemone per eum loquens intelligeret suam contra eum indignationem, itaque eum eo indirecte contenderet indignando contra illam, et in illius dolens asinam verberando, eamque volendo jugulare. Quare angelus se ostendens cum fulgenti gladio, fulminisque necem, hinc et errorem, stuporem et arrogantiam exemit; Balsam tamen mox avacitiam excoebat perrexit ad Balac, eumque Hebraeis, ut volebat, muldiceri non posset, dedit Balac pessimum consilium de pugna, quod pacto ante recensul, ideoque ab Hebraeis in bello contra Medianas trucidatus est, Num. xxxi, 7 et 8. Capitis rei presagium fuisse gladium fulgentem quem ei intantavit angelus, docet Anastasius Nicenus, Quest. XXXII in Script.

Myrtice Boda: Sicut, inquit, asina redarguit Balsam, sic saepe Pagani redarguunt et confutunt haereticos, laici Clericos, subditi Praefatos, indocti doctos, muldices viros, plebei sapientes. De Balsam et asina vido dicta Num. xxii et xxiii, et Apoc. ii, 14.

17. **II SUNT FONTES SINE AQUA**, — quia vitalis aqua, id est doctrina sana, expertes, q. d. Gnostici jaclant et promittunt magnum sapientiam, sed eam reipsa non exhibent. Ita S. Hieronymus, lib. II Contra Jovinianum; et Ciceronius: « Vite aquam, inquit, id est, puram provisionis et dulcem aquam amiserunt; » cum ex adverso suis promittunt et praestet Christus; « Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aqua viva, » Num. vii, 38. Haereticus ergo philologi sum, non philosophus; folia dant, non fructus; verba, non scientiam; sophismata, non solida argumenta; jaclant, crepantque S. Scrip-

ram, sed eam non intelligunt, imo pervertunt. Secundo, S. Augustinus, lib. De Fide et Oper., cap. xxv: « Ideo S. Petrus, inquit, eam fontes siccos appellat: fontes videlicet, quod accepit agnitionem Domini Christi; siccos autem, quia non congruenter vivunt (desunt enim aqua gratiae et honorum operum). Quod enim Petrus ait, fontes siccos; hoc Judas, nubes sine aqua; hoc Jacobus, fides mortua. » Rursum Glossa: « Ibi, inquit, fons sine aqua, ibi lotum est erroris et peccati, nec lavat, sed coinquat. »

Alludit S. Petrus ad illud Jerem. xv, 48: « Facta est mihi manus tua quasi mendacium aquarum infidelium; » aquae enim infidiles sunt fontes, qui promittunt aquam, eamque non praestant, sed siccat in aestate, cum homines ea maxime ad potum, refrigerium et irrigationem frugum indigent. Sicut S. Judas, vers. 12, haereticos comparat nubibus sine aqua, id est, sterilibus et infertilibus, ideoque mendacibus et fallacibus: « Ibi, ait, sunt nubes sine aqua, quae a ventis circumferuntur. »

Et siccae: « Nebula » est nubes sterilis et infecunda, pata residuum nubis et vaporum: hinc nebula quasi nubes videtur promittere pluviam et humorem; sed vel nullum praestat, vel frugibus noxium: sic haereticorum doctrina est facta, fallax, sophistica, pestifera.

TURBIDITAS INAGITATA. — Comparat haereticorum turbula, quae a turbinibus, id est, ventis in gyrum rotantibus, aut ventis contrariis inter se colligantibus quaeversum agitantur et raptantur, itaque dispelluntur et evanescent. Sic enim haereticis a demone spiritu vertiginis, et quasi turbine errorum aguntur, ut inter se contraria doceant et acerrime conflant, juxta illud Isaia cap. xix, vers. 2: « Concurrete factum Aegyptio adversus Aegyptios; » imo unus ideoque crebro errores mutat, et nunc huic, nunc illi, et sepe contrarium docet, ideoque ejus doctrina sine falsitate ostendit, increpat et evanescit. Hinc haereticorum sui aevi genium notat S. Irenaeus, lib. I, cap. v; S. Justinus, Quest. IV ad Orthon; Tertullianus, De Praescript., cap. xii; et Novatianus, lib. VII De Trinit., ubi ait: « Fidem nostram, dum sibi adversantur, affirmant, et illa instantia ostendunt omnia incerta et inane esse apud se, et bellum illorum pax est Ecclesiae. » Causam dat S. Augustinus, lib. XVIII De Civitate, cap. lvi: « Cupit, ait, per haereticos diaboli efficere, ut in Ecclesia essent libere dispersiones, quomodo erant in Academia Philosophorum, ut, sicut ille per multas divisiones tandem intoretur, et ab invicem consumuntur, ita fieri in Ecclesia. » Sed falsus est et fallitur, Ecclesia enim velut super firmam Petri petram a Christo fundata in fide, semper sibi constat, adeoque sectas quas diaboli inducit ad ejus obscuracionem, eam magis indicat et illustrat. Idem in haereticis notavit S. Paulus, Ephes. iv, 14, dicens:

« Ut jam non simus parvuli fluctantes, et circumferamur omni vento doctrine in nequitia hominum, in astuta ad circumventionem erroris. » Vide ibi dicta.

QUIBUS CALIGO TENEBRARUM RESERVATUR. — Graeca addunt *in aeternum*, id est in aeternum caligo tenebrarum, id est, densissima tenebrae et caliginose ignes inferni. S. Judas, vers. 13: « Quibus procella tenebrarum servata est in aeternum. »

Symbolice Hugo, Glossa et Thomas Angliens: Caligo servatur haereticis, quia in ea quotidie crescunt, ut qui ceci sunt, fiant caeciores et plures seducant, juxta illud Apocal. xxii, 11: « Qui necet necet adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc. »

18. **SUPERBA HANIS VANITATIS LOQUENTES**. — Dat causam cur haereticis vocari « fontes sine aqua et nebulae turbiditate agitatae, » scilicet quia instar fontium et nebularum vane attolluntur et superbiunt. « Superba enim vanitatis, » id est, superbia vanitatem, sive inanem superbiam, tumorem et fastum quo turgent, pata fastiosa, vana et superba loquuntur et erantur; unde vocant se Gnosticos, id est scientes, cum omnium sint inscii. Vide Tertullianus, De Praescript., cap. xli: « Omnes, ait, timent, omnes scientiam pollicentur; ante sunt perfecti catechumini quam ad docti. Ipse mulieres haereticas quam prociens? quae audeant docere, contendere, exorcismis agere, curationes repraesentare, forsitan et tingere. »

Nota: Pro *superba* (male aliqui legunt, *superbia*) Graece est *λαίλαρα*, id est *praetumida*, excoela, ingentia, superba, turbida, immodica, immensa, intolerabilia; Tigrina, *vehementer fastuosa*, de quibus ait Horatius, De Arte Poetica:

Projici ampullas et sesquipedalia verba.

S. Hieronymus, lib. I Contra Jovin., vertit, loquuntur verba tumescit. « Descripsit, inquit, sermo Apostolicus Jovinianum loquentem buccis tumensibus, et inflata verba trutinantem. » S. Judas, vers. 16: « Os eorum loquitur superba. » Alludit ad nebulae, quibus paulo ante haereticis comparavit: sicut enim nebulae instar nubium desurgunt, turgent et turgent, sed in his vanae sunt, inanes et vacuae, carentes humore, rore et imbre: sic et haereticis tumant fastu, jactantque suam sapientiam ore, sed in corde ea vacui sunt et inanes; unde sicut sic ut sonans et cybalum Iovinianus. Et hoc significat in versibus, quod Nos veritatis, *in aeternum* enim idem est quod *reservo*, clamor, vociferor, ut faciant haereticis, qui cum ratione vincuntur, contentione et clamore orthodoxos vincere satagunt.

PESCANTES. — *ἀσάρτων*, id est *insensent*, objecta capiant, uti aucupes capiunt aves, piscatores pisces.

IN DESIDERIIS (per desideria quasi per escam) **CARNIS LUXURIAE**. — id est *carnis luxuriosae*, vel

carnalis luxuriosae, legit interpres *ἀσάρτων*, id est *luxuria* in genitivo singulari, uti et legit S. Augustinus, lib. De Fide et Oper., cap. xxiv: « Illud, inquit, in concupiscentiis carnis impudicitias, » id est impudicas, vel impudicas. Jam loquitur *ἀσάρτων* in dativo plurali. Unde Natubus vertit, *insensent homines per concupiscentias carnis voluptatibus*. Porro *ἀσάρτων*, generalis est, significatque luxum, petulantiam, libidinosam, lasciviam, qualis est in impudicis tactibus et aspectibus, de quibus vers. 14. Hoc est quod ait S. Judas, vers. 4: « Dei nostri gratiam transientes in luxuriam. »

Porro esca ad luxuriam, et consequenter ad haereticum, ab haereticis multiplex datur. Primo, Lutherus hanc dedit, quod castitas sit impossibilis; luxuria vero homini tam necessaria sit, quam edere et bibere. Verum dixit impostor, sed de se et suis dextant: eis enim impossibilis est castitas, tam quia illi sibi ipsi praesentat: impossibile enim est ut maneat castus, qui illi sibi putat esse impossibile; affectus enim sequitur lumen et iudicium rationis; tam quia fidem et gratiam Dei respiciunt, sine qua impossibilis est castitas, Sap. viii, 21; tam quia negant liberum arbitrium, censentque hominem necessario agi rapine: « evo appetit et phantasia instat bestiae; tam quia velut porci sponte se totos addixerunt carni, Veniri et ventiri. »

Secunda est communis haereticorum, scilicet curam esse praesentia bona certa, non futura incerta. Unde vel palam, vel tacite negant animae immortalitatem, resurrectionem et gehennam. Audi Brentium in S. Lucae cap. xx, hom. 33: « Esi, ait, nulla apud nos sit publica professio, quod anima simul cum corpore intereat, et quod non sit mortuorum resurrectio, tamen impurissima et profanissima illa vita, quam maxima pars hominum sectatur, perspicue indicat quod non sentiant esse vitam post hanc. Nonnullis etiam tales voces tam ebriis inter pocula, quam sobris in familiaribus colloquiis excidunt. » Hoc est quod de suis dixit Lutherus: « Credunt ut suus, vivunt ut suus, moriuntur ut suus. »

Tertia est Calvinii, quod Deus sit auctor omnium motuum et actionum, tam malorum, quam bonarum. Ex hoc enim ejus principio ejus discipuli, Libertini, duas eieciunt regulas, quas ipse Calvinus recenset. *Instructio contra Libertini*, xii. Prima est: « Cum omnia sint opera Dei, licet hominibus velut hinc habentis quidquid in mentem venerit agere, non solum quia sumus exorta periculum peccandi, sed etiam quia desiderium aliquid cohibere est impedire Deum. Ita scortationes et rapina Deo probantur, ejus sunt opera: ita non est curandum ut rapta restituatur, quia non est conveniens ut theus corrigatur. » Altera: « Ne quis ullius rei conscientia moveatur. Nec hoc solum ex superius positis consequitur, sed idipsum illi confitentur; atque adeo id

præcipere sibi proponant, ut sopiant conscientias, quo omni sollicitudine vacui homines perpetrent quicquid sese offerat, quicquid appetierit. »

Posito enim hoc principio, Deum esse auctorem omnium concupiscentiarum, libidinum, voluptatum, rapinarum, cædium, etc., dicit quilibet: Ego Deo repugnare nec possum, nec debeo; illi ergo obsequar, illi cooperabor; indulgebo concupiscentiis, libidini, voluptati sine scrupulo, imo cum laude, eo quod Deum sequar.

Hinc epicureismus ita invaluit, et in dies magis invalescit, ut Calvinus ipse admittatur in sola Gallia tot esse examina doctorem, qui illi sepiando sedulum navant operam, ac discipulorum infinitam multitudinem.

Quocirca Sebastianus Castilio, *De novo Deo falso*, asserit Calvinum hunc transformari in diabolum: hinc enim est auctor omnis mali; ac proinde Calvinum cum suis pro Deo colere et adorare diabolum. « Duo, inquit, sunt dii, alter verus Christianorum, alter falsus Calvinistarum: falsus Deus est turba: misericordiam, propensum ad iram, quia maxima mundi partem creavit perniciem, eosque non solum ad damnationem, sed etiam ad causam, annationis prædestinavit, itaque decrevit ab æterno, et vult efficere ut peccant necessario, ita ut nec furta, nec homicidia, nec adulteria committantur nisi ejus voluntate atque impulsu; suggerit enim hominibus pravos affectus atque inhonestos, non solum permissive, sed efficaciter, eosque inducit ita, ut dum impie agunt, potius opus Dei quam suum faciant. Satanam ergo eum facit esse mendacem, ita ut non jam Satan, sed Deus Calvinus sit pater mendacii; quippe qui sepe aliud in ore, aliud in pectore gerat. At Deus ille quem sacre Litteræ docent, est huic plane contrarius. Vult hinc omnes salvos fieri, etc. Et hic Deus venit ut destrueret illius Calviniani Dei opera. » Porro isti duo dii contrarii, suos cultores contrariis moribus imbuunt et informant. Nam, ut subdit Castilio: « Verus Deus venit ut destrueret illius Calviniani Dei opera; et hi duo dii, ut sunt natura inter se contrarii, sic pugnant filios etiam inter se contrarios: videlicet Calvinianus Deus immisericordes, superbos, invidios, invidios, sanguinarios, calumniatores, fictos, aliud in corde, aliud in ore gerentes, impatientes, malitiosos, seditiosos, contentiosos, ambitiosos, avaros, voluptatis magis quam Dei amantes, omnibus pravis et inhonestis affectibus plenos, quos se ipsorum pater suggerit. At alter Deus misericordes gignit, humiles, mansucitos, » etc.

Atque ut videas hunc non unius Castilioni, sed communem aliorum esse sensum, Sandellinus *Contra Grynaum*: « Spiritus Calvinisticus, inquit, mendax est, homicida, ater, pessimus, fugitivus, lubricus, diabolicus, falsus, furiosus, verbosus, crassus, cæcus. Calvinismus, Arianismus, et Mahometismus fratres sunt et sorores: tres caligæ ejusdem panni. Camarins, in quam mille

hereses confluerunt; ultima Satanae ira. » Lutherus apud Greserum, lib. I. *Contra Goldastum*, cap. XII: « Calviniste, ait, sunt 'anathema, progenies viperina, animicida, impij, blasphemj, deceptores, sanguinarij, infernales molossi, Germanici Turca a Satana missi et obsessi, Mahometani baptizati, perdiabolati, transdiabolati, superdiabolati. » Godefridus a Valle Parisius, anno 1372, publice concrematus librum s'ripsit, *De Arte nihil credendi*, in quo docet « oportere prius Calvinistam fieri qui æthius esse » volat. Guilielmus Reginaldus in *Catechismis* demonstrat calvinismum parum distare a turcismo vel atheismo, et qui vere Calvinista est, vix abesse quin Turca val atheus sit. Denique Serenissimus rex Angliæ Jacobus in *Bonivodico*, asserit suos in Angliâ Puritanos, id est puros Calvinistas, esse « spiritus fanaticos, perjuros, perfidos, nihil nisi seditiosum et calumniam spirare, sine ratione maledicta ingretere, se plus fidei reperisse in effrenis latronibus, quam in Puritanis; se non solum a natalitate continuo vexatum fuisse a Puritanis; sed etiam in utero materno propemodum ab iisdem exstinctum. »

Eos (refer ad pellicentium, q. d. Hereticis in suis hereses per escam luxuriam pellicentium eos) quos PAULULUM EFFUGIENT, (illos) QUI IN ERRORE CONVERSANTUR. — Pata eos qui paululum effugiunt gentiles et Judæos, qui in errore gentilium et Judæorum conversantur, q. d. Hereticis pellicentium ad se novitos, vel claudicantes et debiles in fide, scilicet recenter, vel languide a judaismo vel gentilismo ad Christum conversos: hi enim cum in fide sint teneri, infirmi et rudes, facile seduci se sinunt. Pro paululum legit Interpres Græcæ. Alii legunt *eros*, id est sic, hoc est, utcumque paululum; alii *eros*, id est revera. Rursus Interpres legit in presenti *ἀποστρέφονται*, id est qui effugiunt; jam in aoristo legunt *ἀποστρέφονται*, id est qui effugerunt. Sic enim tota hæc sententia Græcæ legitur: *οἱ ἀποστρέφονται, ἵνα οἱ ἐκ τῆς ἐσθίας, quam plane et clare sic reddas, pellicentium eos qui paululum effugerunt, eos qui in errore conversantur, pata Judæos, Gentiles, vel potius Gnosticos hereticos, q. d. Gnostici eos qui nuper a sua heresi conversi fuerant ad orthodoxam fidem, rursus ad suam heresim pellicentium, reficiendo et obtrudendo illis escam priscarum voluptatum et libidinum, quibus in heresi indulserant; quare ex earum memoria, habitu et consuetudine facile in heresim relabuntur, eum ad ea sint recenter conversi, ideoque teneri et imbecilles in fide orthodoxa. Hinc sensui valde favent sequentia, et S. Augustinus, lib. *De Fide et Operib.*, cap. XXV, cum sic legit: « Illicentium in concupiscentiis carnis impudicis eos, qui paululum effugerunt in errore conversari; » et S. Hieronymus, lib. II. *Contra Jovinianum*, dum sic veritatis, « pellicentium in desideris carnis luxuria eos, qui paululum effugerunt et ad errorem reversi sunt. » Græ-*

eum enim *ἀποστρέφεται* et reverti et conversari significat.

Summa, significat S. Petrus hæreticos seducere, non eos qui in fide sunt fortes et veterani, sed qui in ea sunt noviti, debiles, ideoque facile nutant et seducuntur objecta esca voluptatis, cui antea assueverant totisque se addixerant. Unde S. Augustinus, tract. *De Utilitate credendi*, tom. IX: « Frumentum, ait, de area aut non recedit, aut redit: aliquid palearum auferit (hostis) ventostationis, unde nobis faciat non viam perditionis, sed opus exercitationis. » Ibidem docet diabolus pro idololatria induxisse hereses. Sicut enim pisces et aves e reti elapsæ, si juxta illud ret vel natent, esca retis inhiantes, facile in illud recidunt et irretiuntur: sic et qui ab errore conversi sunt, si ejus doctores audiant et ad voluptates eorum auscultent, facile in eundem relabuntur; tum a lege, tum a subjectione dominorum et principum, ut libere agant quicquid lubet; luxuriam enim dicunt non esse peccatum, sed opus Dei et naturæ, cum ipsi servi sint corruptionis, — pata libidinis et voluptatis, que animum et corpus corumpit. Sicut enim castitas est integritas mentis et corporis, sic luxuria utriusque est corruptio: ejus ergo servos se faciunt: « Omnis enim qui facit peccatum, servus est peccati, » Joan. cap. VII, vers. 34. Scripsit Cicero Paradoxon: « Quod solus sapiens sit liber; » et Philo: « Quod solus probus sit liber; improbum enim, licet noget, servum esse tot dominorum, quot viliorum. » Diogenes aiebat inter servos et dominos malos nil interesse præter nomen, nisi quod servi servirent dominis, domini cupiditalibus, hisque brutis et exilibus. Seneca, lib. *De Vita beata*, cap. V: « In regno nati, inquit, Deo parere libertas est. » Merito miratur S. Ephrem, *Adhort. ad pietatem*, tom. I, vel unam posse reperiri, qui malit servare creature quam Creatori. Animus enim liber est, qui servitius uni Deo, vitis et creaturis omnibus totique mando dominatur, ideoque felix est et beatus. Audi S. Salvianum, *De Provid.*, lib. I: « Nemo, ait, aliorum sensu miser est, sed suo, et ideo non possunt esse falso judicio miseri, qui sunt vere sua conscientia beati, etc. Nulli, ut opinor, beatiores sunt, quam qui ex scientia sua atque voto agunt. Humiles sunt Religiosi, hoc volunt; pauperes sunt, pauperie delectantur; sine ambitione sunt, ambitum respiciunt; inchoarati sunt, honorem recipiunt; lugent, lugere gestunt; infirmi sunt, infirmitate letantur. Cum infirmo, inquit Apostolus, tunc potens sum. Itaque quicquid acciderit illi quicumque vere Religiosus sunt, beati esse dicendi sunt, quia inter quantumlibet aspera nulli lætiores

sunt, quam qui hoc sunt quod volunt. » Vide dicta *Epist.* I, cap. II, vers. 16.

Porro hoc seculo vixit secta Libertinorum, ita diela a libertate Evangelica, quam primus proclamavit Lutherus. Hanc ita describit Stanislaus Rescius in *Sæcularum Centuriis*: « Fœdantem hominum genus, in quo jure credas revivisse Gnosticos et Valentinos, quibus nihil esse displicet ac simplex, proprius ac germanus Scripture sensus. Illis Christus est Satana, vitium virtus, et virtus vitium. Nihil enim ex eorum sententia peccatum est, nisi eorum opinione qui sese peccare putant. Verus Dei filius, et eo imbuta conscientia pro inferno illis habetur: pro paradiso autem conscientia divini iudicii contemprix, secura, stupida et consopita. » Sicut homini omnia esse licita sine ulla exceptione, omneque genus vendi probant: lenonem suo volenti fungi munere, fares audacter furari jubent, matrimonia dissolvi volunt, cum uxor mariti sui ludium operit: unde promiscuos laudant concubitus, etque vocant spirituale matrimonium; communionem Sanctorum vocant communionem honorum temporalium, ideoque quantum quisque potest, ut rapiat, suadent. Resurrectionem jam factam esse dicunt, neque aliud expectandum iudicium. Jam Christianos omnes resurrexisse affirmant, quando animam humanam sciunt jam factam esse illum Dei spiritum immortalem, imo in Dei essentiam rediisse, unde, inquit, exiit, eique ita jungi, ut unicus spiritus maneat. »

Denique heretici nostri in Gallia, Belgio, Anglia, etc., initio hereses arma sumperunt contra orthodoxos principes, titulumque belli prætulere libertatem conscientie. At ubi revera potius sunt, eandem, pro qua tot annis pugnarunt tantumque sanguinis effuderunt, everterunt, quin et seipsos eadem privarunt. Nec enim permittunt sibi, vel aliis libertatem religionis et fidei, sed omnes cogunt esse Protestantem vel Calvinistas, magisque orthodoxos persequuntur ad necem usque, ad tormenta inaudita, quam Turcas et Saracenos, imo quam Turca Christianos. Hecine est libertas tot cadibus questis et promissa, imo jurata? Eleganter has homini generis pestes, imo regnum deorum deinde depingit noster Perpinianus, testis oculatus, *orat.* 8.

A quo enim quis SUPERATUS EST, HUIUS ET SERVUS EST. — Græcæ *δεδουλωμένος*, id est servitio, vel in servitium addictus est. Hinc mancipium dictum est quasi manū captum in bello, et servus quasi servatus ab hoste, ait S. Augustinus, lib. XIX *De Civit.*, xv. Jure enim gentium sic inducta est servitus, dum victores hostibus bello captis quos occidere poterant, vitam condonarunt, necemque in servitium commutarunt, ut docet Justinianus, in *Instit.* de jure personæ, lib. IV, § 1. Unde idem Augustinus hunc locum sic legit: « A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus

est; » et S. Hieronymus, lib. I *Contra Iovinianum*: « Unusquisque enim ei subiacet passioni, a qua vincitur. »

« Quanta iniquitas, exclamat S. Augustinus, lib. *De Honest. mulierum*, cap. XXX, ut animam quam Christus suo sanguine redemit, luxuriosus pro vitis horae delectatione diabolo vendat ac tradat? » Atque hujus venditionis syngrapham propria subscriptione munivit, tradit diabolo peccator. Sic explicat Origines, hom. 23 in *Gen.*, illud ad *Coloss.* cap. II, vers. 14, *Delens quod adversus nos erat chirographum*; « Istud chirographum, ait, peccatorum nostrorum cunctio fuit: ut quisque etiam nostrum in his quis delinquit, efficitur debitor, et peccati sui litteras scribit. » Idem viderent suo more Gentiles: « Diogenes vocabat se imperatorem, Alexandrum Magnam vero servum servorum suorum, quod ille serviret suis cupiditatibus, quibus ipse imperabat. » Ita Manulius in *Apoph. Diogenis*, lib. III, centur. I, num. 47. Eidem Alexandro scripsit Brachmaes, « Nihil prodesse orbis dominum fieri, infime autem vilique rei servire: subvertere inimicos externos, ut foveat ac sustentet internos. »

20. SI ENIM REFOGENTES CONVICTIONES MUNDI (hoc est, errores et peccata, puta gentilibus superstitiones et idololatras, indeque consequentem voluptatum et libidinum licentiam. Sensus est, q. d. Talibus qui scilicet fugientes inquinamenta, voluptates et libidines mundi, contulerunt se ad cognitionem, id est, ad fidem et cultum Christi, si ubi no oportetantes ad gentilismum, vel potius haeresin Gnosticorum, rursus his inquinamentis) IMPLICATI SUPERANTUR (quae ante superaverunt, uti legit S. Hieronymus, lib. I *Contra Iovinianum*), FACTA SUNT EIS POSTERIORA DEVERGENDA RAUORIBUS, — tum quia gravior est malum recidivi tum quia magis et profundius se vitis pristina immergunt, habitumque validiorem induunt; tum quia ingrati gratiae Dei ab ea deseruntur. Alitid, imo etiam illud Christi: « Sunt novissima hominis illius pejora prioribus, » *Matth.* cap. XII, vers. 45; et *Jerem.* cap. II, vers. 36: « Quam vilis facta ea nimis iterans vias tuas! » S. Basilus, *Regula* 289 ex brevior, acute notat, cum quis relabitur in peccatum, signum esse, primum enim a peccato non plane recessisse, nec ejus radicem extraxisse, sed adhuc occulte in animo ejus residere peccati appetitum et concupiscentiam. Unde infert Guillelmus Parisiensis, lib. *De Sacrament. Punit.*, cap. 7, talem non habuisse validum et efficacem contritionem. Comparat S. Petrus Gnosticos cum idololatris; ut qui ex idololatris facti sint Christiani; si e Christianis fiant Gnostici, videantur relabi in idololatram, quia Gnostici in multis nefarium cultum idololatriam imitabantur, et quia per utrumque erant impietas, eadem libido, idem parens. Unde Tertullianus, lib. *De Praescript.*, cap. XI, docet « neque ab idololatris distare haereses, cum et auctoritas et operis ejusdem sint,

ejus et idololatris: Deum autem fingunt alium adversus Creatorem; aut si unicum creatorem confitentur, aliter eum disserunt quam in vero est. Itaque omne mendacium quod de Deo dicunt, quodammodo genus est idololatris. » Nam, ut ait S. Augustinus, *Quaest. XXX in Joann.*: « Quisquis talem Deum cogitat qualis non est Deus, alterum Deum utique et falsum in cogitatione portat. »

Moraliter nota hic, quod sicut acri convalescentis relapsus in morbum gravior et periculosior est peccato morbo, ita et est relapsus justificati in peccatum. Audi S. Paulum, *Hebr.* cap. VI, vers. 4: « Impossibile, inquit, est eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nihilominus hominum Dei verbum, virtutesque saeculi venturi, et prolapsi sunt rursus, renovari et penitentiam. » Et alibi: « Voluntarius enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostis, terribilia autem quaedam expectatio iudicii et ignis aemulatio, quae consumptura est adversarios. » Et S. Chrysostomus, homil. *De Lapso primi hominis*: « Noli, ait, peccare post veniam, noli vulnari post curam, noli sordidari post gratiam: cogita, o homo, graviores esse culpam post veniam, renovatum vitium pejoris delere post curam, molestius hominem sordidari post gratiam. Quare indulgentie ingratus est, qui post veniam peccat; sanitatis indignus est, qui semelipsum postquam curatus est vulnerat; nec mundari meretur, qui semelipsum post gratiam sordidat. » Et paucis interjectis: « Grave est hominem instructum delinquere, gravius absolutum peccare: servo pejor est, qui patronum post datam libertatem offendit; beneficiis ingratus est, qui datorum tumoris arrogantia despicit. » Vide nostrum Joannem Busem in *Arca Noetica*, verb. *Recidivus*, ubi quinque adversus recidivam peccati remedia suggerit, eoque testimonio S. Scripturae et Patrum confirmat.

21. MELIUS, — non positiva, quasi majus sit bonum, cum nec sit bonum; sed negativa, quia minus malum, hoc est, minor est fidelis ignorantia, quam fidelis cognoscens culpa, ideoque minor erit et poena. « Ille enim noaudum nocentis, isto retro respexit, » ait S. Augustinus in *Ps. LXXXIII*. Idem S. Augustinus, concione 2 in *Psalm.* XXX: « Cum dicit, inquit, Melius erat illis non cognoscere viam justitiae, nonne judicavit meliores esse impiosque foris positos, quam totos male viventes, quibus puenitur et gravatur Ecclesia? » Et Salvianus, lib. IV *De Provident.*: « Nunc, ait, quia jam Christum agnovisti, qui susceperis es quasi intra os Dei per fidei agnitionem, proferis per taporem; quod etiam beatus Petrus exposuit, dicens de vitiosis et lapsis: Melius erat illis, » etc.

NON COGNOSCERE, — id est ignorare, id est non cognoscere.

VIAE JUSTITIAE, — id est institutum et religio-

nam christianam, sive Christianismum: hic enim est via non dicens ad veram virtutem et justitiam eorum Deo, in qua profunde nemini sistere licet, sed quaeque semper in ea progredi et proficere oportet, donec ad aeternam, patria celestem patriam et gloriam perveniat. Aliqui pro justitia legunt *justitiae*; id est veritatis, id est, vero doctrine et fidei, puta Evangelii.

RETROSUM CONVERTEBA SANCIO MANDATO. — S. Augustinus, *De Fide et Oper.*, cap. XXIV, legit, cretae facti a tradito; » S. Hieronymus, lib. I *Contra Iovinianum*, « retrorsum converti, et relinquere sanctum mandatum, quod eis traditum est. »

« Sanctum mandatum » vocat legem Evangelicam. *Primo*, quia ejus auctor est Christus et Spiritus Sanctus.

Secundo, quia lex Evangelica docet jubetque omnem puritatem et sanctimoniam, ac velat omnem coinquinationem et impuritatem.

Tertio, quia omnes sibi obedientiae sanctificat per doctrinam, gratiam et sacramenta quae suggerit.

Quarto, quia sancto servari debet: ejus enim modus, aeque ac finis, est sanctitas, juxta illud: « Et sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, servamus illi in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris, » *Luc.* I, 78.

Quinto, quia multa in ea sine gratia sanctificationis observari nequeant, inter quae prima est lex eucharistica, suscepio Eucharistiae, administratio S. Sacramentorum, etc.

Secundo, quia pro obiecto habet Deum, qui est ipsa sanctitas: hunc enim colit fide, spe, charitate, religionis ceterisque virtutibus Christianis. *Septimo*, mandatum Evangelii sanctum est, quia a Deo sanctum et firmatum, ut duret per omnia saecula, perque totam aeternitatem, utque a Sanctis in caelo plane et perfecte admittatur. Praeclare enim Salvianus, lib. IV ad *Eccles. Cathol.*, in fine: « Cuncti, inquit, qui oderunt mandatum sacrum, causam illi in seipsis habent. Omne fastidium non in preceptis legis, sed in moribus suis. Lex quippe boni est, sed mores mali, non per hoc mutant homines propositum et affectum suum: Si enim mores suos probabiles esse fecerint, nihil eis ex eo quod lex bona praecipit, displicebit: quando enim bonus quis esse coepit, non potest non diligere legem Dei, quia hoc intra se habet lex dei sancta, quod sancti homines in moribus. »

« Inquit S. Petrus de apostasia et apostatibus abasentia Christi fide et lege ad Imperium Gnosticorum sodam: Eius tamen sententiam recte adaptat Sacerdotibus et Religiosis, qui a sacerdotio et religione apostatant, redeuntque ad saeculum, aut ducunt uxores, vel potius concubinas: quod quantum sit nefas, vide apud S. Basilium *Inq. Insuper.*, Reg. 14; Cassarium, hom. *3ad Monach.*; Auctorem serm. ad *Frates in eremo* apud S. Augustinum, tom. X, serm. 8 et 34, ac nostrum Hieronymum Platam, III *De Bono status religioni*, XXXVII.

Maximo vero tantum Agapetarum sectam, quae orsa paulo ante tempora S. Hieronymi velle esse dilatavit, ideoque plerisque Patres, ut SS. Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Nazianzenus, Basilus, lib. *De Virg.*, in eam acriter involuntur. Vocabantur graece *εραστρι*, id est dilectae (item sorores adoptivae, ut ad S. Chrysostomum), eo quod praetexta dilectionis viris spiritualibus cohabitarent, quasi ab his instruendae et formandae in pietate et virtute, sed sub hoc praetextu turpiter vivebant, ut etiamnum nonnullis in locis fit. Quodcumque Patres jam citati docent virgines et mulieres devotas quae delecto a viris, etiam spiritualibus, separari. Audi S. Hieronymum ad Eustochium, lib. *De Custod. virgin.*: « Pudet, ait, dicere (proh nefas!) triste, sed verum est. Unde in Ecclesia Agapetarum peccis introit? Unde sine nuptiis alius nomen uxorum? Imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam: Unde meretricis univire? Eadem dono, uno cubiculo, saepe uno tenentur et lectulo, et auspicios nos vocant, si hinc aliquid existimamus. Frater sororem virginem deserit: eandem spernit virgo germanam, fratrem quarrit extraneum. Et cum in eodem proposito esse se simulant, querrunt alienorum spiritum solatium, ut domi habeant carnale commercium. Hujusmodi homines Salomon in Proverbiis perstrinxit, dicens: Alligabit quis in situ ignem, et vestimenta ejus non comburentur? Aut ambulabit super carbones ignis, et pedes illius non ardeunt? » Rursum idem Hieronymus paulo supra ibidem: « Haec sunt, inquit, quae solent dicere: Omnia munda mundi. Sufficit mihi conscientia mea. Cor mundum Deus solum desiderat. Cur me abstineam a cibis quos Deus creavit ad utendum? Et si quando volunt festivo et lapide vivere, ubi se mero ingurgilaverint, ebrietas sacrilegium copulantes simul: Absit, ut ego me a Christi sanguine abstineam. Et quam viderint pallentem atque tristem, miseram atque Manicheam vocant. Et consequenter tali proposito jejunium haeresis est. Hoc sunt quae pro publicum notabiliter procedunt, et fractis oculorum nullius adolescentium greges post se faciunt, quae semper auferunt per Prophetam: Facies meretricis facta est tibi, impudorata es tu. Purpura tantum in veste tenuis, et latus, ut erines doctand, ligatum caput: soccos vilior, et per humeros hinc inde lena maverde volitans; succincta manica brachiis adverte, et soluta genibus fructus incessus. Haec apud illas tota virginitas. »

22. CASUS REVERSES AD VOMITUM. — Comparat Gentiles a Christianismo relapsos in haeresin Gnosticorum, canibus. *Primo*, quia tales sicut canes revertuntur ad vomitum, id est ad errores, gulas et libidines, quas in Christianismo evomerant et abjecerant. Porro vomitum resorbere est fedum et abominabile. Unde S. Augustinus, conc. in *Psalm.* XXX: « Vide, ait, quam horribili rei eos

comparaverit. Horribilis profecto res est propriam resorbere vomitum, nec in summa quidem fame a quoquam usurpatum. *Secundo*, quia impudici et impudentes sunt ut canes, qui in publico commiscantur. Unde impurus Diogenes ob caninum obscenitatem et irreverentiam vocatus est Cynicus, id est, caninus et canis, teste Laertio. Rursum *canis* notat Gnosticorum vagos et promiscuas libidines, ac adulteria: talia enim sunt canum; unde proverbium: *« Canis masculi infinita cubilia. » Tertio*, quia heretici veritatem vereseque fidei obstruant, ac orthodoxos verbis et scripto insensantur, quasi canes latrantes: ita S. Chrysostomus, hom. *De Cruce Domini*: *« Canes, ait, sunt omnes heretici, qui contra Creatorem suum blasphemiarum extendit eloquia. » Quarto*, quia canis vile fedumque est animal et legaliter immundum, ut patet *Deuter. xxiii, 28*; tales quoque sunt heretici. Unde *Eccli. xiii, 22*: *« Quae communitio, ait, sancto homini ad canem? »* Et Isaias, cap. ult., 3: *« Qui maculat pecus, quasi qui excoebat canem; »* et Christus, *Matth. vii, 6*: *« Nolite dare sanctum canibus, neque mittitis margaritas vestras ante porcos. »* Huc alludens Petrus utramque Christi similitudinem, puta canum et porcorum, usurpat. *Quinto*, quia, ut ait S. Hieronymus ad Rusticum: *« Pomparum ferulis procedunt in publicum ut caninam exerceant faeculentiam, »* scilicet compositam dumtaxat ad maledicendum et rixandum, quo canina dieta est, a rixa et oblatratu canum. Porro haec malevolentia arguit hereticorum timiditatem, falsitatem et diffidentiam. Sicut enim canes timidissimi maxime latrant, quia mordere non audent, vel nequeunt; canes vero non mordent, nec latrant: sic heretici quia timent et diffidunt caesae suae, utpote falsae et terrore, hinc clamoribus et maledictis eam tegere, siveque victoriam obtinere sagittant, quam sciunt se argumentis et rationibus obtinere non posse. *Sexto*, canes sunt mendicij: mendicant enim astando mense heri, in eumque intenti, offam et ossa expectant. Unde proverbium: *« Canis mendico auxilians. »* Canes enim infesti sunt mendicis quasi feroces, qui scilicet eandem secum artem exercent, panemque praecipiant: unde mendicij obsequendo canibus frustum eos sibi conciliare solent. Ita mendicant heretici, mensisque et bursis divitum inhiant, et quasi canes circa macellum et intestina oberrant. Est enim *« odor canum vis, »* et ubique odoratur escam, eo se insinuat. *Septimo*, canis pronus est in vindictam, sed stolidus lapidem in se factum remordet; iudicij enim vero dimittit, quasi eum non audeat attingere, ait Plato, lib. *V De Republ.* Ita heretici proclives sunt in vindictam, cumque veritatem et eruditio se impetentes impelleret et ulcisci nequeant, plebem indoctam invadunt. *Octavo*, canes vivunt otiose et secure ex alieno, juxta illud: *« Canis vivens et magdalis, »* id est, e fure, a lype caeterisque manuum purgamentis;

et: *« Canis tanquam Delum navigans, »* jact solitum in supinum, otiosum, securum, ac voluptuariam vitam agentem: nam Athenis faciliis ac tuta in Delum erat navigatio. Eandem vitam vivunt heretici. Unde Paulus: *« Videte, ait, canes, videte malos operarios, »* « Jete conscientiam, » *Philip. iii, 2. Nons*, canes acriter in venatione persequuntur feram, eamque cingunt donec comprehendant et lanient; *« est enim genus acre luporum atque canum, »* ait Virgilius, *III Georg.*

Et canibus leporem, canibus venabere damas,

Ibidem. Et Ovidius in *Ibis*:

Sciant avili perdis corda canes.

Ita heretici venantur animas quasi lepores, nec desunt donec eas capiant et occidunt.

Desunt, canes horribiliter ululant, quod *« habere »* vocat Lucretius. Hinc apud inferos dicunt Poete esse tricipitem canem, puta Cerberum, instar horrendi monstrum, qui damnatos mordet et cruciat. Similis est ululatus, morsus, horror et cruciatus hereticorum, praesertim in gehenna. Hinc Cerberus dicitur esse quasi *« canes »*, id est, *« carnem vorans, »* de quo Virgilius, *VI Aeneid.*:

Cerberus haec incoas latratu regna trifauci
Personat, adverso recubans inanis in antro:

ut mox:

Ille fane rabida tria guttura pendens
Conspit objectum, atque immo terge resolvit.

Moraliter S. Gregorius, *III part. Pastor.*, admon. *xxxii*, hanc S. Petri sententiam applicat quibusvis ad peccata dimissa redeuntibus. Alludit enim S. Petrus ad illud *Proverb. xxvi, 11*: *« Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic improprie qui iterat stultitiam suam. Admonendi sunt enim, inquit S. Gregorius, qui admissa plangunt, nec tamen deserunt; atque aliter qui deserunt, nec tamen plangunt. Admonendi sunt enim qui admissa plangunt, nec tamen deserunt, ut considerare sollicite sciant, quia fiendo maniter se mundant, qui vivendo nequiter iniquant, cum idcirco se lacrymis lavant, ut mundi ad sordes redeant. Hinc enim scriptum est: Canis reversus ad suum vomitum, et sus loto in volutabro luti. Canis quippe cum vomit, profecto cibum qui pectus deprimebat, projicit; sed cum ad vomitum revertitur, unde levigatus fuerat, rursus onatur. Et qui admissa plangunt, profecto nequitiam de qua mala satias fecerant, et quae mentis intima deprimebat, confitendo projiciunt, quam post confessionem dum repetunt, resumunt. Sus vero in volutabro luti cum lavatur, sordidior redditur. Et qui admissum plangit, nec tamen desinit, porcae gravioris culpe se subijcit, quia et ipsam quam flando potuit impetrare, veniam contemnit, et quasi in lutoso aqua semetipsam volvit, quia dum flentibus suis vitam munditiam subtrahit, ante Dei oculos sordidus in-*

est etiam lacrymas facit; et paulo inferior: *« Hinc per quemdam sapientem (Eccli. xxxiv) dicitur: Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit illum, quid proficit lavatio ejus? Baptizatur quippe a mortuo, qui mundatur flentibus a peccato: sed post baptismum mortuum tangit, qui culpam post lacrymas repetit. »*

Guilielmus Parisiensis, lib. *De Venit.* cap. *xii*, apte pieque docet in confessione evomi peccata, ideoque detestabilis esse qui postmodum ad peccata redeunt, ac opera virulenta quae semel evomerunt, resorbent. Vide S. Augustinum in *Psalm. lxxxviii*, post initium, ubi urget exemplum uxoris Lot, quae retro respiciens versus Sodomam, versa est in salsam salis, citansque hunc locum S. Petri: *« Canis, inquit, reversus ad suum vomitum. Prebebat enim pectus conscientia peccatorum, accepta indulgentia quasi vomisset, relevatum est pectus tuum. Facta est bona conscientia ex mala conscientia. Quid rursus converteris ad vomitum tuum? Si canis hoc faciens horret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei? »*

Sus loto (rediens, rursusque se volutans) in *VOLUTABRO LUTI*. — Unde Graeca clarius habent: *« Sus loto ad volutabrum luti, »* scilicet reversa. Volutabrum est locus coenosus ubi sus volutatur, de quo Virgilius, *lib. III Georgic.*:

Supe volutabitur pubeo silvestribus apros
Lutatu turbabit agens.

Et Horatius, *lib. I, epist. 2*:

Et amica loto sus.

Notat Gnosticis, tum quia porcus, ait Horus, et ex eo Pierius, *Hierolog. ix*, symbolum est hominum veritatem spernentium, profanorum, perniciosorum et eorum qui a Deo penitus sunt averti, quales erant Gnostici; tum quia Gnostici dicti sunt Borborite, id est coenosi, vel lotosi, a *βόρβος*, id est luto, sive cano. *« Illi enim, ut ait Philastrius, De Haresib., in conum euntes, et inde obliiti de cano facies et membra sua deformantes gerabant; »* et S. Augustinus, *Aurest. 6*: *« Nonnulli, ait, eos (Gnosticos) Borboritas vocant quasi caninos, propter nimiam turpitudinem quam in suis mysteriis exercere dicuntur. »* Similes novi Gnostici coenosi, nuper ex Anabaptistis orti sunt in Hollandia, quorum secta vocatur *currus stercorum*; quia sentiant puritissimorum errorum et blasphemiarum veluti, omnemque religionis curam abijcit, ait ex Ulanbergio Rescius in *Sectarum centuriis*; ubi et ex Hosto altam sectam recenset eorum qui vocantur *Suisia*, eo quod sui capituli somnia sequantur. *« Rusticus, inquit, fuit Lutherus, monachus Bucerus, stigmatiens Calvinus, carnifex Sudrovius, sui spiritus ergo cumque sequenda sunt consilia: suo spiritu ex inspiratione Spiritus Sancti quisque interpretetur S. Scripturam, sibi quae sapiat et consulat. »* Vera Suisiticum, imo suinum est hoc eorum dictum.

Moraliter Origenes, hom. *4 in Psalm. xxxvii*, recte peccatores comparat suisibus. *Primo*, quia uti sus res sordidas et putidas amant, habentque pro deliciis, deore et odore suavissimo, ita et peccatores: *« Porcis, inquit, similes dicuntur si qui peccatorum fetoribus delectantur sicut porci, qui fetorem omnem tanquam odorem suavisimum expetunt. Considera ergo peccatorem qui peccatis suis delectatur, et laetus est in malis suis, quoniam et ipse in stercore fetido volutatur, et nullum fetoris ejus qui ex peccata, stercore oritur, percipit sensum, ac velut in summis voluptatibus et gratissimis deliciis delectatur. »* Quin et Cicero, *De Arusp. resp.*: *« Velut sus quaedam luto, inquit, ita stupris delectatur; »* et Horatius:

Eplemi de grege porca.

Secundo, quia peccator in se spurcus et foedus est uti porcus, praesertim sus, quae est animal calidum, obscenum et foetum. Unde nonnulli censent dictum esse *foedus*, eo quod in illo feriendo mactabatur animal *foedum*, id est porca, juxta illud Virgilii, *VIII Aeneid.*:

Subant, et caesa jingebant foetora porca.

Unde manantur phrasae *« ferire, laere, percutere foedus, »* quia scilicet feriebatur porca ad sancendum foedus, hinc diabolus amant porcos, et saepe in specie porci apparet, ac porci vel corpus, vel formam induit, ut patet ex Vita S. Antonii; quin et a Christo petit facultatem ingrediendi in porcos, *Matth. viii, 3*: praesertim qui porci omnes in Italia loesque vicinis sunt nigri (unde Alba urbs vicina Romae, ejusque parvas et omnia, ita dicta est a prodigio albae suis, quae ibi praeter morem enixa est triginta nefrendes); diabolus autem aferimus est, non coloribus, sed moribus et gehennae arboribus.

Tertio, quia sus pasceatur rebus sordidis, ita et gulosus; unde proverbium: *« Sus commessatur. »* Rursum sus saginatur ut mactetur: ita peccator saginatur ut mactetur, epulumque prebeat diabolo in gehenna.

Quarto, porcus in ventrem pronus non nisi terram aspicit, terras incubat, nec aliud est quam molles carnes, terrestres et ponderosa: sic et peccator terrenus inhiat, ventri et carni incubat. Hinc Lutherus suos Lutheranos in ventrem projectos vocabat suos, ut superius dixi. Audi Lactantium, *lib. IV, cap. xvii*, qui dicit causam cur Judaei eius nullum interdicitus fuerit, sic ait: *« Est enim lutulentum hoc animal, et immundum, nec unquam caelum aspicit, sed in terram toto et corpore et ore projectum ventri semper et pabulo servit, nec ullam alium, dum vivit, prestare usum potest, sicut eadem animales, quae vel sedendi vehiculum praebant, vel in cultibus agrorum juvant, vel plaustra collo trahunt, vel onera terga gestant, vel instrumentum exuvius suis exhibent, vel copia lactis exuberant, vel custodiendis domi-*

bus invigilant. Interdixit ergo ne porcina carne uterentur, id est, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad solam mortem nutriuntur; ne ventri ac voluptatibus servientes, ad faciendam justitiam infantes essent, ac morte afficerentur. Item ne se facili libidinis immergerent, sicut sus quæ se ingurgitat creta, vel ne terrenis serviant simulacris, ac se luto inquinant: luto enim se oblitunt, qui Deos, id est, qui lutum terramque venerantur.

Quinto, quia sus invereconda est, neque dominum cum vorat, agnoscit; quin et sobrietas effrata dum fatus lactat, pueros invalidi, necat, de vorat. Audi Aristotelem, lib. VI *Histor. anim.*, cap. xviii: « Sus cum libidine excitatur, quod sabbare dicitur, vel homines aggreditur. » Ita peccatorum inverecundus, ingratus et infamis est, quia Deum creatorem suum non agnoscit, non curat, non metuit. Vide dicta deone et porco, *Levit. xi, 7. Sento*, esus continuus sülle lepram aliosque graves morbos creat: Ita voluptates peccatori creant morbos corporis et torpescit anima. Denique de sus Plinius, lib. VII, cap. li: « Animal, ait, hoc maxime brutum, humanique ei pro sale datam non illepidi existimatur. » Sic peccator brutus est, et ex homine nil hominis habet præter animam, quæ instar sülle corpus a putredine et corruptione conservat.

Septimo, aprorum et suam silvestrium ingens est feritas, adeo ut plantas arborisque suffodiant, quin et conficiant et disceperant: Ita libido omnique peccatum hominem efforat, facileque sævum et crudelem. Audi Aristotelem, lib. I *De Histor. anim.*, cap. i: « Animantes alia, inquit, animosa, perniciores, bruta omnino, ut sues elyestres, » Denique hebetudo et stoliditas suis potet ex hirta sula, sülle vultu, oculis, rostro, grunfita, etc. Illic proverbium apud Suidam: « Asinus lyram, sus audit stolidus tubam, » dictum in eos qui res egregias audiunt, sed eas neque intelligunt, neque mirantur, et illud: « Sus Minervam, » cum quis stupidus docere vult sapientem; et illud: « Sus fustem, » cum quis se stolidè in præsens periculum et perniciem præcipitat; et illud: « Sus per rosas, » dictum in agrestes et intracabiles; nec enim sus per rosas duci potest, quin eas fodet; et illud:

Actioe sus improba pendo,

id est, pusillum commodi magno lues malo. Hæc omnia facile est peccatori adaptare, qui stolidis sine se in omne malum præcipitat ob talem vel gustum voluptatis.

Hæc est ergo idea heretici, quam toto hoc capite graphicè hisce moribus, quasi coloribus ad vivum pinxit S. Petrus. *Primo*, vers. 1: Heretici, inquit, sunt pseudoprophetae et magistri mendaces. *Secundo*, introducunt sectas perditionis. *Tertio*, eum qui emit eos, Dei Num negant. *Quarto*, vers. 2, multi sequuntur eorum luxurias. *Quinto*, per eos via veritatis blasphematur. *Sento*, vers. 3, Inavaria de fidelium corpore et anima cum damno negotiantur. *Septimo*, antihypocrite et adulatores: utuntur enim verbis fictis et blandiloquiis, et ad seducendum compositis. *Octavo*, perditio eorum accelerat. *Novo*, vers. 8, similes sunt Luciferi et damnationibus. *Decimo*, vers. 9, similes sunt carnalibus merse diluvio, ac Sodomitis. *Undecimo*, vers. 10, post carnem in concupiscentie immunditia ambulat. *Dodecimo*, dominationem continentum. *Decimo tertio*, sunt andaceæ. *Decimo quarto*, sibi placentes. *Decimo quinto*, blasphemant. *Decimo sexto*, vers. 12, sunt velut irrationalia pecora muta in captivum et perditionem. *Decimo septimo*, quæ non intelligunt, blasphemant. *Decimo octavo*, vers. 13, sunt voluptuarii, coinquinationes et maculo, delicias affluentes. *Decimo nono*, in convivis luxuriantes, oculos habentes plenos adulterii et incessabilis delicti. *Vigesimo*, vers. 14, pellunt animas instabiles. *Vigesimo primo*, cor habent avaritia excoctatum. *Vigesimo secundo*, sunt maledictionis illi. *Vigesimo tertio*, vers. 15, derelinquentes viam rectam errant. *Vigesimo quarto*, sequuntur viam Balsam, qui mercedem iniquitatis amavit, ideoque perit. *Vigesimo quinto*, vers. 17, sunt fortes sine aqua. *Vigesimo sexto*, sunt nebule turbidibus exagitate, quibus caligo tenebrarum reservatur. *Vigesimo septimo*, vers. 18, superba vanitatis loquuntur. *Vigesimo octavo*, pellicuntur per escam voluptatum et luxuriam noviter ab eis conversos. *Vigesimo nono*, vers. 19, promittunt libertatem, cum ipsi sint servi corruptionis. *Vigesimo*, vers. 20, frant eis posteriora deteriora prioribus. *Trigesimo primo*, vers. 22, sunt velut canes reversi ad vomitum, et velut suæ lote reversæ ad volutatum luti.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Inter alia quæ docebat Gnostici alique heretici, erat hoc, nullum fore iudicium, ut homines sine metu iudicis et vindicis Christi suis concupiscentiis et hæresibus libere indulgerent. Refellit hoc S. Petrus, ac horrorem iudicis improvisi, et ignis horrendi quo conflagrabit mundus, atque novos calos necomque terram graphicè depingit; indeque concludit: Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace. *Secundo*, ne morantur iudicium differri, ait ejus moram fore brevem, eamque a Deo hominibus concedi ad hoc, ut præstant et suæ salutis consulant, uti monuit S. Paulus in suis Epistolis, quas asservit esse difficiles intellectu, et ab hæreticis depravari. Denique, vers. 47, monet ut in fide et gratia Christi firmi persistent et crescant.

1. Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commotione sinceram mentem: 2. ut memores sitis eorum, quæ prædixi verborum et sanctis Prophetis, et Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini et Salvatoris. 3. Hoc primum sciens, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes. 4. Dicentes: Ubi est promissio, aut adventus ejus? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. 5. Latet enim eos hoc volentes, quod celi erant prius, et terra, de aqua et per aquam consistens Dei verbo: 6. per que, ille tunc mundus aqua inundatus perit. 7. Celi autem, qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem iudicii, et perditionis impiorum hominum. 8. Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. 9. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant; sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti. 10. Adveniet autem dies Domini ut fur: in quo celi magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur. 11. Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, 12. expectantes, et properantes in adventum diei Domini, per quem celi ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent? 13. Novos vero caelos, et novam terram secundam promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat. 14. Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace. 15. Et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini: sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. 16. Sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quedam difficulta intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. 17. Vos, igitur, fratres, præscientes custodite, ne insipientium errore traducti exeidatis a propria firmitate. 18. Crescite vero in gratia, et in cognitione Domini nostri, et Salvatoris Jesu Christi. Ipsi gloria et nunc, et in diem æternitatis. Amen.

1. HANC ECCE VOBIS, — O Christiani dispersi per Asiam, Bithyniam, Cappadociam, etc., ut dixit *epist. I, cap. 1, vers. 1*; significat enim hic se hunc scribere hæc secundam, quibus olim scripserat primam epistolam.

IN QUIBUS, — scilicet epistolis duabus, puta prima et secunda jam dictis.

VESTRAM EXCITO IN COMMOTIONE SINCERAM MEN-

TEN. — « Excito, » scilicet quasi a somno torporis, torporis et oblivionis: hoc enim innuit Græcum *ἐκτρέψω*. Paganus, « exstimulo per commotionem vestram sinceram mentem. » Græce *ἐκτρέψω* (perperam Erasmus legit, *ἐκτρέψω*, id est, in cognitione), hoc est, in commotione, in recordatione, in revocatione ad memoriam, juxta id quod dixit *epist. I, cap. 1, vers. 12*: « Propter quod in-

bus invigilant. Interdixit ergo ne porcina carne uterentur, id est, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad solam mortem nutriuntur; ne ventri ac voluptatibus servientes, ad faciendam justitiam infantes essent, ac morte afficerentur. Item ne se facili libidinis immergerent, sicut sus quæ se ingurgitat cævo, vel ne terrenis serviant simulacris, ac se luto inquinant: luto enim se oblitunt, qui Deos, id est, qui lutum terramque venerantur.

Quinto, quia sus invereconda est, neque dominum cum vorat, agnoscit; quin et soboles effrata dum fetus lactat, patros invalidi, necat, deorat. Audi Aristotelem, lib. VI *Histor. anim.*, cap. xviii: « Sus cum libidine excitatur, quod sabbare dicitur, vel homines aggreditur. » Ita peccatorum inverecundus, ingratus et infamis est, quia Deum creatorem suum non agnoscit, non curat, non metuit. Vide dicta deone et porco, *Levit. xi, 7. Sento*, esus continuus sülle lepram aliosque graves morbos creat: Ita voluptates peccatori creant morbos corporis et torpescit anima. Denique de sus Plinius, lib. VII, cap. li: « Animal, ait, hoc maxime brutum, humanique ei pro sale datam non illepidæ existimatur. » Sic peccator brutus est, et ex homine nil hominis habet præter animam, quæ instar sülle corpus a putredine et corruptione conservat.

Septimo, aprorum et suam silvestrium ingens est feritas, adeo ut plantas arborisque suffodiant, quin et conficiant et disceperant: Ita libido omnique peccatum hominem efforat, facileque sævum et crudelem. Audi Aristotelem, lib. I *De Histor. anim.*, cap. i: « Animantes alia, inquit, animosa, perniciosæ, bruta omnino, ut sues elyestres, » Denique hebetudo et stoliditas suis potet ex hirta sula, sülle vultu, oculis, rostro, grunfita, etc. Illic proverbium apud Suidam: « Asinus lyram, sus audit stolidus tubam, » dictum in eos qui res egregias audiunt, sed eas nequæ intelligunt, neque mirantur, et illud: « Sus Minervam, » cum quis stupidus docere vult sapientem; et illud: « Sus fustem, » cum quis se stolidè in præsens periculum et perniciem precipitat; et illud: « Sus per rosas, » dictum in agrestes et intratabiles; nec enim sus per rosas duci potest, quin eas fodet; et illud:

Actioe sus improba pondo,

id est, pusillum commodi magno lues malo. Hæc omnia facile est peccatori adaptare, qui stolidis sine se in omne malum precipitat ob talem vel gustum voluptatis.

Hæc est ergo idea heretici, quam toto hoc capite graphicè hisce moribus, quasi coloribus ad vivum pinxit S. Petrus. *Primo*, vers. 1: Heretici, inquit, sunt pseudoprophetae et magistri mendaces. *Secundo*, introducunt sectas perditionis. *Tertio*, eum qui erit eos, Deum num negant. *Quarto*, vers. 2, multi sequuntur eorum luxurias. *Quinto*, per eos via veritatis blasphematur. *Sento*, vers. 3, inavaria de fidelium corpore et anima cum damno negotiantur. *Septimo*, antihypocrite et adulatores: utuntur enim verbis fictis et blandiloquiis, et ad seducendum compositis. *Octavo*, perditio eorum accelerat. *Novo*, vers. 8, similes sunt Luciferi et damnationibus. *Decimo*, vers. 9, similes sunt carnalibus merse diluvio, ac Sodomitis. *Undecimo*, vers. 10, post carnem in concupiscentiæ immunditia ambulat. *Dodecimo*, dominationem continentum. *Decimo tertio*, sunt andaceæ. *Decimo quarto*, sibi placentes. *Decimo quinto*, blasphemant. *Decimo sexto*, vers. 12, sunt velut irrationalia pecora muta in captivum et perditionem. *Decimo septimo*, quæ non intelligunt, blasphemant. *Decimo octavo*, vers. 13, sunt voluptuarii, coinquinationes et maculo, delicias affluentes. *Decimo nono*, in convivis luxuriantes, oculos habentes plenos adulterii et incessabilis delicti. *Vigesimo*, vers. 14, pellunt animas instabiles. *Vigesimo primo*, cor habent avaritia excoctatum. *Vigesimo secundo*, sunt maledictionis illi. *Vigesimo tertio*, vers. 15, derelinquentes viam rectam errant. *Vigesimo quarto*, sequuntur viam Balsam, qui mercedem iniquitatis amavit, ideoque perit. *Vigesimo quinto*, vers. 17, sunt fortes sine aqua. *Vigesimo sexto*, sunt nebule turbidibus exagitate, quibus caligo tenebrarum reservatur. *Vigesimo septimo*, vers. 18, superba vanitatis loquuntur. *Vigesimo octavo*, pellicuntur per escam voluptatum et luxuriam noviter ab eis conversos. *Vigesimo nono*, vers. 19, promittunt libertatem, cum ipsi sint servi corruptionis. *Vigesimo*, vers. 20, frant eis posteriora deteriora prioribus. *Trigesimo primo*, vers. 22, sunt velut canes reversi ad vomitum, et velut suæ lote reversæ ad volutatum luti.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Inter alia quæ docebat Gnostici alique heretici, erat hoc, nullum fore iudicium, ut homines sine metu iudicis et vindicis Christi suis concupiscentiis et hæresibus libere indulgerent. Refellit hoc S. Petrus, ac horrorem iudicis improvisi, et ignis horrendi quo conflagrabit mundus, atque novos calos necomque terram graphicè depingit; indeque concludit: Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace. *Secundo*, ne morantur iudicium differri, ait ejus moram fore brevem, eamque a Deo hominibus concedi ad hoc, ut præstant et suæ salutis consulant, uti monuit S. Paulus in suis Epistolis, quas asservit esse difficiles intellectu, et ab hæreticis depravari. Denique, vers. 47, monet ut in fide et gratia Christi firmi persistent et crescant.

1. Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commotione sinceram mentem: 2. ut memores sitis eorum, quæ prædixi verborum et sanctis Prophetis, et Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini et Salvatoris. 3. Hoc primum sciens, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes. 4. Dicentes: Ubi est promissio, aut adventus ejus? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. 5. Latet enim eos hoc volentes, quod celi erant prius, et terra, de aqua et per aquam consistens Dei verbo: 6. per que, ille tunc mundus aqua inundatus perit. 7. Celi autem, qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem iudicii, et perditionis impiorum hominum. 8. Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. 9. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant; sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti. 10. Adveniet autem dies Domini ut fur: in quo celi magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur. 11. Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, 12. expectantes, et properantes in adventum diei Domini, per quem celi ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent? 13. Novos vero caelos, et novam terram secundam promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat. 14. Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace. 15. Et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini: sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. 16. Sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quedam difficulta intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. 17. Vos, igitur, fratres, præscientes custodite, ne insipientium errore traducti excedatis a propria firmitate. 18. Crescite vero in gratia, et in cognitione Domini nostri, et Salvatoris Jesu Christi. Ipsi gloria et nunc, et in diem æternitatis. Amen.

1. HANC ECCE VOBIS, — O Christiani dispersi per Asiam, Bithyniam, Cappadociam, etc., ut dixit *epist. I, cap. 1, vers. 1*; significat enim hic se hunc scribere hæc secundam, quibus olim scripserat primam epistolam.

IN QUIBUS, — scilicet epistolis duabus, puta prima et secunda jam dictis.

VESTRAM EXCITO IN COMMOTIONE SINCERAM MEN-

TEN. — « Excito, » scilicet quasi a somno torporis, torporis et oblivionis: hoc enim innuit Græcum *ἐκτρέψω*. Paganus, « exstimulo per commotionem vestram sinceram mentem. » Græce *ἐκτρέψω* (perperam Erasmus legit, *ἐκτρέψω*, id est, in cognitione), hoc est, in commotione, in recordatione, in revocatione ad memoriam, juxta id quod dixit *epist. I, cap. 1, vers. 12*: « Propter quod in-

cipium vos semper commoneat de his. » Dicit sic Pastor eandem saepe refricare et inculcare suis subditis, donec ea plane perdiscent et in mors transfiant. Ita Chrysostomus, hom. 19 in *Actis*, suis querentibus eam ab ipso dici et repeli, respondet : « Hoc vos maxima perdit. Id vero conciviat, quia nec saliantur eadem saepius in theatro spectantes. » Additque eorum reprehensionem esse, quod non corrigantur toties audientes. »

Nota : « Mentem » fidelium « sinceram » vocat, primo, integram ; secundo, incorruptam ; tertio, puram et simplicem. *Sinceram* enim tria significat : *Primo*, « sinceram », id est integram. Sic Ovidius, lib. XII *Melamorph.*, vocat « corpus sincerum », id est integrum : unde explicans addit « sine vitio » : et Lucellus, lib. III, membra « sincera », id est integra. *Sinceram* enim confusam videtur ex eis, unde *sincerum* per y scribitur nonnulli, id est simul, et *cera*, q. d. Simil cum *cera*, ita dictum ab his qui fructum alvearium cum socio dividunt ; hi enim mel solum *sine* cera dent, socium fraudant, nec agunt *sincere*, id est integre. »

Secundo, *sincerum* idem est quod incorruptum, immaculatum ; sic Horatius, lib. I, cap. II :

Sincerum est aut vis, quodcumque infans vocat.

Sincerum, id est incorruptum ; et Cicero pro *Quintio* : Nihil est tam sanctum atque *sincerum* in civitate. » Unde nonnulli *sincerum* derivant à carie, q. d. *Sine carie*, id est corruptione. »

Tertio et optime « *Sincerus*, inquit Donatus, est purus, sine fæco et simplex, ut mel *sincerum*, id est sine *cera*. Sic vinum *sincerum* vocatur merum, non mixtum ; frumentum *sincerum* vocatur purum, carens leguminibus et paleis ; oleum *sincerum* et purum, carens aqua et fæcibus. Et hoc significat græcum ἀζύμωτος, id est *sincerus*, verus, non fictus, percipuus, purus, manifestus, quasi ad ἀποκαθάρσις, id est, ad solis splendorem examinatus, et judicatus. »

Talis esse debet Christianorum mens, et talis fuit primorum ævo S. Petri, ita scilicet pura et sincera, ut auderet comparare et examinari à Deo sole justitie. Nihil enim fæcibus, nihil fæcibus, nihil vitiosum corde osculabat, sed aperta omnia, candida, fidella, casta, virginea exhibebat : quod sapiebat corde, hoc ore proferebat. *Sincerus* et « simplex, ait S. Gregorius, X *Alcat.*, cap. xvii, vel juxta aliam editionem, xxix, mentem semper ad patientiam preparat, et erectus pro justitia de perceptis contumellis exultat, afflictus ex corde compatitur, de bonorum prosperitatibus quasi de propriis letatur, sacri verbi pabula in mente sollicitus ruminat, et inquisitis quilibet eloqui dupliciter ignorat. Idem sinceritatis exemplum dat Isaac patriarcha : « Morum, ait hom. 15 in *Ezech.*, simplicitas placet Isaac ad mentem venit, quem in omnipo-

lentis Dei oculis vite sue tranquillitas ornavit ». Et S. Ambrosius, lib. *De Joseph*, cap. 1, docet nos discere « in Abraham impigram fidei devotionem ; in Isaac, sinceram mentis puritatem ; in Jacob, singularem animi laborumque patientiam : Joseph vero propositum esse tanquam speculum castitatis. » Idem S. Ambrosius, lib. X, in cap. xxiii *Lucæ*, docet sinceritatem veritatem ab Adamo, restitutam esse per Christum, adeoque Christum in cruce bibisse acetam, ut vitium corrupte naturae de corpore aboleretur humano. « Nos ergo, inquit, vita nostra per incuriam mentis corporisque conereta transfundamus in Christum per penitentiam, ut ab illo nobis vini sanguinisque celestis incorrupta sinceritas refundatur. »

S. Bernardus, serm. 3 *De Circumcis.* : « Primo omnium, ait, Christus apparuit puræ cum virgine matre, ut simplicitatem et veroculiam ante omnia querendam nobis doceret esse. Nam et pueris simplicitas naturalis, et cognata virginibus veneranda est. Omnibus ergo nobis in conversionis nostre initio nulla magis virtus necessaria est, quam simplicitas humilis et gravitas reverenda. » Idem ad sororem, *De Molo hinc vivendi*, cap. ix :

« Sit in ingressu tuo simplicitas, in ingressu honestas. Nihil de laboribus, nihil inasertis, nihil petulantiae, nihil insolentiae, nihil levitatis in incasso tuo appareat. Animus enim in gestu corporis apparet, gestus signum est mentis. » Idem, epist. 34 ad *Robertum Cardinalem*. « Pro te faciat columbina simplicitas, et adversus maligni et antiqui serpentis astutias militet prudentia serpentina. »

Ita Paulus gloriatur in sinceritate, eamque vocat gloriam conscientiae, II *Corinth.* I, 12 : « Gloria nostra, inquit, hæc est testimonium conscientie nostre, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo. » Et ad eandem exhortans Corinthios omnesque fideles epist. I, cap. v, vers. 7 : « Pascha nostrum, inquit, immolatus est Christus. Itaque epulemur nos in fermento veteri, neque in fermento malitie et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis. » Paulus enim azymus est purus et sincerus ; fermentatus vero est impurus et mixtus. »

2. UT MEMORES SITIS VERBORUM QUAE PRÆDIXIT VERBORUM A SANCTIS PROPHETIS. — q. d. Ut memores sitis verborum, quae prae dixit in oraculis Prophetarum. Unde græca clare habent in *quædam*, *quæ prae dixit* prophetarum. *ita nos in his verbis*, id est, ut memores sitis verborum prae dictorum a sanctis Prophetis. Ita Oecumenius, Pagninus, Valartinus, et alii. Noster interpretor « *præ dixit*, id est *præ dictorum*, sagaciter retulit, tam ad S. Petrum, quam ad Prophetas, quia vidit S. Petrum refricare fidei verba oracula Prophetarum, non omnia illa enim plurima et multis incognita sunt, nec hæc pertinent), sed ea duntaxat quae spectant Christum et Christianam fidem, ac legem quam a Prophetis prænuntiata fuisse dixit cap. 1, vers. 19 ;

fidem enim Christi ex oraculis Prophetarum confirmare intendit. Unde Dionysius Cartusianus et alii legunt : « Ut memores sitis verborum Prophetarum et Apostolorum sanctorum, q. d. Verba Apostolorum sœcivint et concivint verbis Prophetarum. Quod enim Apostoli prædicarunt factum per Christum, hoc Prophete futurum per eundem prædixerunt. Hoc est quod ait Paulus, nos super edificados esse super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, *Ephes.* II, 20. »

ET APOSTOLORUM VESTROREM, PRÆCEPTORUM DOMINI ET SALVATORIS. — quia præcepta Apostolorum sunt præcepta Christi Salvatoris, q. d. Ut memores sitis præceptorum Christi Domini et Salvatoris, quae ejus jussu vobis promulgavit Apostoli vestri ; illi enim non sua, sed Christi præcepta vobis tradiderunt. Sic ait S. Paulus : « Scitis quae præcepta dederim vobis per Dominum Jesum, » I *Thess.* II, 2. Unde infer vers. 8 : « Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum ; » et I *Cor.* XIV, 37 : « Si quis, ait, videtur Propheta esse aut spiritualis, cognoscat quod scribo vobis, quia Domini sunt mandata. »

Alii per hyperbaton « *Domini Salvatoris referunt non ad præceptorum, sed ad Apostolorum, q. d.* Memores estote præceptorum Apostolorum, quia illi sunt Apostoli Domini Salvatoris. Ita S. Judas, vers. 17 : « Memores, ait, estote verborum quae predicta sunt ab Apostolis Domini nostri Jesu Christi. » His accensit illi favent nonnulla Græca, quae pro *quædam*, id est *vestrorum*, ut legunt Complut., Regii et Latini Vulgatus, legunt *quædam*, id est *nostrorum, q. d.* Apostolorum qui sumus nos. Unde Valartinus totum hunc locum sic vertit, « Ut memores sitis verborum quae predicta sunt a sanctis Prophetis, et mandati nostri qui sumus Apostoli Domini et Salvatoris. »

3. HOC PRIMUM SCIENTES. — q. d. Ante omnia hoc veluti maximi momenti scitote et advertite, quasi ab eo penderet æternus salus, vel damnatio vestra : quo significant fideles, si salvi esse velint, summo cavere debere seductores et hereticos : hi enim suos assellata seculum abducent in gehennam. »

VENIENT IN NOVISSIMIS DIEBUS. — sub finem mundi, tempore Antichristi, inquit S. Augustinus, lib. XX *De Civit.*, xviii, et alii. Hoc verum, sed arctius : S. Petrus enim monet fideles tum viventes et deinceps victuros, ut caveant hosce seductores. Unde nota *ἐσχάτα*, id est *novissima tempora*, in Scripturis vocari *ἐσχάτα*, id est *posteriora*, utraque enim significant hebre. אחרית אחרית : quo modo Propheta solent vocare Messiam tempus novissimum, id est posterior, ad sequens legem tum nature, tum Moisi. Ita illud vocat Isaias, cap. II, vers. 1 ; Michæas, IV, 1 ; Joel, II, 28, et S. Joannes, epist. I, cap. II, 18. Significat ergo S. Petrus omnibus futuris temporibus, et maxime sub finem mundi, venturos varios seductores, omnesque studioso esse cavendos. Idem monuit S. Paulus, I *Timoth.* II, 4, et *Actor.* XX, 29. Vide ibi dicta.

Notat præcipue Gnosticos, qui illo ævo Josepha libro vacandum cupidinibus et libidinibus, et fideles minantes diem judicii irridebant, quasi qui inani umbra et terrenalium rei false, sibi adimerent usum et fructum jucundæ et voluptuarie vite. »

IN DECEPTIONE ILLUSORES. — S. Augustinus, lib. XX *De Civit.*, xviii, legit, *illusiones illudentes* ; S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovin.*, *illusores seductores*. Tales erant Gnostici, qui irridebant omnia divina et humana, ac præsertim metum numinis, judicii et vindicte divinæ : hunc enim adimentes hominibus persuadebant eis impune vacare Veneri et ventri. Atque hæc erat, et etiamnum est hereticorum doctrina, seductio et deceptio. Idem faciunt moderni Gnostici, qui, cum sint sine Deo (supposito athen), solos se sapere putant, atque sapientes indignant.

JUXTA PROPRIAS CONSCIENTIAS ANBUANTES. — indulgentes gule, libidinis ceterisque concupiscentiis, idque assidue et continue : « enim *ambulantes* significat continuationem, consuetudinem, propositum et statum vite voluptuarie. »

4. DICENTES (irrisorie, ut illi eorum prodromi apud Jeremiam dicentem, cap. xvii, vers. 15 : « Ecce ipsi dicunt ad me : Ubi est verbum Domini ? venit. ») : Ubi est PROMISSIO ET ADVENTUS ETIUS. — Græce jam legitur *ὅτι τὸ ἐγγύς ἐστι τὸ ἐρχομένου*, id est, ubi est *promissio presentia* (vel *adventus*) ipsius, ut legit S. Augustinus, lib. XX *De Civit.*, xviii. Ipsius, intellige Christi, qui, ut omnibus fidelibus constat, promisit se rursus venturum in terram, ut sua presentia visitet et judicet mundum, bonos glorificando in caelis, malos damnando ad tartara. Hebraei enim suppositum saepe subintendit, et illud quasi vulgatum et notum cuique subaudiendum relinquunt. Sensus est, q. d. Venient seductores, qui, ut concupiscentias suas sine remorsu et metu numinis vindictis impudenter insular brutorum explent, negabunt Christum reditum ad Judicium, pensasque exacturum de his qui concupiscentiis indulserint. »

Tales fuere primo, Sadducei negantes carnis resurrectionem omnemque spiritum, ad consequenter animæ immortalitatem, gehennam et vitam æternam, *Actor.* cap. xxiii, 8. Secundo, idem docuerunt Dositheam, orti a Dositheo Judeo, tempore Neronis et S. Petri sub ævum Domini 52, teste Hegesippo et S. Hieronymo *Contra Lucifer.* Tertio, Hymeneus et Philetus discipulis resurrectionem jam esse factam, quos S. Paulus tradidit Satanae, ut *Timoth.* II, *Quæ*, innotici negantes judicium, teste Phalarista, domi in parens fuit vel Basilides, ut vult S. Hieronymus *De Virtutibus Illustr.* ; vel Nicolaus, unus e septem primis Discipulis, ut vult S. Augustinus, lib. *De Haeresibus* ; vel potius Carpoctates, ut vult S. Irenæus, lib. I, cap. xxix, qui illo ævo vixit, et auctorem pene videre potuit. Quinto, Floriani, dicentes resurrectionem non esse

aliam, quam filiorum procreationem; in hac enim poterit quasi resurgit et perdurat in filio: quorum auctor fuit Florianus sub Commodi Imperatore et Sotere Pontifice, sub annum Christi 182, teste Eusebio, lib. V *Histor.*, cap. xv. *Secundo*, futurum iudicium et carnis resurrectionem negabant Symmachiani sub annum Domini 273. *Septimo*, Proclitico, qui et Proclianite et Hermotitiae a Phalastrio nominantur, orique sunt tempore Valentis Imperatoris et Damasi Pontificis sub annum Domini 382. *Octavo*, Albanenses, anno Domini 766. *Nono*, sub annum Domini 1001, cum multi diem finis mundi prefixissent, eorumque praedictio deprehensa esset falsa, nata est haeresis dicentium mundum esse incorruptibilem, quae se hoc S. Petri loco tueri conabatur, ut ex Abboue, abbate Floriacensi, refert Baronius anno jam dicto. *Decimo*, nostro aeo, iudicium futurum negarunt Davidgeorgiani anno Christi 1535. Rursus Libertini, ut quasi equi effrenes concupiscentis adhaerent et indulgent, negant iudicium, resurrectionem omnique nomen. Idem faciunt multi alii, pluresque faciunt in fine mundi, se in praeis ipse Antichristus, qui erit atheus et luxuriosissimus, atque atheismus et episcopisurum publico doceret; volent enim ipse solus coli ut Deus, ut docet Daniel, cap. xi, vers. 37, et Paulus, II *Thimoth.* ii, 4.

Ex quo ENIM PATRES (scilicet primi et priores, a quibus genus hominum proseniaturum est) permanent (mortui s. ai), OMNIA SIC PERSEVERANT AD INITIO CREATIONIS. — Graeco *αἰώνος*, id est creationis. Unde Tigurina verit, *omnia sic permanent sicut ab initio creationis erant*, q. d. Omnia sic permanent, sicut ab initio condita et creata sunt.

Ex mundi diuturnitate et rerum omnium constantia colligitur ejus aeternitatem, quod scilicet talis tempore perdurabit, ut de ejus occasu et secundo Christi adventu nemo debeat esse sollicitus. Sic Aristoteles, lib. I *De Caelo*, caelum esse incorruptibile colligit ex eo, quod nulla unquam in eo visa sit mutatio. Sed paralogizant et errant, tum qui crebra, imo perpetua, sunt in mundo rerum vicissitudines, motus, generationes, corruptiones, alterationes, etc., uti subdit S. Petrus; tum qui nomen, id est Deus gubernator, iudex et vindex, maxime demonstratur ex mundi hujus inconstanti constantia, et constanti inconstantia. Quis enim res tam inconstantes, imo inter se pugnant et contrarias, ut sunt ignis et aqua, calor et frigus, auster et Aquila, humor et siccitas, grandis et pluvia, sterilitas et fecunditas, fruges et fructus tam vari et contrarii, etc., facit eos adeo esse constantes, ut tam constanter stantis temporibus per tot aeternum nulla nascantur et proveniunt, nisi unum idemque constans Numen? Vide Theodoretum decem libris *De Providentia*, et nostram Lessium *De Numinis*. Tum denique, quia creature sicut a Deo create initium acceperant, ita et ab eodem finem praestitutum accipiunt. Qui

enim ea facit oriri, idem faciet ea occidere: in ipse enim manu et arbitrio uti est rerum ortus, ita est et occasus, uti clamant omnes Prophetae totaque Scriptura. Id adeo verum est et evidens, ut Cicero, lib. II *De Natura Deorum*, ex Aristotele id ostendat esse luce clarius; sic enim ait: « Praeclare Aristoteles: Si essent, inquit, qui sub terra semper habitavissent bonis et illustribus domiciliis, quae essent ornata signis atque picturis, instructaque rebus his omnibus quibus abundant il qui beati putantur, nec tamen exissent unquam supra terram, accepissent autem fama et auditione esse quoddam numen, et visa Deorum; deinde aliquo tempore patefactis terrae faucibus, ex illis aditus sedibus evadere in haec loca quae nos incolimus, atque extra potuissent: cum repente terram et maria coluntque viderent, nubium magnitudinem, ventorumque vim cognovissent; aspexissentque solem ejusque tum magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam effluantiam cognovissent, quod is diem efficeret toto caelo luce diffusa; cum visum terras nox occupasset, tum caelum totum pernetent astris distinctum et ornatum, hincque luminum varietatem, tum crecentis, tum senescentis, eorumque omnium ortus et occasus, atque in omni aeternitate ratos immutabilesque cursus: haec cum viderent, profecto et esse Deos, et haec tanta opera Deorum esse architecturaverunt. » Et inferius: « Quis enim hunc hominem dixerit, qui, cum tam certos oculi motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se connexa et apta viderit, neget in his ullam inesse rationem, eaque casu fieri dicat, quae quanto consilio gerantur, nullo consilio asssequi possimus? An cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphaeram, ut domus, ut alia permulta, non dubitamus quin illa opera sint rationis; cum autem impatum caeli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus, constantissime constantemque vicissitudines anniversarias, cum summa salute et conservatione rerum omnium, dubitamus quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam divinaque ratione? Delenda discurrere per singula elementa, astra, solem, lunam, herbas, flores, bestias, ac membra hominis, ostendit omnia et singula non nisi a divina mente tam affabre esse composita, ac ab eadem conservari, regi et dirigi, ut omnia tacita voce clamant esse Numen, esse Deum iudicem et vindicem malorum aequae ac bonorum. »

3. LATET ENIM NUS HOC VOLENTES. — q. d. Volentes et ultra hoc nesciunt, quia scire nolant. Haec est ignorantia affectata propria illorum, seductorum et haereticorum. Probat creatura non sic perseverare uti fuerunt ab initio creaturae, uti dicebant illusores et Gnostici, ex eo quod Deus tempore Noe totam mundum ob scelera perdidit diluvio, ac simili modo cum perditus sit per ignem, eoque illi finem cum merita pona cuique allaturus. Ita Eucumenius: « Sicut, ait, caelo et

terra ex aqua constituta diluvium inopinato supervenit, ita et nunc statutum est ut per ignem fiat universi conflagratio, cum quo impii peribunt. »

QUOD COELI ERANT PRIMUM, ET TERRA, DE AQUA ET PER AQUAM CONSISTENS VERBO DEI. — Est syllepsis: *et enim consistens non tantum terram, sed et caelos respicit, et in se quasi concipit; proxime tamen refertur ad terram, ideoque dicitur consistens in singulari; sed tamen ad caelos quoque per syllepsin hebraicam (hebraei enim adjectivum concordant cum substantivo proximiori, licet ad remotius quoque referatur: vide Bellarminum in *Syntaxi hebraica*) extenditur, ut consistens idem sit quod consistentes, ut legit Clarus, Catharinus, Salmeron et Cajetanus. Ino S. Augustinus, XX *De Civitate*, cap. xviii, sic legit: « Caeli erant olim et terra de aqua et per aquam constituta; » ac Beda et Eucumenius hic, et Rupertus, lib. I in *Gen.*, cap. I, sic legunt: « Caeli erant olim de aqua et per aquam constituti. » Ex qua lectione liquet caelos formatos esse ex aqua, ideoque hebraice vocari *scamain*, id est, *ubi aqua*, uti ostendit *Genes*, i, 2 et 6, et asserit Eucumenius hic: unde aqua ita dicta est, quasi a qua omnia. Hinc Thales Milesius dixit aquam esse rerum omnium principium. Sensus est, q. d. Latet eos quod caeli et terra consistant Dei verbo, ac profunde quod eodem Dei verbo occidere et aboleri possint. Sicut enim Deus dicendo: « Fiat lux » caeli, sol, etc., ita creavit felicitate ut essent et consistant: ita puriter dicendo Non sint amplius, vel desinant esse, illico ita non erunt et esse desinent; imo si Deus dixisset suum verbum manumque subducit, ita ut amplius non dicit: « Fiat lux » caeli, sol, etc., hoc ipso omnia esse desinant. Res enim omnes ita a Deo ab initio create sunt, ut continuo ab eo conservari, sumque esse accipere, ac velut continuo creari debeant: pendunt enim a Deo, ut radii pendunt a sole. Quare conservatio rerum in Deo non est aliud, quam continuatio creationis, sive continua rerum creatio. Porro caelos et terram proprie accipere, non autem materiam primam, uti videtur velle S. Augustinus, lib. I *De Gen. contra Manich.*, cap. vii; nec enim materia prima creata est informis, sed cum forma colorum et terre, Rursus caeli non solum aereni, ut vult Beda et alii, sed et veros caelos significat.*

4. TERRA DE AQUA ET PER AQUAM CONSISTENS. — Quis res quomodo hoc sit verum? Respondet primo, Eucumenius: « Duo, inquit, sunt elementa (per quae Deus perdidit et perdit impios cum mundo) quae universi machinam maxime continent, et coherentem conservant, aqua et ignis, ex quibus reliqua duo etiam existunt. Nam aer ex aquarum exhalatione, terra ex aerum concretionem consistit. » Verum terra initio mundi per se creata est, non ex aqua, ut patet *Genes*, i, 1.

Quare secundo, melius idem Eucumenius: terra,

ait, dicitur ex aqua et per aquam consistere, « quia aqua continet terram velut gluten quoddam quod ipsi adest, quod nisi ipsi contingeret, necesse esset illam dissolvi et ferri in aereni. » Aqua ergo terram quasi gluten compingit et conglutinat, ut una ejus pars alteri velut compacta cohaerent. Ita Philo, lib. *De Mundi opificio*, qui ait aquam misceri terrae, tum ut eam conglutinaret, tum ut eam fertilem et animantium usui aptam reddat. Unde nonnulli haec referunt ad fontes et flumina, quibus quasi venis terra irrigatur, ne redigatur in pulverem. Tertio, alii aiunt terram esse de aqua, quia ab aqua ita dirupta est, ut separatam ab ea globum efficit. Verum hoc doctores Mathematici ex eclipsibus aliisque experimentis confutant, probanteque ex aqua et terra unum globum consisti, ut unum sit totius mundi centrum. Vide nostrum Clavium in *Sphaera*. Quarto et gemine, terra de aqua, graeco *ἐξ ὕδατος*, id est ex aqua, consistit, quia scilicet primo die mundi terra tota operiebatur aqua, sicut uti non apparet: et nusquam esse videtur: tertio vero die mundi Deus aquas a terra separavit, et in unum locum congregavit, *Genes*, i, 2 et 9; tunc ergo terra ex aqua quasi emans et emergens apparuit, seque esse et existere propria demonstravit. Neque aliud vult Scriptura, *Psal.* xxiii, 2, cum ait, quod Deus a super maria fundavit eam, scilicet terram. Sensus enim est, q. d. Deus fecit terram eminare et apparere ex aqua et mari. Rursus de aqua, quia Deus fecit ut terra quoad littora aliquantulum altior esset extremitatibus maris vicini, ut ex his, quasi celsior, exstare et caput attollere videretur.

Dices: Quomodo S. Petrus ait terram non tantum ex aqua, sed et per aquam consistere? Respondet, « per aquam, » id est, in aqua media, aut inter aquas medias jam segregatas, et varias partes terras undequaque ambientes, terra ipsa consistit, quod Galli dicunt, *en Fens*, parvi *Fens*; *et ergo per aquam explicat illud *de aqua*, et cum eo pene unum idemque est. Nam *de aqua* significat terram ex aqua exlata et eminere: *et vero per aquam*, significat eam non ita eminare ut sit ab aqua separata, sed potius aquam ei esse immixtam, inpersam et insertam, sicut homini pituita et sanguis per venas immixtus et insertus est. *Secundo*, « per aquam, » quia terra per se arida et diffusiva, per aquam quasi viscum et gluten conglutinatur et compingitur, ut in unum globum cum ea coalescat, uti paulo ante dixi. Licet enim terra elementorum et corporum sit infima, tamen Deus ita digessit aquas, ut terra illis circumposita et imposita videatur. Oceano enim circumsepta, et tot fluminibus passim scaturientibus irrigata, per aquas quasi constringit, humectari, coalescere, fundari et vivificari videtur. Meminit aquarum S. Petrus, propter diluvium ex aquis natum, de quo sermonem subdit. Denique noster Lessius, *De Attrib. divin.*,*

lib. XIII, cap. XX, *de aqua referat ad caelos, et vero per aquam ad terram*, explicatioque de divisione aquarum superarum ab inferis, *Genes. 1, 6, q. d. a Coeli constituti sunt ex aquis, et quia Deus initio mundi constituit fecitque firmamentum (puta caelum), quod medium consisteret, divideretque aquas superas ab inferis, itaque us utrisque extaret, et ab utrisque separatim consisteret. Terra vero constituta fuit per aquam, quando aquas quae erant supra firmamento, congregavit in unum locum, et per medicam aquarum apparuit arida. Similis trajectio hebraice est Psal. LXXV, 9, et Psal. CXXI, vers. 5 et 6, et alibi. Eodem est huius loco appositae, ac significant caelos ex aquis non tantum extare, sed et esse factos, ut explicat S. Clemens, lib. I *Recogn.*, qui asserit id se accepisse ex ore S. Petri. Quare haec expositio videtur plane esse ex mente S. Petri, ac genuina, ut *de aqua* referendo ad caelos, *et vero per aquam* referendo ad terram, sic exponas, q. d. Coeli primitus ex aqua a Deo creati verbo Dei consistant, terra vero per aquam et immixtam eodem Dei verbo firma consistit. Sic *Coel. 1, 5*, cum dicit sponsa: «Nigra sum, sed formosa, sicut tabernaacula Cedar, sicut pelles Salomonis;» ita haec per traiectionem respective combinanda et explicanda sunt, q. d. «Nigra sum sicut tabernaacula Cedar, sed formosa sicut pelles Salomonis.»*

CONSISTENS DEI VERBO — dicens: «Fiat lux, fiant luminaria,» etc., *Gen. 1, 3*. Hoc est quod ait Psalles: «Verbo Domini oculi firmati sunt, et spiritus oris eius omnis virtus eorum,» *Psal. XXXII, 6*. **PER QUAE** — caelos et terram, dantes aquas diluvii, quae antiquas aquas sedes repeterent occupando scilicet et opediendo rursum totam terram, quibus Domini imperio cessant, *Gen. 1, 9*: repeterent eas, itquam, novo miraculo, ad ulciscendum impiorum terrigenarum scelera (1). Respondet enim illorum objectioni, dicentium, vers. 4, omnia perseverare sic sicut initio creata sunt, ac proinde nullum esse, vel fore scelorum iudicem et vindicem. Hoc conlutat, dicens fuisse Deum impiorum vindicem, cum omnes aquas diluvii miserit et perdidit: sed hoc, inquit, laet eos, quia id neciunt, vel seire nolunt.

AQUA INUNDATUS PERIIT. — Pro *inundatus* Thomas Anglicus per paragramma legit *mundatus*: hoc verum, sed mendosum.

7. COELI AUTEM QUI NUNC SUNT, ET TERRA, EODEM VERBO REPOSITI SUNT, IGNI RESERVATI. — Est antithesis explicans vim argumenti: opponit enim terram et caelos qui erant prius, graece *terras*, id est, prices, olivantis, antiquas, terram et caelos qui nunc sunt, puta modernos; quod sicut illi, peccante mundo, perierunt communi diluvio aquarum, ita hi peribunt diluvio ignis in conflagratione mundi, ulcescente Deo hominum scelera per ignem, sicut olim ea ultus fuit per aquam; ac proinde expectandum esse singulis, ac metuendum hoc ejus iudicium et vindictae supplicium. Parro caeli qui prius erant, perierunt diluvio, non toti, sed quoad partem inam et cilliam terrae, puta quoad aera tam infimam quam mediae regionis. Aqua enim diluvii excessit omnes montes (ac proinde et mediam aerae regionem) quindecim cubitis, *Genes. VII, 20*.

Engubinus tamen et Oleaster, quos citavi *Genes. VII, 11*, atque alii, caelos hic totos et universim tam pro caelis proprie dictis, quam pro aere accipiunt: sic enim accipiuntur in sequentibus. Ili enim auctores consent, tempore Noe aquas quae supra caelos et supra firmamentum sunt, depluisse, ut terrae inducerent diluvium: ad hoc enim tam amplum, utipote montes omnes transcedentes ad quindecim cubitos, nec aer, nec centum maria sufficissent. Ergo aquis, quae supra caelos vastissimas Deus in hunc finem reposuerat, fuit opus. Et hoc videtur hic exigere plena et perfecta antithesis S. Petri, q. d. Caeli priores, puta qui erant ante diluvium, eo fissi et obruti quasi perierunt; quia aquae quae supra caelos sunt, depluentes ad diluvium, eos fiderunt, obruerunt et immutarunt: simili modo caeli post diluvium a Deo restaurati qui nunc exstant, in fine mundi igne conflagrationis ardebunt, solventur et peribunt; ac novi caeli et nova terra a Deo formabuntur, quae cum Beatis gloriosa permanent in aeternum. Nam discrete, vers. 12, caelos ab elementis distinguit, dicens: «Caeli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent.» Si caeli posteriores igne tubescent, ergo pariter priores, quia qui erant ante diluvium, aquas ejusdem quasi contabuerunt. Ita ipsi: de quo dixi *Genes. VII, 11*.

EODEM VERBO (scilicet eodem Dei imperio et jussu quo olim aquis diluvii obruti sunt) *repositi sunt*, — *restituti sunt* alicui, id est, quasi in thesaurum divinae providentiae, justitiae et vindictae reconditi sunt, scilicet «igni reservati,» ut sequitur. Male ergo Hugo et Dionysius *repositi sunt* interpretantur «iterum positi sunt, a in pristinum statum restituti.» Sicut ergo peccator thesaurizat sibi culpam, ita Deus thesaurizat ei peccatum. Habet enim in thesauris sume omnipotentiae et providentiae infinitae suppliciorum genera, quibus culpas hominum pro meritis pleat et puniat. Unde S. Paulus ait quod peccator «thesaurizat sibi iram in die ire et revelationis justitiae dei,» *Rom. II, 4* et seq. Et Iacobus, cap. V, vers. 3: «Thesaurizastis, ait, vobis iram in novissimis diebus.»

IGNI RESERVATI. — De quo Psalles, *Psal. LXXI, vers. 9*: «Ignis ante ipsum procedet,» et Paulus, *II Thess. 1, 8*: «In revelatione Domini Iesu de caelo, cum angelis virtutis ejus in flamma ignis dantis vindictam iis qui nonnaverunt eum.» Quia

rum, ita hi peribunt diluvio ignis in conflagratione mundi, ulcescente Deo hominum scelera per ignem, sicut olim ea ultus fuit per aquam; ac proinde expectandum esse singulis, ac metuendum hoc ejus iudicium et vindictae supplicium. Parro caeli qui prius erant, perierunt diluvio, non toti, sed quoad partem inam et cilliam terrae, puta quoad aera tam infimam quam mediae regionis. Aqua enim diluvii excessit omnes montes (ac proinde et mediam aerae regionem) quindecim cubitis, *Genes. VII, 20*.

Engubinus tamen et Oleaster, quos citavi *Genes. VII, 11*, atque alii, caelos hic totos et universim tam pro caelis proprie dictis, quam pro aere accipiunt: sic enim accipiuntur in sequentibus. Ili enim auctores consent, tempore Noe aquas quae supra caelos et supra firmamentum sunt, depluisse, ut terrae inducerent diluvium: ad hoc enim tam amplum, utipote montes omnes transcedentes ad quindecim cubitos, nec aer, nec centum maria sufficissent. Ergo aquis, quae supra caelos vastissimas Deus in hunc finem reposuerat, fuit opus. Et hoc videtur hic exigere plena et perfecta antithesis S. Petri, q. d. Caeli priores, puta qui erant ante diluvium, eo fissi et obruti quasi perierunt; quia aquae quae supra caelos sunt, depluentes ad diluvium, eos fiderunt, obruerunt et immutarunt: simili modo caeli post diluvium a Deo restaurati qui nunc exstant, in fine mundi igne conflagrationis ardebunt, solventur et peribunt; ac novi caeli et nova terra a Deo formabuntur, quae cum Beatis gloriosa permanent in aeternum. Nam discrete, vers. 12, caelos ab elementis distinguit, dicens: «Caeli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent.» Si caeli posteriores igne tubescent, ergo pariter priores, quia qui erant ante diluvium, aquas ejusdem quasi contabuerunt. Ita ipsi: de quo dixi *Genes. VII, 11*.

EODEM VERBO (scilicet eodem Dei imperio et jussu quo olim aquis diluvii obruti sunt) *repositi sunt*, — *restituti sunt* alicui, id est, quasi in thesaurum divinae providentiae, justitiae et vindictae reconditi sunt, scilicet «igni reservati,» ut sequitur. Male ergo Hugo et Dionysius *repositi sunt* interpretantur «iterum positi sunt, a in pristinum statum restituti.» Sicut ergo peccator thesaurizat sibi culpam, ita Deus thesaurizat ei peccatum. Habet enim in thesauris sume omnipotentiae et providentiae infinitae suppliciorum genera, quibus culpas hominum pro meritis pleat et puniat. Unde S. Paulus ait quod peccator «thesaurizat sibi iram in die ire et revelationis justitiae dei,» *Rom. II, 4* et seq. Et Iacobus, cap. V, vers. 3: «Thesaurizastis, ait, vobis iram in novissimis diebus.»

IGNI RESERVATI. — De quo Psalles, *Psal. LXXI, vers. 9*: «Ignis ante ipsum procedet,» et Paulus, *II Thess. 1, 8*: «In revelatione Domini Iesu de caelo, cum angelis virtutis ejus in flamma ignis dantis vindictam iis qui nonnaverunt eum.» Quia

et Sibylla, lib. II *Oracul.* Je hoc igne conflagrationis ita canit:

Tunc ardens novus caelo manabit ab alto
Ignes, atque haec consumet funditas omnes.
Terrenaque, Oceanum ingentem, et castra pioni
Sagen, licet, fluitis, fontes, Biternaque severum;
Celestemque pelor. Et quaeque luminis in unam
Fluxa fluant, forma soluta prostris eorum:
Astra calcet etiam de caelo cuncta revoluta.

Et in eandem sententiam Ovidius haec scribit:

Eae quoque in factis remissis affore tempus,
Quo mare, quo tellus, quo rectaque regia caeli
Ardeat, et mundi moles operosa laborei.

Hinc disco quanta sit gravitas scelerum, quantumque currit poena et vindicta: ob illa enim totus hic mundus conflagrabit, sicut olim ob eadem conflagravit Sodoma totaque Pentapolis.

DE IRE JUDICII ET PERDITIONIS IMPIORUM HOMINUM.

— Quaesitum primo, an ignis hic praecedat iudicium, an vero sequatur? S. Augustinus, *XX De Civit. xvi* et *XXVIII*, censet securum. Accedunt Prosper, Anselmus et alii, quos citat et sequitur Suarez, *III part. tom. II, disp. LVII, sect. 1*, qui censent conflagrationem mundi futuram post iudicium ad hoc, ut per illam plane expietur mundus ab omnibus omnino sceleribus, etiam maledictis et blasphemis a reprobis in iudicio committendis. Verum communior sententia Doctorum est, hunc ignem praecedentem Christum iudicem ejusque iudicium. Rationes sunt: *Primo*, quia id clare dici videtur, *Psal. XC, 3*: «Ignis ante ipsum procedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus. Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie Domini omnis terra. Annuntiaverunt caeli justitiam ejus, et viderunt omnes populi gloriam ejus.» Quibus verbis plane significatur, quod ignis hic praecedet, omniaque exuret, deinde sequetur Christus iudex ac peraget iudicium. *Secundo*, quia homines qui in fine mundi vivi reperientur, hoc igne examinabuntur, et a levibus culpis purgabuntur, juxta illud *I Corinth. cap. III, 13*: «Unusquisque opus quale sit, ignis probabit; et si salvus erit, sic tamen quasi per ignem;» ibi enim loqui Apostolum de die iudicii (hunc enim vocat diem Domini) et igne conflagrationis mundi, ibidem ostendi. Homines autem purgabuntur non post resurrectionem et iudicium (dicit id de nonnullis censentibus Casarius Arelatensis, *hom. 4* in illud *I Corinth. II*: «Salvus erit, sic tamen per ignem»), sed ante, ut plane purgati possint cum aliis rapti obvia Christo in aera, statimque a Christo beati, glorificari, et cum illo in caelum conscendere. *Tertio*, quia decet Christum gloriosum non descendere in orbem, nisi jam per ignem purgatum et expiatum; *quarto*, quia hic ignis quasi licet assistat Christo iudici, ut reprobos percellat et puniat, utque prolata a Christo in eos damnationis sententia, illico eos abripiat, secumque convelvat in tartara. Hoc enim significat hic S. Pe-

trus, cum ait hunc ignem *reservet* in diem iudicii et perditionis impiorum; et Ecclesia dum canit in Officio defunctorum: «Liberata me, homine, de morte aeterna in die illa tremendo, quando caeli movendi sunt et terra, dum veneris iudicare saeculum per ignem.» Et Tertullianus, vel potius Novatianus, *lib. De Trinit., cap. VIII*: «Ad ignem, inquit, iudicii diem mundus iste festinat,» quibus verbis ad haec S. Petri alludit. Et S. Augustinus, *lib. I Homia., hom. 16*, ubi ex S. Paulo docet uniuscujusque opus igne probandum.

Hic ergo videtur futurus ordo et series conflagrationis et consumptionis mundi. *Primo*, Deus per angelos excubitat ignem, quod conflagrabit mundus: eodem occidentur omnes homines, sed cruciabuntur et purgabuntur si duntaxat, qui culpas habent et purgatione indigent, quisque magis vel minus pro meritis cuiusque; *secundo*, Archangelo tuba insonante: «Surge, mortui, venite ad iudicium,» omnes et morte et cinere resurgent, et ab angelis rapientur in vallis Josaphat, ut ibi a Christo iudicentur; *tertio*, iudicium omnium et singulorum peraget Christus, maxque ignis sic reprobos ab eo iudicatos et dampnos secum rapiet in tartara. Quocirca videtur ignis hic fore similis et ejusdem naturae cum igne gehennae: illi enim associabitur, in eamque desinet. Atque haec ratioe tunc ignis hic expiat mundum a maledictis et blasphemis reproborum commissis in die iudicii, quia ipso abripiat in tartara, ut non sit opus alia expiatione aut combustione mundi. Hinc de eo canit Sibylla Frythrea:

Decidet et caelo ignis ac salubris amnis;

ut sit similis igni inferni, qui est sulphureus, ut patet *Isaia XXX, 33*; *Apoc. XX, 9*, et alibi.

Quaesitum *secundo*, quos effectus operabitur hic ignis? Respondet *primo*, serviet Christo ut eius maiestatem tum divinae, tum regalem et iudicariam in ejus humanitate representet et condecoret. Ignis enim est index divinitatis: unde passim in Scriptura Deus apparuit et representatus fuit per ignem, ut ostendi *Exodi III, 2*, et *xix, 18*. Rursum regibus praeferebatur ignis, quasi symbolum potentiae et vindictae, ut dixi *Jerem. I, 13*. Ignis ergo hic praevius ostendet, et quasi muta voce clamabit Christum esse Deum, et quia hominem esse Regem et iudicem universorum.

Secundo, ignis hic dissolvat omnia corpora mixta in elementa: cum enim illa ad usum temporalis vitae hominum condita sint, cessante illa vita nulli erunt usui, ac proinde resolvenda sunt in sua principia, ex quibus sunt compacta, et suis elementis restituenda. Ita noster *Leviticus, lib. XIII De Divit., attrib., cap. XX*, qui idipsum de omnibus omnino mixtis affirmat: licet nonnulli id negent censentque quaedam reservanda, ac nominatim paradisum terrestrem in usum parvulorum qui defuncti sunt sine baptismo in peccato originali; hos enim censent victuros in hoc mu-

(1) Alii Graecum *et in vertunt*, non per quas (nunc sequitur aqua), sed proinde, quasi *ita*. Sensus tamen idem est si *et in vertas per quas*, scilicet caelos, et quibus diluvii aquae in terram effusa sunt.

de per totam aeternitatem : de quo plura vers. 10 et 13. Verum omnia exurenda esse discretis verbis asserit S. Petrus in fine vers. 10.

Tertio, ignis hic purgabit justos tunc vivos qui aliquid culpe, vel poenae laedum ad expiandum habebunt, ut docet S. Paulus I. Cor. iii, 13; justos vero plene purgatos vel non attinget, vel potius attinget quidem, sed non affliget, nisi quantum mors naturaliter naturaliter morientem affligere solet : igne enim hoc morientur omnes etiam justi, nisi dicas Deum justos non igne, sed alia facilitate morte afflictorum. Certe igne omnes morituros docet S. Bonaventura in IV, dist. 47, Quæst. ult. et historial S. Augustinus, *Genes. 16*, inter 89 : « Ille, ut, qui temporalibus poenis digna gesserunt (de quibus Apostolus dicit, Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem), per fluvium igneum, de quo Propheticus sermo memorat (et fluvius igneus crederet ante eum) : per fluvium, inquam, igneum, et vada ferocibus globis horrenda transibunt : quæ si fuerit peccati materia, tanta erit et transcendit nota; quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vindicabit quædam flamma rationalis disciplina; et quantum stulta iniquitas suggesterit, tantum sapiens poena deserviet. » Ubi notandum, aut Lessius loco jam citato, hunc ignem quæ ratione prædictum, singulos cruciantur plus vel minus, pro culpa vel reatu quantitate; quæ agit ut instrumentum divini iustitiam, manu potentis illius applicitum, ut etiam docet S. Thomas in IV, *distinet. 47*, versus finem, ubi dicit omnes quidem tam bonos, quam malos hoc igne perimentos, et in cinerem vertendos, sed bonos in quibus nihil purgandum, nullum dolorem sensuros; malos graviter cruciantur; bonos vero in quibus aliquid purgandum, sensus cruciantur ex illo igne plus, vel minus pro merito- rum diversitate. Idem modus servatur in igne Purgatorii : servit enim ignis ille in eos qui purgantur, pro delictorum gravitate et reatu magnitudine.

Quarto effectus erit mundi expiatio; est enim hic mundus veluti templum divinitatis, quod deus ad suum cultum et honorem condidit et sanctificavit, hoc templum per infinita hominum et demonum peccata, per sperales carnales et spirituales multas seculis fuit inquinatum : unde priusquam renovetur ad statum gloriæ, expiandum erit, quæ expiatio sicut olim facta est per aquam, ita nunc fiet per ignem, qui applicatus est ad hunc effectum.

Mystice, ignis hic representabit ignem, id est, sincerum, clarum, exactum, acie et effluax fore hoc Christi iudicium, juxta illud *Daniel. vii, 10* : « Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus ; » et *Apoc. i, 14* : « Oculi ejus tanquam flamma ignis, et pedes ejus similes aurichalco, » etc.; et : « De ore ejus gladius utriusque parte acutus exibit ; » et : « Facies ejus sicut sol lucet in virtute sua. »

Ex hoc igne, ejusque fide et doctrina, Gentiles Christiani factionis et seditiosis crimine oblectant, quod scilicet toti orbi minaretur incendium, eique ruinam moliretur, inquit Minutius in *Octavo*; quin et Martinus Polonus in *Chron. natrat* Neronem Christianos omnes jussisse cremari, Paulum vero eorum magistrum capite plesti, eo quod predicaret mundum igne periturum : licet alii alias persecutionis Neronianæ causas, easque probabiliores afferant.

8. UNUM VERO HOC NON LATEAT VOS, CHARISSIMI, QUIA UNUS DIES APUD DOMINUM Sicut MILLE ANNI, ET MILLE ANNI Sicut DIES UNUS. — Est occupatio; occurrunt enim objectioni : Si Christus venturus est ad iudicium, cur tandem tardat, cur tandem eretura tolerat, cur tandem suos ab impiis affligit si non? Respondet primo, omne hoc tempus, licet nobis longum videatur, tamen esse breve coram Deo, imo esse quasi diem unum, si cum Dei aeternitate conferatur. « Eternitas enim Dei est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio, » ait Boetius, *lib. III De Consolat.*; et S. Cæsarius, *frater S. Gregorii Nazianzeni, Dial. iii* : « Apud Deum, ait, vespere cabens et unicus dies est tota aeternitas. » Quare aeternitas est quasi unum, indivisibile tunc, durans semper et constans, ideoque in ea mille anni nostrates sunt quasi dies unus, et dies unus in ea est sicut mille anni nostrates : quia in ea nulla est successio; nil præterit, nil adventit : sed ipsa est quasi una dies perpetua et constans, coexistens omnibus seculis, circa quam stantem et immotam volvantur, labuntur et prætereunt omnia tempora. Ita (Ecumenius : « Apud Deum, inquit, qui infinitus est, et essentie pelagus incircumscriptum, nihil pretenditur; sed mille anni perinde atque unus dies sunt apud ipsum; aut potius, juxta David, neque diei multiplicatio est, ait enim : Mille anni in oculis tuis, Domine, tanquam dies hesternæ quæ præterit, » q. d. Mille anni apud te sunt quasi una dies : imo unum nunc aeternitatis.

Secundo et molius Gagnolinus, q. d. Apud Deum mille anni sunt quasi dies una, et vicissim dies una quasi mille anni; quia apud Deum nulla, vel exigua est distantia inter diem unum et mille annos : mille enim anni apud eum, utpote immensum et æternum adeo sunt exigui, ut videantur esse quasi dies una; nam mille anni distant ab aeternitate Dei quasi tantum, quantum distat dies una, puta in infinitum : æque ergo quasi ab ea distant, ad præinde inter se æqua et æqualia videtur : perinde ac qui in alto monte consistens, si eminus videat puerum eam viro, non secernit puerum a viro, sed videt eos quasi quid unum et æquale. Sic qui in celo consistunt, non distinguunt in terra homines ab arboribus; sed videt utrosque modicos, exiles et quasi æquales, uti nos videmus stellas parvas et magnas quasi æquales, nec inter eas distinguimus, ut magnitudinis differentiam, quæ maxima est, discernamus. Unde

frenens, sub finem lib. V, ait quosdam passasse Ideo intentatum fuisse Adamo : In quocumque die comederis ex eo, morte morieris, » *Genes. ii, 17*; quia sic revera accidit. Post esum enim pomi vetiti, Adam vivendo non explevit diem unum, quia ad millesimum annum (qui coram Deo est quasi dies unus) non pervenit.

Tertio, magis *Propheta, q. d.* Deo objective præsens est tam unus, quam mille anni; Dei oculi et obtutus conspiciunt tam diem unum, quam mille annos. Deus enim omnia etiam minima cernit, pervidet, providet, disponit, ut unus dies alteri, unus annus alteri succedat, et existat tempore a se definito. Quare non dubitetis quin et diem iudicii presentem habebit, intueatur, et tempore a se definito exhibebit, facietque apparere et existere. Æque enim omnia tempora, tam longa quam brevia, Deo et ejus aeternitati sunt presentia, ut æque interstitio omnia et singula disponat; quare non tardat Dominus promissionem suam de die iudicii, de præmiis bonorum et poenis malorum, quia eam congruo tempore a se disposito est exhibiturus. Citat S. Petrus, *Psalm. lxxxix, 8*, ubi Psaltes graphicè depicte brevitate vite nostre, aitque : « Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterit, et (tanquam custodia in nocte; et tanquam ea quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat, vespere decidit, induret et areseat, » q. d. Mille anni vite nostre, quanti pene fuerit Mathusalem (vixit enim ipse 969 annis), sunt apud Deum quasi dies hesternæ, imo sunt quasi una vigilia noctis quæ tribus tantum horis constat, imo anni hominum sunt quasi ea quæ pro nihilo habentur.

Quare vita hominum est quasi herba quæ mane viret et floret, vespere arecit et decidit. Audi S. Hieronymum in *Psalm. lxxxix* : « Videte quid dicat. O brevis aeternitas! Adam ille propagator noster, qui vixit nonaginta et triginta annis, etiam ille Mathusalem, qui vixit nonaginta et sexaginta quinque annis. Fecit quod vixerit mille : ad comparationem aeternitatis tuæ, quod grande fuerit, breve est. Quid enim prodest grande esse quod finem habet? Mille anni nostri, antequam offerderemus, una dies apud te erat. Quid dico una dies? una vigilia noctis. » Et inferius : « Quoniam omnes dies nostri defecerunt. Occurrit ætas, et cum ignoramus, graviter perimus. Et hoc ipsum quod loquimur, de morte est, et non intelligimus. Anni nostri sicut arææa meditantur. Videle quid dicat. Quomodo arææa quæ mille filia, et huc illicque discurret, et texit tota die, et labor quidem grandis est, sed affectus nullus est : sic et vita hominum huc illicque discurret. Possessiones quarimus, divitias apparatus, præcreamus filios, laboramus, in regna sustollimur et omnia facimus, et non intelligimus quia arææa telam teximus. Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Ubi sunt mille anni? In

septuaginta annis contracti sumus. Si autem multum, octoginta. Si autem plus vixerimus, jam non est vita, sed mors. Si autem in potentibus, octoginta anni. Quem enim invenies octoginta annis esse et sanum? Dicit et Græca sententia : Senectus ipsa morbus est. Et amplius eorum labor et dolor. Quidquid plus fuerit, non est vita, sed dolor. »

Hæc faciunt S. Basilii ac Theodoristi in *Psalm. lxxxix*, qui sic explicant, q. d. « Exigua et calamitosa est hæc nostra vita; apud te vero qui æternus et sempiternus es, etiam mille annorum numerus uni diei similis est. » Et Cassiodorus ibidem : « Non, inquit, vel ipsi uni diei presentem, sed præterito comparatur tam longissimus ordo seculorum. » Et Eugabius ibidem : « Est sermo, ait, Dei ad homines, q. d. Quid stultus, quæ fructus spe vivis? Quid si vel mille annos, id est, plus quam primus genitor, qui nonaginta et triginta annos traiecit, ipse viveres, omnibus hæc ætas, quia moriendum tandem est, erit tibi velut una dies hesternæ elapsa. Quod si humana vita est particula temporis, tempus brevissima pars aeternitatis, quid erit, quidquid unusquisque hominum vivit, ante oculos Dei? Nam, ut aiunt Plato et Aristoteles, nec dies est, nec annus, nec mensis apud Deum, qui est supra solem temporis genitorem, nec tempore potest intercepti. »

Egregio Plinius, lib. XXI. cap. 1 : « Flores natura in diem signum, magna hominum admonitio, quæ spectatissime florent, celerrime marcescere. » Lego poemata Virgillii *De Rosis* :

Quam longa una dies, ætas tam longa roseram.

Sapientissime itaque Nazianzenus, orat. in *Laudem Cæsariæ* : « Insomni sumus instabile, spectrum quod vestigium non habet, pulvis, vapor, ros mutabilis; nos pro tempore nascent atque marcescentis. »

Neque sunt meliore conditione, vel Imperatores, vel Reges; quippe et ipsi homines nati, *Eccl. x, 12* : « Sic et rex hodie est, et cras morietur. » Cui accidit Senecæ chorus in *Thyeste*, post actum in :

Una perennis brevis hora summa.
Tibi qui domi stasena fronti,
Quem genus alter tremere genies,
Quem dies vitæ volens amputat,
Hanc dies vixit fugiens precantem.

Perpente quam momentanea sit regalis felicitas, Unde merito celebratur versus Ilii Euripidis, quem recitat Plutarchus in libello consolatorio ad Apollonium : « Non est stabilis felicitas, sed in diem durans. » Quo in loco Demetrius Phalereus Poetam aliqui laudatum reprehendisse legitur, qui non unum diem, sed temporis punctum dicere debuerit. Causam acute reddidit Senecæ, lib. VII *Natural. Quest.*, cap. XXXII : « Fluxit tempus, et avidissimos sui deserit. Nec quid futurum

est, meum est, nec quod fuit: in puncto fugientis temporis pendeo. »

Denique Alcazar in *Apocal.* cap. 1, vers. 3, alter explicat urgeatque: « apud Dominum, quasi sermo sit de Beatis: hi enim, cum fruatur beata eternitate, mille annos estimant quasi unum diem. Itaque e *apud* anni apud Dominum sicut dies unus, » scilicet, quia unicuique appropinquat mors: post mortem autem fideles et sancti fruuntur Dei beatitudine, quae mensuratur evo, vel eternitate, non tempore; tumque parum aut nihil curant, quod dies iudicii mille annos differatur, quia « mille anni apud Dominum (puta in vita beata) sicut dies unus. » Agitur ergo Petrus de his qui sunt apud Dominum: aliquis enim si ageret de his qui vivunt in hoc tempore, illudque compararet cum eternitate, q. d. « Expecta pauper tu quicunque tribularis, quia cito visitaberis, scilicet post mille annos (hi enim apud Deum sunt dies una), videretur potius esse irrisio, quam consolatio humane infirmitatis. Ita ipse satis apposite et cotexte. »

Symbolice multi sic explicant, q. d. Mundus stabit per sex milia annorum, quia sex dies creatus est; dies autem unus pro mille annis apud Deum computatur: sex dies ergo nostri faciunt apud Deum sex milia annorum. Audi S. Hieronymum, *Epist.* ad *Cyprianum*: « Ego arbitror ex hoc loco mille annos pro una die solitos appellari, ut scilicet quia mundus in sex diebus fabricatus est, sex milibus tantum annorum credatur subsistere, et postea venire ad septuaginta numerum et octonarium, in quo versis exceptis sabbaticis, et circumcisions puritas redditur: unde et octo beatitudinibus bonorum operum penitentia promittuntur. »

Hec opinio alia solidiora habet fundamenta, ideoque multorum est Patrum et Doctorum: unde probabilis est, nec temeritatis argui potest, ut ostendam *Apocal.* xx, 3, non plano diversa est a Chiliastarum sententia, quam Beda, *De Revelatione temp.*, cap. LXVI, hereticam appellat.

Rursus Joannes Ferdinandus, in *Thesuro Script.*, verbo *Dies*, num. 49, citat S. Augustinum sic explicantem: Dies una apud Dominum est sicut mille anni, id est, dies una penae in purgatorio adeo acerba est, ut aequiparetur penae mille annorum hujus vite. Tesis est ille miles, qui cum horam tantum unicum fuisset in Purgatorio, putavit se ibi fuisse annos plurimos, de quo S. Antoninus, *IV part.*, tit. 14, cap. 1, § 4. Tempus enim breve in gravissimis doloribus videtur esse longissimum.

Denique nonnulli olim sic explicuerunt S. Petrum, q. d. Dies iudicii, ut exactum de singulis fiat examen, durabit per mille annos; quare Sancti qui habebunt aliquas culpas leves, per mille annos igne purgabuntur, ut eas expiant. Verum hoc recte refellit Beda: « Sed hi, ait, non vident quantum sit impudentiae credere, quod tantus per-

sectorum et iustorum ceteros receptis in lecta oculi corporibus beatis et immortalibus, per mille annorum spatia debeat in aere, vel in terra finem exspectare iudicii, et tunc demum preparatis ad integrum sociis, diu exspectatum audire sententiam: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum. » Simile fuit de annorum iudicii centuriae delirium Mahometi, quod refert et confutat Dionysius Carthusianus, lib. III *Confut. Alcorani*, cap. xv et seq.

Tropologicae: Hinc concipe, aestima et pondera quanta sit brevitatis temporis humani, et quam longa Dei et Sanctorum eternitas; nam, ut ait S. Ephrem, tom. I serm. *Adhort. ad pietat.*: « Mille anni hujus saeculi in eterno et incorruptibili illo mundo tantum habent comparationem, quantum minuta arena maris cum tota arena ejusdem. » *Spectulum exemplorum*, dist. IX, cap. LXV, narrat monachum quemdam in choro canentem versus jam dictum: « Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternae quae praeterit, » mirantem quomodo id verum esset, meditantium excessum in nemus, ibi audisse aviculam suavissime canentem, quae cum demulset et desinuit per trecentos annos sine cibo, potu, somno: evolavit illa deinde, ac ipse rediens ad se, reversus ad monasterium et chorum quasi Tertiam ejusdem diei cantaturus (putabat enim adhuc eundem diem, quo a choro exterior, perdurare), vidit alios monachos, alium chorum omniaque alia. Abbas seiscitatus nomen monachi, reperit in chronicis monasterii eum ante trecentos annos vixisse, et choro exiisse, nec amplius comparuisse; sumpsit deinde monachus S. Synaxim, et illico expiravit, et ad gloriam coelestem, ejus melodiam et gaudia prelibarat, evolavit. R. P. Franciscus Costerus historiam hanc diligenter investigavit, comperitque revera accessisse in monasterio Almigniensis Ordinis S. Benedicti, quod in Belgio situm est inter Bruxellas et Alostum, uti ipse mihi olim in Belgio affirmavit. Sicut ergo S. Benedictus elevatus in Deum Deique immensitatem, vidit sub ea totum mundum instar globi collectum; ita qui elevatur in aeternitatem Dei, sub ea videt omnia tempora collecta esse instar unius diei, imò instar puncti. Causam dat S. Gregorius, lib. II *Dialog.*, cap. xxxv: « Quia videti Deum, inquit, angusta est omnis creatura. Quamlibet enim parum de luce Creatoris aspexerit, breve ei fit omne quod creatum est. Lux enim interior quae videtis animum ad superiores rapuit, ei quam angusta essent omnia inferiora monstravit. »

Hec ruminemus, haec profunde meditetur, ut a vanitate ad veritatem, a brevitate ad aeternitatem, non miseram, sed beatam transire mereamur. Ita ea ruminabat Thomas Morus, Angliae Cancellarius et Martyr, qui ab Henrico VIII, regis Angliae, omnibus machinis oppugnatus, ac tandem per uxorem suam sortem miseram lameo-

tantem, et promittentem aliam lautissimam, si regis volis se accommodaret, respondit: « Et quanto tempore illa soret laeta, o uxor, fruemur? » cumque illa diceret: « Adhuc facile ad viginti annos, » respondit: « Certe stulta es meretrici. Quid enim sunt viginti anni ad aeternitatem? vis ut viginti annis Jeciliarum prodigam aeternitatem gaudiorum coelestium, mihi quae accersam aeternitatem dolorum infernalium? » Ita refert Thomas Stapletonius in ejus Vita. Nihil ergo magnum, nisi aeternum; nullum verum bonum, nisi aeternum; nullum vere malum, nisi aeternum, ut quidam sanctorum dixit. Nam, ut ait S. Augustinus, lib. XII *De Civitate*, xi: « Considerent nihil esse diuturnum, in quo aliquid est extremum; et omnia spatia saeculorum definita, si aeternitati interminae comparantur, non exigua existimanda esse, sed nulla. »

Quocirca nervose Esdras, vel quisquis est auctor, lib. IV *Esdras*, cap. II, vers. 34: « Expectate, ait, pastorem vestrum, requiem aeternitatis dabit vobis; quoniam in proximo est ille, qui in fine saeculi adventet. Parati estote ad premia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per aeternitatem temporis. Fugite umbram saeculi hujus, accipite jucunditatem gloriae vestrae, » etc. Fluvius enim est tota haec vita, isque currens, rapidus, praecipit, rapiens omnia secum. Nam, ut ait Poeta:

Omnia praetereaem moae fluentis aquae.

Et Heraclitus: « Vita hominum, ait, non aliud est quam flumen, imò homo bulla. » Et Pythagoras rogatus quid esset humana vita? ingressus cubiculum, subito egressus est, inhaens vitam introitum esse et simul exitum, adventum et discessum. Deus vero est ipsa immortalitas et aeternitas, ideoque nostrae mortalitatis refugium, ait S. Augustinus. Unde vocatur « Jehova, » sive, « qui est, » sive, « ego sum qui sum, » *Exodi* iii, 14. Deus enim est ipsum esse constans, ipsa unitas, omniumque rerum simplicissima et incorruptibilis perfectio. Quod si mille annis, o homo, vixisses in omnibus divitiis, deliciis, honoribus et pompis mundi, quid inde jam haberes? omnia praeterissent instar fluminis: idem erit de reliqua tua vita, quae modica tibi restat: qua exacta morieris et citaberis ad Dei tribunal, omniumque delictorum et factorum exacta tibi reddenda erit ratio, ut vel caelo, vel gehennae addicaris. Idem est de mille annis in penitentia, labore et martyrio transactis: transit enim dolor, manet premium. Vita ergo tua est quasi momentum unde pendet aeternitas. Vive ergo, si sapis, aeternitati. Audi S. Augustinum in *Psalm.* LXXXIX: « Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternae quae praeterit: ideo debemus ad refugium tuum, ubi sine ulla mutabilitate tu es, ab his praetereuntibus labentibusque converti; quoniam quantumlibet haec vite longum tempus

optetur, mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternae est qui praeterit; non saltem tanquam dies crastinus qui venturus est: ita omnia quae temporis sine clauduntur, pro transactis habenda sunt, » etc.

Vita ergo nostra quantumvis longaeva, aeternitati comparata est tantum una dies hesternae, ait S. Petrus, et unum hodie, ait S. Paulus, *Hebr.* iii, 13; ita ut ephemeri, vel hamerobii vocari possimus, similes animalculis una tantum die viventibus, de quibus Aristoteles, lib. I *Histor. animalium*, cap. v, et Cicero, I *Tuscan.*: « Confer, ait, nostram longissimam aetatem cum aeternitate, in eadem propemodum brevitate qua ille bestiola reperitur. » Speroamvis ergo nugus nugorum et vanitates vanitatum, ait S. Augustinus, lib. VIII *Confess.*, cap. xi; caelo et aeternis Iubibus, cruce omnes diurnas vel momentaneas fortiter toleremus, utpote per quas ad aeterna bona transimus; nil nisi aeternam penam et ignem, aequae ac culpam serio formidemus; cetera sive leta, sive tristia flocci aestimemus, ac per utraque tendamus alacriter et constanter ad beatam aeternitatem. Hoc est enim omnis homo.

9. NON TARDAT DOMINUS PROMISSIONEM. — Graeco, ἡ ἐλπίς ἡ ἐγγύτης, id est Dominus promissionis, scilicet auctor, sive qui promisit, non tardat, inquam, prestare promissionem, hoc est, id quod promisit, puta diem iudicii, ad premiandum bonos et puniendum malos; sed tempore a se statuto, quod ipsi breve est, licet nobis longum videatur, cum exhibebit.

SED PATIENTER AGIT (Graeco παρακαταί, id est longanimiter agit), PROPTER VOS. — Legit Interpres *ὄχι*, id est vos; alii legunt *ὄχι*, id est nos, q. d. Ideo differt Deus diem iudicii a se promissum, non quia tardus est, sed ut det vobis vestrique amicis et sociis spatium penitendi, « nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti. » Causa ergo cur Deus prolonget diem iudicii, est Dei longanimitas et amor erga homines peccatores, quia nimirum eos expectat, ut resipiscant et salventur. Unde Tigrinae clare vertit: « Non tardat Dominus, qui promisit, quemadmodum nonnulli tarditatem existimant: verum longanimitas est erga nos, dum non vult illos perire, sed omnes ad penitentiam recipere, aut compelli, vel venire. » Haec enim omnia significat Graecum παρακαταί.

— Alledit ad illud *Isaie* xxx, 48: « Expectat Dominus, ut miserentur vestri, et ideo exallabitur patiens vobis, quia Deus iudicii Dominus. » Ubi S. Hieronymus: « Grandis, ait, misericordia Dei, ut expectet nostram penitentiam, » et ideo major hominis ingratitude et impatientia, si Deo tanta patientia et desiderio expectanti per penitentiam non occurrit: idcirco « quo magis lento ad vindictam gradu divina procedit ira, tanto tarditatem supplicii majore gravitate compensabit, » ait Valerius Maximus, lib. I, cap. I. Rursus

Ancor. VI et X; Lucretius et Manilius, lib. 1; Plinius, lib. II, cap. ix; Ptolemaeus in *Quadrip.*, et alii, qui censuerunt sidera ali vaporibus, qui bus in fine mundi sublatis et exustis, illa interitura. Hinc et Lucanus, lib. I *Pharsal.*, de fine mundi ita canit:

Sidera sideribus concurrent, ignea pontum
Aethra patent, tellus extendere litora nolet,
Excitantes fretum, fracti contraria Phœbe
Ibi, et obliqua bigas agitare per orbem
Indigesta aethra potest alia, hœcque diuina
Machina diuisi turbant frœtera mundi.

Si obijcias illud *Job xxxvii*, 18: « Tu forsitan fabricatus es caelos, qui solidissimi quasi aere fusi sunt, » respondent, « solidissimi, » id est firmissimi, perinde ac si aere fusi essent. Hebraei enim sic ut verbum habent: « Numquid extendisti cum illo caelos fortes, qui sunt velut aspectus rei fusae, » ita Vulgatus, vel, ut Pagninus, « qui sunt fortes sicut speculum fustum, » Unde Cajetanus, Pineda, Tigurina et alii ibi per caelos intelligunt aërem, vel aethera, quem Deus supra nos extendit et extenavit, sed simul ita confirmavit et consolidavit, ut sit res stabilis, constans, fortis, valida: est enim aëris agitati et impulsivi vis incredibilis, ut patet in ventis validis, qui arborum, domus, turres, arces dejiciunt et sternunt.

Verum alii passim veteres et moderni caelos hic accipiunt aëres, non sideres. Caelum enim in Scriptura significat omne quod super nos expansum est, sive aer sit, sive proprio coelum: unde vocatur volucres caeli, id est aëris: et sic paulo ante dixit S. Petrus, caelos, id est, partem immam colorum, puta aërem, de fuisse aquas diluuii. Per elementa vero accipiunt aquam, et aërem infima regione terraeque vicinum: ex his enim quasi elementis facta sunt, et confusa omnia corpora mixta. Ita disertè S. Augustinus lib. XX *De Civit.*, cap. xiv, xvi, xvii et xxiv: S. Epiphanius, *Haeres.* 64; Damascenus, lib. II *De Fide*, cap. vi; S. Gregorius, lib. XVII *Moral.*, cap. v.

Ratio est prima, quia caeli sunt incorruptibiles, non tantum ex Aristotelis et Philosophorum, sed etiam, ut videtur, ex Scripturarum sententia, ut *Job* cap. xxxvii, vers. 18, juxta versionem latinam jam citatam; et Psalms, qui loquens de celestibus corporibus: « Statui, ait, ea in aeternum et in saeculum saeculi, » *Psalms.* cxlviii, 3.

Secundo, quia ignis non potest agere in caelis; unde nec ad eos pertinet, sicut ad eos non pertigit aqua diluuii; sed quousque hæc pertigit, eodem pertinet et ignis, scilicet ut quindecim cubitis excedat omnes montes, ait Augustinus, XX *De Civit.*, xxiv, et ex eo Scholastici in IV, distinct. 47 et 48.

Tertio, quia in caelo nulla sunt sordis, vel peccata hoc igne purganda et expianda. Hinc idem censent caelos hos aëres corruptendos, non quoad substantiam, sed quoad qualitates, ut vi-

delicet manente eadem forma et materia, a vaporibus aliisque fibibus et sordibus expurgentur, ac mutantur in melius, nimirum majore subtilitate et lucem accipiunt. Ita S. Augustinus, Gregorius, Epiphanius, locis citatis; S. Hieronymus in *Isaia* cap. lxxv; Scholastici in IV, dist. 48, et I *part. Q. LXVII* et *LXVIII*. Sicut enim homo ilem resurgit, sic et eadem elementa quae homini servierunt, cum eo resurgent, illudque quasi erit premium laboris et passionis eorum, ut insinuat S. Paulus *Roman.* cap. viii, vers. 20. Audi S. Cyrillum, lib. IV in *Isaia* cap. ii: « Issias, ait, mortem elementorum proprie nominat, et apte mutationem in melius, ut etiam Paulus inquit: Creatura liberabitur a servitute corruptionis; quo autem modo liberaliter ostendit Christi discipulis, dicens: Veniet dies Domini ut fur, in qua caeli procellae in morem transibunt, elementa audientia dissolvantur. Igitur creaturae renovationem, velut ex mortuis resurrectionem, sicut in humanis corporibus, fore ait. » Et S. Hieronymus in *Isaia* cap. xxx: « Erit, ait, lumen lune sicut lumen solis, quod dederit Dominus caelum novum et terram novam, et transferit habitus mundi hujus, ut luna et sol laboris et cursus sui premia consequantur. Etenim expectatio creaturae revelationem filiorum Dei praestolatur. »

Mibi media sententia placet, scilicet per caelos hic intelligi tam sideres quos aëres: utriusque enim magno impetu transibunt; alibi enim S. Scriptura docet caelos proprie dictos esse immutandos, adeoque solem et lunam majori lumine esse decoranda. Hinc Christus *Matth.* xxiv, 29: « Virtutes, inquit, caelorum commovebuntur. » Et Ecclesia in Officio defunctorum: « Quando caeli movendi sunt et terra. » Ita Cajetanus hic, *Viegas* in cap. xxi *Apoc.*, Suarez III *part.*, tom. II, disp. lxxvii, sect. 3, ubi ait probabile esse in die judicii caelos sideres velocius esse agitandos, ut secum caelos aëres rapiant, et ad ignis accensionem mundique conflagrationem, tum suo illo velociore motu, tum etiam influentia et actione concurrant.

Transibunt ergo caeli primo, quia velocius rapiantur; secundo, quia mox eorum motus cessabit, ut docet S. Ambrosius, lib. V, *epist.* 21, et passim Doctores. Sol ergo in uno hemisphaerio, luna in opposito in aeternum consistet, ut quisque suum illuminet; non enim est necesse ut omnes caeli suum cursum absolvant: sic enim caelum stellarum ut suum cursum ob ortu in occasum absolvet, deberet moveri per 36 millia annorum, ut censet Ptolemaeus; mundus autem tantum non statit. Satis ergo est ut moveantur quidam homines quibus serviunt, in terra degunt. Homines abolitis, inciditur colorum cursus, ac consequenter subalternum omnium: « Cessante enim motu caeli cessat motus inferiorum, » ait Aristoteles, lib. II *De Caelo*.

Tertio, transibunt, id est, dissolvunt, quoad

inferiorem sui partem, scilicet quoad caelos aëres; unde explicans de his subdit, vers. 1: « Caeli aëres solvantur; » quoad superiorem vero sui partem, scilicet quoad sideres immutabuntur, et in alium statum, majoremque lucem et gloriam transibunt. Sic Christus ait, *Matth.* xxiv, vers. 35: « Caelum et terra transibunt, » scilicet a statu presente corruptibili in futurum incorruptibilem. Et *Psalms.* ci, vers. 27: « Omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut operorium mutabis eos, » puta quasi vestem inversam. Sicut enim vestis exterioris detrita invertitur, ut interior pars integra fiat exterior, itaque nova videatur esse vestis: sic vetus colorum forma et status mutabiliter in novum magis lucidum et gloriosum, itaque videbuntur esse caeli alii et novi.

Quarto, transibunt, quia tonitrus, fulgetris, nubibus, cometis, stellis cadentibus, aliisque meteoris, procellis et tempestatibus, ita aer perturbabitur, ut caeli transire et mundi cardinalibus convelli, subruj et evanescere videantur, juxta illud *Job* cap. ix, vers. 6: « Qui commovet terram de loco suo, et columnas ejus concutiantur. » Et cap. xxvi, vers. 11: « Columnae caeli contremiscent et pavent ad nuntium ejus. » Ubi Didymus in *Catena Graecor.* ait, illo terrae motu qui in passione Christi contigit, ipsam terram totam fuisse concussam et a suo centro convulsam. Quod si verum est, utique idem fiet in die judicii, quando summus erit terror, omniumque rerum commotio, finis et terminus, juxta illud Ecclesiae paulo ante citatum: « Quando caeli movendi sunt et terra. » Vide dicta *Apoc.* vi, in fine.

Denique nonnulli viri eruditi, ut priores duas sententias conciliant et S. Scripturae locis omnibus satisfaciunt, ingeniose novam opinionem adinvenunt, dicendo caelos qui jam sunt solidi, in fine mundi redigendos et redituros in materiam fluidam, et qua quasi chaos et abyso primum formati sunt, *Genes.* i.

Verum hæc sententia suas quoque patitur difficultates: nam primo, remanet questio, quomodo ignis conflagrationis ager in caelos solidos et incorruptibiles, ut eos redigat in materiam fluidam.

Secundo, caeli post diem judicii videntur fore solidiores quam modo sint, quia duraturi in aeternum.

Tertio, caeli cum Beatis quibus servierunt in hac vita, in die judicii quasi resurgent in perfectionem statum et formam: ergo erant perfectiores, ac perfectiores et solidiores habebunt formas et dotes quam habebant modo. Nam Apostolus *Roman.* viii, 20, docet omnem creaturam vanitati, id est mutationi et corruptioni, jam esse subiectam, expectare vero resurrectionem et per eam in libertatem glorie filiorum Dei asseratur. Et *Isaia*, ac ex eo S. Petrus hic, caelos novos creandos promittit. Rursum *Isaia*, cap. xxx, vers. 20, ait lucem lune fore instar solis; solis

vero septiplo fore majorem: que omnia arguunt caelos in fine mundi non redituros in suum chaos suamque primævam materiam; sed longe elegantiores, formosiores et praestantiores fore quam sint modo.

Quocirca alii insignes Philosophi et Theologi, ut plane verbis S. Scripturae ac praesertim S. Petri hoc loco satisfaciunt, utque cum his conciliant Philosophiam et Aristotelem, qui potius S. Scripturam sequi quam perire dabet, dicunt primo, caelos esse incorruptibiles hoc modo, quod naturaliter nec a se, nec a corporibus sibi subjectis, puta ab elementis, corrumpi possint: eosdem tamen corrumpi posse a virtute superiori et potentiori, id est a Deo corrumpendos esse sub diem judicii per ignem conflagrationis mundi, qui a Deo de novo excitabitur ad hoc, eritque nostro igni elementari superior, effector et ardentior. Sunt enim rerum incorruptibilium varii gradus et ordines, alii aliis perfectiores. Angeli enim magis sunt incorruptibiles quam caeli: erant enim materia, tantumque substantiae plane simplicis, incorporeae et spirituales, ideoque plane incorruptibiles. Quare celi respectu angelorum sunt corruptibiles, incorruptibiles vero respectu corporum inferiorum et elementorum.

Secundo, asserunt caelos per ignem conflagrationis arsurus et liquidandos, utpote ex aqua compactos, constrictos et quasi congelatos, ut ab omni sordis et laeae purgantur, sicutque puriores et sublimiores. Id enim disertè ait hic S. Petrus, et *Isaia* cap. xxxiv, vers. 4, et cap. li, vers. 6, ac inter recentiores fuisse nossem Adamum Tannerum *Dissertatione de caelis*, Quest. XI. Audi Isaiam, cap. xxxiv: « Et tabescent (id est, liquescet instar cere) omnis militia caelorum, et multiplicabuntur sicut liber caeli, et omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea et de ficu, » hoc est, ut explicat Christus *Matth.* cap. xxiv, 29: « Stellae cadent de caelo; » militia enim, id est, milites caelorum non sunt alii, quam stellae et sidera. Caeli ergo et stellae liquabuntur et solvantur, ita tamen ut iidem quoad substantiam maneat, eademque numero materiam et formam substantialem retineat; sed ea ratione, ut utraque perficiatur, novamque unionem dolescat et qualitates illustriores respiciat, adeo ut videantur effici novi caeli, nova terra, novus mundus, ut ait *Isaia*, et *Apoc.* xxi, 3: « Ecce nova facio omnia; » nam cum lux ex substantia solis et caelorum naturaliter quasi profuit, cum tunc perfectior futura sit lux, videtur perfectior quoque futura substantia solis et caelorum. In resurrectione enim universali erit resurrectio, renovatio et glorificatio non solius hominis, sed caelorum, terrae et totius mundi, qui hominibus electis servit et compassus est. Quare in premium hujus passionis et servitutis, cum homine resurgente resurget et gloriam. Sicut ergo homo moriens post mortem resurget idem nu-

mero quoad substantiam, sed jam perfectam et gloria donatam, ideoque immortalem et incorruptibilem: sic pariter coeli per conflagrationem purgati, momento eadem numero forma et substantia, quasi resurgent ad eam gloriam eam majori luce, subtilitate, unione, indeque incorruptione et aeternitate donabuntur. Quare sicut homo idem resurget, non alius, ac unus patietur et mereatur, et alior qui nec passus, nec meritus est, resurgat: sic iidem proceres coeli qui homini patiēdo servierunt, resurgent, non alii, ne illi qui homini servierunt intendant, et alii pro eis praesententur. Exemplum est in metallis, ut ferro, aere, auro, argento. Sicut enim aurum igne liquatur, ut ex eo fiat pulcher scyphus aureus, ita ut manente eadem forma et substantia auri, illa ipsa mater per ignem arte et figura perfectatur et illustretur: sic quoque coeli et elementa igne conflagrationis solventur et liquidantur instar gladii et cerae, sed ita, ut eadem maneat forma et substantia, ad novam perfectionem et gloriam reformentur et resurgant. Eosdem enim numero quoad substantiam mansuros coelos et elementa, colligitur ex illo *Eccles. i, 4*: « Generatio praeterit, et generatio advenit; terra autem in aeternum stat. » Et cap. iii, vers. 14: « Didici quod omnia opera quae fecit Deus, perseverant in perpetuum. » Et *Psalm. cxviii, 6*: « Stabit ea in aeternum et in saeculum saeculi: praecipuum posuit, et non praeteribit. » Hoc est quod dicitur ad Apostolum *Rom. viii, 20*: « Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe; quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis. » Eadem ergo creatura quae nunc vanitati, id est passioni et corruptioni, subjecta servit homini, speratque ab ea liberari, cum homine resurgente liberabitur, et resurget ad gloriam, non alia: alioqui enim non esset resurrectio, sed alterius creaturae creatio. Et *Isaias, cap. xxx, vers. 26*: « Erit, ait, lux lunae sicut lux solis, et lux solis erit septemplex sicut lux septem dierum. » Manebit ergo eadem luna, idem sol, sed septemplex clarior; erit enim tunc novum gloriae, felicitatis et aeternitatis saeculum, cuius auctor erit Christus, qui proinde vocatur « pater futuri saeculi, » *Isaias ix, 6*.

Quare tunc coeli, sol, luna et stellae non redibunt ad primaevali abyssum fluidam, quae creata est initio mundi, *Genes. i, 1*. Sic enim redirent ad suum rude et informe chaos, et miseriore essent quam modo sint; sed longe speciosiora, quam ex abyso formata sunt, resurgent, ut conformentur hominibus sanctis resurgentibus ad gloriam, consue sua specie oblectent et bene. Haec ratione nihil detrahatur, sed potius additur Aristoteli. Ille enim solum naturam spectavit, iuxta quam dixit coelos esse incorruptibiles; quod verum est. Sed S. Scriptura praeter naturam tradit Dei decretum, ac gratiam et gloriam, quae Deus supernaturaliter homines, et propter homines co-

elos, totumque orbem reformabit et debent: reformari autem nequit, nisi quod prius perit, id est, dissolutum aut liquidum est. Fides ergo hinc corrigit, imo elevat naturam, ac S. Scriptura Philosophiam, ac Paulus Aristoteli informet et perficit. Denique liquari non est corrumpi: aurum enim liquidando non corrumpitur, sed perditur: sic coeli, licet incorruptibiles, liquidantur, ut magis solidentur. Confirmantur haec omnia per maculas et faculas, quas recentiores Mathematici per tubum opticum conspexerunt in sola et planetis, ipseque ego conspexi. Item per Mercurium, Venerem et Martem, qui circa solem asteroides gyrare per eundem tubum sunt deprehensi. Iustitiam, per novas duas stellas quae circa Saturnum, et quatuor alias quae circa Jovem per eundem sunt visae. Ad haec per cometas qui supra lunam apparuerunt, qualis fuit superius anno Domini 1618, quem supra lunam castissime Mathematici ex ingenti ejus parallaxi, sive ex nulla aspectus mutatione in quolibet intentionum distantia asseveraverunt. Insuper per novas stellas quae in coelo sidero subinde apparuerunt et rursus disparuerunt, qualis apparuit in Cassiopeia, anno Domini 1572. Omitto *Josep, cap. x et xii, stellis solem, cumque retroactum sub Ezechia, IV Reg. xx, 11, ac eclipsim innotuitam passum patiente Christo, Matth. xxvii, 45*. Quae omnia significant coelos non omnino esse immutabiles et incorruptibiles, sed Deum et suam in eis ostendit potentiam, ac heris jus et dominium, pro libito illos alterare et immutare, ac disponere et preparare ad ultimam plenamque immutationem, quae eos plane incorruptibiles ac immutabiles, imo gloriosos efficit in omnem aeternitatem; quare tunc perfectiores et solidiores quam modo, sint oportet. Haec omnia videntur exigere verba Scripturae toties et tam clare de coelis immutandis, imo perituris, novisque faciendis scripta ab *Isaias, S. Petro, S. Paulo, S. Joanne, Davide* et aliis: illaque ad illorum explanationem et explationem videntur sufficere, ut patet ea inter se conferenti. Vide S. Augustinum, lib. XXI *De Civit. Dei, viii*, ubi narrat Dei nutu stellas Veneris nitro portenti mulasae colore, magnitudinem, figuram, cursum ad stuporem Astrologorum. Idem, lib. *De Urbis excidio*, refert prodigium, quo ardens coelo terraque tremente, Constantinopolitanae urbi excidium Deus comminari videbatur, anno Domini 396. Denique si ignis agit Dei virtute in spiritibus, puta in demonibus et animas damnatas, quae idem non agat eadem virtute in coelos corporeos?

Ex diebus colligitur nonnulli (licet alii id negent) in fine mundi a Deo coelos innovandos esse non tantum accidentaliter, sed et substantiatis. Hoc enim significat illud *Isai. cap. lxxv, vers. 17*: « Ecce creo coelos novos et terram novam. » Et *Apocal. xxi, 1*: « Vidi coelum novum et terram novam. Primum enim coelum et prima terra

abul. » Sicut enim in resurrectione, licet idem numero homo resurrecturus sit, tamen is, ut videtur, substantiatis perfectior erit quam fuerit prius: accipit enim novam substantialem perfectionem et unionem, qua anima intimius, actius, perfectius, nobiliter unietur corpori, quam ante fuerit unita, ita ut homo novus resurget quasi homo celestis, gloriosus, impassibilis, immortalis; tam enim aeterna erit unio animae cum corpore, ut amplius solvi non possit, ita ut ex ea homo fiat immutabilis et incorruptibilis, qui antea erat mutabilis, mortalis, miser et corruptibilis; quare tunc perfectus esse accipiet, quod semper subsistere et durare possit, imo corrumpi aut alterari nequeat: idem proportionaliter fiet in coelis. Ita inter alios docet D. Thomas, et ex eo D. Solo in IV, dist. XLIX, *Quest. IV, art. 5*, ubi impassibilitatis et immutabilitatis corporum horum causam intrinsecam dat, eandem perfectam cum anima unionem. Dos, inquit, impassibilitatis non est qualitas, sed ipsa animae informatio perfecta et indissolubilis, quae dat corpori esse perpetuum. Anima enim beata potens est corpus resurgens indissolubilitate informare, ad eum modum quo forma coeli suam informat materiam. Ita enim arte alligat sibi potentiam materiae, ut non sit amplius illi alterabilis aut passibilis pervia, quae a sua natura corporis distrahat. Adde quod anima tunc informans corpus, id ad quandam spiritualitatis gradum elevabit, ut sibi ad nutum subdatur et serviet, juxta illud I *Corinth. xv, 44*: « Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, » uti explicat S. Augustinus, lib. XIII *De Civit. cap. xx*. Haec D. Solo. Item docet noster Salmeron in hunc S. Petri locum, *Dei in cap. I Genes.*, et multi alii initio citati, quorum dicta Lectori expendenda et dijudicanda relinquo.

ELEMENTA VERO CALORE (graece θερμότητα), id est astantia, hoc est, praerestu et ardore, ut ait vers. 12) SOLVENTUR. — Per deicentia accipere aerem inferiorem et aquam: nam de terra mox subditam esse exurendam. Ignis vero vel purgatione non eget, vel si in crassiores fumosa sit materia, eam urendo et consumendo seipsum purgat et clarificat. « Elementa » ergo hic accipie insidia inter coelum et terram, puta mare et aeterea nobis vicinum, ex quibus omnia mixta conflantur et constant.

Porro si solventur sic aliqui explicant, q. d. Corrumperunt, peribunt et evanescent. Ita Bada hic dicit in disjunctis partura plane duo elementa, scilicet ignem et aquam, duo vero renovanda, scilicet aerem et terram. De qua idem docent Andreas Casariensis, Aretas, Anselmus, Raymo et Rupertus in *Apocal. xxi, 1*, ubi dicitur: « Et mare jam non est. » Verum alios illius loci est sensus. Quare longe verius est, elementa alteranda tantum esse ut mutantur in melius, non vero corrumpenda: pertinent enim omnia ad integritatem universi. « Solventur » ergo, id est, vi

ignis extenuabuntur, et quasi liquidabuntur, ut ab illis separentur vapores, faeces, exhalationes, aliaque res errasae et impuras eas pernixtae; sicut in coenatorio solvitur aurum, dum vi ignis liquidatur ut ab eo separentur scoria, ac omnisque alia impuritas et commixta, ut purum putum restet et effusaet aurum. Ita S. Thomas, Thilmanus, Cajetanus hic, et Doctores Scholastici in IV, dist. XLVIII.

TEARRA AUTEM, UT QUAE IN IPSA SUNT OPERA (tunc a natura, tunc arte ab hominibus facta, puta mixta omnia) EXURENTUR. — Hinc patet mixta omnia esse exurenda, ac in cinerem terranque convertenda, ut in primigenium sui elementum remeant et restent. « Cam enim, ut docta ait noster Lessius loco jam citato, omnia ita ad usum temporalis vitae hominum condita sint, cessante illa vita nulli erunt usui, ac proinde resolvenda sunt in sua principia ex quibus compacta, et suis elementis restituenda. Itaque exuret terra profundissime, et omnia opera quae in ea sunt; exurentur montes et montium fundamenta; dissolvetur omnia saxa et metalla, et rupe instar cereae liquescent; exuretur mare, ita ut consumatur quidquid in eo est terrenum vel coneratum; denique exuret quidquid in aere est materiae inflammabilis. » Et paulo inferius: « De mari exurendo non habemus locum expressum; colligitur tamen ex verbis S. Petri, cum dicit: Elementa ignis calore solvenda. Est enim quid valde mixtum et impurum; unde debet dissolvi et purgari: facile erit Deo per ignem accendere et dissolvere quidquid in mari est inflammabile. Hinc, *Apoc. xxi*, facta renovatione mundi dicit Joannes: Et mare jam non est; non quod elementum aquae sit abolendum (cum ad constitutionem mundi pertinet tanquam una ex principalibus ejus partibus), sed quia hoc mixtum quod proprie mare dicitur, non amplius erit; nec aqua, quae est portio istius mixti, alveo eodem continetur, ita ut speciem maris praebet; sed erit limpida instar crystalli, terranque undique operata, sicut tempore diluvii, ut multi volunt; vel si non totum operat, alia ejus erit dispositio et forma quam modo sit, cum navigationi, et aliis usibus nostrae mortalitatis inseruit. Hippolytus, oratione *De Consumptione saeculi*: Fluvius igneus, inquit, egrediens cum furere instar maris saevi, exeret montes et colles, et mare debilit, et aethera inflammatione dissolvat. Delebit mare, intellige non consumendo aquarum naturam, sed purgando, sicut dictum est; aget enim hic ignis non solum vi naturae, sed ut instrumentum divinae potentiae: sicut ventus quo siccat sunt aquae diluvii, *Genes. viii*, itaque non mirum si possit brevi tempore terram profundissime exurere, montes, saxa et metalla dissolvere, et in ipsis aquis quidquid admixtum est absorbere. Fient haec omnia incredibili frigore et strepitu, saxis ignitis et cinere in aerem altissime ejectis, flamma

num novis oculis novum expectent corpus beatum et gloriosum.

Quocirca hos caelos novos continuo suspexerunt, et ad eos aspirarunt omnes Sancti. Celeberrimus fuit Simeon Stylites, qui stetit in columna usque ad extremum senium, eoque pedem ferrea catena astrinxit. Causam dat Theodoretus oculatus testis in ejus Vita, puta in *Philotheo*, cap. xi: « In ea, ait, degit caelum assidue visione apprehendens, et ut ea quae sunt super caelos contempleretur, sibi vim afferens; mentis enim volatum non impediabat ferri vinculum. » Et Iulianus: ut se magis ab hominum consortio et contactu abduceret, « primum, inquit, jussit edificari columnam sex cubitorum, deinde duodecim, postea autem viginti, nunc autem sex et triginta; eugit enim in caelum evolare et ab hac terrena conversatione liberari. » Et sub finem: « Accepit etiam doctrinam donum, et bis quotidie facit admonitiones, jubens in caelum suspicere et evolare, et a terra discedere, et regnum quod expectatur visione apprehendere, et gehennam minas timere, et terrae contemere, et futura expectare. »

Mirum est quod de S. Mechthilde scribit Ladovicus Bloensis in append. De *Quatuor sanctis feminis*: « S. virgo Mechthilde, inquit, cum feria quarta post diem Pasche in Missa Inchoaretur: Venite, benedicti Patris mei, ipsa ingenti et insolita letitia repleta dixit ad Dominum: O si una essem ex illis benedictis, qui hanc dulcissimam tuam vocem audirent! Et Dominus ad eam: Certo scias, te unam ex illis esse, et ut alibi dubites, ecce ego do tibi cor meum in pignus amoris, et in domum refugii, ut semper maximeque in hora mortis tuae consolationem et requiem in eo invenias. Ad eo tempore cepit mira devotione erga cor Jesu affici. Unde et frequenter dicebat: Si scribi deberent omnia bona quae a benignissimo corde Domini mei accepi, nullo quamlibet grandi volumine scribi possent. Instante autem hora mortis Dominus Jesus eam lumine divinitatis suae totam illustrans, blanda voce invitavit his verbis: Veni, benedicta Patris mei, posside paratum tibi regnum a constitutione mundi. Igitur beata illa anima expressit in caelum ad suavissimum Jesu cor evolavit. »

Quocirca viri timorati et sancti quotidie crescent et proficiunt in ablatione rerum temporalium et studio caelestium, ut hae quasi scala Jacob (*Genes. xxviii, 12*) in caelum conscendant, iuxta illud Davidis *Psal. lxxxiii, 3*: « Beati qui habitant in domo tua, Domine: in saecula saeculorum laudabunt te. Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator; libant de virtute in virtute; videbitur Deus decorum in Sion. » Id est magnus ille Polychronus, de quo Theodoretus in *Philotheo*, cap. xxiv: « Est, inquit, divino incensus desiderio, et est terrenis omnibus supe-

rior, et corpori alligatus mentem habet alatum, et quae fertur in sublime, aereque trajicit, et aethera, et caelis fit sublimior, et perpetuo divini visione apprehendit contemplationem; nec potest illinc unquam mentem detrahare; quae etiam cum illis qui adveniunt colloquens, superas mente peragrat. »

Et *NOVAM TERRAM*, — novo decore, puritate et fulgore splendorem, ut cum Sanctis, quibus servavit, quasi glorificatur, eorumque oculos mentesque oblectet. Paladanius in IV, dist. xviii, Quest. I, censet quod hic fulgor terram pervadet et pertinget usque ad limbum puerorum, eorumque oculos et corpora postquam resurrexerint, illuminabit et recreabit; alioqui enim ipsi velut caeci in perpetua degerent tenebris. Alii, ut Catharinus et Salmeroni, hic censent pueros hosce futuros in terra quasi in quodam paradiso terrestri, ideoque perficiendos in cogitatione naturali, ut Philosophos omnes superent, contemplatores Deum in suis creaturis, eumque amatores et laudatores, quin et visitatione ac revelationibus angelorum gavisuros. Sed falluntur, dum eos censent fore beatos beatitudine naturali; cum enim damnandi sint poena damni (sicut non sensus), puta carentia visionis beatificae, ad quam creati erant, ut contra Pelagianos docet S. Augustinus, *haec, 88, epist. 108, lib. I De Peccat. merit.*, cap. xxiii, et alii; damnati dicendi sunt potius quam beati. Cetero qui probabili est eos in terra vitam commodam acturos. Nam limbus puerorum eorum corpora, quae resument in die iudicii, non capiunt: erunt enim facile mille milliones parvulorum, qui toto orbe per tot saecula sine baptismo mortui erunt in peccato originali. Adde tot corpora ibi naturaliter esse non posse sine morore et poena sensus (quam tamen parvulis communiter adimunt Theologi); hanc enim causaret loci obscuritas, conclusio, depressio, squalor, angustiae, etc. Recte enim ait Tobias, v, 12: « Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen caeli non video? » Vise Lessius *De Atribut. divin.*, lib. XIII, cap. xxii, ubi ex S. Thoma, Scoto, Marsilio, D. Soto alisque Scholasticis, docet parvulos hosce comparituros in iudicio universalis, exceptores poenam damni, sed perficiendos in intellectu, voluntate, alisque naturae facultatibus (erit enim tunc communis totius naturae renovatio et instantiatio), ut contenti et leti in omnem aeternitatem concorditer et amice vivant, a Deum amant et laudent, quod se a peccato actuali et gehenna praeservavit, tantisque naturae donis ornari, ut res creatas, ac praesertim animae suae excellentiam, aeque ac angelorum contemplari valeant, indeque Creatorem admirari et glorificare; alioqui enim essent otiosi per omnem aeternitatem. Nec enim credendum est Deum tot milliones animarum velle esse semper in otio, et quasi frustra in orbe. Si enim, ut passim docent Theologi in II, dist. xxxii, quos citat sequitur Gabriel Vasquez,

I II, disp. 134, cap. iii, parvuli, Deo ita providente, non sentiant mororem ob amissionem regni caelestis, eo quod illud sua culpa non amiserint; cur non credamus eos in communi totius orbis instauratione pariter perficiendos in ordine honorum naturalium, ut Deum cognoscere, amare et laudare valeant, itaque vitam quietam et jucundam agant? Haec Lessius, eaque multis rationibus confirmat. Quae si vera sunt, quis locus parvulis hisce aptior erit quam terra? utpote in qua solem, caelos, astra, mare ceteraque creata inventuri et contemplari poterunt, ex hisque Deum amare et laudare.

Dices, *Job xxxi, 10*, dicitur: « Terminum circumde h' aquis, usque dum finiatur lux et tenebra; » id est, vicissitudo diei et noctis; ergo ea cessante, nil cessabit in die iudicii, aquae excedent suos terminos, rursumque operient terram, ut opererent in mundi primordio; itaque futurum censent probabiliter S. Bonaventura, D. Soto in IV, dist. xvii, Quest. II, art. 4, et alii. Sed responderi potest, primo, si usque dum finiatur lux et tenebra, esse proverbium, significans eandem quod semper et perpetuo. Sic enim explicat *Jeremias*, cap. v, vers. 22, dicens: « Qui posuit arenam terminum mari, proceptum sempiternum quod non preteribit; » alioqui enim terra aquis aperta esset invisibilis, et ad primum chaos redire, ex quo a Deo fuit educta die tertia mundi, cum discooperita fuit et ab aquis separata, *Genes. 1, 9*, tuncque suam formam et decorem accepit. Secundo, dici potest quod mare in fine mundi multas rursus terras operiet, at non omnes; saltem parvulis locum vacuum relinquet. Ut ut est, hoc facile erit parvulis resurgentibus locum congruum sive in terra, sive sub terra, sive ubi ei liberit, insinuare et aptare.

Porro Guilhelmus Parisiensis apud Dionysium Carthusianum in IV, dist. xvii, assertit viros sapientissimos censere, quod post diem iudicii et conflagrationem mundi terra rursus floribus, gemis, arboribus, fontibus aliisque similibus ornamentis sit vestienda, tum ad ejus mundique decorem, tum ad Sanctorum oblationem, tum ad parvulorum sine baptismo defunctorum, qui in ea degent, recreationem. Idem censent Callistrus hic, Pictus Mirandulus in *Heptaplo*, Abulensis in cap. xxv *S. Math.*, Quest. lxxlii et lxxlviii, ac Serarius in *Judicio*, cap. xvi, Quest. II. Audi Anselmum in *Elucidario*: « Terra, inquit, quae in gremio suo corpus Domini convolvit, tota erit ut paradisus, et quia Sanctorum sanguine est irrigata, odoriferis floribus, rosis, violis immarcescibiliter erit perpetuo decorata. » Alii tamen, ut *Cecumenius*, illipsum negant.

SECUNDUM PROMISSA PARS EXPECTANDUM. — NOVOS enim caelos novamque terram promisit Deus, *Isai. lxiii, 17*, et cap. *lxvii*, vers. 22, et cap. *lxiv*, vers. 4: « Oculis, inquit, non vidit, Deus, absque te, quae preparasti expectantibus te; » quo

alludit S. Petrus, ideoque ait: « Expectamus. » Rursum Christus saepe suis promittit regnum caelorum; hoc autem erit in caelis novis. Denique S. Joannes, *Apoc. xxi, 1*, promittit caelos novos et terram novam, sed post S. Petrum; post hanc enim epistolam scripta est a S. Joanne *Apocalypsis*. « Grandis audacia puraque conscientiae est regnum Dei postulare, et iudicium Dei non timere, » ait S. Hieronymus in cap. vi *Math.*

IN QUIBUS JUSTITIA HABITAT. — Quamvis iustitia? omisso errore Origenis, *1 Periarcho*, cap. vii, qui Platonem secutus orbis animam et mentem, ac consequenter peccatum, iustitiam et sanctitatem tribuit: primo, Philippus Solitarius, lib. III *Diotrae*, cap. vi, per iustitiam accipit Deum; hic enim quasi sol iustitia in oculis novis habitabit.

Secundo et melius, q. d. In oculis hisce nostris habitat misericordia tolerans peccatores; in oculis vero novis habitabit iustitia, quae non admittet quidquam coninguntum in illa Ingreddi, *Apoc. xxi, 27*. Rursum iustitia divina cuique vel in oculis novis, vel in terra nova assignabit pro meritis locum ad premium, vel poenam, eumque constantem et perpetuum absque ulla mutationis spe vel metu: nam Sanctis assignabit caelum, impiis infernum, pueris in peccato originali decedentibus terram. Hoc est quod Cyrillus, lib. III in *Genes.*, ait Christum omni maledictione terram liberatum, cum dabit caelos novos et terram novam; et, ut ait S. Ambrosius, lib. V, *epist. 21*, tunc omnia creata quae prius fuerunt instrumenta flagitiorum, his existitnis, quantum in ipsis est, pietatem et iustitiam colent, quae ideoque dicitur in his habitare. Hinc aliqui per catachresin per iustitiam accipiunt mundi innovationem, splendorem et decorem. Hic enim congruit iustitia ac mundo jam a peccatis et peccatoribus expiato, ideoque quasi iusto et sancto. Ita S. Ambrosius loco citato.

Tertio, simpliciter et plane, « iustitia, » id est sanctitas, puta iusti et sancti; q. d. Mundus hic vetus instauratioem expectans omnium scelorum est officina et sentina; at mundus per Christum iudicem innovatus, exclusis et in tartara relegatis sceleribus et sceleratis, erit duntaxat locus et sedes iustitiae ac iustorum et sanctorum; hi enim erunt incolae et domini novi caeli et novae terrae: tunc enim Deus erit omnia in omnibus, *1 Corinth. xv, 28*.

Mystice, caeli novi et terra nova, sed animata, sunt sancti; in his enim habitat iustitia, omniaque virtus et sanctitas, iuxta illud: « Caeli emiserant gloriam Dei. In omnem terram exivit sonus eorum, » *Psal. xviii*, vers. 4 et 5; quod de Apostolis mystice explicat S. Paulus, *Rom. x, 18*.

11. PROPTER QUOD, CHARISSIMI, HEC EXPECTANTES, SATAGITE (*σπουδάζετε*, id est, omni studio, omni cura, omnibus viribus et nervis contentidie) IMMACULATI (*ἀμώμοι*, id est, sine macula, scilicet graviori et mortali: nam omnes veniales in hac

vita cavere est impossibile) ET INVIOLATI (*ἀβλαβτοι*). Id est irreprensibiles) INVENI: ET. — Nam, ut ait S. Paulus, *Ephes. 1, 4*: «Elegit nos in ipso (Christo) ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate.» Et *Coloss. 1, 22*: «Reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem exhibere nos sanctos, et immaculatos, et irreprensibiles coram ipso.» Proclare S. Bernardus, *De Triplici Jud.*: «Debet, ait, quisque quantum potest se irreprensibilem exhibere, primum quidem coram Deo, sed deinde etiam coram hominibus.» Tam allatis S. Petri verbis subjicit: «Tribus siquidem modis providemus bona coram hominibus, id est habitu, actione, sermone. Habitu ne sit notabilis, actione ne sit reprehensibilis, sermone ne sit contempnibilis. Tribus etiam modis coram Deo, cogitatione, affectione et intentione; nam et cogitatio debet esse sancta. Unde scriptum est: Cogitatio sancta servabit te; et affectio pura et intentio recta. Sunt autem tria ista, id est, cogitatio, affectio, intentio in anima; sed in ea quoque propriis singula locis distincta videntur. Nam cogitatio in memoria est, affectio in voluntate, intentio in ratione.»

Nota est et, cum ait, «inveniri ei, q. d. Primo, ei, id est, ab ipso quem nihil latet. Secundo, ei, id est, in judicio ipsius, quod falli nequit, quodque nemo potest evadere. Tertio, ei, id est, in conspectu ejus qui omnia præsens intuetur. Quarto, ei, id est, ad honorem et gloriam illius, ut illi placeatis, non hominibus; ut illius honorem promoveatis, non vestrum; et ab illo premium et gloriam recipiatis, non a mundi principibus. Ita Deus Abraham perfectionis ideam prescribens: «Ambula, ait, coram me, et esto perfectus;» Septuaginta: «Place in conspectu meo, et esto inculpabilis seu irreprensibilis.» S. Augustinus, lib. XVI *De Civit.*, cap. xxvi, legit absolute: «Place, et esto sine querela.» Cum simile Theletis Milesii monitum recitasset Tullius, lib. III *De Legibus*, nimirum assidue volunturum animo esse, non solum facta atque dicta, verum etiam cogitata divinis oculis patere, praeare adiecit: «Omne virtutis Philosophiam os uno verbo Thules complexus est.» Adit explicite Valerius Maximus, lib. VII, cap. II, 7: «Ut non solum manus, sed etiam mentes uras habere vellemus, cum secretis cogitationibus nostris coeleste numen adesse credidissimus.» Ita Jacob patriarcha moriturus benedicens filiis Joseph, ait: «Deus in cuius conspectu ambulaverunt patres mei;» Septuaginta: «Deus, cui placeverunt patres mei in conspectu ejus.» Ita David, *Psal. cxiv, 9*: «Placebo, ait, Domino in regione vivorum;» hebraice, *ambulabo coram Domino in terra viventium.* Ita Abel «in omnibus quaecumque gerebat, Deum putabat esse presentem;» ait Josephus, I *Antiq.* IV. Ita Henoc «ambulavit cum Deo;» Septuaginta, *beneplocavit Deo, Gen. 7, 24.* Quidni placeat Deo, qui ita vivit, ut

cogitet semper Deum sibi esse presentem? Ita «Noe vir justus atque perfectus cum Deo ambulavit;» Septuaginta, *placavit Deo, Genes. vi, 9.* Ita Abraham: «Dominus, ait, in cuius conspectu ambulabo;» Septuaginta, *Dominus Deus, cui placevi ante ipsum.* Seneca Gentili Lucio hoc vitæ honeste dat consilium, *epist. 25*: «Sic vive, tanquam sub aliquo boni viri, ac semper presentis oculis.» Pientius S. Augustinus, *Soliloq.*, cap. XIV, Christianis hunc sancte vitam dat stimulum: «Magna nobis est indita necessitas justae recteque vivendi, qui cuncta facimus ante oculos Judicis cuncta cernentis.»

Adit S. Petrus *in pace*, ut scilicet existentes immaculati et inviolati, primo, pacem habeatis cum Deo, cum proximo et cum propria conscientia; magnum enim bonum est pax conscientie, qui animi, domitis passionibus, tranquilla est, suique regina et domina. Unde hæc pax exsuperat omnem senam, et custodit corda et intelligentias nostras, ait S. Paulus, *Philipp. IV, 7.* Vide ibi dicta. Secundo, ut adventum Domini, mortem scilicet et judicium, vobis bene consiliis expectatis animo pacato, sereno, hilari et fidenti; hæc ergo pax est effectus et premium immaculate et inviolate mentis.

Antitropha huic S. Petri sententia est illa S. Pauli momentis Titum, cap. II, vers. 12: «Ut abnequantes impietatem et secularia desideria, sobrie et juste et pie vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem et adventum glorie magnæ Dei.» Et illa, II *Corinth. VII, 1*: «Has ergo habentes promissiones, charissimis, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perfectentes sanctificationem in timore Dei, etc. Quæque vero eam accepit et didicit a Christo docente et docente, *Lucæ* cap. XII, vers. 35: «Sint lumbi vestri præcincti, et lucerne ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum.» Ubi vide S. Gregorium, S. Augustinum et S. Ambrosium. Anterior idem monerat, *Ecclesiasti. cap. XVII, 19*, dicens: «Ante judicium interroga teipsum, et in conspectu Dei invenies propitiationem.» Et: «No veneris usque ad mortem justificari, quantum merces Dei manet in æternum.» Quin et Salomon: «In omnibus vis tuis, ait, cogita illam, et ipse diriget gressus tuos,» *Proverb. cap. III, 6.* Et Tobias ad filium, *cap. IV, 6*: «Omnia, ait, diebus vite tue in mente habeto Deum;» Et David, *Psal. XVII, 13*: «Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo, et justitias ejus non repuli a me; et ero immaculatus cum eo, et observabo me ab iniquitate mea.» Et Michas, *cap. VI, vers. 8*: «Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te, utique: facere judicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.» S. Ignatius quoque ad *Heronem*: «Memento, ait, Dei, et non peccabis.» Et Clementis Alexandrini, III *Pædag.*, cap. V: «Hæc 30-

rum ratione fit ut quis nunquam labatur, si Deum semper sibi adesse existimet.»

13. ET DOMINI NOSTRI LONGANIMITATEM SALUTER ARBITRARI, — q. d. Hortatus sum vos, ut sancte vivendo expectetis et desideretis adventum Domini; interim tamen nolo vos queri de ejus tarditate, ac dicere: «Tardat Dominus promissionem suam,» vers. 9. Sed potius arbitrari, sentire et existimare quod hæc ejus longanimitas protendatur, nobisque exhibeatur ad salutem, tum nostram, tum malorum aliorum, ut scilicet omnes a peccatis respiciant, aut certe virtutes et merita bonorum operum accumulent, quorum coronas et præmia æterna a Christo iudice accipiant: sicut de facto hæc Dei longanimitas multis est saluti, qui alioqui perissent, adeoque per eam completur omnis Sanctorum et electorum numerus.

SICUT ET CHARISSIMUS FRATER NOSTER PAULUS SECUNDUS DATAM SIBI SAPIENTIAM SCRIPSIT VOBIS, — commendans tum Dei longanimitatem peccatores expectantem ad penitentiam, tum puritatem vite, fidem, spem, etc., que hæc epistola vobis commendavi. Id facit Paulus, tum *epist. ad Rom.*, cap. II, vers. 4: «An ignoras, ait, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit?» ita *Colossim;* tum *epist. ad Corinth.*, cap. II et III, sed præsertim *epist. ad Hebr.*, III, VI et X, vers. 36, ubi Dei longanimitatem nobis debere esse salutis hinc verbis significat: «Patientia, ait, vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis repromissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum qui venturus est veniet, et non tardabit; justus autem meus ex fide vivit.» Cum enim ait Petrus: «Scrpsit vobis,» videtur denotare Hebræos; ad Hebræos enim præcipue scripta est hæc S. Petri epistola, utpole quorum ipse quasi Christi successor et vicarius propriam sibi curam assumpserat. Ita Catharinus, Salmaron et alii hic, ac Baronius, anno Christi 60, et Bellarminus, lib. I *De Verbo Dei*, cap. XVII. Nota hic charitatem et unionem S. Petri cum S. Paulo, cui tum tulerunt sapientiam divine dat eloquium et testimonium; ex quo sane S. Paulo ejusque epistolis magna accessit auctoritas. S. Petri etiam et summorum Pontificum ejus successorum est, Canonice Scripturas a non Canonice secretare, probare et definire. S. Petri iudicium secutus S. Dionysius Areopagita, cap. II et VII *De Divina Nomia*, S. Paulum vocat solem, perfectorem, cunctam et sapientiam abyssum, ab eoque se stram Cælestem et Ecclesiasticam Hierarchiam accepisse testatur. Et S. Hieronymus, *epist. 61 ad Pammachium*, S. Paulum ejusque vocem vocat «vas electionis, tubam Evangelii, rugitum leonis nostri, flumen eloquentie Christiane.» S. Augustinus in *Psal. cxlvii*: «Nihil, ait, nobis isto viro notius, nihil suavius, nihil in Scriptura familiaris est.» Nazianzenus, *ora. 33*, Paulum vocat discipulum piscatorum (Apostolorum) simul et magistrum.

Vide dicta Protemio in S. Paulum, ubi sapientiam aliasque dotes S. Pauli multis demonstravi.

Moraliter: Mirare hic et imitare candorem, humilitatem, integritatem et charitatem S. Petri, qui divini honoris studiosus, sui negligens, adeo dilaudat, imo canonizat Epistolæ S. Pauli, cum tamen sciret in his se taxari, suumque errorem et lapsum toti orbi proparari; nam, *Galat. II, 11*, de eo sic scribit S. Paulus: «Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in æciem ei restiti, quia reprehensibilis erat,» etc. Notat hoc doctores et Scriptores, qui aliorum dicta et scripta suis contraria vituperant, impugnant, laerant. Nolent et discipuli qui suos antagonistas supplantare satagunt, qua in re magis se quam suos remulos infamant: produnt enim suam superbiam, invdiam, odium, immodestiam, insipientiam. Quanto salius acerbis contra se dicta dissimulant, et silentio premerent? sic enim se sapientes, magnanimos, Christianos, religiosos ostenderent, horum enim deus in unica virtute consistit.

16. IN QUIBUS SUNT QUEDAM DIFFICILIA INTELLECTU. — *Græce ἐπιπέδημα*, est masculinum; unde non potest referre Epistolæ, ut *Græce* generis feminini, sed ipsa dicta et scripta, sive ea que scriptis Paulus, in quibus sunt multa difficilia. Unde liquet contra Calvinum et Lutherum, Scripturas non esse factas, et cuique etiam idiotæ perspicuas. Respondet Calvinus, ejusque hyperaspistes Beza, etc. referri ad *verbum*, quod præcessit, puta ad res de quibus scripsit Paulus: hæc enim cum sint de Deo trino et uno, Christo crucifixo similibusque fidei arcanis, sunt intellectu difficiles. «Ne quis ergo, ait Beza, hinc putet errorem stabiliri; impius enim et blasphemus est qui nuper scripsit, verbum Dei ita esse obscurem, ut quocumque modo illud accipias, controversiis religionis decidendis non sufficiat.» Hæc ille, sibi Luciferi, aliis tenebris, imo erro et impostor. Subdit S. Petrus: «Que indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas.» Ubi nota est *veritas*; hæc enim vox denotat ipsas S. Pauli Epistolæ; hæc enim numerantur inter cæteras Scripturas Canonice, q. d. Depravant Epistolæ S. Pauli, sicut et cæteras Prophetarum et Apostolorum Scripturas, quas, qui difficiles sunt intellectu, in alienos sensus detorqueant. Adde difficultates Epistolarum S. Pauli sat convinci ex tot et tantorum Patrum et Doctorum in eas Commentariis, qui tamen sena mentemque Pauli non adæquant, multoque minus exhauriunt. Item ex perpetuo hæreticorum doctarum intellectu tum inter se, tum cum Catholicis litigio et dissidio. Denique ex ipso earum intuitu et lectione. Legat quilibet Epistolam ad Hebræos, et mille in ea inveniet difficultates.

DEPRAVANT. — *Græce ἐπιπέδημα*, id est detorqueunt S. Scripturas, que sunt «originalia instrumenta Christi,» ait Tertullianus, cap. II *De Carne Christi*. Idem *De Præscript.*, cap. XVII: «Tantum, ait, veritati obstrepat adulter sensus, quantum corruptio

stylus. » Nam, ut ait S. Augustinus, tract. 18 in *Jouan.*, non aliunde » nate sunt hereses, nisi dum scriptura bene intelliguntur non bene, et quod in eis non bene intelligitur, etiam temere et audacter asseritur. » Vide Vincentium Lirinensem, *Contra hereses*. Sic etiamnum hodie nostri heretici depravant Epistolas S. Pauli, eisque suas hereses trahunt, adeo ut Calvinus clamet pro se, puta pro suo predestinationis et reprobationis fato, pro fide sola justificante, pro seruo arbitrio, etc., clare Paulum et Augustinum. Lutherus vero inter alia ausus fuit depravare verba illa Pauli *Roman.* II, 23: » Adhucramur justificari hominem per fidem, » addendo *solam*.

Moraliter: Nolent hic concionatores, qui nimis licentur S. Scripturam ad suos conceptus, volentes nolentes trahunt et torquent, sed id faciendo illam depravare. Qui enim in alienos sensus eam detorquent, hi eam depravant: vis enim et mens S. Scripturae non in verbis, sed in sensu consistit; qua de re plura dixi in *Proemio in Mia. Prophet.* Quia imo S. Gregorius, lib. VI, *epist.* 7, reprehendit eos, qui in Cypriani Episcopi ordinatione præ gaudio clamaverant: » Ille est dies quam fecit Dominus, » eo quod hæc verba proprie dicta sint de Christo, *Psal.* CXXVI: » In creaturæ autem laudem, inquit, vox illa dari non debuit, que soli conveni Creatori. »

AD SUAM IPSORUM PREDITIONEM. — Quia ipsa Dei verba, oracula et diplomata violant et depravant. Si enim qui litteras res » falsificant, reus est læsæ majestatis humane, utique qui litteras Dei falsificat, reus est læsæ majestatis divine, ideoque perditioni et gehennæ obnoxius.

17. VOS IGITUR, FRATRES, PRÆSENTES (puta præsentes a me de periculo cretoscite (id est, ut vertunt Tigurina; Pagninus et S. Augustinus, *De Fide et Oper.* cap. XIV, » caveto ») SE ASSUMPTURUM (græce » ἀσπασαί », id est impiorum, nefariorum, exlegum, puta hereticorum qui depravant Epistolas S. Pauli aliasque Scripturas) UROQUE TRADUCTI (Tigurina, *abducti*; græce » ἀρραβύβινος », id est simul cum aliis abducti) EXCIDATIS A PROPRIA FIRMITATE, — fidei, pietatis, gratiæ et virtutis Christianæ. Unde ait Paulus: » Optimum est gratiæ stabilire eor, » *Hebr.* XIII, 9. Pro errore græce est » εὐαγγέλιον »: unde stelle erraticæ vocantur planetæ, quo innuit hereticos esse planetas et erroneos, qui nusquam fixi consistant, sed per varias hæreses oberrent, et ab una in oliam et aliam, ac tandem in atheismum dilabuntur.

18. CRESCITE VERO IN GRATIA ET IN COGNITIONE DOMINI NOSIBI ET SALVATORIS JESU CHRISTI. — Idem precatur et hortatur Paulus: » Non cessamus, inquit, pro vobis orantes, ut impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni bono opere fructificantes, et crescentes in omni scientia Dei, in omni virtute confortati, » *Coloss.* I, 10. Na », ut ait S. Leo, *serm.* 8 *De Passione*: » Omnes de die in diem proficiendo per pietatis augmenta reno-

ventur: quocumque enim quisque justificatus sit, habet tamen dum in hac vita est, quo probatur esse possit et melior: qui autem non proficit, deficit; et qui nihil acquirit, non nihil perdit. » Gratiam præponit cognitioni, quia crescere in gratia utilius est et magis necessarium, quam crescere in cognitione; multi enim plebei et rudes crescent in gratia, et non in cognitione, hique superabunt multos doctos et litteratos in gloria celesti. Crescere autem in cognitione Jesu Christi Salvatoris, est crescere in cognitione divinitatis, humanitatis, redemptionis, resurrectionis, gratiæ, gloriæ, omnibusque mysteriis et beneficiis Jesu Christi; unde sequitur incrementum charitatis et amoris ejusdem. Sane quisque Christianus quotidie debet crescere in cognitione, meditatione et amore Jesu Christi Salvatoris sui; ita cresceret pariter in meritis, et in corona ac gloria celesti. Dicit hoc Petrus contra hereticos qui se Gnosticos, id est scientes et in cognitione perfectos, vocabant et jactabant, cum essent ignorantes et errantes. Veri enim Gnostici sunt fideles qui suam ignorantiam fatentur, ac student crescere in cognitione rerum salutis, ideoque assidue orant eum Psal.: » Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. »

IPSIGLORIA ET NUNC, ET IN DIE ETERNITATIS, AMEN.

— Puta in omnem eternitatem, quamdiu durat dies eternitatis. Eternitas enim est quasi una dies, nunquam hodie constans semper et perennans, ut dixi vers. 8. Vel » in diem, » id est in tempus eternitatis, puta æternum quod imaginamur eternitati Dei coexistere, ut illam animo concipere et aliquo modo apprehendere possimus; dies enim sæpe pro tempore capitur: imaginamur enim millia et miliones annorum semper sibi succedentium, idque sine fine, ut » eternitatem mente concipiamus. Sic David ait *Psalm.* LXXVI, 6: » Annos æternos in mente habui. » Significat hic S. Petrus fideles debere perpetuo vita et voce glorificare Deum, ipsique optare gloriam non presentem et hodiernam duntaxat, sed perennem et æternam, ac jugiter cum Ecclesia canere: » Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; sicut erit in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. » Hoc enim faciunt canuntque perpetim Beati in celo, quorum vitam, laudem et felicitatem nos in hac vita inchoare decet, ideoque mentem abstrahere a rebus terrenis, caducis et momentaneis, eamque figere in celestibus, stabilibus et æternis. Præclare S. Leo, *serm.* 2 *De Passione*, in fine: » Magni nominis militiam, inquit, magne professionis suscipimus disciplinam. Sectatores Christi discedere a regia non licet via, sed dignum est temporalibus non occupari ad æterna tendentes. » Idem, *serm.* 1 *De Resurrect.*: » Ex qualitate, ait, temporalium actionum, differentie retributionum pendunt æternarum. » Et inferius: » Pro transactis habeantur quæ ex maxima parte jam novæ sunt: et mens intenta

mansuris ibi desiderium suum figat, ubi quod affertur, æternum est. » Quocirca Ecclesia nos locet Deum orare, » ut eo rectore et duce sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna; » transeundum enim est per temporalia et transitoria, herendum in fixis et æternis. Et S. Basilius in *Psalm.* XLVIII, agens de divitiarum contemptu: » Ne celo, inquit, circa præsentia hæc pusillo aut dejectiori animo, quin potius vitam illam expectato beatam prorsus, nec ullo sine claudendam. » Pathetice vero B. Petrus Chrysologus, *serm.* 124: » Quid stupemus? ubi sumus? Quis est iste qui nos eludit somnus? Quæ est ista quæ nos tenet oblivio lethalis? Quare non celo mutamus terram? Quare non caducis emimus æterna? Quare non perituris manentia compamus? » Ne ille alle stertit qui ad hæc vehementia tonitrua fulminaque verborum non expersciscit. Nec minus ardens in sæculi assecra infomat Nazianzenus, *orat.* 16: » Quis prætercunctia præteribit? Instabilibus et æternis mentem adjuget? Quis de presentibus rebus tanquam de abœnibus cogitabit? Quis picturam a veritate, quis umbram a vita sempiterna discernet? » Congruenter et Seneca, *epist.* 110: » Quid miraris? Quid stupet? Pompa est. Ostenduntur istæ

res, non possidentur; et dum placent, transeunt: ad veras polius te converte divitias. » Denique S. Bernardus in *Meditat.* cap. II, clare et nervose: » Dic mihi, ait, ubi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscum erant? Nihil ex eâ remansit, nisi cineres et vermes. Attende diligenter quid sunt, vel quid fuerunt. Homines fuerunt sicut tu: comederunt, et biberunt, riserunt, duxerunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descenderunt. » Unde concludit idem in *Sententiis*: » Infelix proinde qui in hujus vite lubrico fidens, perituram insumit operam; nec advertit quoniam vapor est, et ad modicum patrens, et vanitas vanitatum. » Si sapiis ergo oplasque esse felix,

VIVE VERITATI,
VIVE IMMORTALITATI,
VIVE ÆTERNITATI.

» Hæc sollicitissima meditatio debet esse sapientis, ut quoniam brevis dies istius vite, et incerta sunt spatia, nunquam sit mors morituro improvisa, nec inordinatum incidat finem, qui se novit esse mortalem, » S. Leo, *serm.* 5 *De Ige-*
nio 7 mensis.

COMMENTARIUS

IN PRIMAM

SANCTI JOANNIS EPISTOLAM.

PROEMIUM.

Tria hic ex more præmitto: *primum*, de Epistola auctoritate; *secundum*, de auctore; *tertium*, de argumento.

Quoad *primum*. De fide est hanc Epistolam esse Scripturam Canoniceam. Hic est sensus communis totius Ecclesie, expressus tum a Concilio Tridentino, sess. IV.

Ubi nota duplex esse libros Canonicos S. Scripturæ: Primi vocantur Protocanonici, quasi primi canonici, eo quod omni ævo apud omnes libris sint Canonici, ita ut de eorum auctoritate nullus anquam orthodoxus dubitavit.

Secundi vocantur Deuterocanonici, quasi secundi canonici, eo quod aliquando Ecclesia aut Patres de eorum auctoritate dubitarint, posteriori tamen ævo aut omnibus in canonem sunt recepti. Tales sunt liber Esther, Baruch, Danielis pars, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, duo Machabeorum, partes quædam Evangeliorum S. Marci, Lucæ et Joannis, Epistola ad Hebræos, Epistola Jacobi, secunda Petri, secunda et tertia Joannis, Epistola Judæ, Apocalypsis. Cæteri omnes sunt Protocanonici: ergo inter eos est et Epistola hæc S. Joannis, excepta una ejus particula, de qua suo loco. Vide Bellarminum, lib. I *De Verbo Dei*, cap. IV. Hoc est quod de ea ait Eusebius, lib. III *Hist.*, xxiv: « Inter ea que Joannes scripsit post Evangelium, etiam prior illius Epistola eum a recitentibus, tum a veteribus absque ulla hesitatione recipitur, » quin et ab hæreticis prorsus æque ac modernis. Et S. Augustinus, tract. 7 in *epist.* I Joannis: « Canonice, ait, est ista Epistola, per omnes gentes recitatur, orbis terræ auctoritate retinetur, orbem terrarum ipsa edificavit. » Et Dionysius Alexandrinus apud Eusebium, lib. VII *Hist.*, xx: « Evangelium, ait, et prima Joannis Epistola non solum vitio carent, sed etiam summa eum verborum elegantia maximo sententiarum pondere et concinna eloquentiæ dispositione præscripta sunt: tantum abest ut vox aliqua barbara,

aut solœcismus, aut imperitus, aut rudis sermo in his reperitur. »

Quoad *secundum*, consentiunt pariter Orthodoxi auctores Epistolam esse S. Joannem Apostolum, ut habet ejus inscriptio. Idipsum satis indicat cyclus Epistolæ per omnia consentiens Evangelio S. Joannis, utpote candidus et caritate mellifer, plene indicatus sum fons, puta pectus S. Joannis candidum et charitate melleum. Ad hæc, eadem in hac Epistola que in Evangelio inculcat, ut sceleret advertebat Eusebius, lib. VII *Hist.*, xxv: « Qui attentè legit, inquit, inveniet utrimque frequenter vitam, lucem, dehortationem a tenebris, creberrimè veritatem, gratiam, gaudium, carnem ac sanguinem hominum, iudicium, peccatorum remissionem, dilectionem Dei erga nos, præceptum nos invicem diligendi, servanda esse cuncta præcepta, reargutionem mundi, diaboli et Antichristi, promissionem spiritus Sancti, adoptionem Dei, fidem ubique a nobis expellam, ubique Patrem et Filium; et si per omnia character utriusque notetur, prorsus unus et idem Evangelii et Epistolæ color reperietur. »

Quis, qualis et quantus fuerit S. Joannes, colligitur, *primo*, ex ejus stirpe et cogitatione. Ipse enim præ Apostolis cæterisque viris omnibus, sanguine proxime attingit Christum, ejusque fuit consanguineus in secundo vel tertio gradu. Fuit enim S. Joannes filius Zebedæi et Salomes, quam multi putant fuisse filiam S. Anne, æque ac fuit B. Virgo, unde S. Chrysostomus, *Act.* I, S. Joannem vocat fratrem Domini. Et S. Brigida, lib. I *Revel.*, x, S. Joannem vocat sororium Christi, quod natus sit ex matris Christi sorore, ac consequenter B. Virginis fuerit nepos et Christi consobrinnus, idem sentiunt Beda, *Præfat.* in S. Joannem; S. Bernardus, *De Lament. Virg.*; Hugo de S. Victore, et Glossa in cap. I ad *Galat.*; Albertus Magnus in cap. XIX *Joan.*; Abulensis in cap. XX *Matth.*, 4, Quæst. LIV, § 3; S. Antoninus, Gerson et alii multi;

PROEMIUM COMMENTARIORUM IN I EPISTOLAM S. JOANNIS.

107

adeo ut Joannes Eckius, serm. 2 *De S. Anna*, asserat eos qui negant S. Joannem fuisse Christi consobrinnum, repugnare SS. Patribus et Ecclesie, ipsique Scripturæ. Verum hoc alii minus placet, qui censent S. Annam non nisi unam habuisse prolem, scilicet B. Virginem, id enim magis videtur deuisse et gravitatem S. Annæ, et dignitatem B. Virginis ac Christi, ut docent Euthymius, Theophylactus, S. Thomas, Jansenius, Canisius, Baroniæ, Canus, quos citat et sequitur Franciscus Suarez, III *part.*, tom. II, disp. II, sect. 4. Idem tamen sentiunt S. Joannem fuisse consanguineum Christi.

Porro L. Dexter ejusque continuator Helecas, Episcopus Cesaraugustanus, in *Chronico*, quod nuper in Hispania prodit, tradunt Zebedæum fuisse fratrem S. Barnabæ, ac habuisse duos filios, Jacobum et Joannem Apostolos, ac duas filias, quarum una nupta fuerit S. Petro, altera S. Andree. Addebat Helecas: « Zebedæus qui et Aristobulus, pater Joannis et Jacobi Apostolorum, fuit e septuaginta duobus discipulis. Ille cum S. Petro Romanus venit: inde missus in Angliam Episcopus, martyr occubuit anno secundo Neronis. Salome, uxor Zebedæi, mater SS. Joannis et Jacobi, anno ætatis 90, Christi 42, die 24 maii sanctissime decessit Verulis in Italia, que prius cum Jacobo filio peragravit Germaniam, Angliam et Italianam prædicando. » Verum horum fides sit penes Dextrum et Helecam. Nam, ut alia taciam, Verulis quiescit Maria Jacobi, ut habet Martyrologium Rom. 23 maii. Hæc autem passim censetur fuisse mater Jacobi minoris, non majoris, qui fuit frater S. Joannis; nam *Mart.* xv, 40, expressè Maria hæc vocatur mater « Jacobi minoris et Joseph, » ac distinguitur a Salome: unde et Mariæ Salome, que fuit mater SS. Joannis et Jacobi majoris, transitus in Martyrologio Rom. consignatur alio die, puta 22 octobr., ubi et Hierosolymis diem obiisse dicitur. Quare viri eruditi suspicantur hæc et similia non esse gemina L. Dextri (cui S. Hieronymus dedicavit lib. *De Script. Eccles.*), sed ministri aliejus tenebrionis, qui Dextri sibi nomen arrogavit, ut eo se sicut cerebri sensa tegeret et honestaret.

Ex quo colligitur S. Joannes sapientia et sanctitas. Sicut enim sol radiis suis ea magis illustrat, que magis ipsi sunt vicina, ita ut quo aliquid soli est vicinior, eo magis ab ipso illustratur: sic patet Christus quasi sol justitie oriens ex alto per incarnationem, radios sue gratiæ magis diffusit in eos quos carne conjunctior habuit, et ex quorum carne carnem assumpsit. Ita B. Virginem summis gratiæ donis præ omnibus hominibus et angelis dotavit, quia illam in matrem elegit: pari modo S. Josephum præ cæteris illius ævi viris sanctificavit, quia eum in nutricium et quasi in patrem elegit. Idem fecit S. Anna quasi avia sue, S. Joachimo quasi avo, S. Jacobo majori et minori, S. Judæ, S. Simoni Thadæo, quos sibi cog-

atos creavit Apostolos; ac Joanni Baptiste, quem sibi cognatum, ut patet *Lucæ* I, 36, suum fecit paranymphum, ideoque inter natos mulierum eo non surrexit major, *Matth.* XI, 11.

Secundo, quantus fuerit S. Joannes colligitur ex eo quod inter Apostolos fuerit præcipuus, et post Petrum quasi primus, imo Petri socius, ut patet *Act.* I, 13, et cap. III, 1, et cap. VIII, 14. Unde Paulus *Galat.* II, 9: « Jacobus, ait, Cephas et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dexteræ dederunt mihi et Barnabæ societatis. »

Tertio, ex eo quod inter quatuor Cherubinos representantes quatuor Evangelistas, *Eccl.* I, 10, *Apoc.* IV, 1, S. Joannes comparetur aquile, eo quod mentis acie et volatu omnes transcendens, ad ipsum Dei sinum penetravit, indeque intonarint mysterium generationis Verbi, dicens: « In principio erat Verbum, » etc. Aquila enim dicta est ab acute videndo, quasi acuta ab acumine, licet nonnulli ab aquilo colore vocem ducant: est enim aquilus color fuscus et subniger ab aqua denominatus, ait Pierius, *Hierog.* XXXI, cap. XXI. Unde S. Hieronymus, *De Script. Eccles.*, in *Joanne et Papia*: « Clangat, ait, tuba Evangelicæ filius tonitru, quem Jesus amavit plurimum, qui e peccatore Salvatoris doctrinarum fluens, potavit. » Origenes, hom. 2 in *Dietosos*, loquens de S. Joanne: « Vox, ait, spiritus aquilæ auditum pulsat Ecclesie, vox aivoli volatilis non aereum corpus, vel æthera, vel totius mundi sensibilis ambitum supervolantis, sed omnem theoriam ultra omnia que sunt et que non sunt, civitatis intimæ Theologiæ pennis, clarissimæ supernæque contemplationis obtutibus transcendens. Supervolat itaque B. Joannes Theologus non solum que intelligi ac dici possunt, verum etiam que superant omnem intellectum et significationem supervolant, extrahit omnia ineffabili mentis volatu in arcana unius omnium principii exaltat. » Et mox: « O beate Joannes, non immerito vocaris Joannes, id est, cui donatum est, Cui enim Theologorum donatum est, quod tibi donatum est, abditæ videlicet penetrare mysteria? » Deinde cum dixisset Petrum tyrum gerere actionis, Joannem vero contemplationis, subdit: « Spiritale igitur petarum, civitulum, deivolum, Joannem deo Theologum, omnem visibilem et invisibilem creaturam superat, omnem intellectum penetrat, et deficiat in Deum intras se deficiant, etc.; non enim aliter potuit ascendere in Deum, nisi prius ferret Deus. » Addebat Paulum raptum in tertium cælum et Paradisum, Joannem vero plusquam hominem raptum supra omnes colores in paradiso paradisorum, hoc est, in causa omnium audisse unum verbum, per quod facta sunt omnia; ideoque in Deum quasi transmutatum fuisse. Hinc S. Dionysius Areopagita, epistola ad S. Joannem, eum vocat « solem Evangelii. »

Rursum, quod S. Joannes a Christo nuncupatus sit Boanerges, id est, filius tonitru, *Marc.* III, 17,

hoc est, fulmen. Fuit ergo ipse Ceranus, id est, fulmineus, tonans et fulminans; « ejus enim oratio: » et tonitruum, quia vita ejus erat fulmen; « quod de S. Basilio ait Nazianzenus, in ejus *Elogio*. Unde S. Epiphanius, *heres. 73*: « Joannes, uili, revera tonitruus filius per propriam suam grandiloquentiam, velut ex quibusdam nubibus a sapientia nigrissimis, piam nobis de Filio intelligentiam persuasit. »

Quarto, quod unus ipse omnes Sanctorum gradus et laureas meruit, eosque hystericos et primos, Joannes enim *primus*, ob excellentem animi puritatem fuit terrestris angelus, angelos superans, non natura, sed virtute illibatae virginitatis; *secundus*, sicut fuit Patriarcha, quia solus ipse ceteris Apostolis divinitissime superes fuit, communis omnium fidelium pater, basis et columen. Unde S. Hieronymus, *De Script. Eccles.*, in *Joanne*: « Totus, ait, Asia fundavit rexitque Ecclesiam; » *tertio*, idem fuit Apostolus, Episcopus, Hierarcha, Doctor, Evangelista, Propheta in Apocalypsa, Martyr, tum quia Christo in cruce assistens, omnes ejus dolores et mortis agones per compassionem et amorem intima sustinuit; tum quia Roma a Domitiano in dolum ferventis olei fuit immisus, oleo per miraculum illisus exiverit. Unde Polycrates apud Eusebium, lib. *V Hist.*, xxiii, scribens ad Victorum Romanum Pontificem: « His accedit, ait, Joannes, qui super pectus Domini recubuit, qui sacerdos fuit, qui laminam auream gustavit, qui Martyr et Doctor exiit, qui tandem Ephesi morte consopitus occubuit. » De lamina aurea, quam in fronte gustavit S. Joannes, quasi coronam, Episcopatus insignia, stipulatur S. Hieronymus, *De Script. Eccles.*, in *Polycrate*, et Neophorus, lib. II, cap. xlv. Idem de S. Jacobo dixi in Epistole ejus Prooemio. Quocirca apte vocatus est *Joannes*, Hebr. *Jehochanan*, et crasi *Jochanan*, id est gratia Dei, vel potius *misericors est Deus*, aut *gratiosus Deo*; perinde ac Baptista ille coeuvus eadem de causa ab angelo vocatus est *Joannes*, *Luce 1, 13*. Joannis enim Baptiste gratias ac dolores habuit Joannes Evangelista, et insuper alias majores, quas jam recensui et recensabo, adeo ut Christus inter duos hos Joannes fuerit quasi sol inter Jovem et Luceam; Baptista enim fuit precursor, Evangelista pedissequus Christi. Fuit ergo Joannes, quasi filius Charitum, filius gratiarum, in quo sollicito orando et decorando omnes Charites, omnes gratie conspirasse videntur, adeoque tres Christianorum Charites sunt Christus et uterque Joannes.

Quinto, quia Joannes Christo prae ceteris Apostolis fuit familiaris, et quasi a secretis: unde ipse passim se vocat discipulum quem diligebat Jesus. Hinc et transfigurationis ejus ac orationis in horto, scripturaeque ejus miraculis interfuit; unus ipse in ultima cena super pectus Christi recubuit, quod summum mutui et reciproci amoris fuit indicium, *scilicet* se fomentum et augmentum: e Christi enim

pectore arcana divine sapientiae, et gratiarum altiora prae ceteris fluentia potavit, ut ait S. Augustinus, tractatu 48 in *S. Joannem*; atque supra templum Verbi recubens, aniam divinam plenitudinis scrutatus est, ait S. Ambrosius in *Psal. cxviii*, Oton. 2, et S. Hieronymus in cap. *v. Eschiasis*: « Joannes, ait, recubuit in pectore ejus, ut hauriret fluentia sapientiae, ut posset dicere: In principio erat Verbum; quia enim in pectore Christi sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, merito super pectus ejus recubuit, quem majore ceteris sapientiae et scientiae singulari munere donat, » ait Beda, homil. *De S. Joanne*; et Laurentius Justinianus, libro *De Agoniae Christi*, cap. *v*: « Sapientia, ait, arcana contempnendo rimaris, curris per angelos, discurris per archangelos ceterasque spirituum legiones considerationis penna percurrendo rimaris: tibi aune panduntur indicibiles sapientiae thesauri, tibi reserantur revelationum sacra mysteria, divinitatis altitudo, aeterna Verbi generatio, et coelestis gloria triumphale regnum. » Quin et Pictarchus, lib. I *Comm.*, Quest. III: « Locus, inquit, infra dominum uxoris et liberorum est, qui in sinu esse dicebantur. » Fuit ergo Joannes filius Christi, ideoque in sinu ejus, quasi Benjamin recubuit.

Porro, quanta ex eo charitatis relique incendia hauserit, patet ex gestis ejus, non tantum in fundandis Ecclesiis quaeversum, sed etiam in fundandis singulorum, etiam perditionum, salute. Ex uno exemplo discite cetera. Narrat Eusebius ex Clemente Alexandrino, lib. III *Hist.*, xxiii, S. Joannem Episcopo cuidam commendasse adolescentem quemdam, qui seductus a sociis tandem factus sit princeps latronum. Reversus S. Joannes ad Episcopum: « Age, inquit, o Episcopo, depositum representa, quod tibi ego plane et Christus commendavimus, Ecclesia teste quam regis. Juvenem illum repeto a te et animam fratris. » Cumque ille suspirans diceret eum mortuum esse, Deo scilicet, factumque principem latronum. « His auditis, Apostolus vestem continuo qua erat indutus, scidit, et cum ingenti gemitu feriens cepul sum: Bonum te, inquit, custodem fratris animae dereliqui. Sed jam nunc mihi equus paratur, et dux itineris. Et confestim ab ipsa ecclesia ascendens concitus properabat. Cumque pervenisset ad locum, attinere ab his latronibus qui custodias observabant. At ille neque effugere, neque prorsus declinare usquam nitens, ingenti tantum voce proclamabat: Quia ad hoc ipsum veni, adducite mihi principem vestrum. Qui cum veniret armatus, eminens agito Joanne Apostolo, pudore actus in fugam versetur. Ille equo post eum admisso, confestim insequitur fugantem, etiam astitis oblitus, simul et clamans: Quid fugis, o fili, patrem tuum? Quid fugis inermem senem? Miser, haere, noli timere, habes adhuc spem vite. Ego Christo rationem reddam pro te;

rite et mortem libenter pro te excipiam, sicut dabo animam meam. Sta tantum, et crede mihi, quia Christus me misit. At ille audiens, restitit, ac vultum demisit in terram; post hoc arma projecit, tum deinde tremefactus flebat amarissime, et accedens ad se sens genibus provolvitur, gemitibus et ululatibus quibus poterat satisfaciens; et uberrimis lacrymarum suarum fontibus iterum baptizatur, occultans solam dexteram suam. Apostolus vero jurjurandi sacramento se eia Salvatore impetraturum veniam pollicens, simulque genibus ejus provolvit, atque ipsam dexteram, ex cuius caedis conscientia torquebatur, tanquam jam per penitentiam purgatam deosculans, ad ecclesiam revocat, et indesinenter pro eo orationes profundens, et cum ipso pariter duens crebra jejunia, indulgentiam a Deo, quam ei pollicitus fuerat, expellebat. Sed et variis sermonum consolationibus, velut quibusdam praecantationibus effloros et exterritos ejus animos mitigabat. Nec prius abstitit, quam cum in omnibus emendationem etiam ecclesiae praeficeret. »

Ex quo Joannis exemplo discant Episcopi, Pastores, Praedici, Magistri, quantum cuiusque fidelis, etiam juvenis et perditus, sua cura credat, curam gerere debeat; ac rursus si perditus sit, modum cum revocandi esse eum quem hic usurpavit S. Joannes, nimirum summam commiserationem, humilitatem, dilectionem. Unde S. Chrysostomus Theodoro lapsus hoc S. Joannis factum proponens, hortansque ad penitentiam, commendat « S. Joannis candelentum et mansuetudinem, et suavitatem illicem, quoniam prior crucientem dexteram exosculatus est, haerens in amplexu adolescentis, et ea via reduxit ad amissam virtutem. »

Porro hoc summi amoris et honoris privilegium recubendi in sinu Christi, Joanni soli prae omnibus Apostolis concessum fuit quatuor de causis.

Primo, ut ipse ejus incarnationis et secretorum esset testis omni exceptione major, utpote qui proximus illi et familiarissimus exstitisset, adeoque in sinu ejus recubisset. Unde Rupertus explicans illud *Joan. xiii, 23*: « Erat ergo recubens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus, » ait hoc dicere Joannem, ut suo Evangelio fidem astruat. « Hic enim, inquit, praecipue dignus fide testis est, qui adeo veritati quam narrat, praesens cognitor interfuit, ut recumberet in sinu ejus familiaris ac dilectus, et illi Verbo prae cunctis mortalibus prope admissus, quod tractatum de corde Patris, et caro factum, alius personare decreverat per linguam et calicem ejus. » Unde S. Joannes eodem quasi sigillo obsignans Evangelii sui fidem cap. ult., cum vers. 20 dixisset de se: « Qui et recubuit in cena super pectus ejus, » subiungit vers. 24: « Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de

his et scripsit haec, et scimus quia verum est testimonium ejus; » et initio *Epistolae*: « Quod fuit ab initio, ait, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, quod manus nostrae contractaverunt, de Verbo vitae, etc., testamur et annuntiamus vobis. »

Secundo, ad commendandum deus virginitatis: ob hanc enim meruit a Christo prae ceteris diligi et in sinu ejus recumbere. Ita ibidem Rupertus ait in S. Joanne completum illud Sapientiae dictum *Prov. xxii, 11*: « Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem; quia videlicet propter excellentem castitatis decorem dignus fuit de ipso sacro Domini pectoris fonte divinitatem ejusdem Verbi, et aeterni potare secreta principii. »

Unde S. Cyrillus, lib. IX in *Joann.*, cap. xv, ait S. Joannem nos hortari ad bene vivendum, si volumus divinarum rerum cognitionem adipisci. Exemplo enim seipsum nobis proponit, qui sic diligebatur a Christo, ut in sinu ejus sederet. Illi enim summopere Deo propinquant, qui mundo corde sunt, quibus praecipuum a Salvatore munus attribuitur. Beati enim sunt, inquit, homines mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Namque ista beatificatio vera exiit in Joanne. Vidit enim gloriam Christi, ut ipse testatur, gloriam quasi Uiginita Patre. Nullus enim Patrem vidit, nisi qui a Deo est, id est, filius Dei; qui vero procul se a turpitudine removet, et inanis hujus vitii curis mente non agitantur, illis super quam animus per se hominis ferre potest, gloriam suam Christus revelare solet. » Hinc et ipsa Joannes *Apoc. xiv, 1*, vidit virgines proximas Agno, ipsum per omnia sequi, ac cantare canticum novum, quod nemo alius cantare potest.

Tertia, recubuit Joannes in sinu Christi, ut inde secretiora et sublimiora Evangelii et Apocalypseos mysteria hauriret quae mundo panderet. Unde Ecclesia in officio S. Joannis, Respons. Ieronis 8, canit: « Iste est Joannes, qui super pectus Domini in cena recubuit. Beatus Apostolus cum revelata sunt secreta ecclesiae: fluente Evangelii de ipso Domini pectoris fonte potavit. » Ideoque, ut ait Beda, Evangelium S. Joannis cetera omnia sublimitate transcendit; et S. Augustinus, tract. 18 in *Joannem*: « Joannes Evangelista, ait, inter consortes et participes suos alios Evangelistas, hoc praecipuum et proprium donum accepit a Domino, super cuius pectus in convivio descumbat, ut per hoc significaret, quia secreta altiora de ultimo pectore ejus potavit, ut ea diceret de Filio Dei, qui parvulorum mentes fortassis intenas exaltare possint, implere autem nondum capaces non possint. » S. Chrysostomus, *Prefatione in S. Joannem*, ait angelos multia didicisse a S. Joanne, ac proinde ipsos etiam Cherubinos et Seraphinos avide eum suum Evangelium et Apocalypsin intonantem audissem.

Quarta, ut ex pectore Christi sugeret delicias

amoris ejusdem, juxta illud *Cantic. II, 5*: «Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amorem languo. » Causam subdit: «Leva ejus sub capite meo, et dextra illius amplexabitur me; » et S. Joannes, *Evang. cap. I, dans causam cur per Christum solum gratia et veritas facta sit, subdit: «Deum nemo vidit unquam; Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis, » q. d. Christus in sinu Patris hausit omnem Patris gratiam, amorem et sapientiam, eaque nobis communicavit, sic et Joannes eadem hausit in sinu Christi, ac nobis communicavit. Ferunt aquilam (quod est stemma et insigne S. Joannis) illum pulvum præ ceteris adamare, cui corde suo incubavit: ita Christus plus adamavit Joannem, cui pectore et corde incubavit. Unde S. Bernardus, *serm. 23 in Cantic.*, cum dixisset Magdalenam devotionis suæ fructum invenisse apud pedes Christi, subdit: «Porro Thomas in latere, Joannes in pectore, Petrus in sinu Patris, Paulus in tertio cælo heretici hujus gratiam sunt asseculi, etc. Prior mulier (Magdalena) stravit sibi in tuto humilitatis et spei, Thomas in solido fidel, Joannes in lato charitatis, Paulus in intimo sapientiam, Petrus in luce veritatis. » Idem, vel quisquis est auctor, *serm. 3 De cena Domini*: «Jesus, ait, valde eum diligebat, quem tanto honore sublimabat. O quam bene quiescebat, qui super pectus Christi quiescebat! O beate Apostole Dei, discipule Jesu Christi, Joannes beate, utinam mererer illius dulcissimos pedes osculando lacrymis rigare, in ejus pectore tu meruisti dormire! Utinam faciem illius a longe saltem possem contemplari, in ejus pectore tam dulciter dormire meruisti. Per sinum sive pectus significabatur illud secretum, de quo habet divinitatis sacramentum. Ille diligebat Joannem non plus omnibus, sed familiaribus, ut per pacem exiret de vita, non per passionem. »*

Quinta, Christus collocans Joannem in sinu et pectore, eum quasi in filium adoptavit. Solent enim parentes filios quasi pignora charissima ad pectus et ubera admove, iisque complecti. Ille Christus moriens in cruce eum matri quasi filium pro se substituit dicens: «Mulier, ecce filius tuus; » et Joanni: «Ecce mater tua. » Solent enim nepotes, moriente filio, avis et avia in us proximum filiationis et hereditatis succedere. O commutationem! exclamat S. Bernardus, *sermone in illud Apoc.*, *Signum magnum apparuit celo*: Joannes tibi pro Jesu traditur, servus ro domino, discipulus pro magistro, filius Zebædei pro filio Vei, homo purus pro Deo vero. » Fuit ergo S. Joannes Benjamin B. Virginis, imo Benjamin Christi; et quasi Benjaminus, id est, primus natus Apostolorum, et pro omnibus gratus ac tenere dilectus, in sinu Christi requievit. Officium ergo S. Gabrielis Archangeli sortitus est, ut esset præco Christi et custos B. Virginis, ideoque nonnulli censent S. Joannem, cum vellet adorare angelum, ab eo prohibitum cum

diceret: «Vide ne feceris: conservus tuus sum, » *Apoc. XIX, 10*.

Sexta, S. Joannes Christo in cruce toto tempore passionis usque ad mortem assistit, nisi sine Christum se immolantem, et immolatum pro salute generis humani jugiter aspicientem, viros ab eo rerum divinarum sensus, ac virtutum omnium ardores accepit. Idem primus post Christi resurrectionem cum Petro ad monumentum cucurrit, imo Petro præcurrit. Idem Christo apparente piscantibus primus eum agnovit, dicens: «Dominus est; » quod S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, virginitalis merito ascribit: «Solutus, inquit, virgo virginem agnoscit; » et alibi: «Prior virginitalis virginale corpus agnoscit; » et Cyrillus: «Joannes, inquit, propter mentis puritatem et cordis oculorum acumen ad intelligendum erat aptissimus; unde solus signum statim intellexit, et Christum adesse cognovit, et aliis nihil dubitans significavit. » Chrysostomus vero Joannem eum Petro comparat: «Proprios, inquit, mores referunt Petrus et Joannes; ille ferventior, hic alidior erat; ille vehementior, hic perspicacior; ideo Joannes prior novit Jesum, Petrus prior ad eum preperavit; » et Origenes: «Petrus, inquit, in forma actionis ac fidei ponitur, Joannes solum contemplationis et scientie typum imitatur: unus siquidem recumbat super pectus Domini, quod est contemplationis & pamentum; alter sepe titubabat, quasi trepidare actionis symbolum. »

Hinc patet S. Joannem præ ceteris Apostolis a Christo fuisse dilectum, uti expresse ait S. Augustinus, *tract. 16 et 124 in Joannem*, et S. Chrysostomus, *homil. 71 in Joannem*, Theophylactus et Euthymius in *Joannis cap. XII*, ac consequenter S. Joannem vicissim præ ceteris maxime dilexisse Christum. Ille enim magis diligebat a Christo, qui magis eum diligit, majoremque habet charitatem, *Joan. XIV, 21*; et *Proverb. VIII, 17*, ait Sapientia: «Ego diligentes me diligo. » Porro S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, Joannem a Christo plus dilectum censet, eo quod esset virgo et minimus natus Apostolorum. Sic et Euthymius in *cap. XIII Joannis*, asserit Joannem a tantum a puero curam habuisse puritatis, ut ne turpem quidem cogitationem unquam in cor suum ascendere permisit. » S. Chrysostomus addit alteram amoris causam, excellentem animi humilitatem ac mansuetudinem, quæ adeptus erat postquam de præminencia correptus fuerat. *Tertium* indicat Theophylactus: «Joannes, ait, innocentissimus, simplicissimus, mansuetissimus omnium erat, et ideo diligebatur. » D. Thomas enumerat inter amoris causas sapientiam singulararem et amoris Dei vehementiam. Alibi juvenutem ait majora sibi benevolentie ac familiaritatis indicia vindicasse.

Septima, quod Christus in cruce moriens Joannem quasi fratrem sibi substituit, assignans eum

pro se quasi filium B. Virginis: «Mulier, inquit, ecce filius tuus; » ac vicissim Joanni eam assignans quasi matrem: «Ecce, inquit, mater tua. » Unde et Joannes quasi filius Virginis curam tota vita egit, ejusque fuit custos, tutor et provisor, ac cum ea Ephesi habitavit, ex cujus continua familiaritate et colloquiis quanta cœlestium arcanorum lumina, quantos charitatis ignes, quanta virtutum omnium documenta et incitamenta hauserit, oculis facile est conjicere. Hoc est quod eisdem Christi verbis subdit Joannes, *Evang. XIX, 27*: «Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua » (alii legunt in suam, scilicet matrem), græce sic dicitur, id est in propria, scilicet bona, inquit S. Ambrosius, *Enchir. ad Virginem*, non temporalia, quam jam Christi amore reliquerat, sed spiritualia: «Accipite, inquit, Spiritum Sanctum; neque enim mater Domini nisi ad possessionem, gratia demigraret, ubi Christus habebat habitaculum; » et S. Augustinus, *tract. 119 in Joan.*: «Suscepit, ait, eam discipulus in sua, non prædia, quæ nulla propria possidebat, sed officia, quæ propria dispensatione exequenda curabat; » et S. Cyrillus, in *cap. XIX S. Joan.*: «Commendavit, ait, Christus Matrem discipulo, ut officium filii in eam servaret. Matrem similiter admonuit, ut parentis in discipulum auctoritatem haberet: amore videlicet atque charitate non minus illos conjungi voluit, quam si nature maxima propinquitate conjuncti essent; » et S. Cyrilianus, *tractatus De Passione*: «Passus est, ait, æquanimiter Joseph sibi Joannem in hoc servitio præponi, quem digniorem se judicabat, et ideo maxime, quia Magistri electio sic negotium ordinabat. »

In revelatibus S. Brigidæ quas defendit Cardinalis Turrecrémata, probantque non solum eruditi Theologi, ut Michael Medina, Alphonsus Mendoza, Petrus Canisius, Martinus Delrio, etc., sed et Bonifacius IX et Martinus V Pontifices, in Canonizatione ejusdem, hæc de S. Joanne habentur: S. Joannes apparet S. Brigidæ monens eam contemnere omnia mundi bona, eaque respectu æternorum non plus facere quam siliquas porcorum, ac sequi viam crucifixi Dei, qui in principio est arcta, sed in fine gaudiosa: «Ego, inquit, sum ille qui scripturam auream plenius agnovi, et ascendendo augmentavi. Ego fui nudatus ignominiose, sed quia patienter sustinui, Deus vestivit animam meam veste immortalis. Ego etiam fui inlicitus oleo; ideo nunc gaudeo oleo lætitiæ sempiternæ. Ego insuper post Matrem Dei levissima morte de mundo transivi, quia custos Matris Dei factus fui, et corpus meum est in loco quietissimo et securissimo. » Ita refert S. Brigida, lib. IV *Revelat.*, cap. 1; et *cap. XXII*, narrat se audisse B. Virginem dicentem S. Joanni: «Tu inter Apostolos vicinissimus mihi appropinquasti, majoraque signa dilectionis expertus es præ aliis, et amariore tibi passio Filii mei facta est, quam præ ceteris clarius aspexisti;

et quia præ ceteris fratribus tuis longius vixisti, et quasi in ipsorum omnium martyri fuisti (placuit legi Codex Farnesianus: et inter eos quasi martyri fuisti), ideo placuit Deo te vocare de mundo morte levissima post me, quia Virgo virginis fuit commendata, ideo fiet quod petisti, et non prolongabitur. »

Denique S. Joannem adhuc vivere cum Elia et Henoch in Paradiso terrestri, ac cum eis venturum in fine mundi, ut contra Antichristum deceret, censuit Hippolytus, *tractat. De Consummatione sæculi*, et alii plures, teste Theophylacto et Euthymio in *cap. XXI Joan.* Verum certum est S. Joannem esse mortuum: nam Ecclesia ejus quasi post mortem jam beati, et cum Christo in celo regnantis, festum celebrat die 27 Decembris. Audi S. Hieronymum, *De Scripturis Ecclesiæ*, in *Joannis*: «Confectus senio, ait, sexagesimo octavo post passionem Domini anno (qui fuit annus Christi 101), mortuus juxta eandem urbem sepultus est. » Idem docent Tertullianus, S. Augustinus, Chrysostomus, Euthymius et alii, quos citat et sequitur Cardinalis Baronius, initio tom. II *Annot. Plura* de S. Joanne diem *Professione in Apocalypsin*.

Quoad *tertium*, argumentum Epistolæ est, primo, docere veram fidem, spem et charitatem. Fidem, tum de S. Trinitate, tum de Verbo incarnato: quod sane nullus uberius præstitit S. Joanne in Evangelio, neque ac in hac Epistola; eaque de causa a S. Dionysio, epist. ad S. Joannem, Athanasio in *Synopsi*, Cyrillo, *Catechesi*, 12 Chrysostomo, Epiphano et aliis, præsertim Joannes, cognominatur *Theologus*. Inde spem excitat commemorans præstantiam status Evangelicæ, ac charitatem Patris; qui secreti nos a filiis diaboli, deditque nobis ut filii Dei nominemur et simus, ideoque Filium suum misit in carnem, ut passione et morte sua peccata tollerent et dissolverent opera diaboli. Denique præ ceteris inculcat charitatem, ut non diligamus mundum, sed Deum qui prior dilexit nos, et Christum, qui nostri amore mortuus est, ac proximum, quem Deus et Christus jubent diligere. Pene ergo tota Epistola charitatis ardorem et vehementiam spirat. Unde S. Augustinus in *Præfat. hujus Epistolæ*: «Maxime, ait, commendatur charitas; locutus est enim nullus in propria omnia de charitate. Qui habet in se unde audiat, necesse est gaudeat ad quod audit. Sic enim erit illi lectio ista tanquam oleum in flamma. » Refert S. Hieronymus, in *cap. ult. ad Galat.*, S. Joannem senio gravem in collectis non aliud prædicasse, quam: «Filioli, diligit invicem. » Cumque audientes tedio afficerentur quod semper idem audirent, causamque rogarent, dixisse: «Quia præceptum Domini est, et si solum fiat, sufficit. »

Secundo, heresim duplicem tum subnascentem confutat. *Prior* erit Cerinthi, Ebionis et assessorum, qui negabant Christi divinitatem. *Secunda* Basilidis cum suis, qui negabat veram Christi

caroam et humanitatem, dicebatque eam tantum apparentem et phantasticam fuisse, ut et omnia Christi gesta, ideoque Christi causa non esse subdendum martyrium.

Utramque evertit S. Joannes tum in Evangelio, tum in hac Epistola, docetque Christum fuisse verum hominem et verum Dei Filium, et qui id negant esse Antichristos. Unde hortatur ut concupiscentia et peccati, quasi operum diaboli turpitudinem fugientes, Christum mediatorum quasi lucem et duceam salutis sequamur per veram fidem, spem, sive fiduciam, et claritatem. Ita S. Ignatius, *epist. ad Philadelph.*; Tertullianus, *lib. De Prescriptione*; Epiphanius, *haeres. 27, 28 et 30*; Hieronymus, *De Viris Illust.*, in Joannes Enslings, *lib. III Hæres.*, cap. xxvii, et S. Augustinus, *tract. 122 in Joen.*, qui et addit, *lib. De Fide et Opere*, cap. xiv, S. Petrum, Joannem, Iacobum et Judam maxime confutasse errorem Simonis Magi et assessorum, docentium solam fidem sufficere ad salutem, et ad hoc abstinendum Epistola S. Pauli ad Romanos, ideoque eos diserte contrarium docere, scilicet praeferre fidem requiri bona opera ad salutem. Quocirca S. Joannes culque etiam, puta pueris, adolescentibus, scribit operum vitiosque Christiane praecepta praescribit (1).

Porro, Epistola haec est Catholica, id est circularis et universalis, scripta ad omnes fideles ubique degentes, ut et Epistole S. Petri, Jacobi et Judae. Veteres tamen nonnulli hanc Joannis scriptam aiunt nominatim ad Parthos. Ita Hyginus Pontifex, *epist. 4*, Joannes II Pontifex, *epist. 1 ad Valerium*; S. Augustinus, *lib. II Quest. Evangel.*, cap. xxxix; Idracis, *lib. De Trinit.*, et alii. Suspicitur noxer Serarius hic pro Parthos legendum Patmos; in Patmos enim insulam a Domitiano relegatus S. Joannes, incolas ad Christum convertit. Iunius Calvinista scribens contra Belarminum, *lib. II De Verbo Dei*, cap. xv, num. 22, per Parthos intelligit non incolas Parthiae, sed pios exules dispersos extra natale solum. Nam sermone Seythico, olim exules dicebantur Parthi, teste Justino, *lib. XII*, ab Hebraeo פָּרְתִי pur, id est dividere. Idem ergo est ad Parthos, quod « tribus que sunt in dispersione », ut ait Iacobus

(1) Rosenmullerus aliud, saltem ex parte, hujus Epistolae argumentum assignat. Locum nempe, cap. iv, 2, *Joanem Christum in carne venisse*, ita interpretatur, ut eorum hic significet vite conditionem tenentem et miseriam, adeoque omnem Christi carcerem. Porro, multi ex Judaeis humilitate Jesu offendebantur, tamque ob causam negabant eum esse Dei Filium, Messiam. Judaeorum, votis illa quidem ætate Messiam avidè expectatum esse hominum, et non in carne venturum, illi est humilium, obscurarum, ignominiosorum morti obnoxium, sed potentem, sed splendore externo conspicuum, hostium debilitatorem, publici libertatis vindicam. Ad hoc carnalium Judaeorum errores confutandos, inquit Rosenmullerus, per universam epistolam sermo recurrit de Jesu Messia, de ejus humilitate in terra et morte cruenta, per quam impunitatem et salutem consequatur

initio Epistolae, et quod « electis advenit » dispersio, ut ait S. Petrus initio Epistolae. Verum a Seythis exules tam impii quam pii vocati sunt Parthi, non a Graecis vel Hebraeis, qualis fuit S. Joannes; alioqui enim S. Petrus et Iacobus credi ad dispersos scribunt, pariter et ad Parthos scripserunt; vide Serarium. Proprie ergo hic Parthos accipio, quorum tunc imperium aequè ac nomen erat amplum, ut Orientis nationes plures complecteretur, etiam Persas, teste Tertulliano, *lib. De Pallio*, cap. ii; Justino, *lib. XII et XIII*; Solino et Plinio, *lib. VI*, cap. xxv. In Parthia autem milites fuisse Judaeos revere ac Christianos, partim à Judeis, partim à Gentilibus ad quos omnes scribit hic S. Joannes, colligitur *Act. ii, 9*; et ex Tertulliano, *lib. Contra Judaeos*; ac Josepho, *lib. XIV Antig.*, cap. xii, et *lib. XVI*, cap. x, et *lib. XVIII*, cap. xii.

Scripsit ergo ad Parthos S. Joannes, sive quod eos antea adierat, et fide Christi imbuerat, ut censet Baronius alicubi plures; sive quod Epistolae et Asiatici quibus praedicaavit S. Joannes, permulti ab eo ad Christum conversi ex Asia migrarunt in viciniam Parthiam et Persidem; sive quod fideles à Simone Cananeo, Bartholomaeo et Thoma (hos enim praedicaavit Parthi et Persis tradit Sophrenius, *De Viris Illustribus*, et alii) in Perside et Parthia conversi, illi morte et martyrio finem, petierint à S. Joanne grandaevo monumentum aliquod Ecclesiae, quo in fide et vita Christiana confirmarentur, aut ultro illi eis ingesserit S. Joannes, utpote conversionis Gentium et propagandi Evangelii silientissimus. Apostoli enim cum ubique praesentes adesse et Evangelizare non possent, id absentes praestabant per Epistolam; *apostoli* ergo, id est apostolatus, vice fungebatur *apostoli*, ipsaque Epistola erat quasi apostolus. Sane Antonius Quadrus, Provincialis Societatis Jesu in India Orientali, et Michael Barulus in Epistolis Goa datis anno Christi 1535, scribunt etiamnum nonnullos e Persis fidem Christianam profiteri, eamque S. Joanni acceptam ferre (2).

Graece scriptam esse Epistolam, aequè ac ceteras SS. Petri, Jacobi et Judae consentiunt Interpretes: Graecus enim sermo a tempore Alexandri Magni plurimas gentes pervasit.

Porro quod Joannes initio Epistolae nomen suum subiecit, quid mirum? Idem fecit S. Paulus, epistola ad Hebraeos. Idem facimus hodie plerique omnes, qui Epistolam nomen non praefigimus, sed subscribimus, praesertim cum

(2) A quorundam Patrum opinio est, hanc Epistolam ad Parthos fuisse scriptam, hodiernorumque plerique recedunt. Juxta D. Glatre, encyclica fuit, nec ad certam ac singularem Ecclesiam missa. Probabilis Alfoli censet, Joannem scripsisse ad Ecclesiam Asia minoris, eadem scilicet ad quos scripserat Iacobus, Petrus et Judae; nam tota Epistola eo spectat, ut confirmetur Christianorum constantia, quam omni ope labefectare nitentur illi impostores, et falsi doctores, quos Iacobus etiam, Petrus et Judae notant in suis Epistolis.

Epistola hujus auctor fuerit Spiritus Sanctus potius quam S. Joannes. Auctor ergo « valde superuacue » queritur, ait S. Gregorius, *praefat. in Job*, cap. 1, « cum auctor libri Spiritus Sanctus fideliter credatur. Ipse igitur haec scripsit, qui haec scribenda dictavit. Si magni ejusdem viri susceptis Epistolis legere verba, eaque quo calamo profecto esset, » etc. (1).

Videtur S. Joannes jam senex et omnium quasi terrenorum oblitus, ac anhelans ad Christum, hic aequè ac in Evangelio, magnitudine mysterii et charitatis Christi absorptus, omisso nomine aequè ac salutatione, ab ipso mysterio tam sublimi ordiri, ut eo secum rapiat lectorem, itaque insinuet se Epistola hujus, aequè ac Evangelii esse aucto-

(1) Hanc causam esse putat Grotius, cor hanc Epistola neque in fronte nomen titulumque Apostoli, neque in fine salutationem Apostolice moris contineat, quia nimirum in terras (Parthorum), hostiles Romanis, haec Epistola per mercatores Episcopos mittebatur, multumque potius poterat Christianis, et reprehensum foret hoc, quantum innocens, litterarum numerarius.

rem. Ita Thomas Anglicus, idipsum satis indicant primae Epistolae verba, quibus cum Christo incarnato mire deliciaur et dissuaviatur.

Denique S. Joannem in senio has Epistolae scripsisse, patet ex ipsis ejus verbis, quibus se seniore vocat, fideles vero filios, ac quasi senex non aliud pene quam charitatem inculet. Quo anno praecise scripsit, incertum est. Videtur sub idem tempus quo scripsit Evangelium, eas scripsisse; magna enim earum cum Evangelio est consonantia. Unde Baronius tam illud quam has consignat anno Christi 99, qui fuit Clementis Pontificis septimus, Nervae imperatoris primas.

Claudet argumentum aurea S. Gregorii sententia, hom. 15 in *Ezech.*: « Succendi, ait, cor nostrum igne charitatis quærimus? Joannis verba pensemus, ejus omne quod loquitur, charitatis igne vaporatur. » Non enim aliud spirat, repetit et inculcat quam amorem Dei, Christi et proximi; perinde ac senes et amantes non aliud cogitant et loquuntur, quam illud quod amant et tota vita amaverunt.

CAPUT PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Predicat Verbum incarnatum a se visum, auditum et manibus contractatum, ut cum illo et per illud societatem habeamus cum Deo Patre. Iude, vers. 3, docet Deum esse lucem expertem plane tenebrarum, ac proinde Christianos in luce vita Christi debere ambulare. Tertio, vers. 8, docet neminem a peccato esse immunitem, ac proinde quolibet debere constiteri se esse peccatorem: quod si faciat, sanguis Christi emundabit eum ab omni peccato.

1. Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contractaverunt de Verbo vitæ: 2. et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis: 3. quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo. 4. Et hæc scribimus vobis ut gaudeatis, et gaudium vestrum sit plenum. 5. Et hæc est annuntiatio, quam audivimus ab eo, et annuntiamus vobis: Quoniam Dens lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ. 6. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur, et veritatem non facimus. 7. Si autem in luce ambulamus, sicut et ipse est in luce, societatem habemus ad invicem, et sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato. 8. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. 9. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate. 10. Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, et verbum ejus non est in nobis.

1. QUOD FUIT AB INITIO. — Junge cum eo quod sequitur, « de Verbo vitæ, » hoc est, ipsum Verbum vitæ, quod fuit ab initio, annuntiamus vobis: dicit tamen de Verbo, non Verbum, quia « de Verbo proxime pendet ab eo quod immediate præcedit: « Manus nostræ contractaverunt, » de quo mox. Ita Ilyranus, Hugo, Catharinus, Gagneius. Unde Syrus verit, *evangelizamus vobis illud quod erat ab initio.* Initium Epistolæ antistropha est Evangelii S. Joannis: « In principio erat Verbum. » Et rursum: « Quod vidimus oculis nostris, et manus nostræ contractaverunt, » antistrophon est Evangelii cap. 1, vers. 14: « Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis; et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre. » Primo ergo S. Joannes hic, uti et in Evangelio, astruit æternitatem et divinitatem Christi, deinde ejus incarnationem; que sunt duo præcipua mysteria, et quasi duo cardines, duoque poli in quibus vertitur tota summa gyrusque fidei Christianæ.

Nota: Pro fuit græce est *ἦν*, id est erat; unde initio Evangelii ita verit interpretus: « In prin-

cipio erat (græce *ἦν*) Verbum; » vox enim erat « ducit nos ad æternitatem, » ait S. Basilus ibidem; « ut intelligeremus omnia tempora provenisse cœternam Patri Verbum, » ait Bedæ; quodcumque enim tempus assignes, vel imagineris anticipando, semper verum est dicere: Jam tunc erat Verbum. Nam in principio mundi erat Verbum, mille annis ante mundum erat Verbum, mille millionibus annorum ante mundum erat Verbum, ac quocumque annos antevertendo antefixos, semper vere dicam: Jam tunc erat Verbum, quia omnes annos imaginabiles Verbum prævenit, fuitque ab æterno.

Porro *ἦν* erat non significat Verbum antecessisse illud principium de quo dicitur: « In principio erat Verbum, » ita ut per principium accipi debeat principium temporis et mundi, ante quod fuit Verbum, sed quod in principio durationis, vel æternitatis (ita enim nos primordia æternitatis mente imaginamur, cum a parte rei nulla ejus fuerint primordia, nullum ejus principium) quo prius et antèrius non fuit Verbum, nisi ratione tantum, hoc est, quod jam olim ab omni æterni-

tate erat Verbum. Ubi nota potius dici *erat verbum*, quam *fuit Verbum*, quia *fuit* significat rem præteritæ, *erat* etiamnum esse, sive esse perennem. Ita S. Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, et alii in cap. 1 Evangelii S. Joannis. Posuit *ἦν* erat S. Joannes contra Arianos futuros, quorum hæc fuit vox: « Erat quando non erat, » hoc est, erat tempus quando non erat Verbum, quia antequam nasceretur non erat: negabant enim Verbum esse æternum. Unde hæc eorum vocem damnat Concilium Nicœnum, æque ac S. Joannes initio Evangelii, ubi proinde quater repetit *ἦν* erat, erat, erat, erat, g. d. Quocumque cogites tempus; jam in eo erat Verbum; quocumque ævum, jam erat Verbum; quidquid antcipites, jam erat Verbum: ita S. Basilus, lib. II *Contra Eunom.*: « Quantumcumque, ait, volueris mentis inquisitione retrocurrere, pertransire tamen quod erat, et ultra illud ferri cogitationibus non poteris. »

Secundo, *erat* significat generationem æternam Verbi. Nam « in principio erat Verbum » idem est quod ab æterno genitum est Verbum: hæc enim generatio in ratione Verbi divini includitur, uti mox dicam.

Tertio, Elias Cretensis in Nazianzeno orat. 4 *Theolog.*, notat verbum substantivum *sum, est, erat, proprium esse Dei.* Deus enim substantiæ, sive essendi est plenitudo et immensitas, puta pelagus essentia immensum, et oceanus entis: inde quæ hebr. vocatur *Jehova*, id est *qui est*, græce *ἔγωγε*, *Exodi* cap. III, vers. 14, et cap. VI, vers. 3; unde Didymus hic, et Cyrillus, lib. I in *Joannem*, cap. I, et Ambrosius, lib. I *De Fide*, cap. v, solet observari de singulis creaturis dici tantum quod sint aliquid; de solo Deo autem dici absolute *quod est*.

Quarto, *ἦν* erat significat ita fuisse Verbum, ut tamen etiamnum maneat et perseveret; hæc enim perseverantia significatur verbo imperfecto, ut docet S. Thomas in cap. I S. Joannis, quin et Pli-nius, *Prefat. Natur. histor.* Erat ergo idem est quod *fuit, est et erit, g. d.* Verbum semper fuit, semper est, semper erit, estque prorsus æternum. Audi S. Basilium, lib. *De Spiritu Sancto*, cap. vi: « Cum dixit Joannes: In principio erat Verbum, duabus vocibus cogitationem intra præscriptos terminos reclusit. Hæc enim vox, *erat*, nullum cogitationi præbet exitum; quemadmodum hæc, *principium*, non dat transitum humanæ mentis cogitationi; quantumvis enim cogitatione curras ad anteriora, non excedis *erat*; et quantumvis institeris videre quæ sint ultra Filium, non poteris tamen superare *principium*. » Quanquam si proprio de Deo loquamur, nullo tempore ejus æternitas circumscribi potest; nam, ut ait S. Gregorius Nazianzenus: « Deus et semper erat, et est, et erit; vel, ut rectius loquar, semper est: nam erat et erit hujus nostri temporis, fluxusque et caducus nature segmenta sunt; ille autem sem-

per est, atque hoc modo se ipsum nominat, cum Mosi oraculum dedit. » Quod approbans S. Augustinus: « Mentis quippe, ait, aspectu omnem mutabilitatem ab æternitate sejungo, et in ipsa æternitate nulla spatia temporis cerno, quia spatia temporis præteritis et futuris motibus constant; nihil autem præterit in æterno, et nihil futurum est, quia et quod præterit, esse desinit, et quod futurum est, nondum esse cepit; æternitas autem tantummodo est, nec fuit quasi non sit, nec erit quasi adhuc non sit. » Atque ita Plato: « Erat, inquit, et erit, quæ nati temporis species sunt, non recte æternam substantiam assignamus; dicimus enim de illa: Est, erat et erit; sed illi revera solum esse competit: fuisse vero et fore deinceps ad generationem tempore procedentem referre debemus. Motus enim quidam duo illa sunt; æterna autem substantia cum eadem semper et immobilis perseveret, neque senior seipsa fit unquam, neque junior, neque fuit hactenus, nec erit in posterum, neque recipit eorum quidquam quibus res corporeæ mobilesque ex ipsa generationis conditione subjiciuntur. »

Dices: Cur ergo interpres Latinus *ἦν*, id est, *erat*, hoc loco vertit, *fuit*? Respondeo, quia præteritum *fuit* poseunt cœtera præterita quæ subdit Joannes, scilicet « quod vidimus, quod audivimus, quod perspeximus, » ut ita apta verborum ejusdem temporis connexio. Secundo, quia *ἦν* fuit clarus significat Verbum nunquam incepisse, ut volebat Eblion, sed fuisse ab æterno. Tertio, *fuit* sæpe capitur pro *erat*, et *erat* pro *fuit*, unde S. Ambrosius, lib. I *De Fide*, cap. v, hic æque us in *Evangel.* vertit, *quod erat in principio.* Denique Scripturæ Deo et Verbo nunc tribuit verbum *est*, nunc *erat*, nunc *fuit*, nunc *erit*, quia Dei æternitas omnia tempora ambit et complectitur. Audi S. Augustinum, tractat. 99 in *Joan.*: « Quanquam natura Dei immutabilis et ineffabilis non recipiat *fuit* et *erit*, sed tantum *est*: ipsa enim veraciter est, quia mutari non potest: tamen propter mutabilitatem temporum in quibus versatur nostra mortalitas et mutabilitas, non mendaciter dicimus, et *fuit*, et *erit*, et *est*; *fuit*, quia nunquam defuit; *erit*, quia nunquam deerit; *est*, quia semper est.

AD INITIO. — *ἦν* 4772. In Evangelio Joannes ait *ἦν* 4773, id est in principio. Alludit ad *Gen.* cap. I, vers. 1. Sicut enim Moses genesim et primordia mundi enarraturus ita orditur: « In principio creavit Deus cœlum et terram; » sic Joannes enarraturus genesim et quasi primordia Verbi, ita orditur: « In principio erat Verbum, » ubi videt discrimen inter *creavit* et *erat*: mundum enim Deus creavit in principio temporis, *Verbum* autem genuit in principio æternitatis; idque significat *ἦν* erat. Recte Tertullianus, *Contra Heresimem*, asserit Evangelium esse supplementum veteris Testamenti. Sic enim Joannes supplet exor-

dium Moysi, dum praevenit ejus principium creationis mundi per principium Verbi, quo post multa saecula creatus est mundus.

Queres quid significet hic initium sive principium? Respondeo, primo, S. Cyrillus et Origenes in *Evang. S. Joannis*, cap. 1, per principium accipiunt Deum Patrem, q. d. in principio, id est, in Patre, quaeque sine aeterno, erat Verbum.

Secundo, simpliciter, S. Augustinus et Beda libidem, et Hilarius, lib. II *De Trinitate*, accipiunt principium mundi vel temporis omnis; etiam ejus quod ante mundum imaginatur coexistisse aeternitati Dei: ante omnia enim hoc, Verbum non est factum, sed jam erat ab aeterno, quia nunquam est factum, juxta illud *Psalm.* cix: «Ante Iherusalem genui te.» Et *Prov.* viii, 25: «Ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat et flumina.» etc. Audi S. Hilarium: «Quid est istud, in principio erat? transeunt tempora, transcenduntur saecula, tolluntur aetates, pone aliquid quod voles, tua opinio principium; non tenes tempore: erat enim.» Ac nonnulli interpretis: «Deus piscator (S. Joannes) vicit omnia principium: erat enim quod est, neque tempore aliquid concluditur, ut copari quod erat potius in principio, quam fiebat.

Tertio et simplicissime, S. Augustinus, Chrysostomus, Theophylactus in *cap. I. Evang. S. Joannis*, et alii: «In principio, id est ante omnia, vel ab initio omnis durationis et aeternitatis, ab omni aeternitate, longe ante angelos, homines omnesque res creatas erat Verbum. Principium enim verum, non imaginarium, intelligit Joannes, aequae ac Moyses *Gen.* 1, 4. Unde Patres passim ex *in principio*, probant aeternitatem Verbi contra Arianos: Alludit enim Joannes ad *Prov.* cap. viii, vers. 22: «Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.» Unde et Nonnus Pentapolitanus, qui heroico carmine Graeco reddidit Evangelium S. Joannis, *in principio* exponit, primo, intemporeum; secundo, Patri coaeuum; tertio, Patri natura aequale; quarto, incomprehensibile; quinto, ineffabile: haec enim quatuor vicissim et gradatim ex primo consequuntur. Verba Nonni sunt:

Ἐξ ἄρχῆς τοῦ ἀέροντος, τοῦ ἀήθητος λόγου ἀπὸ τοῦ ἁερίου, ἡγετῆρος ἡμετέρας οὐρανοῦ, ἢ ἀπὸ τοῦ θεοῦ,

hoc est:

Sine tempore erat, incomprehensibile, in ineffabili Verbum principio, Aequis natura, Patri coaeuum, Filius sine matre.

Et ergo in principio idem est quod ab aeterno, ut et Micheus ait, cap. v, vers. 2: «Egressus ejus ab initio à diebus aeternitatis.» Aeternitas enim est principium sine principio, et principium omnis principii. Ita S. Athanasius, orat. *Contra Arian.*, Clemens, Hicco. Glossa, Dionysius, Catha-

rianus, hic, et S. Ambrosius, lib. I *De Fide*, cap. v: «Joannes, ait, in epistola dicit: Quod erat in principio, indefinite tendit; quod autem ex cogitaveris, erat Filius; quod erat in principio, non includit tempore, non principium provenit.» S. Augustinus, *serm. 6 De Temp.*: «Qui in principio erat, inquit, intra se concludit omne principium.» Et Nazianzenus, oratione *De Fide*: «Quidemque principium assignare volueris, prejudicatum habebis, quia in principio erat.» Expressius vero S. Cyrillus lib. I in *Joan.*, cap. 1: «In principio, inquit, si quidem definitionem principii retinet, nihil antiquius est; nequam enim principii principium poterit excogitari: nam si aliud quiddam ante principium intelligitur, excidit profecto, nec erit vere principium. Praeterea si ante vere principium aliud inveniri poterit, in infinitum nobis erit procedendum, aliud semper ante aliud quaerentibus, nec in uno simpliciter principio consistentibus.»

Posses quarto, *in quod fuit ab initio* sic exponi, quod fuit initium: Verbum enim fuit initium sive principium tum spiritalis Spiritus Sancti, tum creationis rerum omnium. Alludit enim ad *Prov.* viii, 22: «Dominus possedit me in initio viarum suarum, ubi Septuaginta vertunt, «Dominus creavit,» id est, fecit me «principium viarum suarum in opera sua,» Verbum enim fuit idea per quam et ad quam Deus opera omnia produxit.

Porro S. Joannes per *in principio* instruit aeternitatem Filii Dei contra Cerinthum et Ebionem, qui eodem tempore docebant Christum fuisse incertum hominem, ac proinde principium accepisse, cum ex Beata Virgine natus est more ceterorum hominum. Unde contra Ebionem scriptum esse a S. Joanne Evangelium, ad adstruendam Christi divinitatem, testatur S. Hieronymus, lib. *De Scriptur. Eccl.*, in *Joanne*. Hunc Ebionis errorem secutus est Paulus Samosatenus sub anno Christi 196, et Photinus sub anno Christi 330, teste Cassiodoro, lib. III *Tripert.*, cap. v. Idem ex parte senserunt Ariani: licet enim concederent Verbum fuisse antequam nasceretur in carne, tamen negabant illud ab aeterno genitum, sed in tempore creatum primamque Dei creaturam esse asserbant.

Nola: Haec sententia unimembris: «Quod fuit ab initio,» implicite complectitur illum trinembrem in Evangelio S. Joannis, cap. 1, vers. 1, nimirum: «In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum;» unde eo facile lector hoc remittit S. Joannes: Quod enim fuit a principio, puta ab aeterno, necesse est ut fuerit apud Deum, siquae ipso Deo: nihil enim est aeternum nisi Deus.

Danque primam sententiae membrum, scilicet, «in principio erat Verbum,» proprie et explicitè significat Verbi *quaevis*, puta aeternitatem. Secundo, scilicet «Verbum erat apud Deum,» significat Verbi *ubi*, et a Patre distinctionem,

Tertium, scilicet «et Deus erat Verbum,» clare significat Verbi essentialiam, et essentialiam cum Patre identitatem. Haec tria nobis contulit Verbum in sua incarnatione, in qua humanitalem quasi spontem Verbo respondit aeterno, ut totum per genus humanum eidem jungeret et responderet, ut haec ratione nos temporales fieremus aeterni, terrestres fieremus coelestes, homines fieremus dii; ut scilicet nostrum quando, nostrum ubi, nostra essentia defixa esset in Verbo divino et aeterno.

Præclare S. Gregorius Nazianzenus, orat. 38 *De Christi Nativitate*: «Ipse Dei Filius, inquit, ille simul antiquior, ille invisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitae et immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus et ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se confert, et carnem ob carnem gerit, et cum intellectuali anima propter animam meam jungitur, ut simile per simile reparet.» Et mox: «Progressus autem Deus cum humanitate, unum ex duobus inter se contrariis, carne nitorem et spiritu, quorum alterum deificavit, alterum deificatum est. O novam mixturem! o admirandam temperationem! Qui est, fit: qui creator non est, creatur: qui nullo loco contineri potest, per interventum anime intellectualis inter divinitatem et carnis crassitiam continetur. Qui incompletes alios dilat, paupertate afficitur: carnis enim mox paupertatem subit, et ego divinitatis ipsius opus consequar. Qui plenus est, exinanitur: sua *Carne* Dea ad breve tempus exinanitur, ut ego plenitudinis ipsius particeps efficiar. Quoniam haec bonitatis divinitate? quodnam me circumstat mysterium? Divinam imaginem accipit, nec custodit: ille carnis mox particeps fit, ut et imagini salutem, et carni immortalitatem afferat.»

Quod auctivus, quon vidimus. — Lyranus hoc refert ad predicationem et judicium Christi factum a Joanne Baptista. Didymus, Hugo et alii referunt ad oracula Prophetarum, quibus praedixerunt Christum in carne appariturum et docturum homines viam salutis, ut Baruch, cap. iii, vers. 36, et alii apparitiones Dei quibus apparuit Abae, Abraham, Jacob, Moysi et Prophetis in veteri Testamento. In his enim licet apparuerit tota Trinitas, tamen specialim apparuit, hoc est, representatum fuit in his Verbum sive Filius Dei, ut significaret et quasi praeduderet se suo tempore vere carnem assumpturum, et in ea appariturum, ut docent Clemens Romanus, lib. V *Constit.*, cap. xxi; Justinus *Contra Tryphonem*; Origenes, hom. 1 in *cap. vi Isae*; Eusebius, I *Hist.*, cap. ii; Hippolytus, *De Constantin.* *saeculi*; Tertullianus, lib. *Contra Judaeos*; S. Leo, epist. 43 ad *Pulcheriam*; S. Augustinus, lib. *Contra Adimian.*, cap. ix; Prudentius in *Apolocho. contra Patropassian.*; S. Hieronymus in *Isaia vi*. Licet enim in omnibus apparitionibus veteris Testamenti, ac praesertim in nobilissima

illa, qua a Deo data fuit lex Moysi et Hebraeis in *Sina*, *Exod.* cap. xix, proprie apparuerit persona non Dei, sed angeli, uti docet S. Paulus ad *Galat.* cap. iii, vers. 19, et S. Dionysius, *Celest. Hier.*, cap. iv; S. Hieronymus, *ad Galat.* iii; S. Augustinus, lib. III *De Trinitate*, xi; S. Gregorius, *XXIV Moral.* ii, tamen angelus hic representabat Deum, ac specialim Verbum, sive Filium Dei Patris. Ad has ergo Dei et Verbi apparitiones referunt auctores paulo ante citati haec verba S. Joannis, sed minus congrue: nam sic audiverunt et viderunt Verbum Patriarchae et Prophetae, sed typice et enigmatische, non autem Joannes et Apostoli, qui clare et personaliter, idipsum viderunt et audierunt, quod hic significare intendit S. Joannes. Sensus ergo est, q. d. Nos Apostoli et discipuli Christi vidimus Verbum carne humana indutum, illudque ore humano loquens et docens audivimus, juxta id quod consonanter ait Paulus *Hebr.* cap. i, vers. 1: «Multifariam multisque modis olim loquens Deus Patribus in Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio.» Ita Beda, Clemens, Hugo, Dionysius. Alludit ad illud Dei Patris de Verbo: «Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite,» *Matt.* xvii, 5.

Porro S. Joannes praemittit auditum visui, dicens primo: «Quod audivimus,» deinde: «Quod vidimus,» tum quia auditus, ait Aristoteles, est sensus discipline et fidei: «fides» enim est «ex auditu,» *Rom.* x, 17; tum quia gradatim crevit ejus ratio, a minoribus et minus certis ascendit ad majora et certiora: certior est enim visus quam auditus. «Pluris enim est testis de visu, quam auriti multi,» ait Plautus in *Truculentis*: sed utroque certior est tactus; unde de eo subdit: «Et manus nostrae contractaverunt,» q. d. Nos Verbum incarnatum non tantum audivimus auribus, et oculis vidimus, sed et ipsis manibus palpavimus et contractavimus: illud ergo vere incarnatum firmissime credite, amate et adorate. Praecclare S. Augustinus, *serm. 32 De Diversis*: «Homo, ait, sequendus non erat, qui videri poterat: Deus sequendus erat, qui videri non poterat. Ut ergo exhiberetur homini et qui ab homine videretur, et quem homo sequeretur, Deus factus est homo.» Idem in *Psalm.* xxxiii: «Ne dedignaretur homo imitari hominem humilem, Deus factus est humilis, ut vel sic superbia generis humani non dedignaretur sequi vestigia Dei.» Et S. Gregorius, *XXIX Moral.*, cap. 1: «In nativitate divina Christus ab humano genere cognosci non poterat: proinde in humanitate venit, ut videretur; videri voluit, ut imitaretur.» Ideo in carne et sanguine nostro voluit *Labis fieri consanguineus et frater*. Nam, ut ait S. Augustinus in *Psalm.* lxxviii: «Qui dicit Deo, Pater noster, Christo dicit, Frater.» Denique Hugo Victorinus in lib. *Sententiarum* paucis incarnationis causas complectens: «Deus, ait, homo factus est, primo, ut idem esset redemptor qui creator; secundo, ut de suo

liberaretur homo; *tertio*, ut familiaris ab homine diligere Deus in similitudine hominis apparet; *quarto*, ut uterque sensus in ipso beificaretur, et reficeretur oculus cordis in ejus divinitate, et oculus corporis in ejus humanitate, ut sive ingrederetur, sive egrederetur, in ipso pascha inveniret natura ab ipso condita. » Hoc est quod admirans, et cum Christo dissuavians ait Paulus ad Tit. III: « Apparuit benignitas, » græce *φιλανθρωπία*, id est, singularis ille erga homines amor, « Salvatoris nostri Dei. »

Quod perspeximus. — Græce *θεωρησάμεθα*, id est, « quod oculis intuli, quod admirari sumus: *θεωρησάμεθα* enim est cum admiratione et stupore inspicere, » ait *Œcumenius*; item curiose, exacte, sagaciter inspicere et perspicere; denique publice quasi in theatro mirum novumque spectaculum, sed omnibus conspiciendum inspicere; unde Vatablus vertit, quod *spectaculum vultu in hoc assumptum*. Sic Paulus ait: « Spectaculum, » græce *θεωρησάμεθα*, id est *theatrum*, « facti sumus mundo, et angelis, et hominibus, » I *Corinth.* IV, 9. Unde *perspeximus* ad oculos non tantum corporis, sed et phantasie et mentis pertinet: hæc enim sola Christi divinitatem perspexerunt Apostoli, eam colligentes ex Christi doctrina, sanctitate, miraculis, etc. Ita Didymus. Nota: Verbum cum sit subtilissimus spiritus, in se videri oculis, aut cerni oculis nequit; unde carnem assumpsit, ut per eam videri et audiri possit. Per carnem ergo visum et auditum est, perinde ac Rex videtur per purpuram, et sol transparet per nubem, ignis per ferrum ignitum, candela ardens per lateram, anima per corpus assumptum: Verbum enim humanitate tectum et vestitum fuit quasi purpura, nube, ferro, latera, carne, etc.; omnibus enim unionibus hæc similis fuit unio Verbi cum humanitate, sed his longe perfectior: omnia enim jam diète uniones, excepta anime cum carne et corpore, sunt accidentales aut locales, qualis est unio ignis cum ferro: manet enim substantia ferri, sed in ejus poros se insinuat ignis, ut in eodem loco sit cum ferro, ac per illud traluceat: Verbi vero unio cum humanitate est substantialis, qualis est anime cum corpore. Unde *Œcumenius* in *Symbolo*: « Sicut, inquit, anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus; » sed hoc discrimine, quod anima carni uniatu essentialiter, ita ut cum ea faciat unum compositum essentialiter, unamque essentialiter hominis: at vero Verbum cum carne non uniatu essentialiter; non enim informat carnem ut facit anima, nec cum ea unam constituit essentialiter, utpote cum in Christo maneat essentia divina plane discreta et distincta ab essentia humana; sed uniatu et hypostaticæ sive personaliter: nam in eadem personæ Verbi subsistit humanitas æque ac divinitas. Simili modo in Eucharistia videtur Christus, *ejusque deitas et humanitas abscondita per spe-*

cies panis et vini: hæc enim sunt species, non panis, utpote qui jam desit, sed corporis Christi. Unde de ea vere dixit S. Chrysostomus, hom. 60 ad *Populum*: « Ecce enim (Christum) vides, ipsum tangis, ipsum manducas. »

ET MANUS NOSTRE CONTRACTAVERUNT. — *Ἐπιπέλασαν*, id est *palparunt*, uti faciunt cæci manu rem attritantes, scrutantes et indagantes. S. Thomas enim post resurrectionem palpavit corpus Christi ejusque cicatrices, indeque ex incredulo factus est fidelis, *Joan.* XX, 27. Rursum *cæteri* Apostoli die Dominica Resurrectionis videntur palpasse Christum, ut de ejus resurrectione dubii, de eadem per tactum plagarum certi fierent, utque eas devote venerarentur, juxta ejus jussum: « Palpate, inquit, et videte quia spiritus caro et ossa non habet, » *Luce.* XXIV, 39. Ita S. Leo, *epist.* 97; et S. Augustinus, *serm.* 147 et 160 *De Temp.*; S. Athanasius, *orat. Contra Arianos*; Beda hic; Suarez, III *part.*, tom. II, *disput.* 49, *sect.* 4; Maldonatus in *no.* XXIV S. *Luce*, vers. 39; Canisius, lib. IV *De B. Virg.*, cap. II; licet Euthymius censet solum Thomam tetigisse plagas Christi. Denique in mensa et conversatione quotidiana, ac præsertim alioquin venientes, vel abeuntes Apostoli christum amplectuntur, et contractaverunt ex amore, devotione et reverentia, præsertim ubi eum esse Deum agnoverunt. « Unus enim, » ait *Œcumenius*, « erit indistinctus, idem spectabilis et inspectabilis, perceptibilis et imperceptibilis, tangibilis et intangibilis, humane loquens et tanquam Deus miracula operans. »

Denique credibile est S. Joannem peculiariter Christo devotum, familiarem et amicum, peculiari modo et affectu, tum, ut ait Beda, in cena, cum supra Christi pectus recubuit, tum alias eum contractasse. Unde Clemens Alexandrinus bis: « Factur, ait, in traditionibus, quosdam Joannes ipsum corpus quod erat extrinsecus tangens, manum suam in profunda miserit, et duritiam carnis nullo modo reluctatam esse, sed locum manus præbuisse discipuli. » Quod cum grano salis accipere; videtur enim dicere Clemens plagas Christi fuisse obduetas carne et nervis, ideoque duras, sed per miraculum cessasse discipulis, ut viderentur sibi eas apertas tangere. Certum enim est ipsas plagas apertas, puta foramina pedum, manuum et lateris mansisse et manere in corpore Christi, uti docent SS. Augustinus, Ambrosius, Cyrillus, Cyprianus et alii, quos citat et sequitur Suarez, III *part.*, tom. II, *disput.* XLVII, *sect.* 2.

Nota: Joannes tot verbis inculcat et exaggerat Verbi incarnationem et apparitionem in carne, tribus de causis. *Primo*, „ contra Basilidem illo ævo docentem Christum assumpsisse carnem apparentem et phantasticam, non veram, ac proinde non vere esse crucifixum, sed in imagine duntaxat, doceret Christum veram et realem carnem assumpsisse, in eaque realiter passum, realiter

nos redemisse et sanctificasse. Ita Epiphanius, *heres.* 24.

Secundo, ut fideles in fide incarnationis plene confirmet, infidelibus vero ejus fidem persuadeat, petito argumento a tribus sensibus, qui fidelissimi et perspicacissimi habentur: tales enim sunt visus, auditus et tactus. Asseverat ergo se cum Apostolis Verbum incarnatum vidisse, audisse, tactum, et contractasse. Sic Petrus Christum resurrexisse probat testimonio oculari suo et Apostolorum, dicens: « Hunc Deus suscitavit tertia die, et dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis qui manducavimus et bibimus cum illo, » *Act.* X, 40. Nam, ut ait Tertullianus, lib. *De Anim.*, cap. XVII, « falsa utique testatio, si oculorum et aurium et manuum sensus natura mentitur. »

Tertio, ut ostendat Verbi dignationem et Apostolorum dignitatem. Verbum enim dignatum est et oculo in terram descendere, ac se limo, carni, inquam, nostre ex limo formate, ac Deum homini arctissimo ejusdem hypostasos et personæ vinculo sociare et necere, ita ut omnia attributa Dei sint attributa hominis, et vice versa, ac proinde per attributa hominis deitatem ejusque attributa Apostolis ostendit.

Hæc de causa Verbum caro factum est, ut intactibile fieret tactile, ait Nazianzenus, *orat.* 38, indeque cognoscibile. Dei enim, utpote spiritus, officium in mente nobis efformare non possumus: ut ergo eum consipere, invocare, imo cernere, alloqui et tangere possemus, factus est homo. Unde S. Paulinus, *epist. ad Florentinum*: « Hic, ait, Dominus et Deus noster qui in terris visus est, et inter homines conversatus est pro nobis, ovis et pastor in nobis est, quia nos invisibili baculo et salutari virga intus reget, ut eliamsi ambulemus in umbra mortis, non timeamus mala, quia nobiscum Deus est, Emmanuel ille Dominus majestatis et filius ancillæ, quorum alterum natura, alterum factus est. Idem creator hominis et redemptor, Deus ex Deo, homo pro homine; Filius Dei ante sæcula, filius hominis pro sæculo; forma servi pro libertate servorum, et pauper factus, ut pauperes sua egestate locupletet; quia ipse est dives in omnes omnis boni, qui omnia in omnibus adimplet, plenitudo divinitatis, spes omnium finium terre, et in mari longe, Deus salutaris noster, mediator hominum et Dei, homo Christus Jesus, qui est in gloria Dei Patris super omnes Deus benedictus in sæcula. »

Hic ergo Deus, qui olim in deitate tantum erat poter, per humanitatem assumptam factus est hominibus quasi mater, ideoque *παρρητικός*, id est *patri-mater*, non tantum ob quatuor modos et causas quas recensuit *Actor.* XVII, 24 et 29, sed etiam quia Deus quasi sponsus humanitatem matrem nostram, quasi sponsam, sibi perenni conjugio arctissime copulavit, assumpsit et induit,

idque representatum est per matrimonium Ada cum Eva, de quo dictum est *Genes.* II, 24: « Et erunt duo in carne una. » Per humanitatem igitur nos nostramque naturam sibi deposuit, ut esset nobis mater, qui prius fuerat pater, itaque ad eum fidenter accederemus. Solent filii timentes patris severitatem adire matrem, et per eam impetrare id quod volunt a patre: tenior enim est amor matris in filium, quam patris. Ita fideles et Ecclesie per humanitatem Christi invocant Deum, omniaque ab eo impetrant: unde Ecclesia omnes collectas et orationes concludit, dicendo: « Per Christum Dominum nostrum. » Ad hæc humanitas Christi est quasi mater, quia sicut mater suum infantem magno et continuo dolore in utero gestat, format, parturit, lactat, fasciat, balulat, educat et in virum efformat: ita et Christus quasi mater per 34 annos magnis et continuis laboribus et doloribus, præsertim in cruce et morte nos concepit, parturivit, aluit, pavit, efformavit. *Tertio*, quia incarnatio Filii Dei fuit opus tum summæ mentis et sapientiæ, tum summæ bonitatis, quæ attribuitur Spiritui Sancto, sicut illa attribuitur Verbo; sapientia autem, sive idea ac bonitas sese habent quasi mater respectu omnipotentis, quæ est quasi pater; Deus enim Pater Verbo suo quasi idea, mente et matrice concepit, formavit et produxit omnia. Idem sua bonitate quasi matre viscera misericordie in nos effudit, præsertim per incarnationem, de qua Zacharias, *Luce* I, 78: « Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitavi nos oriens ex alto. » Hinc Deus quasi mater per Isaiam, cap. XLIX, vers. 15, hoc in nos quasi filios blande ad se advocat, illiciteque, dicens: « Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non miseretur filio uteri sui? et si illa obliosa fuerit, ego tamen non obliviscar te. » Hinc et Christus veniens in carnem, ex matre sola nasci voluit sine patre, ut instar Melchisedech esset *ἀδελφός*, sicut in oculis est *ἀπὸ πατρὸς*, quasi ex matre maternitatem assumpturus, materque nobis futurus. Unde Psaltes de eo ait: « Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus. » Et: « Misericordies ejus super omnia opera ejus. » Quare appositè Gentiles, ait Clemens, lib. *V Strom.*, Deum *παιδοτρόπος*, quasi patrem matrem, vel, ut exponit S. Augustinus, lib. VII *De Civit.*, cap. IX, progenitorem genitrioremque simul vocaverunt.

Porro ut immensitatem beneficiæ incarnationis Verbi aliquæ ratione concipiamus et ponderemus, S. Joannes quatuor ejus circumstantias expendendas suggerit et proponit, mirum quibus, quid, cui, cur.

Primo, quis est ille qui carnem nostram induit, imo assumpsit? Est Verbum, quod fuit ab initio; est Verbum æternum, est Deus omnipotens, creator oculi et terre, Dominus Universorum, Rex regum, et Dominus dominantium. Verbum ecce æternum per quod facta sunt omnia, fit caro, fit homo. « Et vocabitur nomen ejus, ait Isaias, Emmanuel, »

id est nobiscum Deus, « admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, princeps pacis, pater futuri seculi, magni consilii angelus; » que singula expendi, *Joan. ix, 6.* Hoc est quod canit Ecclesia in Prefat. Nativit. Christi: « Per incarnati Verbi mysterium » *joan. mentis nostre oculis lux tue claritatis infudit, ut dum visibiles Deum cognoscimus, per hunc in invisibilia amorem rapiamus. » Porro natura divina per incarnationem non est mutata, nec passa, sed sui similis inviolata et impassibilis permansit.*

Predicare S. Leo, *serm. 10 De Nativit.:* « Idem, ait, est in forma Dei, qui formam suscepit » *serm. Idem est in corpore manens, et corpus assumens. Idem est in sua virtute inviolabilis, et in nostra infirmitate passibilis. Item est e paterno non divinus throno, et ab amplis crucifixus in ligno. »* Quocirca S. Cyrillus, in *cap. I Epist. S. Joannis*, Verbum humanatum comparat carboni, vel ferro ignito. Sicut enim ignis non consumit ferrum ignitum, sed utriusque substantia illa et integra permanet: sic nec deitas mutavit humanitatem, nec humanitas deitatem, sed utraque integra et illa permanet. Id significatum est per ignem in rubo, quem vidit Moses, *Exod. iii, 2:* ignis enim in rubo est Verbum in carne; sed sicut ignis rubum non adussit, sic Verbum humanitatem non lesit. Vide Theodoretum in *tribus Dialogis*, primo, *Immortalis*; secundo, *Inconfusus*; tertio, *Impassibilis*, ubi contra Euthychetum ex Patribus pulchre explicat, quemodo Verbum manens immutabile, inconfusum et impassibile, factum sit caro. Quocirca Damascenus, oratione *I de Nativit.:* « Factus, ait, Domine, tuus in me fui amor, ut non per angelos, aut per ullam aliam creaturam salutis mee negotium obieris, verum ut primam fictionem, sic etiam ipsam institutionem ipsemet efficiendam duxeris. » Et S. Augustinus, *serm. 50 De Verbis Domini:* « Ad sanandum, ait, gravidem egrotum, descendit omnipotens medicus, humiliavit se usque ad mortalem carnem, tanquam usque ad lectum egrotantis. »

Secundo, quid sit Deus in incarnatione? fit caro, id est homo. » Caro, ait S. Augustinus, tract. 2 in Joannem, le cœverat; caro le sanat. Carnalis enim anima facta erat consentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat cordis oculus cœcatus: Verbum caro factum? » Medicus libi fecit collirium, ut de carne vilia carnis exlingueret. » Nam caro hominis est per cœteros animalibus misera, infirma, putida, mille arumnis et morbis subjecta, et per concupiscentiam corruptissima; hanc assumpsit Verbum, eo se inclinavit illa majestas, ut seraphinis, Cherubinos et cœteros angelorum ordines presteriens descenderet in imam hanc miseriam vallem et carnem, eamque sibi arctissimo hypostasio unionis vinculo comprehendere. Cogita si ovis duceretur ad lanicam, et homo quispiam eam amara et miserans (ut

S. Franciscus eas pecunia redimebat ob amorem Christi, qui representatur Agno Dei) vellet pro ea mori, imo mutari in ovem, ut ovem illam redimeret, ac non diceretur hic ejus in ovem esse insans et exaltatus amor? Longe major fuit amor Christi in nos, dum ex Deo factus est homo; infinites enim amplius Deus excedit hominem, quam homo excedit ovem. Hoc ergo est « magnam pietatis (et divine dignationis et philantropia) Sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum in spiritu, apparuit angelis, predicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. » *I Timoth. cap. iii, vers. 16.* Hoc cum Seraphinis admirari et obstupescere debemus, ac cum videmus parvulum in præsepit, cum stupore dicere: Ita-ne iste parvulus est deus meus, Rex cœlorum, creator Universi? Deus, ait B. Thomas, *opusc. 60, communicatio se, primo, omnibus creaturis per presentiam; secundo et magis, juste per gratiam; tertio et maxime, carni nostre per substantiam, primo, naturaliter; secundo, supernaturaliter; tertio, personaliter, ut Cajetanus.* Porro Verbum per humanitatem suam omnes homines, et per eos totum universum (hujus enim nexus et vinculum est homo, ideo microcosmus appellatus) ad se elevarit, sibi que univit, ut sit Deus omnia in omnibus, ait Damascenus, *orat. De Transfigur.;* et Cajetanus in *III part., Quest. I, art. 1:* « Incarnatio, inquit, est elevatio totius Universi in divinam personam; » *sive S. Dionysius, lib. De Divin. Nomin., cap. IV:* « Que major, ait, Dei communicatio enim creatura, quam ea que Verbum caro factum est, cogitari potest? » Rursum junxit se Verbum homini, fuit enim primum unum: in creatione enim homo fuit ultimo a Deo creatus; atque sic Deus quasi in circulo ad punctum unde coepit, Verbo creando omnia, per incarnationem rediit, hominem jungendo. Verbo. Ita Clichtoveus in *Damasceni lib. III De Fide, cap. I.*

Tertio, cui Verbum factum est caro? homini peccatori et vilissimo instar verniculi. » Parvulus enim natus est nobis, et Filius datus est nobis. « Christus ergo non assumpsit hominem propter se, quasi egeret aut deleteretur illa humanitate quam assumpsit, sed propter nos. Ultimus ergo terminus incarnationis sumus nos. Ideo enim natus est in carne corporalis, ut in anima nostra nasceretur spiritaliter. Hinc canit Ecclesia in Symbolo Concilii Nicœni: « Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. » S. Anselmus, *lib. II Cur Deus homo, cap. xi:* « Quid, ait, misericordius intelligi valat, quam quod peccatori eternis tormentis deputato, et unde se redimeret non habenti, deus Pater dicit: Accipe Unigenitum meum, et da pro te; ipse Filius: Tolle me, et redime te? » Celebratur Atheniensium dux Codrus, qui orto cum Spartanis bello, cum responderet oraculum illos esse vincere, quorum dux perisset, deposita

dentali trabea, vitem militis vestem induit, itaque hostium castra adiens, illic jurgo eos in suam caedem investigavit, ac moriens sua morte victoriam vitam et libertatem suis peperit. Sed quid Codrus ad Christ. ? quid homo ad Deum, qui carnem induens nos sua morte ab æterna morte et gehenni liberavit, ac regni cœlestis et æternæ gloriæ heredes effecit?

Quarto, cur Verbum factum est homo? ut hominem infero, morte, peccato omnique miseria corporis et animæ liberaret. Verbum enim nihil sibi acquisivit nisi exinanitionem, opprobria, pauperiorem, dolores, mortem et crucem, ut per ea nobis beneficeret. » Natus est Christus in carne, ut nos nasceretur in spiritu, ait S. Gregorius Nazianzenus: « Natus est in tempore, ut tu nascereris in eternitate. Natus est in stabulo, ut tu nascereris in cœlo. » Audi S. Augustinum, *serm. 9 De Nativit.:* « Dominus noster Jesus Christus, qui in æternum cœlestium est creator, hodie ascendendo de matre, factus est nobis Salvator. Natus est nobis hodie in temporis volubilitate, ut nos pervenit ad Patris eternitatem. Factus est deus homo, ut homo fieret deus: ut panem angelorum manducaret homo, Dominus angelorum hodie factus est homo. » Et Nazianzenus in *Distinctis:* « Patris Verbum est homo noster, ut humanum ditione Deum hominibus misceret. Unus utriusque Deus est, hæcenus homo effectus, ut ne ex mortali Deum efficiat. »

Quocirca Clemens Alexandrinus, *Adhortat. ad Gentis,* ait Christum sua incarnatione terram in cœlum mutasse, ac ex hominibus angelos, imo deos fecisse; ideoque ipsum pulchrum esse aurigam qui currum sive bigam fidelium, puta Judæorum et Gentium, agat in cœlum, dirigatque ad beatam immortalitatem. Hoc est quod S. Joannes, *Evangel. i, 12, ait:* « Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, etc. Et Verbum caro factum est. » *q. d. Ideo Verbum caro factum est, ut homines faceret filios Dei.* Audi Origenem, *hom. 2 in Diversos,* hæc verba tractantem: « Si Filius Dei factus est homo, quid mirum si homo credens in Filium Dei, Filius Dei futurus sit? Ad hoc siquidem Verbum in carnem descendit, ut in ipsum caro, id est homo, credens in Verbum ascendat, ut per naturalem Filium unigenitum, nulli filii efficiantur adoptivi; non propter seipsum Verbum caro factum est, sed propter nos, qui non nisi per Verbi carnem potuissemus in Dei filios transmutari. Solus descendit, ut cum nullis ascenderet. De hominibus facit deos, qui de Deo fecit hominem. Et habitavit in nobis, id est naturam nostram possedit, ut suæ naturæ participes faceret nos. » S. Leo, *serm. 6 de Nativit.:* « Ideo, ait, Christus Filius hominis factus est, ut nos filii Dei esse possimus. » Vide S. Anselmum, *lib. Cur Deus homo.*

Vide ergo immensitatem hujus beneficii: Deum hinc non solum in cœlo, manum, sed et in terra, ordi qui

quasi disruppens, omnes deitatis suæ thesaurus et viscera misericordie sue, imo totum se, quantum quantum est, cum omnibus suis donis et gratiis in terram effudit. Hoc est quod optabat Isaias, *cap. xlv, vers. 8:* « Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant justitiam; aperitur terra, et germinat Salvatorem. » Audi S. Augustinum, *serm. 27, vel alio computo 23 De Temp.:* « Laudem Domini, inquit, loquetur os meum. Ejus Domini per quem facta sunt omnia, et qui factus est inter omnia. Qui est patris revelator, matris creator. Filius Dei de patre sine matre, filius hominis de matre sine patre. Magnus dies angelorum, parvus in die hominum; Verbum Dei ante omnia tempora, Verbum caro opportuno tempore. Conditor solis, conditus sub sole. Cuncta sæcula ordinans de sinu Patris, hodiernum diem consecrans de utero matris. Ibi manens, hinc procedens. Effector cœli et terre, sub cœlo exortus in terra. Ineffabilis sapiens, sapienter infans. Mundum implens, in præsepit jacens; sidera regens, ubera lumbens. Ita magnus in forma Dei, brevis in forma servi, ut nec ista brevitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudo ista brevitas premeretur. Neque enim quando membra humana suscepit, opera divina deseruit; nec attingere a fine usque ad finem fortiter, et disponere omnia suaviter destitit, quando infirmitate carnis indutus virginali utero receptus est, non inclusus; ut nec angelis subtraheretur sapientie cibus, et nos gustaremus quam suavis est Dominus. »

Audi et S. Gregorium Nazianzenum jubilantem *orat. 38:* « Christus gignitur: glorificatur: Christus e cœlis: obviam prodite. Christus in terra: subvehimini: cantate Domino, omnis terra. Atque ut hæc duo in unum contraham, leleuter cœli exultet terra, propter cœlestem, ac postea terrestrem. Christus in carne: tremore et gaudio exultate: tremore propter peccatum, gaudio propter spem. Christus ex Virgine: mulieres, virginitatem colite, ut Christi matres sitis. Quis enim qui a principio est, non adorat? Quis cum qui postremus est, non laudat ac celebrat? » Et mox: « Omnes gentes, plaudite manibus, quoniam parvulus natus est nobis filius, et datus est nobis, cuius principatus super humerum ejus (cum cruce etenim extollitur), se vocatur nomen ejus magni consilii, hoc est paterni, angelos. Clamet Joannes: Parate viam Domini; ego quoque diei hujus vim ac potentiam clamabo. Carnis expertus incarnator; Verbum crasset; invisibilibus cernitur; inactibilibus tangitur; tempore vacans initium sumit; Dei Filius, hominis filius efficitur, Iesus Christus heri et hodie, idem et in sæcula. » Et S. Bernardus, *serm. 4 De Epiphania:* « Quid tantopere declaret ejus misericordiam, quam quod ipsam suscepit miseriam? Quid ita pietate plebem, quam quod Dei Verbum, propter nos factum est factum? Quanto enim misericordiam se fecit in humanitate, tanto majorem se exhibuit in bonitate; et quando pro me viciore

tanto mihi charior. » Idem serm. 46 in Cant. : « O suavitatem, o gratiam, o amoris vinum! summus omnium, inus factus est omnium. Quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius, dignationis dives, affectu potens, suavis effluax. Quid violentius? Triumphat de Deo amor, ut scias amoris fuisse; quod plenitudo carnis est, quod altitudo equata est, quod singularitas associata est.

Quare ut hoc manna immensum celo depluens excipiamus, pandamus totum cor, amplectimur ejus sinum per immensum ejus desiderium, ut totam ejus copiam, gratiam et suavitatem capiamus et sapiamus. Imitemur Patres in limbo, qui per terram et quatuor annorum millia sedentes in tenebris et umbra mortis, illud avidissime et silientissime animis desiderabant, clamantes: « Utinam disrumperes coelos, et descenderes! » Isaia lxxv, 4. Imitemur B. Virginem, que concepto Verbo anhelabat ad ejus partum, tota avulsa a mundo, et tota Christo unita, in eumque transformata, ut delicias in utero latens per corpus Virginis, in omnibus ejus partibus et mollibus resplenderet; atque idcirco Christus jussit hanc suam nativitatem quotannis solemniter recoli et celebrari, ut nobis id præstet, quod olim præstitit Pastoribus, Magis, Annæ, Simeoni, Josepho, dum realiter natus est; quia enim tunc præsentis esse non potuimus, hinc nobis quotannis per commemorationem fit præsens, ut eisdem gratias impertiat. Quisque ergo suas necessitates Christo nato proponat, carnis infirmitates, ac presserim vilium et tentationem, que maxime eum premit, dicatque confidenter cum S. Catharina Senensi: « Domine, habeo te presentem, meus es, non dimittam te donec hanc tentationem sustuleris, hanc virtutem vel gratiam dedideris, donec totum cor meum possederis, et tuo amore imbueris. » Ideo enim Verbum caro factum est, ut carnis erummas et infirmitates curaret vi Verbi, ut curavit omnes in ea carne quam assumpsit. Rogandus est ut idem faciat in carne nostra, ut in ea habitans eam sanet, sanctificet et quasi in spiritum transmutet; cum nova nativitate det novam vitam, ut vivamus angelice, cum Angelo coelesti. Ita S. Hieronymus cum S. Paula migravit in Bethlehem, ut ibi jugiter mentis oculis inuenterentur Christum nascentem. Ita S. Franciscus sub montem Græci solemniter celebravit Christi natalem cum bove et asino, ac predicans non aliud dicebat quam: « Amemus parvulum nostrum, parvulum de Bethlehem. » Sic et S. Bernardus in hoc mysterio se sperant, totasque molles est et divinus. Christus — « totum tibi, tu te totum da Christo; Christus tibi natus est, Verbum tibi incarnatum est, Deus tibi humanatus est: tu vicissim nascere Christo, Verbo te inlere, Deo te responde, imo trade et reddere.

Denique exclamat S. Bernardus, vel quisquis est actor, serm. in Cena Domini, qui habetur sub hæc operum ejus, pag. 394: « O stupenda Dei mi-

seratio! Verbum carnem, Deus cinerem, figulus lutum, vita morticinium indult, ut jumenta manducarent panem angelorum. Homines jumenta erant. » Et inferius: « Eapropter cibum celestem mutavit se in pabulum pecoris, homines mutato in pecus; panis enim angelorum factus est frenum; unicus Patris, filius hominis: omnis enim caro fœnum, Isaia xl. Comedunt igitur angeli Verbum de Deo natum; comedunt homines Verbum fœnum factum. Pane suo vivunt angeli in celis, et beati sunt; fœno suo vivunt homines in terris, et sancti sunt. Fœnum quippe istud de præto virginis uteri collectum, factum est refectio jumentorum; Verbum ut fœnum fieret, latuit in Virgine, sicut in sidere, artifex in opere. »

ET MANUS NOSTRE CONTRACTAVERUNT DE VERBO. — Hoc est, Verbum ipsum quod contractavimus, æque ac vidimus et audivimus. Est hebraismus; dicit tamen « de Verbo », non Verbum, quia Apostoll non ipsummet Verbum in se, utpote divinum et spiritale, sed ejus vestem, puta humanitatem, contractaverunt. Ergo non Verbum, sed aliquid « de Verbo », puta adjacentem Verbo carnem quasi vestem contractaverunt. Rursum, « quod contractavimus, » id est, quod contractando invenimus et deprehendimus, « de Verbo » (est metalepsis), scilicet Verbum vere carnem humanam, non autem phantasma vel spectrum inane carnis assumpsisse. Quam felices Apostoli qui Verbum incarnatum videre, audire, tangere meruerunt! « Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis quod multi Prophete et reges voluerunt videre que vos videtis, et non viderunt; et audire que auditis, et non audierunt, » ait Christus, Luca x, 23.

Porro Didymus hæc omnia refert ad mysterium resurrectionis Christi, q. d. Vidimus, audivimus, contractavimus Christum, postquam resurrexit. Credite ergo eum resurrexisse, hoc enim resurrectionis mysterium orbi erat novum et paradoxum; ideoque illud ipsum S. Petrus et Paulus in Actis. Apost. et Epistolis suis assidue confirmant et inculcant. Glossa restringit ad transfigurationem Christi: tunc enim vidit Joannes gloriam Christi, et audivit vocem Patris: « Hic est Filius meus. » Verum melius alii referunt ad totam Verbi incarnati economiam.

DE VERBO VITÆ. — Syrus, Verbum vita. Sic Joel ait: « Effundam de spiritu meo, » id est, spiritum meum, Actor. ii, 17. « Dabitur ei de auro (id est aurum) Arabicum, et adorabunt de ipso (id est ipsum), » Psal. lxxi, 15, græce τῆς τοῦ λόγου, id est de illo Verbo, scilicet ex initio, increato, æterno et divino, puta de Filio Dei, ut fatabantur, ipsi etiam Ariani convicti ex eo, quod Verbum hoc in Evangelio, cap. i, paulo post vers. 14, vocet Unigenitum Dei, ac passim alibi Scriptura illud appellat Filium Dei; licet enim S. Basilus putet etiam Spiritum Sanctum dici posse Verbum, tamen id improprie diceretur, ait D. Thomas. Verbum, in-

tellege non oris, sed mentis. Ita S. Augustinus, Chrysostomus et alii in cap. i Evangelii S. Joannis. Queres primo, cur S. Joannes Filium Dei non vocat Filium, sed Verbum? Respondeo primo, quia in suo Evangelio et Epistola principio alludit ad principium Mosis, quo Deus verbo creavit celum, terram omnique que iis continentur, Genes. i, 2.

Secundo, quia, ut docet S. Chrysostomus in Evang. S. Joann. i, Verbum hoc quod est in sinu Patris, omnem habet sapientiam, ac carne vestitum eandem nobis enarravit: illam autem sapientiam tam Evangelio quam Epistola hæc enarrare statuit S. Joannes. Unde etiam S. Joannes magis verbis et doctrina Christi enarra hæc insistit, cum alii tres Evangeliste magis rebus et gestis Christi insistant. Christum ergo vocat Verbum, quia Verbi hujus verba nobis recensere intendit.

Tertio, ne, si Filium dixisset, eum corporeum et passibilem quis imaginaretur; tales enim sunt filii quos novimus in terra. Ita S. Cyrillus in cap. i Evang. S. Joannis. Vox ergo Verbum significat generationem Filii non esse humanam, sed spirituales, mentales et divinas, ideoque puram, integram et incorruptibilem, scilicet eum generari a mente divina ut verbum mentis.

Quarto, quia Verbum in divinis significat filium. Verbum enim significat conceptionem mentalem Dei Patris, que est ipsa generatio Filii, qui quasi Verbum representat et manifestat sapientiam et voluntatem Patris. Et hæc est causa cur Filius sit incarnatus, non Pater, aut Spiritus Sanctus, quia scilicet incarnatio idcirco facta est, ut per eam Deus se manifestaret hominibus: Verbi autem est rem manifestam facere. Rursum sicut Verbum a Patre genitum est spiritu, ita deicit idem gigni a matre in carne. S. Joannes ergo nos quasi manu ducit ad Verbum, ac per illud ad Deum, ut cum eo secum jugiter commorari, colloqui et dissuaviari nos doceat. In Joanne enim et similibus verum est illud Senecæ, epist. xli. « Quemadmodum solis radii contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde nascuntur; sic animus magnus et acer, et in hoc demissus ut propius divina nossemus, conversatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ. Illino pendat, illud spectat ac fertur; » et, ut ait S. Ambrosius, ac Verbo innobis æterno; » nam, ut inquit S. Augustinus, serm. 38 De Verbis Evang. secundum Joannem: « Homo fit beatus contingendo illud quod semper beatum manet, et est illud ipsa beatitudo perpetua; et unde fit homo vivus, vita perpetua; unde fit homo sapiens, sapientia perfecta; unde homo fit illuminatus, lumen sempiternum est. »

Queres secundo, cur Filius dicitur λόγος, sive Verbum? Respondeo primo, λόγος verti potest ratio, quia sicut ratio nobis intima est, ita et Patri intus est Filius. Ita Nazianzenus, orat. 4 De Theolog. Secundo, sicut ratio vel notitia præcedit a

mente, ita Verbum sive Filius procedit a Patre. Ita Origenes, S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, in cap. i Evangelii S. Joannis; Nazianzenus, orat. 4 De Theolog.; S. Basilus in illud: « In principio erat Verbum. » Tertio, quod a nobis auferat omne quod rationi repugnat, itaque nos faciat rationi obsequentes, ait Origenes, lib. I in Joan. 1; et ibidem Rupertus: « Verbum, inquit, Dei perpetua ratio est, sapientia sempiterna, etc. Cur non ipsa ratio sempiterna Verbum dicitur, unde nobis inest rationalitas? » et Eusebius, V Demonstr., v: « Verbum, ait, earum omnium rerum que facte sunt, rationes in se fert, quare et Sapientia et Verbum Dei appellatur. » Verum ratio non ita exprimit processionem a Patre, sicut exprimit verbum, uti notat S. Augustinus, Quæst. LXIII, inter 83. Adde rationis nomen esse essentialia, non notionale et personale, ideoque commune S. Trinitati. Audi S. Dionysium, De Divina Nomina, cap. vii: « Deus, inquit, dicitur ratio in S. Litteris, non modo quia rationis sensus et sapientia indultor est, sed quia et omnium causarum in se uniformiter ante complexus est, et quia per omnia pergit penetrans usque ad omnium finem, » Sapient. viii; et super hæc etiam, quia super simpliciter omnem divinam expanditur ratio, est que ab omnibus, super omnia et supra substantie ratione absoluta. » Denique ratio esse potest in eo qui actu non intelligit, ut in dormiente; verbum autem est ejus qui in actu intelligit, qualis est Deus.

Secundo, λόγος verti potest opus; est enim Verbum Patris opus et consensuum, cœvum et adæquatum, juxta illud Sapient. vii, 25: « Vapor est virtutis Dei, et emanatio quedam est claritatis omnipotentis Dei sincera. »

Tertio, λόγος verti potest virtus; Verbum enim est virtus, potentia, brachium et dextera Patris, qua creavit et fecit omnia: nam Verbum, qua Deus, est virtus creandi; qua homo, est virtus redimendi et salvandi omnes, juxta illud Pauli, I Cor. i, 23: « Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Judæis atque Græcis Christum Dei virtutem et Dei sapientiam; » et: « Verbo Domini oculi firmati sunt, et spiritus oris ejus omnis virtus eorum, Psal. xxxii, vers. 6; et: « Portans omnia verbo virtutis sum, » Hebr. i, 3.

Quarto, λόγος verti potest forma; Verbum enim est Patris forma, palehriudo, et candor lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago honoris illius, Sapient. vii, 26, splendor (græce ἀνάσφατος, id est resplendentia, resplendentia) glorie, et figura substantie ejus, » Hebr. i, 3. His addit a magno Dionysio Areopagita duas divinas personas, Filium et Spiritum Sanctum, productas dici veluti infinitas quædam germina, veluti fragrantissimos quosdam flores, veluti lumina quædam splendidissima; etenim in-

lib. *De Divinis Nom.*, cap. 11, in fine primae partis haec scribit: « Quod primordialis et fontana sit deitas Pater, Filius vero et Spiritus Sanctus fecunda deitatis (si fas est dicere) gemina plantata divinitus et veluti flores, ac supersubstantialia lumina, a Scripturis sanctis acceptimus. Quoniam vero modo ista sint, neque eloqui, neque intelligere possumus. » Iam et S. Augustinus, lib. VI *De Trin.*, cap. x: « Quidam (is est S. Hilarius, lib. *De Synodis*, non longe à principio, aut, cum vellet clarissime singularum in Trinitate personarum insinuatam propria: « Eternitas est, inquit, in Patre, species in imagine (in Filio), usus in numero, » puta in Spiritu Sancto, qui est donum et munus Patris et Filii. Idem S. Augustinus, serm. 28 *De Verbis Evangelii secundum Joannem*, et non enim Verbum, inquit, profecti, aut crevit accedente cognitore, sed integrum inuenit, si permanseris; integrum, si recesseris; integrum, cum redderis, inmanens in se et innovans novit; ergo est forma omnium rerum, forma insubstantia, sine tempore et sine spatii locorum. »

Quinto, 227: veri potest deus, quia quasi rerum omnium definitio Patris naturam empetque res definitae et plene exprimit. Unde S. Gregorius Nazianzenus, orat. 4 *De Theolog.*: « Eodem modo, ait, Filius si habet ad Patrem, quo definitio cum definitio; nam hoc quoque 227: dicitur. Qui enim Filium videt, videt et Patrem, » Joann. cap. xvi: ac brevis facilisque paternae naturae declaratio est Filius; » sic et Euthymius in cap. 1 *Evangelii S. Joann.* Hanc enim 227: veri potest conceptus, calculus, suppositus. Verbum enim est calculus et computus omnium angelorum, Sanctorum, imo angelorum totius universi.

Sexto, 227: veri potest mens, quia Verbum est causa per quam singula facta sunt et subsistent. Ita S. Hieronymus, epist. ad Pamphilum. Philostratus in *Herocle*: « Trojanis, inquit, Hector manus, Aeneas mens fuit: » et Verbum creatoris tam manus, quam mens fuit; tam causa efficiens, quam idea concipiens.

Sextimo, aliter 227: verum sermo promissus, sive quam vocat et sermones Prophetarum promissum erat verbum orbis Salvatorum: ita Beza, quem recte refutat noster Salmaron, tom. II, tract. 4. Nam ante Prophetas eorumque oracula, ad aeterno Verbum erat Verbum, utique apud Deum, ut ait S. Joannes. Reipsa ergo Beza negat 227: usque ad Alogiam, teste Epiphonio, *haeresi* MI, et Centuriatores Magdeburgenses, *centur.* 1, lib. 1, cap. 14, qui negant 227: dici respectu Patris, quasi ab eo genitus sit per cognitionem. Hi ergo sunt hostes Verbi et Filii Dei, ideoque semitathel.

Octavo et optimo, 227: cum Nostro et Patribus pene omnibus, veritas, verbum, utique non oris et vocis, sed cordis et mentis. Sicut enim nos dum cogitamus vel intelligimus quippiam, formamus nobis conceptum rei cogitatae vel intellectae, qui

dicitur verbum mentis: ita Pater aeternus intelligendo et comprehendendo suam essentiam, et omnia que in ea sunt, formavit et produxit hoc Verbum, utrumque sibi adaptatum et simillimum, quo fit ut Verbum hoc sit Deus, sique Filius a Patre genitus. Dixi, « omnia que in ea sunt, » quia in essentia Patris est virtus spirandi Spiritum Sanctum, et omnipotentia producendi omnes creaturas possibili; quare ex cognitione Spiritus Sancti et creaturarum possibilem patitur ac assente divine producit et procedit Verbum, uti docet Franciscus Suarez, lib. IX *De Deo trino et uno*, cap. 14, v. et vi, et alii.

Ubi nota: Verbum Dei est duplex: unum essentialit, quod est ipsa intellectio Patris, quam cum esse, intellecta et voluntate communicat Filio et Spiritu Sancto. Et hoc videtur intellectio Trinitatis, Plato et Philosophi (de quibus mox). Similiter Ariani Verbum internum essentialit, id est intellectionem Patris et Filii et Spiritus Sancti ponbant in uno hoc ipso coeternum; sed addebant Deum cepisse esse Patrem in tempore, cum Verbum notionale a se distinctum produxit, quasi primam creaturam, et per eam ceteras. Alterum Verbum est notionale, sive personale, quod est Verbum a Patre productum et genitum, ideoque ipsum est persona subsistens, puta Filius Dei Patris. De notionali agit S. Joannes tam hic, quam in Evangelio. Vnde S. Cyrillus, lib. VII *Theosori*, cap. 1: « Nomen Verbi, inquit, elegit (S. Joannes), quia est maxime proprium et significativum divinitatis, et processionis proprie secundae personae. » Unde, *Apostol.* xix, dicitur: « Et nomen eius erat Verbum Dei. » S. Augustinus vero, lib. XV *De Trin.*, cap. xiv: « Verbum essentialit a notionali distinguens, sic ait: « Novit omnia Pater in seipso, novit in Filio, sed in seipso tanquam seipsum, » puta essentialit; « in Filio tanquam Verbum suum, » puta notionalit.

Adverte, 227: idem est quod verbum, sermo, oratio. Unde Tertullianus, S. Cyrillianus, S. Ambrosius, Hieronymus et alii veteres esse Filium vocant sermonem, renovavit idipsum hoc 227: Erasmus; unde pro, *In principio erat Verbum*, verbi, *In principio erat Sermo*, ob quam novationem a Theologis vulgavit. Erasmus scilicet ait et defendit Calvinus in cap. 1 *Evangelii S. Joannis*. « Miror, ait, quid Latinos moverit ut 227: transferret Verbum. Sic enim veterum polius fuisse 227: Verbum ut demum aliquid probabile secutus esse, negari tamen non potest, quin sermo melius conveniat; unde apparet quam barbaram tyrannidem exerceerit Theologasteri, qui Erasmus turbulente adeo vexavit, ob mutatum in melius unam vocem. » Eras. Novator, eum errantem et novantem sequeris.

Quod enim hoc loco melius conveniat verbum quam sermo, liquet primo, ex eo, quod Verbum simpliciter sit sermo; sermo enim est compo-

situm quid ex verbis: simplicissimus autem est Dei Filius. Secundo, quia verbum generaliter est sermo; omnis enim sermo est verbum, ut non omne verbum est sermo. Tertio, quia conceptus mentis verbum mentis, nunquam sermo dicitur. Filius autem est conceptus mentis divinae.

paterna, sicut mens gignit verbum entis, hocque fit vox dum in os et lingua carneam deducitur, et quasi ex ora nascitur: ita Pater genuit Verbum mentale, quod factum est vocale per incarnationem, dum induens carnem, os et vocem hominis, per eam locutum annuntiavit nobis voluntatem Patris. Et hoc subinde alludit Scriptura dum Christum, qui homo est, vocat Verbum, eo quod qui homo fuerit legatus, nuntius et interpres voluntatis Dei apud homines, ut patet I *Joannis* v, 7; *Apostol.* xix, 13. Ita S. Chrysostomus et Theophylactus in capite *Evangelii S. Joann.*, et S. Epiphanius, *haeres.* 71: « Filius, ait, Verbum nominatur, quia interpres est voluntatem Dei; » et S. Augustinus, lib. *De Fide et Symbol.*, cap. 11: « Verbum, ait, Patris dictum est, quia per ipsum innotescit Pater. Sicut ergo verbis nostris id agimus, ut noster animus innotescat audienti, sic illa Sapientia quam genuit Pater, quoniam per ipsam innotescit animus secretissimum Patris, Verbum ejus convenientissime nuncupatur. » Verum S. Joannes tam hic, quam in Evangelio, Christum vocat Verbum ratione divinitatis, non humanitatis. Quinto, licet aliqui opud S. Augustinum, lib. *De Princip. Dialect.*, cap. vi, verbum derivent a verberando, quod verberato lingua intra palatum aere, omnia verbum profertur, melius tamen ipse S. Augustinus, lib. XV *De Trin.*, cap. 21, ex Varrone, Servio et aliis, verbum deducit a vero et veritate, quod verum verbo concipiamus et loquamur. Verbum ergo, uti et verum mentis est infimum; sermo vero innit potius aliquid foras jectum, diciturque a sero: scribit enim sermo inter plures et saepe falsus. Nam, ut ait Servius: « sermo est consortio orationis, et confabulatio duorum vel plurium. » Melius ergo Filius Dei vocatur Verbum quam sermo.

Denique Verbi hujus dignitatem et attributa describens S. Basilus, lib. II *Contra Eunomiam*, processionis hujus admiranda aia similia is verbis proponit: « Oporet (inquit) dignam de Deo generationem intelligere impassibilem, imperibilem, indivisibilem, sine corpore, instar resplendentis a luce radii; intelligere autem imaginem invisibilis Dei, nec secum in artificiosis has imagines ad exemplar postea elaboratam; sed existentem et consubstantem cum prototypo, qui ipsi substantialiter dedit, itemque cum archetypum existentem; nec imitatione figuratam, sed tanquam sigillo aliquo tota Patris natura Filio impressa. Aut si vis, qualis artium sit constitutio tota ex docentibus in discipulos immissa; cum nihil desit docentibus, et perfectio adsit iis qui

didicerunt, val id quidem non ita congruum ad similitudinem, propter temporis spatium; illud commodius, qualis est intellectio natura, motibus mentis sine tempore constituta. » Haec Basilus.

Tertullianus his etiam utitur collationibus in libro *adversus Praxeam*, cap. viii: « Profutit Deus sermonem, id est, verbum, sicut radix fructum, et fons fluyim, et sol radium; nec frutex a radice, nec fluyim a fonte, nec radius a sole discernitur, sicut nec a Deo sermo, » et.

Divinitus S. Gregorius Thaumaturgus, Verbum hoc aequae ac Patrem ad Spiritum Sanctum depingit in Symbolo, quod ei caelitus traditum est nostro S. Joanne, iussu B. Virginis, uti scribit Gregorius Nyssenus in Vita Thaumaturgi. Symbolum hoc toto Oriente celeberrimum ita se habet: « Unus est Deus, Pater Verbi vivantis, sapientiam subsistentis, et potentia et figura aeterna, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, figura et imago deitatis, verbum effluens, sapientia constitutionis rerum universarum comprehensiva, et potentia totius creaturae electrix. Filius verus veri Patris, visum effluens visum effluens, et corruptioni non obnoxius morti non obnoxius, et aeternus aeterni. Unus Spiritus Sanctus ex hoc ortus et existens habens, qui cum Patre et Filio apparuit, videlicet hominibus, imago Filii perfecti, perfecta via vivendum, causa, fons, sanctus, sanctitas sanctificationis suppediatrix, per quem manifestatur Deus Pater, qui est super omnia et in omnibus; et Deus Filius, qui per omnia permanet; Trinitas perfecta, que gloria atque aternitate et regno non dividitur, neque abalienatur. »

Porro idem per umbram videtur gentiles, idque didicerunt vel ex libris Moysi et Hebraeorum. Unde Plato vocatur Moses Aethiops ab Eusebio, lib. XIII *De Prepar.*, cap. vii; et a Theodoro, lib. II *De Cur. Graec. affect.*: « Oceanus Theologia, a quo fluyit omnes et maria derivantur; illius enim Anaxagoras, Pythagoras et Plato parva quaedam veritatis lumina desupererunt. » Vel ex Sibus, vel lumine nature, vel instinctu divino. Audi Laoc vel humane nature, vel instinctu divino. Audi Laoc vel humane nature, vel instinctu divino. Audi Laoc vel humane nature, vel instinctu divino. Audi Laoc vel humane nature, vel instinctu divino. Audi Laoc vel humane nature, vel instinctu divino.

dit his vulgata illa ejusdem sententia: « Monas genuit monadem, et in se suum reflexit ardorem; » hoc est, unus Deus genuit unicum Filium, et in se amorem reflectens, produxit Spiritum Sanctum. Illud quoque in *Pimandro*: « Mens Deus tuus, mentis vero germen lucens Dei Filius. » Similiter Theodoretus, lib. II *De Principiis*: « Plotinus (inquit) ac Numenius explicantes Platonis mentem, tria aiunt posita esse a Platone eterna, ipsius videlicet bonum, mensuramque et hujus universi animam; vocat enim bonum, quem nos Patrem dicimus; mentem vero seu intellectum, quem nos Filium Verbumque appellamus; potentiam vero que animet omnia et vivificet. Animam vocat eam quam sacre Littere Spiritum Sanctum appellant. Atque haec ipsa, ut saepe jam dixi, ex Hebraeorum sapientia et Theologia subducta sunt. » Verum recte notat Cardinalis Bessarion, lib. II *Apologet. Platonis*, cap. IV, Platonem non christiane, sed ariane de Filio et S. Trinitate esse locutum; nam statuit gradus in divinitate. Primum enim entium statuit primum Deum, post hunc quasi inferiori gradu ponit mentem ab eo productam; ac demum tertio loco et gradu ponit mundi animam, quam universum hoc quasi animal animet et vegetet. Docuit ergo Plato, Deum ingenitum primo genuisse mentem; secundo, animam mundi. Quare arianizat; ponit enim mentem et animam mundi, quasi res distinctas a Deo ingenito, eoque minores. Huc facit illud Serapidis oraculum datum cuidam regi Aegypti:

Principio Deus est, tam sermo, et spiritus ista
Additur: aequiva haec sunt, et tendentia in unum.

Sic et Orpheus aliqui Graeci, Chaldaei et Aegyptii Deum Patrem vocarunt *νῶν*, id est mentem, Filium vero *ζῆν*, quasi mentis prolem; ait Theodoretus, lib. II *De Curand. Graec. affect.*, et S. Augustinus, lib. VII *Confess.*, cap. IX. Alii Patrem vocarunt animam, vel spiritum; Filium vero *νῶν*, id est mentem et notitiam Patris. Quamquam multi valde probabiliter censent Orpheum, Trismegistum, Platonem et Platonicos per *νῶν* et *ζῆν* non Verbum notionale, hoc est Filium, sed essentiale, hoc est, ideam mentis divinae, per quam omnia produxit, intellexisse. Hinc et illud Trismegisti: « Monas genuit monadem, in se suum reflexit ardorem, » quod multi sic explicant, *g. d.* Pater genuit Filium, ipsunquae reflexo amore unius spiravit Spiritum Sanctum. S. Thomas, in cap. I *Evang. S. Joen.*, sic explicat, *g. d.* Unus Deus unum creavit mundum, propter sui ipsius amorem. Plura vide apud Theodoretum, Eusebium, Augustinum, locis citatis, et Augustinum Stenchem, *De Personis Philosoph.*, ac nostrum Barredium, tom. I, lib. IV, cap. III.

Queres tertio an Verbum hoc divinum simile sit nostro verbo mentis, an vero dissimile? Respondeo, partim esse simile, partim dissimile. Si-

mile est primo, quia sicut nostrum est immateriale et spirituale, ita et divinum. Secundo, sicut homo mente parit conceptum sive verbum mentis, ita Pater intellecta et intellectione sua comprehendens suam essentiam omnique ejus attributa, genuit Verbum. Verbum ergo est notitia et notio Patris. Unde S. Augustinus, serm. 38 *De Verbis Evang. secundum Joannem*: « Verbum Dei, ait, incorporalliter, inviolabiliter, incommutabiliter, sin temporaliter natiuitate, natum tamen intelligimus a Deo. » Tertio sicut per nostrum verbum concipiuntur res omnes, ita et Deus per suum. Quarto, sicut nostrum est menti internum, ita et Dei; est enim apud Patrem et in eum Patris, *Joan. I, 18*, sicut nostrum menti inheret, illicque est intimum.

Quinto, sicut nostrum est idea, iuxta quam omnia fabricamus et facimus, ita et Dei, iuxta illud: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, » *Joan. I, 3*. Hinc Timotheus Platonium Deum Deique Verbum vocat *ἀόρατον ὑπόστατον, νοητόν ἐμπλεκόμενον*; quia Verbum est mundus increatus et immensus, qui est idea et exemplar mundi creati. Est ergo Verbum maximus mundus sapientiae, sanctitatis, intelligentiae, vitae, rationum, formarum; nam, ut ait Plato: « Omnia quotquot sunt animalia intelligibilia, illo in se complexus servat et continet; non secus ac mundus res et omnia creatura, quaecumque cernunt, suo ambitu circūgit. » Sexto, sicut nostrum verbum mentale sit vocale, dum loquimur; ita Verbum divinum factum est vocale, dum in carne assumpta locutum est. Septimo, sicut verbum nostrum est imago rei quae intelligitur, ita Verbum divinum est imago Dei Patris. Octavo, sicut verbum, puta conceptus noster, tandem durat, quamdiu durat intellectio, sic et divinum Verbum. In aeternum autem permanet Patris intellectio: quare in aeternum quoque gignitur, manetque ejus Verbum, quod per illam producit; quia enim intellectio Patris semper est in actu, hinc et Verbi generatio semper est in actu. Quapropter vera est haec propositio: Verbum semper gignitur, et semper est genitum; quia in divinis idem est fieri et factum esse. Hoc est quod ait Michaelas, cap. V, vers. 2: « Expressus, » Hebr. *εξπρῆστος*, « ejus ab initio a diebus aeternitatis. » Unde Patres concilii Ephesini: « Coexistere, inquam, semper, et coaeternum esse Patri Filium splendor tibi denuntiat, impassibilitatem natiuitatis illius ostendat Verbum, consubstantialitatem nomen Filii pandat. » Et S. Basiliius, homil. I in *Joannem*: « Cur Verbum? ut ostendat quod ex mente processit. Cur Verbum? quia imago est genitoris, totum in se ipso genitorem ostendens. Non, sicut conceptus mentis praecedit opus, ita et Verbum praecedit opus Dei. Nam, ut ait S. Augustinus, XV *De Trin.*, XI: « Hominis opera nulla sunt, quae non prius dicantur in corda. » Unde scripsum est: « Initium omnis operis verbum. » Nec ita multo post: « Est (inquit) et haec in ista similitudine

verbi nostri similitudo Verbi Dei, quia potest esse verbum nostrum quod non sequatur opus; opus autem esse non potest nisi praecedat verbum: sic et Verbum Dei potuit esse nulla existente creatura; creatura vero nulla esse potest nisi per ipsum per quod facta sunt omnia. »

Dissimile est primo, quia verbum nostrum, neque ac angelorum, est accidens, puta actus vitalis, menti quasi subiecto inherens: Verbum Dei vero est substantia et persona subsistens. Ita S. Athanasius, serm. I *Contra Arian.*, et S. Chrysostomus, homil. I in *Joan.*: « Hoc Verbum divinum, ait, substantia quaedam est in persona, ex ipso Patre sine passione proveniens. » Hinc sequitur aliud discrimen, scilicet quod verbum creatum est forma creata constituens in actu secundo intelligentem, a quo producit. Per verbum enim quod concipit et producit, actu intelligit. Verbum vero divinum non est forma Patris intelligentis a quo producit, quia est res per se subsistens, quae nequit esse forma rei alterius distinctae. Ita Suarez, lib. IX *De Deo trin.*, cap. II.

Secundo, verbum nostrum est temporale ac mente posterius: Verbum Dei est aeternum Deorum coaeternum. Rursum verbum nostrum producit ex indigentia intelligentis, quia sine eo nequit rem actu concipere et intelligere; et Verbum Dei non ex indigentia aut potentialitate, sed ex infinita perfectione et fecunditate intellectus paterni producit, ideoque supponit illum non solum constitutum in actu primo, sed etiam in actu secundo intelligendi.

Tertio, verbum nostrum est imperfectum et mutabile, ideoque varium et multiplex: Verbum Dei est perfectum, ideoque constans, immutabile, unum et simplex, « cum in uno sint omnia, » ait S. Augustinus in *Psal.* XIV, et S. Athanasius, serm. 3 *Contra Arian.*

Quarto, verbum nostrum est a mente distinctum et *ἐξῆν*, id est alterius naturae: Verbum Dei est *ἕν* et consubstantialia Dei Patris. Ita S. Anselmus in *Monol.*, cap. XXVII.

Quinto, verbum nostrum est in nostra hypostasi: Verbum Dei est hypostasis et persona distincta Patre, per quam Pater dixit et fecit omnia.

Sexto, verbum nostrum non est filius noster: Verbum Dei est Filius Dei. Rursum Pater producit Verbum, ipsissimam suam intellectionem communicat Verbo, quod non facit mens nostra Verbo suo, imo potius vice versa ipsa per verbum constituitur in actu secundo intelligendi. Ita Suarez loco citato. Hinc Filius vocatur Sapientia genita. Unde S. Augustinus, *Quaest. XXIII* inter LXXIII, dicit Patrem esse sapientem sapientia genita, hoc sensu quod eam generet. Verum hanc phrasin retractans, lib. I *Retract.*, cap. XXVI, lib. VI *De Trin.*, I: « Ergo Pater, inquit, ipsa sapientia est, quae sapiens est. Filius vero dicitur sapientia Patris et virtus Patris, non quia Pater per eum ait sapiens, vel potens, sed quia Filius sa-

pientia et virtus est quod Pater sapientia et virtute. Ex his ergo patet quod Pater non est sapiens sapientia genita, sed seipso sapientia genita. »

Septimo, verbum nostrum est impotens et inefficax: Verbum Dei est efficax et omnipotens; dixit enim, et protinus facta sunt omnia, *Gen. I*.

Octavo, verbum nostrum tam oris quam mentis, mox ut effertur et nascitur, dilabitur et diffuit: Verbum Dei est aeternum, quia aeterna est intellectio, puta dictio et generatio Patris. « Cessat, ait S. Hilarius, lib. II *De Trinitate*, sonus vocis et cogitationis eloquium: Verbum hoc res est, non sonus; natura, non sermo; verus, non inanimatus est. » Plura de Verbo vide apud D. Thomam et Suarez loco citato.

Itaque licet aliquo modo ascendamus ex verbo mentis nostrum ad Verbum Dei, tamen hic ascendimus per hunc naturae tantum fit ad Verbum essentiale. Per hoc enim Deus omnia concipit, intelligit et producit; sed quod intellectio Dei sit dictio, id est productio, quae dixerit, produxerit et genuerit Verbum notionale quasi Filium, hoc incomprehensibile est, et non nisi per revelationem Dei sola fide cognoscitur et creditur: superat enim omnem intellectum angelicum et humanum, quod in SS. Trinitate « in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur requiritas, » ut canit Ecclesia in festo SS. Trinitatis. Ipsa ergo casto motu potius admiranda et adoranda est silentio, quam curioso et exili scrutanda et declaranda ingenio, uti omni Seraphinis stupentibus stupentes ei acclamamus: « Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth; plena est omnis terra gloria ejus, » *Isai. VI*. « Hoc (Dei Verbum) docuit Plato noscitur, hoc Demosthenes eloquens ignoravit. Perdam, inquit, sapientiam sapientium, et prudentiam prudentum reprobo, » ait S. Hieronymus *ad Paulinum*. « Erocutivi cor meum verbum bonum; dico ego opera mea regi, » ait *Psaltes Psalm. XLIV*, I. « Vides hoc Verbum Filium Dei esse, quem non aliunde quam de paterno pectore, et ut ita dicam, de utero cordis Dei, credimus exstitisse, » ait Nazianzenus *De Fide*; juxta illud: « Ex utero ante luciferum genuite, » *Psal.* CIX; ubi S. Hieronymus: « De utero generavit, inquit, id est, de sua natura, de suis visceribus, de sua substantia: ex utero, id est, de membris divinitatis suae, totum quicquid Patris est in divinitate, dedit Filio. »

Topologie: quomodo Verbum loquitur cordi hominum explicat S. Augustinus *XI Confess.*, IX, et S. Bernardus, serm. 43 *in Cant.*: « Pulchritudo, inquit, illius dilectio ejus, et ideo major, quae preveniens. Medullis proinde cordis et intimarum vocibus affectionum, tanto amplius atque ardentius clamant sibi diligendum. quanto id prius sensu diligens quam dilectum. Itaque locuti verbi, infusio doni, responsio animae, cum gratiarum actione admiratio. Et ideo plus diligit, quod sentit se in diligendo victam; et ideo plus

miratur, quod præventum agnoscat. » Et S. Ambrosius, III De Virg. : « Vulnerat, ait, Dei Verbum, sed non ulcerat. Est vulnus boni amoris, sunt vulnera charitatis. Ideo quo dixit (sponsa Cant. II), Vulnerata charitatis ego sum. Quae perfecta est, vulneratae charitatis est. Bona sunt igitur Verbi vulnera, bona sunt amantis vulnera. »

VERBO VITAE. — « Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso, » Joan. I, 26 : hinc Patri attribuitur esse, Verbo vivere, Spiritui Sancto diligere.

Nota : Triplex est vita : divina, angelica, humana. Divina est perfectissima, immensa, aeterna, increata, origo et fons vite angelicæ et humanæ. Angelica est creata, sed spiritalis. Humana partim est spiritalis, partim corporea. Estque duplex, naturalis et supernaturalis. Naturalis rursus est triplex : vegetativa, sensitiva et rationalis. Supernaturalis est duplex : inchoata per gratiam, quia homo iustus per fidem, spem et charitatem servit Deo, vivitque vitam supernaturali in Deum supernaturaliter crescendo, sperando, et omni super omnia amando; altera vita supernaturalis est consummata per gloriam, quæ Beati Dei fruuntur, debentur et beatitudo in eternum. Porro divina vita est duplex : formalis et causalis. Formalis hæc quæ Deus in se ipso vivit vitam divinam, incretam, summæ immutabilitatis, sanctam, iudicium, perfectam, beatam et eternam. Causalis est duplex : naturalis et supernaturalis. Naturalis quæ causat vitam naturalem omnium plantarum, animalium, hominum et Angelorum; supernaturalis, quæ causat vitam supernaturali, tum gratiæ, tum gloriæ, tum hominum quam Angelorum. Vide S. Dionysium, lib. VI De Divinis Nominibus, ubi docet Deum esse originalem vitam, primo, vitam angelicam secundo, humanam; tertio, animalium; quarto, plantarum; quinto, iustorum; sexto, Beatorum. Dicitur ergo Verbum vita, id est, vitale et vivificum, quia habet in se vitam, imo ipsum in se est vita divina, tum formalis, tum causalis jam dicta. Alludit, imo citat Joannes illud sui Evangelii cap. I, vers. 4 : « In ipso vita erit, » quod interpretes tripliciter de triplici vita exponunt. Primo, de vita formalis, q. d. ipsa Verbi substantia est vita, ipsum Verbum est vita subsistens, ait Clementius. Ipsum Verbum per essentialiter et essentialiter est vita : ipsa enim ejus essentia est vivere et vita : in Deo enim et Verbo omnia sunt de essentia Dei et Verbi; nullum enim ibi est accidens. Unde Deus et Verbum per essentialiter est sapientia, vita, bonitas, potentia, virtus, etc.; licet enim hæc in nobis sint accidentia, in Deo tamen sunt essentialia, adeoque realiter idem sunt cum essentia Dei. Ita S. Dionysius, loco citato, et S. Thomas, I part. Quest. XXVIII. Alludit ad illud Psal. xxxv : « Apud te est fons vite, et in lumine tuo videbimus lumen, » hoc est, ait Theodoretus : « Apud te est Verbum æternum, fons vite, et in lumine

Spiritus Sancti lumen Unigeniti tui cernimus. »

Secundo, accipi potest de vita non causalis, sed naturalis; q. d. in Verbo est vita, hoc est in Verbo quasi in idea vivunt semper eterne rerum omnium rationes, ut ad S. Augustinum. Verbum enim est omnium creaturarum idea : idea autem est ipsa essentia et vita Dei. Ita S. Augustinus, tract. I in Joan. : « Sapientia Dei (inquit), secundum artem continet omnia : terram vides, cælum, solem, lunam; sunt ista in arte : sed hæc corpora sunt, in arte vita sunt. » Alio vix loco : « Propterea (ait Joannes) quod factum est, in ipso vita erat; omnia que facta sunt et vitam non habent, in ipso Verbo Dei vita sunt, in seipsis vita non sunt. » Quid ipsum sensisse videtur auctor homiliarum ex diversis, que tribuantur Origeni. « Cælum, ait, et terra, abyssus et quæcumque in eis in Verbo vivunt, et vita sunt, et æternaliter subsistent, et que nobis omni motu vitæ carere videntur, in Verbo vivunt. » Rursus : « Omnia que per Verbum facta sunt, in ipso vivunt et unificuntur et causaliter subsistent. » Beneque : « In ipso vivimus; movemur et sumus, » Actor, cap. XVII, vers. 23.

Præclare Philo, lib. De Mundi opificio : « Ubi decrevit, inquit, ingentem hanc urbem condere, prius formas ejus concepit, ex quibus postquam intelligibilem mundum constituit, ad illius exemplar sensibilem hunc mundum condidit. » Et post vocat : « Si cui (inquit) libet aperiri vult uti vocabulis, nihil aliud dixerit esse mundum intelligibilem, quam Verbum Dei jam mundum condentis. » Rursus aliquanto post : « Læquet autem quod archetypum sigillum, quem diuinus esse mundum intelligibilem, ipse sit archetypum illud exemplar, idea idearum, Verbum Dei. »

Rursus in Verbo quasi in causa efficiente est vita, id est omnium rerum vigor, duratio et conservatio, quia hæc per Verbum fiunt : Verbum enim omnibus rebus dat vigorem, durare et permanere. Ita S. Chrysostomus, S. Cyrillus, Theophylactus, Euthymius in esp. I Evangelii S. Joan., vers. 4. Unde Iansanius libid. suo exponit, q. d. Vita naturalis viventium pendet a Verbo, quasi sensim Joannes a vita viventium descendat ad hominem ejusque vitam accipiam a Verbo, et Clemens Alexandrinus, lib. Eccl. III Gentes : « Verbum, ait, quod erat apud Deum, doctor apparuit, Verbum per quod omnia sunt fabricata, et quod cum eo qui fixit vitam simul præcabit, ut opteret bene vivere debuit, cum apparuisset ut magister, ut postea semper vivere suppeditaret ut Deus. »

Tertio et magis genuine, tam hic quam in Evangelio, per vitam accipit vitam causalem supernaturalem, q. d. in Verbo quasi in fonte et causa erat vera nostra vita, tum gratiæ, tum gloriæ. Unde ut hæc vitam et lucem hominibus communicaret, ad eos in carum descendit, factus homo, ut, sicut per Verbum magnus hic inus-

duo creatus est, ita per eum mundus parvus quoque (id est homo) reseretur, et a morte peccati ad vitam gratiæ et gloriæ revocaretur. Ita enim se explicat Joannes, dum subdit in Evangelio : « Et vita erat lux hominum, » et hic mox Verbum vocat vitam æternam, dicens : « Et vita manifesta est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, que erat apud Patrem, et apparuit nobis. » Et cap. v, vers. 11 : « Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. » Ita Chrysostomus, Augustinus, Ammonius, Theophylactus in Evangel. cap. I; S. Ambrosius, lib. III De Fide, cap. III; S. Athanasius, lib. VIII De Assumptione hominis contra Marcellinum. Atque hæc de causa S. Joannes et Scripturæ possunt alibi Christum vocant vitam, ut Joannes cap. III : « Et omnis qui credit in eum, non perit, sed habet vitam æternam. » Et cap. IV : « Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. » Et cap. V : « Non vultis venire ad me, ut vitam habeatis; » cap. VI : « Qui credit in me, habet vitam æternam; » cap. 8 : « Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite; » cap. X : « Ego veni ut vitam habeant; » cap. XI : « Ego sum resurrectio et vita, etc.; » cap. XVII : « Ut omne quod deditis ei, det eis vitam æternam. » Paulus ad Coloss. III, 4 : « Cum apparuerit Christus vite vestra. » Alludit ad signum vite Gen. II, 9 : « Verbum enim vite » est quasi arbor vite, quia vitam homini præstat, non in longum tempus, ut illa arbor, sed in omnem æternitatem.

Idem per umbram viderunt Gentiles, qui proinde Jovem græce vocarunt Ζεύς, id est vitam. Audi Aristoteli, lib. De Mundo : Ζεύς δὲ τὸν θεὸν Ζεὺς καὶ ἄλλοι, ἀρροῦντες ἑαυτοὺς τὸν Ζεῦν, ὅτι αὐτὸς ἰδὲ ἀρροῦν δὲ Ζεῦς, id est « Deum quidem tum Ζεῦς, tum Ζεῦς vocant, inter se compositis atque e regione collatis nominibus, tanquam duobus; his vocibus significare velint per quem vivimus. » Ita posteriores Græci : priores enim alia de causa Jovem vocarunt Ζεῦς, quam assignat Lactantius, lib. I, esp. XI : « Ipse autem, inquit, furto servatus, hinc quoque multus Ζεῦς; sive Ζεῦ appellatus est : non, ut isti putant, a fervore ecclésiasticus ignis (quasi Ζεῦ Ζεῦ), vel quod vite ait dator, vel quod animantium inspirat animas, que virtus solus Dei est : quam enim possit inspirare animis qui ipse accipit aliunde? Sed quod prius ex Saturni matris vixerit. »

2. Est vita manifestata est (4). — q. d. Verbum quod est vita immortalis et beata, tum formalis, tum causalis, uti jam dixi, sed abscondita apud Deum in sinu Patris, jam per incarnationem sese manifestavit, et hominibus aspectabilem et tractabilem se præbuit; itaque vox Apostoli, qui vidi-

mus illud, testamur et annuntiamus vobis vitam æternam, que erat apud Patrem, et nunc in fine sæculorum per carnem assumptionem apparuit nobis. Hoc est quod præcavit Isaias, cap. XL, vers. 5 : « Revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est, » nimirum, ut explicat S. Lucas, cap. III, vers. 5 : « Et videbit omnis caro salutem Dei, » id est, videbit omnis homo Christum Dei, ait ibidem S. Ambrosius. Item S. Ambrosius in Psal. XXXI, 10 : « Non confundentur in tempore malo. Ipse (Christus), inquit, nostra in omnibus vita est; ipseus divinitas vita est, ipseus æternitas vita est, ipseus caro vita est, ipseus passio vita est. Unde et Jeremias ait : In umbra ejus vivemus; umbra aliarum, umbra crucis, umbra est passionis. Ipsa mors vita est, ipseus vulnus vita est, ipseus sanguis vita est, ipseus sepultura vita est, ipseus resurrectio vita est universorum. Vis scire quoniam mors ipseus vita est? In morte, inquit, ipseus baptizati sumus, ut cum ipso in novitate vite ambulamus. Et ipse ait : Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram moriatur, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ipse granum pro nobis corpore solutus et mortuus est, ut fructum multum afferret in vobis; mors itaque ejus fructus est vite. »

Et testamur, — quasi martyres, id est testes Dei, tum voce, tum vita, tum passione, morte et martyrio, uti S. Joannes ob hoc testimonium de Christo a Domitiano Romæ missus est in dolum olei bullientis, sed illesus extans ab eodem relegatus est in Patmos, ubi scribens Apocalypsin, ita de se orditur vers. 2 : « Qui testimonium perhibuit Verbo Dei; et testimonium Jesu Christi, quæcumque vidit; » et vers. 9 : « Ego Joannes frater vester, et particeps in tribulatione et regno, et patientia in Christo Jesu, fui in insula que appellatur Patmos, propter Verbum Dei et testimonium Jesu. » Rursus « testamur, » id est protestamur et obtestamur misando incredulis terribile Dei iudicium. Ita Cassianus, lib. V De Incarnatione, cap. VI : « Deinde, ait, addit Verbum vite, et vitam manifestam : hoc se vidisset, hoc annuntiare, hoc protestari, simul scilicet; et exequens officium fidei, et inperans terrorem incredulis; ut cum illo utique protestatur se prædicatore, sibi impudat periculum suum, qui cum noluisse audire. » Sic de Heliodoro ab angelis flagellato dicitur II Machab. III, 26 : « Testabatur (id est protestabatur, celebrabat, glorificabat) autem omnibus ea que sub oculis suis viderat opera magni Dei. »

Et annuntiamus vobis vitam æternam (puls Christum, qui, quia Verbum Dei, est vita æterna, increata et per essentialiter), quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis, — ut ex invisibili fieret visibilis nobis per incarnationem, predicationem, miracula, ac præsertim per transfigurationem,

(4) Et pro nam, ut ait; alibi, et aoranthæ includendus hic versus.

ait Cajetanus, resurrectionem et ascensionem in caelum: ibi enim ostendit Christus se non tantum quia Verbum, sed et quia homo erat, vivere vitam gloriosam et eternam.

Nota: *Τὸ quod erat apud Patrem* alludit ad id quod ait in *Evangel.* cap. 1, vers. 1: «Et Verbum erat apud Deum, » quod pulchre Nonnus vertit:

Ἦρπεξ ἴσ' ἀπὸ πατρὸς, ἀπὸ πατρὸς ὄντων, Ἰσθμῶν.
A Patre erat indivisum, aeterna una solentis in sede.

Occurrit S. Joannes objectioni. Dicit enim quis: Si ab aeterno erat Verbum, ubi erat, cum nihil, vel nullus locus esset in rerum natura? Respondet Joannes Verbum loco non eguisse, sed fuisse apud Deum Patrem, utpote a quo originem duceret, hoc est fuisse in sinu Patris, ut explicat vers. 18, vel etiam in domo paterna, quae est Deus ipse, fuisse absconditum nobis. Praeposito ergo *apud* notat tria: primo, Verbum esse personam distinctam a Patre, contra Sabellium; ita S. Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Leontius in *Joannis Evangel.* cap. 1, vers. 1; secundo, «apud» significat amicum et summam Filii cum Patre conjunctionem; tertio, «apud» significat aequalitatem Filii cum Patre. Nam esse apud Deum est esse juxta Deum, sive sedere ad dexteram Dei: eo enim post ascensionem redisse dicitur *Marci* xvi, 19, et alibi. Hinc ruit haeresis Eranomii dicentis Filium non esse Verbum. Duplex enim ponebat ipse Verbum: unum internum *habens* Deo, alterum externum, quod a Verbo aeterno recipit et quae annuntiare nobis, et hoc esse creatum, esseque Christum. Hoc refutat S. Joannes dicens illud idem Verbum, quod erat apud Patrem, apparuisse nobis per carnem. Porro ne Ariani et Eranomii inferrent: Verbum erat apud Deum, ergo ipsum non erat Deus; praeventit id Joannes, dum subdit in *Evangelio*: «Et Deus erat Verbum.» Sic enim personae divinae inter se sunt distinctae, et una apud aliam, ut tamen omnes habeant unam eandemque numero essentiam, puta divinitatem. Quare ineptus fuit Arianius ille, de quo S. Fulgentius, lib. III *Contra Monimam*, cap. 11 et 12, qui arripens pileum e capite Catholici: Hic pileus, inquit, est apud te an apud me? cumque responderet Catholicus: Est apud te; intulit: Ergo Verbum quod erat apud Deum, illi externum erat, non *habens* et consubstantiali. Recte enim respondet S. Fulgentius, Verbum non esse apud Patrem sicut plenus est apud me: plenus enim est res distincta a me: Illius autem cum Patre est eadem res et essentia, ideoque dicitur esse in sinu Patris. Filius ergo est apud Patrem eo modo quo calor est apud splendorem in eodem igne, aut potius eo modo quo memoria est apud intellectum in eodem mente et anima, praesertim si cum nonnullis Philosophis dicamus potentias, puta intellectum, memoriam, voluntatem, ab anima non distingui, sed cum ea realiter esse unum et idem.

ET APPARUIT NOBIS. — Vox *apparuit* significat in Christi incarnatione *ἐπιφανὲς τὸ ἀφανὲς*: factum esse *ἵσθητόν*, ait S. Dionysius, *epist. 3 ad Catium*, scilicet a repente invisibilem apparuisse visibilem, et ex obscuro delatis arcano eum qui omni essentiae praeat, hominem effectum, in nostrum conspectum prodidisse. Occultus autem est Deus etiam post ipsam declarationem, aut, divinitus dicam, in ipsa declaratione. Hae enim Jesu divinitas abscondita est, neque ullo sermone vel cognitione, quod circa ipsum peractum est, mysterium deprimatur, seu ex tenebris educitur, sed et cum dicitur, inexplicabile manet; et cum intelligitur, occultum. «Idem *epist. 4 ad eunibem*, loquens de Christo: «Cum ad essentiam assumendam venisset, inquit, essentiam accepit, qui omni essentia superior est; et quae hominibus sunt, supra hominem gerebat: quod declarat et virgo, quae supra naturam parit.» Unde subdit incarnationis; perinde ac deitatis, mysterium magis per negationem quam per affirmationem, cognosci. «Nam, inquit, me homo quidem erat, non quod non esset homo, sed quod ex hominibus natus, homines longe superaret, et supra hominem vere homo factus sit: et divina, non quatenus Deus est, perferit; neque humana, quatenus homo, sed postquam Deus factus est homo (graece significantis *ἀπὸ πατρὸς ὄντων*), id est Deo virum induto, Deo humanato, Deo hominem vestito), novam quamdam *θεοποίησιν*, id est Dei-irrem, sive ex divina et humana compositam, operationem apud nos instituit.»

3. UT ET VOS SOCIETATEM HABEATIS NOBISCUM (1). — «Societatem, » graeco *κοινωνία*, id est communionem, commercium, societatem, scilicet in eadem fide, religione et Ecclesia Christi, ubi eadem Sacramenta omnes participant: haec est communio Sanctorum de qua in Symbolo dicimus: «Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem.» Porro bona et fractus hujus societatis et communionis subdimum dicentes: «Remissionem peccatorum, » quae fit per gratiam Christi, et carnis resurrectionem et vitam aeternam: vide nostrum *Canonicum*, Ludovicum Granatensem et alios in *symbolum*. Porro «habetis, » id est, habere per gratiam et in ea proficiatis et confirmamini; significatur enim actus continuatus et crescentes, non inchoatus. Loquitur enim fidelibus, qui jam habebant hanc societatem. Oecumenius tamen refert quoque ad infideles, quasi illos velit Joannes allicere ad fidem et Ecclesiam Christi. Hoc est quod ait Paulus, *Hebr.* xii, 22: «Accessistis ad Sion montem (id est, ad Ecclesiam quae cepit in Sion), et civitatem Dei viventis, Jerusalem caelestem, et multorum

(1) «Quod vidimus, inquam, et audivimus, annuntiamus, » etc. Praesens *annuntiamus* non solum, recte vocante Allio, refertur ad hanc epistolam, sed ut in universum ad praedicandum munus, quo perpetuo fungatur Apostolus, aut in specie ad doctrinam quae in *Evangelio* proponatur.

millium angetorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis, et Judicem omnium Deum, et spiritus justorum perfectorum, et testamenti novi mediatorum Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel. » Cum his omnibus in Ecclesia est nobis societas, puta cum angelis, cum Apostolis, cum primis Christianis, cum viris justis et perfectis, cum Beatis, cum Christo et Deo. Unde subdit Joannes:

ET SOCIETAS NOSTRA SIT CUM PATRE, ET CUM FILIO JESU CHRISTO. — non cum Deo Simonis Magi et mediatoribus angelis, quos ipse cum Platone quasi semideos inducit. Societas ergo Ecclesiae est societas cum Deo et Christo, «ne habere societatem cum Deo quisquam valet, qui non prius unitor Ecclesiae societati, » ait Beda. Nam, ut ait S. Cyrilianus, lib. *De Unitate Ecclesiae*: «Quisquis ab Ecclesia segregatus adulteram jungitur, a promissis Ecclesiae separatur, nec pervenit ad Christi premia; qui reliquit Ecclesiam Christi, alienus est, profanus est, hostis est; habere jam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Si potui evadere quisquam qui extra aram Noe fuit, et qui extra Ecclesiam foris fuerit, evadit. Monet Dominus, et dicit: Qui non est mecum, adversus me est; et qui non mecum colligit, spargit; qui pacem Christi et concordiam rumpit, adversus Christum facit; qui alibi praeter Ecclesiam colligit, Christi Ecclesiam spargit.» Et aliquanto post «Cum Deo manere non possunt, quia esse in Ecclesia Dei unanimes noluerunt. Ardeant licet flammis, et ignibus traditi vel obiecti bestias animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed poena perfidiae; nec religiose virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus: occidi talis potest, coronari non potest.» Hinc excommunicati separati ab Ecclesia pariter separati sunt a Deo et Christo. Graeca significantur et effluccius habent: est *ἡ κοινωνία ἡ ἐκκλησία* quae sic veritas, nostra vero societas est cum Patre et cum Filio ejus Jesu Christo. Ita Vatablus et alii. Explicat enim nobilitatem societatis Ecclesiae, quod scilicet sit societas cum ipso Christo et Deo: illius enim sponsa est Ecclesia. Hinc in ea firmus «divinae consortes naturae, » Il *Petri* 1, 4. Nam «qui adheret Domino, unus spiritus est, » I *Corinth.* cap. vi, vers. 7. Hoc est quod admirans celebrat et gratulatur Paulus, I *Corinth.* 1, 9: «Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri.» Omnes ergo fideles sunt socii Christi et Dei per fidem, spem et charitatem; sed eo majorem eum eo habent societatem, quo magis in ejus fide, spe et charitate proficiunt, magisque ejus vitam et mores imitantur, praesertim ejus fidem et gloriam celebrando, et magis magisque propagando, ut fecerunt Apostoli, qui proinde in hac societate fautores primi et summi, quia pro Christo multa ege-

runt et multa passi sunt, adeoque totos se ejus gloriae et animarum salutis impenderunt.

Societas ergo haec est amicitia cum Deo: hanc enim vere intercedere inter animam sanctam et Deum docet hic Joannes, ac consequenter ipsa continet omnes conditiones vere amicitiae, quae recenset Aristoteles, Cicero et alii Ethici, tractat. *De Amicitia*, puta reciprocum amorem, mutua colloquia, officia, gaudia, communicationem honorum, etc.: quae sane mira et divina est animae dignitas, aequae ac utilitas. Unde S. Augustinus, tract. 76 in *Joan.*: «Facit, inquit, Spiritus Sanctus cum Patre et Filio in Sanctis mansionem, intus utique, tanquam in templo suo. Deus Trinitas, Pater, Filius et Spiritus Sanctus, veniunt ad nos, dum venimus ad eos; veniunt subveniendo, venimus obediendo; veniunt illuminando, venimus intendo; veniunt implendo, venimus accipiendo: ut sit nobis eorum non extranea visio, sed interna, et in nobis eorum non transitoria mansio, sed aeterna.» Vide dicta in illud quod de Abraham dicitur, *Jacob.* ii, 23: «Et amicus Dei appellatus est.» Vide et Dionysium Cartesianum hic, post medium cap. 4, ubi pulchre et pie explicat quomodo fideles socii socii et amici cum Deo agere et conversari debeant.

Porro recte Joannes Besselius, Doctor Lovaniensis, et ex eo noster Lorinus: Christus, inquit, sive communio hae nostra cum Christo tam homine quam Deo, est tanquam dominus et servi, patris et filii adoptivi, illuminantis et illuminati, justificantis et justificati, regentis et subditi, dantis et accipientis, invocantis et exaudientis, donantis munera et gratias agentis, beatificantis et beati, denique ut adherens Deo unus cum illo sit spiritus, et in loco ambulans, sicut ipse est in luce, societatem habeat cum ipso. Secundum humanam naturam cum Christo est, ut magistri ad discipulos, sacerdotis ad eos pro quibus sacrificat et interpellat; solvens pro alio ponam debitum, et promerentis seu consequentis gratiam indebitam; gratias agentis cum eis, pro quibus gratias agit; regis rursum et subditorum. Explicat Scriptura societatem hujusmodi parabola Pastoris et ovium, capitis et membrorum, cibi et edentium, vitis et palmitum, et alius jussidem generis; tandem qui socii passionum, socii et consolationum. Vocavit nos quoque Christus amicos suos, fratres, sorores, matres; dicit enim Deum suum et Deum nostrum, Patrem suum et Patrem nostrum. Hoc est quod ait Paulus, *Ephes.* cap. 1, vers. 19: «Estis cives Sanctorum, et domestici Dei; et *Joan.* iii, 1: «Videte quomodo charitatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur et simus.» Rursum Paulus, II *Cor.* xi, 2: «Respondi, ait, vos uno viro virginem castam exhibere Christo; et *Osae* cap. 1, vers. 19: «Sponsabo te mihi in scripturam, et sponsabo te mihi in justitia et iudicio, et in misericordia, et miserationibus; et sponsabo te mihi in fide.»

4. Et hęc scribitis vobis ut gaudeatis (in societate Ecclesie Christi et Dei, ejusque bonis gratiis que percipiunt, et glorio que percipiunt in celo), et gaudium vestrum sit plenum. — Indica scilicet fat majus et plenus, donec in celo fat plenissimum, per hoc quod in societate hęc indicis crescatis et proficiatis, juxta illud S. Pauli, *Philippens.* cap. II, vers. 2: « Implete gaudium meum ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes unanimes, id ipsum sapientes; » et illud Christi, *Joan. xvii, 13*: « Hęc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur. » Hoc gaudium nullo et fidei ex testimonio bono et sancte conscientie, que confidens se esse in Dei gratia, sperat ab eo omnia bonum et gloriam beatam, juxta illud Pauli, *II Cor. I, 12*: « Gloria nostra hoc est, testimonium conscientie nostre. » Verò S. Bernardus ad *Eugenium*: « Quid dicitis, quid in terra quietus est et securus bona conscientia? Namque rertum non metui, non verborum contumelias, non corporis cruciatus, que et ipsa morte magis erigunt, quam depriment. » Quin et *Tasut. M. Tullius*: « Nullum liberum virtuti, nisi conscientia majus. » Rursus id *Cato Major*: « Conscientia bene acta vite multorumque Benefactorum jucundissima est. » Itemque illud *pro Cluentio* præclare: « Si optinuerim, aut consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine ullo metu summa cum honestate vivemus. Denique conscientia recte voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum. » Et *Horatius*, lib. I, epist. 1:

— Hic miris alienus esto,
Nil conscite tibi, nulla pallescere culpa.

Idem, *ode 22*, lib. I:

Integer vite ceterisque parus,
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fuscæ, phœræ.

Sive per Sydes iter actuosus,
Sive facturus per insuperabilem
Caucasum, vel per fœda fibulorum
Lambit Hydæpæ.

Merito itaque Apostolus integre puręque conscientie spem et fiduciam pollicetur. Vere namque scripsit Augustinus: « Ipsa charitas bene operantis dat ei spem bone conscientie; spem enim gerit bona conscientia: quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe. »

Rursum, « plenum, » id est, reale et solidum, est fideium « gaudium: » hoc enim mentem satiat et implet, quale est gaudium in Domino; cum gaudium in deliciis, opibus et honoribus sœculi mentem titillet, non implet. Audi S. Gregorium, homil. II in *Evang.*: « Quia presentia gaudia sequuntur perpetua lamenta, hęc, fratres clarissimi, vanam letitiam fugite, si illis here

formidatis; nemo enim potest et hęc gaudere cum sæculo, et illic regnare cum Christo. Temporalis itaque letitie fluxa restringit, carnis voluptates edomate, quidquid in animo ex presentis sæculo ardidit, ex consideratione æterni ignis amarescat; quidquid in mente puerititer hilaris, hęc discipline juvenilis censura coarctat, ut dum sponte temporalia fugitis, æterna gaudia sine labore capiat. » Et S. Chrysostomus, hom. 18 ad *Popul.*: « In Domino gaudens, ex accidente nullo hęc voluptate excidisse potest; alla nemp emota in quibus gaudemus; notabilia sunt; nec tantam nobis afferunt voluptatem, ut ex aliis nascentem tristitiam expellant et obtundunt. Dei vero timor hęc habet utraque; stabilis enim est, et immotus, atque tantam emittit letitiam, ut nullus nos aliorum malorum sensus capiat. Deum enim sicut oportet timens, et in ipso confidens, voluptatis radicein lucratu est, et omnem habet lætitię fontem. Et sicut in immenso mare decidens scintilla, brevi facile extinguitur: sic quæcumque Deum timens illudatur, velut in vastum lœtilia palæus incidens extinguitur atque perditur. Et revera, hoc est maxime mirabile, quod cum adisti que contristare solent, perhinc ipsa gaudens. » Et S. Augustinus, lib. X *Confess.*, cap. xxi, verum gaudium a falso discernens: « Anxi, ait, Domine, absi a corde serviti, qui constituit tibi, absit ut quoscumque gaudium gaudem, beatam me putent; est enim gaudium quod non datur impis, sed his qui te gratias colunt, quorum gaudium tu ipse es, et ipse est beata vita gaudere ad te, de te et propter te, ipsa est, et non est altera; qui autem aliam putant esse, aliam sectantur gaudium, neque ipsum verum; » et post nonnulla: « Beata quippe vita est gaudium de veritate; hoc est enim gaudium de te, qui veritas es, Deus, illuminatio mea, salus factus me. »

5. Et hęc est assensatio. — Grande compositum *ἀσσησις*, id est *assensatio*. In (Eucumenius (1). Jam a annuntiatio » ponitur pro re annuntiata, per metonymiam, qua actus ponitur pro objecto. Sic Deus vocatur spes, timor, amor noster, id est objectum spei, timoris et amoris nostri, sive in quem speramus, quem timemus et amamus. Obiicit S. Joannes societatem fidelium cum Deo consistere in eo, ut ambulent in luce cognitionis, obedientie et amoris Dei, eo quod Deus sit ipsa lux; in qua si perquamque, inveni peccato colliditur, aut Eucumenius.

DEORUM DEUS LUX EST, ET TENERE IN EO NON SENT ULLE. — Alludit ad *Evang.*, I, 4, ubi S. Joannes explicans illud: « In ipso vita erat, » illico subdit: « Et vita erat lux hominum, » ut significaret, aut Teletus, ad vitam assequendam necessarium

(1) Multi codices legunt *ἀσσησις*, hancque lectionem in textum receperunt Griesbachius, Matthæus, Kuspis, etc.

esse lumen, quo Verbum hoc lucet in cordibus nostris; non enim vivere facit, nisi quod fide sua illuminat Christus; ideo *Joan. viii* dicebat: « Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite; » quod planius, *Joan. xvii*, exposuit: « Hęc est vita æterna, ut cognoscant te solam verum Deum, et quem misisti Jesum Christum; » se si diceret: Vita non sum, nisi his quibus lux sum. Unde recte Gregorius Nazianenus, orat. 4 *Theolog.*, hęc verba Joannis sic interpretatus est: « Quia lux erat, vita erat. » Verbum ergo est lux hominum, quo scilicet homines illuminantur spiritualiter per fidem, spem, charitatem: de spirituali enim, non de naturali rationis luce hęc agi, patet ex sequenti. Sensus ergo est, *v. d.* Vita nostra, quam dixi esse in Verbo, imo esse ipsum Verbum, est hęc Verbi illuminatio, qua homines cogitatione Dei et salutis suę illuminant. Et hęc est causa cur Verbum sit caro factum, in eaque se manifestari hominibus, ut scilicet daret eis vitam æternam (1).

Quomodo Deus et Verbum sit lux, non accidentaliter creata, uti est nostra, sed substantialis et increata, equæ triplex, primo, formalis; secundo, idealis; tertio, causalis omnis lucis corporis et spiritualis hominum et angelorum, justorum et beatorum, gratiæ et glorię, vide apud S. Dionysium, *De Divin. Nom.* cap. II, vers. 4 et 7: « Lucis nomine, inquit, ipsum bonum celebratur, quasi in imagine primum exemplar expressum. » Illo Deus dicitur « amictus lumine sicut vestimento, » *Psal. ciii*; hinc et vocatur « Pater luminum » a *Jacob*, cap. 1, 7; et a Paulo dicitur « habitare lucem inaccessibilem, » *I Timot. vi, 16*. Vide utrobique dicta. Lux enim nobilissima est qualitas, que maxime Dei ejusque illuminationis et gratiæ decus et dotes representat. Inter Deum ergo, Dei que gratiam et lucem, maxime et pulcherrimas sunt analogię: lux enim celestis et nobilissima inter naturales est qualitas, ceteris, efficacissima, impassibilis, purissima, que nullis sordibus hęc sui immixta fœdari potest, affrens calorein, splendorem, letitiam, faciens res omnes videri, vitam et vigorem omnibus viventibus afferens. Talis est et Deus Dique gratia: contrarium est in peccatis, quorum proinde symbolum sunt tenebrę. Adde quod gratia ad æternam lucem et gloriam, peccata ad imas et summas tenebras ducunt.

Audi S. Dionysium, cap. xv *Catol. Hierarch.*: « Trinitas et enim ignis et lucis proprietates, Deo

(1) Lux, rei purissima et gratissima, cui magna beneficia et commoda deberent; est imago recte cognitionis, mentalis perfectionis, felicitatis. Per se igitur hęc verba significare possunt: Deus est scientissimus, vel dator felicitatis. Hęc loco autem verti debent, ait Allodi, *Deus est sanctissimus*, nam totus bene agit de hominum similitudine cum Deo, ea parte, ut et homines fugiant vitia et sint sancti. Non excluditur tamen veri et boni cognitio. Contrarium est ærcia, moralis imperfectio. Nam tenebrę ingratę sunt, symbolum ignorantie et vitiorum.

et gratia mire congruentes, recessentem: primo, a ignis (et lux), inquit, in omnibus et per omnia sine admixtione funditur; secundo, secretitur a robis omnibus; tertio, lucet totus simul; quarto, abstractus est, incognitusque manet ipse per se, nisi adhibeatur materia, in qua vim actionemque suam declarat; quinto, colibere vincique non potest; sexto, omnia ipse per se obtinet; septimo, ea in quibus fuerit, ad vim suam actionemque commulat; octavo, sui ipsius particeps facit quidquid ipsi proprias quoque modo adhibetur; nono, renovat omnia vitali calore; decimo, illustrat aperto lumine; undecimo, teneri non potest; duodecimo, nec misceri; decimo tertio, dissipandi vim habet; decimo quarto, commulari non potest; decimo quinto, sursum fertur; decimo sexto, celeritate magna est proditus; decimo septimo, sublimis est nec humilitatem ullam ferre potest; decimo octavo, immobilis est; decimo nono, per se movetur; vigesimo, aliis motum affert; vigesimo primo, comprehendendi vim habet; vigesimo secundo, ipse comprehendendi non potest; vigesimo tertio, non eget altero; vigesimo quarto, clam se amplificat; vigesimo quinto, in materis que ipsius capaces sunt, magnitudinem suam declarat; vigesimo sexto, vim efficiendi habet; vigesimo septimo, potens est; vigesimo octavo, omnibus inest, nec videtur; vigesimo nono, si negligitur non esse videtur; trigesimo, attribit quasi inquisitione quadam repente apparet, sursum inquit ad comprehendendi et delinere nequeat avolat; trigesimo primo, in omnibus sui communionibus manui non potest. »

Denique apposite Damascenus, lib. II *De Fide*, cap. xi, S. Trinitatem comparat luci, sive soli reflexo in nube, puta in parabolo in quo tres videntur soles, cum revera unicus tantum sit sol. « Indivisibilis enim, inquit, in divinis est divinitas, ac velut in tribus solibus inseparabili nexu inter se coherentibus una eademque est lucis temperatio atque conjunctio. » Sic et S. Dionysius, cap. II *De Divin. Nom.*, S. Trinitatem representat per tria lumina eandem domum illuminantia, una luce, et indistincta quadam diluisione. Atque hęc de causa lux illa beatitas et Trinitatis licet in se sit clarissima, tamen nobis est obscura caligo, eo quod actus nostra solem illum tam fulgidum, tam sublimem, tam supernaturalem, rectis et irretitoris mentis oculis intueri et aspicere non valeat. Unde ut cum contemplerur, cum Mose caliginem subire oportet. Audi S. Dionysium: « Caligo, inquit, lux est tum invisibilis, propter extimam et substantię supereminentem claritatem; tum inaccessibilis, pro immensa supersubstantialis luminis ex se insaniabilis copia. Ad hinc pertingit et absorbetur quisquis bene nosse ac videre meruerit, eoque ipso quod nos videt, nec cognoscit (hoc est, non comprehendit), Deo visionem omnemque cognitionem transcendenti familiaris jungitur, hoc ipsum noscens quod post et super omnia est, que in sensum cadunt; et tum

Propheta exclamat: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam; et Apostolus eam agnoscens, viam ejus investigabilis, judicia inscrutabilia, donum ejus inenarrabile, pacem omnem sensum superantem testatus est: Deus ergo Pater lumen est luminosus et prius, v. g. lux solaris lumen producens. Filius est lumen rectum, primo productum, sumque luci commensum et adaequatum. Spiritus Sanctus est quasi lumen reflexum, puta splendor; productur enim ex mutuo, ideoque reflexo amore Patris et Filii. Idem per umbram viderunt Gentiles. Parmenides Deum definiit: esse coronam continentem ardorem, lucis orbem qui cingit eum. Democritus Deum aiebat: esse mentem in igne orbiculari. Aegyptii hieroglyphicum Dei erant stella: Depicta Aegyptii stella Deum significat, inquit Horus Apollo, Hierogl. lib. II, cap. 1.

Nota: Christus qua Deus et Verbum est lux formalis increata, qua homo est lux creata, qua plenus sapientia, gratia et gloria; est etiam lux causalis, qua causa est omnis sapientie, gratie et glorie nostra. Unde S. Joannes in Evangelio, cap. 1, Christum qua homo est, vocat lucem, quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; non tantum dans eis lumen naturale rationis, ut explicat Origenes et Cyrillus, sed etiam et potius dans eis lumen supernaturale fidei et sapientie. Unde a Malachia, cap. IV, vers. 2, vocatur sol justitie. Vide ibi dicta. Delitavit autem Manichaeus, cum solem istum materialem censuit esse Christum; teste S. Augustino, tract. 34 in Joann. Luxit ergo Christus maxime post incarnationem; fuit tamen etiam lux ante eam a mundi exordio; nam sicut sol antequam horizontem ascendat, aliquos aurore radios praemittit, quibus mundum illuminat, sic et Christus. Ita S. Augustinus, tract. 7 in Joann. Hoc est quod ait Pater ad Christum: Vidi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae. Isaia XLIX, 6; et Christus: Ego sum lux mundi, Joann. VIII; ac de eo Simeon: Lumen ad revelationem Gentium, et gloriam plebis tuae Israel, Luca II, 32. Pater S. Augustinus, loc. cit. Inter 30: Ideo, ait, venit Christus illuminari, quia diabolus fuerat excoecator. Fecit summus medicus infirmi collyrium pretii, ut excoecatus sanaret oculos. Viso quale, quamque salutariter fecerit collyrium, ex Verbo et carne. Verbum, inquit, caro factum est, etc. Refecit autem hominis oculi illi sunt, itaque illuminati, ut angelorum exequare possint oculos, Deliquit ipsius caelestem gloriam tueri.

Hanc lucem Christus suis fidelibus, praesertim viris Apostolicis communicat, adeo ut et ipsi sint lux mundi, juxta illud Job XXXVIII: Aufertur ab impiis lux tua; et: Dominus, in lumine vultus tui ambulabunt, Psalm. LXXXVIII. Et Christus Apostolis: Vos estis lux mundi. Sic luceat lux

vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est, Matth. V. Idem de Joanne Baptista: Illa erat lucerna ardens et lucens, Joann. I. Et Paulus Ephes. V, 8: Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambularetis. Fructus enim lucis est in omni bonitate et justitia et veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo.

ET TENEBRAE IN EO NON SUNT ELLE. — Sicut lux est symbolum Dei, sapientie et gratiae; ita tenebrae symbolum sunt diaboli, ignorantiae et peccati, quae proinde longe sunt a Deo. Ita Didymus et Origenes, qui citans illud Evang. S. Joannis, cap. I, vers. 5, Lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt; Tenebrae (inquit) peccatricem nostram substantiam vocamus, in qua Christus natus, id est, qua assumpta, Christus ejus iniquitatum participans non fuit; peccatum enim non fecit. Sic David: Rectus Dominus Deus noster, et non est iniquitatis in eo. El Moyses: Deus, inquit, fidelis absque ulla iniquitate. Et rursus David: Non Deus volens iniquitatem in eis. Et alibi: Sanctus in omnibus operibus suis. Denique Habacuc: Mundi sunt oculi tui ne videant malum. Hoc est quod ait S. Jacobus, cap. I, vers. 17: Apud quem non est transitio, nec vicissitudo, umbra. Vero S. Thomas, in 1^a Timoth. VI: Res, ait, quae actus quilibet sunt, sed non purus, lucent tantum, non etiam lux sunt; divina autem essentia cum actus purus sit, lux est. Unde de hominum sanctissimo dicitur: Non erat ille lux, deo Dei autem Verbo: Erat lux vera omnium hominum illuminans. Et S. Gregorius Nazianzenus, oratione 46: Deus, ait, summum et inaccessibile lumen est, quod nec mente percipi, nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione praeditam illuminans; hoc in intelligibilibus, quod sol in sensibilibus; hoc se magis contemplantium nobis praebens, quo accuratius animos purgaverimus; eo rursus magis amandum, quo magis contemplanti fuerimus; eo denique magis cognoscendum, quo magis amaverimus; se ipse speculans et comprehendens, ac per exigua ad externa diffusens. Lumen porro hoc dico quod in Patre, et Filio, et Spiritu Sancto consideratur, quorum optulenta naturae identitas est, atque una eademque splendoris prosulatio. Quae sane omnia aperte indicant vere dictum esse a Joanne Deum esse lucem tenebrarum proorsu expertem, et lucem, ut ait Origenes, intelligibilem, quae oculos animae, ostendit ad perceptionem ejus illustrat, et ab his materialibus omnibus avocans, ad ipsam solum appetitum nostrum amatorio affectu incitat.

Antitropha est haec sententia illius cap. I Evangelii, 4: Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt, de qua S. Gregorius Nyssenus, orat. De Nativitate Christi: Puritas, ait, in nostris sordibus versatur; sordes vero puritatem non attingunt, sicut ait Evangelium, quod lux

in tenebris et tenebrae eam complexae non sint. Et S. Augustinus, epist. 120 ad Inuarum: Et Filii, ait, Dei non est absens etiam mentibus imbecis, quamvis cum non videant; sicut nec illa lux videtur oculis praesentata caecorum. Idem, lib. I De Pe. mer., cap. XXV: Sicut sol a caecis quamvis eos suis radiis quodammodo vestiat, sic a stultitie tenebris lumen Dei non comprehenditur. Lucet autem lux Verbi in tenebris impiorum hominum per lumen rationis, per creaturam vocis, quo omnes Creatorem esse, esseque venerandum et amandum clamant, per legem naturae menti inscriptam, per legem novam, per Scripturam, doctores, conclamationes, sanctas inspirationes, etc.

Unde idem Augustinus, tract. 2 in Joann. : Noli credere, ait, in peccatum, et non tibi occidet hic sol. Si tu feceris eam, tibi faciet occasum. Si videre lucem cupis, esto et tu lux; si enim tenebras et tenebras cupiditates ames, obtenebrabunt, imo excoebunt te.

Viderunt id per umbram Gentiles quos citat Clemens Alexandrinus, lib. IV Strom. Antiphanes, inquit, dixit: Plutus (id est divitia) cum aliquos plus aliis videntes acceperit, caecos facit: hinc a Poetis praedicitur ab ortu caecus; sic Venus, Bacchus, omnisque cupido videntes excoecat. Citat deinde Aristophanem, dicentem: Agite, observate vite homines, generationi foliorum stultes, imbecilles, serae frumenta, folia instar umbrae reddentia, evandii, involucres, unius tantum diei vitam viventes.

Porro ridiculi et stolidi, aequae ac blasphemae sunt Thaludistae, qui dicunt Deum instar lunae pati eclipsin et tenebras, ac nominalia eas passim, cum lumen injuste a luna ademptum soli attribuit, ideoque ad culpam hanc suam expiandum insituisse festum Neomeniae, sive novilunii, in qua per statuta a se sacrificia initio cujusque mensis hoc peccatum purgaret, uti refert Sixtus Senensis, lib. II.

6. SI DIXERINTS QUONIAM (quod) SOCIETATEM HABEMUS CUM EO, ET IN TENEBRIS (ignem) DEI ET CARIS, ERROREM ET PECCATORUM AMBULABIS, MENTIRERIS. — Quis enim societas luci ad tenebras? Il Cor. VI, 14. Ambulare in tenebris, est vivere in peccatis, in hisque progredi in pejus ac peccata peccatis cumulare. Perstringit Gnosticos illo aeo docentes (qui nostro docent Lutherani et Calviniani) fideles omnes esse predestinatos, eosque sola fide salvari, ac praecludere etiamsi peccent; et impulerit vivam, manere tamen in huius predestinatione et gratia, certoque salvandos. Item Ebionitas, qui ambulantes in tenebris se Deo placere factabant, ac ut caeteri Judaizantes censabant se per frequentes lotiones et baptismata peccata eluere. Nota: Peccata passim a S. Joanne in Evangelio et hic vocantur tenebrae, ob multas utrimque analogias. Prima est, sicut tenebrae sunt privatio lucis, ita peccata sunt privatio gratiae.

Secunda, sicut in tenebris ambulans nihil videt, et crebro impingit: ita peccantes in via salutis recidunt, et crebro impingunt. Tertia, tenebrae uti nocturne odorem lucem: ita et peccatores odorem lucem Dei et hominum, juxta illud Christi: Qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut arguantur opera ejus. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta, Joann. III, 20. Quarta, quia peccata sunt opera principis tenebrarum, puta diaboli: hic enim uti primus peccati est auctor, ita omnes ad peccatum instigat. Quinta, quia pleraque peccata in tenebris fiunt, juxta illud Ovidii:

Nos et amor, visumque nihil moderabile videtur:
Illa pudore vacat, Liber amorque metu.

Sexta, quia peccata oriuntur ex tenebris, puta ex errore pratico, quo peccator judicat sibi hinc et tunc indulgentiam esse cupiditati exitum cum jactura Dei, eorum et honorum aeternorum, quae sane summa est caecitas et stoliditas. Cautitas mentis, ait S. Augustinus, lib. V Contra Julianum, quam solus remouet illuminator Deus, et peccatum est, quo in Deum non creditur; et pena peccati est, quia cor superbum digna animadversione punitur; et causa peccati est, cum malum aliquid ex cordis errore committitur. Septima, quia mentem magis obtenebrant et excoebant. Octava, quia dicunt ad tenebras aeternas gehennae: Terram, inquam, miserie et tenebrarum, ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, Job X, 22. Sicut ergo lux est sanctorum et vitalis viventibus rebusque omnibus, tenebrae vero noxiae et mortiferae: ita fides et gratia Christi est salutaris, vitansque affert aeternam; peccata vero sunt pestifera, mortemque creant aeternam. Unde Horus Apollo, lib. I Hierogl., cap. LXVII: Aegyptii, inquit, tenebras significantes crocodili eandem pingunt. Neque enim aliter ad exitum et intercessionem perducit crocodilus quodcumque apprehenderit animal, nisi cauda prius eum, inuvalidum reddiderit; namque in hac corporis parte praecipua est erosio vis ac robur. Sicut ergo crocodilus exitalis est, ita et tenebrae.

Hinc tenebrae vocantur umbra mortis, juxta illud Zachariae: Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent, Luca I, 79; et illud Isaia IX, 2: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis.

MENTIRERIS, ET VERITATEM NON FACIEMUS. — Mentitur verbo, et veritatem, quam loquimur et profiteremur, non facimus: ipso facto; veritas enim hic non tam speculativa mentis et oris, quam practica operis et moris intelligitur. Verum ergo est bonum honestum, sive officium cujusque quod praeslare debet; si id non praestet, veritatem, id est, quod justum est et aequum, non facit, esto id simulet, ideoque personatum est hypocrita, et simia hominem vestita, ut ait Nyssenus epist. ad

homo. Sic de diabolo dicitur *Joannis* cap. viii, vers. 44: « ille in veritate non stetit, » quia in incertitate, perfectione et officio angelico, in quo creatus erat, non perseveravit; hinc factus est « mendax et pater mendacii. »

7. Si autem in luce rationis, fidei, Evangelii, virtutis, gratie ambulamus (proficiscendo et eundo de virtute in virtute), sicut et ipse (Deus) est in luce (id est, est lucida), imo ipsa lux substantialis et divina, ideoque omnia sua facit in luce sapientie, prudentie et sanctitatis divinitus, SOCIETATEM HABENTIS AB IPSE. — Valablis, *quintus*, selectum cum invicem, hinc consequenter cum Deo, uti dicit vers. 3: Ita Dionysius. Vere S. Augustinus, lib. IV *Confess.*, cap. 12: « Beatus, inquit, qui amat te, et amicum in te, et in amicum propter te. Solus enim nullum charum amat, cui omnes in illo chari sunt qui non amittitur. » Hoc est quod ait Sapiens, *Prover.* I, 18: « Justitia semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, » necesse ubi egerunt. » Et Paulus *Philipp.* II, 25: « Inaccessibilis luminaria in mundo in medio nationum prave et perverse. » Audi S. Augustinum, serm. 43 *De Verbis Apostoli*: « Videlicet, ait, quia violatos sumus. Quid est ambulare? breviter dico, proficere. Ne forte non intelligas et pigrum ambulare; semper tibi displicens quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. Num tibi tibi placuisse, tibi remansisti. Si autem dixeris: Sufficit, et paristi: semper adde, semper ambula, semper profice; non in via remaneas, non retro redire, non deviare. Remanet, qui non proficit; retrocedit, qui ad ea revolvitur, unde non accesserat; deviat, qui apostat. Melius est claudus in via, quam cursor proter viam. »

ET SANGUIS IESU CRISTI, FILII UNICI, EMUNDAT NOS AB OMNI PECCATO. — Non quasi sicut nos impeccabiles, uti somniant heretici: contrarium enim docet S. Joannes verbis proxime sequentibus; sed « emundat, » id est, emundavit peccatis per baptismum, et emundat in presenti a peccatis venialibus, sine quibus non ducitur hæc vita mortalis, et emundabit in futuro ab istis, et a peccatis peccatorum mortalium. Denique in celo emundabit nos, non tantum ab omni culpa et poena, sed et ab omni concupiscentia. Ideo enim S. Joannes ulitur presenti emundat, ut sub eo quasi medio præteritum et futurum complectatur. Ita S. Augustinus et ex eo de hæc, in S. Hieronymus, lib. II *Contro Pelagianos*: « Quod, inquit, scriptum est, Et sanguis Iesu Filii unici emundat nos ab omni peccato, tum in confessione baptismatis, quam in clementia penitentis accipiendum est. » Emundat ergo, id est, emundandi vim habet, emundare potest et solet instar lixivii.

Nota primo: Deus non radit peccata, ut volunt heretici, sed prorsus emundat, id est, expurgat et abolet sicut macula a facie, litem et veste, sordes et domo everruntur et emundantur. Ita Conci-

lium Tridentinum, sess. VI, cap. vii, ubi asserit neminem posse esse justum, « nisi cui merita passionis Domini nostri Jesu Christi communicantur; » idque fieri in justificatione impii, « dum eisdem sanctissime passionis merito per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui justificantur, atque ipsis inhaeret. » Porro Clemens VI, Extravag. *Unigenitus*, de poena et remissione, asserit unam sanguinis Christi guttulam universum mundum redimere potuisse, quia erat sanguis Verbi per unionem hypostaticam.

Quocirca S. Gregorius Nazianzenus: « Nalloy, ait, cum salubris ipse miraculo conferendum est, in quo extitit erroris gutta orbem universum instauravit, atque ideam quod lecti coagulatis hominibus præstitit, in unum nos conjungentes et constringentes. » Et S. Augustinus in *Psal.* lxxv: « Quoribus quid emerit? Videte quid dederit, et invenietis quid emerit. Sanguis Christi pretium est, tunc quid valet? Quid nisi totus orbis, quid nisi omnes gentes? » Alibi vero, serm. 128 *De Temp.*: « Pretium vite nostre sanguis est hominis, et totus mundi incolumitas sempiterna, pecunia illa totius mundi copiosa possessio est. » Et S. Ambrosius, lib. III *De Virg.*: « Omnia igitur habemus in Christo, omnis anima accedit ad eum, sive corporalibus ægri peccatis, sive clavis quibusdam secularis cupiditatis inhaerentibus, sive imperfecta quibusdam, sed intentu tamen meditatione proficiens, sive multis alijque sit jam perfecta virtutibus, omnia in Domino potestato est, et omnia Christus est nobis. Si vultus curare desideras, medicus est; si scilicet nestus, fons est; si gravis iniquitate, justitia est; si anxio lodi-gas, virtus est; si mortem times, vita est; si celum desideras, via est; si tenabris fugis, lux est; si cibum queris, alimentum est. »

Nota secundo: Emundat nos sanguis, id est, sanguinis effusio, pura passio et mors Christi: hæc enim est lytrum et pretium pro peccatis totius mundi; est metonymia. Hinc sequitur sanguinem Christi emundare peccata non physice, sed merito. Christus enim sanguinis effusione passionis ac morte satisfacit pro peccatis nobis, eorumque veniam nobis promeruit. Addit D. Thomas, II *part.*, *Quest.* XLVIII, art. 6, et *Quest.* L, art. 6, sanguini et carni Christi inesse quoque vim physicam sanctificandi, eo quod ipsa sint instrumentum physicum divinitatis ad sanctificandum homines, de quo disputant Theologi. Sed audi D. Thomam, *Quest.* XLVIII, art. 6: « Ad tertium dicendum, quod passio Christi secundum quod comparatur ad divinitatem ejus, agit per modum efficientis; in quantum vero comparatur ad voluntatem anime Christi, agit per modum meriti; secundum vero quod consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur a reatu poenæ; per modum vero redemptionis, in quantum per eam

liberamur a servitute culpæ; per modum autem sacrificii, in quantum per eam reconciliamur Deo, et infra dicitur. »

8. SI DIXERIMUS, QUONIAM PECCATUM NON HABEREMUS, Ipsi nos seducimus. — Quod et quale peccatum? Primo, Cajetan accepit peccatum originale; hoc enim omnes confessimus ex Adamo, excepta B. Virgine, uti habet pius fidelium sensus, et aperte colligitur ex S. Augustino, I *3 V Contra Julianum*, cap. 27, ubi asserit eum qui caret peccato actuali, caruisse etiam originali; atqui B. Virgo caruit peccato actuali, uti docet Ecclesia: ergo et caruit originali. « San. Fabavit ergo tabernaculum suum Altissimus, » *Psalm.* lxxv, 3, quia « in ipso inhabitavit plenitudo divinitatis corporalis, » ut ait Paulus *Coloss.* II, 9. Imo purissimam ex ejus carne nique pariter purissima, carnem assumpsit. Superat ergo ipsa puritate omnes angelos, et Cherubinos et Seraphinos, ait S. Chrysostomus in *Liturgia*, Nazianzenus in *Tragedia*, sub finem; Ephrem, in *Laudibus Desperare*, et S. Ambrosius, lib. II *De Virg.*: « Quid nobilius, ait, Dei matre? Quid splendidius Dei matre? Quid splendidius ea quam splendor elegit? » S. Anselmus, *De Concept.* Virg., cap. xviii: « Decebat, ait, ut ea puritate qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa uireret, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi generavit tanquam seipsum diligebat, illi dare disponeret. » Denique de ea dicitur *Genes.* iv: « Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. »

Secundo, Lytrum accepit peccatum mortale; licet enim justis eo careant, tamen quia nemo scit certo se esse in gratia Dei, esseque justum: hinc pariter nemo presumere debet, certoque asseverare se immunitatem esse a peccato mortali.

Tertio, Hugo, Dionysius et alii passim accipiunt peccatum veniale: licet enim infans et adultus recens baptizatus, aut plene contritus ab omnibus peccatis absolutus careat omni peccato, etiam veniali; tamen tota vita, imo longo tempore eo carere nequit, quin brevi in aliquod labatur; ita dicitur Concilium Tridentinum, sess. VI, can. 23, ubi tamen excipit B. Virginem: « Si quis, inquit, hominem solum justificatum dixerit, etc., posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit. » Ubi nota, quod ait Joannes « habemus a in prima persona, emundat, » et se quoque, neque ab ceteros Apostolos, habere peccatum; licet enim confirmati essent in gratia, et non peccarent mortaliter, poterant tamen peccare, et peccabant aliquid venialiter: quanto magis ergo nos nati et nutriti in peccatis, peccata multa et graviora committimus? Unde jugiter nos humiliare etque plangere debemus, uti egregie ostendit Bellarminus, lib. *De Gemis columbæ*, sub initium lib. II.

Quarto, alii per « peccatum » accipiunt, non solum culpam, sed et reatum sive obligationem ad

poenam temporalem, qui remissa culpa et poena æterna committitur remanere solet. Ita D. Thomas in IV, dist. 21, *Quest.* II, art. 1, ad 4.

Quinto, alii per « peccatum » accipiunt concupiscentiam, quam subinde in Scriptura, ut *Rom.* vii, 13 et 17, et a S. Augustino vocatur peccatum, non quod propria et formaliter peccatum sit, uti volunt heretici, sed metonymice, quia est effectus, poena et causa peccati. Concupiscentia enim, remissa culpa, manet in omnibus rebatis et justificatis, ut docet Concilium Tridentinum ipsaque experientia. Huc accedit Gennadius, lib. *De Eccles. dogmat.*, lxxvi (qui liber falso ascribitur S. Augustino), ubi docet omnes veraciter asserere se peccatores, « quia in veritate habent quod plangant, si non reprehensione conscientie, certe mobilitate et mutabilitate prævaricatoris natura. »

Fateor omnes hosce sensus simul nos posse complecti, ut generalem S. Joannis propositionem generaliter accipiamus de quovis peccato, etique effectus, puta reatu et concupiscentia, et tunc verum habemus ample conceptum, et amplumque esse ad præteritum et futurum, q. d. Habemus peccatum originale, et habemus vel habebimus peccatum aliquod actuale, si diu vivamus. Unde mox vers. 10, mutat præsens in præteritum, dicens: « Si diximus quoniam non peccavimus, » etc.: vult enim docere omnes obnoxios esse peccato, et egeri redemptore Christo: ejus enim sanguis emundat nos ab omni peccato, tam quod culpam, quam quoad poenam, et concupiscentiam, uti paulo ante dixi. Quare sicut sanguis Christi emundat nos ab omni peccato originali, mortali, veniali, etc.; ita pariter illud omne hic accipi potest: proprie tamen et directe accipiendum est hoc peccatum actuale, sive mortale id sit, sive veniale, illud enim solum confitentium est, uti de peccato hoc subdit Joannes: « Si confitemur peccata nostra, » etc.; et de eo solo verum est quod subjicit vers. 10: « Si diximus quoniam non peccavimus, » id est, commisimus actuale peccatum.

Sensus ergo est: « Si diximus quoniam peccatum non habemus, » id est, quod peccatum non factum, non commisitimus aliquando, sed vivimus sine peccato, sumusque expurgati, id est, experti peccati, vel impeccabiles, et ipsi nos seducimus. » Peccatum ergo non habere, idem est quod non peccare; sicut habere spem, idem est quod sperare. *Prover.* xxii, 18: habere fidem, est credere; habere quietem, est quiescere, *Apost.* iv, 8; habere habere, est finire, *Marci* iii, 28. Per « peccatum » ergo accipit actuale, præcipue veniale, quia in illud credunt cadunt homines, etiam justi, ita ut parvo, et vix ullo tempore omni veniali careant; sique de eo potest dici in presenti, quod « peccatum habemus, » id est, peccatum sæpe venialiter: ita explicat et definit Concilium Milvitanum, can. 6; Tridentinum, sess. VI, can. 23; S. Augustinus, *De Perfectione justitie*,

cap. XXI: S. Hieronymus, dial. 3 *Contra Pelag.*; S. Basilus, hom. *De Penit.*; S. Cyrillus, lib. III *ad Quirina.*, cap. LIV; S. Gregorius, XVIII *Mor.*, IV; R. Ambrosius, *De Pag. ecc.*, cap. I, et alii. Succenturiatur S. Jacobus, dicens cap. III, 2: « In multis offendimus omnes. » Vide ibi dicta. Perstringit enim Joannes, aequè ac Jacobus, Simonianos, Gnosticos aliosque illius ævi hæreticos docentes solam infidelitatem esse peccatum; fidei enim omnia esse munda, etiamsi turpiter vivat. Idem hoc sæculo docuit Lutherus et Liberius Bogardi vero et Beguine censuerunt se sicutque similes ad tantam posse perfectionem ascendere, ut fiant impeccabiles, quanta cumque tentatio exurgat. Pelagius quoque docuit peccata omnia, etiam venialia, sine gratia Christi, solis naturæ viribus posse vitari, quæ omnia damnat hic S. Joannes. Ab his tunc longe abijt Durandus in II, dist. 28, Quæst. III, qui putat omnia venialia deliberata posse vitari, non autem omnia venialia indeliberata, quæ fiunt ex subreptione. Hoc est quod ait Sapiens *EccI.* VII, 21: « Non est homo justus in terra, qui faciat bonum, et non peccet. » Et *Proverb.* XXIV, 16: « Septies in die cecidit justus, et resurgit. »

Hæc est ergo humiliatio nostra in medio noctri, ut jugiter agnoscere debeamus nos esse peccatores; ideoque quotidie juxta Christi doctrinam orare: « Dimitte nobis debita nostra, etc., et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. » Audi S. Augustinum, *De Natura et Gratia*, cap. XXXV: « Excepta, inquit, S. Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi volo questionem; inde enim scimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hoc ergo Virgine excepta, si omnes illos sanctos et sanctas, cum hic viverent, congregare possemus, et interrogare utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? Utrum hoc quod iste dicit, an quod Joannes apostolus? Rogo vos quantalibet fuerit in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, nonne una voce clamassent: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est? » S. Gregorius, hom. 39 in *Evang.*: Sine culpa, ait, in mundo esse non potuit, qui in mundum cum culpa venit. »

Qui ergo ob scientiam infirmitatis, qui ob ingenium, opes, vires, formam, dignitatem, cervicem atollis, cristas pone, pedes cum pavone inspicere. Nosti quis sis? peccator es. Scis quid sit peccatum? est summa hominis vilitas, summa miseria, summum orbis malum; summe enim summo bono adversatur. Peccatum enim est summum Dei contemptus, summa ingratitude, summum odium, summa offensa, adeoque est Christicidium, imo vasi deicidium. Si enim Deus oo-

cidit posset, utique non alio telo quam peccato perimeretur.

Porro Cassianus, lib. XXIII *Collat.* cap. XIX, exemplum dat orationis, in qua vix quisquam est qui non mente evagetur, et venialiter delinquat. Caute tamen legendus est ipse, cap. V, et seqq., ubi videtur asserere malum esse, quidquid nos etiam invitos a jugi Dei contemplatione abstrahit, ut comedere, bibere, dormire, laborare manibus, ut fecit S. Paulus ad comparandum victum; sed explicandus est de malo penam, ex quo tamen facile oriatur malum culpæ. Explicat enim illud Apostolus, *Rom.* VII, 19: « Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago; » et per « bonum » accipit jugem Dei memoriam et presentiam, per « malum » distractionem mentis ab hæc Dei presentia, q. d. Apostolus: Vallem jugiter contemplari Deum presentem, sed ob corruptæ naturæ necessitates id præstare nequeo, ideoque culpæ periculum incurro.

Ipsi nos seducimus. — Ipsi nos decipimus et decipiuntur, quia solum nobis ipsis persuademus in perniciem anime nostræ. Ita Oremus. Qui enim putat se plane a peccato purum, negligit querere remedium peccati sui, ob quod puniendus est. Rursus, dicens se carere omni peccato, superbe et presumptuose errat; contradicit enim Scripture asserenti nos omnes esse peccatores, et evacuat gratiam et passionem Christi, dicens se non egere emundatione sanguinis ipsius, ideoque blasphemus est et ingratus: quare nisi respiciat, condemnabitur.

ET VERITAS IN NOBIS NON EST. — q. d. « Mentimur, » ut legit Cyrillus, *catech.* 3. Hinc S. Augustinus in *Sententis*, sent. 363: « Divinitus, ait, dictum est, *EccI.* cap. VII, 17: Noli esse justus multum, quoniam non est justitia sapientis, sed superbia presumentis. Qui ergo sic fit nimis justus, ipso nimio fit injustus. Quis est autem qui se facit justum, nisi qui dicit se non habere peccatum? »

9. SI CONFITEAMUR. — Suggesti S. Joannes peccati, cujus omnes reos esse dixit, remedium, scilicet veram ejus agnitionem et humilem confessionem ac penitentiam; per hanc enim applicatur nobis sanguis Christi, qui nos ab eo emundat, uti dicit vers. 7. Sed quam confessionem exigit S. Joannes, generalemne que fit Deo, an specialem que fit sacerdoti in sacramento Penitentiae? Hæretici solam generalem que fit Deo admittunt, Catholici etiam specialem requirunt. Respondeo S. Joannem utramque exigere, generalem pro peccatis levibus, specialem pro gravius: mortalia enim peccata non sufficit confiteri Deo, sed eadem sacerdotibus confitenda sunt, ut ab eis absolvamur; eis enim solis tradidit Christus potestatem absolvendi, dicens, *Joannis* XX, 23: « Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quorum retinueritis, retenta sunt. » Quare cum

S. Joannes hoc loco nec sibi in Evangelio, nec Christo sit contrarius, dicendum est cum sic esse explicandum, q. d. Si confitemur peccata nostra, eo scilicet modo, quo Christus voluit et sufficit, nimirum mortifera confitendo sacerdoti, venialia ipsi Deo, vel etiam sacerdoti, si velimus, fidelis est Deus ut nobis confitentibus ea remittat. Ita Thomas Anglicus, Dionysius ac Serarius hic, et Bellarminus, lib. I *De Penit.*, cap. XII, et lib. III, cap. IV, qui duo pluribus id ipsum confirmant.

Audi S. Cyrillum, serm. *De Leprosi*: « Hoc ipsum (peccatum), ait, apud sacerdotes Dei dolentes ac simpliciter confitentes exomologesi conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet ac modicis vulneribus exquirunt. » Et Tertullianus, lib. *De Penitentia*, cap. VII: « Tantum, ait, relevat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat; confitenti enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumacia. » Deinde actus Penitentis veræ confessionis indices et comites subjungit: « Itaque exomologesis prosternendi et humiliandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordiam illicem. De ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum moribus deicere, illa que peccavit tristi tractatione mutare, pastum et potum pura nosse, non ventris scissos, sed anime cautos. Plurimumque vero jejuniis processu alere, ingemiscere, lacrymari, et magis dies noctesque ad Dominum Deum tuum, presbyteris advolvi, et caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis sue injungere. » Breviter S. Chrysostomus, hom. *De Penit.*: « Penitentia, ait, est contritio in corde, confessio in ore, in opere tota humilis. »

Moraliter: Vide hic quam nullis sit confessio, que illico Dei iram placat, ejusque gratiam accersit, juxta illud *Isaia* XLII, 26, secundum Septuaginta: « Dico tu prius peccata tua ut justificeris. » Ita David: « Quoniam iniquitatem, inquit, meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. » *Psal.* L, 4; et *Psal.* XXXI, 5: « Dixi: Confitebor adversum me in iustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. » Vide S. Chrysostomum in *Psal.* L, et S. Augustinum, *homil.* 12, inter 50. Audi Origenem, *homil.* 2 in *Psal.* XXXVI: « Sicut ille qui habent intus inclosam essam indigestam, aut humores, vel phlegmata stomacho graviter et moleste immittit, si vomuerint, relevantur: Ita etiam ille qui peccaverunt, siquidem occultant et retinent intra se peccatum, intrinsecus urgentur et propemodum suffocantur a phlegmate, vel humore peccati; si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum et confitetur, simul solis tradidit debitum, atque omnem morbi digerit causam. » Vide S. Dionochus, lib. *De Perfect. spirit.*, cap. VII, hunc S. Joannis locum explicans de confes-

sione quam facit Religiosus suo directori et patri spirituali, tentationes et lapsus suos ei manifestando, docet cum esse singulare tentationum et peccatorum omnium remedium. Et S. Franciscus ex S. Augustino in *Sententis*: « Si te excusas, inquit, Deus te accusat; et si te accusas, Deus te excusat. »

Porro docet S. Joannes nos eo quod crebro peccamus, crebro debere confiteri; esto enim levia sint peccata, tamen si negligantur, evadunt multa et gravia. « Levia multa faciunt unum grande, multe guttæ implent flumen, multa grana faciunt massam, » ait S. Augustinus hic. Idem, *epist.* 108: « Quid enim interest ad naufragium, utrum uno grandi fluda navis operiatur, an paulatim aqua subrepens sentiam, et per negligentiam derelicta atque contempta implet navim, atque submergat? » Hoc est quod ait Ecclesiasticus, *xxx*, 1: « Qui spernit modica, paulatim decedit. » Et; ut ait Gregorius: « Si curara parva negligamus, insensibiliter seducti audiverit etiam majora perpetramus. » Et alibi: « Qui enim peccata minima flere ac devotare negligit, a statu justitie non quidem repente, sed partibus totus cadit. Admonendi sunt qui minimis frequenter excedunt, ut solliciti considerent, quia nonnunquam in parva delictis quam in majore culpa peccatur. Major enim quod citius quia sit culpa agnoscutur, eo citius celerius emendatur; minor vero dum quasi nulla creditur, eo pejus quo et securus in usum refinetur. Unde fit plerumque ut mens assueta malis levibus, nec graviora perhorrescat, atque ad quandam auctoritatem nequitie per culpas nutrita perveniat, et tanto in majoribus contemnat permissese, quanto in minimis didicit non timendo peccare. »

FIDELIS EST. — « Quia qui orare nos pro debitis et peccatis monuit, paternam misericordiam promisit, et veniam secuturam, » ait S. Cyrillus, *De Orat. Domin.*

ET JUSTUS. — Quomodo justus? Non enim tenetur Deus ex justitia remittere peccatum peccatori, etiam penitenti; nam illud remittere et condonare est meræ ejus misericordie et clementie. Respondeo, « justus, » id est æquus. Equum enim est et congruum Deoque dignum ut penitenti peccatum remittat, tum quia id ipse promisit penitentibus, non ut operis mercedem, sed ut penitentiae donum et premium, *Joann.* XX, 23; *Ezech.* XVII, 32, et alibi: promissum autem est debitum, quod profunde solvere est justum; tum quia Deo et divine bonitati, ac clementie conveniens et dignum est, ut penitentes in gratiam recipiat sicutque reconciliet. « Justum est, ait S. Anselmus, *Prosal.*, cap. IX et X, o Deus, ut parcas malis, sed et justum est ut malos punias. » Unde aliqui dicunt, « justus, » id est, benignus et misericors; misericordia enim maxime congruit Deo; tum denique quia penitentia quasi ex natura rei, est proxima ad reconciliationem et gratiam dei.

posiſſo. Sicut ergo naturaliter juſtum eſt ut in li-
gum calidum ut oculo, quaſi habens ultimam
diſpoſitionem, inducatur forma ignis: ſic ſuper-
naturaliter æquum eſt, ut poſita poenitentia quaſi
ultima diſpoſitione, inducatur forma gratiæ, qua
peccator reconcilietur Deo. Ita Lyranus et Diony-
ſius.

Secundo, « juſtus, » quia Chriſtus ſuo ſanguine
et morte promeruit nobis hanc veniam, eigne
Deus illam promiſit. Inſta ergo eſt, et ex juſtitia
debita hæc peccatorum remiſſio, ſed Chriſto, non
nobis: Ita Cajetanus. Porro Chriſtus ſua merita
poenitentis communicat, applicat et quaſi appropri-
at, ut ea poenitens quaſi peccatorum ſuorum
lytrum proprium Deo offerat. Quare juſtus eſt
Deus, qui lytrum huius accipientis peccata remittit;
ſed quia hæc merita ſunt propria Chriſti, ab eo
vero nobis duntaxat appropriata, id eſt applicata,
hinc ratio juſtitie in remiſſione peccatorum prop-
rie eſt reſpectu Chriſti, non noſtri; tum quia
ejus ſunt merita; tum quia ei remiſſionem pro-
miſit, et ex pacto præſtat Deus, non nobis; al-
qui etiam non ſolus Chriſtus, ſed et nos ipſi æ-
ſequem redemptores noſtri, quod eſt impium et
injuriſum Chriſto.

Tercio, ſubtilius noſter Suarez, 3 part., tom. III,
diſp. XI, ſect. 4, concl. 3: « Fideſis, » inquit, eſt
Deus cum condonat poenitentibus peccata morta-
lia; « juſtus, » enim juſtis condonat venialia:
quia ſcilicet juſti per opera poenitentiae, charita-
tis, etc., merentur de condigno hanc condona-
tionem, uti docet S. Auguſtinus, *De Correptis et
Grat.*, cap. XII.

Quarto, quaſiam etiam ratione juſtus eſt Deus,
cum condonat poenitenti et confitenti peccata
mortalia, eo quod confeſſio, eſque poenitentia
actus, paulo ante ex Tertulliano recenſiti, ſunt
quaſi ſatisfactio quedam, qua ſatisfacimus Deo
pro offeſſa contra ipſum admiſſa. Sicut enim of-
fendens qui proximum vilipendit, juſte ſatisfacit
ei, dum ſe humiliat et ab eo veniam petit; unde
offenſus ex juſtitia tenetur acceptare hanc ſatis-
factionem: ſic et poenitens ſatisfacit aliqua ratione
Deo cum offeſſam humiliter confiteſtur, veniam-
que petit cum gemitu, lacrymis, ac præſertim ſi
id facit ex vera et perfecta animi contritione.
Contritio enim, cum ex timore Dei ſuper omnia
preceſſat, eſt quaſi compenſatio quedam inju-
riæ, qua peccator Deum vilipendit et poſtpoſuit
creature, quam peccando adamavit; amor enim
Dei amans eum ſuper omnes creaturas compen-
ſat quaſi odium Dei, ac honor et præſertim Dei
compenſat ejusdem vilipendium et contemptum,
licet non ex æquo.

Quare aliqua ratione juſtum eſt ut Deus poeni-
tenti ob hocce actus offeſſam condonet; atque
hæc de causa poenitentia poſitur a Theologis vir-
tus affinis et comæxa juſtitie, ejuſque pars po-
tentialis. Unde D. Thomas, III part., *Quæſt.* LXXXV,
art. 3, docet poenitentiam eſſe partem et ſpeciem

juſtitie vindicativæ, ac conſequenter commuta-
tivæ large ſumptæ, ſicut eſt pietas, obſervantia,
religio, que deſcendunt a ratione juſtitia ſtrictæ,
quia reſpiciunt majus debitum quam ſit juſtitia,
et quia reſpiciunt Deum, inter quem et homi-
nem non eſt æqualitas quam requirit juſtitia.
Imo Durandus, in IV, diſt. 14, *Quæſt.* II, cenſet
poenitentiam eſſe ipſammet juſtitiam commutati-
vam, quatenus ei imperant virtutes theologice, ut
reddat Deo debitam ſatisfactionem (quam ſelicet
ſolent poenitentibus pro offeſſa. Verum alii paſſim verius
cenſent poenitentiam eſſe ſpeciem virtutem, a
juſtitia ſtricta et moralibus cæteris diſtinctam.
Addit Richardus in IV, diſt. 15, art. 1, *Quæſt.* II,
in corp. et ad 1, poſitis meritis Chriſti, poſſe poeni-
tentem ſed hoc peccatis ſatisfacere ex juſtitia; et
diſt. 17, art. 2, *Quæſt.* VII, aſſerit contritionem,
ſi præcedat remiſſionem peccatorum, ex condi-
gno eam mereri. Sic et nonnulli alii docent con-
tritionem æquivalere peccato mortali, et ex æquo
pro eo ſatisfacere, idque deſcendit ex principis
S. Thomæ. S. Thomas enim I, II, *Quæſt.* CXIII,
art. 8, docet in juſtificatione peccatoris prius eſſe
inſuſionem gratiæ ſanctificantis, quam ſit con-
tritio et remiſſio peccati; ex gratia enim ſancti-
ficante manare contritionem, ex contritione re-
miſſionem peccati. Idem Joſeſt diſcipuli S. Thomæ,
ut Cajetanus et Medina ibidem, Ferrariensis,
lib. III *Contræ Gentes*, *cap.* CLXII. D. Solo, lib. II
De Natura et Gratia, cap. VIII. Quo poſito, ſequitur
contritionem quaſi ex æquo mereri remiſſionem
peccati. Si enim contritio manat ex gratia
ſanctificante, et præcedit remiſſionem peccato-
rum, ergo eandem meretur, perinde ac meretur
gloriam æternam, ex ſententia S. Thomæ; gratia
enim ſanctificans naturaliter et quaſi jure ſuo
expellit peccatum, imo pro ſe et formaliter id fa-
cit, ac proinde ſine intermedio contritionis.

Verum contrarium ſentiunt paſſim alii Doctores,
ſcilicet contritionem non manare ex gratia
ſanctificante, ſed ex auxilio ſpeciali, ſive ex gra-
tia præveniente et excitante. Ratio eſt, quia nulla
diſpoſitio poteſt manare ex forma ad quam diſpo-
ſitio poteſt manare ex forma ad quam diſpoſitio
et formatur. Ergo cum contritio ſit diſpoſitio ad
gratiam ſanctificantem, non poteſt ex ea manare;
ſed neceſſario eam præit et præcedit, uti diſerte
docet Concilium Tridentinum, ſeſſ. VI, cap. VI,
VII et VIII, ubi conſequenter docet nos gratis juſtifi-
ficari, iſdeoque non mereri juſtitiam que inclu-
dit remiſſionem peccatorum. Ita pariter docent
Scotus in IV, diſt. 14, *Quæſt.* II; Gabrielis, ibid.
Quæſt. I; Durandus in IV, diſt. 17, *Quæſt.* II; An-
dreas Vega in Concilio Tridentino, lib. VI, cap.
XXXVI et XXXI; Bonaventura in IV, diſt. 15, art. 1,
Quæſt. I, Almainus, Marsilius et alii ibid. Idem
docent Patres, uti S. Auguſtinus, Ambroſius, Ter-
tullianus, Chryſoſtomus, tract. *De Poenitentia*.

ERUNDET NOS AB OMNI INIQUITATE. — Plus ſigni-
ficat « iniquitas, » quam peccatum, ait S. Grego-

rius, XI *Moral.*, cap. XXI aut XXII, quia facilius fert
quis ſe vocari peccatorem, quam iniquum. Negat
id S. Ambroſius, *De Apolog. David*, imo vero, in-
quit, turpis eſt eſſe et vocari peccatorem quam
iniquum. Verum quicquid ſit de hæc, ſepe hæc
duo pro eodem ſumuntur; unde hic quaſi ſynony-
mya ponuntur.

10. SI DIXERIMUS QUONIAM NON PECCAVIMUS. —
Primo, peccato originali, quo peccavimus jam
olim in Adamo, quodque in nobis ipſis contra-
ximus, dum primum concepti et animali fuimus:
ita nonnulli. Verum quorſum S. Joannes incul-
cavit hic peccatum originale omiſſis actualibus?
Secundo, « peccavimus, » id eſt peccare potuimus
peccato actuali mortifero ob innatam concupiſ-
centiam. Sed quis hoc meſcit? Quare verius eſt
S. Joannem loqui de peccatis venialibus; more
enim ſuo repetit, idemque dicit et inculcat hic
cum eo quod dixit verſ. 8: « Si dixerimus quon-
iam peccatum non habemus, » Unde Syrus ver-
ſit, *ſi dixerimus nos non eſſe peccatores, vel nos non
peccatores*. Hebraizat S. Joannes; Hebraei enim præ-
terito utuntur pro præſenti quo earent, et pro
futuro. Præteritum enim apud eos eſt ipſum the-
ma et dicitur verbum a quo cætera tempora,
modos et perſonas derivant.

Illustrat idipſum variis exemplis S. Ambroſius,
lib. I *De Abraham*, cap. VIII, ut *Jocuns* xv, 8:
« In hoc clarificatus eſt (id eſt clarificatur et cla-
rificabitur) Pater meus, ut fructum plurimum
afferat, et efficiamini mei diſcipuli. » *Lucæ* I, 47,
cavit B. Virgo: « Magnificat anima mea Domi-
num; et exultavit, » id eſt exultat, « ſpiritus meus
in Deo ſalutari meo. » *Matth.* xxiii, 2: « Super ca-
thedram Moſis ſederunt, » id eſt ſedent, « Scribæ. »
Sensus ergo eſt: « Si dixerimus quoniam non
peccavimus, » id eſt quod non peccamus, quod
ſine peccato tam veniali, quam mortali vivimus,
quod nec peccavimus, nec peccare ſolemus. Di-
cit tamen peccavimus in præterito, quia ſcribit
ad Parthos (ut dixi in præmio), qui recedent a
gentilitio ad Chriſtum converſi, multa in gen-

tiliſimo etque gravia peccata commiſerant. Rur-
ſum inter converſos olim erant qui baptiſmum
diu differabant, etiam uſque ad mortem, ade-
que ægri in lecto baptizabantur, ut per baptiſ-
mum expiati ab omni culpa et pena illico puri
evolarent in cœlum, indeque Clinici, id eſt Lectu-
arii, vocabantur, in quos graviter invehuntur Pa-
tres, ut S. Ambroſius, ſerm. *De Sanctis*; S. Baſilius,
Nazianzenus et Nyſſenus, oratione *De Baptiſmo*. Illi
ſane ante baptiſmum, utpote in peccato originali
exiſtentes et gratia Dei deſtituti, multa peccata
committabant. Qui vero pueri baptizati erant,
jam adulti multa peccata ſaltem venialia admiſe-
runt. Loquitur enim Chriſtianis adultis: Quare
vere aſſerit omnes peccaviſſe in præterito, quia
vult monere eos, ut dinceps in futuro, utpote
jam renati in Chriſto, a peccatis ſtudioſe caveant;
unde mox initio cap. II, ſubdit: « Filii mei,
hæc ſcribo vobis, ut non peccetis amplius. »

MENDACEN FACINUS EUM (quia Deus in Scripturis
aſſerit omnes homines eſſe peccatores, nec vivere
ſine peccato, ut *Eccles.* VII, 21; *Proverb.* XXIV, 16;
Pſalm. CXLII, 2; *Jacobi* III, 2, et alii. Et docet nos
orare quotidie: « Dimittite nobis debita noſtra. »
Quocirca) VERBUM EIUS NON MANET IN VOBIS, — *q. d.*
Non intelligimus, non amplectimur, non retine-
mus veram ejus doctrinam, aut certe ejus obli-
viſcimus; non credimus Scripturis et verbo Dei,
quod aſſerit omnes obnoxios eſſe peccato, ſed
illud, ipſumque Deum facimus mendacem. Ita
Clemens, Didymus, Cajetanus, Dionyſius et Ca-
tharinus. Alter Gloſſa: « Verbum Dei, » inquit,
id eſt Chriſtus per quem fit remiſſio peccatorum,
non manet in nobis, utpote incredulis et ſuper-
bis, quia evertimus redemptionis Chriſti myſte-
rium, dicimusque nos utpote juſtos ipſo redemp-
tore non eguiſſe, nec egere. Aut « verbum » quod
locutus eſt Deus *Eccles.* III, 20: « Quæto magna
eſt, humilia te in omnibus, » non manet in nobis,
quia ejus contrarium facimus; cum enim ſimus
parvi et peccatores, volumus eſſe magni et im-
peccabiles.

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Docuit, cap. i, fideles per Christum in novam vitam et vitam renatas societatem inisse cum Deo; nunc docet ut in ea studiosa persistent, ideoque caveant a peccatis, Deique praecepta observent, praesertim charitatis tam Dei quam proximi, quod vocat mandatum vetus et novum. *Inde, vers. 13, singulis hominum aetates, puta patres, adolescentes, infantes, juvenes compellat, singulosque ad Dei cultum et amorem accendit; ideoque hortatur ut caveant a mundo transiente, utpote in quo non est aliud quam concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, et superbia vitae. Tertio, vers. 18, perstringit haereticos, monetque ut eos quasi Antichristos excoerent, fidem vero in Deum Patrem et Filium et Spiritum, ejusque unctionem constanter retineant, ut in eo maneant, nec confundantur in adventu ejus, sed ab eo accipiant vitam aeternam.*

1. Filioli mei, haec scribo vobis, ut non peccatis. Sed et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum; 2. et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. 3. Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observemus. 4. Qui dicit se nosse eum, et mandata ejus non custodit, mendax est, et in hoc veritas non est. 5. Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est: et in hoc scimus quoniam in ipso sumus. 6. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare. 7. Charissimi non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum, quod audistis. 8. Iterum mandatum novum scribo vobis, quod verum est et in ipso, et in vobis, quia tenebrae transierunt, et verum lumen jam lucet. 9. Qui dicit se in luce esse, et fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. 10. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, et scandalum in eo non est. 11. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, et in tenebris ambulat, et nescit quo eat, quia tenebrae obcaecaverunt oculos ejus. 12. Scribo vobis, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen ejus. 13. Scribo vobis, patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis, adolescentes, quoniam vicistis malignum. 14. Scribo vobis, infantes, quoniam cognovistis Patrem. Scribo vobis, juvenes, quoniam fortes estis, et verbum Dei manet in vobis, et vicistis malignum. 15. Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. 16. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitae, quae non est ex Patre, sed ex mundo est. 17. Et mundus transit, et concupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum. 18. Filioli, novissima hora est: et sicut audistis, quia Antichristus venit: et nunc Antichristi multi facti sunt, unde scimus, quia novissima hora est. 19. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum, sed ut manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis. 20. Sed vos unctionem habetis a Sancto, et nostis omnia. 21. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: et quoniam omne mendacium ex veritate non est. 22. Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Jesus est Christus? Hic est Antichristus, qui negat Patrem et Filium. 23. Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet; qui confitetur Filium, et Patrem habet. 24. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat; si in vobis permanserit quod audistis ab initio, et vos in Filio et Patre manebitis. 25. Et haec est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam aeter-

nam. 26. Haec scripsi vobis de his qui seducunt vos. 27. Et vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos; sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, et verum est, et non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. 28. Et nunc, filioli, manete in eo: ut, cum apparuerit, habeamus fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu ejus. 29. Si scitis quoniam justus est, scitote quoniam et omnis, qui facit justitiam, ex ipso natus est.

1. FILIOLI MEI, HAEC SCRIBO VOBIS, UT NON PECCETIS. — q. d. In fine cap. precedentis, dixi omnes adultos peccavisse, vel in gentilismo mortaliter, vel in christianismo venialiter; jam hortor singulos ut a pristinis in gentilismo commissis sceleribus plane caveant, a venialibus vero abstineant, quantum possunt; licet enim omnia collectim vitare sit impossibile, singula tamen distributive vitare est possibile, praesertim ea quae non ex subreptione, sed praevia animadversione, ideoque deliberate committuntur.

SED ET SI QUIS PECCAVERIT, ADVOCATUS HABEMUS. — Est occupatio. Objiciet enim quis: Si omnino peccata fidelibus fugienda sunt, quid faciet is, qui ex humana fragilitate, verecundiam et pudendum? Respondet: Si quis lapsus sit, non idcirco desperet, nec animum abiciat; quia apud Deum, qui est pater noster amantissimus, advocatum habemus Christum Dominum, qui suum sanguinem, crucem et mortem pro nobis oblati Patri representans, facit nobis, si vere nos poeniteat, veniam impetrabit; Deus enim est clementissimus, et Christi merita sunt maxima. Sicut ergo peritiam et gloriam medici commendat magnitudo vulneris et morbi quem curat et sanat: sic magnitudinem gratiae, clementiae et redemptionis Christi commendat magnitudo peccatorum nostrorum, quorum ipse est medicus et propitiator. Hujus rei specimen dedit in S. Magdalena et S. Paulo, qui proinde hanc in se Christi gratiam celebrans 1 *Timoth. 1, 13*: «Fidelis, ait, sermo et omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum; sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam.» Vide ibi dicta.

Nota primo: «Advocatus» idem est latine quod graece *παροικος*. Unde tam Christus quam Spiritus Sanctus est paracliticus, id est, advocatus noster; ita enim vocatur hic a S. Joanne in textu Graeco, aeque ac in *Evang. xiv, 16*. Vatablus, *explicans*; verit. *patronus, mediator, intercessor*. Laurentius Valla, lib. *iv*, patronum ab advocato distinguit, quod patronus sit orator, qui reum dicendo defendit; advocatus, qui reo ad defensionem astat, etiamsi nihil dicat. Et Ascenius Pedianus: «Qui defendit, ait, aliquem in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si

jus suggerit, aut praesentiam suam commodat amico.» Verum hic et alibi «advocatus» idem est quod patronus; sic enim causidicos, qui causas forenses agunt, vocamus advocatos. Ita Ulpianus: «Advocatus, ait, accipere debeamus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur.» Et Quintilianus, lib. *xii*, cap. *i*: «Non, inquit, forenses quamvis institutum operam, nec mercenariam vocem, nec (ut asperioribus verbis parcamus) non inutilem sane litium advocatum, quem denique causidicum vulgo vocant.»

Nota secundo: Christus est advocatus noster. *Primo*, oratione interpretativa, scilicet exhibendo se et suas plagas, vulnerumque cicatrices, ac consequenter sua merita allegando divino conspectui, uti omnes Doctores consentiunt. Idcirco enim resurgens has cicatrices retinuit, et in eorum intuitu, ut eas jugiter Deo Patri quasi Pontifex et mediator noster representet, ac per eas veniam et gratiam nobis oblineat.

Secundo: multi valde probabiliter censent Christum etiam esse advocatum nostrum, oratione propriis dicta, qua pro nobis in oculis Patrem orat et interpellat: oratione, inquam, non qua denuo mereatur vel impetret (qualis fuit dum viveret in terris, eratque victor), sed qua jam comprehensor petit, rogatque Patrem exigendo jus in vita haec promeritum, sibi que promissum, ideoque debitum, scilicet gratiam et salutem nostram. Hoc enim significat Paulus in epistola ad Hebraeos, ubi docet Christum esse Pontificem nostrum aeternum in oculis, qui «per proprium sanguinem introivit semel in sancta, aeterna redemptione inventa,» cap. *ix*, vers. *12*; et cap. *vii*, vers. *25*: «Semper vivens, inquit, ad interpellandum pro nobis.» Et Christus, *Joannis xiv, 16*: «Ego, ait, rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis.» Et Paulus, *Rom. viii, 34*: «Christus Jesus, etc., qui est ad dexteram Patris, qui etiam interpellat pro nobis.» Vide ibi dicta. Etiam ergo, qua homo jam beatus in caelo, et mente, et corpore ac voce debitum Deo cultum religionis exhibet, eum adorando, laudando, gratias agendo, cur non et postulando? hoc enim est officium advocati, qualis est Christus.

Tertio, haeretici hinc contendunt Sanctos non esse nostros advocatos, nec orare pro nobis, ac consequenter non esse invocandos, eo quod hoc sit officium Christi, qui solus est advocatus noster; ac proinde nos facere injuriam Christo, si Sanctos quasi advocatos invocemus. Audi Bezaus

hic : « Joannes cum nominat Christum, ceteros excludit. Quid ergo illis fiet qui B. Virginii hanc faciunt injuriam, ut Christi spoliis velint eam exornari ; imo etiam contentissima voce Christum illi tanquam matri infantulum subjiciunt ? » Falleris et fallis, impostor, dum asseris nos Christum subdicere B. Virginii, eamque Christi spoliis exornare. Scimus et profiteremur Christum esse Deum, Deique Filium ; B. Virginem non esse deam, sed Dei incarnati matrem, ac proinde infinitis partibus Christo esse inferiorem. Unde Christus solus vocatur a S. Joanne advocatus, scilicet talis, qui, ut ipse illico subdit, sit et propitiatio pro peccatis mundi, quique sua passione et morte placavit Patrem, imo et justo sanguinis sui pretio satisfecit. At B. Virgo et Sancti sunt advocati nostri, ut deprecatores et intercessores per merita Christi. Unde B. Irenaeus, lib. IV, cap. XIX : « Sicut, ait, Eva seducta est ut effugeret Deum, sic Maria sancta est obediens Deo, ut virginis Eva virgo Maria faretur advocata. » Et S. Bernardus, serm. in illud Apoc. XII, *Signum magnum* : « Opus est, inquit, meditare ad mediatores istum, nec aliter nobis utilis quam Maria. » Vide dicta I. Timoth. II, 5, ad illud : « Unus mediator Dei et hominum homo Christus Jesus ; » et Bellarminum, tract. *De Invocatione Sancti*.

JUSTI CHRISTUM JUSTUM. — « Justum, » id est, innocendum et sanctum, qui sui sanctitate gratissimus Patri meretur ab eo exaudiri. **Secundo** et potius, « justum, » id est, qui iuste pro peccatis nostris satisfecit, justumque pro eis dedit pretium et lycium, scilicet sanguinem suum et vitam. Unde explicans subdit : « Et ipse est propitiatio. » Alio ergo sensu vulgo vocatur advocatus justus, qui justam causam defendendam suscipit, non injustam, ut faciunt nonnulli avari causa : unde Cassiodorus, lib. XI, *epist. IV* : « Si in advocations, ait, studio justitiae claritate fulsisit. » Illo scilicet bonus est advocatus apud homines, non apud Deum, utpote a quo non justitiam, sed misericordiam et gratiam postulamur. Apud Deum ergo habemus tribunal gratiae duntaxat, non justitiae.

2. **ET (ID EST QUIA, q. d.) CHRISTUS EST ADVOCATUS NOSTER, QUIA IPSE EST PROPITIATIO (ID EST PROPITIATOR) PRO PECCATIS NOSTRIS,** — quia scilicet se offerens in cruce victimam pro peccatis, pro eis Deo Patri satisfecit, eamque nobis reconciliavit. Alitudo ad propitiatorium imminens arce foderis ; hoc enim representabat Christum propitiatorem, uti dixi *Rom. II, 25*, et *Eccli. XXV, 27*. S. Augustinus, lib. *De Fide et Opere*, legit : « Et ipse est exoratio pro peccatis nostris. » Orat enim Christus pro nobis etiam in caelis, ut paulo ante dixi, et propitiare se exorare. S. Cyprianus, lib. IV, *epist. 2 vel 32*, pro exoratio legit *deprecatio*. Significat S. Joannes Christum talem nobis esse advocatum, ut certo causam nostram obtineat, imo eo patrono causa cadere non possimus, eo quod ipse sit ex officio redemptor et propitia-

tor noster, qui ex justitia pro peccatis nostris satisfecit.

Hoc est quod ait S. Joannes, *Apoc. I, 5* : « Dilaxit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. » Nam, ut ait S. Leo, serm. *De Passione* : « Effusus pro injustis sanguinis justus iam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullam tyrannica vincula retineret. » Et paulo post : « Quamvis enim in conspectu Domini multorum Sanctorum pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio propitiatio fuit mundi. Accesserunt iusti, non dederunt, coronas ; et de fidelium fortitudine exempla nata sunt patientiae, non dona justitiae. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fupere solvit, cum inter filios hominum solus Dominus noster Jesus exiliterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sint suscitati. »

Hac de causa S. Augustinus, S. Bernardus, S. Francisus, S. Elizabeth ceterique Sancti qui aliquando peccaverunt, confugerunt ad vulnera Christi, quasi ad asylum, in eoque habitaverunt. Earum gnomas recensit *Zachar. cap. XIII, 6*. Vero S. Ambrosius, *Prefat. in Psal. XXXV* : « Bonum, ait, aurum est sanguis Christi, dives ad pretium, profusus ad levandum omne peccatum. »

NON PRO NOSTRIS ACTUS TANTUM, SED ETIAM PRO TOTIS MUNDI. — *q. d.* Non pro peccatis Judaeorum tantum, sed et gentium omnium, ait Oronimus et Cyrillus. Melius Clemens Alexandrinus et alii, *q. d.* Non pro peccatis nostris qui sumus fideles tantum, sed pro peccatis infidelium totius mundi. Pro his enim quoque passus est Christus, eisque meruit gratiam et gloriam, si in eum credere ejusque merita amplecti velint. Unde et jus sit praedicari Evangelium hoc omnibus gentibus, easque baptizari in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, *Matth. XVI, 13*. Rursus Christus ut haec propitiatoria offerret in sacrificio Missae pro omnibus hominibus, etiam infidelibus, ac definitis in Purgatorio existentibus, uti fuse docet hic noster Justinianus ; Ecclesia enim tantum excipit excommunicatos : pro his enim volat sacrificari.

3. **ET IN APOSTOLIS (NON CERTO ET DEMONSTRATIVE, SED PROBABILITER ET CONJECTURALITER EX SIGNIS ET EFFECTIBUS) QUONIAM (ID EST QUOD) COGNOVIMUS EUM (COGNITIONE NON TANTUM SPECULATIVA, SED ET PRACTICA),** quae cum amore et affectu conjuncta est, ac in opus derivatur : « cognovimus » ergo, id est novimus et diligimus eum), **SI MANDATA EIUS OBSERVAVIMUS.** — Referenda sunt haec ad id quod praecessit : « Advocatum habemus Jesum Christum ; » praescribit enim modum quo hunc advocatum nobis conciliabimus, nimirum si eum cognoscimus per fidem, spem et amorem ; cum vero cognoscimus, si mandata eius observemus, id quod pluribus deinde sententiis prosequitur et inculcat. Vero S. Augustinus, lib. *De Fide et Opere*, cap. XII : « Ne-

quamquam, ait, mens fallatur ut se existimet Deum cognovisse, si cum fide mortua, hoc est, sine bonis operibus confleatur. » Sic David ait *Psal. CII, 18* : « Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea ; » et moriturus ad filium : « Tu, ait, Salomon fili mi, scito Deum patris tui ; » scito, scilicet practice, id est crede, revere, ama, obedi ei. Unde explicans subdit : « Et servi ei corde perfecto, et animo voluntario ; » et *Osee cap. VI, vers. 6* : « Volui, ait, scientiam Dei plusquam holocausta. » Chaldaeus vertit, *voluntas mea*, vel neophylactum meum, complacentia mea, in operantibus legem Domini magis quam in offerentibus holocausta. Qui enim non observat legem Dei, utique eum non novit, quia non estimat practice, non ponderat uti debet, Dei immensam majestatem, bonitatem, potentiam, sapientiam, justitiam. Si enim eum justo rationis libramine ponderaret, utique toto corde eum amaret, coleret, obedi- ret. » Nam quisquis Deum non amat, ait Beda, profecto ostendit quia quam sit amabilis non novit ; et quam sit suavis Dominus et dulcis gustare ac videre non didicit, qui ejus conspectibus placere continua dilectione non satagit. » Hinc S. Dionysius, *De Divinis Nominibus*, deducit ab *amor*, eo quod accendat affectum eorum, qui ipsum rite cognoscunt. Hoc est quod ait S. Joannes, cap. III, vers. 7 : « Quis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus charitas est. »

Quare ex *ipso* scimus non recte colligit Catharicus, justos certo scire posse se esse justos et in gratia Dei ; esto enim habeant in anima gratiam et charitatem Dei, tamen eam non vident. Rursus, licet mandata Dei exterius observent, tamen nesciunt an ea observent ex amore Dei et eo modo quo Deus jussit. Denique esto sentiant se amare Deum, tamen nesciunt an hic amor sit talis qualis esse debet, puta supernaturalis pure propter Deum, utque eum amet super omnia : haec definit Tridentinum, *sess. VI, cap. IX*. Vide Bellarminum, lib. III *De Justific.*, cap. I et seq.

4. **QUI DICIT SE NOSSSE EUM (VERA ET SALUTIFERA NOSSIO, PUTA, PRACTICA, QUAE NOSENTIAM CONDUCIT AD VITAM AETERNAM, NOSSO ERGO, ID EST HA NOSSO UT AMET DEUM QUI PER OMNIA OBEDET), ET MANDATA EIUS NON CUSTODIT, MENDAX EST.** — Nam de Philosophis cognoscens Deum, sed speculative et aride, ideoque cum non colentibus ait Apostolus : « Qui eum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, » *Rom. I, 21*.

5. **QUI AUTEM SERVAT VERBUM EIUS (JUSSA ET MANDATA DEI), VERE IN HOC CHARITAS DEI PERFECTA EST.** — Per antithesin contrariae sententiae priorum sententiam confirmat, *q. d.* Qui mandata Dei non servat, Deum non novit, id est, non diligit ; quia a contrario qui Dei mandata servat, hic Deum diligit, adeoque habet charitatem perfectam. Unde dicit « verbum ejus » in singulari, quia praecipue respicit legem charitatis ; haec enim e-

teras omnes in se comprehendit, uti radix comprehendit frondes et fructus, totamque arborem. « Perfectam charitatem » vocat quae implet illud verbum, sive legem charitatis : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente » *Matth. XXII, 37*. Qui enim mandata Dei observat, diligit Deum ex toto corde, esto aliquando peccet venialiter ; hoc enim in corruptione hujus vite est malum necessarium. Porro in hac perfectione charitatis et vitae Christianae varii sunt gradus. *Primus* est, ita diligere Deum ex toto corde, ut nunquam offendas eum mortaliter, etiamsi totam mundum offensus offenderis venialiter, ut nolis deliberato eum peccare lucrari. *Tertius*, si amore Dei omni amori creature renunties, totumque te mancipes Dei cultui et obsequio, de eo dicunt religiosi. *Quartus*, si non aliud cogites, velis vel ames, quam Deum aut propter Deum, uti faciunt Beati in caelo. Tertium expressit S. Paulus cum ait *Rom. VIII, 33* : « Quis me separabit a charitate Christi ? Tribulatio ? an angustia ? an fames ? an molitas ? etc. Certus sum quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, » etc.

Præclare Origenes, *Prefat. in Evangel. S. Joannis* : « Quisquis, ait, perfectus est, non amplius vivit ipse, sed in ipso vivit Christus, cumque in ipso vivat Christus, de eo dicitur Maria : Ecce filius tuus Christus. » Et S. Augustinus in serm. 39 *De Temp.* : « Sicut radix, ait, omnium malorum est cupiditas, ita et radice omnium honorum est charitas. Totam magnitudinem et latitudinem divinum eloquorum possidet charitas, quae Deum proximumque diligimus. » Et aliquando post : « Quapropter, fratres, seclatini charitatem, dulcem et salubre vinculum mentis, sine qua dives pauper est, et cum qua pauper dives est. Haec in adversitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate laetissima, inter veros fratres letissima, inter falsos patientissima ; in Abel per sacrificium grata, in Noe per diluvium secunda, in Abraham peregrinationibus fidelissima, in Moyses inter injurias lenissima, in David tribulationibus mansuetissima ; in tribus generis huiusmodi virtutes inter se committit, in Machabeis saevos ignes fortiter tolerat. Casta in Susanna erga virum, in Anna post virum, in Maria praeter virum. »

Egrege quoque S. Bernardus *ad Fratres de Monte Dei* : « Ad omnibus vobis, inquit, perfectio exigitur, sed non uniformis ; sed si incipis, incipe perfecte ; si jam in profectu es, et hoc ipsum jam perfecte age. Si autem perfectionis aliquid attigisti, tempus in temetipso metire, et dic cum Apostolo — Unum autem, quae retro sunt obliviscens, et ad ea quae sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor brevium supernorum vocations in Christo Jesu ; in quo manifeste Apostolo docente declaratur, quia perfecta eorum quae

retro sunt obliuio, et perfecta in anteriora extensio, ipsa est hominis iusti in hac vita perfectio; et perfectio perfectionis huius ibi erit, ubi erit bravi superne vocacionis perfecta apprehensio. Hoc autem modo sicut stella a stella distat in claritate, sic cella a cella in conuersatione, scilicet incipientium, proficientium et perfectorum. Incipientium status dici potest animalis, proficientium rationalis, perfectorum spiritualis. Et inferiorius: «Primum status circa corpus se habet, secundus circa animam se excreat, tertius non nisi in Deo requiescitur. Quorum singuli sicut habent certam proficienti rationem, sic in genere suo certam habent perfectionis suae mensuram. Initium boni in conuersatione animalis, perfecta obedientia est. Profectus subiecere corpus suum, et in seruitutem redigere. Perfectio usi boni consuetudinem ueris in delectationem. Initium uero rationalis est, intelligere quae in doctrina fidei apponuntur ei. Profectus, talia preparare, quae apponuntur. Perfectio, cum in affectum mentis transit iudicium rationis. Perfectio uero hominis rationalis, initium est hominis spiritualis. Profectus eius, reuerti facio speculanti gloriam Dei. Perfectio uero, transformari in eandem imaginem a claritate in claritatem, sicut a Domini spiritu.»

Et S. Maximus De Charitate, centur. 3, num. 97: Anima, ait, perfecta est; cuius uis affectibus nobis, prorsus ad Deum declinavit. Idem, centuria 4, num. 47: «Nondum, ait, perfectam charitatem consecutus est, neque diuinae uidentiae secundum profunditatem cognitionem, qui in tempore tentationis, in doloribus et molestiis sibi accidentibus, longanimitate non perdit, sed seipsum a spiritualium fratrum charitate abscondit.» Et S. Franciscus in opusculo Decem perfectionum: «Perfectio perfecti Christiani est, inquit, quod cor suum ab omni mandata et humana creatura eradicet, nec querat cur inueniat fundamentum aut radicem, nisi in illo qui fecit sibi cor; sed consuescat cor suum projicere in ipsum Deum, et de facibus terrenis frequenter eleuare: ita quod sine pena quandocumque uoluerit, reuertatur ad Christum, cogitando et affliciendo se ad cordis Creatorem; et intentus sit in omni loco et tempore altissimo benefactori. Rursum tantum habeat patientiam, quod illum qui sibi malum aliquod fecerit vel dixerit, conetur plus diligere et amare ex toto corde, et ex bona uoluntate et libente seruire sine omni amaritudine cordis. Quia sicut Deus ex uera liberalitate omnia bona sibi tribuebat, ita omnia mala credat eum occulte promittere, ad hoc ut peccatori ostendat sua peccata, sicut leuiter ea puniat in presenti, ut non flagellet durius in sempiternum. Illum igitur qui malum sibi fecit aut dixit, multum diligat, quia mediante illo tanquam nuntio, Deus magnum bonum illi confert; et tanquam refectiuum quo mediante Deus eum detinet, ne

in profundum abyssi projiciatur, et tanquam tororium quo Deus eum tergit, et tanquam dolabrum quo Deus eum dolat et perficit.»

In hoc scimus quoniam (quod) in ipso scimus. — S. Augustinus addit: «Si in illo perfecti fuerimus, atque explicat, q. d. Si perfecti et adhaeremus, eumque diligamus, ita ut ejus amore etiam inimicos amemus. Sic quoque legit Dionysius et alii nonnulli. Verum Romanae et Graecae passim illa delent. Sensus ergo est, q. d. In hoc scimus quod in eo sumus, si uidebunt uerbum ejus seruumus, ut paulo ante dixi. Effectus enim et signum dilectionis, qua adhaeremus et copulati sumus Deo, est observatio legis ipsius. Porro per charitatem sumus et manemus in Deo, et Deus in nobis ea ratione qua amatum est in amantem, et amans in re amata; magis enim est anima ubi amat, quam ubi amatur; uicissim Deus se amantes sibique adherentes redamat, inhabitat, curat, dirigit, protegit. Unde Hugo sic explicat, q. d. Qui amamus Christum, sumus in Christo, sicut membra sunt in capite, et sic id. quod regitur est in regente, nempe regimine peculiari et sancto. Antitropia est haec sententia Joannis illi in *Evangelio*. Joann. xiv, 23: «Si quis diligit me, sermonem meum seruet; et Pater meus Abiit me, et ad eum uenietis, et mansionem apud eum faciemus.» Diligentis ergo Deum anima est quasi templum, in quo reuerter inhabitat Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Ubi nota S. Joannem delectari uerbo manendi, illudque crebro usurpare, ac per illud significare primo, intimam conjunctionem; secundo, moram permanentem et perseverantiam, juxta illud Christi, Joann. cap. xv, vers. 4: «Manete in me, et ego in uobis.» Tertio, continuationem praesentium, amicum conuersationem, multam familiaritatem, omniaque uere amicum obsequia et officia.

6. QUI DICIT SE IN IPSE MANERE, DEBEET SICUT ILLI AMBULAVIT, ET IPSE AMBULARE. — Procedendo semper in uirtute, praesertim charitatis, ac in dies majora ejus opera exercendo, ut Christus crescebat «aetate et gratia apud Deum et homines.» Luc. II, 51. Sancti uero sunt de uirtute in uirtutem. S. Leo, serm. 2 De Quadages. 1: «Hic, ait, est perfectior uera iustitia, ut nunquam presumant se esse perfectos, ne ab itineris nondum finiti actione cessantes, ibi incidunt deficientis periculum, ubi proficienti deponerint appetitum.» Hoc est quod ait Paulus *Ephes. v, 1*: «Estote imitatores Dei sicut filii charissimi, et ambulante in dilectione, sicut et Christus dilexit nos.»

Pulchre S. Prosper, lib. II De Vita contemplat., cap. XXI: «Quid, ait, est ambulare sicut ille ambulavit, nisi contemere omnia prospera quae contempit, non timere aduersa quae pertulit, docere quae docuit, sperare quod promissit, etc., praestare beneficia etiam ingratis, non retribuere secundum merita maleuolis, orare pro inimicis, misereri uerseris, invitare aduersos, aequanimi-

ter pati subdolos atque superbos? ac denique, juxta uerbum Apostoli, morti simus carni, ut dantaxat Christo uiuamus. Sicut enim carne mortuus nulli iam detrahili, nullum auersatur aut deperit, nullius pudicitiam callida circumuentione corrumpit, non inuidet, non adulatur, non ambulat: sic qui carnis suae crucifixerunt eum uitiis et concupiscentiis, nulla horum possunt agere aut pati.»

Unde Nyssenus, epist. ad Harmonium, «Christianismum definit esse imitationem diuinae naturae.» Idem ad Olympium: «Quid igitur, ait, oportet eum facere, qui magno Christi cognomine dignus effectus est, nisi ut omnia sua tum cogitata, tum dicta, tum facta diligenter exploret, et ultra eorum singula ad Christum tendant, an ab illo sint aliena, iudicet.»

Praclare S. Augustinus, De Vera Religione, xv, docet quod Verbum factum sit caro, hoc sine ut uiam uirtutis doceret, non vi cogendo, sed exempla praecendo. Dum enim omnia mundi bona contempit, contemendam docuit; dum omnia uita mala sustinuit, sustinenda monstravit: Doctrina enim Deus apparebat, et alibus homo. Satellites uoluptatum diuicias perniciosae populi appetebant: pauper esse uoluit. Honoribus et imperiis inhilantibus: rex fieri uoluit. Carnales suos filios magnum bonum putabant: tale conjugium prolemque contempit. Contumellas superbissimas horrebant: omne genus contumeliarum sustinuit. Injurias intolerabiles esse arbitrabantur: quae maior injuria, quam iustum innocentemque damnarit? Dolores corporis exerebantur: flagellatus atque cruciatus est. Mori metuebant: morte multatus est. Ignominiosissimum mortis genus crucem putabant: crucifixus est. Omnia quae habere cupientes non recte, non recte uidebamus, carendo uita fecit; omnia quae uitare cupientes a studio deuidebamus ueritatis, perpetuando deiecit; non enim ullum peccatum committi potest, nisi dum appetuntur ea quae ille contempit, aut fugiuntur quae ille sustinuit. Tota itaque uita ejus in terris, per hominem quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit.»

Hae facit stimulus S. Cypriani, tract. De Zelo et timore: «Si hominibus, inquit, lectum est et gloriosum filios habere constimiles, si ad patrem generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus soboles subsueua respondet, quanto maior in Deo Patre laudata est, cum quis sic spiritaliter nascitur, ut in actibus ejus et laudibus diuina generositas praedicetur? Et paulo antea: «Qualis celestis, tales et celestes. Quomodo portauimus imaginem ejus qui de limo est, portemus et imaginem ejus qui de coelo est; imaginem autem celestem portare non possumus, nisi in eo quod esse nunc cepimus, Christi similitudinem praebamus; hoc est enim mutasse quod fueras, et cepisse esse quod non eras, ut in te diuina nativitas luceat, ut ad Patrem Deum deifica disciplina res-

pondeat, ut honore et laude uiuendi Deus in homine clarescat, ipso exhortante, et eis qui se clarificant uicem mutuum pollicente. Eos, inquit, qui clarificant me, clarificabo, Joann. xii.

7. CHARISSEM, NON MANDATUM NOVUM SCRIBO VOBIS, SED MANDATUM UETUS. — Loquitur de mandato dilectionis Dei et proximi: in haec enim includitur observatio mandatorum omnium, de qua sermo praecessit. De lectione enim se explicans illico sermonem inferit S. Joannes, vers. 9, 10, 11. Vocat hoc «uetus mandatum,» non «nouum,» quia datum fuit Iudeis in ueteri Testamento, *Leu. xix, 18*; imo datum fuit Adae et omnibus hominibus in lege naturae, neque ac angelis ab initio creationis suae. Est enim hoc mandatum juris naturae distinctum a ratione et lege aeterna, quae fuit in mente Dei ab aeterno. Sic et uetus explicat Joannes cum subdit: «Mandatum uetus est uerbum quod audistis.» Ita S. Augustinus et Hieronymus: «Obiicitur, ait, Apostolo nouam ab illo doctrinam tradi, ac prorsus inauditam: tacite ergo illi occurrens negat se nouum aliquid praecceptum proponere, sed prisca et uetera inculcare.»

Rursum, mandatum hoc est uetus, quia iam ab olim, puta ab initio christianismi, mox a baptismo illud audistis et accepistis. Ita explicat S. Joannes et uetus, dum subdit: «Quod habuistis ab initio (1).»

8. ITERUM MANDATUM NOVUM SCRIBO VOBIS. — q. d. Iterum inuenio uobis jam quidem antiquum, olim uero nouum mandatum, dilectionis et obseruationis mandatum Dei, quod desuetudine et naturae corruptae uiti antiquatum Christus renouavit et auxit, nobisque identidem in memoriam reuocare et innovare praecipit. Alludit, imo citat illud Christi Joann. xiii, 33: «Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos.» Nouum dicitur, quia noui Testamenti praeciptum, et praecipue a Christo uerbis et exemplis commendatum est praeciptum non timoris, uti olim apud Iudeos, sed dilectionis, illudque explicatus (ut patet *Math. v, 38 et seqq.*, Joann. xvi, xv et xvi), arotius et firmitus quam antea fuerat, ac proinde nouum nobis tradidit Christus.

Nouum ergo dicitur per omnia genera causarum. Primo, ratione nouae causae efficientis, puta noui legislatoris, scilicet Christi, qui aeternus et quasi nouum illud nobis tradidit. Rursum ratione nouae originis, charitatis et gratiae, scilicet Spiritus Sancti, qui primo uisibiliter et copiose effusus fuit in Pentecoste: ut consequenter ad charitatis huiusmodi nouae, nouaque obligatione obstringimur, eaque magis obligauerunt nouam ante Christum; Iudei enim obscurauerunt hoc dilectionis praeciptum prauis interpretationibus, dicentes proximos esse amicos: solos ergo ami-

(1) Scilicet religionis Christianae, quod uos docuerunt Apostoli. Nouum tamen dici potest hoc mandatum, vers. 8, etc.

cos esse diligendos, inimicos autem odiendos: per amicos autem intelligebant homines suae gentis, puta Iudaeos; unde consuebant se Christianis omnibusque gentibus posse honorari, eorumque opes per usuras exhaurire. Quocirca Christus illa corrigens et innovans, *Matth. v. 43*: « Audistis, inquit, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, » etc.

Secundo, mandatum dilectionis est « novum » ratione novae causae materialis, puta novum diligendum Christianorum; qui antea fuerant in tenebris infidelitatis et odii, ut subdit hic S. Joannes; jam vero charitate et spiritu Christi innovati, nova et irradientis Deum et se invicem diligere debent, quam ante.

Tertio et maxime, « novum » dicitur ratione novae causae formalis, puta novi objecti (objectum enim est instar formae) et novae rationis formalis diligendi, puta novae incarnationis Verbi, novaque in eo fidelium unionis; Christo enim, qui caput est Ecclesiae et fidelium, incarnato, facta est in eo singularis unio et communicatio membrorum Ecclesiae, tum (inter se, tum cum Christo capite suo jam homogeneo, id est, ejusdem rationis et naturae: unio, inquam, per naturam, per gratiam et per Sacramenta, praesertim Eucharisticam; quae unio fundamentum est majoris et singularis obligationis ad arciforem amorem Dei, Christi et Christianorum, ut scilicet jam Christianos diligere debeamus, non tantum ut proximos propter Deum, sed ut fratres et membra ejusdem capitis et patris Christi incarnati, qui parens est et legislator legis amoris, uti Moses fuit legum timoris. Ipse hanc rationem Christus dum subdit: « Sicut dilexi vos. » Sicut ergo dilectio Christi in nos fuit summa, nova et inaudita, ita et preceptum ejus, quod jubet nos hanc suam dilectionem imitari, summum est, novum et inauditum. Ita Cyrillus. Antiqua enim dilectionis lex a Moese lata sic habet: « Diliges amicum tuum sicut teipsum, » *Levit. xix, 18*. Nova vero a Christo lata sic habet: « Diligite invicem sicut dilexi vos, » *Joan. xiii, 34*; quae major est et perfectior, tanto scilicet, quanto Christus (cujus dilectio quasi exemplar nobis imilandum proponitur et praecipitur) ceteris hominibus major et perfectior est. Porro per incarnationem non soli Christo, sed et toti SS. Trinitati, puta Patri, Filio et Spiritui Sancto, majorem quam antea, et novum amorem debemus, tum ratione majoris unionis: jam enim unio nobis per carnem assumptam Verbo, consequenter quoque nobis magis unita est tota SS. Trinitas: haec enim est ubi Verbum est; tum ob nova et maxima beneficia per incarnationem nobis praesita. Per incarnationem ergo Verbi novam relationem et unionem habemus ad Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, et inter nos invicem, quam non habuimus antea, ac consequenter novam diligendi causam et rationem formalem. Per incarnationem enim Verbum factum est noster consanguineus et frater, ac consequenter Pater factus est novo modo Pater, ubi Christi incarnati, ita et Christianorum fratrum ejus; Spiritus Sanctus vero totum se in eos effudit. Christianis enim proprie hoc novum dilectionis mandatum a Christo datur (non omnibus hominibus, nisi indirecte et consequenter, quatenus scilicet Deus vult omnes fieri Christianos), ut se invicem non tantum quasi proximos, sed quasi fratres et unius corporis Christi membra ament propter Christum, uti recte advertit Toletus et Franciscus Lucas in cap. xiii S. Joan.

Quarto, « novum » dicitur ratione novae causae exemplaris, puta Christi Domini: Christus enim suam vitam, sanguinem et totum seipsum pro salute suorum, ex puro amore impendit et exhaesit. Idem fecit B. Virgo, Apostoli et primi discipuli, ut darent nobis perfectae dilectionis exemplar, quod imitaremur, juxta illud: « Inspice, et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. » *Exodi cap. xxv, vers. ult.* Et idipsum significat « sicut dilexi vos, quae verba meditantium multam confusionis, dicenti multam exaggerationis materiam suppeditant. Cogita enim quanta dilectionis argumenta nobis ostendat Christus singulis momentis nascenti, laborando, praedicando, patienti, moriendo, etc., et videbis quam pura sit hominum omnium dilectio. Cogitabat illa S. Joannes Eleemosynarius, Archiepiscopus Alexandrinus, qui cum quispiam elusum ejus in pauperes liberalitatem laudaret et suspiceret, dicere solebat: « Frater, nondum pro te sanguinem fudi, sicut mandavit mihi Dominus. »

Quocirca per Christum didicimus proximos non tantum diligendos esse, sicut nos ipsos, ubi habebat vetus lex, sed plene nos ipsos. Christus enim inortuus est, ut nos licet inimicos vivereat; eoque nobis dedit exemplum et exemplar dilectionis, ut nos idem faceremus pro proximis: qui sane diligendi modus apud Iudaeos et in orbe erat novus et inauditus. Ita S. Cyrillus in *Joan. cap. xiii*. Unde Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et Rupertus, « novum » dicit consuetudine ratione novi modi. Modum hanc explicat Arias, ut sit, inquit, dilectio ad exemplum dilectionis Christi ferventissima et officiosissima, erga omnes, etiam inimicos, ad omne officium prompta, ad exponendum sanguinem et vitam pro salute fratrum, uti fecit Christus: sic et Cajetanus, Gargensis, Joannes Major et alii.

Quinto, « novum » ratione novi finis, quia per hoc dilectionis mandatum « vidit Christus nos facere novos homines, caelestes, non terrestres. Rursum voluit nos illud crebro renovare, ut per crebras synaxes, conciones, meditationes, etc., illud sepe excitemus, novaque et recenti voluntate, conatu et fervore, perinde ac si nunc primum daretur, illud capessamus. Huc respectit

hoc loco S. Joannes dicens se mandatum vetus scribere, sed novum, id est, crebro renovandum. Unde ipse jam senex per singulas collectas illud refricabat, nec aliud inculcabat quam: « Filii, diligite alterum; quia praescriptum Domini est, et si solum fiat, sufficit, » ut dixi in praemio, et haec Epistola crebro idipsum repetit et inculcat.

Audi S. Bernardum, serm. 3 in *Cena Domini*: « Mandatum novum do vobis. Unde novum? nuper inventum, non quia in veteri Testamento non sit scriptum: Diliges Dominum Deum tuum. Quid ergo est novum? Novum, quia vetera ad novitatem perducit, et veteres homines transformat in juvenes. Novum, quia exiit veterem hominem, et induit novum, qui secundum Deum creatus est in sanctitate et justitia veritatis. Novum, quia olim genus humanum a paradisi gaudiis expulsum, nunc et quotidie transmittit in caelum. » Et S. Augustinus hic: « An ideo est mandatum novum, quia exuto veteri homine induit nos hominem novum? Innovat quippe audientem, vel potius obedientem non omnis, sed ista dilectio, quam Dominus mandat, et, ut a carnali dilectione distingueret, addidit: Sicut dilexi vos. » Et mox: « Dilectio ista nos innovat, ut simus homines novi, heredes Testamenti novi, cantatores cantici novi facit, et colligit populum novum. » Hoc spectans S. Gregorius, homil. 32 in *Evangelio*: « Quia, inquit, Dominus ac redemptor noster novus homo venit in mundum, nova praecpta fudit mundo: vite enim nostrae veteri in vitis emittite contrarietatem opposuit novitatis vite, » puta concupiscentiae charitatem, amoris sui amorem Dei et proximi.

Sexto, Maldonatus « novum » exponit excellens et praeclarissimum, quia ceteris omnibus mandatis hoc dilectionis praescriptum est sublimius, excellentius, utilius magisque necessarium; sic dicitur *Psal. xcv, 1*, et *xviii, 1*: « Cantate domino canticum novum, » id est praeclarum, eximium, egregium; egregium enim dicitur quasi e grege selectum (hinc victimae vocabantur egregiae, quae e grege selectae, juxta illud *Exod. lib. VI*:

— *Locas de ovine dilectis;*

eximium, quod quasi singulari eximitur e grege ceterarum, ideoque rarum et novum.

Huc pertinet illud aliorum: « novum, » inquit, ut est postremum; quia hoc mandatum ultimum suis dedit Christus jam futurus ad mortem: non quod novum significet postremum, sed quia postremum respectu sanctorum jam visorum, auditorum et praeteritorum, ideoque veterum, videatur novum. A novo enim in superlativo fit novissimus, id est ultimus, postremus; eo quod quae recentior sunt, ultimum locum habeant. Sic homines novi vocantur, quorum nulli majores clari fuere, sed ipsi per solipsos clari esse incipiunt: qua ratione Cleero Romae vocatus est « homo novus. » Sensus est, *q. d.* Mandatum

nunc vobis do, quod hucusque nonnem dedi, sed in hunc extremum discessum reservavi; nunc primo hoc mandatum vobis trado, ideoque novum appello: hucusque enim hoc mandatum tabulis verbis expressum discipuli a Christo non audierant. Ita Sebastianus Barradius, qui et addit: Praeterea dicitur novum, quia volebat Christus tunc illos noviter incipere illud observare: sicut si pater filius mandatum traderet, quod vellet noviter filios deinceps exequi, recte diceretur mandatum novum. Et Franciscus Lucas: Do, inquit, mandatum novum, quod hucusque non dedi, sed in alium reservavi, quo tenacius inhereret memoriae omnium vestrum, quod pro meo, hoc est mihi proprio mandato habeo, ut quod praec omnibus aliis vobis commendatum, inculcatum et observatum velim, quale nullus unquam suis discipulis dedit, levis, adeoque suave mandatum. Est ergo novum, tum quia nove in ultima cena a Christo datum, tum quia Christi proprium, ut ait S. Basilius, *De Baptismo*, cap. ult., tum quia singulari est studio ab ipso commendatum.

Septimo, « novum » ratione effectus, quia novus edit effectus, puta nova opera heroica, et a saeculo inaudita, quae fuerunt S. Pauli et ceterorum Apostolorum, qui nova caelestique vita, nova doctrina, novis miraculis, novis et inauditis laboribus et persecutionibus, nova alacritate, ardore et spiritu orbem subegerunt Christo. An non nova charitas fuit S. Pauli, qui optabat esse anathema pro fratribus? S. Paulini, qui se in servum tradidit Wandalis, pro filio viduae redimendo? S. Domitici, S. Francis, S. Ignatii, qui se et suos soluti animarum consecraverunt? S. Francis Xaverii, qui ad extremos Japonos, Sinas et indos tantis sudoribus, acce ac ardoribus perrexit, ut eos ad Christum converteret? B. Jacobi, qui optabat et orabat omnia omnium damnatorum tormenta subire, ut eos illis eximeret, omnesque salvaret, si deo id placuisset?

Octavo, « novum, » ait S. Thomas, quia charitas ad novum Testamentum pertinet; et Lyranus: « novum » dicitur, inquit, quia novum Testamentum distinguit a veteri; vetus enim fuit timoris et servorum, novum est amoris et filiorum. Unde subdit Christus: « In hoc cognoscet omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem; » ubi S. Cyrillus: « Fides, inquit, et imago Christi nobis insculpta, qua sal esse cognoscitur, charitatis gloria est. » Hinc illud *Cont. n. 4*: « Ordinavit in me charitatem. » Alii ex Hebraeo vertunt, *testamentum ejus super me amor*. Et *Cantic. cap. viii, vers. 6*: « Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio; lampades ejus, lampades ignis atque flammarum. Aquae multae non poterunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illam. Si dederit homo omnem

substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Talis fuit dilectio primorum Christianorum: « Multitudinis enim credentium erat cor unum et anima una, erantque illis omnia communia, » *Act. iv, 32*. Vide ibi dicta. Unde Tertullianus in *Apolog.*, ait Ethnicis de Christianis dicere solitos: « Videte ut invicem se diligant, et ut pro alterutro mori sint parati. » Adiditque Christianos se invicem vocasse fratres, utpote « qui unum Deum Patrem agnoverunt, qui unum spiritum hiberunt, sanctitatis, qui de uno utero ignorantie ejusdem ad eandem lucem expaverunt veritatis, etc. Item ex substantia familiari fratres sumus, quae penes vos dirimit fraternitatem. Itaque quia animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus: omnia indiscreta sunt apud nos, praeter uxores. »

QUOD VERUM EST, ET IN IPSO ET IN VOBIS. — Pronomen *ē*, id est *quod*, cum sit neutrum, non potest referre mandatum, eo quod graece sit *ἑσθαι* femininum. Quare technice vel substantive sumitur, *q. d.* « Quod, » id est, quae res vera est. « In ipso, » id est in corpore, quia mandatum hoc dilectionis cum sit juris naturae, in seipso certissimum et verissimum est, aequo ac antiquissimum, licet quoad praxin et executionem sit novum. Idem verum est « in vobis, » quia vos illud ipsum eum nova vita in Christo complexi estis. Ita S. Augustinus, Junilius et Oecumenius. Hoc sensu *in ipso* refertur ad mandatum. Melius alii referunt ad Christum: licet enim eum non nominent hic, tamen eum nominavit vers. 1, 2, 3, 4 et seq. Cor enim S. Joannis plenum erat Christo, ut, cum « ipsum » nominat, non alium intelligat quam Christum, utpote amorem suum, quo plenum erat os ejus aequo ac cor; unde simili modo ait Magdalena Christo, quem putabat hortulanum: « Domine, si tu sustulisti eum, » *Joan. xx, 15*. Quem? utique Christum: praeter eum enim aliud non cogitabat, aliud non querebat, aliud non amabat Magdalena. Tota enim absorpta in Christo, putabat omnes ibi habere cor, ubi ipsa habebat suum. Haec sunt phrasae amantium, quas proinde usurpat sponsa in *Canticis*. Ita S. Hieronymus, qui proinde, lib. II *Contra Jovinianum*, legit: « Mandatum novum scripsi vobis, quod est verissimum et in Christo et in vobis. » Nonnulli enim codices legunt *quod*, id est *vobis*: Noster tamen cum aliis plerisque legit *quod*, id est *vobis*, sed eodem redit sensus. Jam aliqui exponunt, *q. d.* Hoc mandatum charitatis est res quae facit vos tam vere esse in Christo, quam estis in vobis ipsis.

Secundo et planius, *q. d.* « Quod, » id est quare, puta novum hoc dilectionis mandatum, locum habet tam in Christo, quam in vobis, tum quia mandatum est, tum quia practicum et executioni datum: quia, sicut Christus ut caput Ecclesiae summe amat Christianos, quasi membra

sua, ita ipsi se invicem *omne* et *commembra* amare debent (ac reipsa amant), atque Christum in hoc amore imitari, ut sicut ipse mandato Patris nostro se totum impendit amoris, ita et nos vicissim totos amoris Dei, Christi et Christianorum impendamus. Rationem subdit.

QUIA TENEBRE (ignorantiae, concupiscentiae, peccatorum, aequae ac umbrarum, timoris et caeremoniarum veteris Testamenti) TRANSIERUNT: ET VERUM LUMEN JAM LUCEAT. — Syrus, *incipit apocrypha*: puta lumen Evangelii, fidei, gratiae, amoris omnique sanctitatis. Simili modo ait Paulus: « Nox processit, dies autem appropinquavit, » *Roman. xiii, 12*. Et: « Erasmus aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, » *Ephes. v, 6*. Vide ibi dicta. Hoc vocatur lumen « verum, » id est perfectum, plenum, divinum. Sicut Joannes de Christo ait: « Erat lux vera, » id est perfecta, et essentialis, *Joan. i, 9*. « Ego sum vita vera, » id est perfecta, dans vinum divinum, *Joan. xv, 1*. Sic Eucharistia vocatur « panis verus, » id est perfectus, plane cibans et satians, *Joan. vi, 33*.

Hujus rei symbolo, luminis hujus sol et lucifer Christus Dominus, incarnatus est in aequinoctio verno, puta die 23 martii, ut significaretur eum abscisa caligine judaismi et gentilismi invecrum veram lucem Evangelii et Christianismi, uti advertit S. Chrysostomus, *hom. De S. Joan. Bapt.* Eadem de causa natus est Christus in solstitio hierno, cum incipiunt crescere lux et dies, uti annotavit S. Augustinus, *serm. 22 De Temp.*

9. QUI DICIT SE IN LUCE ESSE (Evangelii, fidei, gratiae et charitatis Christi), ET FRATREM SUUM ODIT (mentitur se esse in luce. Unde S. Cyprianus, lib. III *Contra Iulianum*, cap. III, legit vel potius interpretando supplet, « mendax est, quia ») IN TENEBRIS EST — ignorantiae saltem practicae, irae, odii, concupiscentiae et peccatorum; quibus exaceratis non videt quantum malum sit odium, quam Deo, qui est lux charitatis, exosum, quantas strages afferat, quanta sibi damna conciliet, quanta gehennae tormenta accersat. « Ipso scelere caecatus est, vadit nesciens in gehennam ignis, et prociptis fertur in penam, » ait S. Chrysostomus, *homil. De Eredit. disciplinae*. Vere dixit Sapiens: Error et tenebrae peccatoribus concretae sunt, » *Ecclesi. cap. xi, vers. 16*.

Præclare S. Cyprianus *De Zelo et Hecore*: « Si homo lucis, ait, esse cepisti, quae sunt Christi gere: quia lux et dies Christus est. Quid in zeli tenebris ruis? Quid te rubilo livoris involvis? Quid invidiae caritate omne pacis et charitatis lumen extinguis? Quid ad diabolum cui renuntiaveras redis? Quid Cain similis existis? » Rursus: « Qui odit fratrem, in tenebris est, » scilicet gehennae et inferni, tum quia eo tendit, tum quia demon suum possidet, Audi S. Basilium, *homil. De Ira*: « Sicut, ait, qui charitatem habet, Deum in se habet: ita qui odium et iram habet, daemone in se continet. » Et iterum: « Habebis, inquit, iram,

daemone pessimum vestris animabus innatum; et S. Chrysostomus « iram voluntarium daemone » appellat. In irato ergo quasi in Orco contemplari licet Cerberum tricipitem, Megaram, Alecto et alias Furias. Seneca, lib. II *De Ira*: « Qualia, ait, Poetae inferna monstra finxerunt succinea serpentes et igneo flatu, quales ad bella excitanda, pacemque lacerandam telerrime inferi exeunt furiae, qualem Cerberum » tricipitem flammis vomentem, « talem nobis iram liguremus. »

USQUE ABHUC, — usque ad hoc tempus quo baptizatus est, et Christianus, *q. d.* Baptizatus licet sit illuminatio, tamen has odii tenebras depellere nequit, si adhuc voluntariae sint, aut si baptismum sequantur: ita S. Augustinus, Beda et Hugo. 10. QUI DILIGIT FRATREM SUUM, IN LUMINE HABET, — fidei et amoris Christiani. Est antithesis vers. praeced.

ET SCANDALUM. — Scandali etymon dat S. Hieronymus in *cap. xv Matth.*: « Quia crebro teritur, inquit, in Ecclesiasticis Scripturis scandalum, breviter dicens quid significet *σκανδαλον*, et *σκάνδαλον*. Nos offendiculum, vel ruinae et impactionem pedis possimus dicere: derivant a *σκάνδαλον*, id est claudico, quod cogit claudicare pedibus obiectum offendiculum; aut, ut alii placet, *σκάνδαλον* ligatum est curvum quo sustinetur decipula vel tendicula, et in quod animal, dum impingit, in sui ipsius ruinam evertit decipulam; aut postremo impedimentum insidiosae positum in via, ut transiens offendat. »

ET SCANDALUM IN EO NON EST. — *q. d.* Qui diligit, nusquam offendit, nusquam impingit. Scandalum ergo, id est offensio vel offendiculum, in eo non est, sive activum, ut ait S. Augustinus, sive passivum, ut ait Glossa: diligens enim nulla re, nulla injuria, nullis moribus offendit vel offenditur; quia « charitas patiens est, benigna est, etc., non irritatur, non cogitat malum, etc., omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet, » *1 Corintha. xiii, 4*. Hoc est quod ait Sapiens, *Proverb. xv, 19*: « Vir iustorum absque offendiculo. » Et Psaltes *Psal. cxviii, 163*: « Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum. » Dicunt enim sibi: Offendit me frater, ira mihi suggerit eum meum esse inimicum, qui id fecerit ex mei odio et contemptu. At falso id suggerit, non credo ira, quia odio caeca est, suspicax et mendax: sed esto vera esset, verumque diceret, num idcirco deseram charitatem, deseram tot bonos, deseram Deum et Christum? Absit: vincam in bono malum, sequar Christum, ostendam quam diligam fraternitatem, quam amem Deum: pugnabo non contra fratrem, qui me laesit, sed contra fratris morbum: iram ejus et malevolentiam charitatis fluminibus obruam et extinguam (1).

Audi S. Augustinum: « Qui sunt, inquit, qui *patitur scandalum*, aut faciunt? qui scandalizantur in Christo et in Ecclesia: qui in Christo scandalizantur, tanquam a sole uruntur; qui in Ecclesia, tanquam a luna. Dicit autem psalmus: Per diem sol non uret te, neque luna per noctem, id est si teneris charitatem, nec in Christo scandalum patieris, nec in Ecclesia; nec Christum reliques, nec Ecclesiam. » Idem, sermone 89 *De Temp.*: « Plus diligendi sunt inimici, quam amici: qui enim inimici sunt, corpori nobis datur, et animae preparant aeterna praemia; quia qui carnalia nostra et terrena rapiunt, caelestia nobis et spiritualia congregant. Nonne magis diligendum est quam odendum, qui nobis dat aeternas opes? Amici vero carnis nostrae nobis suavia suadere contendunt, quae animae nostrae preparant aeternam mortem. »

Et in eandem sententiam Basilium in *Reg. brevior*, *Reg. 176*: « Quid, inquit, est quod ab amico magnum adeo beneficium possit proficisci, quantum est illud quod ab inimico nobis datur, quorum opera fit ut beatitudinem illam assequamur, de qua Dominus dicit: Beati estis cum vos oderint homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. » Rursus S. Augustinus, *serm. 61 De Temp.*: « Tot, ait, viri, tot mulieres, clerici, pueri, tanta et tam delicate puella, flammis ac ignes et bestias equanimiter pertulerunt, et nos hominum convicia dicimus tolerare non posse. Unde nescio qua fronte, vel qua conscientia cum omnibus Sanctis partem in aeterna beatitudine habere desideramus, quorum exempla sequi in rebus minimis non acquiescimus. »

11. QUI AUTEM ODIT FRATREM SUUM, IN TENEBRIS EST. — « Non potest in lumine Christi esse, et ad Christum pertinere, ait Oecumenius, qui eum pro quo Christus mortuus est, odit. » S. Joannes more suo idem reperit et inculcat.

ET USCIT QUO ERAT. — « It enim, ait S. Cyprianus, *De Zelo et Hecore*, nescius in gehennam, ignarus et caecus praecipitatur in penam, recedens scilicet a Christi lumine moentis et dicens: Ego sum lux mundi; qui se secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitae. » Vere auctor imperfect, *homil. 43*: « Odium, ait, spiritus est tenebrarum, et ubiqueque insedat, sordidat paucitradinem sanctitatis. » Aitdique: « Cum malum iste scandalis plenus sit, si amicos tantum voluerimus diligere, non poterimus invenire quod diligamus. » Hoc est quod ait Sapiens *Proverb. ix, 19*: « Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant. » Et *Sophonia i, vers. 17*: « Ambulant ubi corruunt, quia Domino peccaverunt. » Et *Isaiae lxx, 10*, eorum personam et sensa exprimens: « Palpavimus, inquit, sicut caeci parietem (1).

habitor aut offendit, quippe qui non in tenebris, sed in luce ambulat.

(1) Allioi: « Scandalum in eo non est, » id est, non

tem, et quasi absque oculis attractivimus: impigimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.»

Sane nullum vitium ita rationem exerceat, atque ira, invidia, odium: hinc enim factum hominem non sapere, sed furere, ut videtur esse non homo, sed furia facies inferi vocans, juxta illud Virgili, *S. Æneid.* :

*Hic agitur furis, totoque ardentis ab ore
Sciellum abstant, oculis micat æreus ignis.*

Idem, lib. III Georg. :

*In feris ignemque ruunt, amor omnia idem.
Tempore non alio catulorum oblita leonæ
Sævior errat campis, nec fuerat vulgo
Tum multa infans urei stragulae dederat.*

Unde Seneca, lib. *I De Ira*, cap. 1, «iram» definit «esse brevem insaniam.» Et Cicero, *Tuscul.* cap. IV: «Nihil, ait, esse similius insanie, quam iram, quam bene Ennius dixit initium insanie.» Ac S. Chrysostomus, hom. 47 in *Jean.*: «Inter iram et insaniam, inquit, nihil differt, » juxta illud: «Ira furor brevis est.»

Porro adeo caeca est ira et odium, ut hæc suas furias furere cæca non videat, imo non furias, sed justas vindicias æstimet, ut non odio, sed ratione se agi censeat: ut culpam omnem non sibi hœdenti, sed a se læso ascribat. Representat idipsum lapide Seneca, *epist. 54*, in Hærgate, uxoris suæ ancilla, sed caeca et fatua, que cum in cæcitudinem incidisset, negabat se cæcam, culpamque non videndi conferebat in domum, dicens eam esse tenebrosam: unde ex illa educti, et in aliam deducti postulabat. «Hoc, inquit, quod in illa videmus, nobis accidere liquet tibi: nemo se avarum esse intelligit, nemo cupidum: ceci tamen ducem querunt, nos sine dote erramus, et dicimus: Non ego ambulosus sum, sed nemo aliter Romæ potest vivere: non ego sumptuosus, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitium, quod irascundus sum, quod nondum constitui certum genus vite, adolescentia hæc facit. Quid nos desipimus? non est extrinsecus malum nostrum, intra nos est, in visceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos ægotare nescimus.» Democritus Philosophus excoarctavit se splendore solis, ut non videret malorum felicitatem: ita invidi et odio lividi, furere excoarctant seipos, ne videant æmulum prosperitatem. Atqui Laertium epud Gellium, lib. X, cap. XVII:

*Democritus effodere et posset splendore erro, ralla
Solis adem effodi laniatis, malis bene
Esse ne videret cæcus: sic ego
Fulgente splendore in pecuniam volo
Luctare exitum ætati meæ,
Ne in re bona vilem esse nequam filium.*

12. SCRIBO VOBIS, FILII. — Descendit S. Joan-

nes a thesi ad hypothesin, a genere ad speciem. Que enim de Dei cognitione et dilectione commendavit omnibus Christianis in genere, hic eadem singulis eorum gradibus et statibus commendat. Distinguit autem eos in tres gradus et classes, juxta tres eorum ætates, scilicet in pueros, juvenes et senes. Pueros vocat «filios» et «infantes», juvenes vocat «adolescentes», et senes vocat «patres.» Hæc sigillatim gradulatur donum christianismi, quod scilicet per illud Deum agnoscat, colant et diligant, ac gradulatur tacite hortatur, ut in eodem perseverent et proficiant. Triplici autem hoc ætatis gradu, triplicem Christianorum in virtute gradum, et quasi ætatem representat; pueri enim representant incipientes et neophytos, juvenes representant proficientes, senes perfectos. Quo tacite innuit S. Joannes Christianos virtute, æque ac ætate debere crescere et proficere, ut Christum imitentur, de quo scribit S. Lucas, cap. II, vers. 52: «Jesus proficiebat sapientia et ætate, et gratia apud Deum et homines:» ita Clemens, Oecumenius, Dionysius, Gagneus, Cajetanus et Catharinus; hæc S. Augustinus alter sentiat, nimirum hæc tria ad eodem pertinere, puta singulos Christianos vocari filios, quia baptismum renati sunt, et patres, quia Christum patrem et antiquum dierum agnoscent, et adolescentes sive juvenes, quia fortis sunt et validi: «in filiis, inquit, significatur nativitas, in patribus antiquitas, in juvenibus fortitudo.» Sed prius quod dixi, uti simplicius, ita germanius videtur. Primis ergo, puta pueris, dicit Joannes: «Filii, et recenter in mundo nati, æque ac baptismum renati, gaudete, gratulamini vobis, et Deo gratias agite, illamque diligite et colite, quoniam remittuntur, » id est baptismum remissa sunt, et si que deinceps commutatis, remittentur per penitentiam, a vobis peccata vestra, » in que puerilis ætas, utpote debilis et fragilis, parvæque mentis, judicii et animi, prona et proclivis est, propter nomen ejus, » puta Christi, uti dixi vers. 8. Nomen Christi metonymice vocat vel ipsum Christum, quem crebro nominare et invocare debemus, vel ipsam invocationem nominis Christi, *q. d.* Propter nomen Christi professum et invocatum, vel auctoritatem et potestatem Christi: hæc enim significat nomen, et hæc remittuntur peccata per gratiam et merita Christi (1).

Moraliter docet hic S. Joannes, magnam educationis et institutionis puerorum habendam esse curam, uti ipse se habere ostendit exemplo pueri quem Episcopo commendavit, quod recensuit in Proœmio: a pueritia enim pendet tota hominis

(1) Rectius Alii: Que hic intendit Joannes, vers. 15-17 exprimitur. Hæc est coherencia cum præcedentibus: Non modo hortor vos ad Deum et proximum diligendum, sed ab amore mundi etiam debetor. «Filii, » id est dilectissimi; hæc compellente generosi omnia Christianos compellit quos deinde, vers. sequi, pro varia ætate singulos alloquitur.

viteque deinceps conformatio. Quod enim pueri discimus, hoc retinemus viri:

*Quo senex est imbuta reos, servabit odorem
Testa dii.*

ait Floratus. Hæc d. causa S. Ignatii, fundator Societatis nostræ, — in ea scholas instituit, in quibus pueri cum litteris pietatem probosque mores imbiberent: e quibus quanta in Ecclesiam universam commoda redierunt, experientia docet: vide subdaneiram fusc de puerorum institutione et scholarum commodis dissertentem, lib. III *Vita S. Ignatii*, cap. xxiv, ubi non solum ex Scriptura, Patribus et Conciliis, sed et ex Platone, Aristotele, Xenophonte, Cicerone, Plutarcho, Quintiliano aliisque Philosophis idipsum confirmat.

Mystice: Andi S. Augustinum mysticas septem viri justis ætates describentem, lib. *De Vera Religione*, cap. xxvi: «Iste, ait, dicitur novus homo, et interior et celestis, habens et ipse proportione non amnis, sed profectibus distinctas quasdam spirituales ætates suas. *Primum* in uberibus utilis historia, que nutrit exemplis. *Secundam* jam obliviscentem humanam, et ad divina tendentem, in qua non auctoritatis humane sinu continetur, sed ad summam incommutabilem legem passibus rationis imittitur. *Tertiam* jam fidentioram, et carnatem appetitum rationis robore maritantes, gaudetque intrinsecus in quadam dulcedine conjugali cum anima menti copulatur, et velamento pudoris obnubilatur, ut jam recte vivere non cogatur, sed etiamis omnes concedant, peccare non libeat. *Quartam* jam idipsum multo firmiter ordinatusque facientem, et emicentem in virum perfectum, atque aptam et idoneam omnibus etiam persecutionibus et mundi hujus tempestatibus, ac fluctibus sustinendis atque frangendis. *Quintam* pacatam atque ex omni parte tranquillam, viventem in opibus et abundantia incommutabilis regni, summæ atque ineffabilis sapientie. *Sextam* omnimode mutationis in æternam vitam, et usque ad totam oblivionem vite temporalis transuentem in perfectam formam, que facta est ad imaginem et similitudinem Dei. *Septima* enim jam quies æterna est, et nullis ætibus distinguenda beatitudo perpetua. Ut enim finis veteris hominis mors est, sic finis novi hominis vita æterna. Ille namque homo peccati est, iste justitie.»

13. SCRIBO VOBIS, PATRES, QUONIAM COGNOVISTIS EUM QUI AB INITIO EST. — A filiis transit ad patres, id est, grandævos et senes: hi gloriosi solent se multa vidisse et expertos esse, juxta illud *Job XII*, 12: «In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia.» His proinde antiquis accommode ad sum genium gradulatur S. Joannes, quod cognoverint antiquum dierum, puta Deum, qui ab initio, a hoc est ab æterno est. » Nam, ut ait S. Augustinus: «Novus est Christus in carne, sed antiquus in divinitate; » qui et addit:

«Momento vos patres esse. Si obliviscamini eum qui a principio est, perdidistis potentiam.»

SCRIBO VOBIS, ADOLESCENTES, QUONIAM VIGISTIS MALIGNUM. — Ab utraque ætate extrema, scilicet puerili et senili, transit ad mediã, puta adolescentiam. Hæc gloriatur in viribus, gaudetque incitis et pugnis, in quibus suus robur exarct et ostent: hæc etiam ob sanguinis fervorem abundat concupiscentis, que daemon accendit, cum quibus et assidue luctandum est. Adolescentibus ergo gradulatur quod vicierit malignum, puta demonem, cum suis quas suscitavit cuncta viscera. Loquitur enim adolescentibus Christianis christiane viventibus, qui per Christi gratiam tentationes fortiter illo avo superabant: quales fuere virgines (sub adolescentibus enim utroque sexum, puta adolescentibus quoque intelligit) que protractæ ad lupanar fortiter pro virginitate desertarunt, ideoque illas et intacte penes omnes a Deo per miraculum conservate sunt, uti fuit S. Agnes, S. Lucia, S. Agatha et alie innumere. Talis quoque fuit adolescens, qui, ut scribit S. Hieronymus in *Vita S. Pauli* primi Eremitæ, a persecutore ligatus inter rosas et lilia, a speciosa meretrice impudicis tactibus sollicitatus est ad scelus. «Quid faceret, ait, miles Christi, et quo se verteret nesciebat: quem tormenta non vincebant, superabat voluptas; tandem cælitus inspiratus præcisam morsu linguam in oculantis se faciem exiit, ac sic libidinis senam succedens doloris magnitudo superavit.» Hæc fortitudo et victoria suggeritur a Christo, unde ait Paulus: «Qui dat nobis victoriam per Christum, » *I Corinth. XV*, 57. Et S. Augustinus hic: «Si malignus, ait, juvenibus vincitur, pugnat nobiscum: pugnat, sed non expugnat: quare? quia nos sumus fortes, an quia ille est fortis in nobis, qui inter manus persecutionum infirmus inventus est? Ille nos fortis fecit, qui persequentibus non restitit: crucifixus est enim ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.»

14. SCRIBO VOBIS, INFANTES. — More suo S. Joannes redit in orbem, singulique ætatibus repetit quod dixit, sed aliis verbis, ut eis inculcet. Quos enim, vers. 12, vocavi patres, id est filios, hic vocavi patres, id est pueros, pueros, quos Noster vocat infantes. Sic *Job* cap. XXI, 17, dicitur: «Infantes eorum exultant iustibus; » *infantes*, græce *μαῖα* id est pueri: nam infantes propriè dicti, uti fari, ita saltare nequeunt. Sic Plinius, lib. IX, cap. VIII, ait delphinos gestare foetus in infantia, id est in pueritia, ideoque infirmos. Et lib. XXII, cap. XXXI: «Nec tunice, ait, gratia minor in cibo infantis, » id est parvi, et nondum adolvi «bolati.» Sic Cicero, *De Alia Orator*, ait Scipionem non fuisse infantem, «d est infancundum.»

QUONIAM COGNOVISTIS PATREM. — Dum didicistis Symbolum, dicentes: «Credo in Deum Patrem omnipotentem.»

Moraliter: Pulchre Catharinus: «Incipientium

vita, et esse quodammodo sub Patre, qui blanditiis et paternis fovat complexibus, prohibita tanquam duriores tentationes; postea ut crescant ac plenius erudiantur tradit Ilio, de quo hic Spiritu Sancto confirmandos et peritendos.

Post: « Scribo vobis, infantes, » subjungit antiqui codices: « Scribo vobis, patres, quia cognovistis eum qui ab initio est. » Suffragantur codices Graeci et Syrii: ad stipulantur Augustinus, Beda, Thomas et Eusebius. Audi Franciscum Lucam in Notat. hic: « Videtur hic versiculus omisus fuisse, tum quia proxime praecedenti verbis ne re simillimus est, tum quia paulo ante idem prorsus lectus est. Cum enim Apostolus omni animam addidisset etiam, ut servatoris aucta beneficiis in Domino gauderet, glorificaretur, quae cupiens majori id pondere mentes penetrare, fixumque inhaurere, iterum id ipsum egit. Et infantes quidem sive pueri, atque adolescentes, quos plerique libri juvenis hic vocant (Graecis eadem est vox quae prius *νεανισκος*) ab omnibus concorditer repellantur: patres, sive senes, cur praeteriti sint? an quod succederet senes, quippe per se sapientes, semel monuisse? una est Complutensis editio Graeca (Regia namque eadem est) quae, vulgaribus Latinorum codicibus similiter, omittit. »

SCRIBO VOBIS; JUVENES (Graeco *νεανισκος*, quos vers. 13 Noster veteri *adolescentes*, gaudete, gratias agite Deo, eumque colite et diligite), QUONIAM PORTES ESTIS (Graeco *ισχυροι*, id est, viribus validi, ideoque) VICISTIS MALIGNUM. — Graeco *κατακαυσει*, id est, *illam malignum* antonomastice, puta principem et caput malignitatis, scilicet Diabolum, *q. d.*, ait S. Augustinus: « Scribo vobis, juvenes, etiam atque etiam considerate, quia juvenes estis: pugnate, ut vincatis; vincite, ut coronemini; humiles estote, ne cadatis in pugna, » etc. Et rursum: « Magna gratia commendatio, fratres mei, corda instruit humilium, ora obstruit superbiorum. »

ET VERBUM DEI MANET IN VOBIS. — *q. d.* Custoditis Dei verba et praecepta, quae vobis ego et socii mei publicavimus, et in hac custodia manetis et perseveratis. Alii Verbum increatum et incarnatum accipiunt, puta Christum, *q. d.* In Christi fide et amore persistitis per ipsius gratiam, ideoque statis fortes et constantis contra omnes hostium insultus, ac vincitis malignum. Audi Eusebium: « Adolescentibus et juvenibus, qui robusti cum sint, ad luctum et certamina instruuntur, victorie gloriam attestatus, eos generosis ac militibus collocutionibus indigere ostendit. » Et S. Prosper, epist. ad *Demetriadem*, quae habetur lib. II epist. S. Ambrosii, num. 33: « Operante, inquit, spiritu Dei juvat arbitrium, non auferit; hoc agit gratia, ut voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, seductionibus circumscripta, difficultatibus impedita non remaneat in languoribus suis, sed per opem miserantis medici curata revalescat. » Et mox nonnullis interjectis: « Vigilant tentatores insidiae, ut ubi proficit devotio, subrepat elatio, et ut homo de bono opere in se potius, quam in Domino glorioretur. Sed Apostolus nos contra hoc periculum monet, dicens: Cum timore et tremore salutem vestram operamini; Deus est enim qui operatur in vobis et velle et operari pro bona voluntate. Quanto ergo excellentius mandatis Dei quique proficiunt, tanto majores habent causas formidinis et tremoris; ne de ipsis probitatis augmentis mens sibi bene conscia, et laudis avida, in superbia rapiatur excessus, et fiat immunda vanitate, dum sibi videtur clara virtute. »

NE NOLITE DILIGERE MUNDUM. — Sensus amorem Dei, nunc suadet odium mundi, quia amor mundi parit odium Dei. Audi S. Augustinum: « Duo sunt amores, mundi et Dei: si mundi amor habet, non est qui intret amor Dei. Recedit amor mundi, et habet Dei: melior accipiat locum. Amabimus mundum, non amare mundum; cum exhauseris cor tuum amore terreno, hauries amorem divinum, et incipiet habitare jam charitas, de qua nihil mali potest procedere. Audite ergo verba purgantia, modo quasi agrum inventi corda hominum, sed quomodo inventi? Si silvam inventi, extirpat; si agrum purgatum inventi, plantat: plantare sibi vult arborem charitatem. Et quam silvam vult extirpare? amorem mundi. Audi extirpationem silvae: Nolite diligere mundum. »

Isaias Abbas, orat. 21 *De Patientia*, cum ex eo quidam quererent: « Quid esset mundus? respondit: « Mundus est, animi ad peccata destructio. Mundus est, cum ea quae naturae contraria sunt sequimur. Mundus est, cum carnis voluptates imitamus. Mundus est, cum arbitramur diu nos in 1.00 saeculo permansuros. Mundus est, cum majorem corporis quam animam curam perimus. Mundus est, cum his quae caduca sunt gloriamur. Non ex me ipso ista confingo, sed Joannes Apostolus ita loquitur: Nolite diligere mundum, etc., quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitae. » Quocirca S. Augustinus hic: « Charissimi, ait, in hac valle miseriae, nihil tam putichrum, tam delectabile possideatis, quo animus vester omnino occupetur. Fuge mundum, si vis esse mundus: si tu es mundus, jam non delectat te mundus. Fuge creaturas, si vis habere Creatorem. Omnis creatura vilescat, ut Creator in corde delectet. »

Vide S. Augustinum, lib. *De Contemptu mundi et de Fuga saeculi*; S. Ambrosium, *De Fuga saeculi*; S. Cyrilianum, *De Mortali*; S. Eucherium, epist. ad *Valerianam*, qui elegantior et pie docet quam vana sint et contemnenda omnia mundi bona.

SI QUIS DILIGIT MUNDUM, NON EST CHARITAS PATRIS IN EO. — Respondit S. Jacobus, cap. IV, vers. 4:

« Adhuc, nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur. » Vide ibi dicta. Deus enim vult diligere « ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute. » Quare non potuit partiri cor et amorem nostrum, ut partem ejus demus Deo, partem mundo; sed totum sibi reddi vult, qui totum creavit et dedit. « Duo namque, ait S. Leo, serm. 5 *De Jejunio 7 mensis*, amores sunt, ex quibus procedunt omnes voluntates, ita diverse qualitibus, sicut dividuntur auctoribus. Rationabilis enim animus, qui sine dilectione esse non potest, aut Dei amator est, aut mundi. In dilectione Dei nulla nimia, in dilectione autem mundi cuncta sunt noxia. Et ideo aeternis bonis inseparabiliter inherendum, temporalibus vero transeuntur utendum est, ut peregrinantibus nobis, et ad patriam redire properantibus, quidquid de prosperitatibus mundi hujus occurrerit, visum sit itineris, non illecebra mansionis. »

16. QUONIAM OMNE QUOD EST IN MUNDO, CONCUPISCENTIA CARNIS EST, ET CONCUPISCENTIA Oculorum, ET SUPERBIA VITAE. — Dices, in mundo proprie non est concupiscentia; haec enim est in animabus et hominibus concupiscentibus. Respondeo, mundus tripliciter accipitur.

Primo, pro hominibus mundanis, mundique bona et illecebras sectantibus: in his proprie est concupiscentia; sic dicitur: « Mundus eum non cognovit: » mundus, id est *Adamani*, mundi amatores, Joan. I, 10. Et: « *Mundus* vos odit, » Joan. XVI, 18. Sic S. Augustinus in *Paul. LIV*: « Ne forte, inquit, cum dixisset mundi, intelligeres demones esse rectores coeli et terrae; mundi dixit, tenebrarum harum; mundi dixit, amatorum mundi; mundi dixit, impiorum et iniquorum mundi, » et pro his passim in Evangelio S. Joannis accipit nomen *mundus*.

Secundo, « mundus » proprie et physice significat mundum hunc creatum, puta orbem hunc sublimarem, terram hanc in qua vivimus et versamur: in hoc mundo, utpote inanimi, proprie et formaliter non est concupiscentia, utpote animata et viva; sed in eo est concupiscentia materialis, id est, objectum concupiscibile, quod hominum concupiscentiam irritat et ad se invitat, ut opes, delicias, honores. Est metonymia. Simili tropo Deus dicitur amor et timor noster, id est, objectum amoris et timoris nostri, puta quem amamus, timemus et reveremur. Porro quidquid est in mundo hoc, subaudi visibile et sensibile, hoc pariter est concupiscibile; omne enim sensibile sensum afficit, allicit et illicet in sui amorem et concupiscentiam: alioquin in mundo quoque sunt angeli, Sancti, virtutes, etc. Verum haec visibilia et sensibilia, sensusque irritantia ideoque concupiscibilia non sunt, sed amabilia et venerabilia.

Tertio, « mundus » sumi potest promissa mun-

dana vita, vel mundana concupiscentia in genere: in hac enim generata concupiscentia continentur tres speciei, sive tres ejus species, puta concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum et superbia vitae. Hoc est totum quasi corpus concupiscentiae et peccati, ex tribus hisce partibus quasi membris compactum et integratum. Hoc est quasi mundus vitiorum: quatuor suis elementis constans: terra enim est concupiscentia carnis, aer et aqua est concupiscentia oculorum, ignis est superbia vitae, quae ardet desiderio dominandi omnibus. Vel, ut aiebat S. Antonius de Padua: « Terra est avaritia, aqua est luxuria, aer est inconstantia, ignis est superbia. » Sicut ergo partes sunt in toto, species in genere, membra in corpore, elementa in mundo: sic haec tres concupiscentiae particulares sunt in ipsa concupiscentia generali, quasi in generali complexu. Unde de ea subdit, vers. 16: « Quae non est ex Patre, sed ex mundo, » id est, mundano vitio et concupiscentia.

Omnibus hisce modis « mundus » hic accipi potest, et S. Joannes nunc ad unum, nunc ad alterum respicit; ludit enim in voce *mundus*.

Secunda tamen expositio ut simplicior, ita germanior est. De mundo enim hoc paulo ante dixit: « Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. » Non diligimus autem nec concupiscentiam ipsam concupiscentiam, sed bona concupiscentia, quae in mundo sunt, puta opes, voluptates, honores. Ab his enim animam fidelium avocare vult S. Joannes, quia illa omnium peccatorum radices et fontes sunt, jubetque ut eum transferant in Deum, ut eum ament et bona caelestia. Rursum, quia mundum a concupiscentia distinguit, dicens vers. 17: « Et mundus transit, et concupiscentia ejus. » Ergo mundum hunc physicum accipit.

Sensus ergo est, *q. d.* Nolite diligere mundum hunc, bonaque mundo contenta, quia quidquid spectabili hoc mundo continetur, aut carnis cupidinibus et illecebris animam emollit et inquinat, aut opum cupiditate accendit, aut superbia et fastu extollit: quia omnia sunt a Deo Patre ejusque amoris aliena, atque ad hunc caduca mundi bona, vel potius bonorum umbras et simulacra pertinent.

Nota primo: Sicut concupiscentia oculorum est avaritia et curiositas, ita concupiscentia oculorum est aurum, argentum, gemmae, praedia, opes, res curiosae et proficuae, etc., quas concupiscit avarus et avaritia. Ita S. Augustinus, lib. III *De Symbolo*, cap. 1: « Ad concupiscentiam carnis, ait, peritent illecebra voluptatum, ad concupiscentiam oculorum nungatitas spectaculorum, ad ambitionem saeculi insania superbia. » Dicitur « oculorum, » tum quia oculos irritat, et per oculos phantasiam et mentem. « Oculi, ait S. Augustinus in *Psalm. XLV*, membra carnis sunt, fenestrae sunt mentis; interior est qui per eas videt; tum quia oculos tantum patit; tum quia fere solis oculis

teneret et possideret. Avarus enim recondit opes, nec audit eas expendere, usque frat, sed eas habet in arca; unde non alium earum usum et fructum habet, quam quod subinde eas centis lustrare et intueri cum voluptate possit, quae sane ingens est miseria et fatuitas. Pari enim modo incurrere posset aurum, argentum et gemmas in tentis, usque se pascere; opibus vero propriis magis se pasceret, usque frueretur, si eas in proprium amicorum et pauperum commodum, usumque et gustum expendere.

Secundo, sicut concupiscentia carnis est gula et luxuria, ita concupiscentia carnis est vinum, cibis delicatis, mulier et res vanas; quas concupiscit gulosus et luxuriosus. Dicitur «carnis», quia carnem titillat et irripit, et quia carne tenetur et possidet. Unde patet quam vilis, exigua, brevis et sordida sit: vilis, quia similis bestialis; haec enim non nisi carnis oblectamenta quaerunt; exigua, quia spiritum et mentem non pascit, sed solum carnem, quae per se insatiabilis et insensibilis est; brevis, quia illico ut cibus transit per palatum, transit gula voluptas. Idem est de luxuria sordida, quia desinit in sputa, slerocora, vomitus, vomitua, putredines, febres, dysenterias aliosque graves et fastidiosos morbos. Unde S. Augustinus, lib. *De Vera Relig.*, cap. IV: «Non diligamus, aut per carnis voluptatem corrumpere aut corrumpi, ne ad miserabiliorem corruptionem dolorum tormentorumque veniamus.» Sic Apostolus desideria et opera carnis opponit desiderio et operibus spiritus, *ad Galat.* v, 17; de quo vide Cassianum, *Collat.* IV, cap. x.

Tertio, sicut superbia vitae est ambitio, fastus, appetitus excellentiae et gloria, ita concupiscentia hujus superbiae sunt superbiae vestes, palatia, femuli, rheda, dignitates, magistratus, praeturas, etc. Superbum graphice depingit Seneca in *Thyeste*, Actu v:

*Aequalis, inquit, satris gradior, et cunctos super
Alam superbo vertice attingens polam.*

Graece est ἀλαζονία τῶ βίου, quod Tigurina vertit, *fastus vitae*; Vatablus, *arrogantia*, insolentia et ostentatio facultatum ad vitam sustentationem pertinentium; Syrus, *fastus civitatis*; SS. Augustinus et Cyprianus, *ambitio saeculi*; alii, *honoris, laudis et imperii cupiditas*; alii, *jaentia, gloriatio, sulque venditatio et praedicatio*. Omnia haec appositae sunt: inde enim dicitur *τὸ βίον*, id est *paucis superbus*, dum alas suas expansas pompato incedit, qui est vera superbia et superbiae imago, juxta illud Ovidii, XIII *Metamorph.*:

Laudate pavone superbia.

Præclare S. Bernardus in Psalm. *Qui habitat, serm.* 6: «Ambitio, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli opifex, mater hypocrisis, livoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, sinea sanctitatis, excecata

trix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem.» Unde ambitio vocatur «eos pravitalis,» quia omnia vitia excitat et exaccit, a S. Basilio, *serm. Ne offendi sinus temporalis*. Vide S. Gregorium, XIV *Moral.*, lib. XXXI, cap. XVII.

Haec ergo tres passiones et concupiscentiae sunt tres fontes omnium tentationum et peccatorum; de quibus vide S. Anselmum, lib. *X Confess.*, cap. XXX et seq., et S. Thomam, I II, *Quæst.* LXXXV, art. 3. Vere Poeta:

*Ambitiosa bonas, et opes, et feda voluptas,
Haec tria pro trino nomine mundus habet.*

Quoties haec tribus primitus serpens tentavit Adam et Evam protoplastas nostros: concupiscentia carnis, cum persuasit eis comedere de ligno vetitio oculorum, cum eis falso promisit: «Appetentia oculi vestri;» superbia vitae, cum eis falso fidem pollicitus est: «Eritis sicut dii,» *Gen.* III, Ita S. Prosper, lib. II *De Vita contempti*, cap. XIX. Isdem diabolus tentavit Christum, *Matth.* IV: concupiscentia carnis, cum ei dixit: «Die ut lapides isti panes fiant;» et Christus eum repulit, dicens: «Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.» Superbia vitae, puta cum eum ad inanem gloriam aucupandum urit, ut de fastigio templi precipitaret se, quod angelus deus mandasset de eo; sed abiecit cum Christus, dicens: «Non tentabis Dominum Deum tuum.» Concupiscentia oculorum, cum ostendens ei omnis regna mundi et gloriam eorum, dixit: «Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.» Sed profligavit eum Christus dicens: «Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies,» *Matth.* IV, Ita S. Augustinus, lib. *De Vera Relig.*, cap. XXXVIII.

Porro triplex haec concupiscentia opponitur SS. Trinitati: concupiscentia oculorum, id est avaritia, Deo Patri: ipsa enim est liberalissimum; nam suam essentialiter omniaque sua communicat Filio et Spiritui Sancto essentialiter, creaturis vero participative. Concupiscentia carnis opponitur Filio, cujus generatio non est carnalis, sed spiritalis; gignitur enim a mente Patris, quasi Verbum, ideoque praesens est Spiritus, ac omnis impurialis carnalis esset et hostis. Superbia vitae opponitur Spiritui Sancto, quia ipse est spiritus humilitatis et lenitatis. Huiusmodi eadem opponitur tribus primariis virtutibus: nimirum concupiscentia carnis continentiam, puta sobrietatem et castitatem; concupiscentia oculorum, charitatem et beneficentiam; superbia vitae, humilitatem. Plura vide apud S. Bernardum, *serm. in Octava Pascha*, et *serm. De Diligendo Deo*.

QUE NON EST EX PATRE, SED EX MUNDO EST. — Tria que refer non tantum ad superbiam vitae, sed ad concupiscentiam triplicem jam dictam. Unde Syrus in plurali vertit, quæ non sunt ex Patre, sed ex ipso mundo. Porro concupiscentia est ex mundo, id est ex mundi et mundanorum corruptione et

vilio, qui rebus mundi nimio amore adherent. Vide S. Cyprianum, *tract. De Mortali*, et alibi, legitur: «Sed ex concupiscentia mundi aut saeculi.» Ludit enim eleganter S. Joannes in voce *mundus* hic, æque ac in *Evangelio* cap. 1, vers. 10, dicens: «In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.» Prius enim mundum vocat orbem, posterius mundum vocat amatores mundi. Et cap. XVII, vers. 9: «Non pro mundo,» id est mundo deditis, «rogo, sed pro his quos dedisti mihi, etc. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt,» puta in orbe hoc. Simili modo ludit Paulus in voce peccatum, dicens: «Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum,» id est, hostiam pro peccato, «fecit,» I *Corinth.* v, 21. Et «Christus de peccato damnavit peccatum,» *Rom.* VII, 3. Sicut ergo caro in Scriptura saepe significat carnis corruptionem, concupiscentiam et vitia: sic pariter mundus significat mundi, id est hominum mundanorum corruptos mores et amores.

Ita rationem cur mundus mundique concupiscentia non sit diligenda, quia scilicet non est ex Deo, sed ex mundo, id est ex mundana vita. Sub concupiscentia accipere bonum concupiscibile: hoc enim natum est ex concupiscentia. Haec enim fecit ut res bona fieret concupiscibilis, perinde ac estimatio et appetitio hominum ponit pretium auro, argento ceterisque rebus. Unde ante Adami peccatum nullum erat in orbe bonum concupiscibile, sed Adam peccans et concupiscens fecit illud concupiscibile.

Concupiscentia ergo et bona concupiscibilia nata sunt ex Adamo concupiscente et peccante; nam ab eo trahimus eum peccato originali concupiscentiam, indeque consequenter fit ut mundus hic fiat nobis objectum concupiscibile, ut scilicet opes, honores, deliciae, etc., a Deo in bonum hominis creatas, vertantur nobis in illecebras et irritamenta concupiscentiam, dum eas nimio et immoderato amore appetimus et concupiscimus, juxta illud: «Creaturae Dei factae sunt in laqueum, et in tentationem animabus hominum, et in musculum pedibus insipientium,» *Sapient.* XIV, 11. Et cap. IV, vers. 12: «Fascinat, aut, nugacitatis obscurat bona, et incoherantia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia, q. d. Fascinum vanitatis vel concupiscentiae obscurat ea quae honesta sunt. Species enim voluptatis, quae est in concupiscentia et vanitate peccati, fascinat mentem, ut peccati turpitudinem et penas non videat, nec virtutis pulchritudinem et praemia consideret: vide dicta Jacobi 1, 14.

Porro, quia concupiscentia et peccatum Adæ factum est insignite diemone, hinc (Eccumenius) ex mundo, exponit ex diemone. «Si vero, inquit, pravus opponitur bono Patri, qui concupiscentiam mundi servit, non est ex Patre, sed ex mundo. Eum qui ex Patre non est, sed ex mundo, ex diabolo esse perspicuum est. Quemadmodum

in Evangelio quoque ad Judeos ait: Vos ex patre diabolo estis, hoc est, mundanis studiis, quorum diabolus est et sator et cultor.»

Ita diemone saepe a S. Joanne vocatur «princeps mundi» in *Evangelio*, ut cap. XI, vers. 31; cap. XIV, vers. 30; cap. XVI, vers. 11.

17. ET MUNDO TRANSIT ET CONCUPISCENTIA EIUS. — Et, id est quia: ita enim saepe sumitur Hebr. *van*, id est *et*: est enim hic secunda ratio, cur mundus non sit diligendus, quia scilicet transit saepe ac omnis concupiscentia ejus, id est, omne quod in eo est delectabile et concupiscibile, ut opes, deliciae, voluptates, honores. Hoc est quod ait Christus: «Colum et terra transibunt, verba autem mea non preteribunt,» *Matth.* XXIV, 35. Et Paulus: «Praeterit enim figura hujus mundi,» I *Corinth.* VII, 31. Et S. Petrus, *epistola* II, cap. III, vers. 11: «Cum igitur haec omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus expectantes, et properantes in adventum dei Domini.» Plura vide *Sapient.* v, 9 et seqq., et S. Bernardum, *epist.* 107, et Nazianzenum, *De Vita itiner.*, ac Plutarchum in *Orat. consol.*, et Senecam, lib. *De Brevitate vitae*.

Porro mundus transit, quia tempus transit: mundus enim alligatus est temporis quasi suae mensurae, mensuratur enim tempore. Sicut ergo transit hora, dies, annus, et sol transit ab Oriente ad Occidentem: sic transit et mundus. «Truditur dies die,» ait Horatius, mensis mensis, annus anno; et Ovidius, lib. III *De Arte*:

*Vestros memores jam nunc estote senectae,
Sic nullum vobis tempus abit inert.
Dum licet, et veros etiam nunc editis annos,
Ludite: eant anni more fluentis aquae.
Nec quae praeterit rursus revocabitur unda,
Nec quae praeterit hora redire potest.
Cernim est mense, cito pede labitur aetas:
Nec bona iam sequitur, quam bona prius fuit.*

Et Virgilius, III *Georg.*:

Flaxce ioceras pelle tempora lapsa fugari.

Præclare S. Hieronymus, *epist.* 3: «Debemus, ait, nos animo praemeditari, quod aliquid futurum sumus, et quod, velimus nolimus, obsequio non potest. Nam si nongenos vitam excederemus annos, ut ante diluvium humanum vii vebat genus, et Mathusalem nobis tempora donarentur, tamen nihil esset praeterita longitudo, quae esse desisset: etenim inter eum qui decem vixit annos, et eum qui mille, postquam idem vita finis adveniret, et irreversibilis mortis necessitas, transactum omne tantumdem est, nisi quod senex magis inustus peccatorum fauce proficiens factum est insignite diemone, hinc (Eccumenius) ex mundo, exponit ex diemone. «Si vero, inquit, pravus opponitur bono Patri, qui concupiscentiam mundi servit, non est ex Patre, sed ex mundo. Eum qui ex Patre non est, sed ex mundo, ex diabolo esse perspicuum est. Quemadmodum

nia orta occidunt, et aucta senescant, et infirmantur fortia, et magna minuantur, et cum infirmata et diminuta fuerint, finiuntur. » Et S. Anselmus in cap. xii ad Rom. : « Nolite, ait, constanter mundum diligere, quando ipse quem diligitis non potest constare : incassum cor quasi manente figitis, dum fugit ipse quem amatis. » Haec ratio est a posteriori : tempus enim saltem natura posterior est mundo, perinde ac duratio posterior est re quae durat. Prius ergo est mundum transire, quam tempus; sed a posteriori recte colligitur : Transit tempus, ergo et mundus. Ratio a priori cur mundus transeat, est, quia creatus est ex non ente sive nihilo; unde a Deo accepit esse participatum, ideoque tenuis et mutabile, quod proinde natura sua tendit ad non esse, ut eo redeat unde venit.

Ex adverso aeternitas est propria Deo, quia Deus habet esse per se increatum, ideoque stabile, constans, immutabile et aeternum. Rursum mundus non est simplex, sed compositus, partim ex variis corporibus, partim ex materia et forma, partim ex actu et potentia, partim ex substantia et accidentibus, partim ex aliis corporibus, ut mixta constant elementis; omne autem compositum in suas partes quibus constat, quasi in sua principia et elementa resolvitur. Quis finalis est, ut a creatoris transcendentibus et mutabilibus mentem transferamus ad immutabilem, semperque stantem Creatorem. Hoc enim mutabilitate sua quasi muta voce incantant omnes creaturae, imo cor nostrum, juxta illud S. Augustini, lib. I Confess., cap. 12 : « Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. » Hanc causam subdit Joannes dicens :

QUIA TENUIS FACIT VOLUNTATEM DEI, MANET IN AETERNUM, — tuum quia anima semper manet, quae migrans e corpore, si fecit voluntatem Dei, habitabit in aeternum; tum quia corpus post mortem mox resurget immortale et gloriosum : sic enim Deus statuit et suis promisit. Hoc est quod ait Paulus *Psalm.* cxviii, vers. 96 : « Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. » Et Christina : « Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in aeternum, » *Joan.* v, 32. Ratio a priori est, quia amor instar chameleontis amantem conformatur rei amatae; amor enim est animae impulsus et quasi exitus in rem amatam; intellectus vero et cognitio e contrario est introitus et ingressus rei cognita in intellectum cognoscentem. Ita S. Augustinus : « Talis, ait, est quisque, qualis ejus dilectio est. Terram diligis, terra eris. Deum diligis, quid dicam, Deus eris? non audeo dicere ex me : Scripturas audiamus. Ego dixi : Dii estis, et filii Altissimi omnes. Si ergo vultis esse diti et filii Altissimi, nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. » Res enim amata hic est Deus, Deique voluntas, quae est stabilis et aeterna; ergo et amans eam evadit aeternus. Id insinuat Oseas cap. ix, vers. 10, dicens : aeti sunt abominabiles sicut ea quae dilexe-

runt. » Hebraeus, sicut *versos corum*. Et *Jeremias, Thren.* i, 8 : « Peccatum concevit Jerusalem, idolo instabilis facta est. » Vnde ibi dicta. Vis ergo esse aeternus? ama bonum aeternum. Vis perpetuo frui re amata? ama rem aeternam. Si enim amas rem caducam et labilem, cades, transibis et laberis cum labili; sin mentem et amorem figas in re stabili, caelesti, divina, aeterna, evades stabilis, caelestis, divinus, aeternus. Haec est sapientia vera et sapientia Sanctorum. Fatui ergo sunt mundi amatores, qui pro stabilibus amant transitoria, pro aeternis caduca, pro caelestibus terrena, pro divinis humana, pro increatis creata; ideoque cum eis transeunt, imo pereunt et trucidantur in aeternum. « Filii hominum, ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium? » Ut quid non res, sed inanes et fugaces rerum opumque umbras aestimatis? Tenere umbram non potestis, nec opes et honores umbraticos tenere poteritis. Da, Domine, nobis haec sapientiam, « ut inter mundanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia. »

Præclare S. Augustinus hic : « Quare, ait, non amam quod fecit Deus? Quid vis? utrum amare temporalia, et transire cum tempore; an mundum non amare, et in aeternum vivere cum Deo? » Deinde amatores mundi plusquam Dei, cum mundus a Deo creatus et datus sit a hoc ut per eum homines recordarentur Dei creatoris, comparat cum sponsa quae amulum aureum datum a sponsa plus amat quam sponsum, qui sane adulterinus est amor, cum ipsa ad hoc eum dederit, « ut in archa sua ipse ametur. Ergo dedit tibi Deus omnia ista, ama illum qui fecit ista. Plus est quod tibi vult dare, id est seipsum qui ista fecit : si autem amaveris haec, quamvis illa Deus fecerit, et neglexeris Creatorem, et amaveris mundum, nonne tuus amor adulterinus deputabitur? » Et Didymus : « Quicumque, ait, omnia contemnit, et supra mundum erit diligens Deum, et faciens voluntatem ejus qui permanet in aeternum. » Et mox : « Justitia immortalis est, sic enim scriptum est : Justitia ejus permanet in saeculum saeculi. » Et : « Quasi tempestas transiens nobis erit impius, justus quasi fundamentum sempiternum, » *Proverb.* x, 25.

Idem per umbram viderunt Philosophi. Audi Senecam, *epist.* 29 : « Quaecumque videmus non tangimus, Plato in illis non numerat quae esse propria putat; fluunt enim, et in assidua diminutione atque adfectione sunt. » Idemque : « Omnia ista quae sensibus servantur, quae non accedunt et irriant, negat ex his esse quae vere sint. » Itaque subdit Seneca : « Igitur ista imaginaria sunt, et ad tempus aliquam faciem ferunt : nihil horum stabile ac solidum est. » Et mox : « Mittamus animum ad illa quae aeterna sunt, miremur in sublimi volitantes rerum formas, Deumque inter illas versantem. »

18. FILIOLI, NOVISSIMA HORA EST, etc. — Probat

id quod dixit vers. præced. : « Mundus transit, et concupiscentia ejus, » ex eo quod jam novissima sit mundi hora, id est, novissimum tempus. Est *synecdoche* : per horam enim, utpote usitatissimam temporis mensuram, significat ipsum tempus. Sensus est, g. d. Setote, o fideles, novissimum jam mundi tempus instare, vel propemodum jam adesse, quo tempore Antichristum esse venturum seipsum vidistis. Jam enim plures Antichristi in lucem prodierunt, quod signum est hanc ultimam esse mundi jam senescentis, imo pene agonizantis aetatem, et instare diem judicii; ac proinde cogitate vitam vestram in hoc mundo senescentem non posse esse longam. Quare si sapitis, avellite vestram mentem et amorem a mundo, ejusque concupiscentis vanis et caducis; eamque totam in res caelestes et aeternas, ac in Deum ipsum desigite, juxta illud Pauli : « Hora est jam nos de somno surgere, » *Roman.* xiii, 11. Rursum enim in mundi vitæque brevi hac hora tot instent ab hereticis et impostoribus pericula, omni cura, attentione et sollicitudine cavete, ne ab eis in heresim, impietatem et gehennam abducamini. Ita *Oecumenius* et *Didymus* : « Merito, inquit, hanc ultimum finem considerandum unumquemque inducit, ut quasi extrema vita hora unicuique instet, sobrietas consequatur, atque ita vita immaculata et actionum puritas inter Christianos semper versetur. » juxta illud S. Petri, *epist.* II, cap. III, vers. 14 : « Propter quod, charissimi, haec expectantes, satagite immaculati et involuti ei inveniri in pace; » nam, ut idem ait vers. 8 : « Apud Deum mille anni sicut dies unus. » Vnde ibi dicta.

Nota : « Horam novissimam » vocat tempus novissimum. Ita Syrus, aut potius et magis precise, hora non significat tempus, sed temporis unam partem. Tempus enim partitur in horas; novissima ergo hora est novissima temporis pars, sive ultima saeculi mundique aetatis, de quo mox plura. Ita S. Augustinus, *epist.* 80 ad *Hesychium*. Dicitur novissima respectu originis et durationis mundi, ac praecedentium ejus partium, statum et etiam diem, si videlicet tempus omne ab origine mundi dividatur in primum, medium et novissimum, ait ex S. Chrysostomo *Oecumenius*, puta in tempus legis naturae, legis Mosaicae et legis gratiae. Vocat novissimam, ut significet hanc ultimam esse legem, religionem et statum Ecclesiae, nec aliam expectandam, uti expectant Judaei suum Messiam, ejusque regnum et Ecclesiam.

Addit ex S. Chrysostomo *Oecumenius* : « vel novissima, inquit, id est pessima. » Sicut enim diximus de aegro jam desperato : iste aeger ad extremum mali et morbi pervenit, sic de mundo dicit S. Joannes, cum ad novissimum, id est summum malorum pervenisse. « Extremam horam, inquit, appellavit, quasi pessimam diem, ut quomodo loco quasi fax et sentina desererit. » Huc accedit Riberi in *epist.* ad *Hebr.* in cap. ix, num.

113 et seqq. : « Tempus novissimum, » inquit, est tempus seductionis et impostorum, puta hereticorum et Antichristianorum : horum enim caput erit Antichristus, qui novissima mundi aetate venturus est. Haec expositio valde hinc loco congrua et propria est : probat enim S. Joannes hanc esse ultimam mundi horam, id est aetatem, ex eo quod jam Antichristus, imo Antichristi multi exorti sint; Antichristus autem venturus sit ultima mundi aetate. Accedit Glossa, Cajetanus, Dionysius et alii, qui horam novissimam interpretantur similem novissimae, quia scilicet haereseos et persecutiones suscitavit, quales suscitabit finis mundi, puta Antichristus.

Porro, haec novissima mundi hora, id est aetas, magnam habet latitudinem. Sicut enim prima mundi hora, id est aetas, in lege naturae duravit bis mille annos, ac talem secundam in lege Moysi; sic pariter nonnulli conjequant quod totidem durabit aetas tertia in lege Christi, de quo pluri *Apocal.* xx, 3 et 7. Quare falsi sunt primævi fideles, qui putabant instare diem judicii, ac Neronem censabant esse Antichristum, quos redarguit S. Paulus, *II Thessal.* II. Sic S. Cyprianus suo aevō censuit instare finem mundi, lib. IV *epist.* 6, et S. Hieronymus, *De Monogamia*, et S. Gregorius, lib. IV, *epist.* 88, et *Lactantius*, lib. VII, cap. xxxv. Causam erroris indicabo *Apocal.* xx.

Sic « hora » sumitur pro aetate et saeculo, *Matth.* cap. xx, ubi Deus vocat operarios in vineam, id est, Ecclesiam suam, hora prima, sexta, nona et undecima diei, id est prima, secunda, tertia et quarta, sive ultima mundi aetate. Huc alludit S. Joannes, et horam undecimam vocat novissimam. Ratio phrasae est hebraeus; Hebraei enim horam vocant *שעה* et, id est tempus, quasi notissimam temporis partem, licet Chaldaei horae proprium dent nomen *שעה* eam a verbo *שעה* sciam, id est respicit, *intuitus* est; quod homines in actionibus suis respiciant ad horas, eiusque actus suos diligant et mensurent. Sic Christus ait *Joan.* cap. v, vers. 25 : « Venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, » *hora*, id est tempus. *Id.* cap. IV, vers. 21, *horam* vocat tempus Christi et legis novae : « Venit hora, » id est tempus, « judicii » ejus. « Familiaris est ergo S. Joanni haec phrasae, ut omne hoc tempus ob breviteratem vocet *horam*. Sic et Latini ac Graeci *hora*, teste *Calepino*, tempus significant, hoc est, quaecumque durationis partem, sive annum, sive diurnum, sive nocturnum spatium complexentis.

Hinc quatuor anni tempora, hoc est hiems, ver, aestas, autumnus, *hora* dicuntur, juxta illud *Horatii*, lib. I *Carm.*, ode 12 :

Variisque mundum temperet horis.

Item partes ipsae in quas distinctus est dies, similiter *hora* vocantur. Haec apud Hebraeos erant quatuor, puta *prima*, quae incipiebat cum ortu

diei; *tertia*, quae post tres nostrates horas ab ortu solis; *sera*, quae in meridie; *nona*, quae incipit post tres nostrates horas a meridie, et incipit in solis occasu. Unde et Romani noctem dividebant in quatuor vigiliis, quasi horas. Postea tamen diem in duodecim horas partiti sunt, cujus partitionis hunc origo fuisse memoratur. Quodam tempore Hermes Trismegistus cum esset in Egypto sacerdos, intuitu quoddam animal Serapi dictum, eo quod illud in toto die duodecim urina fecisset, pari semper interposito tempore, per duodecim horas diem dividi debere coepit: Ita ex Cicerone Plinius, *lib. VI, cap. IV*. Sic et Cynocephalus, qui per diem duodecim, puta horis singulis argutior ululatu vociferatur, duodecim diei horas indicat, ait Plinius ibidem. Sic Plinius « horam anni » vocat partem anni, *lib. IX, cap. XXXI*; et Tertentius in *Burgh*; « Hora abilit, » id est, tempus elapsum est. Hinc et Ovidius, *II Metamorph.*, horas fingit esse deas et ministras solis. Et Cicero, *aet. 3 in Verrem*: « Ut cum horis nostris, inquit, nos essemus usi, tu binis ludis interpositis quadragesimo post die responderes. » Horas suas, ait Ascenius, vocat dies viginti, qui accusatori dibantur ad accusandum legitimi, totidemque defensori. Hinc et Plinius, *lib. VII, cap. XVIII*, ait *« Egyptios significare horas per egyptum fluvium »*, qui stato tempore stata mensura agrum partem deponitur; hora enim pro tempore ejusdemque maturitatis accipitur. Unde Graeci omnes fructus aestivos horae dicunt, et tempus maturitatis, per excellentiam vocant horam; quae enim sive *« aegre »* est decor, pulchritudo, maturitas, temperavit, tempus florens et opportunum. Idem, *lib. XXXIII Hieroglyph.*, *cap. XXIX*, horas dictas esse ab *« Horo »*, rege Aegypti, qui a nomine suo quatuor anni tempora, quibus res quaeque maturantur, horas vocavit; quod deinde ad 24 diei horas translatum est, quas Homerus solis filias dixit: de quibus extat fabula, scilicet *« Horomaz »* 24 deos in ortum inclusisse: id cum Arimani perforasset, bonis malis immixta prodidisse, atque ita quantacumque frumur juvenitute, serus quid vesper velet pessiret. Plura de hora dixi *« Isaac »* cap. XXXVII, vers. 8.

Moraliter: Discite hinc brevitate vite. Si enim totum hoc mundi seculum est una hora, eaque novissima, sane vita ejusque hominis, quae hujus seculi minima est portio, nequit esse amplius quam hora, imo hora istius minima portio. Vis ergo nosse quantum sit etas tua, qui tibi Nestoris ceteros pronuntias, imo ita visis ac si ceteris foris? Hora est, horaria est vita tua: horarii sumus omnes; senes sunt in ultima vite hora, imo hora unius parte; juvenes horam integram longaque sperant et sibi pollicentur, sed saepe in hora exordio abripuntur et moriuntur, juxta illud S. Hieronymi: « Juvenis potest cito mori, senex diu vivere non potest. » Hinc Gentiles horam ju-

ventalis et pulchritudinis deam vocabant. Aud Enonim:

Teque, Quirine Pater, veneror, horamque Quirita.

Hora ergo monet nos diligentiae, ut diligentissimam temporis nobis concessi, utpote brevissimam instar hora, rationem habeamus. Sic Cicero, *aet. 3 in Verrem*: « Hic tu fortasse, ait, eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. » « Hic, inquit Ascenius, mire dixit, cum sint dies, ut ostendat enim diligentiam. » Cogita si medicus vel iudex tibi diceret: Para te ad mortem, post horam enim certe morieris: quanto studio et sollicitudine conscientiam exploras, quantos actus contritionis et charitatis efflores, quam omnia tua in bona opera expendes. Idem facio nunc; vita enim tua non est nisi hora. Rursus, affligeris, agrotas, fames, aestuas, calumnia sustines, etc.: tolera, modicum sustine; horaria erit afflictio, post horam transibis ad beatam aeternitatem. « Tempus breve est, ait S. Paulus, *I Corinth. VII, 29*; reliquum est, ut qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. » Quocirca haec Joannis sententia Melania Romano-nobiliissima et dilissima, suis persuasit omnia vendere, Roma excedere, ac proficisci in Terram Sanctam: « Filii, inquit, plusquam quadragentis abhinc annis scriptum est: Ultima hora est. Quid ergo lubentes ac volentes immoramini in vanitate vite? ne forte veniant dies Antichristi, et non possitis frui vestris opibus et bonis majorum vestrorum. » Diebat enim (ut existimabat) cum urbe orbem pariter esse ruituram, ut recte advertit Baronius. Profeta ergo est cum suis Hierosolymam, ibique quadragesimo die defuncta est, ac mox Barbari Romam vastarunt, adeo ut Roma fieret *« pars »*, id est vicus, ut praedixerat Sibylla. Tunc ei credentes associi « laudaverunt Deum, qui rerum mutatione persisteret incredulis, quod aliis omnibus reductis in servitutem, cu sola salva fuerint familie, quae Domino fuerint holocausta studio beate Melania, » ait Palladius in *Lausiaca*, *cap. CXVIII*. Porro haec vastitas Roma illata est ab Alarico, rege Gothorum, anno Christi 410. Simili modo *« Apoc. I, 6 »*, angelus apprensus S. Joanni jurat per viventem in saecula saeculorum, « quia tempus non erit amplius; » de quo ibidem plura.

Denique proelare S. Basilium in *Moral.*, regula *« LXXX, cap. XXI, in fine »*: « Quid proprium, ait, Christiani? Quotidie ac singulis horis vigilare, et assidue paratum esse ad eam perfectionem, per quam placuit Deo, illud scirentem, venturum esse Dominum illa hora, qua non sperat. »

ANTICHRISTUS VENIT. — De Antichristo, quia qualis, et quando futurus sit, fuisse et plene dixit *II Thessal. II*; non habeo quod illis addam.

ET NUNC ANTICHRISTI MULTI FACTI SUNT. — « Antichristi, » id est, contrarii Christo, et veri Antichristi prodromi, quia neque ut ille Christi fi-

dere, religionem; Ecclesiam, Sacramenta, etc., seu ipsam Christi personam et naturam impugnant. Notat enim haereticos sui aevi, quorum alii negabant Christum esse Deum, alii esse verum hominem. Tales fuerunt Ebion, Cerinthus, Saturninus, Basilides, Menander, Simon haereticorum principibus, eorumque assectae: de quibus ait Paulus: « Mysterium jam operatur iniquitatis, » *II Thess. II, 7*. Vide ibi dicta. Vere S. Augustinus (vel pelius Rabanus) tract. *De Antichr.*: « Antichristus, ait, multos habet sum malignitatis ministros, ex quibus multi in mundo processerunt, qualis fuit Antiochus, Nero, Domitianus. Nos quoque nostro tempore Antichristos multos novimus esse. Quicumque enim sive laicus, sive canonicus, sive monachus contra Justitiam vivit, et Ordinis sui gloriam impugnat, et quod bonum est blasphemat, Antichristus est, minister Satanae. » Haeretici ergo sunt Antichristi. Ita S. Hilarius scribens ad Constantium Imperatorem Arianum, eum vocat Antichristum. Verba ejus citavi *I Petri III, 44*.

Unde scitis quia novissima hora est, — *g. d.* Novissimo tempore venit Antichristus; jam autem videmus precursores haereticos: unde signum est appropinquare tempus novissimum, si enim videntur precursores regis et exierint, signum est eum appropinquare; et cum in aurora videntur radii solis, signum est eum oriri. Ita *« Commentus »*: « Si Antichristum, ait, expectamus, tunc autem Antichristi multi versantur in hac vita, manifestum est quod tempus consummationis imminet, dum multi Antichristi unum procedunt iterum illi parant. »

19. EX NOBIS PROBIERUNT. — S. Augustinus et S. Cyprianus loquuntur *« exierunt »*; omnes enim haeretici fuerunt Catholici, vel veri, vel ficti: haeretici enim est qui a fide Christi semel suscepta apostatet et abijt in heresim. Audi S. Cyprianum, *lib. I, epist. 8, et De Unit. Eccles.*, sive *De Simplif. Praet.*: « Coherere non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluvia cum serenitate, pugna cum pace, eum fecunditate sterilitas, eum fontibus siccitas, eum tranquillitate tempestas. Nemo existimet bonos de Ecclesia posse discidere; trilevem non capit ventus, nec arborum solidi radice fundatam procella subvertit; inanes palae tempestate jactantur, invalidae arbores turbini incursione evertuntur. Hos execratur et percutit Joannes Apostolus, dicens: Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis; hinc haerese facta sunt frequentes, et sunt, dum per-versa mens non habet pacem, dum perfidias discordans non tenet unitatem. » Et S. Hieronymus:

« Foras (inquit) proleant ut publice colant, quod intus prius venerantur. » Et S. Augustinus: « Ipso (inquit) exponente (Joanne Apostolo) intelligit non posse exire foras nisi Antichristos; eos autem qui non sunt Christo contrarii, foras exire nullo modo posse. Qui enim non est Christo contrarius, in corpore ipseus haeret, et membrum

computatur. » Paulus autem post explicans quomodo quidam sint inobis, nec tamen sint ex nobis: « Sic sunt (inquit) in corpore Christi, quomodo humores mali quando evomuntur: tunc relevatur corpus; sic et mali quando exeunt, tunc Ecclesia relevatur; et dicit quando humores os evomit atque proicit corpus: Ex me exierunt isti, sed non erant ex me. Quid est, sed non erant ex me? non de carne mea processerunt, sed peccus mihi premebant non inessent. Ex nobis exierunt; sed nolite tristes esse, non erant ex nobis. »

NON ERANT EX NOBIS (quia, ut explicans subdit, nobiscum non erant permansuri, nisi ad tempus); NAM SI FUissent EX NOBIS, FERMANSissent UTIQUE NOBISCUM, — constanter et semper, *g. d.* Non erant veri, genuini et solidi Christiani, quia non habebant virtutem et constantiam Christianam; unde veram et genuinam indolem fidei, gratiae et spiritus Christiani radicitus, id est constanter et stabiliter non imberant, ut eo se plane imberant ad fortiter resistendum omnibus tentationibus: hinc orta tentatione et persecutione illi cesserunt, fidem deseruerunt, factique sunt apostatae: sicut herba quae ex suo solo in aliud transplantatur, solis ardore percussa, illico arecit, quia non imbibit indolem et succum alterius soli. Sic *« Machab. V, 62, de Josepho et Azaria, membris Judae Machabaei dicitur »*: « Ipsi autem non erant ex semine vitorum illorum per quos salus facta est in Israel, » *g. d.* Ipsi non erant Machabaei, non habebant indolem, prudentiam, fortitudinem et opem Dei, quam habebat Judae cum fratribus, unde Israelae non salvarunt, sed perdidit. Sic de civium suorum proditore dicebant Romani: iste non est noster, non est Romanus, sed Penuus, quia non habet Romanorum fidem, sed Penorum perfidiam. Sic Aman qui fuit Macedo, ut patet *« Esther, cap. VII, vers. 10, ob barbaram tyrannidem vocatur »* Bagoasus *« XII, 6, id est, Agagius »* inde enim per apheresin fit Bagoasus, inde Bagoasus et Bogrus; nam litteram B internum poni pro C testatur S. Hieronymus in *Locis Hebr.*, ubi Hyblim apud Esaiam ait poni pro Gobel, vel Hyblim. Sensus ergo est, *g. d.* Aman tyrannus et proditor non tam videtur esse Macedo, quam Agagius, id est, oriundus ex stirpe Agag; ut habet *« Hebraea »*. Sic filius qui a patrum indole, affectu et virtute degenerat, dicitur non esse legitimus, sed spurcius. Ita Saul Jonathan, utpote amicum Davidis sui hostis, vocat illum meretricis et spurium, *I Reg. XX, 30*. Sic Virgilius ait:

O vere Phrygia, neque enim Phryges;

secutus Homerum dicentem *« Achillem, etc. »* *« Achia, g. d. »* « Estis Achive, non Achivi; » estis femine, non viri, quia a virili Achivorum robore degenerastis, effeminali estis et transformati in feminas. Sic apostatae a Religione dicuntur non fuisse vere Religiosi, quia veram indolem, spiritum et constantiam Religionis non imberant; si enim im-

bibissent, non defecerunt. Ha S. Augustinus hic: « Tentatio, ait, probat quia non sunt ex nobis: quando illis tentatio venerit, velut occasione venti volat foras, quia grana non erant. » Talis fuit Judas, ait idem, tract. 50 in Joannem: « Judas, inquit, iste non tunc perversus factus est, quando a Judaeis corruptus Dominum tradidit. Non tunc perit, jam fur erat, et Dominum perditus sequebatur, qui non corde, sed corpore Dominum sequebatur. » Unde idem Augustinus hoc loco: « De voluntate sua, ait, unusquisque aut Antichristus est, aut in Christo est: aut in membris sumus, aut in humoribus malis. Qui se in melius commutat, in corpore membrum est; qui autem in melius permanet, humor malus est, et quando exierit, relevabuntur qui premebantur. »

Secundo, multi exponunt sic: « Non erant ex nobis, » scilicet per Dei prescientiam et predestinationem, hoc est, non erant a Deo predestinati et electi, quia presciti erant quod eaderent et apostatarent. Hic sensus sequitur ex primo: quia enim sua sponte suae inconstantia casuri erant, hinc a Deo tales fore presciti sunt. Quidquid enim futurum est, id praesertim a Deo: ita Clemens Alexandrinus, Oecumenius, Lyranus, Glossa, Hugo. Intellige haec de prescientia et predestinatione ad fidem, gratiam et Ecclesiam, non autem ad gloriam beatitudinis aeternae. Hoc enim secretum tangere noluit S. Joannes, praesertim quia nonnulli qui exiderunt a fide et Ecclesia, respiciunt, ad eam redeunt et salvantur, ut colligit Berengario, ac hodie multis ab haeresi respicientibus; ex adverso multi sunt manentque in Ecclesia reprobi, qui non sunt predestinati ad gloriam, sed ad gehennam. S. Augustinus tamen, lib. De Bono persever., cap. vii, haec accepit de predestinatione ad gloriam et prescitis ad gehennam; quia qui usque ad finem vitae manet in fide, Ecclesia et gratia, hic est predestinatus ad gloriam; qui vero ante vitae finem egreditur, nec regreditur, hic est prescitus ad gehennam. Et plerique omnes haeresiarum, excepto uno Berengario, semel egressi ab Ecclesia nunquam deinceps ad eam redeunt, unde sunt presciti et reprobi. Porro cavendus est error aliquorum, qui hinc inferebant Dei reprobandum esse causam exitus ab Ecclesia, lapsus et damnationis reproborum, quem Scipeliagiani falso impegerunt S. Augustino. Unde ipse se purgans, art. 12 in articulis sibi falso impositis: « Voluntate, ait, exierunt, voluntate ceciderunt; et quia presciti sunt casuri, non sunt predestinati; essent autem predestinati, si essent reversuri, et in sanctitate ac veritate mantruri: ac per hoc predestinatio Dei multis est causa stanti, nemini causa labendi. »

Tertio, aliqui sic exponunt: « Non erant ex nobis, » quia antequam per apertum schisma vel haeresim exirent publice ex Ecclesia et fidelium coetu, jam ante in animo occulte exierant. Exierant ergo a publico coetere, quod intus prius

venerantur, » ait S. Hieronymus, lib. I in Jerem., sub finem. Haeresis enim est apex impietatis; nemo autem repente fit impiissimus, sed gradatim ad apicem evadit, ut docet egregie S. Cyrillus, lib. I, epist. 8, et De Unitate Ecclesiae, ac S. Cyrillus, catechesi 6. Hinc sensus suadet id quod sequitur: « Sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis. »

Catharinus et Melchior Canus, lib. IV De Locis, cap. ult., ad 7, haec accipiunt de solis Apostolis, q. d. Non erant ex nobis, id est, non erant ex numero Apostolorum. Verum hic sensus aequo est acrior; nam S. Joannes generatim loquitur de coetu fidelium.

Premittit hic S. Joannes Christianos, ne turbentur si videant fideles, imo Episcopos, apostatari et fieri haeresiarum. Idem suos praemonuit Paulus Act. xx, 30. Certe noster Salmeron ex Climaco censet ex 120 qui receperunt Spiritum Sanctum in Pentecoste, Act. ii, quatuordecim factos esse haeresiarum. Vide Vincentium Lirinensem, Contra profanas haeres. novitates, et Tertullianum, De Praescript., cap. 1 et seq.: « Ex personis, ait, probamus fidem, an ex fide personas? Volent igitur quantum volunt paleae levis fidei: o purior massa frumenti in horreum Domini reponetur. » Simul tacite S. Joannes monet fideles, ut cum meta et tremore salutem suam operentur, ut sint humiles, itaque constantiam a Deo emereant, ne et de ipsis quandoque dicatur: « Proderunt ex nobis, sed non erant ex nobis. » Hoc est quod ait Paulus Rom. xi, 17: « Tu fide stas, noli altum sapere, sed time, etc., alioquin et tu excideris. »

SED ET MANIFESTI SUNT, QUONIAM NON SUNT OMNES EX NOBIS. — Clare Syrus, sed egressi sunt ex nobis, ut immolescat eos ex nobis non fuisse, q. d. Deus permisit eos apostatari ut proderetur eorum interna levitas, inconstantia, superbia, perfidia, quodque fidem, indolem et constantiam Christianam plane pleneque non imberant, ut eos jam publice suam haeresim et perfidiam prodentes, quasi pestes fugerent et caverent fideles. Hoc est quod ait Paulus: « Oportet haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis, » I Corinth. xi, 19.

Hinc ergo nil habet Beza quod inferat, fideles a fide non posse deficere, sed tantum defectionem a fide signum esse eam non fuisse plene radicam et roboratam, ut constans stare in omni temptatione et persecutione.

S. Augustinus locis citatis hinc refert ad predestinatos et electos, q. d. Ex apostasia eorum manifestum evasit, eos non esse de numero predestinatorum et electorum.

20. SED VOS UNCTIONEM HABETIS A SANCTO, ET NOTIS OMNIA. — q. d. Docui vos in hac hora novissima cavendos esse Antichristos, Antichristum venturum in fine mundi, etc.; sed non est necesse pluribus haec docere, et Antichristos describere, ut eos dignoscatis, quia vos unctionem, id est,

gratiam et sapientiam habetis a Sancto, puta a Christo (ita Beda et Salmeron), et consequenter a Spiritu Sancto (ita Oecumenius, Lyranus, Catharinus), qui vos abunde de omnibus instruat, et Antichristos hos, qui Christo et unctioni ejus adversantur, demonstrat. Voce enim unctionis notat Antichristos, ait Beda, aequo ac Christum, ut mox dicam. Hoc est quod ait Christus, Joan. xvi, 13: « Spiritus docebit vos omnem veritatem; et ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quaecumque dixerit vobis. »

Queres quoniam haec « unctio? » Primo, Oecumenius et S. Hieronymus, lib. II in cap. iii Habacuc, et Cyrillus Alexandrinus, orat. ad Presbyt., Diaconos et Monachos, accipiunt baptismum, in quo unguimur in vertice capitis.

Secundo, Cyrillus, Catech. 3 mystag., et alii mox citandi, accipiunt sacramentum Confirmationis, in quo unguimur in fronte.

Tertio, Emmanuel Sa accipit christianismum: sicut enim Christianus idem est quod unctus, sic christianismus idem est quod unctio.

Quarto, alii accipiunt fidem Christianam.

Quinto, alii gratiam.

Sexto, alii donum sapientiae et intellectus.

Septimo, alii inspirationem Spiritus Sancti.

Haec omnia licet inter se diversa, eodem tamen redeant; omnia enim haec complectitur christianismus, q. d. Unctio, id est, Christiana fides, Christiana doctrina, Christiana religio, Christi gratia et sapientia vobis aspirata per Baptismum et Confirmationem, docebit vos omnia dogmata et officia veri Christiani, ac dignoscere et fugere haereticos quasi Antichristianos.

Ut hoc plenus intelligatur, notandum est, pro unctionem graece esse *χρῆμα*, id est unctio et unguentum. Unctio ergo pro unguento sive oleo sumitur. Unde S. Hieronymus, lib. II in cap. iii Habacuc, legit *unguentum*; hoc enim cum sit permanens, habetur, non ipsa unctio que transit. Alludit *χρῆμα* ad nomen Christi, q. d. Habetis christum a Christo, unctionem ab ungente, indeque estis et vocamini Christiani, ac facti estis mystice reges et sacerdotes per unctionem, qua uncti Deoque consecrati estis, tam in sacramento Baptismi, quam Confirmationis, quod olim baptizatis, utpote adultis, dabatur mox a baptismo, tanquam *χρῆμα*, ut ait S. Dionysius, id est complementum, consummatio et perfectio baptismi ad christianismum; per unctionem ergo corporalem acceptis spiritualium, puta per christum acceptis charisma et donum Spiritus Sancti. Unde S. Cyrillus, Catechesi 3 mystag.; Turrianus, lib. II Pro epist. Pontif., cap. xviii, et Bellarminus, lib. II De Sacram. Confirm., cap. v et viii, hunc locum accipiunt de chrismate et sacramento Confirmationis, quia in eo perfectam unctionem, id est, gratiam et illuminationem Spiritus Sancti accipiunt. Per unctionem enim hic non tam gratia sanctificans, quam donum prudentiae et intellectus acci-

pitur, et, ut S. Gregorius ait, V Moral., xix, alias xx, allocutio intima inspirationalis, quae humanam mentem contingendo sublevat. Unde et S. Irenaeus, lib. IV, cap. xliii, vocat christum veritatis, hoc est, doctrinam: hoc enim oonum olim dabatur baptizatis in baptismo, et magis in Confirmatione: unde baptizati illico prophetabant, id est, sublimia de Deo et Christo mysteria erucebant, ut patet Act. ii, 6, cap. x, vers. 46, cap. xix, vers. 6, et I Corinth. xiv. Item etiam datur in baptismo; conjunctum enim est cum gratia sanctificante, ut dixi Isaie xi, 1, licet non in tanta abundantia nunc datur.

Ad haec omnia jam dicta alludit « unctio, » praesertim ad regale sacerdotium, quod Christianus tribuit S. Petrus epist. I, cap. ii, vers. 9. Olim enim uti etiam reges, prophetae et sacerdotes consecrabantur per unctionem: reges, ut a Deo illuminati et directi bene et prudenter regerent; sacerdotes, ut a Deo sanctificati et illustrati bene et prudenter sacra administrarent et docerent; prophetae, ut a Deo inspirati futura praedicerent et praedicerent. Sic et Christiani in Baptismo et Confirmatione inuncti gratiam accipiunt, qua et se suosque regant, quasi reges; futura bona et mala praevideant, quasi prophetas, ideoque hostias bonorum operum Deo offerant, quasi sacerdotes. Unde Prudentius in Psychom.:

Post inscripta oleo frontis signacula, per quem Unguentum regis datur et christa perenne.

Sensus ergo est, q. d. Sicut unctio, id est, gratia et sapientia, quam in unctione recipiebant, docebat reges regere, prophetas prophetare, sacerdotes sacra tractare et docere: ita unctio, id est, gratia et sapientia Spiritus Sancti, quem in unctione corporalis Baptismi et Confirmationis accipitis, docebit vos, o Christiani, omnia quae ad Christianam fidem et vitam pertinent. Haec de causis S. Joannes videtur nomine unctionis, quia illud representat Christum amorem suum; de quo proinde dicitur Cantico. 1, 2: « Oleum effusum non tuum; » atque ob ejus assiduum predicationem S. Joannes sub idem hoc tempus, Romae a Domitiano missus est in dolium olei ferventis, sed unctione Christi munitus illesus exivit. Hinc et de Christo praenuntiat Psaltes, Psalm. xlii, 8: « Dilixisti iustitiam, et odisti iniquitatem, prople-re unxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae praesentibus tuis; » et Isaia, cap. lxi, 1: « Spiritus Domini super me, eo quod unxit me Dominus meus; » et Petrus, Act. cap. x, 38: « Unxit eum Dominus Spiritu Sancto et virtute. »

S. Athanasius, epist. ad Serapionem, ait unguentum hoc esse Spiritum Sanctum, puta cum suis donis et gratiis. In justificatione enim infunditur non solum gratia et charitas, sed et ipse Spiritus Sanctus, ut docet Paulus Rom. vi, 3, et Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. vii, et S. Augustinus hic: « Unctio spiritualis, ait ipse Spiritus

tus Sanctus est, cujus sacramentum est in unctione visibili; et in hymno *Veni Creator Spiritus*, etc., vocatur « spiritalis unctio. » Spiritus Sanctus ergo animam inhabitans, illuminans, dirigens, opportuno tempore monet et suggerit quicumque ejus salutis opportuna sunt; hæc est ejus unctio, id est illuminatio. Unde Clemens, lib. III *Constit. Apost.*, cap. xvi, ceremonias Baptismi et Confirmationis explicans: « Baptismus, ait, datur in mortem Filii Dei, aqua adhibetur pro sepultura, oleum pro Spiritu Sancto, sigillum crucis pro cruce; christi confirmatio confessionis est. » Imo S. Paulus II *Corinth. II, 21*: « Qui, inquit, confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos deus, qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. »

Porro licet oleum varias habet dotas et virtutes, scilicet refrigerandi, exhilarandi, roborandi athletas, nutriendi, medicandi ægræ, ignem ferendi, impinguandi, quas mystice præstat unctio Spiritus Sancti, iuxta illud: « Impinguasti in oleo caput meum. » *Psal. xxii, 5*; et illud Ambrosii, lib. I *De Sacram.*, cap. II: « Occurrit presbyter, unctus ex quasi athleta Christi; quasi luctamen hujus sæculi luctaturus, professus ex luctaminis tui certamina; qui lætatur, habet quod speret; tibi certamen, tibi corona. » Tamen propria ejus virtus est illuminare, lumenque ferere. Quætera per christi et oleum proprie significari donum illuminationis, puta sapientie et intellectus, quod in sacramento Confirmationis conferitur, docent Patres. Amalarius, lib. I *De Eccles. Offic.*, cap. xxvii, cum christi conficiatur ex oleo et balsamo, hæc dat causam: Ut per oleum, ait, intelligentis recitant conversationem, que moderatur in mento per matritatem sapientie; et per balsamum, doctrinam, que bonum odorem præstat foris. S. Ambrosius, lib. *De viis qui intrantur mysteriis*, cap. vii: « Repele, ait, quia accepti signaculum spiritale, spiritum scientie, spiritum sapientie et intellectus, spiritum consilii atque virtutis. Signavit te Pater, confirmavit te Christus Dominus, et dedit pignus Spiritus in cordibus tuis, sicut Apostolica lectio didicisti. Ordo Romanus, qui vel S. Gregorii jussu, vel paulo post ejus tempore est editus, hæc orationem ad benedicendum christi præscribens: « Dominator Domine Deus, inquit, in tuo nomine fiat hæc creatura jam christi et habeatur ut christi, forma crucis, signum frontis, sacri titulus bellatoris; in hoc chrismate mulceatur auditus, purificetur visus; ut talibus stipendii Christi miles decorati, alque ambrosio rore madidi, imperantur servant, non evadent, et signati chrismate sancto, signiferi esse mereantur celestes. »

Rabanus Maurus, lib. I *De Instit. Cleric.*, xxx: « Signatur, ait, baptizatus cum chrismate per sacerdotem in capitis summitate, per Pontificem vero in fronte, ut priori unctione significetur Spiritus Sancti descensus ad habitationem Deo con-

secrandam; in secunda quoque, ut ejusdem Spiritus Sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, et scientie et virtutis veniat in hominem declararetur. Tertullianus, *De Resurrect. carn.*, cap. vii, agens de orationis Confirmationis: « Caro, ait, ungitur, et anima consecratur; caro signatur, ut et anima maneat; caro manus impositione obambatur, ut et anima spiritu illuminetur. » Hugo Victorius, lib. II *De Sacram.*, part. VII, cap. vii, « unctionem » christi in fronte servandam esse docet septem diebus. « Quia septem, inquit, sunt dona Spiritus Sancti: alium diem habet sapientia, alium intellectus, alium consilium, alium fortitudo, alium scientia, alium pietas, alium timor. » Origenes, hom. 7 in *Ezech.*: « Oleum, ait, quo ungitur vir sanctus, oleum Christi, oleum sanctæ doctrine. »

Denique hoc loco abutuntur Novantes et Enthusiastæ, qui lætant se habere spiritum Internum, quo illuminante intelligant S. Scripturam, et dirigantur per omnia, ut interprete et doctore, aut Ecclesie iudicio non sit opus. Verum graviter errant; hæc enim unctio illuminat fideles in his que didicerunt, ut scilicet sciant retinenda esse fidei dogmata, que initio christianismi audierunt, nec defendendos esse Antichristos, qui ea oppugnant. Si enim in fide dubium, vel in Scriptura intelligentia aliqua oritur, eadem Spiritus Sancti unctio docet non esse cuiusque plebei ad resolvendum, sed considerandos esse Doctores et Prælatos Ecclesie. Hæc enim eo fine posuit Deus in Ecclesia, ut doceret S. Paulus, *Ephe. iv, 11*: idipsum enim poscit ordo hierarchicus et recta ratio. Unde idipsum faciunt omnes respublikæ etiam Gentilium et Saracenorum.

Moraliter hic docemur, in omnibus dubiis, perplexitatibus, difficultatibus, invocandam esse unctionem Spiritus Sancti, ac dicendam cum Iosaphat rege: « Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te. » II *Parol. xx, 12*. Porro quam Spiritus Sanctus suorum mentes illuminet, quæque in eo omnia perspiciantur, egregie docet S. Cyrillus, *catechesi 16*: « Cui, ait, Spiritus Sanctus donatus est, anima illius illustratur, et plus quam homo cernit. In terra erit corpus, et anima caelos contemplantur. Videl ut Isais cernebat Dominum super throno excelso et elevato; videt ut Ezechiel eum qui sedebat super Cherubim; videt ut Daniel myriades myriadum, et milia millium. Exiguus homo cernit principium et finem mundi, et medium temporum, et regum successiones. Scit que non didicerit; adest enim verus ductor lucis. Inlus consistens homo, et virtus scientie procul a Deo illi immittitur, ita ut ea que fiunt, ab aliis ipse cognoscat. Non adfuerat Petrus Ananie et Saphira cum sua bona vendebant, sed per Spiritum adest. Quare, inquit, tentavit Sathanas cor tuum, ut mentiaris Spiritui Sancto? nullus erat accusator, nullus testis. Unde igitur

hoc evenit ut nosset? Nonne, inquit, manens manebat tibi, et id quod vendidisti in potestate erat tua? Quare statisti in corde tuo hæc rem? Qui erat absque litteris, per gratiam Spiritus illa didicit, que ne Græcorum quidem sapientes noverant. Habes simile hulo de Eliseo, » qui absens vidit Giesi accipientem dona a Naaman, ideoque ei revertenti ait: « Nonne cor meum ibat tecum? Hæc ego corpore fueram conclusus, sed spiritus a Deo mihi datus, ea que procul aberant, cernebat. Cernis quomodo illuminat animas Spiritus Sanctus; tollit ignorantiam, et scientiam reponit. »

Mystice, de triplici unctione, scilicet compunctionis, que sita est in peccatorum detestatione; devotionis, que sita est in beneficium Dei receptione; pietatis, que sita est in proximum cum miseratione, vide S. Bernardum, *serm. 40 et 22 in Cant. Idem, serm. 2 De Pentecost.*: « Spiritus Sanctus suis tribuit, inquit, pignus salutis, robor vite, scientiam lumen. Pignus quidem salutis, ut ipse Spiritus reddat testimonium spiritui tuo, quod Filius Dei sis, qui certissima signa predestinationis tue cordi tuo imprimat et ostendat, qui donet lætitiæ in corde tuo, et de rore caeli, si non continue, tamen sæpissime mentem tuam impingat. Robor vite, ut quod per naturam tibi est impossibile, per gratiam ejus non solum possibile, sed etiam facile fiat. Scientiam lumen, ut cum omnia benefeceris, te servum inquitem putes, et quidquid boni in te invenieris, illi tribuas; a quo omne bonum est, sine quo non parum aliquid, sed nihil omnino potes lucipere, ne perire dicam. »

ET NOSTIS OMNIA, — quo scilicet jam dixi de retinenda fide, de cavendis Antichristia, de Antichristo venturo; omnia ergo intellege accomode, que fideles docentur, quasque eos scire convenit. Clarum enim est nec fideles, nec Doctores, nec ipsum Joannem et Apostolos scripsisse omnia omnino. Unde Syrus vertit, *discernitis unumquemque hominem*, puta, ut Beda, *discernitis inter probos et improbos*, inter Christianos et Antichristianos. Simili modestia et phrasi ait Paulus, I *Thessal. v, 4*: « De temporibus et momentis non indigetis ut scribamus vobis; ipsi enim diligenter scitis. » Et S. Petrus, *epist. II, cap. 1, vers. 12*: « Incipiam vos semper commonere de his, et quidem scientes confirmatos vos in presenti veritate. »

21. NON SCRIPSI VOBIS QUASI IGNORANTIBUS VERITATEM, SED QUASI SCIENTIBUS EAM. — Solent magistri laudare ingenium et scientiam discipulorum, ut eos sibi concilient et ad acrius studendum extiment. Ita hic facti S. Joannes, simulque insigne dat specimen modestie, *q. d.* Non hæc eo scripsi ut vos doceam, sed ut doctos confirmem et commonefaciam, tanquam in memoriam vos reducam, » ut in simili ait Paulus, *Roman. xv, 15*.

ET QUONIAM (quod) OMNE MENDACIUM EX VERITATE

NON EST. — Repele *scilicet scientibus*, *q. d.* Scripsi hæc vobis scientibus veritatem, ideoque pariter scientibus quod mendacium ex veritate non est; mendacium vocat non Elhicum, quod est contra mentem loqui; sed Theologicum, quod est error, falsitas, hæresis, indicat fontem hæresis et hereticorum, quos Antichristos nominavit, *q. d.* Hereticorum dogmata sunt errores et mendacia, ideoque non manant a Deo et Christo, qui est prima veritas, sed a diabolo qui est mendax et pater mendacii; hoc est, omnis hæresis et erroris, *Joan. viii, 44*. « Qui mentitur non est ex Christo, » ait Beda; unde colligit S. Augustinus: « Ecce, inquit, admoniti sumus quomodo cognoscamus Antichristum. Quid est Christus? Veritas ipse dixit: Ego sum veritas, *Joan. cap. xiv, vers. 6*. Omne autem mendacium non est ex veritate; omnes igitur qui mentuntur non sunt ex Christo. » Vide S. Augustinum, lib. *Contra Mendac.*, cap. xvii. Nota hebraismus, *omne non*, id est, nullum mendacium est ex veritate. Aliter id accipit Logici in suis æquivalentibus; nam « non omne, » vel « omne non, » eis idem valet quod « aliquod non, » ut omnis homo non est doctus, vel, non omnis homo est doctus, idem est quod aliquis homo non est doctus. Sed secus se res habet apud Hebræos. Sic ait *Ecclesi. vii, 14*: « Noli velle manari omne mendacium, » id est, nullum mendacium velis mentiri; « Non erit impossibile apud Deum omne verbum, » *Luc. i, 37*, id est nulla res erit Deo impossibilis.

22. QUIS EST MENDAX (per antonomasiam, puta mendacissimus), NISI IS QUI NEGAT, QUONIAM (quod) JESUS EST CHRISTUS? — Ita Romani, sed alii Latini, Græci et Syri codices addunt non, legiturque, *quoniam Jesus non est Christus*; nam duplex negatio apud Hebræos magis negat, licet apud Latinos affirmet. Perperam aliqui apud Hugonem legunt, *quoniam Jesus non est homo*. Explicat quoddam mendacium intelligat, nimirum gravissimum in fide et religione, adeoque in fidei summa et capite, puta hæresim Antichristianorum, qui negabant hunc hominem, scilicet Jesum, esse Messiam et Christum, ac consequenter esse Filium Dei, uti negabant Simon, Ebon, Cerinthus, alique Judaicæ prisce, æque ac modernæ, contra quos S. Joannes tam Evangelium, quam Epistolam conscripsit. In hujus enim comparatione mendacii, ait Beda, cætera aut parva videntur, aut nulla. « Quid enim mendacius aut perniciosius dici fingique potest, quam quod Jesus non sit Christus; id est redemptor et salvator mundi? hoc enim est præcidere omen, fidem et spera salutis. Talis ergo est mendax per excellentiam, quia falsarius, hereticus, sacrilegus, atheus, Antichristus. Hæc significat hic « mendax; » aliqui mendax Latinis proprie dicitur qui contra mentem loquitur, aliud sciens vel cogitans, aliud proloquens; sed et hi contra mentem loquebantur, quia Jesum esse Christum sciebant, vel scire debebant,

Audi Tertullianum, *De Præscript.*, cap. xxxiii: « *Jonnes*, inquit, in epistola eos maxime Antichristos vocat, qui Christum negarent in carne venisse, et qui non putarent Jesum esse Filium Dei. Illud Marcion, hoc Ebion vindicavit. » Et Eusebium: « *Simon*, ait, alium Jesum, alium Christum assererat; Jesum videlicet, qui ex S. Maria ortus fuerat, Christum qui in Jordanem de celo descenderat. » Et Cyrillus, *catech.* 6: « *Ex nobis*, ait, prodierunt, sed non erant ex nobis. Horum dux et omnis hæreseos inventor — auctor est Simon Magus. Hic autem cum esset Romæ, posteaquam ab Apostolis rejectus est, et Græcæ Sæcæ quendam hæreticam circumducens, ore nefando primus ausus est dicere seipsum esse Deum, qui in monte Sina tanquam Pater apparuit; ac deinde apud Judæos non in carne, sed in imagine tanquam Christus Jesus visus est; atque postea tanquam Spiritum Sanctum a Christo mittendum se esse promissum. Et ita seduxerat civitatem Romanam, ut Claudius illi statuum erexerit, cum ea inscriptione in lingua Romana: SIMONI DEO SACRO. »

Porro, quam fanaticos, insulos et insanos Antichristos hoc sæculo produxerit hæresis, liquet ex *Historia Anabaptistarum* Arnoldi Meshovii, in qua inter alia, lib. I, cap. xvii, narrat Carolstadium eorum parentem ex Theologia Doctore se fecisse agricolam et aratorem, eo quod diceret, enique ex labore manum esse vivendum, juxta legem Dei, *Genes.* iii: « *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*; » ac tandem tradit eum a diabolo abreptum, nusquam deinceps comparuisse, cap. vero xix, narrat Jacobum quemdam jacuisse esse Christum, et duodecim apostolos instituisse, qui miris fraudibus et imposturis populo imponebant, ac tandem hosce sycophantas in Silesia a matrona nobili mappam ad sacrificandum postulasse. « *At mulier*, inquit, fasciculum telam illis obtulit; tunc illi: Hanc nobiscum accipiemus, et Christus tibi benedicoit, ut tibi linam abundantius crescat, ostende aliam si habes. Quam cum similiter accipere vellent, mulier recusavit, maritum timens. Illi autem frustulum fomitis cum igne in telam clam involventes, mulieri reddiderunt. Itaque cista a tela, a cista vero domus accensa conflagravit. Viro domum reverso, uxor ob Christum cum apostolis male tractatum, hoc sibi juste contigisse dixit; at vir ira exardescens: *Laïro hie*, inquit, nequissimus, et non Christus fuit. Itaque cum vicinis eos insequebatur, et in quadam villa assurgit. Tum pseudochristus ad illum, qui vocatur Petrus, dixit: Jam mea passio, Petre, calicæ quem bibiturus sum appropinquat. Cui Petrus: Et mihi, ut video, Domine, imminet. Ille vero dixit: Petre, ego aliter non possum nisi per fenestram hanc evadere; tum Petrus: Et ego te quoad vivam non derelinquam, sed quocumque iugeris sequar. Ergo per fenestram aufugit; ceteri quoque apostoli qua

potuerunt evaserunt. Rustici eos secuti baculis fistibusque cecidere, dicentes: Prophetia nobis, Christo, cum tuis apostolis, qua in silva baculi isti creverint. Ergo plagis emendati, vitam suam emendaverunt, dicentes: Difficile est nobis Christum passionem apostolorumque tormenta subire. »

Deinde, lib. II, cap. xv, narrat existisse mulierem Abacellam nomine, que cum cæteros Anabaptistas Spiritum Sanctum jacitare, quodque ab eo interpretationem sacre Scripturæ discerent, audiret, ipsa quoque novi Testamenti, surrepto la manus codice sacrarum Litterarum, sensum cepit populum docere; atque cum ad eum locum pervenisset, apud Deum nihil esse impossibile, Christum se verumque mundi Messiam, id possibile rata, constituit, conjunctis epi ex fratribus Evangelis duodecim, quibus ab epi propagandum Evangelium velut apostolis uretur. Hi foris nonnumquam egrediebantur, ac ruri agricolis Messie sue doctrinam predicabant. Lib. V, cap. xi, narrat Joannem Matthe, arte pistorem, patria Harimensen, finxisse se esse Henoc, missumque a Deo, ut quasi verissimus Dei testis, fidelem in Hollandia populum ad novam Hierosolymam convocaret. Inter alia enim paradoxa docebat, Christi regnum ante diem judicii civile in terra futurum, in quo soli Sancti, regibus ferro et vi sublati, dominarentur; id autem regnum esse jam coeptum Anabaptistum. Lib. VII, toto, narrat Joannem Boodoldum, sartorem Leidensem, occupasse urbem Monasteriensem in Westphalia, ubique se regem creasse, ac Christum nominasse, duodecim apostolos elegisse, ut vicinos ad novum Messiam adorandum advocaret; sed post horrenda dogmata et flagitia, expugnata ab urbis Episcopo urbe, candentibus laminis toto corpore laceratum, meritis sacrilegiorum suorum pomas dedisse.

HIC EST ANTICHRISTUS QUI NEGAT PATREM ET FILIUM, — quia negando Christum esse Filium Dei, negat Deum ejus Patrem, ut sequitur. Pater enim et Filius sunt correlativa, quorum lex est, ut mutuo se ponant et tollant. Filius enim est Pateris Filius, et Pater est Filii Pater;posito ergo uno, ponitur et alterum; sublato uno, necessario tollitur et alterum. Eusebium opinatur hic perstringit Valentium, « qui alium esse Patrem in nominabilem assererat, præter eum qui pater Christi diceretur. Idem vero hæretici, inquit, Filium quoque denegant, dum hominem solum esse ipsum, et non naturam Deum affirmant. » Sic et Basilides alium quemdam Patrem confinxit, a quo *vis*, id est *mens*, inde *deus*, id est *verbum*, productum sit. De quo Irenæus, lib. I, cap. xxiii; Tertullianus, *De Præscript.*; Epiphanius, *hæresis* 24, et alii.

23. OMNIS QUI NEGAT FILIUM, NEC PATREM HABET (tanquam in quo manent, nec tanquam manentem in se, ait Cajetanus, quia generationem ejus æternam non credit, ait Dionysius); qui *co-*

TER FILIUM, ET PATREM HABET, — ita Romani et Latini omnes, ac Syri et Græci multi; nonnulli tamen delent *quæ confitetur Filium, et Patrem habet.*

HABET — scilicet in mente et fide, ac consequenter in ore et confessione, id est, ut Syrus vertit, *credit*, vel *confitetur* Patrem. Alludit ad illud *Evang.* cap. v, vers. 38: « *Verbum ejus (Patris) non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, hunc vos non creditis.* » ubi pariter *si habetis* exponit per *creditis*. Simili phrasi dicit cap. i, vers. ult.: « *Verbum ejus non est in nobis.* » Et hoc cap. vers. 5: « *In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere,* » etc.; et vers 24: « *Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat.* » Per fidem enim, spem et charitatem Deus Pater, Filius et Spiritus manent in nobis; ac consequenter eos habemus in nobis, sicut templum in se habet et continet Eucharistiam; anima enim sancta realiter est templum Dei inhabitans.

Perstringit hæreticos judaizantes; Judæi enim negant mysterium SS. Trinitatis. Dicunt enim unum tantum esse Deum, in una duntaxat persona, æque ac in una duntaxat natura existentem, ac consequenter negant Christum esse Deum, Deique Filium. Unde Christus in Evangelio S. Joannis passim contra eos disputat, probatque se esse Filium unigenitum Dei Patris. Vide cap. iii, vers. 35; cap. v, vers. 18 et seq., c. vers. 36 usque ad finem capituli; cap. vi, vers. 58, etc. « *Si enim*, ait Eusebius, *Pater* novissens, eum quoque Filii unigeniti Patrem esse procul dubio percepissent. » Præsertim quia qui ignorat Trinitatem, ignorat et Deitatis naturam, eam scilicet esse tam plenam et feundam, ut personarum pluralitatem exposcat, et tribus se communicare efflagitet, adeo ut si unam personam sustuleris, totam divinitatem sustuleris, et hoc significat hic S. Joannes. Simili modo ait Christus Philippo: « *Philippe*, qui videt me, videt et Patrem, etc. Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? » *Joan.* xvi, 10.

Qua sententia significatur et pluralitas personarum, et identitas essentialis divine, ac intima et perfecta inhabitatio unitis personæ in alia, et e converso, quam Damascenus, lib. I *De Fide*, cap. xi, vocat *συμπεριεμ*, id est Damasceno Doctores Scholastici circumincisionem. De quo sublimi mysterio subtiliter disputat S. Augustinus, lib. VI *De Trinit.*, cap. ult.; S. Hilarius, lib. IV *De Trinit.*; Ambrosiaster, in epist. II *ad Cor.*, cap. xii. « *Singula*, ait S. Augustinus, sunt in singulis (personis), et omnia in singulis, et singula in omnibus, et omnia in omnibus, et unum omnia. »

Denique S. Cyrillus, *De Echart. mart.*, cap. v, et Hilarius, lib. VI *De Trinit.*, ultima verba sic legunt: « *Qui habet Filium, et Filium et Patrem habet, scilicet benevolam et faventem.* Sic quoque legit S. Augustinus, sed explicat de cultu et veneratione, q. 2. Qui colit Filium, colit et Patrem; nequit enim colere Patrem, qui non colit

Christum ejus Filium, juxta illud: « *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum,* » *Joan.* v, 23.

24. VOS QUOD AUDISTIS AB INITIO, IN VOBIS PERMANEAT. — Est Hebraica verborum tractio, quam latine sic ordines: Quod vos audistis ab initio, id in vobis permaneat, q. d. Constantem perseverate in fide, doctrina et vita Christiana, quam primitus accepistis; sic enim vera fides manebit in vobis, et vicissim vos manebitis in vera fide, religione et cultu Dei. Quare, « *si qui evangelizaverit, præterquam quod accepistis, anathema sit,* » ait Paulus *Galat.* cap. i, vers. 9. Ideoque « *doctrinis variis et peregrinis nolite abduci,* » *Hebr.* xiii, 9. Præclare S. Cyrillus, *epistola* 40: « *Admoneo*, inquit, pariter et consulo ne perniciosis vobiscum temere credatis, ne fallacibus vestris consensum facile commodetis, ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio, mortem pro salute sumatis. »

SI IN VOBIS PERMANERIT QUOD AUDISTIS AB INITIO (eo modo quo jam explicui), ET VOS IN FILIO ET PATRE MANEBITIS. — q. d. Adhærebitis Filio et Patri per veram fidem, spem et charitatem, quod vers. præced. dixit: « *Qui confitetur Filium, et Patrem habet,* » adde et Spiritum Sanctum; quia hic in Patre et Filio includitur. Pater enim et Filius sunt spiratores Spiritus Sancti: unde in plena sui ratione et essentia includunt vim spirativam, imo actuale spirationem Spiritus Sancti. S. Joannes tamen non nominat Spiritum Sanctum, sed Filium et Patrem, quia de Spiritu Sancto tunc nulla erat questio, sed duntaxat de Filio, puta Christo, et consequenter de Patre. Simoniani enim et Cerinthiani negabant Jesum esse Deum, Deique Filium. Hinc et Filium præponit Patri, præsertim quia « *nemo venit ad Patrem nisi per Filium,* » *Joan.* xiv, 6. « *Nullus enim divinæ glorie celsitudinem videbit, nisi qui per sacramenta humanitatis, quam Filius suscepit, renatus est,* » ait Beda et Thomas Anglicus.

Porro ex eo quod « *vos in Filio et Patre manebitis,* » vicissim Filius et Pater manebunt in vobis. Nam, ut explicat Eusebius, « *in Filio*, inquit, et Patre manebitis, hoc est, conjunctionem et communicationem cum eo habebitis, » juxta promissum Christi, *Joan.* xiv, 23: « *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.* » Quo loco S. Augustinus: « *Ecce*, inquit, *facit in Sanctis cum Patre et Filio Sanctus etiam Spiritus mansionem, ibitus utique tanquam Deus in templo suo. Deus Trinitas, Pater et Filius et Spiritus Sanctus veniunt ad nos, dum venimus ad eos; veniunt subveniendū, venimus obediendū; veniunt illuminandū, venimus intendendū; veniunt implendū, venimus capiendū, ut sit nobis eorum non extranea visio, sed interna; et in nobis eorum non transitoria mansio, sed æterna. »*

23. Et haec est deponitio (id est, res promissa), quam (Valabius legit qua, sed graece est *ta*, id est quam) ipse pollicitus est nobis (si in ipso maneamus), vitam aeternam. — S. Augustinus legit, vita aeterna, idque clarius est et latinus. Est antiphrasis Hebraica. Similis est vers. 27: «Unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis; » unctioem, id est unctio, et in *Evang.* cap. xiv, 24: «Sermonem, » id est sermo, «quem audistis; » et *Psal.* cxvii, 22: «Lapidem, » id est lapis, «quem reprobaaverunt sufficientes, hic factus est in caput anguli. » Similis est apud Latinos, ut apud Terentium prolog. *Andr.*: «Populo ut placerent quae fecisset fabulas; » et Virgilius: «Urlem, » id est urbs, «quam statuo, vestra est. »

Allor Gagneus: Manere, inquit, in Filio et Patre promissio est, quam nobis pollicitus est in Evangelio orans pro nobis Patrem Dominus, *Joan.* xvii, 20: «Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis qui crediderunt sunt per verbum eorum, ut omnes unum sint, et sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. » Bene ergo ait de hoc Joannes: Haec est promissio quam pollicitus est nobis, quae quidem est vita aeterna: vita enim aeterna est manere in Deo, eoque frui hic per gratiam, in futuro per gloriam. Haec accedit Obsecrans, qui et accipit ut causale pro qua, q. d. Manebis in Filio et Patre, quia hoc ille pollicitus est, cum vitam aeternam pollicitus est. Verum prior sensus simplicior et germanior est.

Acer hic est stimulus, quem fidelibus ad constantiam in fide contra haereticos, et omnem virtutem dat S. Joannes, nimirum promissio et merces vitae aeternae: «Memoria promissae mercedis perseverantem tu faciat in opere, » ait Beda. «Videamus, inquit S. Augustinus, quid promissit. An argentum? An possessiones? An amena praedia? Non est haec merces ad quam nos hortatur, ut in labore duremus. Quid igitur merces ista? vita aeterna. » Subjicit deinde Deum promissis jungere minas, ac ni pareamus minari mortem aeternam, imo ignem aeternum. «Minatur, ait, mihi potens homo, ut aliquid mali faciam: quid minatur? Carceres, catenas, ignes, tormenta, bestias: non quid ignem aeternum? Exhorresce quod minatur omnipotens, ana quod pollicetur omnipotens, et vilescit omnis mundus, sive promittens, sive terrens. »

27. Et vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. — Est hyperbaton, sive verborum trajectio, quae sic clare ordinanda est: «Et quam vos accepistis unctionem ab eo, maneat in vobis. » Ita enim non solum Hebraei, sed et Latini loquuntur, ut ostendi vers. 23; unde nonnulli codices clare pro «unctionem » legunt, unctio. Sic et Syrus: Sed et vos, inquit, si manserit vobiscum illa unctio, quam accepistis ab eo, necesse non habetis ut quis vos doceat.

«Unctionem » vocat gratiam Spiritus Sancti, puta donum sapientiae et intellectus fidelibus inditum in Baptismo, et auctum in Confirmatione: haec enim gratia et sapientia uncti imbutique animam quasi unguentum spirituale fragrantissimo odore et sapore rerum divinarum, acque ac unguentum corporale, puta chrisma ungit imbutique corpus fragrantia corporali. Vide dicta vers. 20.

ET NON NECESSE HABETIS UT ALIQUIS DOCEAT VOS, SED SICUT UNCTIO EJUS DOCEAT VOS DE OMNIBUS. — Subaudi, maneat in eo, uti post brevem parenthesis subdit S. Joannes. Aliqui codices supplent, ita faciat. Agit contra pseudoapostolos, puta hereticos, quos, vers. 18, vocavit antichristos. Ipsi sum S. Joannes clare vers. praeced. significavit, deos: «Haec scripsi de his qui seducunt vos. » Sensus ergo est, q. d. Non est necesse ut pseudoapostoli et haeretici vos doceant veram fidem et doctrinam; jam enim eam didicistis ab ipsis Christi Apostolis, cooperante unctioe Spiritus Sancti, quem in Baptismo et magis in Confirmatione accepistis; necesse est enim ut quod Apostoli forte per vocem doceant, ipsi sum Spiritus Sanctus interius per gratiam et illuminationem vos doceat, juxta illud *Isaia* iij, 13: «Populum universos filios suos doctos a Domino; » quod S. Joannes, *Evangel.* cap. vi, vers. 45, vertit, et *erat ipse docibilis Dei*. Deus enim est «qui docet hominem scientiam, » *Psal.* xciii, 10. In hac ergo doctrina quam Apostoli exterius, Spiritus Sanctus interius vos docuit, manete et perseverate. Vide Bellarminum, lib. III *De Verbo Dei*, cap. iii et seq., ubi et addit: «Simile, inquit, esset, si Catholicis Catholicis quos perturbarent haeretici, scriberet: Non necesse habetis ut Lutheranus aut Calvinista doctrinam vos doceat Christianam; quia quae vos oportet scire, plena didicistis et tenetis ex praedicatione Ecclesiae, adjuvante unctioe Spiritus Sancti. »

Simili modo S. Petrus hortatur fideles ad constantiam in fide dicens, *epist.* I, cap. v, vers. 12: «Brevis scripsi vobis, obsecrans et contestans hanc esse veram gratiam Dei, in qua et statis; » et Paulus, *Coloss.* i, 6: «Cognovistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conservo meo. » Ita Interpretes ac S. Augustinus unctioem hanc explicant: «Quantum ad me pertinet, inquit, omnibus locutus sum; sed qui vos unctio illa intus non loquitur, quos Spiritus Sanctus intus non docet, indocti redeunt. Magister fornicoseus adjutoria quaedam sunt, et admonitiones; cathedram in caelo habet, qui corda docet: de Domino dico. Propterea ait et ipse in Evangelio: Nolite vobis dicere magistrum in terra, unus est magister vester Christus; ipse vobis intus loquatur, quando nemo hominum illic est; quia etsi aliquis est a latere tuo, nullus est in corde tuo; et non sit ultus in corde tuo, Christus sit in corde, unctio ipsius sit in corde; ne sit

in solitudine cor sitiens, et non habens fontes, quibus irrigetur interior; ergo magister est qui docet, Christus docet, inspiratio ipsius docet: ubi illius inspiratio, et illius unctio non est, fornicoseus nuntius perstrepunt verba. » Et S. Gregorius, homil. 30 in *Evang.*, citans haec verba S. Joannis illaque Evangelii ejusdem explicans, ipse vos docet omnia: «Quia nisi idem Spiritus, ait, cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris. » Mox autem recte subdit: «Non ergo doctum homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce unam loquentis vocem omnes pariter auditis, nec tamen pariter sensum aulite vocis percipitis. Cum ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar sit locus intelligentia, nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet, est magis interior qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet? »

Quod ergo ait: «Unctio ejus docet vos de omnibus, » commode accipe «de omnibus, » scilicet jam didicis, quam audistis et scitis, puta de omnibus articulis fidei contra haereticos retinendis, ceteris quoque quae quilibet fidelem scire oportet: quae proinde quisque docetur et discit in prima sua catechesi et instructione, quod olim exacte faciebant fideles in primitiva Ecclesia: loquitur enim «scientibus, » ut ipse ait vers. 21. Alioqui enim non equisisset Doctoribus et Pastoribus, et frustra eos haec epistola doceret S. Joannes, uti recte arguit hic Ihesus Beza, ne quis hoc S. Joannis loco abuteretur, et contendat spiritum privatum singularum esse interpretem S. Scripturae et iudicem controversiarum fidei. Talibus enim intonans comminatur Deus: «Vae Prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident! » *Ezech.* xiii, 3.

Addunt aliqui hanc scribi a S. Joanne toti Ecclesiae, in qua multi erant sapientes et illuminati a Deo, qui proinde docti erant de omnibus, ut et ipsi alios radiiores docerent, q. d. O fideles, non est quod vos doceant haeretici; Ecclesia enim vestra, vestrique doctores plene a Spiritu Sancto docti sunt de omnibus: ipsis ergo adite, ipsi vos doceant de omnibus ad fidem et salutem necessarios.

Denique pro unctioe ejus, scilicet Christi et Spiritus Sancti, Graeca plerumque legunt *et vobis vobis*, id est *ipsa unctio*; unde Syrus vertit, *sed sicut illa unctio a Deo est, ipse vos docet de omnibus*. Rursus per charisma, id est unctioem, aliqui accipiunt Christum, id est unctum et ungentem, q. d. Christus per se et suos vos unget, id est imbuens et instruens, docebit de omnibus, non Antichristi. Sic *David.* ix, 20: «Occidetur Christus; » Septuaginta pro Christus vertunt, *chrisma*, scilicet per abstractum *chrisma* significantes concretum Christus. Unde quod sequitur: «Et verum est, » Tigurina vertit, et verax, scilicet Christus; sic et

S. Augustinus legit, «et verax est, et non mendax. »

ET VERUM EST, ET NON MENDACIUS. — Graeciz Interpretis: quia enim *verax* Graecis est neutrum, hinc pariter epithetum Latinum neutrum ei dedit, scilicet verum, q. d. Hoc chrisma verum est, puta haec unctio vera est, et non mendax. *Secundo* et simpliciter, haec accipias technice, q. d. «Et, » id est quia, verum est, quidquid docet haec unctio, et nullum est mendacium in his, hinc securo et accurate in omnibus, inisque manete et persistite usque ad mortem. Solent Hebraei asseverationem firmare per negationem contrarii, ut, «confessus est, et non negavit, » id est plane pleneque confessus est Joannes se non esse Messiam, *Joan.* i, 20. Sic hic, «verum est et non mendacium, » id est, verissimum est, et alienissimum ab omni mendacio et falsitate.

ET SICUT DOCEAT VOS (et ponitur pro igitur, ait Vatablus. Hebraei enim *vau* pens sola est conjunctio, quae aequivalat ceteris Latinorum et Graecorum, q. d. Cum omnia quae docet unctio, sint vera, careant omni mendacio et falsitate; igitur) SICUT ILLA DOCEAT VOS, MANETE IN EO. — id est, in illius doctrina et fide perseverate. Gaudet Joannes verbo manendi. Pro manete graece est *manete*, id est manebitis, hoc est, manete. Graeci enim, eoque ad Latini et Hebraei sepe futurum usurpant pro imperativo. Adde, quodam codices legunt *manete* in imperativo, id est manete.

28. Et (id est igitur, idcirco) nunc, filioli. — Vox familiaris S. Joanni, utpote seni, patri et patriarcho suorum amantissimo, ipsique quasi filii charissimis hae paterna voce blandienti.

MANETE IN EO. — quod scilicet vos docuit unctio Christi et Spiritus Sancti, puta in orthodoxa fide, doctrina et vita Christiana constanti perseverate, nec haereticorum blandiloquentis vos ab ea in haerem, vel errorem adducit sinas. Sollicite inculcat fidelibus inter tuo exorientes in dies haereses et hereticos, in christianismo constantiam et perseverantiam, ob periculum apostasiae, quia inter omnes virtutes sola perseverantia coronatur.

UT COME APPAREAT (Christus in gloria iudicaturus orbem in fine mundi), HABEAMUS FRUCTUM, — *καρπὸν*, id est *fructum*; securitalem, fiduciam, loquenti audaciam: cum ceteri illi male consilio trepidabant et obmutescerent, juxta illud *Sapient.* v, 1: «Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt. » Nam, ut ait Paulus *Coloss.* iii, 4: «Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis eam ipso in gloria. » Quare quod ait S. Basilus, hom. 11 *Hexam.*: «Abraham quoque timebit in iudicio, et agoniam patietur, » per exaggerationem dictum est, tantumque significat sanum iudicii et examinis in eo futuri rigorem, indeque pavorem, si videlicet illud in se species, juxta illud S. Peiri, *epist.* I, cap. iv, vers. 18: «Si iustus via salvabitur, impius et peccator ubi parebit? » Nam

alioqui si spectes Deū gratiam et clementiam, illa Sanctos omnes assecurabit de sua salute et gloria: nam ipsa ante examen discernet illos a reprobis, eosque constituet a dextris, quasi amicos dilectos et electos suos.

ET NON CONFUNDAMUR AB EO IN ADVENTU EJUS. — g. d. Ne pudeliamus utriusque, scilicet tam vos, si a doctrina Christi aberretis, quam nos Apostoli et Pastores, quod vos in ea non conservaverimus: sicut enim eruditio et probitas discipuli laus est et decus magistri, sic imperitia et improbitas discipuli probrium est et dedecus magistri. S. Basilius ad illud *Psalm.* xxxiii: « Timorem Domini docebo vos, » docet acerbissimam damnatis poenam fore pudorem et confusionem aeternam, quam subibunt eorum Christo et angelis sanctis, demoniis caelestibus damnatis in die iudicii, adeo ut damnati mallent manere et ardere in gehenna, quam inde egredi in vallem Josaphat ad iudicium hoc sibi tam probrosam et infame subeundam. Unde dicunt a montibus et petris: Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira Agni; quoniam venit dies magnus irae ipsorum, et quis poterit stare? » *Apocal.* vi, 17. Pudoria causae erant, quod Christus peccata omnia etiam videntia, infamia et horrenda, libet secretissima et sola mente commissa, coram toto mundo publicabit; quod Sanctos in hac vita a se contemptos, vexatos et occisos videbunt super se elevatos in gloria, suosque esse iudices, ac se posse condemnare; quod tam fuerit stulti, ut exili voluptate emerint aeternum hoc probrium; quod peccata et gehennam modica poenitentia, et confessione confessionis expiare neglexerint, etc. Hoc est quod ait Isaïas ultimis verbis sum prophetae: « Veritas eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et erunt usque ad satisfactionem visibus omni carni; » et Daniel, xii, 2: « Qui dormiunt in terra pulvere evigilabunt, alii in vitam aeternam, et alii in opprobrium, ut videant semper. »

Notat S. Cyrillus, *Catechesi 3 mystag.*, fideles in Confirmatione ungi in fronte, quae sedes est pudoris, ne pudeat eos confiteri nomen Christi, neve aliquid pendendum committant, ob quod confundantur in die iudicii. Praeclare S. Augustinus hic: « Fidelis, inquit, est qui promisit, non te fallit, tantum tu noli deficere, sed exspecta promissorem; non enim novit fallere veritas, tu noli esse mendax, ut aliud profiteris, aliud agas. Tu serva fidem, et servabit ille pollicitationem; si autem non tu servaveris fidem, tu fraudasti, non ille qui promisit. » Et Eumenius: « Quid illustrius atque admirabilius esse unquam poterit, quam cum apud quem labores nostros relaturi sumus, apud eum cum fiducia id faciemus, nulloque pudore in adventu ejus perfundemur? »

IN ADVENTU EJUS, — *et impiorum*, id est in apparitione, in manifestatione, in illustratione illius, cum scilicet gloriosus apparebit, erique iudex

omnium hominum. « Videmus enim nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem, » I *Corinth.* xiii, 12.

20. Si scitis (id est, quia scitis, vel cum scitis, quandoquidem scitis: ita Dionysius) QUONIAM JUSTUS EST (Christus iudex, de cuius adventu jam egi), SCITOTE QUONIAM ET OMNIS QUI FACIT JUSTITIAM, EX IPSO NATUS EST. — Dat modum et medium quo in die iudicii non confundamur coram Christo iudice, sed habeamus fiduciam, si nimirum faciamus justitiam, id est opera justa et sancta, quae Christo justo iudici offeramus. Ne quis enim putaret solam fidem orthodoxam sufficere, ut docebat Simon Magus, et moderni haeretici, addit hic requiri quoque justitiam opera, g. d. Cum Christus futurus iudex non tantum qua Deus, sed et qua homo, sit justus autemotasticus, id est justissimus et sanctissimus, tum in se, tum in ferenda sententia; utique amat eos qui sunt iusti, faciuntque opera justitiae, pro eisque feret sententiam justam et salutiferam. Iudicis enim iusti est iudicare de operibus cuiusque, et bonis addicere premium, malis poenam. Qui ergo facit justitiam, in die iudicii coram ipso non confundetur, sed habebit omnimodam fiduciam; quia iudici suo justo similis, imo ex ipso natus est, hoc est, ipsius filius et haeres est. Quare non confundetur in ejus adventu, sed fidenter eum exspectabit, certus se per eum fore hereditaria aeterna participem. Nam « si filii, et haereditas, haereditas quidem Dei, coheredes autem Christi, » *Rom.* viii, 17. Omnis enim iustitia nostra manna a justitia, sanctitate et gratia Christi. « Justitiam » hic non speciealem, sed generalem accipit, quae est complexio omnium virtutum, a qua iusti, sancti, Deo grati, amici et filii denominantur. Alludit ad illud *Evangelii* cap. i, vers. 12: « Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. » Porro nullum certius est argumentum, quod quis natus sit ex Deo, quam si factis et moribus Deum exprimat velut lineamentis. Notat primo Didymus dici, « qui facti » in presenti, non qui facti, aut facti, quia bona radix bonos dat fructus in presenti; quia ergo per justitiam et gratiam ex Deo renascimur, et simus divinae consortes naturae, ut ait S. Petrus, II *epist.* cap. i, vers. 4, (realiter enim participamus Dei substantiam per gratiam supernaturalem et divinam, quae summa est participatio divinitatis): hinc pariter natiuitatem hanc et vitam divinam, per opera vitalia divina, puta per opera justitiae, in presenti semper ostendere debemus. Sicut enim non est homo vivens, qui in presenti opera vite humanae non edit, puta qui non comedit, non ambulat, non respirat, non loquitur, non ratiocinatur: ita pariter non est justus, nec renatus aut vivens ex Deo, qui opera justa et divina non edit, praesertim quia filii est imitari patrem. Cum ergo Deus justus

justitiam ubique faciat, et nos ejus filii eandem ubique facere debemus.

Notat secundo, noster Salmeron, generationem hanc divinam similem esse generationi carnali et humanae. Sicut enim hae fit ex viro et femina, sic et illa quodammodo: Christus enim, qua homo, patiens parturit nos cum summo dolore; idem qua Deus agit et producit in nobis gratiam et justitiam, per quam renascimur in filios Dei.

Notat tertio Eumenius, justos a Deo gigni, ut et ipso progignant et procreent alios sibi similes; « quippe cum justus, inquit, etiam justos procreat ac gignat, » uti homo generat hominem, bos bovem; et Didymus: « Operantem, ait, justitiam commendat virtus, cum sit scilicet actualis: nullus itaque antequam faciat quae virtutis sunt, justus est, sed neque dum cessaverit operari; » intelligit in actu exercitio, non signato.

Denique S. Augustinus justitiam perfectam esse docet in angelis, inchoatam in hominibus: « In angelis sanctis, inquit, nullo lapsu aversis, nulla superbia cadentibus, sed manentibus semper in contemplatione Verbi, et nihil aliud dulce habentibus, nisi a quo creati sunt, in ipsis perfecta justitia est; in nobis autem ex fide caput esse accendunt spiritum. » Et mox: « Initium justitiae nostrae confessio peccatorum. Cogitasti non defendere peccatum tuum? jam inchoasti justitiam; perficietur autem in te, quando nihil aliud facere

desectabit, quando absorbebitur mors in victoriam, quando nulla concupiscentia titillabit, quando non erit Inimicum cum carne et sanguine, quando erit corona victoriae, et triumphus de inimico. Tunc erit perfecta justitia: modo adhuc pugnamus, si pugnemus, in stadio sumus, ferimus et ferimur; sed qui vincat, exspectat. Ille autem vincit, qui et quod ferit, de viribus suis non presuravit, sed de hortatore Deo. »

Insti ergo amulantur angelorum justitiam, ut mentem ab omnibus terrae fecibus, ac amorem ab omnibus creaturis avellent, cum universum conferant in Creatorem, eum in omnibus tam prosperis, quam adversis amando, colendo, laudando, gratias agendo: ut eorum vox et vita, aeque ac crux et passio, non sit aliud quam continua et assidua Dei laus. Talis enim est vox et vita angelorum, de quibus ait Job, cap. xxxviii, vers. 7: « Ubi eras, cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei? »

Insuper Christiani ex Christo renati emulantur Christum, ac proinde: « loquantur ut oracula, vivant ut numina; » quia Christus ex Deo natus, et ex Virgine renatus, « locutus est ut os et oraculum Patris, ac vixit ut nomen, » ita hominum, etiam peccatorum, corda fuerunt. convertent, gignentque Christo, instar S. Basili, de quo scribit S. Gregorius Nazianzenus, orat. in ejus honore: « Sermo Basili erat tonitru, quia vita ejus erat fulgur. »

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Ostendit quam praestans sit nova ex Deo natiuitas et filiatio ea sine et mercede, qua est gloria aeterna, in qua similes ei erimus. Ad illam retinendam et hanc consequendam modum praescribit: Primum, studium sanctitatis et fugam peccati, quia qui natus est ex Deo, peccatum non facit; qui vero facit peccatum, ea diabolo est. Secundum, vers. 11, amorem fratrum, ut diligamus invicem non verbo, neque lingua, sed opere et veritate. Denique, vers. 20, docet horum omnium fructum, scilicet cum qui puro est corde, amatque fratres, ac Dei mandata custodit, omnia quae postulat a Deo, impetrare.

1. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. 2. Charissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. 3. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est. 4. Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas. 5. Et scitis quia ille apparuit ut peccata nostra tollerent, et peccatum in eo non est. 6. Omnis qui in eo manet, non peccat; et omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. 7. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est, sicut et ille justus est. 8. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. 9. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam

alioqui si spectes Deū gratiam et clementiam, illa Sanctos omnes assecurabit de sua salute et gloria: nam ipsa ante examen discernet illos a reprobis, eosque constituet a dextris, quasi amicos dilectos et electos suos.

ET NON CONFUNDAMUR AB EO IN ADVENTU EJUS. — g. d. Ne pudeliamus utriusque, scilicet tam vos, si a doctrina Christi aberretis, quam nos Apostoli et Pastores, quod vos in ea non conservaverimus: sicut enim eruditio et probitas discipuli laus est et decus magistri, sic imperitia et improbitas discipuli probrium est et dedecus magistri. S. Basilius ad illud *Psalm.* xxxiii: « Timorem Domini docebo vos, » docet acerbissimam damnatis poenam fore pudorem et confusionem aeternam, quam subibunt eorum Christo et angelis sanctis, demoniis caelestibus damnatis in die iudicii, adeo ut damnati mallent manere et ardere in gehenna, quam inde egredi in vallem Josaphat ad iudicium hoc sibi tam probrosam et infame subeundam. Unde dicunt a montibus et petris: Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira Agni; quoniam venit dies magnus irae ipsorum, et quis poterit stare? » *Apocal.* vi, 17. Pudoria causae erant, quod Christus peccata omnia etiam videntia, infamia et horrenda, libet secretissima et sola mente commissa, coram toto mundo publicabit; quod Sanctos in hac vita a se contemptos, vexatos et occisos videbunt super se elevatos in gloria, suosque esse iudices, ac se posse condemnare; quod tam fuerint stulti, ut exili voluptate emerint aeternum hoc probrium; quod peccata et gehennam modica poenitentia, et confessione confessionis expiare neglexerint, etc. Hoc est quod ait Isaías ultimis verbis sum prophetae: « Veritas eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et erunt usque ad saeculatum visus omni carni; » et Daniel, xii, 2: « Qui dormiunt in terra pulvere evigilabunt, alii in vitam aeternam, et alii in opprobrium, ut videant semper. »

Notat S. Cyrillus, *Catechesi 3 mystag.*, fideles in Confirmatione ungi in fronte, quae sedes est pudoris, ne pudeat eos confiteri nomen Christi, neve aliquid pendendum committant, ob quod confundantur in die iudicii. Praeclare S. Augustinus hic: « Fidelis, inquit, est qui promisit, non te fallit, tantum tu noli deficere, sed exspecta promissorem; non enim novit fallere veritas, tu noli esse mendax, ut aliud profiteris, aliud agas. Tu serva fidem, et servabit ille pollicitationem; si autem non tu servaveris fidem, tu fraudasti, non ille qui promisit. » Et Eumenius: « Quid illustrius atque admirabilius esse unquam poterit, quam cum apud quem labores nostros relaturi sumus, apud eum cum fiducia id faciemus, nulloque pudore in adventu eius perfundemur? »

IN ADVENTU EJUS, — *et impiorum*, id est in apparitione, in manifestatione, in illustratione illius, cum scilicet gloriosus apparebit, erique iudex

omnium hominum. « Videmus enim nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem, » I *Corinth.* xiii, 12.

20. Si scitis (id est, quia scitis, vel cum scitis, quandoquidem scitis: ita Dionysius) QUONIAM JUSTUS EST (Christus iudex, de cuius adventu iam egi), SCITOTE QUONIAM ET OMNIS QUI FACIT IUSTITIAM, EX IPSO NATUS EST. — Dat modum et medium quo in die iudicii non confundamur coram Christo iudice, sed habeamus fiduciam, si nimirum faciamus iustitiam, id est opera iusta et sancta, quae Christo iusto iudici offeramus. Ne quis enim putaret solam fidem orthodoxam sufficere, ut docebat Simon Magus, et moderni haeretici, addit hic requiri quoque iustitia opera, g. d. Cum Christus futurus iudex non tantum qua Deus, sed et qua homo, sit justus autonomasticus, id est iustissimus et sanctissimus, tum in se, tum in ferenda sententia; utique amat eos qui sunt iusti, faciuntque opera iustitia, pro eisque feret sententiam iustam et salutiferam. Iudicis enim iusti est iudicare de operibus cuiusque, et bonis addicere premium, malis poenam. Qui ergo facit iustitiam, in die iudicii coram ipso non confundetur, sed habebit omnimodam fiduciam; quia iudici suo iusto similis, imo ex ipso natus est, hoc est, ipsius filius et haeres est. Quare non confundetur in eius adventu, sed fidenter eum exspectabit, certus se per eam fore hereditaria aeterna participem. Nam « si filii, et haeredes, haeredes quidem Dei, coheredes autem Christi, » *Rom.* viii, 17. Omnis enim iustitia nostra manna a iustitia, sanctitate et gratia Christi. « Iustitiam » hic non speciealem, sed generalem accipit, quae est complexio omnium virtutum, a qua iusti, sancti, Deo grati, amici et filii denominantur. Alludit ad illud *Evangelii* cap. i, vers. 12: « Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinebus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. » Porro nullum certius est argumentum, quod quis natus sit ex Deo, quam si factis et moribus Deum exprimat velut lineamentis. Notat primo Didymus dici, « qui facti » in presenti, non qui facti, aut facti, quia bona radix bonos dat fructus in presenti; quia ergo per iustitiam et gratiam ex Deo renascimur, et simus divinae consortes naturae, ut ait S. Petrus, II *epist.* cap. i, vers. 4, (realiter enim participamus Dei substantiam per gratiam supernaturalem et divinam, quae summa est participatio divinitatis): hinc pariter natiuitatem hanc et vitam divinam, per opera vitalia divina, puta per opera iustitiae, in presenti semper ostendere debemus. Sicut enim non est homo vivens, qui in presenti opera vite humanae non edit, puta qui non comedit, non ambulat, non respirat, non loquitur, non ratiocinatur: ita pariter non est justus, nec renatus aut vivens ex Deo, qui opera iusta et divina non edit, praesertim quia filii est imitari patrem. Cum ergo Deus justus

iustitiam ubique faciat, et nos ejus filii eandem ubique facere debemus.

Notat secundo, noster Salmeron, generationem hanc divinam similem esse generationi carnali et humanae. Sicut enim hae fit ex viro et femina, sic et illa quodammodo: Christus enim, qua homo, patiens parturit nos cum summo dolore; idem qua Deus agit et producit in nobis gratiam et iustitiam, per quam renascimur in filios Dei.

Notat tertio Eumenius, justos a Deo gigni, ut et ipso progignant et procreent alios sibi similes; « quippe cum justus, inquit, etiam justos procreat ac gignat, » uti homo generat hominem, bos bovem; et Didymus: « Operantem, ait, iustitiam commendat virtus, cum sit scilicet actualis: nullus itaque antequam faciat quae virtutis sunt, justus est, sed neque dum cessaverit operari; » intelligit in actu exercito, non signato.

Denique S. Augustinus iustitiam perfectam esse docet in angelis, inchoatam in hominibus: « In angelis sanctis, inquit, nullo lapsu aversis, nulla superbia cadentibus, sed manentibus semper in contemplatione Verbi, et nihil aliud dulce habentibus, nisi a quo creati sunt, in ipsis perfecta iustitia est; in nobis autem ex fide caput esse accendunt spiritum. » Et mox: « Initium iustitiae nostrae confessio peccatorum. Cogitasti non defendere peccatum tuum? jam inchoasti iustitiam; perficietur autem in te, quando nihil aliud facere

desectabit, quando absorbebitur mors in victoriam, quando nulla concupiscentia titillabit, quando non erit Inimicum cum carne et sanguine, quando erit corona victoriae, et triumphus de inimico. Tunc erit perfecta iustitia: modo adhuc pugnamus, si pugnemus, in stadio sumus, ferimus et ferimur; sed qui vincat, exspectat. Ille autem vincit, qui et quod ferit, de viribus suis non presurrit, sed de hortatore Deo. »

Insti ergo amulantur angelorum iustitiam, ut mentem ab omnibus terrae fecibus, ac amorem ab omnibus creaturis avellent, cum universum conferant in Creatorem, eum in omnibus tam prosperis, quam adversis amando, colendo, laudando, gratias agendo: ut eorum vox et vita, aeque ac crux et passio, non sit aliud quam continua et assidua Dei laus. Talis enim est vox et vita angelorum, de quibus ait Job, cap. xxxviii, vers. 7: « Ubi eras, cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei? »

Insuper Christiani ex Christo renati emulantur Christum, ac proinde: « loquantur ut oracula, vivant ut numina; » quia Christus ex Deo natus, et ex Virgine renatus, « locutus est ut os et oraculum Patris, ac vixit ut nomen, » ita hominum, etiam peccatorum, corda ferunt. convertent, gignentque Christo, instar S. Basilius, de quo scribit S. Gregorius Nazianzenus, orat. in ejus honore: « Sermo Basilius erat tonitru, quia vita eius erat fulgur. »

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Ostendit quam praestans sit nova ex Deo natiuitas et filiatio ea sine et mercede, qua est gloria aeterna, in qua similes ei erimus. Ad illam retinendam et hanc consequendam modum praescribit: Primum, studium sanctitatis et fugam peccati, quia qui natus est ex Deo, peccatum non facit; qui vero facit peccatum, ea diabolo est. Secundum, vers. 11, amorem fratrum, ut diligamus invicem non verbo, neque lingua, sed opere et veritate. Denique, vers. 20, docet horum omnium fructum, scilicet cum qui puro est corde, amatque fratres, ac Dei mandata custodit, omnia quae postulat a Deo, impetrare.

1. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. 2. Charissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. 3. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est. 4. Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas. 5. Et scitis quia ille apparuit ut peccata nostra tollerent, et peccatum in eo non est. 6. Omnis qui in eo manet, non peccat; et omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. 7. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, justus est, sicut et ille justus est. 8. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. 9. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam

ex Deo natus est. 10. In hoc manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli. Omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum. 11. Quoniam haec est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. 12. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera ejus maligna erant: fratris autem ejus justa. 13. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. 14. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. 15. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso manentem. 16. In hoc ergo cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit; et nos debemus pro fratribus animas ponere. 17. Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? 18. Filii mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate. 19. In hoc cognovimus quoniam ex veritate sumus, et in conspectu ejus studebimus corda nostra. 20. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, et novit omnia. 21. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. 22. Et quidquid petierimus accipiemus ab eo; quoniam mandata ejus custodimus, et ea, quae sunt placita coram eo, facimus. 23. Et hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine Filii ejus Jesu Christi, et diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. 24. Et qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in eo: et in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu, quem dedit nobis.

1. Videte qualem (græce *κατα*, id est quantum) charitatem dedit nobis (indignis, inimicis et peccatoribus) Pater; et filii Dei nominantur et similes. — Charitatem tunc activam, tunc ad amorem Dei qui nos mire amat, tunc passivam nobisque à Deo communicatam et infusam accipere, *q. d.* Videte quantum charitatem, benevolentiam et amorem nobis dedit, id est, prestitit et exhibuit Deus. Valde, *quantum diliget nos*, cum gratiam et charitatem creatam nobis dedit et infudit, qua filii Dei nominamur et sumus. Ex charitate enim Dei incepta manet charitas nostra creata, quasi radius a sole, rivulus a fonte, scintilla ab igne. Quos enim Deus amat charitate creata, eos facit sibi in amore respondere, sequi, redimere per charitatem creatam quam eis infudit. Charitas enim est amicitia, sive amor mutus inter Deum et justum, quocirca sicut deo, quasi Deo et creatori, nos quasi creatura debemus omnem honorem, religionem et latrum; eidem quasi domino nos quasi servi debemus timorem, reverentiam et obedientiam; sic eidem quasi Patri, summo summam debemus amorem, adeoque totum cor, totam voluntatem, totum affectum.

In fine capitis praecedentis dixerat S. Joannes eum qui facit justitiam ex Deo esse natum, ideoque esse Dei filium; hic illius nativitas et filiationis divinae excellentiam, fructum et premium docet et demonstrat, ut ex eo incitet fideles ad opera justitiae paulo ante nominata, quibus Deo se gratos dignosque filios exhibeant, atque hanc ejus filiationem conservent, ageant, et ad bra-

vium gloriae aeternae perducant. Pro videte S. Augustinus legit *« ecce, quasi admirando divinam charitatem extollat. »* Singula S. Joannis verba, si pensiter perpendantur, discantur et ponderentur, magnam habent emphasim, novosque amoris stimulos et ignes suggerunt.

Ex *« Patrem »* accipere totam S. Trinitatem, vel potius proprie personam Patris; licet enim tota S. Trinitas nobis dei gratiarum et charitatem, quae nos sibi in filios adoptat, idipsum tamen appropriat Patri, tum quia Patris est generare filios similes Christo Filio suo unigenito, juxta illud Evangelii S. Joannis, cap. iii, vers. 6: *« Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret; »* tum quia Patri appropriatur vocatio, electio, praedestinatio, cujus effectus est justificatio et filio. Porro versu S. Augustinus, *De Natura et Gratia*, cap. ultimum: *« Inchoata, ait, charitas inchoata justitia est; procreta charitas, procreta justitia est; perfecta charitas, perfecta justitia est. »* Et S. Dionysius, *Ecles. Hieror.*, part. I, cap. ii: *« Prima, ait, mentis ad divina motio et contentio Dei est charitas; sancta autem charitatis ad divina perficienda praecepta prima omnino progressio est illa ineffabilis operatio, quae divino habemus. Si enim divinus status divino cetero, et, ut ita dicam, generatione efficitur, profecto qui statum divinum non accipit, is nihil unquam coram quae a Deo tradita sunt, sciet, nec operabitur. »* Unde S. Cyrillus in cap. xiv Isaiae, et lib. XII Theosauri, cap. iii, charitatem vocat quae rectorem substantiam Dei, sanctificationem, reformationem, pulchritudinem et speciem animae.

Ut filii Dei nominemur (per adoptionem, sicut Christus est Filius Dei per generationem et nativitatem naturalem) et similes, — quia multi nominantur id quod non sunt; nos autem ita nominamur, ut revera simus pariter filii Dei. Audi S. Augustinus: *« Num qui vocatur et non sunt, quid illis prodest nomen, ubi res non est? Quam multi vocantur medici, qui curare non norunt? Quam multi vocantur vigiles, qui tota nocte dormiunt? Sic multi vocantur Christiani, et in rebus non inveniuntur; quia hoc quod vocantur non sunt, id est, in vita, in moribus, in fide, in spe, in charitate. Illic autem quid audistis, fratres? Ecce qualem dilectionem dedit nobis Pater, ut filii Dei vocemur et simus. »* Hoc est quod ait Paulus: *« Misit Deus spiritum Filii sui in corda nostra clamantem: Abba Pater, » Galat. iv, 6.*

Nolent haec Novantes, qui censent nos revera et intrinsece justos non esse ob inherentem semper concupiscentiam, sed tantum ita nominari propter justitiam Christi nobis imputatam, contra quos ait Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. vii: *« Simus in multis Graecis codicibus deest, tuncque includitur in nominemur; quae enim a Deo nominantur, revera talia sunt, imo efficiuntur a Deo, qualis nominantur. Si enim rex vocando aliquem nobilem, Magnatem, Principem, Ducem, hoc ipso facit eum nobilem, Magnatem, etc.: multo magis idem facit Deus, qui dona realia gratis iis quos filios nominat, infundit, quibus hoc nomine digni efficiantur: quod nequit facere rex. Unde Syrus verit, qui vocat nos, filios efficit. Sicut enim Deus Pater generando Filium, et communicat ipsissimam suam naturam et divinitatem, sic nos ex carne natos per spiritum regenerando, divinitatis suae participationem summam nobis communicat per gratiam, facitque divinae consortes naturae, ut ait S. Petrus et Psaltes: « Ego dixi, dilis estis, et filii Excelsi omnes. » Psalms. lxxxv, 6. Quare hoc ipso nos facit quasi deos, et similes Filio suo. »* Ilujus gratia Deus est quisque Sanctorum, *»* ait S. Basiliius, hom. De Spiritu Sancto. Sicut ergo Deus est sanctus per essentiam, sic justus a Deo gemitus participat hanc ejus sanctitatem, ceteraque omnia Dei attributa. Fit enim quasi omnipotens, ut cum Paulo omnia possit in Deo qui eum confortat, *Philipp. iv, 13.* Fit immutabilis, ut Deo inherens nullis promissis, vel rebus a recto dimoveri se sinat. Fit celestis, ut coelestia concupiscentia punctum hoc terrae deserat. Fit quasi impeccabilis, quia quoad in gratia persistit, peccare nequit, de quo vers. 9. Fit optimus, quia charitatis viscera et beneficentiae radios, quasi sol quidam salutaris ad omnes extendit. Fit quasi omniscius, quia theodidactus: unctio enim Dei eum docet de omnibus, ut ait Joannes, cap. ii, vers. 27. Fit imperturbabilis, quia super omnes mundi saeculique vicissitudines mentem in Deo defixit. Fit liberalis, ut nulli videat, sed ut omnium

commoda quasi sum promoveat. Ardēt charitate, ut amulis reddat bona per malis, itaque ex inimicis amicos efficiat. Fit rectus, patiens, constans, equanimis, prudens, fortis, sincerus, quia talis est Deus Pater ejus. Vide S. Thomam, *Opus. lxxi*, si tamen ipse ejus est auctor: nam stylus alium indicat. Hoc est quod ait S. Jacobus, cap. i, vers. 18: *« Volenter genui nos verbo veritatis, ut simus initium a quo creaturae ejus. »* Et Osee, cap. i, vers. 10: *« Et erit in loco ubi dicitur eis: Non populus meus vos; dicitur eis: Filii Dei viventis. »* Vide utrobique dicta.

Ex dietis sequitur nos per justificationem fieri filios Dei tripliciter, scilicet in praeteritum, praesens et futurum. In praeteritum, per generationem spirituales, qua, ut ait Jacobus, *« genui nos verbo veritatis; »* et S. Petrus, *epist. ii, cap. i, vers. 4: « Ut simus divinae consortes naturae; »* et S. Joannes in *Evangelio*, cap. i, vers. 12: *« Dedit eis potestatem filios Dei fieri; »* et haec *epist.*, cap. iv, vers. 4: *« Vos ex Deo estis, filii; »* et vers. 6: *« Nos ex Deo sumus; »* et cap. v, vers. 18: *« Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum. »* Porro haec generatio fit non tantum per gratiam, sed etiam per ipsam deitatem, quae realiter nobis quasi filii a Deo Patre communicatur, ut dixi II Petri i, 4.

Secundo, simus filii in praesens, per paternam curam; quia Deus quasi pater nos ut filios amat, regit et format, perficit, dirigit, tuetur, juxta illud *Psal. lvi*: *« Lacta cogitatum tuum (Hebraice sarcinam tuam, pondus tuum) in domum, et ipse te nutriet, »* hebraice *sustentabit te; et haec epist.*, cap. v, vers. 15: *« Scimus quia audit nos quidquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. »* *Luce* cap. xii, 7: *« Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. »* Quae mater filii amat filium, ut capillos ejus omnes numeret, conservet, restitua? Id tamen facit Deus: ergo plus quam mater nos curat. *« Quid »* ergo *« times, o homo, in sinu Dei, »* ait S. Augustinus, qui tibi pater est et mater? Vere B. Theodorius in *Vitis Patri*: *« Etiam si, inquit, oculum ruit in terram, Theodorius non timet, »* scilicet: *« Etiam si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinae. »*

Tertio, in futurum per hereditatem caelestem, quam nobis quasi filii dabit, ut simus heredes Dei, et coheredes Christi, juxta illud: *« Dominus pars hereditatis meae et calicis mei, tu es qui restitues hereditatem meam mihi, »* *Psalm. xv, 8.*

Sic Gentiles jactabant se a Jove vel diis genitos, sed falso: de qua re S. Augustinus, lib. III De Civitate, cap. iv: *« Varro, inquit, ubi esse civitatis dicit, ut se viri fortes etiam falsum sit, ex diis genitos esse credant: ut eo modo animus humanus velut divinae stirpis fiduciam patens, res magnas aggreddens presumat audacius, agit vehementius, et ob hoc implet ipsa recurrebat*

feliciter. » Sic Scipio nunquam elevari illam hominum existimationem voluit, quod divino semine ortus esset; et apud Lucianum *Dialog. Biogenis*, Alexander utilis sibi ad res gerendas dicit fuisse, quod filius Jovis Ammonis sit habitus. Timebatur enim, nec aliquis repugnare ei audebat, nempe quem crederent Deum. Sic Romulus ex Marte genitum, Iulium Casarem ex Venere finxerunt. Verum Christiani gloriantur se esse filios Dei, et vere sunt filii Dei, ideoque quo verior, eo acrior hic eis debet esse stimulus ad omnem virtutem, et ad heroicam, imo divinam opera. Audi S. Cyrilianum, lib. *De Spectac.*: « Nunquam humanam opera mirabitur, quisquis se cognoverit filium Dei; deiecit se de admittens generositatis, qui admirari aliqum post Deum potest. » Cum ergo sollicitat te caro, responde: « Filius Dei sum. Ad majora natus sum, quam ut me ventris mancipium efficiam. » Cum te tentat mundus, cum autem et opes ostentat, responde: « Dei sum filius, caelestibus opibus destinatus; indignum ergo est ut terre ubi nati sumus punctum coequet. » Cum te demon invadit, cum honores et pompas promittit, responde: « Vade, Satan, in gehennam; absit ut filium me efficiam diaboli, qui filius et haeres sum Dei. Regno aeterno natus, omnem terre honorem pompamque velut fumum calos et pedibus prece. » Dei filius es: ergo magna, ardua et divina opera, modico tempore vite quod tibi restat, et forte modicis haeris, mente destina, quia Christus, quia Sancti pariter vocaris a Deo ad statum perfectionis; vocaris ad vitam pro salute animarum impendendam, vocaris ad Iapones et Indos, vocaris ad erubescere, ad martyrium. Vocantur pariter offer, uti docet filium suum Patri. Ita nosse P. Balthasar Alvarez, uti refert Ludovicus de Ponte, in ejus Vita, hunc sibi suisque monitorem stimulum jugiter adhibebat: « Noli degenerare a praecedis cogitationibus filiorum Dei. »

PROPTER QUO MUNDUS NON NOUIT NOS (Cajetanus, Yulabius et Isidorus legunt eis; sed Graeca, Syrus, S. Augustinus et Latinus legunt nos), quia non noverit nos. — q. d. Ideo homines mundani et gentiles non estimant, imo parvi pendunt et despiciunt hanc Christianorum ex Deo regenerationem et filiationem, quia Deum non noverunt saltem practice, quia Deum non colunt, non amant; multi etiam Deum non norunt speculative, ut athei, idololatri, Pagani, etc. « Nesciunt, ait S. Chrysostomus, 1. in *Jean*, qui nos contumelia afficiunt, quales simus, utpote qui oculi cives, et supernae patriae ascripti, et Eborubim socii sumus. Sciunt autem in die iudicii, cum stupentes et gementes dicent: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum et in similitudinem inproperii. Nos insensati, vitam illorum estimabamus insaniam, et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. » *Septent.* v, 4.

2. CHARISSEI, NUNC FILII DEI SUMUS, ET NONDUM APPARET QUO ERIMUS (erimus autem Deo similes; unde subdit): SCIMUS AUTEM QUONIAM CUM APPAREBIT (Syrus, cum ipse revelatus fuerit), SIMILES ERIMUS. — « Similes ei, » scilicet Deo, non natura, sed qualitate, felicitate, gloria aeterna, q. d. Mundus non novit nos, quia non videt internum nostrum decorem; sed videbit cum in die iudicii, tuncque noscet nos, sed sero, quia tunc non erimus amplius obscari, viles, despecti, sed splendidi; quia similes erimus Deo et Christo, puta erimus perfecte sancti, justi, puri, amantes Deum, quia erimus beati, gloriosi, divini; et sicut Deus se videt, eaque visione fruatur et beatur; ita et mens nostra videbit eum sicut est, et omnia que in eo formaliter sunt, hacque visione fruatur et beabitur in aeternum, eaque perficietur nostra filiatio et adoptio, quia ut filii Dei gloriam, hereditatem et felicitatem Dei adipiscimur.

Nota: Similitudo Dei in nobis est triplex. *Primo* per naturam; sumus enim nature rationalis et intelligentis, sicut Deus est rationalis et intelligens. *Secundo* per gratiam, quia, ut ait S. Bernardus ad *Frates de monte Dei*, in virtutibus consistit, in qua animus virtutis magnitudine summi hunc quasi imitari possit magnitudinem, et perseverantiam in bono constantiam aeternitatis ejus incommutabilitatem. »

Tertia similitudo Dei summa et perfectissima in nobis erit in caelo per gloriam beatificam, in qua, ait S. Bernardus, a fit homo cum Deo unus spiritus, non tantum unitate volendi, sed expressiore quadam unitate virtutis aliud velle non valendi. »

Haec ergo tertia similitudo de qua loquitur S. Joannes, consistit in gloria et felicitate caelesti, quae, ut docent communiter Theologi, consistit in visione Dei unius in essentia, et tria in personis, per lumen gloriae. Unde *si similes* explicans S. Joannes subdit: « Quoniam videbitur cum sicut est. » Quocirca (Cecumenius hanc Dei similitudinem ponit in adoptionis charitate et gloria, juxta illud *Psal.* xv, 11: « Satisfabor cum apparuerit gloria tua. » Et *Psal.* xlvii, 9: « Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutem, in civitate Dei nostri. » Et *Psal.* xxvi, 4: « Unam petii, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae, ut videam voluptatem Domini. » Et *Psal.* xxxv, vers. 10: « Domine, apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbitur lumen. » Et Paulus, I *Corinth.* xiii, 12: « Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. » Hinc Scholasticus, I *part.*, *Quaest.* XII, docent Beatos videre ipsam Dei essentiam in se, ejusque tres personas et attributa omnia: Beati enim per visionem Deum possident, erumque quasi intra se trahunt, indeque surgunt omne bonum. Unde S. Augustinus, lib. *De Cognit. verae vite*, in fine: « Talis, ait, visio, et talis gloria regnum colorum dicitur, quia soli oculi, id est

Justi hac visione fruuntur, quorum primum summum bonum est, in quo habent plenum gaudium de plenitudine omnium bonorum. »

Rursum dum videt Deum, ejus speciem in mente sibi efformat, puta verbum mentis quod plane Deo est simile, Deumque eis refert et representat. Unde S. Augustinus in *Enchirid.* cap. 11: « Cum autem, ait, initio fidei quae per dilectionem operatur, imbuta mens fuerit, tendit bene vivendo etiam ad speciem pervenire, ubi est sanctus et perfectus cordibus nota et ineffabilis pulchritudo, utis plena visio est summa felicitas. » Hinc rursum Beati similes Deo erunt, quia participabunt beatam ejus aeternitatem, eruntque felicitate aeterna, sicut illa felicitate aeterna est, uti explicat S. Gregorius, homil. 2 in *Ezechiel.*, et Evaristus Papa, *epistola* 1, et noster Vasquez I *part.*, *Quaest.* XII.

Ex hac similitudine gloriae et visionis Dei quae erit in intellectu, sequitur altera in voluntate, nimirum perfectus amor Dei visi et possessi. Unde S. Fulgentius ad Petrandum Diacon., *Quaest.* III: « Similes ei erimus, inquit, imitatione justitiae. » Nam hic Dei amor non tantum excludet omne peccatum etiam levissimum, sed et totum hominem rapit in Deum, ut diligit eum ex toto corde, tota mente, tota anima et omni fortitudine ac viribus suis, ita ut nil diligit aut diligere velit vel possit, nisi Deum propter se, et cetera omnia propter Deum. Sicut enim Deus ita diligit seipsum, ut alio mentem et amorem dextere nequeat; sic et Beati Deum, utpote pulcherrimum, optimam, juvenissimum, et omnibus bonis circumlatissimum, ita diligit, ut mentem alio avocare nequeat: inde fiunt non tantum impecabiles, sed et immobiles a Deo, Deique contemplatione et amore. Unde S. Augustinus in *Confess.*: « Cum, ait, inhaerero tibi ex omni me, nusquam erit mihi dolor aut labor: viva erit vita mea tota plena te; nunc autem quoniam plenus tui non sum, oneri mihi sum. »

Porro hic amor idem semper durabit in omnem aeternitatem, ideoque Beatos jugiter accendat ad Dei laudes. Unde S. Augustinus, serm. 118 *De Dicitis*, cap. 7: « Jam similes illi quando delictum, quo avertimus? Securi ergo sumus, fratres, non nos satiabitis laus Dei: si deficiat ab amore, deficiat a laude: si autem amor sempiternus erit, quam satiabitis illa pulchritudo erit, non timere ne non possis semper laudare, quem semper poteris amare. » *Tertio*, ex hac gloria et visione sequuntur omnes dotes animae et corporis, similes dotes animae et corporis Christi gloriosi: in anima enim erit summa pax, summa concordia, summa harmonia potentiarum, virium et actionum omnium.

In corpore erit impassibilitas, claritas, subtilitas, agilitas, teste S. Paulo I *Corinth.* xv, 42. Unde Tertullianus, *De Resurrect.* cap. xx, ait: Similes ei erimus, scilicet quoad resurrectionem et im-

mortalitatem corporis: erimus ergo similes ei, hoc est, erimus quasi Dii. Sicut enim sol in nube traheens efficit parvulum, ut videatur esse novus, secundus et tertius sol: ita Deitas in Beatorum anima et corpore traheens, efficit tot quasi Deos, quot erunt Beati. Quanta felicitas, quanta gloria erit videre tot quasi angelos, imo tot quasi Deos quot erunt Sancti in caelo? S. Joanni consonat S. Paulus *Coloss.* iii, 3: « Mortui, inquit, estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria; » et I *Corinth.* xv, 43: « Primus homo (Adam) de terra terrenus, secundus homo (Christus) de caelo caelestis, quales terrenus, tales et terreni: et quales caelestis, tales et caelestes. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis. » Et *Philipp.* iii, 21: « Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae; » et II *Corinth.* iii, 18: « Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a homini spiritui; » et *Rom.* vi, 3: « Si enim complurati sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus; » et *Rom.* viii, 29: « Quos prescivit et predestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipsa primogenitus in multis fratribus. » etc.

QUONIAM VIDEBITUR CUM, — scilicet Deum, qui processit, et Christum: Christum enim quasi dilectum suum toto corde et ore gerabat S. Joannes: videbitur ergo Dei essentiam, « sicuti est » in se, uti docent Scholastici I *part.*, *Quaest.* XII.

Rursum videbitur Christum hominem et carne indolentem, « sicuti est, » id est sicut circummictus est glorioso corporis decore et specie. Ita Baltharminus, lib. I *De Beatitud.* *Sanct.*, cap. iii; Gregorius de Valentia, I *ii*, dispat. I *De Beatitud.*, *quaest.* IV, puncto 2, et alii.

Rursum, videbitur eum sicuti est; « id est non per speculum durabit in omnem aeternitatem, sed facie ad faciem: in hac enim vita non videbitur Deum sicuti est, sed sicut propter nostram dispensationem factus est, sicut videmus carne assumptum, passum et crucifixum, ait S. Augustinus et Origenes, homil. 6 in *Genes.*, et S. Gregorius, hom. 2 in *Ezech.*

3. ET OMNIS QUI HABET HANC SPEM IN EO, SANCTIFICAT SE, Sicut et ille sanctus est. — Dixit S. Joannes nos in futura vita similes fore Christo et Deo, quia videbitur eum sicuti est; nunc modum illi assequendi suggerit, scilicet: primo, spem locare in Deo; Dei enim est dare gratiam, quae nos ad rem tam arduam, qualis est similitudo Dei, perducat. « Fiduciam sperantium misericordia Dei est, » ait S. Prosper in *Psal.* cxxx. *Secundo*, studere sanctitati. Neque enim sufficit spem locare in Deo, nisi et ipse nunciam admoveas operi. Deoque col-labores: nemo enim in caelo erit Christo similis, qui in terra ei moribus fuit dissimilis. Ut ergo e-

similes sinus in gloria, conñiti debemus ut similes ei sinus in sanctitate, virtute et gratia, puta in amore, labore, cruce et dolore, juxta illud: « Si tamen compatimur, ut et conglorificemur. » *Roman.* cap. viii. 17; et: « Sine sanctimonia nemo videbit Deum. » *Hebr.* xii. 14; scriptum est enim: « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, » *Matth.* v. 8. Palchre S. Augustinus, *De Cognit. verae vitæ*, in fine: « Ad hoc summum bonum, ait, justi quadam catena trahuntur, quæ de virtutibus hoc modo connectitur. In primis fides animam quasi quidam circulus complectitur, fides spe nutritur, spes dilectione tenetur, dilectio operatione expletur, operatio ad summum bonum intentione trahitur, intentio boni perseverantia clauditur, perseverantia Deus fons omnium bonorum dabitur. »

SANCTIFICATIO SE. — *Syriaci textus*, id est *sanctificatio seipsum*, ut legit S. Augustinus, Didymus, Clemens, Eusebius et alii; Tigrina, *purificatio seipsum*; alii, *hæreticæ, expulsi seipsum*. Putant nonnulli quod noster Interpres legenti *ἑαυτοῦ*, id est *sanctificatio*: verum non est necesse eo confugere. Doctæ enim interpres *ἑαυτοῦ*, id est *purificatio, veritatis sanctificatio*, quia « sanctitas, ut ait S. Dionysius, *De Divin. Nom.* cap. xii, est omni iniquitatione libera, incontaminatissima et perfectissima puritas. » Unde castitas, et præsertim virginitas, vocatur sanctitas, juxta illud Apostoli, *I. Corinth.* cap. vii. vers. 24: « Mulier inupta et virgo cogitata quæ Domini sunt, ut sit sancta et corpora et spiritum. » Talibus enim a Christo datur certa spes visionis Dei, juxta illud: « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. »

Vera ergo hominum sanctitas consistit in emundatione peccatorum; et eradicatione vitiorum, juxta illud S. Pauli: « Qui emundaverit se ab his, erit vas in honorem sanctificationum, et utile Domino, et ad omne opus bonum paratum, » *II. Timoth.* ii. 21.

Porro, hæc emundatio vitiorum fit per institutionem et exercitium contrarium virtutum, puta superbie, per humiliationem et humilitatem; libidinis, per carnis mortificationem et castitatem; impatientiam, per patientiam; intemperantiam, per temperantiam; odii, per charitatem, etc. Quare sanctitas non est aliud quam humilitas, castitas, patientia, temperantia, charitas ceteraque virtutes, quibus anima sanctificatur, Deoque quasi dicatur et consecratur. Sanctum enim dicitur, quasi sanguine sanctum, id est dicitur et oblatum Deo. Unde aliqui sic exponunt: « sanctificatio se, » id est offert, dicit, consecrat se Deo, ut faciat sacerdotes et Religiosos. Simili enim modo, licet imperfecti, fideles omnes in baptismo unguuntur et consecrantur Deo, sicutque regale sacerdotium, id est, reges et sacerdotes mystici, ut dixi *I. Petri* ii. 9. Sic Christus ait: « Pro eis ego sanctifico meipsum, » id est, in sanctam victimam me offero, « ut sint et ipsi sanctificati in

veritate, » justificati scilicet, Deoque deputati et dicit, *Joan.* xvii. 19.

Denique S. Gregorius Nazianzenus, *Lambeco xv*: « Quid, ait, est sanctitas? Cum Deo consuescere. » Et S. Bernardus, *lib. V. De Consider.*, cap. xiv: « Sanctum, inquit, facit affectio sancta, et ipsa gemina, timor Domini et sanctus amor. Ille perfæcte affecta anima, velut quibusdam duobus brachiis suis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet et ait: Teni eum, nec dimittam. » Idem, *serm.* 25 inter parvos: « Tria, ait, sunt quo sanctum faciunt hominem, victus sobrius, actus justus, si socialiter, si obedienter, id est caste, charitative, humiliter vixerimus. Per continentiam enim castitas, per socialitatem charitas, per obedientiam humilitas acquiritur. Et hæc est virtus quæ animam perfecte Deo subditam, sub umbra alarum ipsius secure facit vivere. Actus justus erit, si fuerit rectus, discretus, fructuosus. Justus per bonam intentionem, discretus per mensuram possibilitatis, fructuosus per utilitatem proximorum. Sensus pius erit, si fides nostra Deum sentit summe potentem, summe sapientem, summe bonum: ut per ejus potentiam, nostram credamus adjuvari infirmitatem; per ejus sapientiam, nostram etiam corrigi ignorantiam; per ejus bonitatem, nostram credamus dilui iniquitatem. Tria sunt quæ mortem sanctorum faciunt prelosum: quæ a labore, gaudium de novitate, securitas de æternitate. »

SICUT ET ILLE SANCTUS EST. — Alludit Joannes, imo citat illud *Levit.* cap. xvi: « Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus. » Vide dicta ibidem, et *Levit.* cap. xxvii, xxviii. Magnam a fidelibus sanctitatem requirit S. Joannes, in mirum quæ similis sit sanctitati Dei et Christi, ac proinde ut in dies studeant magis sanctificari, magisque in sanctitate facere progressus, ut hæc ratione quotidie similiores Christo, ejusque sanctitati efficiantur. Idem sanxit Christus, dicens: « Estote vos perfecti, sicut et Pater vester cælestis perfectus est, » *Matth.* v. 48.

Quisquis ergo satagis esse sanctus, ob oculorum exemplar tue sanctitatis, ac cœditare jugiter vitam et passionem Christi Domini, eamque imitare, ac factis et moribus exprime. Audi S. Ambrosium, *lib. De Isaac*, cap. viii: « Exuat unusquisque animam suam involucribus quotidianis, et quasi aurum igne approbat detersam luto: sic enim purgatur anima velut aurum optimum; pulchritudo autem anime sincera virtus et decor, verior cognitio superiorum, ut videat illud bonum, ex quo pendet omnia, ipsum autem ex nullo. » S. Gregorius autem Nazianzenus ad hoc ipsum nos excitans, ait: « Imaginis deus imaginem reddamus, dignitatem nostram agnoscamus, exemplar nostrum honore prosequamur, mysterii vim intelligamus, et pro quo Christus morte functus est: sinus ut Christus, quoniam

Christus quoque sicut nos. Efficiamur illi propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos homo. » Idem Nazianzenus, *orat.* 6, de Deo loquens: « Neque enim purus, ait, tanto in prelio quidquam habet, quam puritatem aut purgationem. »

4. OMNIS QUI FACIT PECCATUM, ET (id est etiam) INIQUITATEM FACIT; ET (id est quia) PECCATUM EST INIQUITAS. — « Quia quisquam peccat, contrarius regulæ divine legis peccando existit, » ait Beda. Probat fideles se debere sanctificare, ut assimilentur Christo, qui est Sanctus sanctorum, a contrario, quia scilicet peccatum quod est contrarium, non est aliud quam iniquitas, græce *ἀνομία*, id est legis divine prævaricatio; ac proinde nos plane Deo dissimiles, diiformes et exosos reddit; loquitur propria de peccato perfecto, puta mortifero. Unde S. Augustinus, *XXII. Contra Faustum*, *XXVII.* peccatum ita definit: « Est dictum, factum vel inceptum contra legem æternam. » Et S. Ambrosius, *lib. De Paradiso*, cap. viii: « Quid aliud, inquit, est peccatum nisi divine legis transgressio, ac cœlestium inobediencia mandatorum? Idem significat vox *iniquitas*, id est, recessus ab æquitate, quam lex prescribit. Simili modo peccatum dicitur iniustitia, quia contrarium justitiae, id est justo, æquo et recto. Hoc ergo est *ἀνομία*, id est *illegitimum*, ex lex, irregulare, devians a lege et regulâ. Hinc patet apud S. Joannem peccatum idem esse quod iniquitatem, licet in vulgari usu loquendi plus et pejus quid significet iniquitas, quam peccatum, ut docet S. Gregorius, *XI. Moral.*, *XXI* vel *XXIII.* Esto S. Ambrosius, *Apology. David.*, cap. xiii, secus existimet, putetque plus sonare peccatum quam iniquitatem; quia « peccatum, inquit, est opus iniquitatis; iniquitas autem operatrix culpæ aut delicti. »

Porro omne peccatum, etiam contra legem humanam committitur, puta civilem vel Ecclesiasticam commissum, est contra Deum, quia est contra legem Dei æternam: ab hæc enim omnis lex positiva et humana, quasi rivulus a fonte derivatur et descendit: lex enim æterna, ait S. Thomas, *I. II. Quæst.* *XCI.* art. *I.* est summa ratio in mente divina existens, secundum quam dicitur omnes creaturarum actiones et motus in suos fines. Sicut enim in Deo est ratio rerum creandarum, quæ dicitur idea: ita etiam est ratio rerum uberrandarum, quæ dicitur lex æterna. Et sicut ratio rerum creandarum non est aliud quam conceptus divina mentis, quo concipit rem, et judicat quomodo illa sit faciendâ: ita hæc ratio quæ est lex æterna, non est aliud quam conceptus ille, quo concipit et judicat quomodo qualibet creatura debeat suas functiones obire, adjuncta simul voluntate eam obligandi, vel imprimendi inclinationem ad eam regulam sequendam.

5. ET SCITIS QUIA ILLE APPARUIT UT PECCATA NOSTRA TOLLERET. — « Ille, » scilicet summus rerum opifex, summe venerandus, colendus et aman-

dus, puta Christus Dei Filius, quem toto corde et ore gero, cœterisque omnes gerere debent, quam summi Creatorem et redemptorem. Sic Moses Deum vocat « illum qui est, » *Exod.* iii. 14. Et Pythagoras apud suos tantæ erat venerationis et auctoritatis; ut cum de questione quoniam contenderebat ejus discipuli, dum claretur sententia Pythagore, quasi magistri irrefragabilis, omnes dicerent *aitis*; ipse, scilicet Pythagoras, *dicit*; ergo id acquiescendum est, ac proinde essent omnes disputationes et rationes. Porro Christus tollit peccata, quia, ut ait Beda: « Tollit dimittendo quæ facta sunt, et adjuvando ne fiant, et perdundo ad vitam ubi omnino fieri non possunt. »

Pro tolleret græco est *ἀπέβα*, syriace *ܐܘܒܐܢܐܘܨܐ*, quorum utrumque tam *portare*, quam *auferre* significat: et utrumque huic loco convenit. Christus enim ita peccata nostra abstrulit, ut ea in se lucida suscepit, itaque penam eis debitam portavit. Alledit, imo citat *Isai.* lvi. 4: « Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, » ubi hebraice est idem *ܐܘܒܐܢܐܘܨܐ*; et vers. 6: « Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum; » et vers. 11: « Justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit. » Ad Isaiam alludens S. Joannes Baptista videns Christum de eo dixit: « Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, » *Joan.* i. 9. Hæc quoque respicit hic homo hominum noster S. Joannes. Anstrophia S. Joannis est illa S. Petri sententia, *epist.* i. cap. ii. vers. 24: « Peccata nostra ipse portavit in corpore suo super lignum; » et illa S. Pauli: « Quem proposuit Deus propitiationem (propitiatorum) per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum. »

Moraliter, discite hinc quomodo grave malum sit peccatum, utpote ad quod tollendum Christus a celo in terram et carnem descendit, imo passus et crucifixus sit, ut nos item facere doceret, ut scilicet pro abolendis peccatis et convertendis peccatoribus omnes labores, peregrinationes, dolores, penas et cruceis libenter subeant. « Non sanæ, ait Eusebius, peccandi vobis locus ullus relinquatur; cum enim Christus ad peccatum destruendum advenit, quippe qui peccati omnis prorsus fuerit immunitus, vobis qui in ipso estis nati et fide in ipsum confirmati, peccare amplius non licet. » Oportet ergo quemlibet ætalem satagere ut abolet in aliis, æque ac in seipso omnia peccatum, ut destruat opus diaboli, eo studio (imo longe majori) quo venatores destruant semina serpentum, ova accipitrum, catulos luporum.

ET PECCATUM IN EO NON EST. — « Et, » id est quia, *g. d.* Ideo Christus potens et idoneus fuit tollere peccatum, quia carebat omni peccato, imo potestate peccandi. Erat enim ipse naturaliter impeccabilis ob unionem hypostaticam; per hæc etiam divina Verbi persona Christi humanitati ita assis-

tebat, ut illam per omnes actiones dirigeret, ne vel in minima offenderet: alloqui enim offensa et peccatum reddidisset in ipsam personam Verbi (quod est impossibile), tum quia actiones sunt personae sive suppositi, tum quia persona tenetur naturam quam sustentat, regere et gubernare, ne peccet. Denique « Christi voluntas cum tota deificata sit, Deo procul dubio non adversatur, » ait S. Gregorius Nazianzenus, *orat.* 36. Et S. Cyrillus, *De fidei fide ad Theodosium*, docet Verbum animam Christi sua sanctitate et immutabilitate plene imbuisse, sicut vellus imbuatur colore quo tingitur. « Sicut ergo, inquit, caro postquam Verbi omnia vivificans caro effecta est, quod peccatum non novit, e vestigio statum firmum ac omnibus modis stabilem, peccatoque quod olim tyrannidem in nos exercebat, multis partibus potentiores nacta est. » Citat S. Joannes *Intram* cap. III, vers. 9: « Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. » Nam, ut ait S. Paulus, *Hebr.* VII, 26: « Talis decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior oculis factus. » Quia, ut ait S. Augustinus hic, « in quo non est peccatum, ipse tenet auferre peccatum; » nam si esset et in illo peccatum, auferendum esset illi, non auferret.

6. OMNIS QUI IN EO MANET, NON PECCAT. — in sensu composito, quamdiu scilicet in Christo et Christi gratia manet, quamdiu ductum gratiae sequitur, quia gratia et peccatum sunt contraria, quae magis sibi se pugnant, quam calor et frigus, albedo et nigredo; et quia Christi gratia roborat hominem ad vincendum omne peccatum. Porro in Christo manet, ait Origenes, « qui nulla intermissione facta virtutes exercet, et nunquam ab operatione ipsarum desistit. »

ET OMNIS QUI PECCAT, NON VIDIT EUM, NEC COGNOVIT EUM. — « Non vidit, » scilicet Christum, quoad humanitatem; « non cognovit » eundem, per fidem quoad deitatem, ait Glossa. Verum hoc subtilius est. Idem ergo est « non vidit, » quod « nec cognovit; » qui enim peccat, non cognoscit Christum, scilicet praesens, quia praesens non considerat immensum Christi amorem, redemptionem, beneficia ac premia gloriae aeternae justis promissa, et poenas peccatoribus ab eo preparatas in gehenna: si enim hoc attente consideraret, utique non peccaret; unde S. Basilus in *Moral.*, Regula 80, in fine: « Quid proprium, ait, Christiani? Providere Dominum in conspectu suo semper. »

Rursum qui peccat non novit Christum, notitia scilicet sapida et affectuosa, quae conjuncta est cum amore et charitate. « Non novit » ergo, id est, non amat Christum, non illi esse gratus sagit, non illi placere contendit. Si enim Christum vere amaret, ingruentis quavis tentatione cum Paulo diceret: « Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia? etc. Certus sum quia neque mors, neque vita, » etc. *Rom.* VIII; et

cum Sponsa, *Cant.* VIII: « Aque multae non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. » Ita passim S. Joannes haec epist. accipit: « cognoscere praesens, pro amare, aestimare, afflicti. »

Audi Bedam: « Omnis ergo, inquit, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum; si enim gustasset et vidisset quam suavis est Dominus, nequaquam se peccando a videnda ejus gloria segregaret: et in quantum justae memoriae abundantiae suavitatis ejus eructant, et justitiam ejus exallant, in tantum se a peccatis abstinendo, justitiae ejus incommutabili et incomparabili concordare satagunt. » Optime vero hoc loco Didymus: « Omnis, ait, qui peccat, factus extraneus Christi, non habet participium, nec scientiam ejus. Nam cum dicit: Non videt eum, significat quod participium non habet ejus; cui rei consequens est, ut neque scientiam internam ejus habere videatur. »

7. FILII, NEMO VOS SEDUCAT. — *g. d.* Non vos seducat Simon, non Gnostici, qui docent sola fide hominem justificari, nec requiri ad justitiam bona opera; quare posse quemlibet esse justum, et simul indulgere suis cupiditatibus, et impure vivere: has enim non offensa justitiae, dummodo fidem retineat; quocirca Christianos libertate a Christo donatos, libere posse vivere et facere quidquid lubet. Contra hanc enim haeresim Epistolae suas scripserant S. Petrus, Joannes et Jacobus: unde contra eam docent justificari nos non ex sola fide, sed et ex operibus. Hinc subdit S. Joannes:

QUI FACIT (non qui credit) JUSTITIAM, JUSTUS EST. — Nota, non ait: Qui facit opera justa, sed, « qui facit justitiam; » peccatores enim et poenitentes faciunt aliqua opera justa, et tamen non sunt justi (nisi dispositive et inchoative, quia scilicet disponunt se ad justitiam, ad eamque tendunt), quia non faciunt justitiam, scilicet plenam et integram, quia non faciunt omnia a lege Dei praescripta: legem enim Dei plene implere nemo potest, nisi per gratiam et charitatem, quam solus habet justus. Nam, ut ait S. Jacobus, cap. II, vers. 10: « Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus: » vide ibi dicta.

Secundo, opponit hic S. Joannes natos ex Deo, ut dixit cap. II, vers. 29, natis ex diabolo, puta filios Dei filios diaboli, sive justos injustis, in eo quod justus faciat opera Dei, puta opera justitiae et sanctitatis; per justitiam enim hic generalem accipit, quae est complexio omnium virtutum, sive omnis virtus, ut ait Nyssenus, *lib. De beatitudine*; injustus vero facit opera diaboli, puta opera injustitiae et iniquitatis, sive peccata.

Tertio, « qui facit justitiam, justus est, » tum quia opera justitiae quae facti, indiciunt eum esse justum: manant enim ex habitu justitiae et charitatis, quo ille a Deo donatus est, cum ex re reatus est; tum quia opera justitiae ejus augmentum promerentur, faciuntque magis justum; tum

quia justus est continuo excoere se in operibus justitiae, si justitiam acceptam retinere et augere velit. Agitur enim hic non de infusione, sed de exercitatione justitiae, ait Thomas Anglicus.

Moraliter ergo docet S. Joannes, justum debere se assidue exercere et crescere in operibus justitiae et virtutis, ejusque augenda perpetuum debere habere studium et conatum instar sponsae, de qua dicitur *Cantic.* IV: « Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? » et *Proverb.* IV: « Justorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectum diem. » Vere S. Augustinus in hac epistola, *tract.* 4: « Tota vita Christiani boni, inquit, sanctum est desiderium. » Ita faciebat S. Paulus, dum ait: « Quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quae sunt priora extingens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis, » *Philipp.* III, 14. Et de sanctis animalibus ait *Ezech.* I, 12: « Unumquodque eorum eorum facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illic gradiebantur; » ubi vide S. Gregorium, *homil.* 3; et S. Bernardum, *epist.* 234 ad Guarinum, et S. Basilium, *hom.* 11 *Hexaem.*, et S. Hieronymum ad *Celsantiam*.

SICUT ET ILLE JUSTUS EST, — quia semper et ubique facit justitiam, eamque plenam et perfectam, imo divinam, juxta illud: « Universe viae Domini misericordia et veritas, » *Psalm.* XXIV, 10; et: « Opera manuum ejus veritas et judicium, » *Psalm.* CX, 7; et: « Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis. »

Nota: *Et sicut* non equalitatem significat, sed similitudinem: nulla enim creatura aequare potest justitiam et sanctitatem Creatoris, sed ejus umbram duntaxat imitatur et assequitur, perinde ut speculum umbram sui imaginem hominis exhibet, non ipsum hominem, ait Beda. Audi S. Augustinum: « Castificatus non sicut et ipse castus est, sed ille castus aeternitate, nos casti fide: justus sumus sicut et ipse justus est, sed ipse in ipsa incommutabili perpetuale, nos justus credendo ei, quem non videmus, ut aliquando videamus. Et cum perfecta fuerit justitia nostra, cum facti equales angelis fuerimus, nec tunc illi aequabimur: quanto ergo modo ab illo longe est, quando ee tunc par erit? »

8. QUI FACIT PECCATUM, EX DIABOLO EST. — Est nihilis versus praecedentis, *g. d.* Sicut qui facit justitiam, justus est, et ex Deo natus: ita ex adverso qui facit peccatum, injustus est, et natus ex diabolo, quia ejus actiones et suggestiones sequitur, ex hisque quasi ex malo semine concipit et gignit peccatum. Esse ex diabolo, est imitari diabolum, ait S. Augustinus: « Nam neminem fecit diabolum, neminem genuit; sed quicumque fuerit imitatus diabolum, quasi de illo natus fit filius diaboli imitando, non proprie nascendo. » Itaque « qui facit peccatum, ex diabolo est, » id est ex diaboli regno, familia et prosapia est, eum

que sequitur et imitatur, eum filius patrem: non autem quasi ex traduce diaboli genitus sit, ut somniantur Manichei. Simili phrasi ait Ezechiel, cap. XVI, vers. 3, Judeis impiis: « Mater vestra Chetsea, et pater vester Amorihum: et soror tua major Samaria, et, Amor autem tua minor Sodomam. »

QUONIAM AB INITIO DIABOLUS PECCAT. — « Ab initio, » scilicet creationis suae: nam licet non primo instanti (quia creatus est in gratia), paulo post illud tamen peccavit, superbiens et rebellans contra Deum. Secundo, « ab initio » peccati et peccatorum, quia ipse primo peccavit; unde Adae ceterisque peccandi dedit initium et exemplum. Ita Cyrillus, *catech.* 2: « Princeps, ait, peccati diabolum est, et pater malorum. » Et S. Augustinus hic: « Ab initio, ait, diabolum peccat, non ab initio ex quo creatus est, sed ab initio peccati, quod ab ipsis superbia cepit esse peccatum. » Addit *tertio*, Didymus: « Ab initio diabolum peccat, quia primas, inquit, immitit suggestiones peccatorum, » *g. d.* Initium peccatorum omnium sibi vindicat plerumque diabolum, quia plerumque ea homini sensus suggerit, ad eaque impellit. Denique « ab initio peccat » significat diabolum jugiter in suo peccato et rebellionem perseverare, utpote damnatum et obstinatum in malo, juxta illud *Psalm.* LXXIII: « Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. » Peccat ergo, id est, in affectu peccati primi superbiae et aliorum semper persistit.

Alidit S. Joannes ad illud sui Evangelii, cap. VIII, vers. 44: « In veritate non stetit, quia statum ut factus est, cecidit; vult quidem in veritate conditus, sed non stando confestim a veritate est lapsus, » ait Isidorus, *lib. I De Summo bono*, cap. III. Addit Beda: « Quoniam, inquit, ab initio diabolum peccat: quia, ait, ex quo ab initio cepit diabolum peccare, nunquam desit, nec praesentium scilicet ponarum enormitate, nec futurarum metu coercens. Unde ex illo jure esse dicitur, qui a peccando se revocare negligit. » Cujusmodi autem fuerit primum diaboli peccatum, his verbis explicat Beda: « Ille qui primus est conditus, mox ut altitudinem suae claritatis aspexit, contra conditorem eum suis sequentibus superbis intumuit, perque eandem superbiam ab initio peccans de Archangelo in diabolum est versus. »

IX (ad) HOC APPARUIT FILIUS DEI, UT DISSOLVAT OPERA DIABOLI. — Confirmat id quod dixit, *g. d.* Adeo qui peccat est ex diabolo, non ex Deo, ut ad peccatum quasi hostem eum abolendum, Christum carnem assumere, in eoque apparere voluerit. Repetit more suo id quod dixit vers. 3: « Et scitis quia ille apparuit et peccata nostra tolleret. » Nota « ut dissolvat. » Peccata enim sunt quasi funes quos plectit diabolum, instar aranei captantis muscas, ut his implicet, intricet et irretiat peccatorem, ne iis se extricare possit: quos proinde Christus venit dissolvere, ut his peccatorem extricat et eripiat. Hoc est quod ait Sapiens

Proverò. v. 22: « Iniquitates sue capiunt impium, et funibus peccatorum sporum constringitur; » et Isaias, v. 18: « Vae qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustrum peccatum! » Vide ibi dicta. Hinc Christus dedit Petro et Apostolis potestatem solvendi, *Math. xvi, 19, et Joann. xx, 23.*

Ex hoc loco et similibus liquet Christum non fuisse incarnandum, si Adam non peccasset: negant id nonnulli Doctores Scholastici, sed constanter assertit Scriptura et Patres, qui nullam aliam Christi incarnationis causam assignant, quam nostram a peccato expiationem et redemptionem. Audi Symbolum Nicenum: « Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis; » Hinc ex S. Gregorio canit Ecclesia in benedictione cerei Paschalis: « O viro necessarium Ado peccatum, quod Christi morte deletum est! O felix culpa, quae talem et tantum meritum habere redemptorem! » S. Ambrosius, lib. *De Sacrament. Incarnat.*, cap. lxx: « Quae, inquit, erat causa incarnationis, nisi ut caro quae peccaverat, per se redimeretur? » S. Augustinus, serm. 9 *De Verb. Apost.*: « Nulla, ait, causa fuit vendendi Christo Domino, nisi peccatores salvos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, et nulla erit causa medicinae. » S. Leo, serm. 3 *De Pentecost.*: « Si homo non deviasset, inquit, Creator creatura non fieret, neque aut sempiternam temporalitatem subiret, aut aequalis eo Patri Filius formam servit, et similibusque carnis peccati assumeret. » Idem dicitur caeteri.

QUONIAM SEMEN IPSUM IN EO HABET. — Quodnam est hoc « semen? » *Primo*, Eusebius accipit Christum, Christus enim est semen Patris et semen benedictum Abraham, *Galat. iii, 29.* *Secundo*, S. Augustinus, Clemens Alexandrinus, Beda, Glossa et Hugo accipiunt verbum Dei, de quo exat parabola seminis et seminantis, *Lucæ viii, 11; Jacobi i, 18; 1 Petri i, 23.* *Tertio* et aptissime, Lyranus, Cajetanus, Hugo et Thomas Anglicus: Semen, inquit, est gratia Dei, idque *primo*, quia ex gratia et charitate quasi ex semine pullulant caeterae virtutes, item bona opera et merita. *Secundo*, quia gratia est semen gloriae, ut pulchre docet S. Thomas, 1 *part., Quest. lxxii, art. 3.* *Tertio*, quia, sicut semen mori debet et pullulet et fructificet: ita gratia parit studium mortificationis et martyrii, ex quo omne bonum privatium et publicum profluit et proficit, juxta illud Christi *Joannis xii, 24*: « Nisi granum frumenti cadere in terram mortuum fuerit, ipsum solum nonnet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. »

9. ET NON POTEST PECCARE, QUONIAM EX DEO NATUS EST. — Hinc Jovianus olim, teste S. Hieronymo, lib. II *Contra eum*, et nuper Lutherus et Calvinus docuerunt fidelem non posse excidere

a fide, gratia et justitia, esseque certam de sua perseverantia et salute. Sed hic est error damnatus a Scriptura et a S. Joanne, cap. iii, vers. 1, ibi ait: « Filii mei, haec scribo vobis, ut non peccetis; » poterant ergo peccare; atque illi erant fideles; ac repugnat experientia quotidianæ, qua videmus in dies multos fideles fieri haereticos et peccare. Denique contrarium definitum est a Concilio Tridentino, sess. VI, can. 23.

Alius ergo est sensus S. Joannis, nimirum qui natus est ex Deo, non potest peccare, scilicet graviter et mortaliter. *Primo*, in sensu non diviso, sed composito, quatenus scilicet ex Deo natus est, et quantum nativitate hanc et semen gratiae Dei, qua renatus est, conservat, ejusque ductum sequitur: ita Eusebius, Thomas Anglicus, Cajetanus et S. Hieronymus, lib. II *Contra Jovinianum*. Sic dicitur Theologi eum qui habet gratiam efficacem, non posse non facere id ad quod eum gratia impellit, ac consequenter non posse peccare, nimirum in sensu composito, quia gratia efficit in suo conceptu includit effectum. Efficax enim dicitur, quae praevia est habitura effectum, quod scilicet libero arbitrio persuaduit consensum in bonum opus. Absolute tamen qui habet gratiam efficacem, potest et resistere et peccare, uti liquet ex Concilio Tridentino, sess. VI, can. 4.

Secundo, qui natus est ex Deo, « non potest peccare » in sensu formalis, quantum scilicet est ex parte notivitate divinae, si videlicet vult nativitate et gratia divinae species; hinc enim si statim agere et operari, nec ei resistat liberum arbitrium, potens est et efficacis, ut excludat omne peccatum, ne eum eo possit consistere. Ita S. Augustinus, *De Gratia Christi*, cap. xxi. Sic Adam in statu innocentiae dicitur fuisse immortalis, quia quoad in eo perdurabat, non poterat mori; sed sicut illum deserere poterat, sic et mori. Sic dicitur: sine medicina, v. g. theriaca, non potens est, itaque peste resistit, ut qui eam sumit non possit peste mori, uti Mithridates sumens quotidie mithridaticum a se inventum et denominatum, ita induruit contra venenum, ut in angustias extremas a Romanis reductus, sumensque venenum, ut eo se curaret, tunc vivas in Romanorum potestatem venisset, diu id facere nequivisset, natura ita mithridatico roborata, ut omnem venenum habet, non uti, imo sumptum ejicere et vomere, itaque peste tangi et mori: ita pariter qui habet gratiam Dei, potest ea non uti, eamque abjicere et peccare. Porro S. Joannes hic distinguit habitus supernaturales divinae gratiae ab habitibus virtutum moralium naturalibus, quod illi omne peccatum excludant, hi vero non. Nam habitus, v. g. temperantiae, non perditur per unum actum imperantiae, sicut nec per unum actum temperantiae acquiritur. Rursum distinguit gratiam Christi a gratia Adami, quod hinc Adamo dabit posse, non velle, illa Christianis licet infirmioribus dat

posse et velle: vide S. Augustinum, *De Corrupt. et Gratia*, cap. xi: « Provisum est, inquit, infirmitati voluntatis humanae, ut divina gratia inclinabiliter et inseparabiliter ageretur, et ideo quamvis infirma non deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur, etc., ut ipso donante invictissime quod bonum est vellet, hoc hoc deserere invictissime non posset. » Hoc modo explicat S. Joannes, cap. v, vers. 18, dicens: « Quis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum. »

Tertio, « non potest peccare, » id est, agere, difficulter potest peccare: quia in novum hominem renatus, totus gratia Dei est indutus et imbutus, ut tanti Dei beneficii immemor et ingratus esse vix queat.

Hinc accedit Eusebius: « Non potest, » ait, id est, non vult peccare. Alii per metathesin, « non potest peccare, » id est, inquit, potest non peccare; quia hoc proprie est posse et potentia, cum ex adverso posse peccare et peccare sit infirmitas et impotentia, q. d.: Semen, id est, gratia Dei, dat nobis potentiam et robur qua possumus non peccare, et vincere omne peccatum, si velimus ei cooperari.

Quarto, S. Augustinus, *De Natura et Gratia*, cap. xiv: « Non potest peccare, » scilicet de jure, non de facto, q. d. Jure non potest peccare, non deest, non congruit eum peccare; si peccet, facit contra omne debitum, jus et fas; quia ingratus est tanto gratiae, nativitate et filiationi a Deo acceptae.

Quinto, Gagneus: « Non potest peccare, » scilicet peccato infidelitatis affectato, vel impugnatio veritatis agnita, quod S. Joannes vocat peccatum ad mortem, cap. v, vers. 16.

Sexto, alii hinc accipiunt de predestinatis et absolute electis ad vitam aeternam; hi enim licet possint aliquo tempore esse in peccato mortali, tamen in extremo vite articulo nequeunt esse in eo, cum eoque mori. Simili modo ait Christus, *Math. xxiv*, non posse electos in errorem induci, et Joannes, x, neminem posse electos de manu sua rapere. Hinc S. Fulgentius *De Fide ad Petrum*, cap. xxx: « Firmissime tene, inquit, nullum eorum qui predestinati sunt, posse perire; » intellige hoc de impossibilitate non antecedenti, sed consequenti, quam logici consequentiae vocant, quae recte cum libertate arbitrii nostri consistit, quia illam includit et praesupponit.

Prima expositio et *secunda* maxime genuine videntur.

ANAGOGICE S. Augustinus, lib. II *De Peccat. mer.*, cap. vii: Justus, ait, non potest peccare, non in re, sed in spe; quia sperat, imo jus habet ad vitam aeternam, in qua erit impeccabilis.

Simili modo S. Augustinus, lib. I *De Nuptiis et Concup.*, cap. xxii et xxix, et *De Spiritu et Lettera*, cap. ult., ait preceptum: « Non concupisces, » et, « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, et ex

omnibus viribus, » perfectis in hac vita non posse adimpleri, sed illo non moveri ut eo contemnamus, ubi illud perfecte adimplendum, quod erit in caelo. Intellige haec in sensu anagogico. Nam eo jubetur cum dicitur: « Non concupisces, » ut nullum concupiscentiae motum sentiamus, quod in hac vita facere non possumus, sed faciemus in caelo; in sensu enim literalis precepto, Non concupisces, » tantum praecipitur ut, esto concupiscentias sentiamus, his tamen non consentiamus, quod possumus praestare in hac vita. Idem dendum est de illo: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, et ex omnibus viribus, » uti dixi *Roman. vii, 7.*

Moraliter S. Joannes docet hic fideles modum facilem et certum fugiendi quodlibet peccatum, ac faciendi ut moraliter fiat, quasi impeccabiles, nimirum si intendat jugiter semini Dei, hoc est, sanctis inspirationibus et dictaminibus fidei, ac prudentiae Christianae, quas Deus per fidem et prudentiam menti suggerit et inspirat; dum enim illis intendimus, mentemque affigimus, excludimus omne semen diaboli, id est, omnes suggestiones concupiscentiae et peccati, itaque peccare non possumus. Qui enim peccat, necesse est ut attendat et intendat alicui concupiscentiae a Deo velitis; si et non attendat, peccare nequit, quia appetitus et voluntas nil potest appetere et velle, nisi quod phantasia et mens ei proponit et suggerit quod bonum appetibile et concupisibile. Hinc Beati peccare nequeunt, et quia Deum vident tanquam summum et immensum bonum; unde ab eo oculos avertere nequeunt, sed in eo quasi omnis boni abyssus merguntur et absorbentur.

Quaedam utilissimum esse mantem semper occupare bonis cogitationibus, uti faciebat S. Xaverius, v. g. ruminare aliquam piam sententiam S. Scripturarum vel SS. Patrum, aut actum, vel virtutem aliquam cujuspiam Sancti: haec enim cogitatione occupata mens excludit et elidit omnem aliam cogitationem illicebrosam, quam appetitum movere posset ad peccatum: hoc de intellectu. Idem est de voluntate. Qui enim intendit semini Dei, hoc est, piis affectionibus, desideriis, impulsibus, terroribus, promissis, etc., quas Deus inspirat et induit voluntati, nequit inleudere concupiscentiae, ac consequenter nequit peccare. Dicit ergo cum S. Josepho sollicito ab adultera: « Ecce Dominus meus omnia mihi tradidit praeter te; quomodo ergo possum hoc malum facere, et peccare in Deum meum? » *Gen. xxxix, 3.* Vide ibi dicta. Audi S. Leonem, serm. 8 *De Epiphani.*: « Qui, inquit, experiri cupit an in ipso Deus habitet, de quo dicitur: Mirabilis Deus in Sanctis suis, sincero examine coram suis interiora discutat, et sagaciter querat qua humilitate resistat superbiae, quae benevolentiam oblectat invidiae, quam non captatur adulantium linguas, quamque bonis delectetur alienis. An pro malo non cupiat malum reddere, malique inultas oblivisci

injurias, quam imaginem et similitudinem sui conditoris amittere, qui omnes ad cognitionem sui generis fibis incitans donis, ploit super justos et injustos, et solem suum oriri facit super bonos et malos. Ac ne in multis labore sollicitudine discretio inspectio, ipsam matrem virtutum omnium charitatem in secretis sui mentis inquirat, et si ea in dilectionem Dei et proximi toto corde intenti reperit, ita et etiam inimicis suis eadem velit tribui, quæ sibi optat impendi, quisquis hujusmodi est, Deum et rectorem et habitorem sui esse non dubitet.

10. IN HOC MANIFESTI SUNT FILII DEI, ET FILII DIABOLI (q. d. Hisce duobus indicis manifeste seceras filios Dei a filiis diaboli, puta justos ab injustis; nimirum primo, quod) ORNIS QUI NON EST JUSTUS (Græca et Syris, *omnis qui non fecit justificationem*, opera justa et sancta), NON EST EX DEO; (secundo), QUI NON DILIGIT FRATREM SUUM, — puta proximam, præsertim Christianum reple: hic pariter, « non est ex Deo, » id est, non est filius Dei, sed diaboli. Unde a contrario colligendum reliquit, filium Dei esse primo, qui facit justitiam; secundo, qui diligit fratrem. Hæc sunt ergo due tessere, et quasi duo symbola filiorum et militum Dei, scilicet justitia et caritas; diaboli vero, injustitia et odium. Nota: Qui diligit fratrem, facit justitiam. Justitia enim generalis hæc accipitur, quæ dilectionem omnemque virtutem complectitur, uti genus complectitur suas species; hæc tamen ac secerit S. Joannes, ut ostendat inter omnes justitie species nullam magis ostendere, imo effluere nos filios Dei, quam charitatem et dilectionem proximi; nec ex adverso ullam injustitiam speciem magis nos ostendere et affluere filios diaboli, quam odium et invidiam. Hinc S. Joannes, dilectus Iesu, non nisi dilectionem spirat. Proprie ergo caritas secerit inter filios Dei et diaboli. Audi S. Augustinum hic, *tract. 5*: « Dillectio sola discernit inter filios Dei et filios diaboli. Signant se omnes signo crucis Christi; respondeant omnes: Amen; cantent omnes: Alleluia; baptizentur omnes; intrent omnes Ecclesias, faciant parietes basilicarum: non discernantur filii Dei a filiis diaboli, nisi in charitate. Qui habent charitatem, nati sunt ex Deo; qui non, non sunt nati ex Deo. Quidquid vis, habe; hoc solum non habebas, nihil tibi prodest. Alia si non habebas, hoc habe, imple legem. » Charitate autem diligitur Deus propter se, et proximum propter Deum; unde « plenitudo legis est dilectio. » Rom. xiii, 10. Idem Augustinus, *De Natura et Gratia*, cap. xlii: « Charitas, ait, est verissima, plenissima, perfectissimaque justitia. » Tertullianus autem, *lib. De Patient.*, eandem vocat « summam fidei Sacramentum, Christiani nominis thesaurum, quam Apostolus totis viribus Spiritus Sancti commendat. » Clemens vero Alexandrinus, in Paren. ad *Geni.*, « præcipuum » nominat « hominis Christiani munus; » Cyprrianus *De Bono Patient.*, « fundamen-

tum pacis, tenacitatem ac firmitatem unitatis, quæ et opera et martyria procedit; » Basilus, *orat. 3*, « radicem mandatorum; » S. Gregorius Nazianzenus, *epist. 20*, « doctrinæ nostræ caput; » Hieronymus, *epist. ad Theophylactum*, « cunctarum virtutum matrem; » Ephrem, *Doct. de humil.*, « omnium virtutum columnam; » Augustinus, *serm. 33 De Temp.*, « omnium virtutum arcem; » Prosperus, *lib. II De Vita contempl.*, cap. xiii, « affectionum omnium potentissimum, in omnibus semper invictam, actionum bonarum summam, salutem morum, finem celestium præceptorum, morum criminum, vitam virtutum; » Cyrillus in cap. xiii S. Joannis, « omni virtute constantem; » Gregorius, *lib. VI, epist. 60*, « matrem et custodem omnium honorum; » Bernardus, *epist. 2*, « hominum matrem et angelorum, non solum que in terris, sed etiam que in cælo sunt pacificantem. »

Denique S. Basilus, *De Inst. Monach.*: « Ubi deliquit, ait, paliter charitas, eo prorsus ejus loco odium succedit. Quod si, ut Joannes ait, Deus charitas est, sine dubio necesse est diabolum odium esse. Ut igitur qui charitatem habet, » Deum habet: sic qui odium habet, diabolum in se nutrit. » Hæc ante me concessit noster Benedictus Justinus.

11. QUONIAM HÆC EST ANNUNTIATIO, — hoc est, res annunciata, et semper annuncianda ac predicanda, q. d. Hoc est nuntium et cælo a Christo alatum, quod nos Apostoli, nuntii Christi, vobis fugiter annuntiamus. Syris, *hoc est præceptum*; præceptum enim subditis promulgandum et annunciandum est. Græcum ἀγγαλια alludit ad Evangelium, q. d. Summa Evangelii est diligere invicem. Rursus Evangelium, id est lectum nuntium, quod Christus nobis attulit a cælo, fuit ut diligamus invicem, sicut Christus dilexit nos. Potuisset Deus a nobis, utpote peccatoribus, exigere multa opera pænosæ et ardua jejuniæ, ciliciorum, laborum, tormentorum, martyriorum, sed noluit: contentus est si amemus invicem. Hoc est Evangelium. Quid enim lætus, quid jocundus, quid facilius quam amare, et amare alterutrum, id est invicem, recipere? Sicut enim Deus præcepit nobis ut diligamus fratres, Sic vicissim præcepit fratribus ut reciprocum amorem nobis pendant. Hunc enim elicit et excigit noster amor; philtrum enim effluissimum, lynx, magnes et illex amoris est amor, juxta illud Martialis:

Ut præstem Priabem, aliqui mihi præstet Orestes.
Hoc non III verbis: Mæce, ut amaris, ama.

Rursus hæc est ἀγγελία, puta angelorum annuntiatio, doctrina et viâ: angeli enim se invicem ardentissime diligunt. Hæc jubet nos imitari Christum, ut angelorum mores et felicitatem emulemur, et per mutuum amorem inchoemus.

Abudè, imo citat illud Christi: « hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi

vos, » *Joan. xv, 12*, ubi notat S. Augustinus, *tract. 83 in Joannem*, « sicut dilexi vos distinguere charitatem a dilectione humana et carnali, q. d. Diligite invicem, non sicut se diligunt homines, quoniam homines sunt, sed sicut se diligunt, quoniam dii sunt, et filii Altissimi. » Ut quid enim, inquit, diligit nos Christus, nisi ut regnare possimus cum Christo? Pauci se propterea diligunt, ut sit Deus omnia in omnibus. »

12. UT DILIGATIS (græce ἀγαπάτε, id est diligamus) ALTERUTRUM; NON Sicut CAIN, — subaudi faciamus, vel diligamus. Cain enim seipsum tantum dilexit, fratrem vero suum Abelem odit, et occidit ex invidia; quod scilicet videret sacrificia fratris, utpote meliora, esse Deo grata, ideoque ab eo collecti igne inflammari; sua vero, utpote peiora, esse Deo ingrata, ab eoque respui. Hoc est quod Cain ait Deus juxta Septuaginta: « Nonne, si recte offeras, recta autem non divides, pœcatori? » Nam Cain « hoc ipso male dividebat, dans Deo aliquid suum, sibi autem seipsum, » ait S. Augustinus, *XV De Civit.*, vii: « Quod omnes, inquit, faciunt, qui non Dei, sed suam sectantur voluntatem, id est, non recto, sed perverso corde viventibus, offerunt Deo munus, quo putant eum redimere, ut eorum non opiteuletur sanandis pravis cupiditatibus, sed explendis. » Quocirca notat Eusebius, *lib. XI De Prepar. Evangel.*, cap. iv, apposite et quasi omne divino vocatum esse Cain; licet enim iuxta Eva eum vocarit Cain, id est, possessionem et pœnulum suum, dicens: « Possedi hominem per Deum, » *Gen. iv, 4*, a radice קין kana per n, id est possessit, tamen æque commode Cain derives a κατ' hana per n, id est invidit, vel invidus, qualis ipse fuit. Vide Prosperum, *lib. I De Promis. et Prædest.*, cap. vi De dilectione proximi; vide S. Gregorium, *X Moral.*, vi; Chrysostomum, *hom. 18 in Math.*, ubi novem dilectionis gradus assignat. Et S. Augustinus, *lib. I De Doctr. Christ.*, xxi: « hæc, inquit, regula dilectionis divinitus constituta est: Dilige proximum tuum sicut teipsum, Deum vero ex toto corde, et ex toto animâ, et ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, et omnem vitam, et omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipsa que confers. Cum autem ait, toto corde, tota animâ, tota mente, nullam vitæ nostræ partem relinquit que vacare debeat, et quasi locum dare, quasi alia re velit frui. Sed quodquid aliud diligendum venerit in animum, illo rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit. Quisquis ergo relictis proximam diligit, hoc cum eo debet agere ut etiam ipse toto corde, tota animâ, tota mente diligat Deum. Sic enim eum diligens tanquam seipsum, totam dilectionem sui et illius refert in illam dilectionem Dei, que nullam a se rivulum duci extra patitur, cujus derivatione minuatur. »

QUI EX MALIGNO ERAT. — Puta ex diabolo, q. d.

Cain erat filius non Dei, sed diaboli, non generatione, sed imitatione et suggestione. Diabolus enim ex odio Dei, cum ipsi nocere non possit, caput nocere ejus imaginem, puta hominem, ipsumque quod perdit; sicut pœnalis cum hominem ledere nequit, hominis imaginem discerpt, ait S. Basilus, *hom. De Invidia*. Malignus ergo Cain æque ac diaboli consistit in odio et invidia, que sunt vitia tyrannorum, raptorum et homicidarum, « qui piscem vitam degunt; eam u in quemque arque alium incidit, devorant, robustior intrinorem propellens, » ait Athenagoras, *orat. Pro Christianis*. Unde piscis apud Egyptios erat hieroglyphicum odii, ait Clemens Alexandrinus, *lib. V Stromat.*

ET PROPTER QUOD OCCIDIT EUM? QUONIAM OPERA EIUS MALIGNA (κακά, id est mala et prava) ERANT. — Quia scilicet Deum parvi, imo minoris seipso æstimans, peiores victimas ipsi offerrebat, meliores et pinguioris sibi reservans, atque invidebat Abeli, quod meliora offerens Deo, ipsi gratior existeret, et ab eo celesti victimarum inconcordia honoraretur: peccatum ergo Cain fuit invidia, quod scilicet Abeli fratri invidebat Dei beneficentiam et gratiam, qua ejus victimas cælestis inflammando acceptabat, non Caini. Ex invidia natum est odium, ex odio homicidium, imo pœnidium. Hæc sunt proles et fruges invidiæ.

Audi S. Cyprrianum, *tract. De Zelo et Livore*: « Ambitionem zelus excitat dum ceruit que alium in honoribus antecor: zelo exacerante sensus nostros alium in dilectionem suam mentis arcana redigente, Dei timor spernitur, magistrum Christi negligitur, iudicii dies non providetur; inflatur superbia, exacerbatur sevitia, pœntia pœnariatur, impatentia concepit; fuit discordia, ira fervescit; nec se jam potest colere, vel regere, qui factus est potestatis alienus. Hinc Dominice pacis vinculum romptur, hinc charitas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, unitas scinditur, ad hæreses atque ad schismata prosiliunt, dum obtrectatur sacerdotibus, dum Episcopis invideitur, dum quis aut queritur non se potius ordinatum, aut designatum aliterum ferre præsumit. Hinc recalcitrat, hinc rebellat de zelo superbus; de emulatione perversus, amingostate et livore non hominis, sed honoris inimicus. Qualis vero est animæ linea, que cogitationum labe, pectoris quanta rubigo, zelare in altero vel virtutem ejus, vel felicitatem, id est, odisse in eo vel merita propria, vel beneficia divina; in malum proprium bona aliena convertere, illustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam penam, velut quosdam peccati sui admovere carnifices, cogitationibus et sensibus suis adhuc carnifices, cogitationibus et sensibus suis adhuc carnifices, qui se intestinis cruciatibus lacere latorum, qui se intestinis cruciatibus lacere latorum, qui se cordis secreta malevolentis unguis pulsent: non cibis talibus letus, non potus potest esse jucundus: suspiratur semper, et in gemiscitur, et doletur; dumque ab invidis nunquam livor

exponitur, diebus ad noctibus pectus obsessum sine intermissione laenatur. »

FRATRES AUTEM EIUS JUSTA, — puta innocentia, pia et sancta; quia Deum pluris se estimans, meliores victimas ipsi offerrebat, ideoque ex invidia a fratre Cain occisus est. Tria maxime preciosa iustitia in Abel habere, scilicet virginitas, sacerdotium et martyrium, ait S. Augustinus, vel quisquis est auctor lib. *Divers. Quest. ad Quisquam*; unde et S. Cyprianus, lib. *De Bono Patient. ante medium*, ait Abelen inluisse martyrium, cumque Martyribus ad imitandum lo exemplum statuit. Sic et Rupertus in *Isaia*, cap. LIX, Abelen vocat Protomartyrem. Hinc et Abel fuit typus Christi, qui fuit Martyrum caput et princeps, ut docet Irenaeus, lib. IV, cap. XIII; S. Augustinus, lib. XII *Contra Faustum*, cap. IX et X; Prosper loco citato, et alii. Vide dicta de Cain et Abel, Gen. IV; et epist. *Juda*, vers. 11. Haec de causa S. Augustinus civitatem Dei inchoat ab Abel, civitatem diaboli a Cain, lib. XV *De Civit.*, cap. VIII.

13. NOLITE MIRARI, FRATRES, SI ODIT VOS MUNDUS. — Hanc sententiam quasi consequens debuit S. Joannes ex antecedenti analitica florum Dei et florum diaboli, v. g. Caini et Abelis, q. d. Sicut Cain odit Abelen, quia Caini maligna, Abelis vero iusta erant opera: ita pariter mundus, id est, Gentiles et mundani homines oderunt Christianos verosque fideles; quia ipsorum prava, fidelium vero sancta sunt opera. Alludit ad illud Christi in suo Evangelio, cap. XV, vers. 18: « Si mundus vos odit, scilicet quia me priorem vobis odio habuit. » Quid mirum si filii diaboli oderint filios Dei, cum pater eorum diabolus extreme oderit Deum Deique filios? Sicut non mirum est filios serpentum odisse filios hominum: contrarium enim odit sibi contrarium, ubi nigratio odit, id est avergatur, albedinem; frigus calorem, amaritudo dulcedinem, malitia bonitatem, vitium virtutem, etc.

Porro causas cur mundus oderit et fideles et sanctos, sunt quinque. *Prima* est, dissimilitudo morum; mundani enim mundanos habent mores, sancti vero coelestes. Illi dument ambitione, avaritia, gula, libidine; hi se depriment humilitate, paupertate, sobrietate, castitate. Nam sicut similitudo est causa amoris, sic dissimilitudo est causa odii, ait Aristoteles; hinc illud Horatii, lib. I, epist. 19:

Oderant tuleron fratres, utamque iocum,
Sedam pices, aciem gravumque centes.

Hanc causam dant impii, *Sapient.* II, 15: « Gravitas, inquit, est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alius vita illius, et immutata sunt vine ejus. » Et S. Leo, serm. 9 *De Quadrages.*: « In bono ergo, inquit, proposito constitutus inimicitia dissimilium diabolo instigante non desunt, et facile in odia prorumpunt, quorum improbi mores detestabiliores sunt comparatione

reorum. Iniquitas cum iustitia non habet pacem, temperantiam odit ebrietatem, falsitatem nulla est cum veritate concordia. Non amat superbia mansuetudinem, petulantiam verecundiam, avaritia largitatem, et tam perthaces habet diversitas ista conflictus, ut etiam exterior conquiescat; ipsa tamen plorum cordium penetrata inquietate non desinat; ut verum sit, quod qui voluerit in Christo pie vivere, persecutionem patientur; ut verum sit, quod omnis haec vita tentatio est. » Per istum, inquit, agonem, dilectissimi, ad praemia aeterna tendentibus, in eo maxime diaboli insidiatur astutia, ut quorum pervertere non potest probitatem, subrat fidem. » Simili de causa inter bestias dissimiles intercedit antipathia et odium, v. g. inter hyemam et pantheram, de quo Plinius, lib. XXVIII, cap. VIII: « Hyemae, inquit, pantheris terrore esse traduntur, ne occurrere quidem resistere, et aliquid de corpore eorum habentem non appeti; mirumque dicto, si pelles utriusque contrariae suspendantur, decidere pilos pantherae. » Simile odium est inter lupum et ovem, inter canem et leporem, inter murem et felem, inter elephantem et rhinocerotem.

Secunda odii causa est invidia; quia enim mundani suis concupiscentis irretiti non possunt surgere ad puritatem, virtutes et sanctitatem Sanctorum, dolent, eamque illis invident; praesertim quos vident filios magnis certisque passibus tendere ad beatitudinem et gloriam caelestem, se vero suis sceleribus tendere ad damnationem et gehennam. Sicut ergo damnati et demones oderunt Sanctos, sic et mundani.

Tertia est, quod mundani videant Sanctos se separasse ab eorum consortio, illudque assidue fugere; unde eos quasi sui ceteris apostatas oderunt. Hanc causam assignat Christus, *Matth.* XV, 18: « Si de mundo, inquit, fuissetis, mundus quod suum erat diligeret; quia vero de mundo non estis, sed ego elegeri vos de mundo, propterea odit vos mundus. » Et impii, *Sapient.* cap. II, vers. 16: « Tanquam negatos estimat sumus ab illo, et abstinet a vis nostris tanquam ab immunditiis. »

Quarta, quia Sancti carpunt et redarguant prava mores mundi, imo sola Sanctorum vita est tacita mundanorum reprehensio. Hanc causam dant impii, *Sapient.* II, 42: « Circumveniamus, aiunt, iustum, quoniam invidiosus est nobis, et contrarius est nobis, et improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinae nostrae. » Et Christus, *Joan.* XV, 8: « Cum venerit ille [Paracletus], arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio. »

Quinta, quia mundani pleni sunt amore sui, qui contrarii sunt Sancti, utpote pleni amore Dei; hinc laudem dignitatem et gloriam acquirunt,

quam eis mundani invident. Tritum est illud vulgi:

Dum caute eo redit, socium quem diligit, odit.

Unde fremit et ringit, quia metuit ne socius canis, et vel partem ossis sibi eripiat. Et haec est causa cur etiam mundus et mundani oderint viros religiosos, quia sollicit eos ob sapientiam et virtutem sibi vident praeferrere in concionibus, pulpitis, cathedris, etc., eisque sibi eripi: quod sane nascitur ex amore sui et mundi, non Dei: vide Philonem, lib. *Quod deterius potiori insidiatur.*

Succinit S. Joanni S. Jacobus, cap. XLV: « Adulteri, inquit, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei: » vide ibi dicta; et S. Paulus dicens: « Si adine hominibus placerem, Christi servus non essem, » *Galat.* I, 10. Nota: *Pro nolite mirari* S. Fulgentius, lib. III *ad Trasimundum*, et Tertullianus in *Scorpiano*, cap. XI, legunt, nolite mirari. Nonnulli enim Christiani verecundiores et timidiore mirabantur, quasi quid novum et insolens, se ob susceptam Christi fidem, sanctitatem vitam a suis amicis Gentilibus despici, et odio haberi, imo vexari, et bonis spoliari, cum polius ob sanctitatem eorum et amari juvaretque debuissent, ideoque hanc odia expavescebant. Roborat ergo eos S. Joannes, docetque id non esse mirandum nec expavesendum, sed potius odium mundum et gloriantium; quia quos odit mundus, hos amat Deus. « Magis mirabile esset, si pravi homines diligerent eos qui secundum Christum pie vivant, » ait Didymus. Quare ob hanc odia ne vel hanc remittendum est de sanctitate vel amore, sed potius in his obfirmandum, intendendum et majoribus incrementis perficiendus est animus: sicut calor obiecto frigore per antiperistasin sese intendit, corroborat et adauget; adeo ut etiam mundanos nos odientes charitate superare, et ex inimicis amicos facere satagemus.

Hoc est quod ait S. Petrus, *epistol.* I, cap. IV, vers. 12: « Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis couingat; sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut et in revolutione gloriae ejus gaudeatis exultantes. » Vere Seneca, lib. *De Providentia*, cap. I et seq.: « Deus, ait, virum bonum in deliciis non habet, experitur, indurat, sibi illum preparat, etc. Omnia adversa (vir bonus) exercitationes putat, etc.: marces sine adversario virtus; tunc apparet quanta sit, quantum valeat polleatque, cum quid possit, patientia ostendit; » et S. Basilius, *Admont. ad filium spirit.*: « Fili, ait, patientiam arripe, quia maxima est virtus animae, ut velocius ad sublimitatem perfectionis possis ascendere. » Causam dat S. Augustinus, serm. II et 149 *De Tempore*, ut scilicet ex mundi odio Deus nos trahat ad amorem sui et caeli. « O infidelitas, inquit, generis humani! amarus est mundus et diligitur, puta si dulcis esset,

qualiter diligeretur? flores ejus quomodo colligeres, qui a spinis non removes manum? »

14. NOS SCIMUS, — non fide divina credendo nos esse justos et praedestinales; ut volent haereticis, sed certitudine morali et conjecturali, concepta ex testimonio bone conscientiae, innocentis vitae et consolationis Spiritus Sancti. Dicit hoc S. Joannes ad consolationem fidelium, ne timeant mundi odia, q. d. In hisce mundi odibus et persecutionibus soletur vos, o fideles, vobisque animos addat et exacuatur, quod per fidem et Christianismum translatis estis de morte peccati ad vitam caelestem et divinum, scilicet in haec vita per gratiam, in futura per gloriam, cum omnibus odibus superior est; huius autem vitae certum est iudicium, imo effectus, « quoniam (quod) diligimus fratres, » id est proximos. Dilicere enim haec signum est, et effectus indubitatus gratiae sanctificantis, et Spiritus Sancti, a quo quasi fonte inextinguo manat omnis amor et dilectio. Vere S. Basilius in *Regulis brev.*, Regul. 11, et in *fusius disputat.*, Regul. 206: « Quomodo, inquit, certo persuasus esse aliquis potest Deum sibi peccata remississe? Nempe si affectionem animi in se animadvertit similem illius qui dixit: Iniquitatem odio habui, et abominatus sum, » etc.

Ubi tria dat signa inhabitantis gratiae et justitiae: *Primum*, odium peccati; *secundum*, mortificationem carnis et omnium malarum cupiditatum; *tertium*, zelum salutis proximi ex amore Dei propientem, qualem habuit Paulus, dicens: « Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? » *I Corinth.* cap. XI; et S. Gregorius, lib. I *Dialog.*, cap. 1: « Mens, inquit, quae divino Spiritu impletur, habet evidentissima signa sua, virtutes scilicet et humilitatem; quae si utraque perfecte in una mente conveniunt, liquet quod de praesentia Sancti Spiritus testimonium ferunt. » S. Leo, serm. 8 *De Epiphania*, haec tria gratiae et sanctitatis assignat indicia: *Firmum*, humilitatem; *secundum*, injuriarum condonationem; *tertium*, ea tribuere quae sibi cupit impendi: « Quisquis, ait, hujusmodi est, Deum rectorem et habitatorem sui esse non dubitat, » videlicet ita ut non peccat animus, sed probabiliter id credit.

QUI NON DILIGIT (cum scilicet debet diligere, aut qui non diligit, id est qui odit, ut ait Ipetola aut invidiosus), MARET IN MORTE, — puta manet in macula peccati habitualis, remanente post actum peccati transiente, indeque manet in reatu et obligatione ad mortem aeternam, ex quo exire per se nequit, sed tantum per gratiam Christi, ait Thomas Anglicus. Quomodo anima, immortalis cum sit, peccato tamen mori possit, elegantur explicuit S. Augustinus, lib. III *De Civit. Dei*, cap. 1: « Mors animae fit, cum eam deserit Deus; sicut corpus, cum id deserit anima. Ergo utriusque rei, id est totius hominis mors est, cum anima a Deo deserta deserit corpus; ita enim ne-

quo ex Deo vivit ipsa, neque corpus ex ipsa. » Consuetudine Cyrillus Alexandrinus, orat. *De exitu animae*: « Mors proprie est, non que animam dirimit a corpore, sed que animam a Deo separat: Deus vita est, a quo qui disjungitur, perit. »

Quin potius hec animæ mors absolute in arcano sermone appellatur mors; nam mors illa corporis quam tant. 3. re horremus, umbra duntaxat est et imago hujus veræ mortis, cum illa ne conferenda quidem. Unde S. Gregorius, lib. IV *Moral.*, cap. XVII: « In Scriptura, ait, mors carnis licet umbra mortis; quia sicut vera mors est, qua anima separatur a Deo, ita umbra mortis est, qua caro separatur ab anima. » Denique peccatum generat formidabilem illam æternam damnationis mortem, de qua S. Augustinus, lib. VI *De Civitate Dei*, cap. ultimi: « Si anima in penis vivit æternis, mors illa potius æterna dicenda est quam vita; nulla quippe major et peior est mors, quam ubi non moritur mors. » Quocirca S. Basiliius, homil. 3 in *Julianum Martyrem*: « Peccatum, ait, animæ est agnitio, peccatum mors est anima, alioqui immortalis. Peccatum factu est et implacabilibus lamentis dignum. Ob peccatum proficiunt effusivæ lacrymæ, nec desinat ab imo pectoris recessu lugere possit suspensus gemitus. » Ob hanc utique causam S. Hieronymus peccatorem vocat diaboli cadaver: « Cadaver, inquit, diaboli putridum, ob magnitudinem peccatorum dubitare non poterit, qui legitur peccatum esse feebissimum, ipso peccatore dicente: Putruerunt et corrupte sunt cicatrices meæ a facie insipientia meæ: » ita ipse lib. VI in *Isaia* cap. XIV.

15. OMNIS QUI ODIAT FRATREM SUUM, HOMICIDA EST. — Probat id quod dixit: « Qui non diligit, manet in morte, » hoc syllogismo: Omnis homicida manet in morte; atqui omnis qui non diligit, et odit fratrem suum, est homicida: ergo omnis qui non diligit fratrem suum, manet in morte. Porro S. Joannes pro eodem habet non diligere fratrem et odire fratrem, tum per miosis, quia minus dicitur, sed plus intelligitur, puta per negationem intelligitur affirmatio contrariæ; tum quia non diligere fratrem eum debere eum diligere, censetur interpretativam odium, et sæpe id oritur ex expresso et formali odio.

Porro, qui odit fratrem suum homicida est, non actu et opere, sed flectu et voluntate; quia, ut ait S. Hieronymus, epist. 36 ad *Casterianum*: « Cum homicidium et vicio supe nascatur, qui committit odit, etiamsi nequam gladio percusserit, animo tamen homicida est. » Sic Christus ait, eum qui concupiscit uxorem proximi esse adulterum, quia eam moxatus est in corde suo, *Matth.* cap. v, 28. *Secundo*, homicida est dispositive, quia odium disponit, et via est ad homicidium, sicut concupiscentia ad adulterium: ita Dionysius Carthusianus. Denique odium plenum est desiderium homicidii: difficillimum enim est

ut quem oderis, superesse velis: vide Antichum Monachum, homil. 28.

Mystice, qui odit fratrem homicida est sui ipsius, quia per odium occidit animam suam. Ita S. Ambrosius, *Precat. ad Missam*: « Qui, inquit, invidet, qui odit, non alium priusquam seipsum occidit; qui exultat in adversis proximi, et affligitur in prosperis ejus, alieno proximum, se suo petit gladio; » et S. Gregorius, lib. X *Moral.*, cap. XI, num. 18: « Vitam, ait, animæ culpa pollicit, servatus vero contra proximum dolor occidit; menti namque ut gladius figitur, et mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur, qui scilicet a transfixo corde si prius non educitur, nihil in precibus divine opis oblinetur: quia et vulneratis membris imponi salutis medicamentum nequeunt, nisi ferum a vulnere ante subtrahatur. » Pari modo qui odit fratrem, animam ejus sæpe occidit; quia provocat eum ad odium, vindictam et rixas, quibus animam suam perimit.

Porro Alexander Papa, epist. 3, sic legit: « Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, et omnis homicida non habet partem in regno Dei. » Nam, ut ait hic Dionysius, triplex est homicidium: primum corporale, quod tollit esse naturæ; secundum, detractionis, quod tollit esse fame; tertium, odii.

NON HABET VITAM ÆTERNAM IN SEMETIPSO MANENTEN, — q. d. Non habet gratiam in se manentem, non manet in eo gratia, nec ipse in gratia, quia obtinetur vita æterna, ut sit metapsalma: ita Cajetanus et alii. Aut proprie, « non habet, » id est non habebit, vel habere non potest gloriam vitæ æternæ, ut vertit Syrus, ut sit enallage temporum, quia præsens ponitur pro futuro, q. d. Qui odit, non habet spem vitæ æternæ, nec eam sperare potest, sed manet in morte peccati, inde transiturus ad mortem æternam gehennæ (est miosis, ut dixi), juxta illud S. Augustini, *Præfat. in Psalm. xxxi*: « Quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe; » unde Cain: « A facie, inquit, tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra; omnis igitur qui invenit me, occidet me; » q. d. ait S. Hieronymus, epist. 121 ad *Damasum*, quest. 1: « Quisque ex tremore corporis et furiale mentis agitato, eum me esse intelligit, qui mereatur interficere. » Sic Poete fingunt Orestem ob cœdem matris continuis furis agitatam: vide S. Augustinum hanc S. Joannis sententiam expendentem, hom. 40, inter 50, cap. II, et hom. 42, cap. VII.

16. IN HOC COGNOVIMUS CHARITATEM DEI, QUONIAM ILLI ANIMAM SUAM PRO NOBIS POSUIT, ET NOS DEBEMUS PRO FRATRIBUS ANIMAS PONERE. — Redit S. Joannes ad vim, in delem et h. e. m. perfecte charitatis, ejusque ideam et vivum exemplar proponit Christum, q. d. Christus eminebat charitatis ostendit, ejusque legem fixit, non tam verbo quam facto, quando ipse animam, id est vitam suam posuit pro nostra: mortuus enim est, ut nos a

morte præsentis et æterna liberaret, ac ad vitam gratiæ et gloriæ beate traduceret; quo facto quasi in imagine nobis legem charitatis depinxit, scilicet nos pari modo pro fratribus debere animam, id est vitam, ponere. Dicit ergo: « In hoc cognovimus charitatem Dei, » q. d. In hoc elucet clare immensa Dei charitas superans omnem charitatem et amorem parentum, cognatorum, amicorum, quod scilicet Deus infinitus et immeasus, pro suis creaturis, puta hominibus peccatoribus, indignis et ingratis, ultro et liberaliter sine ullo suo commodo, aut fructu, imo cum magno incommodo et probro, vitam suam posuerit; eoque simul nobis tacite præcepit ut se imitemur, et similiter pro fratribus animam ponamus.

Nota: Non licet animam, id est æternam animæ salutem, prodigere pro æterna salute animæ proximi, quia charitatis ordo poscit ut magis diligam meam salutem, gratiam et gloriam, quam proximi; quocirca bona spiritalia, puta gratiam et gloriam, eorumque augmentum magis mihi velle et procurare teneo, quam proximo; hoc enim dicit charitas æque ordo; licet tamen animam, id est temporalem animæ salutem et vitam prodigere pro æterna salute proximi, quia illa longe pluris facienda est quam temporalis propria. Unde cum ad illam comparandam necessarium est hanc prodigere, vel periculo exponere, id omnino faciendum est: hoc enim dicit et jubet ordo charitatis. Ita S. Paulus et Paulinus pro fratribus animam posuerunt. Ita S. Sebastianus vitam suam exposuit morti et martyrio, ut S. Marcus et Marcellianum ex tentatione parentum nutantes in fide confirmaret. Ita S. Vitalis Urcisinum medicum in martyrio nutantem corroborans, mortem et martyrii lauream adeptus est. Similia legimus in Actis aliorum Martyrum et Sanctorum.

Sed quæres an liceat, et an quis teneatur animam, id est vitam temporalem, exponere pro vita temporali proximi? quia cum charitate teneo me magis diligere, quam proximum, videtur pariter quod magis debeam diligere vitam temporalem propriam, quam proximi.

Respondeo: Ordinarie id verum est; extraordinarie tamen ob alias causas contra rutes, sæpe aliter faciendum est. Primo ergo tenetur vitam pro aliis exponere, qui ad id se pacto promissio aut jurjurando obligavit. Ita milites in prælio debent ex justitia pugnare, et vitam exponere, quando est spes victoriæ, quia ad id ex pacto et juramento se obligarunt.

Secundo, ex justitia legali tenetur civis pro patria et civitate vitam exponere: recta enim ratio dicit partem esse exponendam periculo pro salute totius, v. g. Reipublicæ. Sic Samson collidendo postes domus, ejus ruina se cum Philistinis oppressit, ut eorum servitutem populum Dei liberaret, *Judic.* cap. XVI. Sic Beati pro Romano exercitu, Codrus pro Atheniensi, Leonidas pro Spartano, morti se devoverunt, ut re-

fert Livius, Plutarchus, Valerius Maximus et alii.

Tertio, amicus non tenetur pro vita amici suam exponere: hoc enim est diligere proximum, « non sicut seipsum, sed plus quam seipsum, » quod doctrinæ regulam excoedit, ait S. Augustinus, lib. *De Mandatis*, cap. VI. Si tamen exponat, laudabiliter faciet: exponet enim illam pro honestate et bono virtutis amicitie; licet enim pro ea, æque ac pro alia virtute, v. g. castitate, vitam exponere. Majus enim est bonum virtutis, quam vite: illud enim est honestum et spiritale, hoc naturale duntaxat et corporale. Tunc ergo vita propria exponitur, non ex amore vite alienæ, sed ex amore virtutis et ad aliorum exemplum, ut eis ostendat dignitatem virtutis amicitie, utque in ea excellat: ita docet S. Augustinus, lib. *De Amicitia*, cap. X; S. Hieronymus in cap. VII *Michanæ*: « Interrogatus, ait, quidam quid esset amicus? respondit: Alter ego. Unde Pythagorei duo vades esse invicem tyranno dederunt; » S. Ambrosius, lib. III *Offic.*, cap. XII; Franciscus Victoria, *Relect. de homicidio*, num. 24; Dominicus Soto, lib. V *De Justitia*, quest. I, art. 6; imo S. Thomas, II II, *Quest. XXVI*, art. 4, ad 2, et ibid. Valentia, qui et addit alium casum, nimirum si quis ex ira me invadat, itaque me stringat ut vel debeam occidi, vel invasorem occidere, licite posse me permittere occidi, ne alium occidam, quia non teneo cum tanta difficultate et incommodo cædis alienæ vitam propriam conservare, præsertim quia eum occidam, non tantum corpus, sed et animam ejus perdo, utpote existentem in flagrant delicto invasionis et conatus homicidii. Simili modo possum exponere vitam pro laudanda virtutis castitate. Unde S. Ambrosius, lib. II *De Virginitate*, celebrat militem illum qui S. Theodoram damaclatam ad lupanar, commutatum eum ea vestes, periculo violationis exemit: pro ea enim jam habitum virili et militari egressa damnata ad mortem, eam deinde sponte ad locum supplicii currentem, martyrii sociam habuit, ne eos tyranni gladius separaret, quos junxerat amor Christi.

Simili modo S. Paulinus se pro filio viduæ exposuit servituti, que civilis est mors, ob amorem charitatis; ut scilicet heroicum actum, imo excessum charitatis posteris in exemplum relinqueret: quem proinde mire celebrat S. Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, et alii passim. Denique clara est sententia Christi: « Majorem hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, » *Joan.* xv, 13.

Item videntur Gentiles, qui laudant Pythiam et Orestem, Nisum et Eurymalum, Damonem et Pythiam amicos, quorum unus pro altero morti se ultro obtulit. Vide Valerium Maximum, lib. IV, cap. VII, et Aristotelem, lib. VII *Mor. Eudemor.*, cap. VII: « Itaque, inquit, et simul esse et convivere, congaudere, condolere, absque se mutuo ne vivere quidem posse (una enim anima

rum), sed commori, unius illius veroque amabile est. Seneca, *epist.* 9: « In quid, ut, amicum puro? ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar. »

17. QUI HABERIT SUBSTANTIAM (Syrus, postea non) DUCES MUNDI, ET VICTORI FRATRUM SUUM NECESSITATEM HABERE (S. Cyrilianus, *lib. De Opere et Elementis*, legit, *desiderantem*; vel, ut vetus Editio habet, *esuriens*). ET CLAUSERIT VISCERA SUA AB EO, QUODMODO CHARITAS DEI MANEAT (S. Augustinus legit, *manere poterit*) IN EO? — Edmull hanc sententiam quasi consequentiam ex *versu* antecedenti; estque argumentum a minus verosimili ad majus, q. d. Si Charitas Dei et Christus nos obligat et ponamus animam pro fratribus, quod est difficillimum; ergo multo magis nos obligat ut illi egenti demus elemosynam, quod est facilitatum. Rursum, quia castus ille quo obligatur dare animam pro fratribus, raro occurrat, crebro vero occurrat obligatio levandis ejus indigentiam pro elemosynam, hinc ab illo ad hunc transit, q. d. Si durum vobis est dare vitam, dato saltem elemosynam proximo, quod vobis est facile: illa Chamaeus et S. Augustinus, illa Joannes Elemosynarius, cum quos celebrabat proximum ejus in pauperes liberalitatem, respondabat: « Frater, nondum pro te sanguinem fudi, sicut mandavit mihi Dominus Deus Christus, » ut refert Leonius in *epist. Vita*.

Ex hoc loco multi Doctores docent elemosynam preceptum obligare, non tantum in extrema proximi necessitate, sed etiam in gravi, adeo ut dives teneatur tunc erogare non tantum superflua, sed etiam necessaria statui suo, si minoris suo incommodo possit avare grave incommodum proximi vitare. S. Joannes: « Qui habuerit substantiam, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et non extreme indigere, necessitas enim gravis vera est necessitas, eto non sit extrema. Vide Gregorium de Valentia, tom. III, disp. 10, Quæst. IX, p. 100 et de Ballarminum, *lib. III De Bonis Oper. in parte*, cap. VI, hinc ait *Eclesiasticus*, cap. IV, vers. 4: « Fili, elemosynam pauperis non defraudes, » q. d. Injuriam et fraudem illi facis, si elemosynam ipsi debitam neges. Et S. Ambrosius, *lib. I Offic.*, cap. XXXI: « Grandis culpa, ait, si sciente te filius eget, si scias cum sine sumptu esse, fame laborare, arcumam percelli, qui presserim egere erubescat. Vide S. Gregorium Nazianzenum, orat. *De Cura Pauperum*, et S. Chrysostomum, passim *De Elemosyna*.

ET CLAUSERIT VISCERA SUA AB EO. — « Viscera » sicut enim ecclesie commiserationis et symboli misericordiam, juxta illud *Thren.* II, 11: « Conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra fœcus meus, super contributione filie populi mei. » Vide ibi dicta. Elemosinus expendit visceres,

q. d. Qui in viscera sua non admittit misericordiam commiserationem, ex his excludit et evanescit caritatem. Unde jubet Paulus, *Coloss.* III, 12: « Induite viscera misericordiam. » Viscera sunt symbolum paterni, suo materii amoris; patres enim et matres filios suos vocant « viscera sua, » ut Paulus vocat Onesimum filium suum spiritualem, *epist. ad Philemon*, vers. 7, ubi S. Hieronymus: « Omnes filii, inquit, parentum sunt viscera. » Significat ergo visceres nos omnes ex eadem carne constare, esseque filios unius Ade, et magis Dei, ac proinde in visceribus miserari et subvenire debere tanquam fratres fratribus, juxta illud *Isaï.* LVIII, 7: « Carnem tuam ne despereris. » Rursum, visceres significat elemosynam dandam ex magno commiserationis affectu, et ut hinc semper ostendamus proximo, si effectum præstare volumus. Vide S. Gregorium, *XX Moral.*, cap. XXI: « Audiunt, ait, duri et immiserordes locutione Sapientis, *Proverb.* XXI, 13: Qui obturrit nubem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur. »

Ad hanc viscera miseracionis induenda fideles incitat Salemas, *lib. IV ad Ecclesiam Catholicam*, dum docet Christum in pauperibus esse membrum, omnibusque indigere; quare in Christum cruciatus esse qui bona sua erogant in cognatos qui non indigent, et Christum in pauperibus agere stant. « Sunt, ait, quibus desiit multa, non desint omnia. Christum tantummodo solos est, cui nihil est, quod in omni humano genere non desit. Nullas servorum suorum exulat, nullas frigore ac nuditate torquetur, cum quo ille non algeat. Solus cum esuriens esurit, solus cum sitiens sitit. Et ideo quantum ad pietatem filius peribat, plusquam ceteri eget; omnis enim egrotosus pro se tantum, et in se eget; solus tantummodo Christus est, qui in omnino pauperum universitate mendicat. Et cum hinc ita sint, quid ais; o homo, qui Christianum te esse dicis, cum Christum egere videris, ut facultates tuas quibuscumque non indigentibus derelinquas? Christus pauper est, et in opes divitum cumulas? Christus esurit, et tu delicis affluentibus paras? Christus etiam equito sibi desse queritur, et a te apotheca obtrorsum vino replatur? Christus rerum omnium egrotus confidit, et a te luxuriosis copia congregatur? Christus tibi pro muneribus a te datis premia simpliciter promittit, et tu nil præstituris cuncta largiris? Christus tibi et pro bonis bonis immortales, et pro malis mala æterna proponit; et tu nec bonis cadentibus flecteris, nec malis preminibus commoveris; et credere te Domino Deo tuo dicis, cujus nec remuneracionem desideras, nec iracundiam contramiscis. » Deinde demonstrat talis non habere fidem, nec credere Christo promittenti elemosynarum amplam remuneracionem: « Si ea que aliis relinquis, ideo relinquis, quia profutura et tui reliqueris, certus es: sic pro-

fecit si quæcumque religiosis muneribus progeras, profutura esse tibi crederes, tibi absque dubio peculiariter deputares; quia quanto te plus amas quam eos quibus relinquis, tanto magis tibi reliqueris, si profutura ea tibi met, vel tenui opinione iudicares. Non enim te odisti, ut prodesse tibi nolis; sed quia pauperibus dereliquis, profutura tibi esse non credis: unde est quod aliis magis quam tibi consulis? quia profuturum tibi opus religiosum esse non credis; sicut credis itaque, sic recipis. Tu Salvatorem perpauci pendis, et te Salvator nihil. Tu Christum postponis aliis, et te omnibus Christi. Tibi in comparacione etiam hominum perditiorum vills est Dominus, et tu eris inter peritiorum ultimos deputandus. » Deinde ostendit eos graviter peccare, tum quod pauperes non juvent, tum quod sua magno labore et dolore parva, conferant his qui illis ad pompam, etiam et luxuriam abutuntur; unde exclamant: « O quanto melius quæcumque illa es, quanto melius et salubrius pauper fueras et egestatosa, quam dives! paupertas enim te Deo insinuare potuisset, divitiæ team esse fecerunt. Rectius ergo per indigentiam salva fieres, quam per opes tuas et te et alios prægravasses: te scilicet, dum male aliis relinquis; alios, dum a te relicta et ipsi usu inhumanissimo male possident, et post se male aliis derelinquunt. Si vis ergo quæcumque illa es, a vis tibi esse consultum, si vis æternam habere vitam et cupis videre dios bonos, relinque substantiam tuam indigentibus sanctis, relinque claudis, relinque cæcis, relinque languentibus: sint facultates tuæ alimenta miserorum, sit opulentia tua pauperum vita, ut illorum refrigeria premia tua sint, ut illorum refectio te reficiat. » Hæc enim omnia recipies a Christo, quia Christum in pauperibus fecisti heredem; et inferius acrius in eos invecas: « Das, inquit, res tuas divitibus, et egenis negas. Das luxuriosis, et negas sanctis. Das cuiuscumque fortasse perditio, et negas Christo: prout ergo iudicasti sis iudicaberis, sicut elegeris sic recipies. Non habebis cum Christo partem quam desperasti, cum his habebis quos prætulisti. »

Notent hæc divites Christiani, præsertim Ecclesiastici, qui bona quæ ab Ecclesia acceptant, Ecclesie et pauperibus reddere tenentur, peccantque graviter si his dicit cognatos; quia res Ecclesie nihil aliud sunt nisi vota fidelium, pretia peccatorum et patrimonium pauperum, » ait S. Prosper, *lib. II De Vita contempl.*, cap. IX et X; quem vide, etque ad S. Bernardum, *epist.* 24, ubi ait: « Væ tibi, Episcopi, qui peccata populi commedis, ac si propterea tibi minus sufficere viderentur, etc.; non licet tibi de facultatibus Ecclesie luxuriam, et in superfluitatibus consumere, sed solum vivere: non licet ditari, non licet consanguineos extollere, non licet palatia ædificare; denique quicquid præter necessarium victum ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non

est, rapina est, sacrilegium est. » Et S. Basilus, orat. in illud, *Destruam horrea mea*: « At tu, ait, Nonne spoliator es, qui que dispensanda accepisti, propria repulas? Est panis famelicis, quam tu tenes; nudis tunicis, quam tu in conclavi conservas; discalceati calcæus, qui apud te marcescit; indigentis argentum, quod possides inhumana. Quocirca tot pauperibus inopiam facis, quot dare valeres. » Quare ethnica, inhumana, ferina et barbara est Stolorum et Seneca, *lib. II De Clementia*, cap. 7, vox et sententia, misericordiam non esse virtutem, sed vitium molles, flexilis et effeminati animi; æque ac ille Plauti, teste Lactantio, *lib. VI*, cap. XI:

Male mæretur qui mendicis dat quod edat,
Nam et illud quod dat perit,
Et illi prodebit vitam ad miseriam.

Humanitas, sapientius et pietatis Valerius Maximus, *lib. IV*, cap. VIII: « Erat, inquit, opibus excellens Gillias, sed multo etiam animo, quam divitis locupletior, semperque in eroganda potius quam in contrahenda pecunia occupatus, adeo ut domus ejus quasi quædam munificentis officina crederetur. Alimenta inopia laborantibus, dotes virginibus paupertate pressis, subsidia detrimetorum incursum quassatis erogabantur. Hospites quoque benignissime excepit, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam tempore quingentos simul Gelsenium equites, vi leapestatis in possessiones suas compulsos, aluit ac vestivit. Quid mala? non mortalem aliquem, sed propitiam fortunam benignum dicitur esse sinum; quod Gillias possidebat, omnium quasi commune patrimonium erat. » Quid hic dicent Christiani, qui a Christo Domino amplissimum provisionem audiverunt? « Date, et dabitur vobis. »

18. FILIOLI MEI, NON DILIGAMUS VERBUM, NEQUE LINGUAM, SED OPERE ET VERITATE. — Sanctus S. Joannes præceptum dilectionis, hic declarat qualis illa esse debeat, scilicet non verbalis, sed realis; non otiosa, sed operosa; non linguax, sed verax, id est, non adulatoria, ficta et hypocritica, sed sincera, cordialis et vera, quæ talis fuit Christi; linguam enim opponit veritati, quasi hypocritam et simulationem sinceritatis et cordiali amori, ut a Christiana charitate et fidei amore emans fraudem, dolum et fictionem excludat. Num nihil sunt amici linguaces, quos Theognis vocat *ἄφρονες καὶ ἄβροτοι φίλοι*, qui verbis sunt liberales, te parci; qui montes aureos promittunt, cibum non dant; qui saccos blanditiarum effundunt, sed unctam auri, imo panis non præstant. Hi fucati sunt et hypocritæ, quia verba non sciunt famem et sitim esurientis et sitientis, sed cibum et potum; nec promissa veniunt nudum, aut carcere liberant, sed vestes et nummi. Unlo de talibus ait S. Jacobus, *cap. II*, vers. 13: « Si autem frater et soror nudi sint, et indigent victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis:

In pace, calefactimini et saturamini; non deriditis autem eis quae necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic et fides quae non habet opera, mortua est in semetipsa; » pari modo dilectio, quae non habet opera, mortua est: vide S. Gregorium, XXI Moral., xvi, ubi post multa concludit: «Dilectio nostra semper exhibenda est venerationis sermonis ministerio largitatis.» Et S. Bernardus, sermone 50 in Cantu, explicans illud: «Ordinavit in me charitatem, » citansque Ioseph S. Joannis verba: «Nec lingua mentientis, inquit, in hoc dilectione recipit fidem, nec rursus affluentiis exitus sapientiae gustum. Opere diligamus et veritate, quod videlicet moveamur ad bene operandum magis quodam vivide charitatis impulsu, quam sapide illius charitatis affectu; » et inferius: «Da mihi hominem qui ex toto corde diligat Deum, se vero et proximum, etc., atque in hunc modum ad cetera quoque Dei ordinato intendat amore, despiciens terram, suspiciens caelum, utens hoc mundo tanquam non utens, et inter utenda et fruenda nihil quodam mentis sapore discernens, ut transitoria transitorio, et ad id duntaxat, quod opus et prout opus est curat, aeterna desiderio amplectatur aeterno: talem, inquam, da mihi, et ego amantem illum sapientem propitium, cui finimur, quaeque res revera sapienter prout sunt, et cui in veritate atque sinceritate compelli gloriam, et dicere: Quia ordinavit in me charitatem. Sed ubi illo, aut quando ista?»

Nota: Si quis non potest opere et affectu succurrere, quia v. g. est pauper, huic sufficit lingua et affectu succurrere consolando, orando, consulendo, etc. Rursus qui succurrit affectu, debet quoque succurrere affectu, ut non tristis, morosus, oburgans, sed hilaris et blandiens det eleemosynam, juxta illud Pauli: «Qui miscetur in hilaritate, » Rom. xii, 8; et Ecdi. xviii, 17: «Fili, in bonis non dos querelam, et in omni dato non des tristitiam verbi mali. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic et verbum melius quam datum. Nuncne ecce verbum super datum bonum, sed utraque cum homine justificato, » graece κρησπίζω, id est, gratioso, q. d. Vir justus utrumque prestabit, scilicet tam datum quam verbum bonum.

Denique preclare S. Gregorius, homil. 3 in Evang. : «Nec tamen, inquit, sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine operis attestatione responderit; de dilectione Conditoris lingua, mens et vita requiruntur; namque est Dei amor etiam: operatur enim magis, si est; si vero operari renuit, amor non est.» Et S. Chrysostomus, hom. 53 et 68 ad Popul. : «Quo plura, inquit, desideris Deo, eo plus te diligit; quibus majora debet, plus tribuit et gratiae: cum aliquem videt cui nihil debet, cum fugit et adversatur; cum vero intuetur eum, cui aliquid debet, continuo ad eum accurrit. Omnia ergo tibi facienda sunt, ut Deum habeas debitorem.» Quo vero id ratione

fieri possit, sic plane explicat: «Nunc hujusce rei tempus est: nunc enim esurit, nunc sitit, nunc nudus est in pauperibus; cum vero haec vita elapsa fuerit, tui non indigebit; et nunc indigere vult propter te. Cibari a te vult, ut te eibet; indui, ut te induat. Pecuniam ergo contemne, nec contemnaris; ut dives sis, tua largietur da; ut colligas, disperge, imitare seminantem. Semina in benedictionibus, ut de benedictionibus et metas.»

Et S. Leo, serm. 6 De Septimo 10 mensis: «Constans, inquit, esto, Christiane largitor: da quod accipias, sere quod metas, sparge quod colligas. Noli metuere dispendium, noli da dubio suspitare proventu. Substantia tua cum bene erogatur, augetur; et concupiscere postquam misericordiam incipit, aeterni quietus est seclari commercio. Mugerator tuus vult te esse munificum, et qui dat ut habeas, mandat ut tribuas, dicens: Date, et dabitur vobis; amplectenda est tibi promissionis istius gratulanda conditio. » Paveat autem interjectus: «Qui ergo, ait, pecunias amat, et multiplicare opes suas inmodicis optat augmentis, hoc polius sanctum foenus exerceat; et haec usurarium arte dilascet, ut non hominum laborantiam capiat necessitates, ne per dolosa officia laqueos incedat insolubilium debitorum, sed illius sit creditor, illius fenerator qui dicit: Date, et dabitur vobis, et qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.» Et concludit: «Si benignus esset animae tuae, tui bona sua crederet, qui et idoneus fideiussor est pauperum, et largissimus redditor usurarum.» Quocirca merito dixit Chrysostomus, «eleemosynam artem esse omnium quastuosissimam.»

49. In hoc (scilicet si diligamus non verbo et lingua, sed opere et veritate) cognoscimus quoniam (quod) ex veritate scimus, — id est, sumus veraces, veraciter ambulamus, veram habemus dilectionem, sumus quasi filii veritatis, id est, verae et sincere charitatis.

Secundo, «ex veritate, » id est, ex Deo et Christo «sumus: » ita (Cecumenius, Deus enim est prima et summa veritas, ac vera charitas, juxta illud: «Ego sum via, veritas et vita, » Joan. xvi, 9; et cap. xviii, vers. 37: «Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum; ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.» Quocirca recta concludit S. Augustinus, De Moribus Ecclesiae, cap. xxxv: «Charitati victus, charitati sermo, charitati habitus, charitati vultus aptatur; coheret in unam consensuraturque charitatem; hunc violare tanquam Deum nefas dicitur; huic si quis resistit, expugnatur, atque exciditur; hanc si quis offendit, uno die durare (in monasterio) non sinitur: sicut ita commendatam esse a Christo et Apostolis, ut si haec una absit, inania; si haec adsit, plena sint omnia.»

Et in conspectu ejus studeamus corda nostra. — Primo, Hugo, Lyranus et Dionysius exponunt,

q. d. Studeamus corda nostra, ut studeant proficere in melius, et meliora excogitent, omnemque suam cogitationem, studium et intentionem dirigant in Deum, satagendo illi in dies magis magisque placere.

Secundo, Joannes Verus explicat, q. d. «In conspectu ejus studeamus corda nostra, » id est, fiduciam nanciscamur impetrandi quilibet a Deo.

Tertio et magis genuine, «suadeamus corda nostra, » id est, suadeamus cordibus nostris, ut veritatem S. Augustinus, Pagninus et Tigurina; Vatablus vertit, placemus corda nostra; Syrus, persuasum reddidit sumis cor nostrum; alii, secura redlemus corda nostra, q. d. Conscientiam habebimus pacatam et securam in conspectu Dei; vere enim persuadeamus cordi nostro nos esse ex veritate, hoc est, vere charitati studere, dum diligimus non verbo et lingua, sed opere et veritate. Graecum enim αἰσῶ, id est suado, construitur cum accusativo, qui Latina syntaxi verendum est per dativum: ita S. Augustinus, Beda et alii. Graecizat ergo interpret hic, atque ad Judith xii, 10: «Suade Hebraeam illam, » pro suade Hebraeae illi. Verum quia hic sensus includitur in eo quod proxime processit: «In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, » ut ab eo distinguamus id quod sequitur: «Et in conspectu ejus suadeamus corda nostra, » hinc,

Quarto et planissime, sensus est, q. d. Si diligamus non lingua, sed opere et veritate, in conspectu ejus, » id est, Deo et Christo omnino conscientiam suadeamus, id est probabimus et persuadeamus «corda nostra, » scilicet esse ex veritate, ut paulo ante dixit: dat enim fructum dilectionis operose et verae, ut ad eam fideles invitet, q. d. Qui diligunt duntaxat verbo et lingua possunt mentiri hominibus, ac fingere se ex corde diligere, at non Deo; hic enim cor intus videt dilectionem illam esse labialem, non cordialem.

Qui vero diligunt proximum opere et veritate, non reformidant oculum et iudicium Dei; sed audent comparere in ejus conspectu, audent libera fronte se ejus tribunali sistere, audent ei corda sua pandere ac probare, et ostendere ea in veritate, veraque charitate esse fundata: se scilicet vere Deum et proximum propter Deum diligere, se Dei legi et voluntati satisfacere, illique soli placere contendere: ita (Cecumenius. Simili modo Paulus ait, Galat. i, 10: «Modo hominibus suadeo, an Deo?» q. d. Ego causam meam probare et persuadere salago Deo, non hominibus: ita S. Chrysostomus. Unde S. Augustinus legit: «Ego Deo, non hominibus, probatum inde te deprimit; ille videtur, qui coronat; ille sit testis, quod iudice coronaris.» Vere Didochus, De Perfect. spirit., cap. c: «Longe majus, ait, est iudicium Dei conscientia nostra.» Unde Paulus: «Mihī, ait, pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die. Qui autem judi-

et iudicii divini; saepe enim nos concupiscentia, mundus aut daemon decipit, ut putemus nos agere pure ob amorem Dei, quod agimus impure ob concupiscentiam, vel amorem nostri. Quare antequam actionem aliquam aggrediamur, ad hanc normam eam conformato: «Ita sincere age hanc actionem, tanquam qui conspiciaris a Deo, qui omnia videt et notat, quique omnium exactam a te exiget rationem; ita perfecte hoc age, quaei ultimum sit hoc opus tuum, quasi illud post illud moriturus.» Cum dubitas quid agendum, dubium solve ex hoc principio: «In dubio hoc elige, quod in hora mortis vobis te elegisse. In hoc negotio hoc age, sicut cupis rationem reddere Christo in die iudicii.»

Ita faciebat Psaltes: «Providebam, inquit, Dominum in conspectu meo semper, » Psal. xv, 8. Ellens Joram regi, «Vivit, ait, Dominus, in cuius conspectu suo, » IV Reg. cap. iii, vers. 14. Ita Paulus: «Gloria nostra, ait, haec est, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo, » II Cor. i, 12.

Ita S. Xaverius: «Ubiomque fuero, inquit, meminero me in orbis theatro, et in oculis Dei versari.» Ita noster Cämpianus agonem martyrii obiturus: «Spectaculum, ait, facti sumus mundo, et angelis, et hominibus, » I Cor. iv, 9. Hos imitemur, ita «in conspectu ejus suadeamus corda nostra.»

20. QUONIAM SI REPREHENDERIT (καταγγεῖλον, id est arguat, condemnet, ut verit (Cecumenius) nos cor nostrum (quod lingua diligamus, non opere et veritate, esto idipsum dissimulemus, et exterius dilectum contrarium, frustra id facimus, quia) MAJOR EST DEUS corde nostro, et novit oxnia. — q. d. Si tuam hypocrisis non potes celare cor tuum, multo minus celabis eam Deum, qui corde tuo major et profundior est, ac intus illud videt, magisque illi praesens est quam tu ipse. Si conscientia tua te reprehendit et condemnat, quanto magis reprehendet et condemnetur ita Deus, qui est praesens et iudex conscientia tua. Unde Syrus vertit, quod si cor nostrum reprehendat nos, quanto major est Deus corde nostro? » Si cor nostrum, ait (Cecumenius, quod exiguum est, latere nequimus, quo pacto Deum qui nusquam non adest, latere valeamus; » et S. Augustinus: «Cor tuum, ait, abscondis ab homine, a Deo absconde si potes; » et mox: «Perhibet tibi testimonium conscientia tua, quia ex Deo est. Si ex Deo est, noli illam velle ante homines iactare, quia nec laudes hominum te levant in caelum, nec vituperationes inde te deprimit; ille videtur, qui coronat; ille sit testis, quod iudice coronaris.» Vere Didochus, De Perfect. spirit., cap. c: «Longe majus, ait, est iudicium Dei conscientia nostra.» Unde Paulus: «Mihī, ait, pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die. Qui autem judi-

eat me, Dominus est: ita Ipse. I *Corinth.* iv, 4; et *Psalm.* lxxiii, 7: « Accedet homo ad cor altum (græca βολή, id est profundum), et exaltabitur Deus, » q. d. Homo profundo et abdito corde et consili) multa mala, dolos et simulationes excogitabit; sed Deus eo altior et profundior erit; profundi enim illud subit, ut intoeatur et iudicet ejus consilia dissipando et vindicando. Unde Symmachus, Aquila et Theodotion pro יְהוָה יִרְאֵם jehovah, id est exultabit, legentes יִרְאֵם joram, id est sagittabit, vertunt, *mentem et cor profundum hominis Deus conficit, vel sagittabit.*

Quare accommodabilis, non gentilis, est expositio Thomæ Angliæ, q. d. Si magna est cordis offensa, suiq. reprehensio, major est Dei misericordia ad eam condonandam. Impia enim est Caini vox, *Gen.* iv, 13: « Major est iniquitas mea quam ut veniam merear. » Et illa aliorum: « Major, » id est, liberalior, diffor, plenior, perfectior, « est Deus coram nostro: » quis solus Ipse cordis nostri desideria satiat et explet, imo exuberat in immensum, nec finis capi potest, sicut mare capi nequit coelestis.

21. Si cor nostrum non reprehenderit nos. — *Katechismus*, quod S. Augustinus vertit, « si cor nostrum non male senserit; » « Emendatus, » si non condempnet, et indempnat apud nos ipse simus, fiduciam habemus ad Deum, » quod omnia que petimus, quibusque infirmus, ab eo impetrebimus, ut sequitur. Hoc est quod canit *Psalm.* cxviii, 6: « Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandata tua. » Ex adverso de impio male sibi conscio, ait *Sapient.* Proverb. xxviii, 9: « Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. » Nam, ut ait S. Gregorius, *X Mori.*, cap. xv vel xvii: « Diffidit accipere se posse quod appetit, qui profecto remissiscit nolle se adhuc facere; quod divinitus audivit; et cor nos in petitione reprehendit, cum resistere se preceptis ejus quem postulat meminit. » Auctor Imperfecti, hom. 13 in *Math.*: « Sicut oleum, ait, accendit lumen lucerna, ita bona opera dant anime confidentiam; nam justus quasi leo confidit, » *Prov.* xxvii, 4.

22. Et quibus petimus (quod petendum est, puta revera bonum ad Dei gloriam, nostramque et aliorum salutem pertinens, vel conducens. Ita se explicat Joannes, cap. v, vers. 14, dicens: « Quæcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos »), accipimus ab eo, — aut certe aliquid melius eo quod petimus. Explicat hic fiduciam quam parit bona conscientia apud Deum, ex effectu, qui est quod impetret omnia que postulat a Deo. Causam dat: « Quoniam mandata ejus custodimus, et ea que sunt placita coram Deo facimus. » Congruum enim est, et congrua merces obedientie et amicitie, ut si homo faciat voluntatem Dei, Deus vicissim faciat voluntatem hominis, juxta illud: « Voluntatem timentium se faciet, » *Psalm.* cxlvi, 19. « Man-

data dilectionis intelligit, ut diligamus alterum, nisi precessit. Ita S. Augustinus.

Alludit ad illud promissum Christi: « Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, et fiet vobis, » *Joan.* xv, 7. Oratione enim operatio, et vicissim operatio fulcitur debet oratio, juxta illud S. Gregorii, lib. IX, *epist.* 43: « Inanis fit oratio, ubi prava est actio; actio enim preces orationum superat. » Hoc est quod ait *Jeremias*, *Thren.* iii, 41: « Levemus corda nostra cum manibus ad Deum in celos. » Nam, ut explicat S. Hieronymus, vel potius Ihabanus: « Cor cum manibus levat, qui orationem suam operibus roborat. Nam quisquis orat, sed operari dissimulat, cor levat et manus non levat: quisquis vero operatur, et non orat, manus levat, et cor non levat. Juxta ergo Joannis vocem, tunc cor fiduciam in oratione accipit, cum sibi vult pravitam nolle contumaciam, et bonorum operum oratio orationi concinit. » Quin et Iacobi, teste *Platarcho in Laca.*, erat proverbium: « Adnota manu fortunam esse implorandam, » quo significabant, « frustra Deum invocari, nisi quis addens industriam manum rota admoveat. »

Docet ergo hic S. Joannes orationem habere vim ex fiducia, fiduciam vero oriri ex observatione mandatorum: nam impis qui ea violant, minatur Dominus, *Isaia* i, 13: « Cum extendere manus vestras, avertam oculos meos a vobis; cum bullipileaveritis orationem, non exaudiam; manus enim vestre sanguine plene sunt. » Alibi: « Aggravata est auris ejus ut non exaudiat, sed iniquitates vestre dividerunt inter vos et Deum vestrum; » et *Malach.* ii, 2: « Maledicium benedictionibus vestris. » Et in eandem sententiam Salomon, *Proverb.* xxviii, 9: « Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. » Denique David: « Peccatori autem dixit Deus: Quare tu anarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? » *Psalm.* cxlix, 16. Idipsum expertus regis Propheta psallit: « Me autem propter iniquitatem suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in eternum, » *Psalm.* xl, 13; et: « Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum, » *Psalm.* xxxiii, 16; et: « Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adjutor et protector nosler est: in eo letabitur cor nostrum, et in nomine sancto ejus speravimus, » *Psalm.* xxxii, 20. Unde Idem alios docens: « Delectare, inquit, in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui, » *Psalm.* xxxvi, 4. Imo petitiones ipsas prevenit, juxta illud: « Desiderium pauperum exaudivit Dominus, » *Psalm.* ix, 17. Igitur non ipsas modo preces, sed etiam tacitas cogitationes ac desideria, antequam orando exprimentur, prevenit et adimplet Dominus in his qui vere pauperes sunt spiritu. Ita S. Dominicus dicebat se nihil a Deo postulas, quod non accepisset. Idem professus est S. Thomas Aquinas,

S. Scholastica, soror S. Benedicti; S. Catharina Senensis et alii.

ET EA, QUE SUNT PLACITA CORAM EO, FACIENS. — « Placita, » quia ab eo jussa. Placita ergo sunt precepta Dei, sicut placitum Regis est preceptum Regis. Placita tamen quoque sunt consilia Dei, puta consilia Evangelica. Qui enim perfecte Deo placere satagit, hic ejus non tantum jussa et precepta, sed et nutus ac consilia amplectitur: quod uti arduum, ita Deo gratissimum est; unde S. Bernardus, *serm.* I *De Dedic. Ecclesie*, religiosum vel monachum vocat perpetuum miraculum. In hoc ergo omnis nostra sinceritas consistit, puta in studio et conatu placendi Deo semper, ubique et in omnibus. Hic enim est actus purissimus et perpetuus charitatis.

Ubi nota: Duplex est amor, concupiscentiam sollicit, et amicitie. Amor concupiscentie est, quo studemus placere Deo, ut ab eo gloria eterna quasi mercede donemur; qui est actus bonus, sed magis spei, quam charitatis, juxta illud: « Inclinaui cor meum ad faciendum justificationes tuas in eternum, propter retributionem, » *Psalm.* cxviii, 412. Amor amicitie est, quo pure salagimus placere Deo, etque placita adimplere non ob spem mercedis, sed ex puro amore; quia scilicet cum amamus, optimisque ei rem placentem et gratam facere, in qua ipse sibi complectat seque oblectet, ut ejus oculos, animum et mentem puseamus. Hic est actus pure et perfecte charitatis (1).

Hanc habuit Christus a primo instanti conceptionis sue, eoque tota vita continuavit, donec ultimum in cruce spiritum in manus Patris resignavit. « Ego, inquit, que ei placita sunt, facio semper, » *Joan.* viii, 29; et: « In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam. Deus meus voluit, et legem tuam in medio cordis mei, » *Psalm.* xxxix, 9. Ita Paulus monet *Romanos*, xii, 2, ut studiosè perquirant, « que sit voluntas Dei bona, beneplacens et perfecta; » et *Colos.* cap. 1, vers. 9, « postulantes ut impleantur cognitione voluntatis ejus, in omni sapientia et intellectu spirituali, ut ambulatis digne Deo per omnia placentes. »

Unde viri sapientes docent optimam esse praxim augendi Dei gratiam et merita, si qualibet hora cogites: Quid hæc hora a me requirit Deus? quid hoc momento vult me facere? quid hoc instanti magis beneplacitum est? Hæcque agnitione statim exsequere et opere complere. Sic famuli regis qualibet hora cogitant quid placeat regi, quia ejus velit, omnesque regis nutus observant, et illius quod innuit perficiunt, ut non tam irre quam

volare videantur: quanto magis nos Dominus Dei nostri nutus observare debemus, illius in omnibus obsequi? Dei, inquam, qui est augusta illa et summa majestas, summa æquitas, summa sanctitas, summa sapientia, summa bonitas, summa potentia; Dei, qui est summus noster et omnium dominus, legislator, iudex et vindex; Dei, qui nos creavit, conservat, redemit, sanctificat, singulisque momentis sanctorum beneficentia annulat. Hoc est quod ait S. Gregorius, lib. VI *Moral.*, cap. xii vel xiv: « In cunctis quo agimus, vim supernæ voluntatis inquiramus. » Ammon Abbas apud S. Ephrem, tom. II, in cap. *parvæ*, x et seq.: « Voluntatem Dei, ait, tanquam vere regnum celorum, ad coronam vite perfecte, desideranda quovis tempore persequere, credens toto corde illud omnino humanam prudentiam utilitate superare, et in quantumque re primus probos oportet, an Dei sit voluntas ista. » Joannes Abbas moriens gaudebat, aliquosque idem dicebat dicens: « Numquam meam feci voluntatem, » uti refert Cassianus, lib. V *De Instit. romæ*, xxvii. Noëter B. Alossius Gonzaga dicebat se lete mori, nec ullius rei, ac præsertim nimis austeritatis, habere scripturam, quod nihil fecisset nisi ex voluntate Dei, cuius interpres erat superior. Hoc est quod Deus laudat et celebrat, dicens: « Vocabis voluntas mea in ea, » *Isaia* lxxi, 4. Vide S. Bernardus, *serm.* 38 in *Cont.*, et tract. *De Diligendo Deo*.

23. Et hoc est mandatum ejus (dixerat S. Joannes nos accepturos quidquid petierimus ab eo, « quoniam mandata ejus custodimus: » hic explicat quomodo sint illa mandata, atque esse duo. *Primum*, ut credamus in Jesum (id est in nomine) Filium Jesu Christi (hoc est, ut credamus in Jesum Christum Dei Filium: *nomen* enim ponitur pro re nominata metonymice, juxta illud: « In nomine Jesu omne genua flectunt, caelestium, terrestrium et infernorum, » quod explicans subdit: « Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris, » *Phil.* ii, 9. *Secundum*), et diligamus alterutrum. — In his enim duobus quasi fundamentis et radicebus cetera continentur: credere enim in Jesum Christum, est simul in eum sperare, eum amare, colere, adorare et per omnia obsequere. Ita Occumenius. Rursum credere in Jesum Christum Filium Dei, est pariter credere in Deum Patrem et in Spiritum Sanctum. Pater enim est Filius Pater; ac Pater et Filius includunt vim, in eo actum spirandi Spiritum Sanctum, ut alibi dixi. Denique præceptum dilectionis proximi includit et præsupponit preceptum dilectionis Dei: propter Deum enim diligendus est proximus. « In his » autem « duobus mandatis universa lex pendet et Propheta, » *Math.* xxiii, 40. « Minus enim, ait S. Augustinus, lib. X *Conf.*, cap. xxix, te, Domine, amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor qui semper ardes, et nunquam extinguis, cha-

(1) Tertius a S. Thoma distinguitur amor, scilicet benevolentie, seu simplex actus voluntatis, quo volumus aliquid bonum, sine reclamatione ex parte ejus: ut cum videmus ducem ignotis cursoris in certamine, speramus eum volumus vincere. Ita Doctor Angelicus, II II, *Quest.* xxxvii, art. 2.

ritas Deus meus, accende me. Continentiam jubet; da quod jubes; et jube quod vis. »

SCIT DEDIT MANDATA NOBIS. — Vox *mandatum* toties repetita significat Christum unice et crebro mandasse et commendasse dilectionis mutue preceptum, tum Apostolis, ut idipsum ubique predicarent et sepe inculcarent; tum fidelibus, ut illi plane et plene obedirent.

24. ET QUI SERVAT MANDATA EJUS, IN ILLO MANET, ET IPSE IN EO. — Vox *manet* significat moram et habitationem; item intimam conjunctionem et societatem. Manet ergo Deus in obedientibus.

Primo, per « mandatum » et legislationem: lex enim, et consequenter legislator, manet in subdito, qui ei obedit; sicut doctrina doctoris manet in discipulo, qui eam audit et haurit, juxta illud: « Verbum Dei manet in vobis, » cap. II, vers. 14; ac vicissim subditus manet in lege et legislatore per disciplinam et obedientiam, qua ei inhaeret et obedit.

Secundo, per amorem: qui enim mandata Dei custodit, Deum diligit, ac ab eo diligitur. Unde manet in Deo, sicut amans per affectum et amorem manet in amato. Anima enim magis est ubi amat quam ubi amatur; vicissim manet in Deo, sicut amatum objective manet in amante. Eodem modo Deus manet in eo, scilicet et tanquam amans et tanquam res amata: « Qui enim adheret Domino, unus spiritus est, » I Cor. VI, 17. Vide S. Bernardum, serm. 71 in Cant.

Tertio, diligens et obediens manet in Deo per clientelam; vicissim Deus manet in diligente per patrocinium, directionem et regimen quasi ejus tutor et custos, juxta illud *Psalm.* xc, 1: « Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur; » Unde Syrus verit: *Qui servat preceptum ejus, per ipsum servatur.* Hoc est quod ait Zacharias, cap. II, vers. 8: « Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. » Parum fuit dicere, me tangit: sed eam partem nominavit quæ est in homine charissima, eademque ad sensum mollissima. Et Deus ad Abraham: « Noli, ait, timere; ego protector tuus, et merces tua magna nimis. » Hinc orat *Psalm.* xxx, 1: « Estote mihi in protectorem et in domum refugii. » *Psalm.* xxx, 3. Unde eleganter Beda: « Sit, inquit, tibi domus Deus, et esto domus Dei: mane in Deo, et maneat in te Deus. Manet in te Deus, ut te continet; manes in Deo, ne cadas. Serva mandata ejus, tene charitatem, poli te divellere a fide illius, ut glorieris in presentia ipsius, et securus manebis in eo, modo per filium ymo per speciem. Manebit et ipse perennis in te, juxta quod et *Psalmista* decantat: In æternum exultabunt, et habitabis in eis. » *Psalm.* v, 12. Et S. Chrysostomus in cap. VIII ad Rom. explicans illud, vers. 14, *Quicumque spiritu Dei agitur, si sicut filii Dei:* « Ad comparandam, ait, filiorum hereditatem non satis est divino semel imbuti spiritu, nisi ejus dicitur perpetuo regamur, cum nauticus sit animæ nostræ,

auriga et ductor, agens nos in prelium contra spirituales nequitas in celestibus. »

Quarto, manet Deus in amante; quasi locatum in loco: Anima enim sancta est thronus, templum et cœlum Dei, uti docet Paulus I *Corinth.* III, 17, et *Isaias* cap. LXVI, vers. 1 et 2.

Denique Deus manet in justo substantialiter, quia suam essentiam et substantialiter justo communicat; facit enim eum consortem divine nature, II *Petri* I, 4. Vide ibi dicta.

ET IN HOC (per hoc) SCIRIS (q. d. Hoc indicio cognoscimus) QUONIAM (quod) MANET IN NOBIS, (nimirum) DE SPIRITU (Græca et Syrus, ex spiritu) QUEM DEDIT NOBIS. — Probat servantes mandata, ideoque diligentes Deum manere in Deo, ac Deum in ipsis, q. d. Ex Spiritu Sancto ejusque charitate que facit nos alterutrum diligere, ceterisque ejus virtutibus et donis quasi ex effectibus, cognoscimus quod ipse Spiritus Sanctus, ac consequenter Pater et Filius manent et habitent in nobis, juxta illud: « Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, » *Rom.* v, 5. Unde sequitur nos vicissim manere in Deo. « Deus enim charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo, » cap. IV, vers. 16. Ita S. Augustinus. Beda. « Commentus et alii. » Ista connexio, ait S. Augustinus, satis aperteque declarat fraternam dilectionem non solum ex Deo, sed etiam Deum esse, quam videmus tanta auctoritate predicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem (1). »

Nota, « scirus », non fide divina, quam hæretici spectabilem vocant, quasi fideles certo credere debeant se habere fidem et gratiam Dei; non etiam certitudine physica et absoluta, ut vult Catharinus, sed certitudine morali et conjuncturali, qualis ex signis et conjecturis, puta ex fuga peccatorum, studio virtutum, præsentim humilitatis, mortificationis, charitatis, contemptus mundi, etc., haberi solet: et quo majora quis in se hæc signa experitur, eo majorem habet certitudinem, quod sit in gratia Dei. Unde quo magis crescit in virtutibus, eo certior sit de sua gratia et salute; adeoque Andreas Vega, lib. IX in *Concilium Tridentinum*, cap. ultimo et penultimo, docet Sanctos posse habere tantam certitudinem quæ excludat omne dubium et metum contrarii, ut moraliter non dubitent de sua gratia: quomodo certo credimus Constantinopolim esse ex communi omnium assertionem, esto eam non viderimus; aut potius sicut sacerdos rite ordinatus certo scit se esse sacerdotem, et baptizatus scit se esse baptizatum, vel quia in a viris fide dignis audivit, vel quia adultus se baptizari vidit; qua ratione dicebat S. Antonius: « Ego Deum meum amo, non

(1) Alii: Est autem certissima argumentatio, nobis Deum inhabitare, quod nobis dedit de Spiritu suo, scilicet dona Spiritus Sancti, quibus certa nihil majus in tua vita nobis dari poterat.

timeo. » Hoc paucorum est et eximie Sanctorum, qui diu et ferventer Deo servierunt; qui tamen si spectent suam infirmitatem, formidare possunt ne forte fallatur in hac sua credulitate, esto actu non formident. Ceteri et formidare possunt, et actu formident. Ita S. Hieronymus in cap. VI *Metaph.*: « Nulla hora, ait, dormire, nullo tempore securi esse debemus, sed semper expectare diem judicii. » S. Gregorius, lib. VI, epist. 22 ad Gregorium, Augustæ cubiculariam: « Secura, ait, de tuis peccatis fieri non debes, et quousque veniat ultima vite tue dies, semper suspecta, semper

trepida metuere culpas debes. » S. Bernardus, sermone 3 De *Advocatu*: « Cum et mox et proximi conscientiam debeam servare, neutra mihi satis nota est: utraque abyssus est imperscrutabilis, utraque mihi nox est. » Vide Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. XVI. Communiter ergo Sanctorum certitudo et fiducia mixta est cum metu et formidine de opposito, hæc illud Pauli: « Cum metu et tremore vestram salutem operamini, » *Philipp.* II, 12. Voluit id Deus, ut hic metus nobis esset frenum ad humilitatem et stimulus ad acrimoniam virtutis.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit inculcare veram Christi fidem, et charitatem tam Dei quam proximi. Primo, a vers. 1 usque ad vers. 7, docet discernendos esse spiritus, an sint veritatis, an erroris, hoc signo, quod spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo sit; qui vero solvit Christum, sit ex mundo et diabolo. Secundo, a vers. 7 ad 13, multis commendat charitatem, eo quod Deus sit charitas, et ex charitate Filium suum per incarnationem nobis dedit, etc. Tertio, a vers. 13 usque ad finem, tres præcipuos charitatis fructus et effectus recenset: primus est, quod habens charitatem in Deo maneat, et Deus in eo; secundus, quod charitas datur et fiduciam in die judicii; tertius, quod charitas foras mittat timorem.

1. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. 2. In hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; 3. et omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, et nunc jam in mundo est. 4. Vos ex Deo estis, filii, et vicistis eum, quoniam major est qui in vobis est, quam qui in mundo. 5. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, et mundus eos audit. 6. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos; qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus spiritum veritatis, et spiritum erroris. 7. Charissimi, diligamus nos invicem, quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum. 8. Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus charitas est. 9. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. 10. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. 11. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere. 12. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est. 13. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. 14. Et nos vidimus, et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi. 15. Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo. 16. Et nos cognovimus et credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. 17. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii; quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. 18. Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. 19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus

ritas Deus meus, accende me. Continentiam jubet; da quod jubes; et jube quod vis. »

SCIT DEDIT MANDATA NOBIS. — Vox *mandatum* toties repetita significat Christum unice et crebro mandasse et commendasse dilectionis mutue præceptum, tum Apostolis, ut idipsum ubique prædicarent et sepe inculcarent; tum fidelibus, ut illi plane et plene obedirent.

24. ET QUI SERVAT MANDATA EJUS, IN ILLO MANET, ET IPSE IN EO. — Vox *manet* significat moram et habitationem; item intimam conjunctionem et societatem. Manet ergo Deus in obedientibus.

Primo, per « mandatum » et legislationem: lex enim, et consequenter legislator, manet in subdito, qui ei obedit; sicut doctrina doctoris manet in discipulo, qui eam audit et haurit, juxta illud: « Verbum Dei manet in vobis, » cap. II, vers. 14; ac vicissim subditus manet in lege et legislatore per disciplinam et obedientiam, qua ei inhaeret et obedit.

Secundo, per amorem: qui enim mandata Dei custodit, Deum diligit, ac ab eo diligitur. Unde manet in Deo, sicut amans per affectum et amorem manet in amato. Anima enim magis est ubi amat quam ubi amatur; vicissim manet in Deo, sicut amatum objective manet in amante. Eodem modo Deus manet in eo, scilicet et tanquam amans et tanquam res amata: « Qui enim adheret Domino, unus spiritus est, » I Cor. VI, 17. Vide S. Bernardum, serm. 71 in Cant.

Tertio, diligens et obediens manet in Deo per clientelam; vicissim Deus manet in diligente per patrocinium, directionem et regimen quasi ejus tutor et custos, juxta illud *Psalm.* xc, 1: « Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur; » Unde Syrus verit: *Qui servat præceptum ejus, per ipsum servatur.* Hoc est quod ait Zacharias, cap. II, vers. 8: « Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. » Parum fuit dicere, me tangit: sed eam partem nominavit quæ est in homine charissima, eademque ad sensum mollissima. Et Deus ad Abraham: « Noli, ait, timere; ego protector tuus, et merces tua magna nimis. » Hinc orat *Psalm.* xxx, 1: « Estote mihi in protectorem et in domum refugii. » *Psalm.* xxx, 3. Unde eleganter Beda: « Sit, inquit, tibi domus Deus, et esto domus Dei: mane in Deo, et maneat in te Deus. Manet in te Deus, ut te continet; manes in Deo, ne cadas. Serva mandata ejus, tene charitatem, poli te divellere a fide illius, ut gloriaris in presentia ipsius, et securus manebis in eo, modo per filium ymo per speciem. Manebit et ipse perennis in te, juxta quod et *Psalmista* decantat: In æternum exultabunt, et habitabis in eis. » *Psalm.* v, 12. Et S. Chrysostomus in cap. VIII ad Rom. explicans illud, vers. 14, *Quicumque spiritu Dei agitur, si sicut filii Dei:* « Ad comparandam, ait, filiorum hereditatem non satis est divino semel imbuti spiritu, nisi ejus dicitur perpetuo regamur, cum nauderis sit anime nostræ,

auriga et ductor, agens nos in prælium contra spirituales nequitas in celestibus. »

Quarto, manet Deus in amante; quasi locatum in loco: Anima enim sancta est thronus, templum et cælum Dei, uti docet Paulus I *Corinth.* III, 17, et *Isaias* cap. LXVI, vers. 1 et 2.

Denique Deus manet in justo substantialiter, quia suam essentiam et substantialiter justo communicat; facit enim eum consortem divine naturæ, II *Petri* I, 4. Vide ibi dicta.

ET IN HOC (per hoc) SCIRIS (q. d. Hoc indicio cognoscimus) QUONIAM (quod) MANET IN NOBIS, (nimirum) DE SPIRITU (Græca et Syrus, ex spiritu) QUEM DEDIT NOBIS. — Probat servantes mandata, ideoque diligentes Deum manere in Deo, ac Deum in ipsis, q. d. Ex Spiritu Sancto ejusque charitate que facit nos alterutrum diligere, ceterisque ejus virtutibus et donis quasi ex effectibus, cognoscimus quod ipse Spiritus Sanctus, ac consequenter Pater et Filius manent et habitent in nobis, juxta illud: « Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, in Deo manet, et Deus in eo, » cap. IV, vers. 16. Ita S. Augustinus. Beda. « Commentus et alii. » Ista connexio, ait S. Augustinus, satis aperteque declarat fraternam dilectionem non solum ex Deo, sed etiam Deum esse, quam videmus tanta auctoritate prædicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem (1). »

Nota, « scirus », non fide divina, quam hæretici spectabilem vocant, quasi fideles certo credere debeant se habere fidem et gratiam Dei; non etiam certitudine physica et absoluta, ut vult Catharinus, sed certitudine morali et conjecturali, qualis ex signis et conjecturis, puta ex fuga peccatorum, studio virtutum, præsentim humilitatis, mortificationis, charitatis, contemptus mundi, etc., haberi solet: et quo majora quis in se hæc signa experitur, eo majorem habet certitudinem, quod sit in gratia Dei. Unde quo magis crescit in virtutibus, eo certior sit de sua gratia et salute; adeoque Andreas Vega, lib. IX in *Concilium Tridentinum*, cap. ultimo et penultimo, docet Sanctos posse habere tantam certitudinem quæ excludat omne dubium et metum contrarii, ut moraliter non dubitent de sua gratia: quomodo certo credimus Constantinopolim esse ex communi omnium assertionem, esto eam non viderimus; aut potius sicut sacerdos rite ordinatus certo scit se esse sacerdotem, et baptizatus scit se esse baptizatum, vel quia in a viris fide dignis audivit, vel quia adultus se baptizari vidit; qua ratione dicebat S. Antonius: « Ego Deum meum amo, non

(1) Alii: Est autem certissima argumentatio, nobis Deum inhabitare, quod nobis dedit de Spiritu suo, scilicet dona Spiritus Sancti, quibus certa nihil majus in tua vita nobis dari poterat.

timeo. » Hoc paucorum est et eximie Sanctorum, qui dia et ferventer Deo servierunt; qui tamen si spectent suam infirmitatem, formidare possunt ne forte fallatur in hac sua credulitate, esto actu non formident. Cæteri et formidare possunt, et actu formident. Ita S. Hieronymus in cap. VI *Metheæ*: « Nulla hora, ait, dormire, nullo tempore securi esse debemus, sed semper expectare diem judicii. » S. Gregorius, lib. VI, epist. 22 ad Gregorium, Augustæ cubiculariam: « Secura, ait, de tuis peccatis fieri non debes, et quousque veniat ultima vite tue dies, semper suspecta, semper

trepida metuere culpas debes. » S. Bernardus, sermone 3 De *Advocatu*: « Cum et moam et proximam conscientiam debeam servare, neutra mihi satis nota est: utraque abyssus est imperceptibilis, utraque mihi nox est. » Vide Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. XVI. Communiter ergo Sanctorum certitudo et fiducia mixta est cum metu et formidine de opposito, hæc illud Pauli: « Cum metu et tremore vestram salutem operamini, » *Philipp.* II, 12. Voluit id Deus, ut hic metus nobis esset frenum ad humilitatem et stimulus ad actionem virtutum.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit inculcare veram Christi fidem, et charitatem tam Dei quam proximi. Primo, a vers. 1 usque ad vers. 7, docet discernendos esse spiritus, an sint veritatis, an erroris, hoc signo, quod spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo sit; qui vero solvit Christum, sit ex mundo et diabolo. Secundo, a vers. 7 ad 13, multis commendat charitatem, eo quod Deus sit charitas, et ex charitate Filium suum per incarnationem nobis dedit, etc. Tertio, a vers. 13 usque ad finem, tres præcipuos charitatis fructus et effectus recenset: primus est, quod habens charitatem in Deo maneat, et Deus in eo; secundus, quod charitas datur et fiduciam in die judicii; tertius, quod charitas foras mittat timorem.

1. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. 2. In hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est; 3. et omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, et nunc jam in mundo est. 4. Vos ex Deo estis, filii, et vicistis eum, quoniam major est qui in vobis est, quam qui in mundo. 5. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, et mundus eos audit. 6. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos; qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus spiritum veritatis, et spiritum erroris. 7. Charissimi, diligamus nos invicem, quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum. 8. Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus charitas est. 9. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. 10. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. 11. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere. 12. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est. 13. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. 14. Et nos vidimus, et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi. 15. Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo. 16. Et nos cognovimus et credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. 17. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii; quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. 18. Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. 19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus

prior dilexit nos. 20. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? 21. Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum.

4. CHARISSIMI, NOLITE ONI SPIRITUI CREDERE. —

« Spiritum » vocat suggestionem, inspirationem, impulsum, doctrinam, suasionem; aut potius ipsum suggerentem, inspirantem, impellentem, docentem, suadentem, puta ipsam doctrinam, aut magistrum, q. d. Nolite credere omni illi quod a quolibet doctore, vel suatore vobis suggeritur aut suadet. Doctores enim varii, imo contrarii, vario et contrario spiritu aguntur. Boni, sapientes et orthodoxi aguntur spiritu bono Dei; mali et errantes, uti heretici, aguntur spiritu malo diaboli. Illi ergo aguntur spiritu veritatis, hi vanitatis, erroris et mendacii, adeoque spiritus bonus vel malus per doctorem ora loquitur, ait Dionysius. Sic Abbas Sereus apud Cassianum, *Collat.* VII, cap. xxxi, testatur se audisse demonem confidentem, quod per Arium et Eunomium impias hereses condidisset. Sic diabolus per os serpentis loquens tentavit et seduxit Evam, *Genes.* iii, 1. Respicit ad nautas qui non credunt omni spiritali, id est, vento, nec ei obsecundant; quia, si id facerent, aberrarent a destinato portu, et sepe agerent S. Joannes, dicens: « Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est, etc. Perperam ergo heretici ex hoc loco continentur hereses suas esse examinandas et probandas. Jam enim illic ab Ecclesia examinatae et damnatae sunt, ut privato cuilibet eas probare non sit opus, imo nec liceat. Ita S. Hieronymus ad *Pammachium*: « Cur post quadringentos annos, ait, docere niteris, quod ante nescivimus? usque ad hanc enim diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit. » Et S. Augustinus, lib. II *Contra Crescentium*, cap. xxxv: « Ecclesiam, ait, perisse dicit, et vos unde nati fueritis ostendite. » Et Vincentius Lirinensis, *Contra haereses*: « Si vitanda est novitas, retinenda est antiquitas: si profana est novitas, sacrata est vetustas. » Acule autem Primasius in *Apocal.* cap. ii: « Jam, inquit, probati sunt spiritus ab Ecclesia, quid vis tu probare quod jam improbatum est? »

Moraliter docet hic S. Joannes, quomodo fidelem non debere credere omnibus internis suis motibus, impulsibus, inspirationibus, desideriis, rationibus in speciem bonis, sed solenter examinandum esse ejus originem et vectorem, ut si is bonus et amicus sit, acceptetur; si malus et hostis, refutetur omnique vi ei resistatur. Si melancholicus sentit motus et impulsus tristitiae, accedat, pusillanimitatis, suspitionem, ne eis credat; quia si originem examinet, inveniat ea oriri a spiritu malo melancholico, qui falsus est et fallax, juxta illud S. Eucherii ad *Valerianum*: « Si vis esse verax, suspicax non eris: non enim sus-

Spiritus Sanctum, cujus typus et symbolum est ventus.

Sed probate (sicut aurum probatur Lydio lapide; Syrus, *discernite*) spiritus si ex Deo sint. — Quia, ut ait Ambrosius in cap. v epistolae ad *Thessalones*, solent spiritus sumendi fallaciter quasi per imitatio nem dicere bona, et inter haec superinducere prava, ut per haec quae bona sunt, accepta ferantur et mala, ut quia unus spiritus dicti putantur, non discernantur ab invicem, sed per id quod licitum est, commendetur illicitum auctoritate nominis, non ratione virtutis. »

Porro Lydius lapis, quo probandi sunt spiritus et doctrinae, est non spiritus privatus cujusque, ut voluit Suenefeldius: hic enim a diabolo esse aequie potest, et sepe est ne agitur, ut cum unus alteri est contrarius (inde enim prognatae sunt tot sectae: inter se dissectae, quot capita Cerberus Poeta affixerunt); sed doctrina Apostolorum et Ecclesiae: haec enim est certa et communis fidesium omnium. Talis enim illa est, quam quilibet suo aeo maxime accommodat et necessarium suggerit S. Joannes, dicens: « Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est, etc. Perperam ergo heretici ex hoc loco continentur hereses suas esse examinandas et probandas. Jam enim illic ab Ecclesia examinatae et damnatae sunt, ut privato cuilibet eas probare non sit opus, imo nec liceat. Ita S. Hieronymus ad *Pammachium*: « Cur post quadringentos annos, ait, docere niteris, quod ante nescivimus? usque ad hanc enim diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit. » Et S. Augustinus, lib. II *Contra Crescentium*, cap. xxxv: « Ecclesiam, ait, perisse dicit, et vos unde nati fueritis ostendite. » Et Vincentius Lirinensis, *Contra haereses*: « Si vitanda est novitas, retinenda est antiquitas: si profana est novitas, sacrata est vetustas. » Acule autem Primasius in *Apocal.* cap. ii: « Jam, inquit, probati sunt spiritus ab Ecclesia, quid vis tu probare quod jam improbatum est? »

Moraliter docet hic S. Joannes, quomodo fidelem non debere credere omnibus internis suis motibus, impulsibus, inspirationibus, desideriis, rationibus in speciem bonis, sed solenter examinandum esse ejus originem et vectorem, ut si is bonus et amicus sit, acceptetur; si malus et hostis, refutetur omnique vi ei resistatur. Si melancholicus sentit motus et impulsus tristitiae, accedat, pusillanimitatis, suspitionem, ne eis credat; quia si originem examinet, inveniat ea oriri a spiritu malo melancholico, qui falsus est et fallax, juxta illud S. Eucherii ad *Valerianum*: « Si vis esse verax, suspicax non eris: non enim sus-

picamur nisi quod nescimus. » Cholericus agitur vestibus ire, vindictae, indignationis, putatque se agi zelo justitiae; sed sedata mente et ratione originem perquirat, ac inveniat ea oriri a spiritu malo bilis et cholerae. Ita cum Samaritani non recipiunt Christum, ideoque Jacobus et Joannes dicunt: « Domine, vis dicimus ut ignis descendat de caelo et consumat illos? » Respondit: « Nescitis cujus spiritus estis; » putatis enim vos spiritu Dei agi, et agimini spiritu humano impatientia, q. d. Vultis imitari solum Elie, ut habent Graeca et Syrus, puta spiritum vindictae, quo Elias quinquagenarios igne caelesti consumpsit; at nescitis hunc spiritum non esse Evangelicum, et persertim non esse meae personae; meus enim spiritus est mansuetudinis, tolerantiae, beneficentiae. » Nam Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. » *Luce* ix, 56. Sic multi putant se agi spiritu Dei, puta spiritu veritatis, sobrietatis, castitatis, charitatis, etc., qui si penitus sincere et sine dissimulatione coram Deo fundum cordis examinet, invenient se agi contrario spiritu diaboli, puta vanitatis, gulae, libidinis, concupiscentiae, etc. Quocirca in illis animi aestibus, passionibus et tumultibus suspendendum est iudicium, donec iis sedata mens conquiescens possit discernere, videre et judicare quid a quo spiritu sit, quid bonum sit, quid malum; et ad hoc maxime invocandum est Spiritus Sanctus, ut (et nobis dum discretiois spirituum, cujus regulas praecipue tradidit Richardus Victorinus, *part.* II, cap. xxxiii in *Cont.*; Gersonius, lib. *De Prob. spirit.*; Turrocremata, *prefat. in revelationes S. Brigittae*; noster S. Ignatius in lib. *Egeret. spirit.*; Adrianus ab Adriano, lib. *De inspirat.*; Bernardinus Rossignolus, lib. III *De Discip. Christ. perfect.*, cap. x et seq. Vide et S. Bernardum, *serm.* 57 et 74 in *Cont.*, et *serm.* *De Septem spiritibus*, ubi sex spiritus distinguit, scilicet divinum, angelicum, diaboli, humanum, carnis et mundi. Porro, quantum et quanti momenti sit hoc discretionis donum, multis sententis, rationibus et exemplis docet Abbas Moses apud Cassianum, *Collat.* II, ubi inter alia ait cap. iv: « Tam beati Antonii, quam universorum sententia definitum est discretionem perlicet ad Deum, praedictasque virtutes, jugiter conservet illas, cum qua ad consummationis excessa fastigia minori possit (attributione) concedendi, et sine qua nulli etiam propensius laborantes perfectioni nequiverint unquam attingere: omnium namque virtutum generatrix, custos, moderatrixque discretio est. »

2. Is noc cognoscitur (legit Interpres *γινώσκεται*; jam legunt *γινώσκται*, id est cognoscite; alii, *γινώσκται*, id est cognoscimus; Syrus, *cognitum est*) spiritus Dei. — q. d. Hinc est tessera verae fidei, doctrinae et veritatis, quam docet et suggerit spiritus Dei, nimirum: « Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est. » Hinc

ergo avo S. Joannis erat quasi tessera et symbolum verae et Christianae fidei, nimirum credere et profiteri Christi Filii Dei incarnationem coherentem in carne consensuam; qui hinc articulo quasi novo et paradoxo tunc adversabantur omnes haeretici et hereses. Alii enim negabant Christi divinitatem, dicebantque eum mortuum esse hominem, ut Cerinthus, Ebion, Novander, Carpocrates, et postea Cerdon, Marcion, Valentius, Paulus Samosatensis, Theodotus, Montanus, Arius, uti videre est apud Irenaeum, Epiphanium et S. Augustinum, lib. *De Haeres.* Alii negabant Christi humanitatem, eamque non veram, sed phantasticam fuisse asserbant, ut Simon Magus, Manichaeus, Eutyches, Dioscorus, Apollinaris, Petrus Gnapheus cum Theopascitis, sive Patropassianis, qui divinitatem in Christo passam et crucis fixam asserbant (1).

Addit S. Augustinus omnes haereses repugnare Christo incarnato, quia Christi doctrinae, Ecclesiae, Sacramenti, Pontifici et ordini hierarchico a Christo instituto repugnant. Sic Pelagius negans gratiam Christi, licet ore confiteretur Christi incarnationem, reipsa tamen eam evortebat; quia incarnatio Christi non ad aliud facta est, quam ad conferendam nobis gratiam. Idem dicit de Lutheri, Calvini et caeteris sectariis; quia de causa S. Joannes omnes haereticos vocat Antichristos, quia omnes Christi doctrinae et Ecclesiae adversantur, ac proinde spiritus non Christi, sed Antichristi et diaboli habent. Hoc sensu sub uno articulo incarnationis Christi caeteros omnes fidei articulos, totamque Catholicam doctrinam complectitur S. Joannes, q. d. Omnis qui rectam Christi fidem complectitur, ex Deo est.

Tertio, alii sic exponunt, q. d. Omnis qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est, scilicet Christum ipsum quod verum est, confitetur: omnis enim veritas ex Deo est; idem tamen quantum hinc veritati falsos errores et haereses admiscet, ex diabolo est.

Mystice (Eusebius): « Confessionem, ait, hanc adventus Christi in carne, non lingua, sed operibus fieri intelligit. » Nulli enim non solum haeretici, sed et mali Catholici Christum verum confitentur, sed factis negant, q. d. Qui Christum confitetur tam recte vivendo, quam recte de eo sentiendo, hic ex Deo est: ita Didymus et Beata. « Quid juvat, ait S. Cyprianus, verbis virtutem asserere, si factis veritatem destruis? » et S. Augustinus: « Christum, inquit, confitemini in carne venisse et verbis bene dicendo, et factis bene vivendo. Nam si confitemini verbum, et factis negatis, fidei tallium malorum prope est hinc demoniorum. » Ex dictis liquet Transylvanos Arianos nuper in disputat. Albani, perperam et directo contra mentem S. Joannis haec sic explicasse: Christus dicitur

(1) Alii et in carne venisse significare aiunt, in confessione laetitiae et abjecta. Cf.

venisse non in carne, id est, assumpsisse carnem, sed « in carne, » id est, esse caro, hoc est, esse homo. Perperam, inquam: nam Hebraeus idem est venire in carne et in carnem. Nec venire in carne est, esse carnem: aliud enim est esse, aliud venire. Nec enim venit aliquo, nisi diversus ab illo, quodque prius existit vel tempore, vel natura: quomodo anima dicitur venire in carnem, quando embryo animatur: prius enim natura est esse animam, quam eam carnal se unire, cum eaque facere compositum, puta hominem: esto eodem instanti temporis hoc fiat; anima enim crescendo infunditur carni, et infundendo creatur. Verum Christus non est anima, sed persona Verbi integra et subsistens: hæc enim venit in carnem, cum eam assumpsit factus homo. « Sic se extinguit formam servi accipiens, non formam Dei amittens. Forma servi accessit, non forma Dei discessit, hoc est: conlitteri Christum in carne venisse, » ait S. Augustinus, sermone 31 De Verbis Apoc., cap. iv. Idipsum patet ex anáthesi, quum subdit S. Joannes, dicens:

3. Et omnis Spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, — *g.* d. Jesus est quid colligatum et compositum ex deitate et humanitate, per vinculum et ligamen unionis hypostaticæ: qui ergo hoc compositum solvit, negans Christum esse Deum, ut Ariani; vel esse hominem, ut Ebionitæ: hic non est ex Deo, sed ex diabolo. Hic enim negat Christum Filium Dei e celo in carnem venisse, atque eum vel esse, eum, vel hominem duntaxat. Hoc est quod Athanasius in *Symbolo* proponit Christo credendum, dicit: « Qui loquitur Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus; unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino non confusio substantiæ, sed unitate persone. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. » Ubi nota, et sicut significare unionem et unitatem, non eandem, sed similem: nam anima rationalis et caro faciunt unum compositum essentialia, puta unum hominem; deitas vero et humanitas juncta in Christo faciunt unum compositum, non essentialia, sed substantiale, sive hypostaticum. Nec enim deitas informat humanitatem, sicut anima informat corpus, sed integra et inmixta consistens, humanitatem sibi copulat in eadem hypostasi Verbi. Quare proprie Christum solvit Nestorius, docens in Christo duas esse personas, sicut sunt duæ naturæ, ac proinde in Christo hominem esse diversum et distinctum a Deo, Christus ergo Deus in humanitate est quasi margarita in concha, ex materia virginea et rore Spiritus Sancti conceptus et concretus, candidissimus per vitam innocentiam, lucidissimus per sapientiam lumen, rotundus per omnis perfectionis possessionem: habens pondus constantiæ, levorem militatis, pretium beatitudinis. Ita noster Salmeron, tom. VII, tract. 11.

Nota: Syrus et Græca legunt: « Omnis spiritus qui non confitetur Christum in carne venisse, ex Deo non est. » Sic quoque legit S. Cyrillus, lib. II *Contra Judæos*, cap. vii, vel viii; Tertullianus, lib. *De Carne Christi*, cap. xxiv, qui tamen non *confitetur*, legunt, qui *negat*. Verum passim Latini ceteri legunt: « Omnis qui solvit Christum, ex Deo non est. » Ita legit S. Leo, *epist.* X, cap. v; Prosperus, lib. I *De Vocat. Gent.*, cap. xxiii; Cassianus, lib. V *De Incarnat.*, cap. x; quim et Tertullianus, lib. *Contra Psychicos*, cap. i; Irenæus, lib. III, cap. xviii, et S. Augustinus hic, qui tamen priorem quoque lectionem affert et exponit. Porro in Græcis pro *hæc* est, id est *confitetur*, olim lectum fuisse *hæc*, id est *solvit*, liquet ex Didymo hie, et S. Cyrillo, *De Fide ad Reges*, atque ex eo quod scribit Socrates, lib. VII, cap. xxxii, agens de Nestorio, qui negabat Christum esse Deum, et Beatam Virginem esse Deiparam: « Ignorabat, inquit, in vetustis exemplaribus Catholice Joannis esse scriptum, omnem spiritum qui Jesum solvit, a Deo non esse. Hanc enim sententiam ex vetustis exemplaribus abstulerunt illi, qui divinitatem a dispensatione hominis separare voluerunt. »

Utraque lectio eodem recidit, unaque explicat aliam, scilicet quod solvere Christum idem sit quod negare Christum venisse in carne.

Allegorie solvit Christum qui corpus Christi, puta Ecclesiam, scindit per schisma. « Solvere, » ait S. Augustinus, factis intelligitur: « Ille venit colligere, tu venis solvere. Quomodo non negas Christum venisse in carne, qui dirumpis Ecclesiam, quam ille congregavit? »

Tropologie solvit Jesum, qui ejus unionem, puta gratiam, ab anima fidelis per peccatum vel scandalum tollit. Ita Œcumenius. Debemus enim, ut Beatus Paulus inquit, « ubique mortificationem Jesu circumferre, ut et vita Jesu in corpore nostro manifestetur. Qui igitur operantem habet Jesum, et mundo mortuus est, neque amplius mundo, sed Christo vivit, Christumque non in Christi tantum carne, sed in sua quoque circumfert, is est ex Deo. » Hæc Œcumenius. Hoc est, quod ait Sponsa Cant. ii. 13: « Fasciculus myrrinæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. »

ET HIC EST ANTICHRISTUS, — tum appellative, quæ contrarius Christo: tum potius proprie, quia precursor Antichristi. Unde Græca habent: « Et hic est Antichristus; » Syrus: « Hic est ab ipso pseudo-christo; » S. Cyrillus, lib. II *Contra Judæos*, cap. vii vel viii: « Qui autem negat in carne venisse, de Deo non est, sed de Antichristi spiritu. » Sic Joannes Baptista vocatur Elias *Math.* xvii, 12, non in persona, sed in officio et spiritu: quia, sicut Joannes Baptista præcurrit primum Christi adventum, ita Elias præcurrit secundum. Vide dicta cap. ii, vers. 18 et 21: « Quis, ait, est mendax, nisi is qui negat quoniam Jesus est Christus? »

Hic est Antichristus, qui negat Patrem et Filium. »

QUONIAM VENIT, — *egressus*, id est *venit*, in presentem, non in præteritum, hoc est, certo veniet. Syrus, *quæ auxiliis venturum*.

ET NUNC IAM IN MUNDO EST, — non in persona, sed in spiritu, puta in suis precursoribus. Hoc est quod ait Paulus: « Mysteriorum jam operatur iniquitatis, » II *Thimo.* ii, 7. Ita Lutherus viam stravit Mahometi, et consequenter Antichristo, eum præter alia docuit Turcæ non esse resistendum, idque probavit hoc sophismate: Flagello Dei non est resistendum, quia hoc idem est quod Deo flagellanti resistere; atqui Turca est flagellum Dei: ergo, etc. Eodem argumento probasset latronibus, furibus et prædonibus non esse resistendum, quia hi omnes sunt flagellum Dei; sed hoc flagellum a judicibus est flagellandum, quia a Deo est non positive, sed permissive. Et quid hoc aliud erit, quam Christianos omnes subjicere Turcæ, et efflere Turcæ? Quocirca Solymanus, Turcarum Imperator, cum aliquando quævisset a legato Cesaris, quem annum ageret, dolere se dixit, quod ob imminente senectute non in posterum tantum, quantum antea, semper conatus suos posset adjuvare. De quo Solymani de se judicio gloriatur Lutherus, lib. *Symplicæ*, ac Turcicum Cæsarem omnem sibi benevolentiam detulisse jactat. Sic S. Hilarius Constantinum Arianum Imperatorem vocat Antichristum, cujus ignea verba recensit I. Petri iii, 14.

4. Vos ex Deo estis, filii, et (id est idcirco) vicistis eum, — *g.* d. Quia vos, o Christiani, estis a Deo, qui est prima et æterna veritas, idcirco vicistis eum, scilicet spiritum Antichristi, puta spiritum erroris et heresis. Hinc Græca et Syrus legunt *vicisti*, id est *eos*, scilicet pseudo prophetas et spiritus erroris, *g.* d. Gratulor vobis, o Christiani, eo quod vicistis hæreticos jam subnascentes, puta Ebionem, Simonem, Menandrum, qui solvunt Christum, eorumque tentationes constanter repudiastis; quin et doctores ex vobis disputant, ceteri christiane vivendo, eos demerentur. S. Cyrillus, lib. *De Scap. Prælat.*, legit *vicisti*, id est *vinctis illos*, ut ait vox adhortantis ad pugnam et victoriam; jam legunt *vicistis*, id est *vicistis illos*, ut ait vox gratulantis et ob victoriam quasi triumphantis. Hoc est quod ait cap. v, vers. 4: « Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum; et hæc est victoria que vincit mundum, fides nostra. »

QUONIAM MAJOR EST QUI IN VOBIS EST, QUAM QUI IN MUNDO. — Dat causam victoriæ, scilicet Christum, ejusque spiritum veritatis, qui regit fideles, quique major est diabolo, ejusque spiritu erroris, qui dominatur in mundo, puta in hominibus mundanis, hæreticis et impiis, qui non nisi caduca bona amant, sperant et prædicant, ut sequitur. Dicit hoc, tum ut commendat fidelibus humilitatem, in suis viribus, sed gratiæ Dei vic-

toriam humiliter acceptam ferant. « Esto humilis, ait S. Augustinus, porta Dominum tuum, esto jumentum assessoris tui. » Vide dicta Apoc. vi, 2. Tum ut eos animet ad fiduciam et constantiam in tentationibus, cogitando se magnum habere ducem et protectorem.

Alludit ad illud Evangelii sui cap. xvi, vers. 33: « In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. » Loquitur proprie de tentatione contra fidem, quam afferunt hæretici.

Idem tamen a pari vel simili extendas ad quamvis aliam tentationem. Unde primo, S. Cyrillus, *Exhort. ad martyr.*, extendit ad Martyres, hortando eos ad spem et constantiam. « Nec plus, inquit, ad dejectionem potest terrena potentia, quam ad erigendum tutela divina; » et lib. i, *epist.* 9, ait, « timendas non esse injurias et penas persecutionum, quia major est Dominus ad protegendum, quam diabolus ad impugandum. » Probat, dicens: « Major est qui in vobis est, quam qui in mundo. » Quin et ipso Joannes, *Apocalyp.* cap. xii, vers. 11: « Ipsi, inquit, vincunt enim propter sanguinem Agni et propter verbum testimonii sui, et non dilexerunt animas suas usque ad mortem. » Et Ecclesia in hymno Martyrum: « Tu vincis in Martyribus. »

Secundo, Œcumenius extendit ad fidelium et sanctorum contemptum, quod scilicet contemnantur a mundanis et impiis: his enim solatiuntur, quod major sit Christus, quæ eos magnificat, quam mundus, qui eos contemnit.

Tertio, S. Ambrosius, hom. I. *De Eliseo*, in fine tom. I, extendit ad hostes et exercitus hostiles: « Sæpe, inquit, me dixisse memini, quod hostium tumultus bellicosos timere minime debeamus, nec quamlibet copiosam hostium multitudinem formidare, quoniam sicut ait Apostolus: Major est qui in nobis est, quam qui in mundo, hoc est, potentior est ad protegendos famulos suos Christus, quam diabolus ad instigandos inimicos. Quamvis enim idem diabolus colligat sibi turhas, et crudeli eas armet insanis, tamen facile destruantur, quia melioribus populum suum Salvator circumdat auxiliis. Ait enim Propheta: Immittat angelum Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos. Quod si angelus Domini timentes eum de periculis eripit, non potest metuere hostis impetum, qui Christi præcepta servaverit. » Causam subdit, arma Christi. « Præcepta enim Christi, arma sunt Christianis, et divinus timor terrorem a nobis expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, quibus nos Salvator instruxit, oratio, misericordia atque jejunium. Jejunium enim melius quam morus tæctur, misericordia facilius liberat quam rapina, oratio longius vulnerat quam sagitta. Sagitta enim non nisi proxime conspectum percussit adversarium; oratio autem etiam longius positum vulnerat inimicum. » Deinde id confirmat exemplo Elisei,

qui cinctus & Syris vidit castra Angelorum. Unde Giez famulo suo paventi dixit: « Noli timere; plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. O fides sancti Prophetae! non timet adversarios quos prospicit, quoniam est Angelus secum esse quos credit. Non metuit terrenas insidias, quia caelestia adesse sibi novit auxilia. »

Quarto, S. Prosperus, lib. I *De Vocat. Gentium*, esp. XXIV, extendit ad quotidianas fidelium tentationes, ut contra Palagium ostendat ad eas vincendas opus esse gratia Dei: « Victoria ergo sanctorum, inquit, est opus Dei habitantis in sanctis. »

Quinto, S. Gregorius, lib. IV, *epistola 39*, extendit ad insolentias Prelatorum et Principum. Scribens enim Sabiliano Diacono, jubet ut resisteret Joanni, Patriarchae Constantinopolitano, qui se nuncupabat Episcopum oecumenicum sive universalem, fretus potentia Imperatoris Constantini. « Sed nos, inquit, reclam viam tenebimus, nihil in hac causa aliud nisi omnipotentem Dominum mententes. Unde tua dilectio in nullo trepidat. Omnia que in hoc saeculo videt alia esse contra veritatem, pro veritate despiciat; in omnipotentis Dei gratia atque B. Petri Apostoli adjutorio confidat. Vocem veritatis recolat, dicentis: Major est qui in caelis est, quam qui in mundo, et in hac causa quidquid agendum est, cum summa auctoritate agit. Majus est regnum (et reges impios) fastidire, quam accipere, » ait Tacitus. « Majus est regibus impare, quam regnare, » aiebat Carolus Martellus responsus regnum Francie sibi oblatum.

Sexto, alii extendunt ad quodvis opus arduum, ut quisque fidelis se ad illud exerceat et exerceat alii, dicendo: « Major est qui in me est, quam qui in mundo; » et cum S. Paulo: « Omnia possum in eo qui me confortat, » *Philipp.* IV, 13; et cum S. Cypriano, lib. II, *epist.* 2: « Nihil appetere de saeculo potest, qui saeculo major est, » additque eum « majorem et fortiores viribus fieri, ut in omnem adversarii grassantis exercitum imperioso jure dominaret, etc. Quidquid sub caelo est, tanquam leve, fallax, inane et amore nostro indignum respiciamus, » idem tract. *De Oral. Domini*. « Qui renuntiavit saeculo, uti, major est honoribus ejus et regno, et tunc qui se Deo et Christo dedicat, non terrena, sed caelestia regna desiderat; » et cum S. Hilario in *Psalm.* CXXX: « Humiles corde, sed animo excelsi sumus; » portamus enim in capite robur, vires et omnipotentem Christi. Vidi in Belgio Chiliercham qui minantibus ei haereticis respondit: « Neminam vestram timeo, quia coronam Hispaniam porto in capite. » Idem dicit fidelis: In capite coronam porto, non Hispaniam, sed divinam; ideoque nullum hominum, vel demonum, imo totius inferni vires non metuo, sed ambio, omnesque ad duellum provoco, uti omnes Arianos, lotumque orbem provocavit et prostravit S. Athanasius. Nam « si Deus pro nobis, quis contra nos? » *Rom.* VIII. Per Deum quan-

ta fecit S. Paulus, S. Antonius, Simeon Stylites, S. Franciscus, S. Vincentius, omnesque virgines, heroes et martyres? Eadem per eundem nos possumus, « qui triumphat, » id est, triumphare facit « nos in Christo, » *II Corinth.* II, 14 id promissis ipsi per Isaiam, cap. LVIII, 14, dicens: « Sustollam te super altitudines terrae, » ut in caelo quasi aquila habitans, despicias quidquid est in mundo, *Job XXXIV, 27*. Vidit hoc per umbram et secutus est Seneca, sed non assecutus. Sic enim scribit *epist.* 54: « Querendum est quid sit quod non fiat deterius in dies. Quid hoc est? animus; sed hic rectus, bonus et magnus. Quid aliud voces hoc, quam Deum in humano corpore hospitantem? » Ferunt Olympum montem adeo esse excelsum, ut supra nubes, nullis aegulis ventis, nullis turbibus. Talis est animus celestis, supra terrena omnia erectus, in caelo habitans, qui nullis mortalium laudibus, nullis mitis et terroribus a recto dinoveri se sinat.

5. IESU DE MUNDO SUNT, IDEO DE MUNDO LOQUUNTUR, ET MUNDO EOS AUDIT. — *q. d.* Haeretici non sunt ex Deo, sed ex mundo, quia amant opes, honores, voluptates mundi, de hisque loquuntur et predicant. Unde mundani, qui non nisi mundana sapiunt, libenter eos audiunt. Similes enim habent labra factiosus, ut vulgatum habet proverbium, *Ita Oecumenius*. « Haereticus est, ait S. Augustinus, lib. *De Utilit. credendi*, cap. 1, qui sicutus temporales commodi, et maxime gloriae, principatusque sui causa, falsas ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur. » Tertullianus, lib. *De Praescript.*: « Omnes haeretici, inquit, tument, omnes scientiam pollicentur. » Et S. Hieronymus in *Abdiana*: « Quis haereticorum in superbiam non extollitur? » Rursus S. Augustinus, lib. *De Pastoribus*: « Una, ait, mater superbia omnes haereses genuit, sicut una mater nostra Catholica omnes Christianos fideles toto orbe divisos. » Idem, lib. IV in *Julianum*, cap. IX, haereticos confert cimelibus, « qui dum vivunt mordent, mortui autem foetent. » Tropologie hanc sententiam recte adaptat hominibus mundanis, qui non nisi mundana, id est delectatoria, spurca, insulsa, ridicula, fatua et vana loquuntur, ideoque a suis similibus mundanis libenter audiuntur.

6. NOS EX DEO SCIVIS: QUI NOVIT DEUM, AUDIT NOS; QUI NON EST EX DEO, NON AUDIT NOS. — juxta illud Christi: « Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit, » *Luc.* X, 16. « Nos, » scilicet fideles omnes baptismo regenerati et charitate praediti; ita S. Augustinus, Oecumenius et Lyranus. *Secundo*: « Nos, » scilicet praedestinati, ait Bioy-sius. *Tertio* et genuine: « Nos, » scilicet Apostoli. Haereticis enim, quos jam dixit esse ex mundo et de mundo loqui, id est, mundanas et carnales cupiditates docere, ait Oecumenius, opponit Apostolos, qui ex Deo nati et caelesti doctrina imbuiti, ab eoque missi, docent ambire spiritualia, caelestia et divina. Unde « qui novit » praedice « Deum, »

id est, Deum amat, « hic audit nos, » puta me Joannem, meliusque similes Apostolos et viros Apostolicos; « qui » vero non amat Deum, ideoque « non est ex Deo, » sed ex mundo, hic non audit nos. Unde subdit: « In hoc cognoscimus spiritum veritatis, et spiritum erroris, in hoc scilicet, quod qui audit nos, habet spiritum veritatis; qui non audit nos, spiritum habet erroris, » ait S. Augustinus. Rursus in hoc, quod haeretici qui aguntur spiritu erroris, doceant mundana; Apostoli vero et Apostolici Doctores ex Deo nati doceant divina, *q. d.* Dixi: Probate spiritus utrum ex Deo sint; jam de modum probandi, scilicet hoc signo dignoscetis veros Apostolos a falsis et haereticis, quod veri ament et doceant vera et divina, falsi ament et doceant falsa et carnalia. « Nos ergo ex Deo sumus, » quia, ut ait Oecumenius, « a mundanis concupiscentiis abhorremus, et de futura vita solliciti contemnimus omnia caduca et mortalia bona. » Alludit ad illud Christi in Evangelio, cap. X, vers. 16: « Oves, etc., vocem meam audiunt; » et cap. VI, vers. 46: « Omnis qui audit a Patre et didicit, venit ad me; » et cap. VIII, vers. 47: « Qui ex Deo est, verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. » Vero S. Hieronymus ad *Hellodorianum*: « Absque notitia creatoris sui homo peccatus est. »

7. CHARISSIMI, DILIGANT NOS INVICEM. — Hinc recte coherent praecedentibus. Dedit enim lesseam et signum quo dignoscatur spiritus veritatis a spiritu erroris, puta quo discernantur Apostoli ab haereticis, scilicet quod Apostoli doceant amare divina, haeretici mundana et carnalia. Nunc particulatim et quasi in individuo ipsorum demonstrat, *q. d.* Spiritus erroris est spiritus cupiditatis, sed spiritus veritatis est spiritus charitatis; puta erronei et haeretici docent diligere honores, opes, veterem et veterem proprium; at Apostoli docent diligere Deum et proximum. Quare, charissimi, ut sequamur spiritum veritatis, non erroris, spiritum Apostolorum, non haereticorum, « diligamus nos invicem, » *Rationem* subdit:

QUIA CHARITAS EX DEO EST. — *q. d.* Spiritus veritatis est spiritus charitatis, ut diligamus invicem; quia sicut veritas, ita et claritas est ex Deo, imo Deus ut est ipsa prima et aeterna veritas, ita magis et potius est ipsa summa et increata charitas. Unde consequenter sequitur, quod « omnis qui diligit (amore non naturali, sed supernaturali, puta charitate), ex Deo natus est, » quia renatus est fide et charitate, quae ex Deo est, factus est filius Dei; charitas enim est habitus supernaturalis tribuens animae facilitatem diligendi Deum et proximum. Porro ex Deo natus est, « ea generatione, vel potius regeneratione, quae potestatis est, non naturae. Adoptio enim potestatis est, generatio proprietatis, » ait S. Ambrosius, lib. IV *De Fide*, cap. IV. « Ut cognoscat Deum, » non solum speculative, sed et practice, quia Deum quem cog-

noscit esse summum hominum, *scilicet* amat. Rursum amor facit ut homo plenus cognoscat et quasi gustu spirituali sentiat et sapiat Deum: qui sensus et apor in tantum crescit, in quantum crescit amor, praesertim quia Deus amanti seipsum manifestat, et clarus revelat per internas illustrationes, inspirationes, consolationes et gustus, juxta illud promissum Christi: « Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei quaecumque voluerim, » *Joan.* XIV, vers. 21; et *Apost.* cap. II, vers. 17: « Vincendi dabo manna absconditum, » etc.

Nota: « Charitas ex Deo est, » primo, quia charitas essentialis increata promanant naturaliter ex ipsa essentia divina, sicut calor ab igne: imo charitas est ipsa essentia divina. *Secundo*, quia charitas notionalis est Spiritus Sanctus; hic enim quasi amor notionalis procedit ex Patre et Filio per actum amoris, quo se invicem infinito amore diligunt. Ita hunc locum intelligit Hugo et Magister sentent. in I, dist. 31. Quare minus recte Origenes, homil. 4 in *Galat.*, et Hugo per charitatem accipiunt Filium, qui est ex Deo, quia a Deo genitus. Filius enim a Patre procedit, non ut amor et charitas (hoc enim est proprium Spiritus Sancti), sed ut verbum mentis ac notionalis veritas.

Tertio, charitas creata est ex Deo, quia est donum summum et nobilissimum Dei, juxta illud *Roman.* V, 5: « Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, » etc., non quasi charitas qua diligimus Deum sit ipse Deus, sive Spiritus Sanctus, uti voluit Magister in I, dist. 37: hic enim est exploratus error; sed quod Deus, qui est charitas increata, charitatem creatam quam diligamus, inspiret et in nobis accendat, sicut lumen illuminans producit lumen illuminatum, ait S. Augustinus, *XII Confess.* xv. Et hoc proprie hic intendit S. Joannes, quo tacite simul significant hoc donum non esse nostrarum virium, sed assiduum prece postulandum a Deo, ait S. Augustinus, *De Gratia et Lib. arbit.*, cap. XVII, ubi et addit: « Quid aliud est charitas, quam bona voluntas? » Rursum significat charitatem, quae idem est quod gratia, aut individua gratia comens, esse virtutem maxime divinam, quae nos facit consortes divinae naturae, *II Petri* I, 4; ideoque quasi deos, quia Deus charitas est, ait Philo Carpathius in esp. IV *Cantic.*

Quarto, charitas est ex Deo, quia Deus prior nos dilexit, *I Joan.* IV, 19, et amando nos uti redamandum peccandi, praesertim cum sua viscerum, puta Filium suum unigenitum ex immenso amore nobis per incarnationem fratrem dedit, juxta illud: « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, » *Joan.* III, 16. Hanc rationem dat hic vers. 9.

Quinto, charitas ex Deo est, quia Dei lege sancta est, et cerebro uniceque commendata. Totus enim Decalogus non est aliud, quam lex charitatis Dei et proximi, juxta illud: « Omne mandatum in hoc verbo instauratur: Diliges proximum

tum sicut telsum; plenitudo ergo legis est dilectio, » Rom. xiii, 9.

Hinc sequitur quod Deus in se sit charitas formalis, in nobis autem causalis, idque omni genere cause, puta materialis, quia ipse est obiectum charitatis nostre; formalis, quia ipse eundem est exemplar; efficientis, quia ipse eam in nobis producit; finalis, quia ipse finis est noster et amoris nostri.

Denique amor naturalis est a natura, carnalis a carne, mundanus a mundo, supernaturalis vero, puta charitas, non nisi a Deo. Vide S. Chrysostomum, hom. 4 in epist. ad Coloss., et Cassianum, Collat. XVI, cap. II.

8. Qui non diligit, non novit Deum. — Versu præced. dixit S. Joannes: « Omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum; » nunc id ipsum probat a contrario, quod « qui non diligit, non novit Deum; » cuius rationem subdit: « Quoniam Deus charitas est, et qui non diligit Deum et proximum, esto speculative noscat Deum, præter tamen, id est, experimentaliter et sapide non novit Deum; » sicut mellis saporem et dulcedinem nemo novit per experientiam et saporem, nisi qui illud gustat et sapit; sicut enim sapor sapiendo, ita amor amando præter cognoscitur, gustatur et sapitur. Unde Syrus hæc invertit hæc modo: « Quoniam Deus charitas est, et quisquis non diligit Deum, non cognoscit Deum. » Quod circa loci, ut advertit Didymus et Cajetanus, potuisset S. Joannes pari modo dicere: Qui non scit, non novit Deum, quia Deus scientia est; qui non sapit, non novit Deum, quia Deus sapientia est; qui non potest, non novit Deum, quia Deus potentia est; qui non est patiens, non novit Deum, quia Deus patientia est; qui non est humilis, non novit Christum, quia Christus humilitas est, etc. Maluit tamen dicere: « Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus charitas est, » tum quia agit de charitate, non de scientia, sapientia, potentia, etc.; tum quia plenus charitate Dei et Christi non nisi eam spirat, in eaque deliciatur: nam, ut ait S. Bernardus, serm. 83 in Cantuar., inter spem et sponsam, puta inter amantem, nulla alia connexio querenda præter amare et amari, quia sponsus iste non modo amans, sed et amor est. Hoc est quod ait Jeremias, cap. XXI, vers. 3: « Charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. » Joacima S. Joannes charitatem hic opponit cupiditati, omnique amoris mundi, et civis illicebere mundanæ; tum denique quia charitas uti omnium actum et virtutum, ita et omnium Dei attributorum est princeps et regina.

QUONIAM DEUS CHARITAS EST, — tum formalis et increata, eaque vel essentialis vel notionalis, tum causalis et creata, idque per omnia genera causarum, ut paulo ante dixi. In Deo enim Deique essentia ob summam perfectionem et simplicitatem nulla sunt accidentia; sed que in nobis sunt

accidentia, in Deo sunt idem cum essentia, uti sapientia, bonitas, amor, potentia sunt ipsa essentia divina, sicut contra Gilbertum definiit Concilium Remense. Vide S. Bernardum, serm. 89 in Cantuar. Porro Deus est charitas tum in abstracto, tum summe diligens; ideoque vicissim a nobis summe diligendus et redamandus, q. d. Deus est charitas, quia summe nos dilexit: nam hujus sue charitatis evidentissimum dedit indicium, cum pro nobis salvandis dedit misitque Filium suum unigenitum. Hoc proprie intendit S. Joannes: ita enim se explicavit vers. seq. Hinc primo, S. Augustinus et Beda docent eum qui proximum non diligit, contra Deum peccare, quia Deus charitas est. Ex adverso S. Augustinus, lib. VIII De Trinitate, cap. vii: « Qui proximum, ait, diligit, consequens est ut ipsam præcipue dilectionem diligit; Deus autem dilectio est: consequens est ergo ut præcipue Deum diligas. »

Rursum S. Chrysostomus, serm. De fide, spe et charitate, docet nil cum charitate posse comparari, cum ipsa sit Deus, qui est incomparabilis. Secundo, Origenes, Proleg. in Cantuar., infert charitatem in nobis perseverare debere, ferreque in res spirituales, eo quod Deus sit spiritus jugiter perseverans et immortalis. Tertio, Gægenes infert nos certos esse quod Deus supra modum nos diligit, eo quod sit ipsissima charitas. Quarto, hinc Patres inferunt charitatem cæteras omnes virtutes imperare et complecti: illas enim imperat et complectitur Deus. Unde S. Cyrillus in cap. xii S. Joannis alij: « Charitatem omni virtute constare. » Joannes et S. Paulus I Corinth. xiii, 1: « Charitas, ait, prægens, benigna est, » etc. Vide ibi dicta, et S. Gregorium, lib. X Moral., cap. vii et viii, alias iv

9. IN HOC APPARUIT CHARITAS. — Hic declarat cur dixerit: « Deus charitas est, » quia scilicet Deus immensam suam in nos charitatem demonstravit, mittendo Christum in carnem pro salute nostra, ut hac ratione nos ad se redamandum invitaret, simulque legem et modum redamandi, quasi in viva idea et exemplari prescriberet, ut in sequentibus explicat S. Joannes. Nam « qui proprio Filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? » ait Paulus Rom. viii.

Alludit ad illud Evangelij, cap. vi, vers. 19: « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. » « Ecce, ait S. Augustinus, » ut diligamus Deum hortationem habemus: quomodo possemus illum diligere, nisi prior ille diligeret? Si pigri eramus ad amandum, non simus pigri ad redamandum. Prior amavit, sed iniquitatem solvit; iniquus amavit, sed non ad iniquitatem congregavit; ægrotos amavit, sed sanandos visitavit. Deus ergo dilectio est, in hoc manifestata est dilectio Dei in nobis. » Pathetice doctoreque S. Paulinus agens de

S. Magdalena, epist. 4 ad Severum: « Ergo, inquit, illum amemus, quem amare debuit est. Illum oselemur, quem osculari castitas est. Illi copulamur, cui nupsisse virginitas est. Illi subiciamur, sub quo jacere super mundum stare est. Propter illum deiciamur, cui cadere resurrectio est. Illi commoriamur, in quo vita est: in quo et mortui vivimus: qui vicissim nobis hoc esse dignetur, quiquid illi fuerimus servuli sui, » etc.

10. In hoc (scilicet Christo, ait Didymus. Planius alij, « in hoc, » id est in hac re, puta in Dei dilectione, qua, ut sequitur, prior dilexit nos, ideoque Filium suum misit in carnem) EST (et clarissime cernitur, ejus erga nos) CHARITAS, — id est charitatis magnitudo et immensitas. S. Joannes, dilectus Christi, charitatis Dei præconio non sadiatur, sed jugiter illam, cum vimum quo plenus erat, eructat. Hic ergo eandem ponderat et exaggerat ex eo, quod Deus nulla dilectione, nullo officio vel obsequio nostro provocatus, imo nullis injuriis et sceleribus nostris offensus, « prior dilexit nos, » dum nos peccatores suos inimicos et hostes, ipsum fugientes et aversantes insectus charitate præverit, ut ad se reductos salvaret. Nam « ad hoc nos dilexit, ut diligamus eum, ait S. Augustinus, ideoque misit Filium suum propitiationem, » qui scilicet esset propitiator et victima propitiatus, et placans Dei iram « conceptionem pro peccatis nostris; » unde S. Augustinus legit litatorem, idque exponit sacrificatorem. Prior, ait S. Bernardus, sermone 9 in psalm. Qui habitat, Deus dilexit nos, quia ab æterno, juxta illud: « Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate. » Ephes. 1, 4. Denique S. Augustinus hic, tract. 9: « Dillexit, inquit, impios, ut faceret pios; dilexit injustos, ut faceret justos; dilexit ægrotos, ut faceret sanos. »

Vide hic quam elevate sint vim Dei a vitis hominum. Homines enim, si quis eos contemnat, vexat, spoliat, imo rideat et levi injuria afficiat, illico se contrahunt, aversantur, fugiunt, imo odio prosequuntur afflictentem, ac par pari, imo majorem vindictam, et irrogare cogitant. At Deus ab hominibus contemptus, irrisus, honore spoliatus, et mille injuriis affectus, dilatat erga eos viscera charitatis, charitate enim eorum odio certat, odio excitatur ad amorem; odium Deo est flabellum charitatis, imo odium amore infinito superat, absorbet, obruit et extinguit; perinde ut regis ingens gutturum aquæ absorbet. Dei ergo propria est beneficentia et charitas in inimicos et hostes, ut scilicet eos amore et gratia preveniat, ac ex inimicis amicos, filios et heredes efficiat, imo ex maximis peccatoribus maximos efficiat sanctos: uti ex Saulo fecit Paulum, ex latrone præconem suum in cruce, ex peccatrice Magdalena, hoc est speculum poenite. » Sanctita-

lis. Ipsius celebrat et admiratur Paulus: « Fidelis, inquit, sermo et omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum; sed ideo miseritiam consequutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnium patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam. » I Timoth. 1, 15.

Hanc Dei et Christi in se charitatem imitatus Paulus, Judæos, licet juratos suos hostes, omni modo Christo lucrifacere satagit, et crescentibus eorum odiis, erevit et magis accensus est in eos amor illius, adeoque pro his optavit fieri anathema, Roman. ix, 2. Simili modo S. Magdalena ut amorem amoris rependeret, sua omnia, seque ipsum devovit Christo. Idem fecere cæteri Sancti. Hanc Dei charitatem nobis quoque imitandam hic proponit S. Joannes. Unde subdit:

11. CHARISSIMI, SI SIC DEUS DILEXIT NOS, ET NOS DEBEREMUS ALTERUTRUM DILIGERE. — « Si » non est dubitantis, nec conditionalis, sed asseverantis et causalis, idem valens quod quia, q. d. Quia sic Deus dilexit nos, Simili modo vestri Dominus et magister, et vos debetis alter vestros lavare pedes. » Joan. xiii, 14.

Dicit tamen Joannes potius si, quam quia, ad majus pondus et pathos, quasi admirans et obstupescens ad amorem Dei infinitum, cuius proinde nulla cum nostra possit esse æqualitas vel proportio. Unde solerter ex illo antecedenti, et si sic Deus dilexit nos, non infert: « Ego et sic nos debemus Deum diligere; » hoc enim est impossibile, ut scilicet sic Deum amemus, sicut ipse amavit nos: nec enim amorem Dei æquate, vel ex minima parte possumus; sed infert: « Et nos debemus alterutrum diligere, » q. d. Cum non possimus amori divino par pari reddere, saltem diligamus in vicem pro modulo nostro. Quod enim proximo facimus, Deus sibi factum æstimat, Matth. xxv, 40; idque, tum quia proximus est imago Dei, tum quia Deus nullius nostrum indigens sibi substituit proximum, ut in illum egerlem amorem nostrum erga Deum expromamus, amantio et succurrendo illi propter Deum. Jussit itaque et sanxit hunc proximi amorem emixe Deus, quia homo homini est similior et vicinior, quam Deus. Si ergo Deus adeo dissimilis et supereminens hominibus sibi congenerem, et per omnia similem diligere debet? Ita (Ecumenius): « Si Deus, inquit, ita nos amavit, qui nullam cum natura ejus communicationem habemus, multo magis etiam nos amare eos qui cognati nobis sunt, debemus; et cum cognoscamus bonum quod ex charitate proficitur, id mutuo nobis præstare. »

Adde, et nos complecti etiam proximos, q. d. Si Deus omnes nature nostræ consortes, ipse licet ejus exors, suo amore dignatus, imo tanta charitate complexus est, quanto magis decet nos

eadem complecti invicem, qui omnes ejusdem naturae sumus participes, in eaque pares. Vere S. Augustinus *hæ tractat. 7*: « Dilige, ait, et quod vis fac: sive taceas, dilectione taceas: sive clames, dilectione clames: sive emendes, dilectione emendes: sive parcas, dilectione parcas. Radix sit intus dilectionis: non potest de ista radice nisi bonum existere. » Porro, si Christus sic dilexit nos, ut pro nobis animam poneret, multo magis nos debemus pro proximorum salute animam ponere. Præxim unam hujusce rei quotidie obviam assignat Abbas Pastor in *Vitis Patrum*, lib. V, cap. xvii, num. 10: « Non est, inquit, aliquid majus dilectione, etiam ut ponat quis animam suam pro proximo suo. Nam si quis audiens sermonem tristem certat et sustineat, ac non recedat, vel etiam si læsus in re aliqui patienter toleret, non retribuitur contristanti atque tædenti sui: eo modo hujusmodi homo est, nam suam ponit pro proximo suo. »

12. DEUM NEMO VIDIT UNQUAM. — Quorsum hoc hic ingerit S. Joannes? Primo, S. Augustinus ingeniosus, quam germanicus sic adoptat, q. d. Deus est invisibilis, ac proinde non oculo, sed corde querendus est; avocantibus ergo est cor a sensibus, ac dandam dilectioni: hæc enim tenet Deus, qui non est aliud quam dilectio. « Ubi est, inquit, iste oculus? Atqui Evangelium: Besti mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, etc. Si vis videre Deum, Deus dilectio est. » Pergit S. Augustinus: « Qualem faciem habet dilectio? qualem formam habet? qualem staturam habet? quales pedes habet? quales manus habet? Nemo potest dicere; habet tamen pedes, nam ipsi dicunt ad ecclesiam; habet manus, nam ipse pauperi porrigit; habet oculos, nam inde intelligitur ille qui egit. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, habet aures de quibus dicit Dominus: Qui habet aures audiendi, audiat. Non sunt enim membra distincta per loca, sed intellecta totum simul videt. Qui habes charitatem, habita, et inhabitaberis: mane, et manebit in te. » Et inferius: « Sed et si sævis aliquando propter correctionem dilectionis, propterea de columba demonstrata est charitas, que venit super Dominum. Species illa columbe, in qua venit Spiritus Sanctus, in quo nobis charitas infundetur. Quare hoc? Fel columba non habet, tamen rostro et pennis pro nido pugnat, sine amaritudine sævit. Hoc facit et pater quando filium castigat, sed ad disciplinam castigat, sicut dixi. Amor ergo sævit, charitas sævit, qui modo? sine felle, more columbino, non corruo. »

Secundo et genuine, hæc verba paritiam dant causam ex antecedenti: « Si sic Deus dilexit nos, » intulerit: « Et nos debemus alterutrum diligere, » non Deum, ut inferendum videbatur, quia scilicet Deum videre, et beneficiando diligere non possumus: hinc vice Dei beneficiando proximo quem videmus, testamur amorem nos-

trum erga Deum, quem videre, cuique beneficiare non valemus. Paritiam invitant ad amorem proximi, coherentibus cum sequentibus, q. d. Studiosè diligite proximum: hæc enim dilectionem sibi factam reputat Deus, licet enim eam non videamus, tamen si proximum diligamus, ipse invisibilis erit nobis presentissimus, adeoque sedem et thronum suum in anima nostra manens constituet, imò charitas ejus in anima nostra plene exprimitur et perficitur. Ita Ædoumianus. Ratio est, quia charitas invisibilis et divina Deo invisibilis nos conjungit et confederat. Adde, quod Deus in se invisibilis videtur in proximo visibili: hic enim Dei est imago.

Nota: « Deum nemo vidit unquam, » scilicet per essentialiam, sive facie ad faciem in hæc vita. Unde probabiliter docent doctores, nec Moesem, nec Paulum, nec alium purum hominem (Christum enim vidit Deum, sed ipse erat Deus homo) in hæc vita visisse divinam essentialiam, juxta illud *Exod. xxxiii*: « Non videbit me homo, et vivet, » licet contrarium opinetur S. Augustinus, et ex eo S. Thomas. Vide dicta II *Corinth. xii, 4*.

Rursum, « Deum nemo vidit unquam, » sed nos videre potest, per vires naturæ, ut voluerunt Ananæ et Eunuchiani, quos refutat S. Chrysostomus et Basilus, lib. I *Contro Eunuchianum*; ac postea Bernardus et Beatus. Beati enim in celo vident Deum, sed per vires gratiæ: unde ibi mens eorum elevatur, et alium quasi accipit oculum ordinis divini, puta lumen gloriæ, quo videt Deum. Hæc phrasi ergo significat S. Joannes Dei invisibilitatem adeo esse sublimem, adeoque transcendere non tantum res omnes creatas, sed et intellectus omnium tam angelorum, quam hominum, ut licet ipse sit lux splendissima, tamen ob sui puritatem, subtilitatem et sublimitatem a nulla mente vel oculo creato videri possit. Citat eandem sententiam S. Joannes, *Evangelii 1, 18*; sed ibi applicat Dei cognitioni, hic vero dilectioni ejusdem. Ibi enim ait: « Deum nemo vidit unquam; unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit, » q. d. Ille qui dixi de divinitate Verbi et Dei Patris, adeo sublimis est, ut, cum nemo mortaliū præter Filium, Deum viderit, nemo etiam præter Filium, ne Moesem quidem, hæc perfecte hominibus enarrare poterit: quocirca « unigenitus Filius qui est in sinu Patris, » id est, qui Pater est intimus, conjunctissimus, hominiosis, utpote ab eo genitus, ac consequenter sapientissimus et consiliarius: ejus omnium est participes, « ipse » veniens in carnem et in nobis « enarravit. » Ita S. Chrysostomus, Cyrillus, Augustinus, Theophylactus, Euthymius ibidem. Sic Nabuchodonosor Danieli ob interpretationem somni divini ita compellat, cap. iv, vers. vi: « Daniel, cui nomen Baltassar, secundum nomen Dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso. » Ille vero eandem applicat dilectioni, q. d. Deus est invisibilis, ac proinde ab homine un-

dilectionis officium percipere potest, quia transcendit omnes hominum opes, acque ac oculos et actiones, juxta illud *Daniel. cap. ii, 11*: « Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conversatio. » Idem tamen tanti facit dilectionem, et eos qui diligunt proximos, ut ex summo celorum vertice ad eos se inclinet, et quasi descendat habitusque et mansit in cordibus eorum. Hoc est quod ait Paulus: « Qui solus habet immortalitatem, et inæm habitat inaccessibilem, quem nullus hominum videt, nec videre potest, » I *Tim. cap. vi, vers. 16*. Vide ibi dicta.

Denique S. Cyrillus Hierosolymitanus, initio *Catechesis 9*, cenet Deum non posse videri oculis corporis, quia ipse est incorporeus, ac proinde ipsum oculum quasi voluit præterdisse oculis nostris, ne fulgore divinitatis nos excecaret, non occideret. Hoc falsum est nisi commode exponatur, scilicet hoc modo, quod Deus licet in se incorporeus, habitans tamen in celo empyreo, quod corporeum est, ac corporibus Beatorum se suaviter gloriam ostendens, tantam lucem sensibilem ibidem spargat, que sui majestatem quodam modo representet, ut illa oculis Beatorum exerceatur, imò eos occideret, nisi divina virtute fulsissent et conservarentur. Qua de causa angelicus representans Dei gloriam, Moysi apparens in corpore assumpto, dorsum ei duntaxat ostendit, utpote in quo erat lux temperata: facies enim ejus ita radiabat, ut Moyses oculos excecasset, juxta illud: « Posteriora (id est dorsum) tua videbis, faciem autem meam videre non poteris. » Vide dicta *Exod. xxxiii, 23*, et *xxxiv, 6*. Hinc apud veteres pervagata erat opinio, eum qui vidisset Deum, puta angelam Deum representantem in corpore assumpto, moriturum, juxta illud Manu, patris Samonis, viso angelo: « Moriemur, quia vidimus Dominum, » *Judic. xii, 22*.

Hinc S. Epiphanius, in VII Synodo, *Act. vi*, docet Deum secundum se non posse ullam imaginem exprimi, quin et Moesem vetans Judæis Dei imaginem, causam dat: « Voce verborum ejus audistis, et formam panis non vidistis, etc. Non vidistis aliquam similitudinem, ne forte decipi sciscitatis volis sculptam similitudinem, » *Deuter. cap. iv, vers. 12 et 15*.

CHARITAS EJUS IN NOBIS PERFECTA EST. — « Perfectum » est, quod omnibus suis partibus quasi numeris integratur et completur. Charitatis autem partes et officia sunt duo: primum, diligere Deum; secundum, diligere proximum. Quare si solus prius habeat charitatem, et scilicet diligit Deum, imperfectus est: perfectum vero et completum, si accedat secundum, scilicet si se extendat ad proximum. Rursum charitas quæ diligitur hominem, perficitur per charitatem per simi, quæ proximum non ad aliud quam propter Deum diligitur: amor ergo proximi propter Deum perficitur amorem Dei, quia id quod est ratio car amantur alia, et quæ multo magis amatur. Cuius

ergo propter Deum animam proximum, multo magis amamus ipsum Deum.

Secundo, hæc accipi possunt de charitate, non nostro, sed Dei: hoc enim significat *1 Cor. q. d. Deus licet sit invisibilis, per charitatem tamen manet in nobis, quia et charitate perfecta se nos diligere ostendit, dum in nobis manens efficit, conservat et auget in nobis charitatem, qua non tantum ipsum, sed et proximum propter ipsum diligamus. Hunc sensum amittit versus sequens, et S. Augustinus: « Ama, inquit, eum qui in te carpi habitare, ut perfectus inhabitando faciat te perfectum. »*

Porro, charitas maxime perficitur dilectione inimicorum, si scilicet ultra amicos se extendat ad amulos, hostes et persecutores. « Ignis charitatis, ait S. Augustinus hic, *tract. 7*, prius occupat proxima, et sic se in longinquiora distendit, anlea in fratrem, deinde in ignotum, postea in adversarium. » Et inferius docet nos debere diligere inimicos, sicut medicus diligit ægrotos et phreneticos: « Sævit, inquit, in te homo: ille sævit, tu deprecare; ille odit, tu miserere. Febris animam ipsam te odit, sanus erit et gratias tibi agat. Quomodo medici diligit ægrotos? Volunt ut semper ægrotet? Ad hoc diligit ægrotos ne ægroti permaneat, sed ut ex ægrotis sani fiant: et quanta plerumque patitur a phreneticis? quales contumelias verborum? plerumque et percutitur: persequitur ille fabricum, ignoscit homini. Et quid dicam, fratres? Amat inimicum suum, imò odit inimicum suum: morbum ipsum enim odit, et amat hominem a quo percutitur, odit febrem. A quo enim percutitur? a morbo, ab agrotatione, a febre. Illud tollit quod adversatur, ut remaneat illud unde gratulatur. » Et inferius: « Unum ægrotum flebam qui te oderat, jam duos plango si et tu odisti. Sed persequitur rem tuam; ille illum odisti, quia angustias tibi facit in terra: noli pati angustias, migra in celum sursum, cor ibi habebis ubi latitudo est, ut nullas angustias pertiaris in spe vite æternæ. Quodammodo ferramentum Dei est, quo sangris, ipse inimicus tuus. De illo te curat, opla ut ille sanetur. »

13. IN HOC COSCOPUS, QUONIAM IN EO MANERUS, ET IPSE IN NOBIS, QUONIAM DE SPIRITU SUO DEDIT NOBIS. — « De spiritu, » id est, participium Spiritus, puta gratiam et charitatem, que sunt dona Spiritus Sancti. Vel, « de spiritu, » id est, spiritum suum dedit nobis, puta spiritum charitatis: sic enim habet verba contactus, quale est *dedit, construntur* cum præpositione *ex*, vel *de*, cum ablativo.

Versus præcedenti dixit Deum pro charitatem manere in nobis, et consequenter nos in Deo; sic enim manet amans in amante et in amato: tam enim Deus est amans nostrum, quam nos Dei. Ille idipsum inenitit, exaggerat et quasi ratione confirmat. Ratio est talis: qui habet spiritum Dei, hic manet in Deo, et Deus in eo; atqui qui

habet charitatem, habet spiritum Dei: ergo qui habet charitatem, in Deo manet, et Deus in eo. Major patet, quia ubi est spiritus Dei, ibi est ipse Deus; ubi autem est Deus, ibi ipsum subjectum, sive locum in quo est, sibi unit, et quasi immensitate sua essentia incorporat et absorbet, ut magis subjectum sive locus sit in Deo, quam Deus in subjecto vel loco. Qui ergo in se spiritum Dei experitur, puta charitatem, hic sentit Dei presentiam et misericordiam, Deum scilicet esse in se, et se in Deo, ut puta qui donum sibi conferat et imaginem perfectissimam in se exprimit, juxta illud: « Qui adheret Domino, meus spiritus est, » 1 Cor. XII.

14. **ET NOS VIDIMUS ET TESTIFICAMUR, QUONIAM PATER MISIT FILIUM SALVATOREM MUNDI.** — Pertinet hæc ad vers. 9, ubi ait Deum charitatem suam in nos ostendisse mittendo Filium; hic illicipsum probat et confirmat testimonio suo et Apostolorum: hi enim fuerunt testes oculati et aurii, qui viderunt, audierunt et conversati sunt cum Christo incarnato, uti dixit initio Epistolæ. Christi incarnationem repetit et inculcat S. Joannes, tum quia illo vero erat nova et paradoxa, ideoque hæretici plures eum negabant, tum quia ipse est basis et fundamentum charitatis, ut dixit vers. 9. Ad charitatem enim omnia hæc pertinent, adeoque S. Joannes non aliud quam unum spiritali. Quem enim non accendat ad Deum redemandam amor Dei, quo Filium suum dedit nobis? Quomodo amor non ducit? Quis non diligit Jesum? Jesus enim est omne bonum nostrum. Jesus enim habet, idem est quod gratia, caritas, latine *salvator*, juxta illud *Osee*, xiii, 4: « Ego Dominus Deus tuus, et salvator non est proter me; » et *Psal.* lxxvii, vers. 2: « Deus noster Deus salvator fundandi. »

Alludit ad illud *Evangelii*, cap. iii, vers. 17: « Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. » Unde S. Bernardus, *De Amore Dei*, viii: « Ipse (Christus), ait, est amor noster, quo ad te pertingimus, quo te amplectimur: alterquin o incomprehensibilis majestas, comprehensibilis esse videris anime te amanti. Licet enim nullus sensus cujuslibet anime vel spiritus te comprehendat, tamen totum in quantum es comprehendit amor amantis, qui totum te amat quantum es, si tamen est totitas, ubi non est particularitas: si quantitas, ubi non est tantitas: si est comprehensibilitas, ubi hæc omnia non sunt. »

15. **QUISQUE CONFESSUS FUERIT QUONIAM JESUS EST FILIUS DEI, DEUS IN EO MANET, ET IPSE IN DEO.** — Commendat divinitatem Christi, quæ eam tunc impugnabant Elion, Cerinthus et alii plures. Hæc est quasi conclusio elicta ex vers. præced., g. d. Christus est salvator mundi; quisquis ergo in eum crediderit, ejusque fidem constanter professus fuerit, Deus in eo manet, et ipse in Deo. Manet, inquam, per veram vivamque fidem et confessionem omnis charitatem includit, quæque per di-

lectionem operatur. Sic Paulus ait: « Christum per fidem habitare in cordibus nostris, » *Ephes.* cap. xii, vers. 17; solet enim Scriptura fidei tribuere salutem, gratiam, amicitiam, etc., non soli, sed tanquam radici, que totam charitatis et virtutum arborem producit, sustentat et complectitur, uti alias sæpe ostendi. Unde S. Augustinus: « Qui confessus fuerit, inquit, non verbo, sed facto, non lingua, sed vita; nam multi confitentur verbis, sed factis negant. » Fidei enim fidem suam probare et ostendere debet factis et bonis operibus, que dicit et præcipit fides; aboqui fides inanis est, otiosa et reorta, ut ait S. Jacobus, cap. ii, vers. 18. Unde S. Hieronymus in illud *Isaie* xxxi, 4: « Murus et antennurale ponetur in ea. Murus, inquit, honorum operum, et antennurale fidei; non enim sufficit antennurale habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur. »

16. **ET NOS COGNOVIMUS ET CREDIDIMUS CHARITATI, QUAM HABET DEUS IN NOBIS.** — Hæc verbis S. Joannes confirmat et inculcat quod dixit duobus versibus præcedentibus: totus enim est in eo ut asserat et inculcat charitatem Dei, quam exhibuit nobis mittendo et dando Christum, ob causas quas dixi vers. 14: « Nos vidimus et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum salvatorem mundi; » hoc idem hic aliis verbis repetit, dicendo: « Et nos cognovimus et credidimus charitatem quam habet Deus in nobis, » g. d. Nos vidimus et testificamur Christum incarnatum, qui est charitas Dei; quia eum per experientiam et conversationem vere talem cognovimus, ac per fidem in eum credidimus. « Credidimus ergo charitatem quam habet Deus in nobis, » id est, in nos, ergo nos; quia credidimus Deum ex immensa erga nos charitate dedisse nobis Christum Salvatorem. Unde Syrus clare vertit, *et nos credidimus, et scimus quam charitatem habet Deus ergo nos: Deus enim est charitas.* Et S. Augustinus, *Et nos cognovimus et credidimus, quia dilectionem habet Deus nobiscum.*

Alii sic exponunt, g. d. Sicut vera et certa sunt que dixi et docui de Christo, vers. 14; sic pariter vera et certa sunt, que docuo de charitate; vidi Christum a Deo datum, credo pariter quod ex mera charitate eum dederit.

Nota: S. Joannes ita rediit in orbem; a Deo enim salit ad Christum, a Christo ad charitatem, a charitate ad dilectionem proximorum, a charitate et dilectione redit ad Deum, inde ad Christum, etc.; omnia enim hæc eo referat, « ut diligamus alterutrum, » ut dixi vers. 11. Ille enim est ejus discursus; Deus immensa charitate nos, id est, omnes homines dilexit, dando pro eorum salute Christum Filium suum. Ergo par est ut ejus charitatem imitemur, eique in amore respondeamus, ut scilicet ejus amore amemus proximos, eisque beneficiamus, cum Deo ipsi benefacere non possimus.

Nota: Significantius dicit « credidimus chari-

tati, » quem « credidimus charitatem, » ut habent Græca, ut significet nos non tantum fide, sed et spe ac charitate coherere charitati Dei, g. d. Nos non tantum cognovimus et fide credidimus incarnationis mysterium, in quo eximia Dei in nos charitas elucet, imo nimia, ut ait Paulus, *Ephes.* ii, 4; sed etiam totos nos credidimus et commisimus charitati divine; omnem nostram fidem, spem et amorem in eam dedimus; omnem nostrum affectum in eam transfudimus, per omnia secure in ea conquisimus, certi quod illa neminem suorum fallat; toti ab ea pendeamus, ut ab ea quaeversum moveamur et dirigamur ad omne bonum, et ad vitam æternam, dicentes cum Psalme: « Quid enim mihi est in celo, et a te quid volui super terram, Deus cordis mei et pars mea, Deus, in æternum? » *Psal.* lxxiii, vers. 26.

DEUS CHARITAS EST. — Syrus, *Deus enim charitas est; dat enim causam cur dixerit: « Et nos credidimus in nobis, » et cur Deus charitatem habeat « in nobis, » id est, erga nos. Causa enim est, quod Deus sit ipsissima per essentiam charitas, ac proinde credentem, sperantem et amantem se fallere non possit; sed cum sit purus æterque amor, sua omnia totumque se ei communicet et in eum effundat.*

Nota: Deus est charitas formalis in se, causalis in nobis, quia scilicet eam causat et producit in nobis; in se autem est formalis charitas duplex: *prima*, essentialis, que communis est toti S. Trinitati; *secunda*, notionalis, que propria est Spiritui Sancto, ut dixi vers. 7 et 8. Audi S. Bernardum, *epist.* 41: « Dicitur, ait, recte: Charitas est Deus, et Dei donum. Itaque charitas dat charitatem, substantiam accidentalem. » Hinc infert Basilius, *serm. De Institut. Monach.*: « Quod si, inquit, ut Joannes ait, Deus charitas est, sine dubio necesse est diabolum odium esse; ut igitur qui charitatem habet, is Deum habet: sic qui odium habet, is diabolum in se ipso nutrit; » et orat. *1. De Amore*: « Si Deus est charitas, ipsa invidia demon sit oportet; ut igitur qui charitatem habet, Deum in se manentem habet: sic qui invidiam fovet, diæmonem haud dubie in se ipso nutrit atque alit. » Sic et Nazianzenus in *Tetrastichis*:

Vivam, inquit, libello, livor, et demon pater:
Hæc mente privant, quæ tenent. His in p. hæc
Miseris fuis heremita, p. nullo;
Mellea carnis hæc enim certa est mens.

Quæres cur potius dicatur: « Deus est charitas, » quam Deus est sapientia, Deus est potentia, Deus est justitia? Respondeo: Hæc omnia vere dici possunt; melius tamen dicitur: « Deus est charitas, » tum quia S. Joannes proprie agit de charitate; tum quia charitas est nobilissima dos et virtus que cæteras omnes transcendit, ac proinde in Deo pariter velut in sui origine est

quid nobilissimum et præstantissimum: nostra enim charitas creata a charitate Dei increata; velut radius a sole effluit et dimanat. Charitas ergo est ordinis divini; est enim participatio Dei in summo gradu, scilicet non naturali, in quo enim participant omnes res naturales; sed supernaturali, qui omnem participationem creaturarum longe superat et transcendit.

Porro, ratio cur Deus per essentiam sit charitas, est quod ipse per essentiam sit purum, merum et summum bonum, cujus natura est esse sui plane pleneque communicativum et diffusivum, ait S. Dionysius, quod proprium est charitatis: Deus enim est mare mellis, puta oceanus bonitatis et charitatis. Deus est quasi ignis semper ardens, omnia accendens et in se transmutans. « Etenim Deus noster ignis consumens est, » *Hebr.* cap. xii, 29. Audi S. Bernardum, *serm.* 83 in *Cant.*: *Legi, inquit, quia Deus est claritas, et non quia honor est, vel dignitas, legi; non quia honorem non vult Deus, qui ait: Si ego pater, ubi est honor meus? Verum id pater; sed si sponsus exhibet, puto quia mutabit vocem, et dicit: Si ego sponsus, ubi est amor meus? Nam et ante ita locutus est: Si ego Dominus, ubi est timor meus? Exigit ergo Deus timori ut Dominus, honorari ut pater, ut sponsus amari. Quid in his præstat, quid eminet? nempe amor. Absque hoc et timor pater habet, et honor non habet gratiam, servilis est timor, quando ab amore non manumittitur. Et qui de amore non venit honor, non honor, sed adulatio est. Et quidem soli Deo honor et gloria, sed horum neutrum acceptabit Deus, si melle amoris condita non fuerint. »*

Ergo Deus est charitas, quia charitas est quæ flamma spiritualis omnes inflammans, et quasi lumen ubique resplendens et omnia illuminans. Hinc S. Dionysius, *De Divin. Nom.*, cap. xiv, p. 1, ait: « amorum divinum esse vim motivam et sursum trahentem in Deum, qui solus est ipsum per se pulchrum et bonum. » Item « esse manifestationem Dei per seipsum, et benignum processum eximia filius unionis, et amatoriam motionem, simplicem, per se mobilis, per se innata, præsentem in bono, et ex bono in ea que sunt exuberantem, et rursus in bonum revertentem. » Hæc verbis, ait noster *Læssius*, lib. IX *De Divin. Attrib.*, cap. ii et iii, significat. D. Dionysius, *primo*, charitatem et amorem ex pulchro et bono tanquam fonte prodire. « Hoc enim ipso quo Deus suam pulchritudinem et excellentiam infinitam invehit, exoritur in ipso infinitum amoris incedium, quo tantum illam amat, quantum amari digna est, id est, infinitas infinite. Pulchrum enim et bonum cognitum statim amorem accendit: unde infinitum pulchrum et bonum infinite cognitum, infinitum amorem ciebit; infinitum, inquam, tum ardore, tum estimatione, seu, ut Scholastici loquuntur, infinitum intensivo et appetitivo. Secundo, quod propter pulchrum

et hominum extendat se et descendat ad creaturas; miramur ut illud creaturis communicet, vel totum, vel aliquos ejus radios et adumbrationes pro cuiusque capiti et meritis. Quod enim summe amamus, ejus præstantiam et pulchritudinem cupimus omnibus innotescere, et ejus dulcedinem ab omnibus percipi, ut ab omnibus laudetur. Idem facit amor in Deo. Tertio, quod creaturas sursum rapiat, et ad pulchrum benigne convertat. Hoc maxime locum habet in angelis et hominibus; nam cetera divinam bonitatem et pulchritudinem non capiunt, sed in homine frangitur quodam modo in Deum cetera. Tum quia omnes virtutes in ipso, tum quia cetera omnia propter ipsum. Quarto, quod divinus amor sit extaticus, quia amantem extra se tollit in amatum: Deum enim summo desiderio quodam modo facit oblivisci, et inclinat ad humilitatem nostram; totumque in salutis nostre negotio occupat. Cujus signum incarnatio, prædicationis, miracula, passio, mors, Sacramenta, missio Spiritus Sancti, assidue et admirabilis Ecclesie gubernatio, cura et directio singulorum. Hominem similiter extra se ponit efficiens ut de se suisque commodis non cogitat, sed solum de Deo et bonis Dei. Unde magnus Dei amor seipsum obnequit, suis cupiditatibus renuntiat, suam utilitatem negligit, se oblitiscitur, et totus in eis est qui ad Deum pertinent. Est enim cogitatione et affectu totus extra se, et translatus in dilectum. Tunc erat S. Ignatius Martyr, qui dicebat: *Ecce ego crucior*; Amor meus crucifixus est. Talis erat S. Paulus Apostolus: *Mihi, inquit, vivere Christus est, et inori locum*. Hujus illustræ exemplum est in sole. Sol enim in rebus corporeis est summum, pulcherrimum et bonum. Unde recte quodam loco D. Gregorius Nazianzenus: *Quis in rebus videtur sol, dicitur in rebus spiritibus, et solus, et solus in rebus sensibilibus est sol, ita in intelligibilibus Deus*. Ex sole descendit calor ad res inferiores, descendit autem per lucem, et prius res illustrantur, quam calorem concipiunt; calore conceptio fit spiritualis, lux, et sursum in cœlum voluntur. Sol est symbolum Dei, lux sapientie, calor amoris, res terreæ animarum et spirituum. A Deo descendit amor per sapientiam; prius enim mens illustratur cognitione pulchritudinis et bonitatis divine, deinde per cognitionem concipit amorem; amor conceptus efficit animam spirituales, cœlestem, et tunc mox sursum trahit et deo coniungit, aliquo soli modo non similiter voluti quantum periculum quod solis est expressa imago efficit.

Idem viderunt Gentiles, sed lennem per umbram, qui summum deorum fecerunt Cupidinem, Deum amoris, aique supplicem fluxere Jovem cœlestisque deos. Unde Poeta:

Amor Deum gubernat,
Amoris omne regnum est.

Hinc emblemam Cupidinis est:

Sol calet ipse mox, Nephelus flagrat in undis.
Quavis liber erit, sed servit Tomason;
Quavis liber erit, Martem sine Marte subest.

Hieroglyphicon amoris extat hoc lemmate: *Amor causa omnium, et ad ipsum omnia*; quod nimirum ex amore vero omnes res originem ducant, ipseque primum rerum sit principium. Vide Giraldum in *Syntax. Cupidinis*.

Et qui manet in caritate, in Deo manet (et. id est igitur, idcirco; inferitur enim hoc, quasi conclusio ex antecedenti, quod processit, q. 4. Deus caritas est; ergo qui manet in caritate, manet in Deo, cum sint unum idemque Deus et caritas), et Deus in eo, — quasi in templo caritatis. Deus enim quasi caritas increata manet in amante quasi in charitate creata, sed creata; manet, inquam, non tantum per charitatem; sed et per suam essentiam ne substantiam novo quodam modo, ut dixit ille Petrus, 4. Amans ergo in Deo manet, — tanquam objectum cognitionis et dilectionis a Deo, ut vitam eternam ei conferat; et Deus manet in eo, — tanquam objectum cognitionis et dilectionis, quod amans diligat dilectione supernaturali; amor enim est occupatio amantis circa amatum ipsius amati causa. Manet ergo sicut annulus in annulo reciproco: caritas enim est vis univisa et reciproca, que amantem transformat in amatum, et amatum in amantem. Audi S. Dionysium, cap. IV. *De Divinis Nominibus*, et hoc amoris verbum vim habet faciendi unum, et colligandi, præstantique modo res inter se miscendi; et mox: *Divinet etiam de statu divinus amor*; et rursus: *Et tunc Paulus ille magnus jam divino amore captus, predictusque ejus vi, que hominem statu suo divinavit, divino ore: Vivo autem, inquit, jam cum ego, vivit vero in me Christus: et verus amator, et a mentis, sicut ipse ait, statu divinet. Hoc dicit, non suam vitam, sed amantis tanquam vultu dirigendam.* Mox addit Dei erga nos amorem si nulli modo extra se fieri repem omnium procreatione, suorumque donorum communicatione et effusione: ita tamen ut intarim a seipso, puta a Deo, non discedat.

Denique S. Bernardus, lib. V. *De Consideratione*, cap. XI, Deum ita definit: *Quid est Deus? voluntas omnipotens, benevolentissima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, æternæ dulcedo, cœlestis mentes ad se participandum, vivitatis ad sentiendum, afficiens ad appetendum, illustrans ad capiendum, justificans ad promerendum, accendens ad zelum, frendens ad fructum, dirigens ad æquilibrium, formans ad benevolentiam, moderans ad sapientiam, robrans ad virtutem, visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuus ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circumdans ad securitatem.* Idem S. Bernardus, *De Cœna Domini*: *Al-*

taris Sacramentum, inquit, est amor amorum.

Hinc amor facit exaltationem et excessum amantis a seipso ut illum in amatum transferat, et illi professione uniat, unumque cum illo efficiat. Sic amor univis homini, non solum affecta et cura, sed etiam effectu et substantia, unione nimirum hypostatica. Hominem vero unit Deo, ita ut protinus a seipso deficiens in Deum transeat et veluti colliguescat, nihil amplius cogitans, intelligens aut sentiens præter Deum, nihil aliud appetens aut desiderans, nulla alia re gaudens quam bonis Dei. Qui sic adheret Deo, unus cum eo efficitur spiritus, quia seipsum exiit et Deum induit; quare perinde ac si in divinam naturam transformatus esset, totis cogitatione et affectu est in Deo. Sic omnes Sancti in celo unum erunt cum Deo (quod Dominus illis precatur, *Joan. XVII*), quia omnes agnoscent suum nihilum quod ex se sunt, neque nihil æstimabunt, nisi quantum sunt Dei, et propter Deum; et hoc modo penitus a seipsis deficiant: cur enim heræta in nihilo? Deinde intellectu et voluntate potentissime rapiuntur in illum, et toti in ipso erunt, et in ipsum veluti liquescent et transformabuntur, nihil aliud sibi sentientes et gustantes quam Deum, nihil aliud æstimantes quam bonum ipsius, perinde ac si ipsi in Deum essent transmutati. Itaque amor est vis univisa, tum quia ipsum amantem transferit in amatum ut in eo vivat, sentiat, gaudeat; et ipsum illi quodam modo incorporat, ut sit unum cum illo: amans enim quantum in se est, optat a se deficere, et in amatum veluti colliguescere, ut unum cum illo, efficiatur; tum quia amantem jam in dilectum translato, omne bonum dilecto vult et procurat quantum potest, tanquam sibi ipsi, quia jam unum est cum illo. Audi S. Augustinum hic, *tract. 8*: *Qui manet in dilectione, in Deo manet, et Deus in eo; vicissim se habitant, quod continet et quod continetur. Habitat in Deo, sed ut contineris; habitat in te Deus, sed ut te contineat ne cadas, ne forte sic te putas donum Dei fieri quomodo domus tua portat carnem tuam. Si subtrahat se domus in qua es, cadis; si autem tu te subtrahas, non cadit. Deus integer est, cum eum deseris; integer, cum ad illum redieris. Tu sanaris, non illi aliquid præstabis; tu mandaris, tu refoveris, tu corrigieris. Ille medicamentum est non sano, regula est pravo, lux est tenebrato, habitatio est deserto: omnia ergo tibi conferuntur.* et *tract. 9*: *Si tibi domus Deus, inquit, isto domus Dei. Mane in Deo, et maneat in te Deus. Manet in te Deus, ut te contineat; manes in Deo, ne cadas; quia sic de caritate dilecti Apostolus: Caritas nunquam cadit; quomodo cadit quem continet Deus?*

Hæc de causa, scilicet in symbolum caritatis, Christus instituit, et testamento nobis reliquit securus, ut voluit hereticis, sed realiter, substantialiter et personaliter maneat in nobis et nos in

ipso, juxta illud Christi: *Qui manducat carnem meam, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.* *Joan. cap. vi. 51*. Est ergo Eucharistia fomes et follis caritatis, quam tota Epistola commendat S. Joannes, per eam enim fit, ut ait S. Chrysostomus, *hom. 48 in Joan.*, ut non solum per dilectionem, sed reipsa in illam carnem convertamur; per eam ibi efficitur, quem nobis largitus est. Cum enim sum in nos amorem indigitare velle, per corpus suum se nobiscum commiscuit, et in unum nobiscum redegit, ut corpus cum capite uniretur; hoc enim amantium maxime est. Hoc ipsum indicat Leo Pontifex: *Non aliud, inquit, agit participatio corporis et sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus, transeamus.* Denique Cyrillus Hierosolymitanus: *Sic Christophori, inquit, erimus, hoc est, Christum ferentes, cum ejus corpus et sanguinem in membra nostra cooperimus, atque ita, ut B. Petrus dicit, divine nature consortes efficiemur.* Quocirca S. Irenæus, lib. V, cap. 6, explicans illud I. *Thessal. v. 23*: *Ut integer spiritus vester et anima et corpus conservetur*; assertit perfectum hominem integrari ex corpore, anima et Spiritu Sancto inhabitante per charitatem.

Porro cum ait S. Joannes: *Qui manet in caritate, et tunc incrementum accipit*; de illa enim paulo ante dixit: *Deus est caritas*; tum creatam; qui enim manet in caritate creata, manet quoque in caritate increata, puta in Deo, quia ubi est caritas creata, ibi est et increata, puta Deus, qui creatus est auctor et conservator. Amans ergo manet in caritate creata, hinc manet pariter in caritate increata, que est ipse Deus.

Pulchre S. Bernardus, *serm. 74 in Cantica*: *At qui Deum, inquit, et hominem, quia propriis existant et distant voluntatibus et substantiis, longe aliter in se alteratrum manere sentimus, ibi est, non substantiis confusus, sed voluntatibus consentaneos. Et hæc unio ipsis, communio voluntatum et consensus in caritate. Felix unio si experiaris, nulla si comparaveris. Vox experti: Mihi autem adherere Deo bonum est; bonum plane, si omni ex parte adhereris. Quid est qui perfecte adheret Deo, nisi qui in Deo manens, tanquam dilectus a Deo, Deum nihilominus in se trahit, vicissim diligendo?* Mox vero de hac Dei hominibus unione subjicit: *Ergo cum undique inhaerent sibi homo et Deus, inhaerent autem undique intima mutuaque dilectione inviscerati alteratrum sibi, per hoc Deum in homine, et hominem in Deo esse hand dubie dixerim. Sed homo quidem, ab eterno in Deo, tanquam ab eterno dilectus, Deus vero in homine ex quo dilectus est.* Idem S. Bernardus citatus hic a Thoma Anglico: *Deus caritas est, inquit, quid ergo caritate melius? Et qui manet in caritate, in Deo manet; quid ergo caritate jucundius? et Deus in eo, quid ergo caritate jucundius? Caritas enim se possidentes deificat, facitque quasi deos incarnatos, uti dixi vers. 8. Vo-*

rum enim est illud Catonis: « Qui amant, quodam modo in corpore proprio mortui sunt, vivunt vero in alieno. » Voluit ergo Deus per amorem nos reducere ad nostrum principium, unire scilicet suos bonitati et pulchritudini, transformare in seipsum. Hoc fieri non poterat per naturam: invenit igitur modum quo id perficeret per amorem, ut ejus ardore in eo colligescamus et absorbeamur. « Quo totum divinum est, ait S. Bernardus *De Diligendo Deo*, quod solitur; sic afflicti, deflorati est. Quomodo sicut aqua modica multo infusa vino defecere a se tota videtur, dum et sapientia vini induit et colorem; et quomodo ferrum ignitum et candens igni simillimum fit, pristina proprietate forma exutum; et quomodo solis luce respicimus aer in eandem transformatur luminis claritatem, adeo ut non tam illuminatus, quam ipsum lumen esse videatur: sic omnia tunc in Sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo necesse erit a semetipsa liquescere, atque in Dei penitus transfundunt voluntatem; » nimirum hoc perfecte fiet in celo per gloriam, sed inchoate in terra fit per charitatem et gratiam. Idem, *serm. 83 in Cant.*: « Ipse, inquit, meritum, ipse premium sibi est amor; preter se non requirit causam, non fructum. Fructus ejus, usus ejus. Amo, quia amo; amo, ut amer. Magna res amor, si tamen ad suum recurat principium, si suae origini redditus, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat unde ingitit fluit. Solus est amor ex omnibus animae motibus, sensibus atque affectibus, in quo potest creatura, etsi non ex aequo, respondere auctori, vel de simili mutuum reddere vicem. » Idem, *De Vita Solitaria*: « Formatio hominis, ut institutio est moralis; vita ejus, amor Dei, hinc fides concipit, spes parturit, charitas format et vivificat; et mox: « Amorem ergo Dei in homine ex gratia genitum laetitia lectio, meditatio pascit, oratio confortat et illuminat; » et inferius: « In ipso vivimus, movemur et sumus. Et non sicut in aere isto, sic in Domino Deo nostro, sed in ipso vivimus per fidem, movemur per spem, agimus per amorem. Ab ipso enim et per ipsum corditus est rationalis animus, ut ad ipsum sit conversio ejus, ut sit ipse bonum ejus. »

Porro, Deus per charitatem manens in anima fidelis, hoc in ea producit effectus. *Primo*, eam a terrenis cupiditatibus purificat, ut non nisi caelestia cupiat et sapiat. Ita Josephus rex conversus a Baltham tanto amoris igne aestuabat, ut relicto regno, opibus, deliciis, honoribus, in solitudine secedens exclamaret: « Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Adhuc anima mea post te, o Christe; suscipiat me dextera tua. » *Damascanus, Histor. cap. xxxvii.*

Secundo, omnes potentias, sensus, affectus, amores, operationes, cogitationes, intentiones trahit in Deum, ut non nisi Deum cogitet, intendat, suspiret, juxta illud S. Basilii: « Jugem tibi

imprime memoriam Dei, quasi infidelibile signum. » Quid enim extra querat, qui Deum intra se habet? Deo enim, id est, abyssus omnis boni se immergit. Et illud S. Pauli: « Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite, 1 Cor. x, 34. Itaque amans perfecte Deum non comedit ut satisfaciat gulae, sed ut placeat Deo, ut scilicet sano vegeto corpore et animo, melius possit servire Deo. Idem dicas de somno, studio ceterisque omnibus. Amor enim est vinculum quod acerrime amantem vincit amato. » Neque enim praesentior spiritus noster est ubi amat, quam ubi animat, » ait S. Bernardus *De Precept. et Disp.* Imo cum in amoris formae unus amantium animus conflatus et duobus videatur, alterum alterius dimidium esse necesse est, juxta illud: « O animae dimidium meae. » Nam, ut docet Aristoteles, IX *Ethic.*, cap. iv: « Amicus est alter ego. » Sic primum fidelium amantium erat « cor unum et anima una, » *Act. cap. iv.* Sic anima Jacobi debebat ex anima Benjamin filii unice dilecti, *Genes. xiv, 20.* « Et anima Jonathanae conjugata est animae David, et dilexit cum Jonathanas quasi animam suam, » 1 *Regum xviii, 1.* Animae ergo fibula est amor.

Tertio, facit ut anima optet pro Deo dilecto suo magna et heroica agere, multaque pati; et Christi crucis se assimilet. In Sponsa in *Canticis* dicens: « Dilectus meus mihi et ego illi, » dixit pariter: « Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, » *Cant. cap. 1, 13.* Quae verba explicans S. Bernardus *serm. 43*: « Myrrha, ait, amara res, dura et aspera tribulationem significat. Ea sibi dilecti causa immere prospiciens gratulabunda id loquitur, confidens se omnia viriliter subituras. Ibat, inquit, gaudentes discipuli a conspectu concilii, quoniam digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Propterea denique non faciem, sed fasciculum dilectum dicit, quod leve pro amore ipsius duat, quidquid laboris imminuat et doloris. Bene fasciculus, quia parvulus natus est nobis. Bene myrrha, quia non sunt condigne passionis hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Id enim, inquit, quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternam pondus gloriae operatur in nobis. Erit ergo quandoque nobis ingens cumulus gloriae, qui modo est fasciculus myrrhae. An non fasciculus, cujus jugum suave est, et onus leve? Non quia leve in se: nec enim levis passio asperitas, mortis amaritudo, sed levis tamen amanti. Et idem non ait tantum: Fasciculus myrrhae dilectus meus; sed mihi, inquit, quae diligo, fasciculus est; et dilectum nominat, monstrans dilectionis vim omnium amaritudinum superare molestiam, et quia fortis est ut mors dilectio ejus, » nimirum,

Est amor aeterna, nullaque somnibus unis.

Quarto, facit ut anima in dies crescat in amore; et

Deus enim est quasi flamma jugiter accendens et inflammans animam, donec eam totam amore incendat. Tradunt, vel fabulantur potius, salamandram igne pasci, ideoque esse symbolum amantis, qui amoris igne pascitur. Ita eo pasciebatur S. Franciscus dicens:

Ubi amor, me torquet amor, sum factus amoris
Alter amor; nostri est victor amoris amor.

Audi S. Bonaventuram charitatem S. Francisci enarrantem, lib. I *Vita ejus*, cap. ix: « Totus, inquit, quasi quidam carbo ignitus divini amoris flamma videbatur absorptus. Subito enim ad auditum amoris Domini excitabatur, afflictebatur, inflammabatur, quasi plectro vocis extrinsecae chorda cordis interior tangeretur; » et mox: « Continebatur in pulchris pulcherrimum, et per impressa rebus vestigia prosequabatur ubique dilectum, de omnibus sibi scalam faciens, per quam conscenderet ad apprehendendum eum qui est desiderabilis totus. Inauditis namque devotionis affectu fontalem illam bonitatem in creaturis singulis, tanquam in rivulis degustabat. » Et inferius: « Flagrabat erga Sacramentum Domini corporis fervore omnium medullarum, stupore admirans permaximo illam charissimam dignationem et dignissimam charitatem; saepe commovebatur, et quasi spiritu ebrius, in mentis ut plurimum rapiebat excessum. » Et cap. xii, agens de sacris *ejus stigmatibus*: « Extorquerat, ait, in eo insuper amor incendium boni Jesu in lampades ignis atque flammarum. Cum igitur Scaphis desideriorum ardoribus ageretur in Deum, et compassiva dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia voluit crucifigi, vidit Saph unum sex alas habentem tam ignitas, quam splendidas; apparuit inter alas effigies hominis crucifixi: intellexit ex hoc se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis totum in Christi crucifixi similitudinem transformandum; disprensus igitur visio mirabilem in corde ipsius reliquit ardorem, sed et in carne non minus mirabilem signorum impressit effigiem. »

Quinto, facit ut anima amore Dei accensa, eodem alio, totumque mundum accendere sataget, instar S. Pauli, dicens: « Charitas Christi urget me, » et cap. v, vers. 8: « Adjuro vos, filii Jerusalem, si invenitis dilectum meum, ut mundetis ei quia amore languo. » Ita B. Virgo non ex morbo, sed ex amore et desiderio fruenti Christo filio suo, languens et anhelas ad eum, animam in manus ejus expiravit, uti docent Franciscus Suarez, Canisius et alii. Vide S. Bernardum, *De Diligendo Deo*, et *De Amore Dei*, et *De Natura us dignitate divini amoris*, ubi sic oritur: « Ars est artium ars amoris. » Et lib. *De Consensu*, ubi post initium sic loquitur: « Qui evagationes mentis in unum colligit, et omnes cordis motus in uno aeternitatis desiderio figit; profecto jam ad cor suum rediit, jam ibi libenter immoratur ac

est amor, quam vehementer in bono voluntas, ait S. Bernardus *De Natura divini amoris*, cap. ii: « qui ergo non zelat, non amat. »

Sexto, facit ut anima amans Deum per amorem et confidentiam ipsi quasi dominetur, et ab eo impetret omnia qua petit, itaque fiat quasi omnipotens, uti Jacob iunctans cum angelo Dei vicario, illi praevuluit, indeque vocatus est Israel, id est, dominans Deo, *Genes. xxxii, 28.* Hinc illud paradoxum: « Fidelis totus mundus divitiarum est. » Et: « Fidelis mundi est dominus. » Unde S. Franciscus: « Fuge, inquit, creaturas, si vis habere creaturas; » fugiendo enim ad Creatorem per amorem dominaberis illi, et per illum omni creature, quibus dominatur Creator. Sic S. Franciscus fugiendo mundum, et sequendo Deum, totum post se traxit mundum.

Septimo, Deus animam amantem sibi amicit et assimilat in moribus et virtutibus divinis, adeoque secretorum suorum conscium facit: unde subinde ei revelat arcana cordium, res absentes et futuras, ut fecit Prophetae et Apostoli, juxta illud: « Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus; vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis, » *Joan. xv, 14.*

Octavo, eam tranquillat, serenat, illustrat, ut imperturbabilis, laeta, hilaris tam in adversis quam prosperis jugiter exultet Deo, eique gratias agit, laudet et benedicat, canens cum Psalme: « In pace in idipsum dormiam et requiescam, » *Psal. iv, 9.* « Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo, » *Psal. xxxiii, 1;* et cum S. Job cap. 1, vers. 21: « Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placeuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. » Atque hac ratione videtur sanctus esse homo coelestis, et angelus terrestris, ac inchoare beatitudinem paradisi; vivit enim continuo in amore, jubilo et laude Dei, dicitque: « Quoties suspiro et respiro, ad te suspiro, o Deus meus! »

Denique amor hic in Sanctis eximius ita crescit, ut languorem, et subinde mortem inducat, juxta illud Sponsae *Cantic.*, ii, 5: « Fulle me floribus, stipata me malis, quia amore languo. Lava ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me; » et cap. v, vers. 8: « Adjuro vos, filii Jerusalem, si invenitis dilectum meum, ut mundetis ei quia amore languo. » Ita B. Virgo non ex morbo, sed ex amore et desiderio fruenti Christo filio suo, languens et anhelas ad eum, animam in manus ejus expiravit, uti docent Franciscus Suarez, Canisius et alii. Vide S. Bernardum, *De Diligendo Deo*, et *De Amore Dei*, et *De Natura us dignitate divini amoris*, ubi sic oritur: « Ars est artium ars amoris. » Et lib. *De Consensu*, ubi post initium sic loquitur: « Qui evagationes mentis in unum colligit, et omnes cordis motus in uno aeternitatis desiderio figit; profecto jam ad cor suum rediit, jam ibi libenter immoratur ac

mirabiliter delectatur; et cum ipsum præ gaudio capere non possit, supra seipsum ducitur, et per excessum mentis in summa elevatur: atque ita per semetipsum per cogitationem sui ascendit ad cogitationem Dei, ut discat eum solum in deficienter cogitare, et in eo delectabiliter requiescere, cum amor Christi totum absorbit affectum hominis, ut negligens et immemor sui, nisi solum Jesum Christum, et ea que sunt Jesu Christi, sentiat: tunc datur, ut arbitror, perfectus est in eo charitas. Ille itaque si perfectus est: non est onerosa ei perpetua, iste non sentit injurias, ridet opprobria, contemnit damna, habet in horum deputat, imo nec mori se putat, cum magis de morte ad vitam se transire sciat. » Et inferius: » Qui si in amore Dei jugiter delectatur, frequenter mentis excessus patitur, frequenter ab omnibus presentibus et terrenis raptus coram Deo presentatur; et cum pulchritudinem considerat, et magnitudinem sublimitatis, attonitus in ejus admiratione suspenditur, miratur regis gloriam; regni magnificentiam, superas civitatis nobilitatem. Et cum felicitatem contempletur, gloria deorum, Dei bonitatem, interioris suavitatis dulcedinem, et æternæ quietis tranquillitatem, meditatatur Patris potentiam, Filii sapientiam, Spiritus Sancti benignitatem, et angelice creaturæ beatitudinem; delectatur de Deo in Deum, dum ejus pietatem admiratur et decorem contempletur. O quam jucundum, si non esset tam modicum! Baptisum recipit, sola caelestia contempletur, contemplatione jucundatur, » etc.

17. IN HOC PERFECTA EST CHARITAS DEI NORISCU, ET FIDUCIA. *in hoc, id est fiducia, securitatem, libertatem, audaciam loquendi habemus ex his verbis.* — *Primo, » in hoc, » id est, hoc sine fructu, q. d. Perfecta charitas potest hunc finem et fructum, scilicet fiduciam in die judicii, tam particularis, tam universalis. Hinc justi desiderant adventum Domini, cupiuntque cum Paulo dissolvi, et esse cum Christo, et ut ait hic S. Augustinus: » Cum patientia vivunt, et delectabiliter moriuntur. » Descendit Joannes a charitate ad ejus fructum, eoque tres recenset: primus est fiducia, potest fidenter vivere et mori; secundus est, quod amantem facit timoris expertem; tertius, quod omnia que postulat a Deo, impetret.*

Secundo et nervosus, q. d. » in hoc, » id est, ad hoc Deus nos ita amavit amatque, et nos vicissim ejus charitate et gratia dilecti, eum plene et perfecte redamamus, itaque manemus in eo, sicut ille manet in nobis: ad hoc, inquit, ut examinandi a Christo iudice in die judicii de charitate fidenter respondeamus, nos toto corde amasse ipsum, non mundum, ideoque tanto et felicitati ab eo adjudicemur. Nam, ut ait S. Augustinus, *Presul. in Psalm. xxxi:* » Quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe. »

Tertio, alii, q. d. » in hoc, » id est, in hoc signo

cognoscimus perfectam nos habere charitatem, si nihil, abjecta formidine, extremi judicii diem magna spe et confidentia præstolemur. Ita S. Augustinus: » Quisquis, ait, fiduciam habet in die judicii, perfecta est in illo charitas. » Unde concludit: » Ergo, fratres, date operam, intus agite vobiscum, ut desideris diem judicii, aliter non probatur perfecta charitas, nisi cum cooperit ille dies desiderari. Ille autem eum desiderat, qui fiduciam habet in illo; ille autem fiduciam habet in illo, cujus conscientia non trepidat in charitate perfecta atque sincera (1). »

QUIA SICUT ILLE EST, ET NOS SUMUS IN HOC MUNDO. — Quis ille? *Primo, » ille, » scilicet Deus, quem paulo ante nominavit, q. d. Ideo fiduciam habebimus in die judicii, quia in charitate sumus, et vivimus in hoc mundo in eo perfecti, adeo ut etiam diligamus inimicos, sicut Deus in eadem perfectus est, deum solem eum bonitatem oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos aquas justas. Itē S. Augustinus, Beda, Hugo, Lyranus, et Dionysius.*

Secundo et profundius, » ille, » scilicet Christus, quem quasi amorem meum mente et ore semper gerō. Hoc de causa enim S. Joannes cum dicit, » ille est, » intelligit Christum, ut dixi cap. iii, vers. 3 et 8. Porro Christus est, » id est, » factus in mundo » hoc, ut veritē Syrus; et etiam non est » per merita, providentiam, charitatem et familiaritatem, qua habitat in mentibus Sanctorum charitate preditorum. Sensus ergo est, q. d. Sicut ille, scilicet Christus, in mundo immaculate sancteque vixit, et charitate boni nostri plenus a mundo mortuus fuit et est, itaque manet in nobis: ita et nos illum imitantes in hoc mundo immaculate vivere satagimus, imo quasi mortui mundo Christice mortificationem jugiter cum Paulo in corpore nostro circumferentes, saneti, et charitate etiam erga inimicos pleni sumus, et manemus in ipso; ideoque fiduciam habemus nos in die judicii non confundendos fore, sed glorificandos, quia illum diem semper habemus præ oculis, ad eumque par opera charitatis et omnimode sanctitatis nos quolibet disponimus, imo ad eum ambulamus, amemus nos hic peregrinos esse, et unius diei hospites, juxta illud vers. 8: » Omnis qui habet hanc spem, in eo sanctificat se, sicut et ille sanctus est. » Ita Oecumenius et Gagnius.

18. TIMOR NON EST IN (HOC EST) CHARITATE, SED PERFECTA. (S. Augustinus legit, *consequenter CHARITAS FORAS MITTIT TIMOREM.* — A fiducia quam parit charitas, transit ad fugam timoris, quam parit fiducia, et consequenter charitas. S. Augustinus, lib. LXXXIII, Quest. XXXVI: » Charitatis

(1) Vers. 17: Ex hoc intelligimus amorem nostrum perfectum, non sine fructu esse, adeo ut etiam cum bona fiducia in illo die judicii apparere possimus, si sicut ille (Deus) amatus est (erga nos homines), ita et nos in hoc mundo simus amati (erga alios). Ita ARBELL.

venonem, inquit, est spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium; nutrimentum ejus est, immunitio cupiditatis; perfectio, nulla cupiditas; signum profectus ejus, immunitio timoris; signum perfectionis ejus, nullus timor. »

Quæres: Quis hic timor, quem pellit perfecta charitas? Respondit est multiplex; est enim generalis et illimitata S. Joannis sententia, unde ad quolibet timores extendi potest, q. d. Charitas nihil omnino timet, est expertis timoris, libera, leta, animosa et liberalis. Itaque primo, Vatablus: Timor, ait, hic pro desperatione et consternata conscientia sumitur; illo enim peccatores timeant se damnatum iri, et de sua salute desperant. Opponit enim S. Joannes timorem quasi diffidentiam fiduciam in die judicii: hanc enim fiduciam parit charitas, sicut peccatum parit diffidentiam et desperationem.

Secundo, timor hic est quo anguntur reos conversi, quoque eos memoria prætorum peccatorum vexat et cruciat, ne forte non sint eis plene condonata, juxta illud: » De propitiato peccato noli esse sine metu. » *Ecl. v. 8.*

Tertio, timor hic est servilis, quo servi et imperfecti metu poenæ, non amore justitiæ, faciunt mandata Domini; hunc enim pellit pura, sincera et liberalis charitas, cum amore Dei facti ejus jussa. Hic timor, ait hic S. Augustinus, inducit charitatem, sicut seta inducit filium sutoris. Unde de eo ait *Ecl. i, 28:* » Qui sine timore est, non poterit justificari. » Nam timor castus et filialis manet cum charitate, et quantum hæc crescit, tantum et ille: quo enim quis perfectior et sanctor est, eo magis filialis amore et timore timet et reveretur Deum, caveatque ne vel in minimo eum offendant. Hic enim timor est actus amoris, imo ipse timor est amor; quia enim amat, hinc timet displicere amato. Hoc timor jubentur omnes Sancti timere Deum, *Psal. xxxiii, 10;* nam hic timor permanet in sæculum sæculi, *Psalm. xviii, 10.*

Quarto, timor hic accipi potest mundanus, quo quis timet parentes, cognatos, etc., ideoque ne eos offendant, violat præcepta Dei; hunc pellit charitas. Illi sunt timidi, quorum pars est in stagno ardenti, igne et sulphure, *Apoc. xxi, 8;* de hoc mundano timore hunc locum accipit Tertullianus in *Scorpico, cap. xii.*

Quinto, timor hic accipi potest pro anxietate et metu, quo scrupulosi et anxii formidolosa mutantur in suis scrupulis offendant Deum. Scrupulos enim pellit perfecta charitas; hinc enim non est scrupulosa, sed libera, audax et magnanima, juxta illud *Rom. vii, 15:* » Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater. »

Sexto, timor hic accipi potest poenæ et damnationis; hunc enim fugat charitas. » Sancti enim solliciti sunt de premio, non adeo formidantes de supplicio, » ait Prosper, *epistol. ad Dene-*

triam. Ita noster Lessius narranti quemdam virum gravem optare Purgatorium subire usque ad diem judicii, ut eo sibi asscuraret æternam salutem, respondit, » spem Christianam majorem esse debere, quam ut certitudinem celestis glorie tam longi Purgatorii poenæ radimat. » Semper tamen Sancti in hac vita habent spem mixtam timore, si non actuali, certe potentiali; quia non sunt certi de sua salute, ut dixi vers. 13. Ita in morte timerunt S. Hilarion, Arsenius et alii. Rursus Sancti timeant, cum se et suam imbecillitatem considerant; confidunt vero, cum Dei in se amorem et fidelitatem intendant.

Septimo, timor hic accipi potest persecutorum, damnorum, infamiam, difficultatum, quo occurrunt in heroicis charitatis operibus; hunc populi Magdalenæ ardens amore Christi, cum eum sepultum inter milites intrepida requisivit; unde de ea canit Ecclesia: » Pellit timorem charitas, » juxta illud Christi: » Nolite timere eos qui occidunt corpus, » *Matth. x, 28;* et illud S. Petri, *epistol. i, cap. iii, vers. 14:* » Timorem eorum ne timeatis. » Sic Martyres non timeant tyrannos et tormenta, sed his exultabant, illis insultabant, ut Laurentius Valerianus, Vincentius Daclano, Sebastianus Diocletiano. Multi non audent dare elemosynas, quia timeant pauperum, senium, casus sinistros; hunc timorem pellit perfecta charitas: nam, ut ait Tobias, *cap. iv, vers. 12:* » Fidei magna erit coram Deo elemosyna omnibus facientibus eam. » Illic S. Maximus in *serm. 100,* fideles infirmos ponit *timeantes, medios proficientes, summos perfectos.*

Octavo, timor hic accipi potest initialis, quo quis ita timet culpam, ut etiam timeat poenam; hunc pellit charitas, sed duntaxat ex parte posteriori, quia charitas perfecta timet et horret culpam, non poenam.

Hos omnes timores vincit perfecta charitas, sed præsertim servilem et initialem, quo timide, pusillanimitate et diffidenter timeamus poenam, deliquit judicium et vindictam; hic enim oritur ex amore sui, quem vincit et pellit amor Dei. Et de servili loquitur S. Joannes ceteris S. Augustinus, Beda, Oecumenius et alii; et Budocheus, *cap. xvi De Perfect. spirit.*, ait timorem purgantem, qui est timor poenarum, consistere cum medio charitatis, sed pelli a perfecta. Hæc enim considerat Deum non ut iudicem et vindicem, sed ut patrem et sponsum. Sicut ergo Sara sponsa, Abraham eiecit servam Agar, ita charitas pellit timorem servilem: de quo vide Grigenium, *homil. 7 in Genes.*, et Cassianum, *Collat. xi, cap. xii.* S. Augustinum hic et D. Thomam *II, Quest. XIX, art. 6 et 10.* Oppodit ita quo S. Joannes timorem fiduciam felicitatis et glorie æternæ, quam parit charitas; per timorem ergo accipit diffidentiam, anxietatem et metum contra: hisce enim opponitur fiducia quasi contrarium contrario. Contraria enim sunt timor et amor, æque ac fiducia et diffidentia; timor enim

animam stringit et cruciat, amor dilatat et exhilarat. Hinc amor parit fiduciam, securitatem, audaciam; timor vero parit diffidentiam, trepidationem, pavorem.

Nota : Commoverit initium justificationis in peccatore incipit a timore poenarum et gehennae, quo percussus a Deo incipit cogitare de sua salute, et disponere se ad penitentiam, uti docet Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. vi. Justificatus deinde sensim minuit hunc timorem. Unde S. Augustinus hic : « Quantum, inquit, illa (charitas) crescit, tantum ille (timor) decrescit, et quantum illa fit interior, tantum timor pellitur foras; major charitas, minor timor; minor charitas, major timor; si autem nullus timor, non est qua inestet charitas; » Id vero max apto exemplo confirmat : « Sicut videmus (ait) per setam introduci linum, quando aliquid salutaris; seta prius intrat, sed nisi exeat non succedit linum : sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ilico intravit ut introduceret charitatem; » et rursum : « Timor stimulat, sed charitas sanat quod vulnerat timor, etc. Opus est ergo ut inestet timor primo, per quem veniat charitas : timor, medicamentum; charitas, sanitas. » Idem, serm. 3 De Verbis Apostoli : « Timor, ait, servus est charitatis; » et serm. 48 De Verbis Apost. : « Timor est custos et pedagogus legis, donec veniat charitas. » Et S. Basilii, hom. 8 in Psalm. xxxvii : « Necessario, ait, venit introductorius ad pietatem timor assumitur, dilectio vero domino succedens a timore scientie adoptatos perficit. » Audi S. Bernardum, serm. 51 in Cantica : « Ceterum, si paulatim per incrementum gratie cooperit deficere timor, et proficere spes, cum demum ad hoc ventum fuerit, ut totis viribus exurgens charitas in adjutorium spei foras mittat timorem, nonne ejusmodi anima singulariter in spe constituta videbitur, ac proinde etiam in pace in idipsum dormire jam et requiescere? Si dormiatis (inquit) inter medios clericos, pennae columbae deargentatae. Quod propterea dictum puto, quoniam est locus inter timorem et securitatem tanquam inter lorum et dexteram, media videlicet spes in qua mens et conscientia, molli nimirum supposito charitatis strato, suavissime requiescit. »

Denique S. Augustinus, lib. XIV De Civit., cap. ix, et serm. 214 De Temp., haec accipit de gloria caelesti; ibi enim securitas charitatis excludit omnem timorem : « Per bonam vitam, inquit, bona conscientia comparatur, ut per bonam conscientiam nulla poena timeatur. Quapropter discat timere, qui non vult timere. Discat ad tempus esse sollicitus, qui semper vult esse securus; » et inferius : « Tanto minor fit timor, quanto patria quo tendimus propior. Major enim timor debet esse peregrinantium, minor propinquantium, nullus pervenientium. Sic et timor perducit ad charitatem, et perfecta charitas foras mittit timorem. » Verum hic sensus est anagogicus; ad litteram

enim S. Joannes asserit perfectos in charitate perdere timorem in hac vita. Ita S. Antonius enim pollebat, dum dicebat : « Ego Deum jam non timeo, sed amo; quia perfecta charitas foras mittit timorem, » alii refertur in Vita Patrum, lib. V, liello 17, tractat. De Charitate, num. 1. Et S. Ignatius, fundator Societatis nostrae, dicebat, si sibi a Deo proponeretur optio vel moriendi, et certo cendi in caelum, vel vivendi et augendi Dei gloriam, sed cum incertitudine et dubio salutis, se hoc posterius electurum : Quia, inquit, si ego Deum ita amo, ut amore ejus periculo salutis me exponam, utique ipse qui amorem meum longe superat, nec eo se vinci patitur, periculum hoc omne in se suscipiet, illudque mihi assecurabit Idem dicant et faciant qui a Deo vocantur ad vitam activam et apostolatam, in qua varia occurrunt salutis pericula; sequantur, inquam, haec Dei vocationem, quasi stellam caelestem, scientique eam sibi fore reclam viam in caelum, ino securiorem vita abstracta et contemplativa. Ita S. Salvus jam defunctus, et caelum ingressurus audivit vocem : « Revertatur ad corpus, adhuc Ecclesiae meae est necessarius; » cumque ille inquisivissim responderet : « Domine, si revertar, exponam periculum, et forte nunquam huc redibo; » audivit : « Vade, ego ero custos tuis, torque secure huc reducam, » uti narrat Gregorius Turonensis, lib. VII Histor., cap. 1.

QUONIAM TIMOR POENAM HABET. — Vulgo enim dicitur : « Peior est bello timor ipse belli; » timor enim magis affligit, quam res quae timetur. Pro poenam graece est *κόλαση*. S. Augustinus vertit, *tormentum*; Tigurina et Pagninus, *cruciatum*; Tertullianus, lib. De Fuga, ix, *supplicium*, id est supplicium; Syrus, *timor in perturbatione est*. Sensus est, q. d. Timor parit cruciatum animi, quo se ille cruciat, dum cogitat et timet sibi impendens malum et poenam. Atqui charitas non habet poenam et cruciatum, sed letitiam et voluptatem. Ubi enim est amor, ibi non est labor, sed sapor, ait S. Bernardus. Ergo charitas excludit timorem; timor enim aretat et affligit, charitas vero dilatat et bellicifera cor. Unde conclusioem hanc elicit, subditque Joannes dicens : « Qui autem (ergo) timet, non est perfectus in charitate. » Graecum enim *τίμα*, id est *autem*, non tantum copulativo, sed et *αυτοπροσως*, id est ratiocinative et circumscriptive sumitur, ait Gaza, lib. II.

10. NOS ERGO DILIGAMUS DEUM, QUONIAM DEUS PRIOR DILEXIT NOS. — Est conclusio, qua repetit et inculcat studium charitatis, ex eo quod Deus prior nos dilexerit, et diligendo dilectionem nobis inspiravit, sui que dilectores effecerit, ait S. Augustinus, lib. De Gratia Christi, cap. xxvi. Vide eundem in Soliloq., cap. xi, pie cum Deo prius amante dissuavientem.

20. SI QUIS DIXERIT, QUONIAM DILIGO DEUM, ET FRATREM SUUM ODERIT, SENDAX EST, — quia charitas Dei se extendit ad charitatem proximi, qui est

Imago Dei, eamque continet et complectitur. Id probat duobus argumentis. Primum est :

QUI ENIM NON DILIGIT FRATREM SUUM QUEM VIDET (sic) IN PRÆSENTI, ID EST VIDIT, ET ASSIDUE VIDET, DEUM QUEM NON VIDET, QUOMODO POTEST DILIGERE? — Quia natura comparatum est, ut amor et affectus rapiatur in sensibilia quae videmus; oculi enim sunt in amore duces. Nam, ut ait S. Gregorius, hom. 11 in Eozoy. : « Ex his quae animus novit, surgit ad incognita quae non novit, ut per hoc quod scit notum diligere, discat et incognita amare. »

21. ET HOC MANDATUM HABEBIS A DEO, UT QUI DILIGIT DEUM, DILIGAT ET FRATREM SUUM. — Nam, ut ait S. Augustinus : « Si frater est, et eum non diligis, quomodo Deum diligis, ejus mandatum contemnis? » Vide S. Gregorium, lib. X Moral., vi, ubi actus dilectionis quos proximo impendere debemus, fase enarrat. Et S. Augustinus, De Discipul. Christi, cap. ii et iii : « O pio Omnia, vit, quid tibi ego sum, ut amari iubeas a me? et minaris mihi ingentes miseriae; irasceris, si non faciam; multa promittis, si faciam. Et quid, amor meus, quid delectaris in eo? Quis Rex dixit servo : Simus amici, et dabo tibi unam provinciam? »

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

ergit commendare fidem et amorem erga Deum et Christum incarnatum, ejusque sex effectus et fructus assignat. Primum est, natus esse divino, vers. 1. Secundus, victoria mundi, vers. 4. Tertius est, testimonium Dei, vers. 7 et 10. Quartus est, vita aeterna, vers. 11. Quintus est, fiducia impetrandi quilibet a Deo, dummodo non oret pro scelus peccati ad mortem, vers. 14. Sextus est, impeccabilitas, hoc est, praeservatio a peccato et a diabolo, vers. 18. Est ergo hoc caput quasi conclusio Epistolae in qua repetit, inculcat et confirmat jam dicta, uti Rhetores facere solent in Epilogo. Pleraque ergo sententiae hujus capituli in praecedentibus jam explicatae sunt. Quare ne dicta iterem, ea remittam.

1. Omnis qui credit, quoniam Jesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit et eum qui natus est ex eo. 2. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus et mandata ejus faciamus. 3. Haec est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus, et mandata ejus gravia non sunt. 4. Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum; et haec est victoria, quae vincit mundum, fides nostra. 5. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei? 6. Ille est, qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus; non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et spiritus est, qui testificatur quoniam Christus est veritas. 7. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in caelo : Pater, Verbum et Spiritus Sanctus; et hi tres unum sunt. 8. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra : Spiritus, et aqua, et sanguis; et hi tres unum sunt. 9. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est; quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo. 10. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio suo, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo. 11. Et hoc est testimonium, quoniam vitam aeternam dedit nobis Deus. Et haec vita in Filio ejus est. 12. Qui habet Filium, habet vitam : qui non habet Filium, vitam non habet. 13. Haec scribo vobis, ut sciatis quoniam vitam habetis aeternam, qui creditis in nomine Filii Dei. 14. Et haec est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. 15. Et scimus quia audit nos quidquid petierimus : scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. 16. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem : non pro illo dico ut roget quis. 17. Omnis iniquitas, peccatum est; et est peccatum ad mortem. 18. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit

animam stringit et cruciat, amor dilatat et exhilarat. Hinc amor parit fiduciam, securitatem, audaciam; timor vero parit diffidentiam, trepidationem, pavorem.

Nota : Commotio inchoat justificationis in peccatore incipit a timore poenarum et gehennae, quo percussus a Deo incipit cogitare de sua salute, et disponere se ad penitentiam, uti docet Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. vi. Justificatus deinde sensim minuit hunc timorem. Unde S. Augustinus hic : « Quantum, inquit, illa (charitas) crescit, tantum ille (timor) decrescit, et quantum illa fit interior, tantum timor pellitur foras; major charitas, minor timor; minor charitas, major timor; si autem nullus timor, non est qua inestet charitas; » Id vero max apto exemplo confirmat : « Sicut videmus (ait) per setam introduci linum, quando aliquid salutaris; seta prius intrat, sed nisi exeat non succedit linum : sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia illico intravit ut introduceret charitatem; » et rursum : « Timor stimulat, sed charitas sanat quod vulnerat timor, etc. Opus est ergo ut inestet timor primo, per quem veniat charitas : timor, medicamentum; charitas, sanitas, » Idem, serm. 3 De Verbis Apostoli : « Timor, ait, servus est charitatis; » et serm. 48 De Verbis Apost. : « Timor est custos et pedagogus legis, donec veniat charitas, » Et S. Basilus, hom. 8 in Psalm. xxxvii : « Necessario, ait, velint introductorius ad pietatem timor assumitur, dilectio vero doinceps succedens a timore scientie adoptatos perficit. » Audi S. Bernardum, serm. 51 in Cantica : « Ceterum, si paulatim per incrementum gratie cooperit deficere timor, et proficere spes, cum demum ad hoc ventum fuerit, ut totis viribus exurgens charitas in adiutorium spei foras mittat timorem, nonne ejusmodi anima singulariter in spe constituta videbitur, ac proinde etiam in pace in idipsum dormire jam et requiescere? Si dormiatis (inquit) inter medios clericos, pennae columbae deargentatae. Quod propterea dictum puto, quoniam est locus inter timorem et securitatem tanquam inter lorum et dexteram, media videlicet spes in qua mens et conscientia, molli nimirum supposito charitatis strato, suavissime requiescit. »

Denique S. Augustinus, lib. XIV De Civit., cap. ix, et serm. 214 De Temp., haec accipit de gloria caelesti; ibi enim securitas charitatis excludit omnem timorem : « Per bonam vitam, inquit, bona conscientia comparatur, ut per bonam conscientiam nulla poena timeatur. Quapropter discat timere, qui non vult timere. Discat ad tempus esse sollicitus, qui semper vult esse securus; » et inferius : « Tanto minor fit timor, quanto patria quo tendimus propior. Major enim timor debet esse peregrinantium, minor propinquantium, nullus pervenientium. Sic et timor perducit ad charitatem, et perfecta charitas foras mittit timorem. » Verum hic sensus est anagogicus; ad litteram

enim S. Joannes asserit perfectos in charitate perdere timorem in hac vita. Ita S. Antonius cum pollebat, dum dicebat : « Ego Deum jam non timeo, sed amo; quia perfecta charitas foras mittit timorem, » alii referunt in Vita Patrum, lib. V, li. bello 17, tractat. De Charitate, num. 1. Et S. Ignatius, fundator Societatis nostrae, dicitur, si sibi a Deo proponeretur optio vel moriendi, et certo cecidi in caelum, vel vivendi et augendi Dei gloriam, sed cum incertitudine et dubio salutis, se hoc posterius electurum : Quia, inquit, si ego Deum ita amo, ut amore ejus periculo salutis me exponam, utique ipse qui amorem meum longe superat, nec eo se vinci patitur, periculum hoc omne in se suscipiet, illudque mihi assecurabit Idem, dicant et faciant qui a Deo vocantur ad vitam activam et apostolatam, in qua varia occurrunt salutis pericula; sequantur, inquam, haec Dei vocationem, quasi stellam caelestem, scientique eam sibi fore reclam viam in caelum, ino securiorem vitam abstracta et contemplativa. Ita S. Salvus jam defunctus, et caelum ingressurus audivit vocem : « Revertatur ad corpus, adhuc Ecclesiae meae est necessarius; » cumque ille inquisivissim responderet : « Domine, si revertar, exponam periculum, et forte nunquam huc redibo; » audivit : « Vade, ego ero custos tuus, donec secure huc reducam, » uti narrat Gregorius Turonensis, lib. VII Histor., cap. 1.

QUONIAM TIMOR POENAM HABET. — Vulgo enim dicitur : « Peior est bello timor ipse belli; » timor enim magis affligit, quam res quae timetur. Pro poenam graece est *κόλαση*. S. Augustinus vertit, *tormentum*; Tigurina et Pagninus, *cruciatum*; Tertullianus, lib. De Fuga, ix, *supplicium*, id est supplicium; Syrus, *timor in perturbatione* est. Sensus est, q. d. Timor parit cruciatum animi, quo se ille cruciat, dum cogitat et timet sibi impendens malum et poenam. Atqui charitas non habet poenam et cruciatum, sed letitiam et voluptatem. Ubi enim est amor, ibi non est labor, sed sapor, ait S. Bernardus. Ergo charitas excludit timorem; timor enim aretat et affligit, charitas vero dilatat et bellicifera cor. Unde conclusioem hanc elicit, subditque Joannes dicens : « Qui autem (ergo) timet, non est perfectus in charitate. » Graecum enim *τίμα*, id est *autem*, non tantum copulativo, sed et *αυτοπροσως*, id est ratiocinative et circumscriptive sumitur, ait Gaza, lib. II.

10. NOS ERGO DILIGAMUS DEUM, QUONIAM DEUS PRIOR DILEXIT NOS. — Est conclusio, qua repetit et inculcat studium charitatis, ex eo quod Deus prior nos dilexerit, et diligendo dilectionem nobis inspiravit, sui que dilectores effecerit, ait S. Augustinus, lib. De Gratia Christi, cap. xxvi. Vide eundem in Soliloq., cap. xi, pie cum Deo prius amante dissuavientem.

20. SI QUIS DIXERIT, QUONIAM DILIGO DEUM, ET FRATREM SUUM ODERIT, SENDAX EST, — quia charitas Dei se extendit ad charitatem proximi, qui est

Imago Dei, eamque continet et complectitur. Id probat duobus argumentis. Primum est :

« QUI ENIM NON DILIGIT FRATREM SUUM QUEM VIDET (scilicet in praesenti, id est vidit, et assidue videt), DEUM QUEM NON VIDET, QUOMODO POTEST DILIGERE? — Quia natura comparatum est, ut amor et affectus rapiatur in sensibilia quae videmus; oculi enim sunt in amore duces. Nam, ut ait S. Gregorius, hom. 11 in Eozoy. : « Ex his quae animus novit, surgit ad incognita quae non novit, ut per hoc quod scit notum diligere, discat et incognita amare. »

21. ET HOC MANDATUM HABEBIS A DEO, UT QUI DILIGIT DEUM, DILIGAT ET FRATREM SUUM. — Nam, ut ait S. Augustinus : « Si frater est, et eum non diligis, quomodo Deum diligis, cujus mandatum contemnis? » Vide S. Gregorium, lib. X Moral., vi, ubi actus dilectionis quos proximo impendere debemus, fase enarrat. Et S. Augustinus, De Discipul. Christi, cap. ii et iii : « O pio homine, vit, quid tibi ego sum, ut amari iubeas a me? et minaris mihi ingentes miseriae; irasceris, si non faciam; multa promittis, si faciam. Et quid, amor meus, quid delectaris in eo? Quis Rex dicit servo : Simus amici, et dabo tibi unam provinciam? »

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

ergit commendare fidem et amorem erga Deum et Christum incarnatum, ejusque sex effectus et fructus assignat. Primum est, natus esse divino, vers. 1. Secundus, victoria mundi, vers. 4. Tertius est, testimonium Dei, vers. 7 et 10. Quartus est, vita aeterna, vers. 11. Quintus est, fiducia impetrandi quilibet a Deo, dummodo non oret pro scelus peccati ad mortem, vers. 14. Sextus est, impeccabilitas, hoc est, praeservatio a peccato et a diabolo, vers. 18. Est ergo hoc caput quasi conclusio Epistola in qua repetit, inculcat et confirmat jam dicta, uti Rhetores facere solent in Epilogo. Pleraque ergo sententia hujus capituli in praecedentibus jam explicata sunt. Quare ne dicta iterem, ea remittam.

1. Omnis qui credit, quoniam Jesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit et eum qui natus est ex eo. 2. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus et mandata ejus faciamus. 3. Haec est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus, et mandata ejus gravia non sunt. 4. Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum; et haec est victoria, quae vincit mundum, fides nostra. 5. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei? 6. Ille est, qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus; non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et spiritus est, qui testificatur quoniam Christus est veritas. 7. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in caelo : Pater, Verbum et Spiritus Sanctus; et hi tres unum sunt. 8. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra : Spiritus, et aqua, et sanguis; et hi tres unum sunt. 9. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est; quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo. 10. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio suo, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo. 11. Et hoc est testimonium, quoniam vitam aeternam dedit nobis Deus. Et haec vita in Filio ejus est. 12. Qui habet Filium, habet vitam : qui non habet Filium, vitam non habet. 13. Haec scribo vobis, ut sciatis quoniam vitam habetis aeternam, qui creditis in nomine Filii Dei. 14. Et haec est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. 15. Et scimus quia audit nos quidquid petierimus : scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. 16. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem : non pro illo dico ut roget quis. 17. Omnis iniquitas, peccatum est; et est peccatum ad mortem. 18. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit

eum. 19. Scimus quoniam ex Deo sumus, et mundus totus in maligno positus est. 20. Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, et vita aeterna. 21. Filioli, custodite vos a simularis. Amen.

1. OMNIS QUI CREDIT (fide viva qua ad charitatem se extendit, et per dilectionem operatur, ut dixi cap. iv, 16), QUONIAM JESUS EST CHRISTUS (id est Messias, redemptor et salvator mundi), EX DEO NATUS EST — nativitate spirituali et divina, quae fit per fidem, charitatem et gratiam, quae fit non tantum amicis, sed et filius haereticus Dei, ac consors divitiae naturae, II Petri i, 3.

ET OMNIS QUI DILIGIT EUM QUI GENUIT, DILIGIT ET TUM QUI NATUS EST EX EO. — Natus, primo, proprie natus ex Deo Patre est Christus Dei Filius. Deinde natus ex Deo est quilibet fidelis, per Charitatem gratiam adoptivam a Deo. Natus enim analogice dicitur de Christo et nobis, sed de nobis per respectum ad Christum. Est ergo haec ratio: S. Joannis, quae probat diligendos esse proximos, quod in fine cap. preced. cepit probare, et hic proseguitur, q. d. Quicumque diligit Deum Patrem, qui genuit, diligit pariter Deum Filium a Patre genitum; atqui qui diligit Deum Filium, diligit et ceteros Dei filios, quasi filios fratres et membra: ergo qui diligit Deum Patrem, diligit quocumque omnes Dei filios ex eo natos. Hi sunt fideles proximi nostri; ergo hi diligendi sunt eadem charitate, qua Deum tam Patrem quam Filium diligimus. Ita S. Augustinus, Bada, Glossa, allego et alii hic, ac S. Hilarius, lib. VI de Trinitate. Haec expositio, ait S. Augustinus, faveat, quod dicat natus in singulari, quasi intelligens unigenitum Dei per generationem Patris; mox vero vers. 2 dicit natos in plurali, quasi intelligens justos per adoptionem et regenerationem natos ex Deo.

Rursum, quod sententia precedenti commendavit fidem in Christum, unde congrue mox hic subjungat et commendat amorem in Christum: non enim sufficit fide credere in Christum, nisi et amore diligamus eum Deum.

Secundo, natus, accipi potest non Christus, sed duntaxat quilibet Christianus et justus, de quo paulo ante dixit: « Omnis qui credit, etc., ex Deo natus est. » ut haec sit sententia disparata a precedenti, tantumque significet fideles sicut credunt in Christum, ita debere sese invicem diligere tanquam fratres, ab eodem Deo Patre genitos et natos. Si enim diligunt Deum qui genuit fideles, debent pariter eos qui ab eo geniti sunt diligere, tum quia Pater eos diligit, tum quia nobiscum conjunctissimi sunt, utpote fratres et filii ejusdem Patris. Ita Didymus, Cajetanus et Catharinus. Prior sensus ut magis connexus, ita et generatior ac nervosior est. Ubique enim Joannes spirat Christum tanquam centrum, vinculum et glutinum charitatis inter nos et Deum. Christus

enim conciliavit nos Patri, unde mediator est, et causa cur Deum diligamus, et cur vicissim Deus diligit nos. Omnes enim fideles sunt corpus Christi et membra de membro, ait Paulus I Corinthi XII, 26: « Cum ergo membra, ait S. Augustinus, Christi diligis, Christum diligis; cum Christum diligis, Filium Dei diligis; cum Filium Dei diligis, et Patrem diligis: non potest ergo separari dilectio. Elige tibi quid diligas, sequantur te cetera; dicas, Deum solum diligo, Deum Patrem; mentiris, si diligis: non solum Deum Patrem diligis; sed si diligis Patrem, diligis et Filium. »

2. [3. HOC COGNOSCIMUS QUONIAM DILIGIMUS NATUM] DEUM, CUM, CUM, id est quia, quandoquidem DEUM DILIGIMUS, ET MANDATA EIUS FACIAMUS. — « Cognoscimus, » id est concludimus, cognitum facimus, ostendimus, convincimus, demonstramus. Sic cap. iv, vers. 13, ait: « In hoc cognoscimus, » id est, certo signo et argumento concludimus: « Quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis, » q. d. Ex spiritu Dei concludimus et convincimus Deum manere in nobis, et nos in Deo. Similiter sumit S. Joannes et cognoscimus, cap. iii, vers. 16 et 19; cap. iv, vers. 2 et 8. « Cognoscimus » ergo, id est convincimus quod diligamus Christianos, quasi natos Dei, q. d. Dixi: « Omnis qui diligit Deum qui genuit, diligit et eum qui natus est ex eo, » puta omnes fideles et Christianos. Idipsum enim « cognoscimus, » id est, concludimus et convincimus hoc argumentum, quod « Deum diligimus, » hic enim est S. Joannis syllogismus et hinc demonstratio. Omnes filii Dei sunt fideles et Christiani; quicumque diligit Deum, diligit et filios Dei: ergo qui diligit Deum, diligit fideles et Christianos tanquam Christi fratres et membra, genitos ab eodem Deo Patre. Sicut enim ex amore proximorum inferimus et concludimus amorem Dei, sic vicissim et reciprocè ex amore Dei inferimus et concludimus amorem proximorum. Breviter: Quicumque servat mandata Dei, servat et dilectionem proximorum; haec est enim unum et mandatis; atqui qui servat mandatum dilectionis, hic diligit proximos: ergo quicumque servat mandata Dei, hic diligit proximos.

Porro S. Joannes hic non nominat omnes proximos, sed tantum natos ex Deo, puta fideles et Christianos, quia eorum inter se dilectionem accendere satagit, ut in fide et vita Christiana se invicem contra Gentiles lueantur, animet, juvent, promoveant. Eundem fideliibus commendavit, et quasi testamento Christus ad Patrem abiturus reliquit Joan. cap. xv, 12, et S. Paulus cre-

bro, ut Ephes. iv, 2 et seq.; Galat. vi, 2; Philip. v, 1 et seq.

3. HIC EST ENIM CHARITAS DEI, UT MANDATA EIUS CUSTODIAMUS. — q. d. Charitas consistit in observatione mandatorum Dei. Charitas enim est amor et amicitia Dei; haec autem impellit amantes ut faciant voluntatem, puta mandata Dei in se summe amati, juxta illud Sapient. vi, 19: « Dilectio, custodia legum illius est. » Sic ait Eccle. xii, 13: « Deum time, et mandata eius observa; hoc est enim omnis homo, » q. d. Omne hominis bonum, omne officium, omnis felicitas, finis et perfectio consistit in timore Dei. Aut, hoc est quo spectare debet omnis homo, quantum quantum est, in dictis factisque suis omnibus, et tota vita, ut scilicet sibi ubique timorem Dei ob oculos ponat, et ejus servet precepta; unde Chaldaeus verit, *temerum deest esse viam hominis*; S. Hieronymus, *ad hoc creatus est homo*; et Solonius: Quia, ait, qui aliter vivit, non est homo, sed bestia, quia non rationaliter, quae est natura hominis, sed bestialiter vivit, si gulose, ut porcus; si dolose, ut vulpes; si superbe, ut leo, etc. Idem per omnia applices charitatis.

ET MANDATA EIUS GRAVIA NON SUNT. — Multo minus impossibilia, ut blasphemant haeretici. Alludit ad filium Christi: « Jugum enim meum suave est, et onus meum leve, » Matth. xi, 30.

Ratio est: Prima, quia Christiani Christianos liberavit ab onere gravi et multiplice tot mandatorum extremorum et judicialium veteris legis, tantumque moralium, sive Decalogum, puta decem precepta legis naturae, eis imposuit, praeter additis de fide, baptismo et ceteris Sacramentis. Precepta enim affirmativa veteris legis 218, negativa 585, numerat R. Moyses, lib. III *Morè Hanabehim*, cap. lvi et lvi: hisce omnibus liberavit nos Christus.

Secunda, quia charitati, et amati Deum nihil est grave: « Quomodo enim est grave, cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quisque non diligit, et grave est; aut diligit, et grave esse non potest, » ait S. Augustinus *De Natura et Gratia*, cap. lxxv; et Sapient. Proverb. iv, 14: « Viam sapientiae monstrabo tibi, et ducam te per sentitas aequalibus, quas cum ingressus fueris, non ardebitur tibi gressus tui, et currens non habebis offendiculum. »

Tertia, quia Christiani dat gratiam quasi alios, quibus praecepta implantamus, imo super ipsa quasi volumus, juxta illud: « Viam mandatorum tuorum docui, cum dilatasti cor meum, » Psal. cxviii; unde S. Augustinus, lib. *De Perfectione Justitiae*, ante medium, ait: « non esse grave quod diligendo fit, non timendo. Nam perfecta charitas foras mittit timorem, et facit precepti sarcinam levem, non solum presentem onere ponderum, verum etiam sublevantem vice penarum. Anima ergo quae illa gravia sentit, ore genitum voluntatis, ut impetret donum facilitatis. » Unde S. Bonaventura ait mandata gravia esse naturae lapsae ut

corruptae, facilia vero naturae sanae et integrae. Gratia autem naturam sanat et integrat, sicut peccatum eandem vulnerat et quasi mutilat, ideoque facit ut mandatum sit illi quasi « talentum plumbi, » Zachar. v, 7, et sicut « onus grave gravatum, » Psal. xxxvii, 5. Ita Didymus et Ecoumenus.

Quarta, quia, etsi quaedam in se gravia sunt, ut mortificare omnes cupiditates, obire martyrium, pati omnia adversa, tamen haec levia sunt, si considerentur exempla Christi et Sanctorum, ejusque promissio de celesti gloria, juxta illud Pauli: « Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis, » Roman. viii, 18. « Quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternam gloriae pondus operatur in nobis, non contempnendum nobis quae videntur, sed quae non videntur, » II Corinthi. cap. iv, vers. 17. Hinc ait Sponsa Cent. cap. i, vers. 12: « Fasciculum, non fascis, » myrrhae dilectus meus mihi, » ubi vide S. Bernardum, cujus verba superius recitavi.

Audi S. Augustinum, serm. 18 De Sanctis: « Si quotidie, aporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam parvo tempore tolerare, ut Christum videre digni essemus in gloria venientem, et Sanctorum ejus numero sociari, nonne eral dignum pati omne quod triste est, ut tanti boni tantaeque gloriae participes haberemus? »

4. QUONIAM OMNIS, QUOD NATUM EST EX DEO, VINCI SUAVIOR. — Probat quod dixi: « Mandata eius gravia non sunt, » hac ratione, quod fideles fide et charitate renati, armatique a Deo vincunt mundum, id est, mundi cupiditates neque ac terrores, quae sola resistunt charitati, faciuntque observationem mandatorum difficillem; his ergo sublatis, mandata remanent facilia, non gravia: charitati enim sola contrariatur cupiditas: haec tolle, remanet facilis et expedita charitas. « Testimonium celestis generationis est victoria tentationis, » ait S. Bernardus, serm. I in Octava Pascha.

Nota: « Omne quod natum est, id est, omnis qui renatus est ex Deo, » vincit mundum; « dilect tamen omnes, non omnis, primo, ut significet hanc victoriam prosequi fideles non a se, sed a fide, charitate et gratia Dei; unde explicans subdit: « Et haec est victoria quae vincit mundum, fides nostra. » Sensus ergo est, q. d. Fides, charitas et gratia, quae nata sunt et manant a Deo, vincunt mundum, ideoque pariter fideles per ea nati et renati vincunt mundum; unde Ecoumenus per « omnia quod natum est ex Deo, » intelligit charitatem fraternam: hanc enim vincere mundum.

Secundo, « omne habet emphasis, et significat universitatem omnium gentium. Alludit enim ad animalia omnis generis munda et immunda, quae erant in arca Noe, quaeque per visionem vidit Petrus in linteo Ecclesiae, Act. x, 12. (Iubis significabatur omne genus hominum ex quolibet gente,

statu, conditione, admittendam ad Ecclesiam per novam in baptismo nativitatem. Eadem causa et emphasi ait Christus: « Omne quod (pro *omnem quem*) dat mihi Pater, ad me veniet; » unde explicans subdit: « Et eum qui venit ad me, non ejectionem foras, » *Joan.* cap. vi, vers. 37; et cap. xvii, vers. 2: « Si eum dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, id est *omnis*, quod dedisti ei, det ei vitam eternam. »

Tertio, Thomas Anglicus: *Omne*, inquit, dicitur, non *omnis*, ut significat in generatione spirituali non esse distinctionem sexus. In Christo enim « non est masculus, neque femina, » *Galat.* cap. iii, vers. 28.

Hinc S. Cyprianus, S. Leo et alii dicunt fidem majorem esse mundo, et in celo versantem, hoc mundi punctum despicere. Citavi eorum verba cap. iv, vers. 4, ad illud: « Visistis eum, quoniam major est qui in vobis est, » Praefatio S. Augustini, lib. II. De *Symbolo ad Catechum.*, cap. II: « Admirabile, ait, spectaculum nostrum, plane admirabile, in quo Deus adjuvat, fides vires impetrat, innocenta purgata, sanctitas vincit, premium consequitur tale, quod ille qui vicerit accipiat, et qui donaverit nihil amittat. »

Et haec est victoria qua vincit mundum, fides nostra. — « Victoria, » id est, vincens et victor: proprie enim victoria non vincit, sed pugna vincens qui parit victoriam. « Victoria » ergo, id est, causa victoriae, arma quibus comparatur victoria, est fides. Haec igitur est victrix fides, non nuda et otiosa, sed charitate et bonis operibus vestita, puta operosa, certans et fortiter dimicans, juxta illud: « Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt reprobationes, » *etc.* *Hebr.* xi, et I *Petr.* v: « Adversarius, ait, vester diabolus tanquam leo fugiens circumit, quereus quem devoret, qui resistite fortes in fide. » Vide utrobique dicta; fide anim credimus vitam eternam esse summum bonum, pro quo omnia mala fortiter toleranda sint, et dimicandum contra omnes mundi tentationes usque ad mortem et martyrium. Unde per fidem hanc et speratum divinae opis et gratiae Christi, tum mercedis et praemii gloriae aeternae, Martyres omnia tormentorum genera aliceres et laedi vicerunt, juxta illud: « Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, et propter verbum testimonii sui, » *Apocal.* cap. xii, vers. 11. Et illud Pauli, *Ephes.* vi, 16: « In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, » Audi Tertullianum ad *Seyptulam*: « Arius Antonius cum persequeretur instanter in Asia fideles omnes illius civitatis, Christiani ante tribunalia se manu facta obtulerunt; » et Nicephorus: « Diocletiani tempore (ait), cum natalis dies Christi festus adesset, viginti millia Christianorum in templo a tyranno conclusa igni conflagrare maluerunt, quam tantillum a Christianae fidei stabilitate dellectere. » Quare vero S. Bernardus, serm. 6 in

Vigilia Nativit.: « Fides, ait, est verus quocumque aeternitatis exemplar, praeterita simul et presentia ac futura simul quodam vastissimo comprehendit, ut nihil ei praeterat, nihil pereat, praesent nihil. »

Pro *vincit* graeco est *victoria*, id est *vicit*, in aoristo, sub quo omne tempus intelligit, q. d. Vicit, vincit et vincet. Haec de causa Rupertus scripsit opus *De Victoria Verbi Dei*. S. Augustinus, *lib. De Utilit. cretendis*, cap. xvii. docet fidem Christi totum mundum « hi subegisse sanctitate, castitate, patientia, constantia, etc., Apostolorum, Virginitum et Martyrum, quibus conversae sunt ad Christum gentes totius mundi. » Eusebius: « Omnem, ait, fides perfidiam vicit atque eiecit, ita ut neque Judaeus, neque hereticus quamquam vim adversus eam habeat. » Quocirca S. Augustinus, serm. 4 *De Verbis Apost.*: « Nulle, ait, sunt majores divitiae, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi hujus major substantia, quam est fides Catholica, que peccatores homines salvat, caecum illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles justificat, penitentes reparat, justos augmentat, martyres coronat. » Denique S. Bernardus, serm. 76 in *Cont.*: « Fides, ait, attingit inaccessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa, reprehendit novissima, ipsam denique aeternitatem suo illo vastissimo simul quodam modo circumcludit. Fidenter dixerim, aeternam beatitudinem Trinitatem, quam non intelligo, credo et fide tenso, quod sana non capio mente. »

Porro fides viva omnia impetrat a Deo, vinci que omnipotentem, ideoque fit omnipotens, adeo ut miracula quaelibet operetur, juxta illud: « Omnia possibilia sunt credenti, » *Marc.* ix, 23. Haec est fides miraculorum. Fides ergo vincit mundum, quia vincit Deum mundi dominum.

S. QUIS EST, QUI VINCIT MUNDUM, NISI QUI CREDIT QUONIAM JESUS EST FILIUS DEI? — Credendo enim sperat, sperando invocat, invocando amat Christum; itaque gratia Christi roboratus odit spernitque mundum, ac spernendo vincit, juxta illud Pauli: « Omnia possum in eo qui me confortat, » *Philip.* iv, vers. 13. Sub fide ergo collectitur charitatem, obedientiam, fortitudinem ceterasque virtutes a Christo sanctitas et donata, quibus vincitur mundus. Qui enim credit in Christum, debet Christi praecepta sequi, eique obedire, non mundo, imo contemnere mundum; hoc enim suis assecit praeceptis sanxitque Christus, *Joan.* xv, 18 et 19.

Audi S. Bernardum, serm. 4 *De tribus testimoniis in caelo et in terra*: « Quid ergo ait: Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quia Jesus est Filius Dei, cum et ipse jam mundus id credat? An non ipsi quoque demones et credunt et contremiscent? sed dico: Putasne Filium Dei reputat Jesum, quisquis ille est homo, qui ipsius ne terretur comminationibus, nec attrahatur promissionibus, nec praecipit obtemperat, nec consiliis acquiescit? Neque is, etiamsi fateatur se »

Deum, factis tamen negat? Porro fides sine operibus mortua est in semetipsis, nec sane mirum videri potest, si nequaquam vincit, quae nec vivit quidem.

Probat S. Joannes thesin ex hypothesi, genus ex specie, iuno speciem ex individuo: probat, inquam, fidem esse victoriam fidelium, ex eo quod fides Christi est victoria mundi; simulque perstringit Cerinthum, Ebionem et alios illos aevi hereticos, qui negabant Christi divinitatem. Hinc Petrus eam confitens, dicensque: « Tu es Christus Filius Dei vivi, » ab eo audire meruit: « Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non prevalebunt adversus eam, » *Matth.* xviii; et Paulus: « Quis nos separabit a charitate Christi? Certus sum quia neque mors, neque vita, » *etc.* *Rom.* cap. viii. « Unde certus erat, nisi ex fidei firmitate? » ait S. Hieronymus in cap. II ad *Galat.*

6. HIC EST QUI VENIT PER AQUAM ET SANGUINEM, JESUS CHRISTUS. — q. d. Hic est Messias Dei Filius, Salvator et Redemptor mundi, quem Prophetarum venturum praedixerunt, ut suo sanguine orbem redimeret, et aqua baptismi expiaret, ut patet *Ezech.* xxxvi, 47, et *Zachar.* xii, 13; idemque praesignarunt omnia sacrificia legis veteris, in quibus fundebatur victimarum sanguis, ut representarent Christi sanguine in cruce fundendo expianda fore peccata. Cum ergo Christus haec Prophetarum oracula adimplens reipsa venerit, suoque sanguine nos redemerit, et aqua baptismum dum in Jordane a Joanne baptizatus est, sanxerit, eique vim sanctificandi tribuerit: inde certo colligitur ipsum esse verum Messiam et Christum mediatorem a Prophetis praedictum, ac proinde ejus fide nos vincere mundum. Probat Joannes quod Jesus Christus sit Filius Dei, puta quod Jesus sit verus homo et verus Deus, primo ex eo quod ipse sit ille « qui venit, » graece *ὁ ὄντων*, id est *ille*, scilicet Messias, *veniens* antonomastice, quem scilicet Prophetarum venturum promiserunt, quem Scriptura, *Isaia* ix, 6 et alibi, significat fore Deum et Dei Filium. Unde « *veniens*, » vel « *venturus*, » est nomen Messias. Sic enim eum vocabant Judaei ex vaticiniis Prophetarum, ut patet *Apocal.* i, 4; *Joan.* i, 43; *Matth.* xi, 3; *Psal.* cxvii, 26; *Apoc.* ii, 8; *Malach.* iii, 1 et 2, et alibi.

Rursum id ipsum probat ex aqua et sanguine, quibus constitit Christi corpus, quodque pro nobis effudit. Haec enim, *primo*, significabant Christum verum esse hominem, non phantasticum, ut volebant Simon et Mages: corpus enim humanum conflatur et constat aqua et sanguine, puta quatuor humoribus; sub aqua enim sive phlegmate accipit melancholiam, sive atram bilem: aqua enim sive phlegma, si crassescat, fit intum, sive melancholia; sub sanguine accipit choleram, sive flavam bilem: sanguis enim, si incalescat, fit bilis. Ii quatuor humores continentur elementa, quibus coagmentatur ho-

minis corpus: phlegma enim continet aquam, melancholia terram, sanguis aerem, cholera ignem. Per aquam ergo et sanguinem significat S. Joannes corpus Christi constituisse quatuor humoribus et qualiter elementis, ac proinde vere et proprie fuisse corpus humanum.

Secundo, aqua et sanguis probant Christum esse Deum, tum quia sanguis Christi fuit justum pretium redemptionis nostrae, ex aquo satisfaciens Deo pro offensis peccatorum nostrorum: ergo necesse est ut fuerit sanguis hominis Dei, sive hominis hypostaticae uniti Deo: sanguis enim puri hominis non poterat esse justum et adequatum pretium offensarum Dei; tum quia virtute sanguinis sui Christus instituit baptismum, illi indidit vim divinam expiandi omnia omnium hominum peccata. Ergo necesse est ut fuerit Deus: faciebatur enim hoc Christus per se et auctoritative, non quasi minister pendens ab alio. Per se autem instituit Sacramento remittens et expians peccata, est opus virtutis divinae.

Alludit primo, ad aquam et sanguinem victimarum, quo vetus Testamentum sancivit Moses, *Exodi* cap. xxiv, 8, quo significabat Christum suo sanguine et aqua sanctorum novum Testamentum. Audi Paulum, *Hebr.* ix, 10: « Lecto enim omni mandato legis a Mose universo populo, accipiens sanguinem vitulorum et hircorum cum aqua et lana cocomea et hyssopo, ipsum sanguinem librum et omnem populum aspersit, dicens: Haec sanguis Testamenti quod mandavit ad vos Deus. » Vide ibi dicta.

Alludit, secundo, ad aquam et sanguinem quem miraculose fluxerunt ex latere Christi in cruce mortui: corpus enim mortuum pro sanguine et aqua viventes, naturaliter dat sument; unde id ipsum solus ex Evangelistis narrat S. Joannes, cap. xix, 34. Haec enim Christi aqua et sanguine representabatur, virtute sanguinis et mortis Christi fideles ab omnibus peccatis abluendos per aquam baptismi. Et hoc significat Sponsa, id est Ecclesia, *Cont.* v, 10: « Dillectus meus, inquit, candidus et rubicundus, » aqua enim est candida, sanguis est rubicundus. Ita Cyrillus Hierosolymitanus, *Catechesi* 13; S. Augustinus, lib. II *De Catech. rud.*, cap. vi; S. Leo, *epist.* 43; Hieronymus, *epist.* 83; Damascenus, lib. IV *De Fide*, cap. x; Suarez, III *Quaest.* lili, disp. xi, sect. 1, et alii, hinc part. noster Salmeron hic opinatur Christum ubique sanguini aquam miscuisse, scilicet lacrymarum in circumfusione, in sudore sanguineo agonie, in flagellatone, in cruce ante mortem; ideoque jusuisse aquam vino misceri in calice Eucharistiae convertendam in sanguinem. Et Hugo ait Christum venisse pro sanguinem, quando circumcisus est, ut legem observando significaret se Judaeos velle redimere, per aquam vero Gentes, quia aqua instituit baptismum praecipue pro Gentibus.

Porro distinguit S. Joannes baptismum Christi a baptismum Joannis Baptiste, quod hic fuerit so-

lum in aqua, ideoque inefficax ad expianda peccata: Christi vero fuerit in aqua et sanguine, ideoque ad eandem abluenda effeas. Rursum perstringit Ebonitas qui aqua mera censebat placari Deum, ideoque quotidie aqua se abluabant, et in caliceucharistia non vinum, sed meram aquam offerebant, quia negabant sanguine Christi non esse redemptos, teste Ireneo, lib. V, cap. 1.

Denique Tertullianus, lib. *De Baptismo*, cap. xvi, ait Christum venisse per aquam, cum baptizatus est a Joanne; per sanguinem, cum passus est, ut « aqua, inquit,ingeretur sanguine glorificaretur » per passionem et mortis victoriam. « Proinde, ut nos faceret aqua vocatos, sanguine electos, hos duos baptismos de vulnere perforesi lateris canisti; quos qui in sanguinem ejus crediderunt, aqua lavarentur; et qui aqua lavissent in baptismo, etiam sanguinem potarent in Eucharistia. »

Symbolice, per aquam et sanguinem accipiunt duplicem baptismum, scilicet luminis et sanguinis. S. Hieronymus, *epistola* 88; S. Augustinus, lib. II *De Symbol.*, cap. vi; Cyrillus, *Catech.* 13, et alii. Alii censent representari duplicem modum quo damnatus est Christus a Judæis vociferantibus: « Sanguis ejus super nos, » etc., et a Pilato manus aqua lavante, *Math.* xxvii, 24 et 25.

Anagoge Cyrillus, *Catech.* 13, per aquam accipit baptismum, per sanguinem iudicium; eo enim reprobi damnabuntur ad sanguinem, id est gehennam et mortem eternam.

Allegorice S. Bernardus, serm. 1 in *Octava Pasche*: « Moses, inquit, venit per aquam, quia ex aqua ereptus, ideoque vocatus Moses, id est extractus, populum Hebræorum per aquas maris Rubri illesum deduxit in terram promissam: Jesus vero, legislator legis novæ, venit per aquam et sanguinem, quia per sanguinem introducit nos in sancta, puta in cœlum, *Hebr.* cap. ix, 12: « Sic ergo hodie, inquit, quoque ad nos per aquam et sanguinem venit, ut sit aqua et sanguis testimonium ejus fidelium victicis. »

Tropologice S. Bernardus, *ibid.*, per aquam et sanguinem accipit duplicem baptismum duplexque martyrium, prius in lacrymis compunctionis, posterius in studio mortificationis: « Jam vero, inquit, quis baptizum aqua, martyrium diximus sanguine. » Denique, momento et unico et quotidiano esse baptismum, similiter et martyrium. Est enim et martyrii genus, et quedam etiam sanguinis in quædam corporis afflictione. Est et baptismus aliquis in compunctione cordis, et lacrymarum assiduitate. Sic quippe infirmis et pusius corde necesse est, ut quem semel pro Christo ponere non sufficiunt, saltem miliori quodam, sed distantiore martyrio sanguinem fundant. Sic et baptismi Sacramentum quoniam iterari non licet, his qui sæpius in multis offendunt, frequenti oportet ablutione suppleri. Unde et Pro-

pheta: Lavabo, inquit, per singulas noctes lectum meum, et lacrymis meis stratum meum rigabo, » *Psalm.* vi, 7 (1).

Hic est qui venit per aquam et sanguinem (Græci codices nonnulli addunt, *et in aqua et sanguine*, id est, et spiritu). Non in aqua solum, sed in aqua et sanguine, — *idem addunt, sed et in spiritu.*

Et spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. — Græci habent *et in spiritu* *et in aqua*, id est, quoniam spiritus est veritas. Sic quoque legit Syrus, Vatablus, Clarus, Cajetanus, q. d. Spiritus est qui recenter in Pentecoste testificatus est Christum esse Dei Filium. Illi ergo credendum est, quia hic Spiritus est veritatis, ipsaque veritas. Verum genuina lectio est, « quoniam Christus est veritas; » « hic Christus enim hic auditur, non de Spiritu, et Christi proprium nomen est veritas, non Spiritus Sancti.

Testimonio obscuro et quasi mortuo aque et sanguinis, adjungit S. Joannes clarum et vivum Spiritus Sancti: hic enim tum in vita Christi, ut pote per eum ad hoc testandum operatus miraculo, tum post mortem et resurrectionem ab eo in Pentecoste missus in Apostolos, per eorum ora testatus est et prædicavit ubique, quod Christus esset veritas, id est verus Deus. Christus enim quia Deus, est Verbum, ideoque veritas et sapientia Patris; quia homo, fuit verus Dei legatus et interpres, qui ambros legibus veteris aperuit, etiamque de suo doctrinam et veritatem propalavit, juxta illud: « Ego sum via, veritas et vita, » *Joan.* xiv, 6, et illud *cap.* xvii, 37: « Ego ad hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. » Hinc Pontifex Aaronicus gerens typum Christi, veri et veracis Pontificis, in Rationali pectoralis insignis intextum gestabat *Uranium*, id est, Doctrinam et Veritatem, *Exodi* cap. xxviii, vers. 30.

Alii per spiritum accipiunt internam illuminationem Spiritus Sancti, qua nos impellit ad fidem et amorem Christi, juxta illud *cap.* ii, vers. 27: « Unctio ejus docet vos de omnibus, et verum est, »

(1) Rosenmüller: Hic (Jesus) est ille, qui non factum per baptismum, sed et probationem sanguinis sublevari se esse Messiam. Zacharias: Hic (Jesus) non solum tum, quam baptizatus esset, fuit Filius Dei (Messias); sed et tum, quam passus est, fuit idem, scilicet, ut corrigetur Cæli error, qui statuebat in Jesum post baptismum descendens, non Christianum, figuram columbe; in fine (vite) interim revolvase iterum Christum de Jesu, et hinc passum esse et resurrectionem: Christum autem impossibilitatem perseverasse existentem spirituales, et docet Irenæus, lib. I, cap. xxv. Denique Baneberg: Christus non ut igneus vapor apparuit, quasi si Baneberg tantum miraculum respiceret, sed non tantum sanguis per quem anima cum materia in commercium venit; ideoque anima humana, verum corpus animans; præterea in eo erat Spiritus. Tribus hæc terminat inest substantia, ita tamen ut nullus ab aliis separari possit. Tres simul verum Christum efficiunt. Corporis elementum per aquam designatur, propter quodam, ut videtur, Doctorem opinionem vel locutionem.

7. QUONIAM TRES SUNT. — Testimonium aque, sanguinis et Spiritus de Christo jam allatum plenius hic S. Joannes explicat et confirmat; unde *in quoniam* partim probat id quod dixit vers. 9, scilicet Jesum esse Filium Dei; partim probat id quod dixit vers. 6, scilicet Spiritum testificari quod Christus est verus Deus. Id enim hic confirmat ex eo quod Spiritus Sanctus sit unus ex tribus testibus, qui in cœlo testimonium perhibent Christo.

TRES SUNT QUI TESTIMONIUM DANT IN CÆLO (de cœlo): PATER, VERBUM ET SPIRITUS SANCTUS, ET HI TRES UNUM SUNT. — Notat S. Hieronymus, *Præfat. in Epistolas Canonicas*, hæc ab infidelibus, scilicet Ariani (unde et moderni Ariani in Transylvania propter hæc verba totam S. Joannis Epistolam rejiciunt), fuisse abrasa et nonnullis Græcis eodidibus. Quocirca non legit hæc Syrus, Clemens Alexandrinus, Basil, Cæcilianus, et alii nonnulli, quos citat Franciscus Lucas in Annot. hujus loci, Annot. 612. Jam tamen constanter hæc legit Biblia Latina, et correctiora Græca, multi que veterum, ut S. Athanasius, Augustinus, Hieronymus, Cyrillus, Concilium Lateranense cui interfuerunt Græci, et alii quos citat Bellarminus, lib. I *De Christo*, cap. vi, Hesselius et alii hie. Certum ergo est hæc esse legitima esseque Canonica Scripturam, ac proinde ex his recte confirmari mysterium Sanctissime Trinitatis, ac divinitatis Christi et Spiritus Sancti contra Arianos et Macedonianos (1).

Sensus ergo est, q. d. Omnes tres personas SS. Trinitatis in cœlo et de cœlo tum angelis, tum maxime hominibus (hoc enim præcipue intendit hic S. Joannes testimonium perhibent de Christo, quod scilicet ipse sit verus Messias, Deique Filius; nimirum Pater, dum in baptismo et transfiguratione Christi, *Math.* iii, 17, et *cap.* xvii, vers. 5, publice proclamavit: « Hic est Filius meus dilectus, ipsum audiis. » Rursum, cum super Christum rogantem ut se clarificaret, et cœlo intonuit: « Et clarificavi, et iterum clarificabo, » *Joan.* xii, 18. Similiter et Spiritus Sanctus, dum descendit in Christum in specie columbe, et effudit sese in Apostolos cæterosque Christianos in die Pentecoste, idque ex Christi predicatione, promissione et missione: unde idem Spiritus Sanctus per ora Apostolorum non aliud fero quam Christum præconizavit, Filius etiam sæpius dixit, docuitque ac miraculis probavit, et convicit se esse Messiam, Deique Filium; ut patet ex toto Evangelio S. Joannis. Sic pariter tres Christi testes sunt in terra, scilicet Spiritus, aqua et sanguis, ut sequitur. Igitur multo inter se consentiant cœli et terre testes, ac consequenter his omnimoda fides est adhibenda, quasi testibus divinis omni excep-

(1) De authenticis hujus commentis confer D. Glair, *Introduction*, etc., tom. VI, pag. 317 seqq.; Wiseman, *Two letters on some parts of the controversy concerning I John*, v, 7.

tionem majoribus; et quia cœlum et terra, totus, inquam, mundus, in hoc Christi testimonio conspirare videntur. Aloudi S. Joannes ad Iliod sui Evangelii, *cap.* viii, vers. 18: « Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, et testimonium perhibet de me qui misit me Palam; » et *cap.* xvi, vers. 14, de Spiritu Sancto: « Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et accantabit vobis. » Denique tres testes produci, qui scilicet est: « In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum, » *Deuter.* xxix, 15.

Et hi tres unum sunt, — uti natura et essentia divina, ita pariter intellectu, voce, locutione et testimonio de Christo; hæc enim omnia in SS. Trinitate essentialiter unum ideamque sunt. Compluentia et Regia habent, uti dicitur: *et si quis, id est, et hi tres in unum sunt.* Sed Latini et alii Græci legunt, « et hi tres unum sunt; » significatur enim hæc SS. Trinitatis, quod scilicet tres persone habent unam eandemque individuum deitatem. Nec aliud significat lectio diversa Complut. Nam in « unum sunt, » hoc est, in unum, puta in unam essentiam conveniant et coeunt. Sic *Gen.* ii, 24, de Adam et Eva conjugibus dicitur: « Erunt duo in carne una, » id est, erant duo « una caro, » uti explicat Christus, *Math.* xix, 6, hoc est, vir et mulier erunt quasi una persona civilis et politica. Sic *Jerem.* xxxi, 33: « Eritis mihi in populum, » id est, eritis mihi populus; et *Psalm.* xxxi, 3: « Esto mihi in Deum protectorem, » id est, esto mihi Deus protector, et sepe alibi.

Euthymius, *Panoplia* part. I, tit. vii, pag. 143, pro tres legit tres, indeque ostendit tres personas in divinis rebus esse tria personaliter, sed unam essentialiter.

Idem multis ante S. Joannem sæculis dixit Sæpulis, qui Egypti regi nominis Thali postulat: « Quis eo fortunator esset? » respondit:

Præcipio Deum, tum sermo, et spiritus illis
Additur: aqua hæc sunt, et tendentia in unum

de quo superius dixi.

8. ET TRES SUNT QUI TESTIMONIUM DANT IN TERRA: SPIRITUS, ET AQUA, ET SANGUIS. — Dicendum erat tres; nam Græci *sanctus, spiritus et aqua*, id est spiritus, aqua et sanguis, sunt generis neutri, erant tantum « tres, » tum ut ostendat hos tres terre testes conspirare, imo representare tres calitates jam dictas, ait S. Augustinus: de quo mox plura; tum quia per prosopopœiam hæc tribus attribuit personam testium; totis enim in terra apud homines animatus sit spiritus, adeoque homo, ideoque masculini generis, non neutri. Qui enim testatur, debet loqui, crepus suum esse ferre testimonium, quod non nisi hominis est. Opponit S. Joannes terrenum et humanum testimonium cœlesti et divino. Jam aliqui censent tres testes in cœlo esse testis divinitatis Christi; tres vero testes in terra esse testes humanitatis ejusdem, ait *coentis* III, *cap. in quodam*, de ce-

libr. Missar., et D. Thomas. Sed verius est utroque adduci ad probandam divinitatem Christi: hoc enim probandum sumpsit S. Joannes, vers. 3, quia hoc negabat Ebion, Cerinthus et alii. Unde et subdit mox: « Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se, » etc.

Mystice S. Bernardus, serm. 2 in Octava Pasche, per eum in terra accipit homines in terra viventes, ut per hæc tria, Spiritum scilicet, aquam et sanguinem, distinguantur justi ab injustis, sicut per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum in celo distinguuntur Beati a damnatis. Nam Beatis, inquit, visio Trinitatis testimonium perhibet: electis fructuosus est sanguis Christi ac merita, æqua baptismi et Spiritus Sancti gratia: de quo mox plura; jam singula expendamus.

TRES SUNT. — Pater S. Joannes duplicem trinitatem testatur Christi, quæ scilicet testantur ejus divinitatem, eumque esse Dei Filium, atque unam alteri oppositæ, imo componit in officio testificandi. Prior increata est, scilicet Pater, Filius, Spiritus Sanctus; posterior creata, scilicet aqua, sanguis et spiritus, que manat ab increata, eique ex aqua respondet, adeoque eam representat. Aqua enim refert Patrem, sanguis Filium, spiritus Spiritum Sanctum. Pater enim est rerum omnium principium, sicut est et aqua. Ex aqua enim formati sunt homines, aer, aves, pisces, ut ostendit initio Genesis; rursum aqua nutrit herbas, arbores: plantas, omniaque animalia et viventia. Unde aqua Latine dicitur quasi: a qua nata sunt animalia, vel, ut Festus, a qua generantur. Unde Thales aquam posuit principium rerum omnium; licet alii æquum dicitam velint quasi aquam, quod aqua sit et æqualis, nisi ventis agatur, ita Deus Pater omnibus est æquus et liber, Orbicel et symbolice contemplatores summum bonum, sive omnium bonorum Oceanum censuerunt esse aquam, ideoque representare Deum. Hinc Virgilius seculus Homerum, lib. IV Georg., Oceanum patrem rerum indigitat; et Plinius, lib. I, cap. xxxi: « Hoc elementum, ait, cæteris omnibus imperat, terras devorant aquæ, flammæ necant, scandunt in sublimem, et cælum quoque sibi vindicant: quid esse mirabiliosius potest aquis in celo stantibus? » Unde et cæli hebraice vocantur *seamim*, id est, *ibi aqua*. Rursum aqua significat affluentiam bonorum et gratiarum que est in Deo Patre, juxta illud *Isaia* III: « Clausuris aquas in gurgulio de fontibus Salvatoris. » Scitum est *Egyptiis* Nilum pro hoc coluisse, quod a Nilo exundante omnis eis reges obveniret. Hinc illud *Parrænonis*: « Jupiter *Egypti* Nile. » Insuper aqua apposite Dei Patris misericordiam et pietatem representat. Quocirca Germanos deorum loco aquam fluvium adorasse; testatur *Agnellus*, lib. I et II *Paræg. hist.* Ibidem de Peris docet *Arnobius*, lib. VI *Contra Gentes*. Sic et hodie nonnulli Indi adorant aquam, ut refert *Vasquez*, lib. III *Novig.*

fol. 302. Brachmanes longissime vivere, eo quod non nisi aquam bibant, tradit *Suidas* verbo *Brachmanes*. *Lucianus* quoque in suis *Marrabais* scribit per aquam vitam produci, ideoque Syros ad trecentos annos vixisse. *Apollonius Tyranus* dicebat bibentes aquam nunquam laborare capitis vertigine, uti refert *Philostates* in *Vita Apollonii*. Plura de aquæ præstantia vido apud *Tiracolum*, tract. *De Nobil.*, cap. xxxi; *Platardum*, quest. *An aqua sit dignior igne?* Vide quoque *Hydrologiam* M. Antoni *Marsili* *Colonnæ*.

Porro, sub testimonio SS. Trinitatis increate intellige testimonium sanctorum angelorum: per hos enim quasi administratores spiritus et legatos SS. Trinitas locuta est, et testimonium perhibuit Christo, tum in ejus nativitate, cum ececerunt: « Gloria in excelsis Deo: » tum in baptismo, *Matth.* III, 17; tum in resurrectione, *Matth.* XXVII, 8; tum in ascensione, *Act.* I, 10.

QUI TESTIMONIA DANT — JESU Christo, quod sit Filius Dei, ac consequenter quod ejus fide et opæ vincamus mandum, quodque fides Christi sit victoria nostra.

IN TERRA, — de terra; sicut tres primi in celo, id est, de celo testantur hominibus in terra agentibus.

SPIRITUS, ET AQUA, ET SANGUIS, — q. d. Spiritus quem Christus in cruce mortem emisit in manu Patris, item aqua et sanguis quæ de latere Christi profluxerunt, testificantur Christum verum fuisse non tantum hominem, sed et Deum; quia hæc quasi pretio adequato et justo satisfecit Christus offense Dei, juxta oracula Prophetarum, quod facere non potuisset nisi fuisset Deus, uti dixi vers. præced. Rursum spiritus, quia a Christo cum clamore emissus, arguebat eum esse Deum. Unde « videns Centurio quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo Filius Dei erat, » *Matth.* XV, 39. Vox enim moribundus deficit; ergo clamor hic Christi miraculosus erat, non naturalis, significans Christum super hominem esse Deum, ideoque voluntate, non infirmitate mori, ait *Ibidem* S. Hieronymus, *Chrysostomus*, *Euthymius* et *Theophylactus*; quin et Christus ipse: « Nemo, ait, tollit eam (animam) a me, sed ego pono eam a seipso, et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam, » *Joan.* cap. x, vers. 18.

Secundo, S. Augustinus, lib. III *Contra Manichæos*, cap. xxxi; *Lyranus* et *Glossa per spiritum* accipiunt Spiritum Sanctum a Christo in Pentecoste effusum; hic enim testificatus est Christum esse Deum, tum quia Christus mittebat hunc Spiritum, tum quia ipse Spiritus per ora Apostolorum protestabatur se miti a Christo, eumque verum esse Dei Filium.

Tertio, *Origenes* per spiritum accipit Spiritum Sanctum qui datur in baptismo. « In baptismo, inquit, per aquam Jesus Patris testimonium

Filius Dei est declaratus; at per sanguinem, quando, cum prope erat ut crucifigeretur, dixit: Gloria me tu Pater, et vox delata est que dicebat: Et glorificabo, et iterum glorificabo. Per spiritum vero est manifestatus, quando e mortuis tanquam Deus resurrexit. »

Hæc pertinet expositio bilymi, nisi quod ipse testimonium hoc refert non ad Christum, sed ad nativitatem nostram spirituales, que fit in baptismo. Hic enim, inquit, spiritus, id est, Trinitas invocatur, ac sanguis, id est, humanitatis Christi merito per aquam baptismi operantur et sanctificant. Ac illa S. Ambrosii, lib. X, in cap. xxii *Lucæ*: « Aquam, inquit, ad lavacrum, sanguinem ad pretium, spiritum tradidit ad resurrectionem. » Unde:

Anagoge, sed valde apposta ad litteram et pene litteraliter, aqua, et sanguis, et spiritus in cruce a Christo emissa, sed resumpta ab eodem in resurrectione, significabant ipsum vere esse Messiam promissum, victorem mortis et inferni, ideoque Dei Filium: Christus enim vi propria resurrexit, et hæc tria recumpsit: vi propria, inquam, tam humanitatis, quam divinitatis. Anima enim et spiritus Christi jam glorificatus vi propria accepta a divinitate, cui hypostatice erat unita, univiti se corpori in sepulcro, illudque animavit: vivificavit et glorificavit; ac pari modo nostra corpora animabit, vivificabit et glorificabit in resurrectione, uti dixi *I Petri* III, 21 et 22.

Mystice per spiritum, aquam et sanguinem significantur tria que ad justificationem nostram concurrunt: itaque testimonium perhibent Christo, utpote, cuius meritis et virtute peragitur nostra justificatio. Sanguis enim significat sanguinis et mortis Christi meritum, nobis in justificatione applicatum; aqua significat ablationem et purgationem peccatorum; spiritus significat aspirationem et infusionem spiritus, id est, vite spiritualis, gratiæ, charitatis cæterarumque virtutum quibus justè efficiuntur. Unde S. Ambrosius, lib. *De Spiritu Sancto*, cap. xi, ait, « spiritu mentem renovari, aqua nos lavari, sanguinem esse pretium. » Sic et *Cyrillus*, *De Fide ad Romanos*, et S. Leo, *epist.* 10, cap. v: « Hi tres, inquit, sancti spiritus sanctificationis, sanguis redemptionis, aqua baptismalis. »

Allegorice per hæc tria significantur tria præcipua Sacramenta, que testimonium perhibent Christo, utpote ab eo instituta, et ejus meritis ac virtute sanctificantia. « Aqua » significat baptismum, « sanguis » calicem Eucharistiæ, « spiritus » penitentiam. Unde et insufflando spiritum Apostolis, Christus dedit eis potestatem remitti peccata, *Joannis* XX, 22. Hæc omnia præstant Christum esse Deum, tum quia remissio peccatorum est opus Dei et divini potestatis, tum quia transsubstantiatio panis et vini in corpus et sanguinem Christi, non nisi divina vi et potestate perfici potest. Porro spiritus significat sacramen-

tum Penitentiam, tum quia per illud Spiritus Sanctus remittit peccata: hoc enim maximum est Dei donum: omnia autem Dei dona, præsertim gratia, in S. Scriptura appropriantur Spiritui Sancto, eo quod ipse sit primum Patris et Filii notionale donum: ab his enim procedit per modum amoris et domi; tum quia ipse per penitentiam nobis per peccata mortuus spiritum *Alte*, puta gratiam, inspirat. Quocirca ex hoc loco, et ex fluxu aquæ et sanguinis et latere Christi Innocentius III docet et probat aquam in calice Eucharistiæ miscendam esse vino, ut convertatur in sanguinem Christi, ita ipse, cap. in *quodam*, de celebr. *Missarum*.

Symbolice, primo, S. Bernardus, serm. 4 in Octava Pasche: « In aqua, inquit, baptismum intellige, in sanguine martyrium, in spiritu charitatem diffusam in cordibus vestris. » Rursum *Chaldrinus* per aquam accipit tribulationes, ad qua experienda venit Christus, eoque vocat Christianos. Alii per aquam accipiunt sapientiam; juxta illud *Ecclesi.* xv, 3: « Cibavit illum pane vite et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potavit illum. » Alii per aquam accipiunt gentium multitudinem in Christum credentem, juxta illud: « Aqua multæ populi multi, » *Apoc.* xi.

Secundo, *Baldwinus Cantuariensis* (quem *Lovani* manu scriptum evolvi), lib. I *De Eucharistia*, cap. xviii: « Spiritus justorum, inquit, aqua penitentium, sanguis Martyrum testantur Christum redemptorem. » Nam, ut ait *Tertullianus*, « sanguis Martyrum est semen Christianorum; » et S. Leo: « Non minuitur Ecclesia persecutoribus, sed augetur; et semper dominicus ager segete ditior vestitur, dum singula grana que cadunt, multiplicata resurgunt. »

Tertio, *Clemens Alexandrinus* hic « spiritum » accipit pro vita, « aquam » pro fide et regeneratione, « sanguinem » pro cognitione: que sunt salutiferæ virtutes Salvatoris. Rursum S. Ambrosius, lib. *De Spiritu Sancto*, cap. vi, sanguini mortem, aquæ sepulturam, spiritui vitam assignat in baptismo.

Quarto, S. Augustinus hic censet his tribus notari tres personas sanctæ Trinitatis, scilicet « spiritum » Patrem, « sanguinem » Filium, « aquam » Spiritum Sanctum. De Patre enim dicitur: « Spiritus est Deus, » *Joan.* IV, 24. Filius assumptus sanguinem et carnem humane nature. De Spiritu Sancto dicitur: « Fluvium de ventre ejus fluent aquæ vive, » *Joan.* VII, 18. Alque hæc de causa dicit « tres sunt, » non tria, ut dicitur *erat*, « qui testimonium perhibent. » Et rursum: « Et hi tres unum sunt, » q. d. Tres persone sunt una essentia divina. Unde et *Ilyginus* Papa, *epist.* 1, et *Joannes* II, *epist.* 1, testimonium eorum, qui in celo testantur, ponunt testibus in terra, quasi illi hoc explicant. Quod vero hæc tria exierint de corpore Christi, representabat Ecclesiam, que est corpus Christi, prædicantem Trinitatis unam eandemque essen-

Beda, sed adhuc in terra peregrinantibus in spe, quam daturus est in caelis ad se pervenientibus in re. » Voce ergo *debit* significat S. Joannes firmitatem et certitudinem promissionis divinae, aeque ac spei nostrae; quod scilicet ita certi simus de vita aeterna, si in fide et obedientia Christi perseveremus, perinde ac si actu ea de nobis data esset, eamque ripeas possideremus. Hinc ait Paulus: « Spe salvi facti sumus, » Rom. cap. viii, 23; et Hebr. vi, 17: « Abundantius volens Deus ostendere pollicitationis haecodibus immobilitatem consilii sui, interposuit iuramentum, ut per duas res immobilis, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confingimus ad tenendam propositam spem: quam sicut anchoram habemus animae tutam, ac firmam, et incidentem usque ad interiora velaminis, ubi praecursor pro nobis intravit Jesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in aeternum. »

Hanc vitam aeternam fidem et spem representantur praei Christiani per phenicem, qui mortuus fectur renasci et resurgere in vitam vegetam et juvenilem, teste Lactantio in *Carminibus de Phoenice*: quocirca cum in sepulchris fidelium depingebantur. Ita S. Caecilia, ut habent ejus Acta, jussit ut in sarcophago S. Maximi Martyris sculperetur phenix, ad indicium fidei ejus, qui resurrectionem se inventurum phenicem ad instar credit. Sic et Romae in cryptis subterraneis, multorum fidelium tumulis insculptus visitur phenix, quasi resurrectionis et vitae aeternae symbolum: Christus enim resurgens in vitam aeternam, noster est phenix, qui Christianos resuscitans in eandem vitam, eosdem pariter faciet phenices.

12. QUI HABET VITAM (per fidem, amorem et obedientiam, credendo, amando et obediendo illi, itaque manens in Deo, et Deus in eo, ut dixit cap. iv, vers. 16), HABET VITAM, — gratiae in re, gloriae in spe. Alia dicit illud sui Evangelii, cap. iii, vers. 35: « Qui credit in Filium, habet vitam aeternam; qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. » Ita Paulus, *Galat. ii, 20*: « Christo, inquit, confixus sum cruci: vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus, » g. d., ait S. Gregorius, hom. 32 in *Evang.*: « Extinctus est saevus ille persecutor, et vivere coepit pius praedicator. Ego quidem a meipso extinctus sum, quia carnaliter non vivo; sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritualiter vivo. » Nam, ut ait S. Dionysius, cap. iv *De Divin. Nom.*: « Extasia facti divinus amor, amatores suo statu dimovet, et sui juris esse non sinit, sed in ea que amant penitus transfert: idcirco et Paulus ille magnus cum divino amore flagraret, excessiva illius virtutis particeps factus: Vivo inquit jam non ego, vivit vero in me Christus, tanquam verus amator mentis excessum patiens. » Et Gregorius Nyssenus, homil. 5 in *Cont.*: « Mihi, inquit, vita Christus est:

hinc verbis tantum non clamat Apostolus, nullam in se affectionem humanam vivere, non fastum, non timiditatem, non voluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non audaciam, non injuriarum memoriam, non invidiam, non vindictam, avaritiam, honoris aut gloriae cupiditatem; sed his omnibus abrasus, solus (inquit) mihi superest, qui nihil est horum, qui est ipsa sanctificatio, et puritas, et immortalitas, et lumen, et veritas, qui pascitur inter lilia in splendoribus Sanctorum. »

13. HEC SCRIBO VOBIS, UT SCIATIS QUONIAM VITAM HABETIS (inchoate per fidem, puta in spe, unde Thomas Anglicus legit *habebitis*) AETERNAM, QUI CREDITIS (fide viva, quae per dilectionem operatur) IN UNICO FILIO DEI, — hoc est, nominis Filii Dei, puta ipsi Filio Dei. « Nomen » enim ponitur pro re nominata et per nomen significata, metonymice. Alludit ad illud sui Evangelii, cap. xx, vers. 31: « Hec autem scribo vobis, ut credatis, quoniam Jesus est Filius Dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. » Graeca hic addunt, « ut creditis in nomine Filii Dei. » Unde Kemnitius carpit Latinam Vulgatam quasi mutilam. Sed respondeo illa verba redundare in Graeco, etiam teste Erasmo; nam cum dictum sit: *alioo scribo vobis, qui creditis in nomine Filii Dei, »* quorsum additur et *iteratur: »* Ut credatis in nomine Filii Dei? » Hoc enim est batologia, et inanitas ac verbosa ejusdem rei repetitio.

Redentur hic S. Joannes tres fructus vitae fidei in Christum. *Primus* est vita aeterna, hinc vera. *Secundus*, fiducia impetrandi quilibet a Deo, vers. 14. *Tertius* est plena peccati fuga, et moralis quasi impeccabilitas, vers. 18.

14. ET HEC EST FIDUCIA (hic est secundus fidei fructus; fides enim parit fiduciam) QUIA QUOCUMQUE (id est, ut Graeca habent et Vatablus, *quod si quid*) PETIERINT SECUNDUM VOLUNTATEM EIUS (quod scilicet ejus voluntati et legi conforme est, puta pertinens ad Dei gloriam et nostram salutem), AUDIET EOS, — id est, exaudiet nos, et petita largitur. Illego et alii nonnulli legunt « audiet nos: » vide dicta cap. iii, vers. 21. Vere S. Augustinus, tract. 73 in *Joan.*: « Quocumque petimus, inquit, adversus utilitatem salutis, non petimus in nomine Salvatoris; » et alibi: « Manendo quippe in Christo, quid velle possunt, nisi quod convenit Christo? Quid velle possunt manendo in Salvatore, nisi quod non est alienum a salute? »

15. ET SCIAS, etc. — Graeca addunt *ta*, id est *scis*; tuncque oratio tollis versus magis est connexa. Unde Tigurina ex Graeco sic vertit, *Et si scimus quod audit nos, quidquid petierimus, scimus quod habemus petitiones* (id est, res petitas, puta ea quae petimus) *quas postulavimus ab eo; et Syrus, Quod si persuasum habemus quod audit nos, quidquid petierimus ab eo, confidimus nos jam recepisse petitiones nostras, quas postulavimus ab eo.* Juxta Graeca ergo liquet non esse inanem hanc

ejusdem rei iterationem, nec etiam juxta Latinam nostram editionem: ea enim precandi studium excitat et inflammat, ait Beda. Addit Dionysius S. Joannem loqui de se suisque similibus: idipsum enim expertum esse crebro se quidquid a Deo postulare, prolium impetrare. Idipsum expertumque sui magna confidentia, instantia et perseverantia Deum precatur (1).

Audi S. Gregorium, in *Psal. vi Penitent.*: « De profundis clamavi ad te. Non ait: Clamo, sed Clamavi; habes in hoc perseverantiam documentum, ut, si primo non exaudiris, ab oratione non deficias, imo precibus et clamori insistas. Vult Deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci; ideo tibi dicit: Regnum Dei vim patitur, sed placatur; proximus non heditur, sed juvatur; peccatum minuitur, non multiplicatur. » Vide in eundem *Psalm.* S. Chrysostomum. Idem Chrysostomus, lib. I *De Orando Deo*, orationem vocat animae vitam, ac proinde animam orationis expertem ait esse mortuam. Et mox orationem vocat nervos animae: « Sicut enim, inquit, corpus nervis cohaeret, currit, vivit, stat et compactum est, adeo ut, si nervos incidaris, universae corporis harmoniam dissolveris: itidem animae per sanctas preces sibi constant et compinguntur. Quid si te ipsum destitueris deprecatione, perinde feceris ac si piscem ex aquis extraxeris: ut enim pisci vita est aqua, ita tibi deprecatio; per hanc datur velut ex aquis subvolare, caelumque transcendere. » Rursum alibi: « Magna arma sunt preces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, refugii locus: oratio enim colloquium est cum Deo; quod ut scias, audi Prophetam dicentem: Jucundum sit Deo eloquium meum, hoc est, sermo meus appareat Deo. » Et S. Gregorius Nyssenus, lib. *De Oratione*: « Oratio, inquit, corporum robur est, abundantia domus, recta legum eo juris in civitate constitutio, regni vires, belli trophaeum, pacis securitas, dissidium conciliatio, conjunctorum conservatio; oratio virginum sigillum est, matrimonii fides, victoribus scutum, dormientium custos, vigilantium fiducia, agriculorum fertillitas, navigantium salus, ejusdem cum angelis honoris conditio, praesentium fructus, futurorum representatio. » Huc accedit S. Ephrem Syrus: « Desidera, inquit, orationem, familiare cum Deo colloquium; omnis enim oratio sancta et pura cum Deo familia-

riter agit. Oratio autem perfecta Deum desiderantium magna cum felicitate, fiduciaque multa, ipsorum omnium oculum jugiter penetrat. In ipsa Angeli atque sancti Archangeli exultant, et coram throno sancti et excelsi universorum Domini illam statuum. »

16. QUI SCIT FRATREM SUUM PECCATUM PECCATUM NON AD MORTEM, PETAT, ET HABITUR IN VITA PECCANTI NON AD MORTEM (S. Ambrosius, lib. I *De Penitent.*, cap. ix, et Tertullianus, lib. *De Pudic.*, cap. ii, legitur, *quia non peccat ad mortem*). EST PECCATUM AD MORTEM, NON PRO ILLO DICO (S. Augustinus loco mox citando legit, *non peccat*) UT ROGET QUIS, — g. d. Dixi enim qui credit in Christum fideliter orando quidem impetrare a Deo; unde infero addoque: Si quis sciat fratrem peccare quodlibet peccatum, obsecrat pro eo, et dabit ei Deus penitentiam, veniam et vitam, tum gratiae, tum gloriae. Excipio tamen peccatum ad mortem, g. d. Si frater peccaverit peccato non ad mortem, ora pro eo, et certo spera te exaudium iri. Sin autem peccat peccato ad mortem, non ausim sperare, nec certo sperare quod ei veniam impetretur; non tamen omnino orationem veto; ora, si vells, sed sub dubio impetrandi. Unde S. Ambrosius: non quibus, ait, de populo, sed vi eximiae sanctitatis pro tali orare debet.

Quaeres quodnam sit « peccatum ad mortem? » Respondeo primo: Tertullianus, lib. *De Pudic.*, cap. ii et xix, et Armaeus, lib. IX *Quaest. Armae.*, cap. xxvii, ex hoc loco censent quaedam peccata gravissima, qualia fuerunt demonum, dum adhuc essent in via, vere esse irremissibilia etiam in hac vita, et tale censet esse Tertullianus machiam post baptismum commissam. Verum hic est error damnatus in Scriptura et Concilio Lateranensi sub Innocentio III.

Secundo, Origenes, homil. 12 in *Erod.*, censet esse peccatum quod ducit in interitum, et in gehennam protrahit.

Tertio, Turrianus, lib. IV *Pro Epist. Pont.*, cap. iii, censet esse peccatum cui annexa est excommunicatio: excommunicatus enim est impeniens, et pro excommunicato publica Ecclesiae oratione orare non licet. Verum S. Joannes negat pro tali orandum oratione qualibet, etiam privata.

Quarto, S. Augustinus, lib. I *De Serm. Domini in monte*, cap. xxii, et serm. 89 *De Temp.*, et inquit secutus Beda hic, censent esse peccatum inadvertentiae, quo quis invidet fratri gratiam, virtutem et salutem: « Cum post anitionem Dei, inquit, oppugnant fraternalitatem, et adversus ipsam gratiam qua reconciliati sunt Deo, invidiae facibus agitantur. » Verum idipsum moderatur et restringit S. Augustinus, lib. I *Retract.*, cap. xix. Unde *Corrupt.* et *Cruc.*, cap. xii, et S. Gregorius, lib. VI *Moral.*, cap. xxxi; Gelasius, lib. *De Anathem.*; Pacianus, *epist.* 3; Beda, Lyranus hic, Magister in *II Sent.*, dist. xiiii, et S. Thomas, *III part.*, *Quaest.*

(1) Vulgatum Interpretem sic exponit Alliali: Scimus enim nos exaudire, scimus, inquam, quia res petitas ab eo jam habemus et possidemus.

LXXXVI, art. 1, ad 2, ibidem Valens, Suarez et alii, putant esse peccatum in quo quis ad mortem usque perseverat. Noster Loricus censet esse peccatum odii et homicidii, quo quis sibi vel aliis mortem consciscit; de eo enim dixit Joannes, cap. iii, vers. 15: « Qui odit fratrem suum, homicida est. » Alii censent esse peccata reprobatorum et damnandorum. Sed incertum est quanam et quoniam illa sint: Joannes autem ait: « Qui scilicet fratrem suum peccata peccatum non ad mortem. »

Secundo, Glossa censet esse quodvis peccatum mortale. Pro hoc enim arri quasi ex officio solus est sacerdos, ad cuius examen assignari debet peccator; enim pro venialibus orare potest quibus latens. Sic et Cassianus, *Collat.* XI, cap. 5, et Origenes, *hom. 12 in Exodum*, Pavet et Syrus qui veritatem peccatum quod non cadendum ad mortem. Verum contrarium significat Joannes, dum subdit: « Et dabitur ei vita; » hoc enim iunctum enim loqui de peccato mortali non veniali, cum jubet orari pro peccato, quod non est ad mortem.

Septimo, S. Hieronymus in cap. xiv *Jeremiae* censet esse peccatum gravissimum, quod Deus punire decrevit. « Qui enim semel loquitur, gladio, fano et pesti fuerit destinatus, nullis precibus erui potest. Unde et Propheta dicitur: Ne frustra roget, quod impetrare non potest. » Sic et S. Bernardus, *De grad. hum.*, cap. ult.; Bonaventura in II, dist. xxi, dub. 1; ibidem a. Thomas, et Suarez, III part., tom. 17, disp. viii, sect. 1.

Octavo, Dionysius censet esse peccatum finis impunitatis. Unde Rossensis, art. 17 *Contra Lutherum*, hinc probat purgatorium, quia scilicet S. Joannes orandum dicit pro his qui non sunt finaliter impunitatis, hoc est, qui decesserunt nisi vel poenitentibus, atque non ob aliam nisi ut poenis Purgatorii liberentur; pro impunitatis autem non esse orandum, nisi aliud suadet peculiaris Dei revelatio, ex qua S. Agnes amantissimam ab angelo occisam orando resuscitavit. Sic ferunt S. Gregorium orando pro anima Troiani Imperatoris atque saltem impetrasse. Verum haec est fabula, ut recte ostendunt Baronius, Bellarminus et alii.

Novo, Anastasius Nicenus, *Quaest. LVIII in Script.*, censet esse peccatum in Deum, v. g. blasphemiam, de quo dicitur I *Reg.* ii, 23: « Si peccaverit quis in Deum, quis orabit pro eo? » De quo S. Hieronymus, *lib. II Contra Iovinianum*: « In Deum, ait, peccare, id est, ab eius cultu recedere, impietas peccatum est. Difficilliorque remissio. » Aut esse peccatum quod quis sciens committit; pro hoc enim non esse orandum, quia peccans seipsum potest corrigere et convertere cum gratia Dei.

Decimo, Gagneus censet esse peccatum apostasiae et infidelitatis, qua quis fide ad haeresin vel idololatriam descendit.

Undecimo, S. Hieronymus in *Psalm.* cxi, censet esse peccatum quod destinatio et ex malitia committitur.

Duodecimo, S. Ambrosius, *lib. I De Poenitentia*, cap. viii et ix, censet esse quodvis peccatum gravissimum, quod vix remittitur. Occumenius censet esse propositum perseverandi in quolibet peccato, v. g. in retinenda et vindicanda injuria.

Meritoque haec sententiae vere sunt, et ex parte rem attingunt, imo eodem vergunt, sed punctum difficultatis pauci non tangunt, uti mox liquerit.

Mea sententia est, « peccatum ad mortem » esse quodvis gravissimum, quod ob sui enormitatem, vel consuetudinem, obstinationem et malitiam, iuxta legem communem per gratiam quam Deus ordinare daret solet, est quasi immutabile, incorrigibile et insanabile. Sic peccatum Judae quod prodidit Christum, fuit peccatum ad mortem, quia adgleum ad desperationem et lapsum, mortemque praesentem et aeternam. Sic peccatum Sodomorum fuit peccatum ad mortem, quia mortem, et ob consuetudinem obstinationem incorrigibile, ideoque conclusit in perditionem. Sic peccatum Iudeorum blasphemantium et occidentium Christum fuit peccatum ad mortem, quia immane et pertinax, ideoque communi gentis exordio per Titum vindicatum, ut eis praesaxerat et comminatus erat Christus: et ante Christum Isaias innotans cap. i, vers. 4: « Ve genti peccatrici, populo gravi iniquitatis, semini nequam, filii sceleratis! dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, oblatissimi sunt retrorsum. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas; vulnus et livor et plaga tamen. »

Et *Jeremiae*, cap. vi, vers. 20: « Frustra confavit consolator: malitiae enim eorum non sunt consumptae. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos. » Et *cap. xxx. 22*: « Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, non est qui judicet iudicium tuum ad aliquid, curatorem utilitas non est tibi. » Haec est sententia ferrea Hierosolymae, quam vidit Ezechiel, *cap. iv*, vers. 3. Haec peccatum ad mortem est peccatum palmare et immutabile, cuius desperata est cura et salus, quodque adeo iram Dei provocat, ut communis Sanctorum praesidium placare nequeant, ideoque ipsum poena certo et infallibiliter peccantem ad mortem sui corporis tum animae, puta in gehennam, committitur et deducit, nisi insignis aliquis sanctus, et quasi novus Moses, et extraordinariam gratiam et veniam a Deo impetrat. Sicut enim peccatum ad mortem dicitur, quod animam privat gratia quasi vita, itaque et mortem spirituales, sed primam avertit: ita peccatum ad mortem, sive mortiferum hinc dicitur, quod et mortem secundam, puta damnationem, conciliat. Rursus, sicut vulnus vel infirmitas ad mortem dicitur, quae agrotanti mortem corporalem infert: sic peccatum ad mortem vocatur, quod et mortem spiritualem irrogat, puta quod ad mortem durat, indeque peccantem transmittit ad mor-

tem aeternam in gehenna. Sicut ergo medicus accitibus ad negotium, eumque explorans dicit: Neque enim curare, agrotat ad mortem, partes vitales laesae sunt, desperatum est de ejus salute, morbus est lethifer, sic fidelis, ait S. Joannes, *viso apostata et haeretico* dicit: Non ausim pro eo orare; peccat enim peccato ad mortem, partes vitales laesae sunt, abiicit fidem quae est principium vitae spiritualis, desperatum est de ejus salute, « peccatum est inavisceratum, » ait S. Gregorius, *lib. VI in Reg.*, ideoque mortiferum, demoniaicum et gehennale. Haec est mens et sententia S. Augustini, Hieronymi, Origenis, Occumenii, Bernardi, Bonaventurae, S. Thomae, S. Hieronymi, et Gagnei locis jam citatis, et S. Cypriani *De Eschort. Martyr.*, cap. iv. Alludit S. Joannes ad illud S. Job *cap. xxiv, 19*: « Usque ad inferos peccatum illius, » scilicet deductus peccantem; et ad illud Christi ad Pharisaeos sibi incredulos, *Joann.* viii, 21 et 24: « Ego vado, et quaeritis me, et in peccato vestro moriemini. » Ex quo loco colligimus, licet peccatum ad mortem sit varium et multiplex, uti impunitatis, obstinatio, propositum perseverandi in peccato quolibet usque ad mortem, etc., proprie tamen S. Joannem per peccatum ad mortem respicere et intelligere peccatum quo quis fidelis a Christi fide et Ecclesia discessit, illamque maligne impugnat, alioquin ab illa ad suam haerens, vel idololatriam tradere et pervertere sagiti, quod illo Joannis verbo nonnulli faciebant, magno ejus dolore, metu et maxore. Quare ut ab eo fideles deterrant, vocat illos peccatores ad mortem.

Id ita esse colligimus *primo*, ex Evangelio S. Joannis, *cap. viii, 24*, jam citato, ubi sic Pharisaeis obstinate sibi resistentibus, ait Christus: « Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non crederitis quia ego sum (Messias Salvator), moriemini in peccato vestro. » Ergo peccatum ad mortem fratris, id est fidelis, est illud quo quis apostatans a fide amplius non credit in Christum, et in hac perfidia obstinate vult permanere usque ad mortem. Unde dicitur hoc peccatum « ad mortem, » *primo*, quia solet durare per totam vitam, usque ad mortem. *Secundo*, quia ad mortem gehennae quasi certo deducit. *Tertio*, quia avertit fidem, quae est fundamentum et principium vitae spiritualis; reliqua enim peccata, quia peccatori relinquunt fidem, hinc relinquunt et aliquid vitae spiritualis, et spem resurgendi: hoc vero peccatum, quia fidem auferit, hinc peccatori tollit omnem vitam, omnemque spem poenitentis et resurgendi. *Quarto*, quia a Deo ordinarie non remittitur, sed destinatur ac additur morti praesenti et aeternae. Alludit ad illud de Nabuchodonosor dictum, *Jeremiae xliiii, 11*: « Percutiet terram Aegypti: quos in mortem, in mortem; et quos in captivitatem, in captivitatem; et quos in gladium, in gladium. » Et *cap. xvii, vers. 4*: « Peccatum Judae scriptum est stylo fer-

reo, in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum. » Quo loco S. Gregorius: « In ungue, inquit, finis est corporis; ita vero lapis durus est adamantus, ut ferro non valeat secari. Per stylium vero ferretum fortis sententia, per unguem vero adamantinum finis signatur aeternus. Peccatum itaque Judae stylo ferreo, in ungue adamantino scriptum dicitur, quia culpa Iudeorum per fortem Dei sententiam in fine servatur infinito. »

Secundo, id ipsum colligitur ex eo, quod S. Joannes tota haec Epistola non aliud inculcat, quam fidem et amorem Christi, ac amorem fratrum; quare videtur peccatum ad mortem utriusque opponere, ac consequenter per illud intelligere apostasiam a Christo et Ecclesia, quae non est aliud quam ceteros fratrum, puta fidelium in fide, cultu et amore Christi conspirantium.

Tertio, quia hoc apostatarum peccatum taxat S. Petrus, *epist. II*, toto cap. ii; S. Judas tota *Epistola*; S. Joannes, *cap. iii*, vers. 1 et seq.; S. Paulus, *Hebr.* iv.

Quarto, quia hoc peccatum est enorme et incorrigibile, tum quia est peccatum ex certa scientia et malitia; tum quia directe contra Christum et Ecclesiam committitur; tum quia apostata post tot a Christo recepta beneficia ingratus et imprudenter illum, illiusque dona aspernat, contemnit, profanat, impugnat; itaque fontes divinae gratiae et clementiae sibi claudit, omnemque medicinam et meliorem ad remissionem excludit. Opponit enim se directe Christo, a quo solo speranda est salus; eumque a se abigit, imo blasphematur, a quo solo curari potest et debet: sicut morbus dicitur incurabilis, qui medicam et cibum non admittit. Unde Paulus *ad Hebr.*, cap. vi, vers. 4: « Impossibile, ait, est eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque saeculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam, rursus eradicantes Filium Dei, et ostentati habentes. » Et *cap. x, vers. 24*: « Non deserentes collectionem Ecclesiae, coetum fidelium nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, etc. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquunt pro peccatis hostia; terribilis autem quaedam expectatio iudicii, et ignis amulatio, quae consumptura est adversarios. Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione, quibus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei contulerunt, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiae contumeliam fecerit. »

Quinto, quia S. Joannes passim fidem vocat vitam nostram, eo quod per Christum et gratiam ejus docemur et tendimus ad vitam aeternam; peccatum ergo ad mortem, est infidelitas in Christi-

tum, qui est vita nostra. Sicut enim fides Christi est vita anime, ita infidelitas in eundem est mors anime. Audi S. Joannem in *Evang.* cap. v, vers. 24: « Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam eternam, et in iudicium non venit, sed transit a morte in vitam, » etc. Et cap. xi, vers. 23, dicit Christus Marthe: « Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum, » etc.

Ex dictis patet peccatum ad mortem distingui a blasphemia in Spiritum Sanctum, de qua *Matth.* xii, 31, licet hæc illi sit cognata et affinis. Nam Christus, *Matth.* xii, vocat peccatum in Spiritum Sanctum blasphemiam Scribarum, qui calumniabantur miracula Christi, ejusque opera divina et sancta, ut ejectionem demonum, que faciebat vi et virtute Spiritus Sancti, eaque ascribebant spiritui immundo, puta Beelzebub et demoni, idque solent et ex malitia. Facile enim scire poterant et debebant illa fieri a Spiritu Sancto, non a demone. Christus enim opposit blasphemiam hæc in Deum et Spiritum Sanctum blasphemiam in Filium hominis, que nonnulli offensi humana conversatione et familiaritate Christi, facta ejus humana calumniabantur; vocantes eum vini potorem, amicum publicanorum, etc., quod proinde minus et excusabilius erat peccatum, ideoque minus venia indignum, et facilius remissibile: ita Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius et alii passim in *Matth.* xii, vel *Luca* xii. Sicut ergo illa erat blasphemiam in Spiritum Sanctum, ita hæc peccatum ad mortem est blasphemiam et perfidia in Christum; et sicut illa difficile remittitur, ita et hæc.

Anagogice peccata ad mortem sunt peccata blasphemie, ire, desperationis, maledicentie damnatorum et demonum in inferno: hæc enim est mors secunda, *Apoc.* xx, 14. Illi enim sunt sicut oves in inferno, ubi mors depascet eos in aeternum.

Tropologicè peccatum ad mortem est, primo, apostasia ab Ordine, vel Religione, cum scilicet quis sacerdos, vel Religiosus a suo statu et gradu apostat, sitque laicus, vel secularis; hoc enim peccatum durare solet usque ad mortem, et apostatantein ducere in gehennam. Quin et Deus tales in hæc vita solet punire subitanea vel misera et infami morte, ut hoc gladio, illos laqueos, alios igne, etc., plectat. Vide Hieronymum in *Platum*, lib. III *De Bonis status relig.*, cap. xxxvii, et Dionysium Carthusianum in *Scala celi*.

Secundo, peccatum ad mortem est obstinatio, propositum perseverandi in peccato, v. g. odio, rixa, concubitu, habitus et consuetudo peccandi. Inter discas quam perniciosum sit induere prævium habitum et consuetudinem: hæc enim per omnem vitam durat usque ad mortem presentem et æternam; consuetudo enim est altera

natura; et qualis homo vivit, talis et moritur, ait S. Augustinus. Hoc est quod ait *Jerem.* xii, 21: « Si potest Ethiops mutare pellem suam, et pardus varietates suas: ita et vos poteritis benedacere cum didiceritis malum. » Vide ibi dicta. Consuetudo enim inducit delictum, ut peccator nullum peccati habeat sensum, nullum scrupulum, nullum remorsum, ac tandem peccatum patet non esse peccatum, juxta illud *Jerem.* v, 3: « Percussisti eos, et non doluerunt; attrivisti eos, et nonauerunt accipere disciplinam; induraverunt facies suas supra petram, et noluerunt reverti. » Et Isaias, cap. v, vers. 20: « Ve qui dicitis malum bonum, et bonum malum; ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum! » Tales sunt in peccato ad mortem, quia anima eorum exiguo tantum muro corporis distat a morte gehennæ.

Hoc peccatum non est curvis curare, sed solus Christi. Sic enim peccans similis est Lazaro, de quo ait Martha ad Christum, *Joan.* xi, 39: « Domine, jam fetet, quatuordecim enim sunt. » Unde Jesus magno molimine lacrymarum, suspiciens in celum, magna voce clamans: « Lazare, veni foras, » eum suscitavit oportet.

Tertio, peccatum ad mortem est odium et invidia; hoc enim fratri sæpe mortem temporalem, et peccati semper mortem spirituales, ac sæpe æternam affert; quod peccatum quasi Cain et diaboli, insectatus est S. Joannes, cap. iii, 12 (1). **NOX PRO ILLO DICO UT ROGET QUIS.** — Ita Græca et Latina, licet S. Gregorius, lib. VI in *lib. Reg.*, cap. ii, legat: « Pro eo ne oret quis. » Sensus est, q. d. Non prohibeo quidem pro tali orare, sed non audeo polliceri quod impetrabit; ideo « non dico ut roget quis, » nimirum cum illa certa fiducia impetrandi, de qua vers. prece-

(1) Rosenmullerus, relicta aliis interpretationibus, suam ita exponit: « Itaque suspicor tria hæc committi, 16-18, non coherere cum precedentibus, et pro his qui peccatum ad mortem commiserunt, prohiberi deprecationem non apud Deum, sed apud magistratus, penes quos est jus pro delictis gravioribus indulgendi mortis poenam. Mibi igitur quæritur: quid videtur esse crimen capitale quodvis? Adhuc non est homo ullus aliquis, sed Christianus. Pro eo Christiano, qui tale crimen commiserit, non vult Apostolus intercessionem fieri apud magistratus, quibus jus vite et necis competeat, ne Pagani in suspicionem adducerentur talia crimina apud Christianos parvi fieri. Accepit et hæc dicitur videtur esse levior culpa, transgressione legis aliquæ civilis contractæ, quam a Christiano admissam facile ita exaggerare poterant magistratus pagani, ut supplicii reum præsumentem eum, qui misit prius affectus dimittit potuisset. Pro ejusmodi peccatore deprecari poterat frater Christianus, ut vita ei donaretur. » Vers. 17: « Quodvis peccatum est peius dignum (vel, aberratio a norma prescripta); sed datur tamen peccatum quod non (Græce) est crimen capitale. » Vers. 18: « Veramtonem Christiani sciunt, se non posse et filius Dei esse, et interim illa peccata, que sunt ad mortem, committere. Sollicite sibi caveat a talibus peccatis, ita ut malus ille (Satanas) ledere eos non possit. »

denti dixi cætera esse petenda et impetranda. Nam sæpe Deus orantes pro peccato ad mortem, ut pote gravissimo et incorrigibili, non exaudit, juxta illud *Jerem.* vii, 16: « Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te. » Ita B. Larrainius, lib. II *De Pœnitent.*, cap. xvi, in fine, et Toletus in *Luca* xii, Annot. 21.

Aliqui sic exponunt: « Non pro illo, » scilicet peccato ad mortem, « dico ut oret quis, » ut S. Joannes pro peccato, non autem pro peccatore, orandum neget, quasi indicet ejus peccati penam luendam esse a peccatore, atque ideo illam non esse deprecandam. Verum hoc subtilius quam solidius dicitur: tam enim pro peccatore, quam pro peccato ad mortem, tamque pro culpa, quam pro penæ debite remissione non esse orandum indicit Joannes, cum de peccato ad mortem ait: « Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita, » scilicet gratia, quæ opponitur culpæ, non penæ.

Porro S. Bernardus, *De Gradibus humilit.*, cap. ultim. « Pro tali, inquit Joannes Apostolus, non dico ut quis oret. » Sed numquid dicit, Apostole, ut quis desperet? « Imo genat qui illum amat, » uti Martha et Magdalena plorabant mortem Lazari, et plorando impetrantur ejus resurrectionem; quia humilitas, lacrymæ, verecundia, « files, aliquando recipit quod oratio non præsumat. »

17. OMNIS INIQUITAS PECCATUM EST, ET EST PECCATUM AD MORTEM. — Græca et Syrus addunt negationem, leguntque: « Et est peccatum non ad mortem, » q. d. Omnis iniquitas est peccatum, sed non est peccatum ad mortem, quia per poenitentiam, Deique gratiam medicabilis et sanabilis est. Unde Cajetanus audeat asserere textum Latinum, qui caret negatione, esse corruptum. Verum constanter Latina expungunt negationem, tum quia sensus magis commodus et connexus est. Ponit enim et opponit duas species peccati, unam que est ad mortem, alteram que non est ad mortem, sed est communis et venialis iniquitas. Sensus ergo est, q. d. Omnis quidem iniquitas est peccatum, sed non omnis est ad mortem; quia peccati peccatum est quod, ut dicitur, ita est quoque peccatum ad mortem. Pro iniquitate cuiuslibet cum certa impetrande veniæ fiducia orandum est; pro peccato ad mortem non item, uti paulo ante dixi. Vide dicta cap. iii, vers. 4.

Pro iniquitate græce est *ἀδικία*, id est *injustitia*, que proprie justitiæ opponitur. Aristoteles in *Ethicorum Qualitatibus: ἐναντία*, inquit, *ἀδικίας δικαιοσύνη*, id est justitia, injustitiæ contrarium est. Sed sicut in Scriptura, quin et apud Aristotelem et Ethicos, justitia sæpe generatim sumitur pro quolibet virtute, sic et injustitia sive iniquitas capitur pro quolibet peccato, improbitate, scelere et maleficio. Ita hic accipitur.

18. SCIBIS QUIA OMNIS QUI NATUS EST EX DEO, NON PECCAT; SED GENERATIO DEI CONSERVAT EUM. — Le-

git Interpres, *γεννηται* de *τῷ θεῷ* *γεννηται*, jam legunt *γεννηται*; *de τῷ θεῷ* *γεννηται*, id est, genitus ex Deo servat seipsum, scilicet virtute accepta a generatione divina: sic et Syrus.

ET MALIGENS NON TANGIT EUM. — Hic est tertius fructus fidei vive, sive regenerationis, qua quis per fidem et gratiam renatus est in Christo, scilicet preservatio a peccato saltem graviore et mortali, et consequenter a vi et potestate maligni, puta diaboli. Hæc explicat cap. iii, vers. 9 et 19, ubi idem, imo amplius dixit S. Joannes, scilicet quod talis non possit peccare, nimirum quantum est ex parte gratiæ per generationem divinam acceptæ, si ejus inclinationem et ductum sequatur, sicut qui in tenebris sequitur lucernam et lumen prævium, errare et impingere nequit. Audi Eumenium: Indicare voluit S. Joannes, « eum qui adoptatus a Deo in filium est, neque ad mortem, neque non ad mortem unquam esse peccatorem; quippe cum semel inhabitavit in se per adoptionem Christo esse dederit, intactus atque impolutus a peccato permanens sit. » Et mox: « Illæ nos gratia dignatur, ut, si nos donum ejus nobis diligenter custodiamus ac conservemus, possimus etiam non peccare, » dum scilicet possumus ac volumus in gratia Dei constanter perseverare. Vide S. Augustinum, *De Corrupt. et Gratia*, cap. xii; S. Bernardum, serm. 23 in *Cantic.*, et serm. 1 *De Septuag.*, ubi hæc ad prædicationem et electis ad gloriam. Illos enim generaliter Dei conservat a peccato, et licet aliquando peccent, ut S. Petrus negando Christum, et David adulterando, tamen mox resurgunt, ut charitas non tam deperdi quam obstupescere et sporari in eis videatur. Ita S. Bernardus.

Verum S. Joannes generaliter loquitur de quolibet fidei et justo, q. d. Fidelis adeo non peccat peccato ad mortem, de quo iam egi, ut omnino non peccet peccato mortali; sed « generatio, » id est nativitas nova ex Deo, puta gratia « Dei, » per quam regeneratus est, factusque Dei filius, conservat eum. Est melonymia; generatio enim ponitur pro gratia regenerante. S. Gregorius, lib. V in *lib. I Regum*, et S. Bernardus loco citato, pro *generatio Dei* legunt *generatio celestis*. Per « generationem » S. Gregorius accipit cognitionem divine voluntatis, cum ejusdem dilectione; S. Bernardus, prædeterminationem divinam; Didymus, voluntariam regenerationem, que fit per spontaneam conversionem et penitentiam. Melius illi accipiunt gratiam et charitatem; per hæc enim fit regeneratio et renovatio novi hominis, puta anime fidelis et sanctæ, ejusque in sanctitate constantia.

Audi S. Augustinum in *Psalm.* xii, tractantem illud *Cantic.* viii, 6, *Fortis est in mors dilectio*: « Magnificentius exprimi non potuit fortitudo charitatis; quis enim resistit morti? Resistitur ignibus, undis, ferro; resistitur potatibus, resistitur regibus; venit una mors, quis ei resistit?

Nihil est illa fortius, propterea virtus eius charitas comparata est; quia enim ipsa charitas occidit quod finium, ut simus quod non eramus, facit in nobis quanda in mortem dilectio. Ista mortis mortuus erat qui dicebat: Mundus mihi crucifixus est, et ego mundo. Ista morte mortui erunt quibus dicebat: Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. » Eandem mortis compartitionem explicans S. Gregorius, hom. 11 in *Evang.*: « *scilicet*, inquit, per Salomonem dicitur: Fortis est ut mors dilectio; quia videlicet sicut mors corpus interimit, sic ab amore rertum temporalium aeternae vite charitas velut insensibilem reddit. » Et mox allato B. Augusti exemplo: « Nec enim, inquit, sancta haec cuius hostie natalitia celebramus, morti pro Domino potuisset in corpore, si prius a terrenis desideris mortua non fuisset in mente. Erectus desideris virtutis culmine animus tormenta desepit, praemia calcavit, ante avortus reges et praesides invicta stetit, ferientia robustior, iudicante sublimior. »

Et malignos non tangit eum. — Per « malignum » Didymus et Thomas Anglicus accipiunt mundum, qui totus in maligno positus est, ut dicitur vers. 19, puta homines mundanos et impios. Maligni autem passim accipiunt diabolum: hic per antonomasiam vocatur *diabolus*, id est « ille malignus et nequam; » hic « non tangit, » id est non laedit « eum, » scilicet datum ex Deo; Syrus, *non appropinquat ei, q. d.* Deus non permittit diabolum appropinquare iusto; aut, si id permittit, non permittit ut eum laedat, tribuendo eum ad consensum in peccatum; imo non permittit ut laedat eum in corpore, nisi ad eius bonum, virtutem et gloriam, uti permittit solum tangi et affligi a diabolo: vis enim illa quam ex caelesti suo ortu Sancti percipiunt, in his perseverat, eosque ita confirmat ac muniat, ut nullis demonis insidiis decipi, nullis lenociniis illi, nullis minis et terroribus vinci queant. Hoc est quod ait Zacharias, cap. II, vers. 8: « Qui teligerit vos, tangit pupilam oculi mei. » Et Psaltes *Psal.* cxx, 45: « Nolite tangere christos meos. » Et Paulus: « Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, » I Cor. x, 13. Vide Cassianum, *Collat.* VII, cap. xxii, ubi ostendit Christum exarsisse et enervasse diabolum, ut vel vires non habeat ad tentandum fideles, vel modicus et imbecillus, ita ut facile a fidelibus Christi gratia armatis vinci ac superari queat.

19. SCRIBES QUONIAM EX DEO SUMES, ET MUNDUS TOTUS IN MALINO POSITUS EST. — Graece *scribis*, id est facit, situs est. Per « malignum » primo, valde apposite et genuine diabolum accipit Hugo, Glossa, Dionysius et alii; de diabolo enim vers. precedenti dixit: « Et malignus non tangit eum; » et tunc opponit Deo. Est epilogus Epistolae, q. d. Diabolum mortuum haec sit conclusio et summa:

impense nobis gaudendum esse, quod ex Deo renati in eo maneamus, vivamus et simus, in eoque agamus vitam puram, sanctam, caelestem et divinam; eum ex adverso mundus, id est mundani in maligno positi sint, id est sub misera et tyrannica diaboli potestate ac dominatu oppressi jaceant, in eoque agant vitam impuram, sceleratam, tartaream et diabolicam. Per peccatum enim ex diabolo quasi renati, ipsi se manciparunt; unde ejus impulsu et arbitrio quasi mancipio aguntur in omne nefas, omnemque miseriam, adeo ut ab eis quasi Deus in idolis coli et adorari velit. Porro errant Manichei, qui mundum in maligno positum esse consent, eo quod a diabolo sit conditus, quasi ille eum condendo ipsi suam malitiam et malignitatem afflavit; unde docent omnem creaturam corporalem, utpote ab angelo male creatam, esse malam.

Huc spectat illa nonnullorum congrua explicatio, « mundus totus in maligno, » id est in idololatria et demoneo cultu, « positus est; » talis enim erat aeo S. Joannis. Unde explicans subdit vers. ult.: « Filioli, custodite vos a simulacris; » id est idololatria enim sequuntur omnia vitia et peccata, ut ait Sapiens, cap. xiv, vers. 27: « Infandum, inquit, idolorum cultura omnis mali causa est, et infinium, et finis. »

Secundo, « malignum » accipi potest pro malitia; pravitate et improbitate. Unde Salvianus, lib. IV de *Providentia*, legit: « Secularia totum in malo positum est. » Alludit ad Gen. vi, 5: « Videns Deus quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum; » graeco, *super maligna*; hebr., *omne fragmentum*, vel *imaginalio cogitationum cordis malum*. Totus ergo mundus positus est in maligno, id est in malitia et concupiscentia, quae sollicitat ad omne scelus. Quia enim mundus, id est omnes homines mundi in Adamo peccante contraxerunt peccatum originale et concupiscentiam, hinc per eam aguntur ad omne malum; ita Cyprianus, in *Apolog. David*, cap. II: « Mundus, ait, in maligno positus est, quia omnes homines sub peccato nascuntur, quorum ipse ortus est in vitio. » Mundus ergo est oceanus scelerum et diluvium vitiorum, juxta illud *Osee* iv, 2: « Maledictum, et mendacium, et homicidium, et furtum, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit. »

Leviuseulum est quod addit Lyranus et Thomas Anglicus: « Malignus, » inquit, dicitur quasi *malus ignis* concupiscentiae; puta gula, luxuria, superbia; aut mundus est « in maligno, » id est in *malis vitiis*, per quod proverbialiter significatur omne infortunium, omnis miseria, omne malum.

Experientia nos docet quam mundus instar Sodomo plenus sit cupiditate, superbia, fraude, luxuria, gula, avaritia omnique malo. Audi S. Prosperum ad *Object. Vincent*, in VI: « Totus

quidem mundus, inquit, in maligno positus est, et multorum hominum talis est malitia, qualis est demoneo, etc. Sed hoc inter malos homines dicit et demones, quod hominibus etiam valde malis superest, si Deus misceretur, reconciliatio; demoneo autem nulla est in aeternum servata conversio. » Tam subdit: « Sicut ergo praevicatoribus angelis non Deus indidit illam, quae in veritate non stetit, voluntatem; ita nec hominibus hunc affectum, quo diabolum imitentur, inseruit, » etc. Salvianus, de *Providentia*: « Merito, inquit, totum saeculum esse in malo dicitur, ubi boni locum habere non possunt; siquidem ita totum iniquitabiliter plenum est, ut aut mali sint, qui sunt in illo, aut qui boni sunt, multorum persecutione crepantur. »

Videat S. Joannes alludere ad tria mundi mala quae recensit cap. II, vers. 16, scilicet concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, et superbiam vite; in his enim tota totius mundi malitas consistit. Quocirca qui sapit, fugiat e mundo et mundanorum conversatione, in sanctorum aliquem caetum se recipiat, sicut Lot e Sodoma incendio fugiens salvavit se in montes. Audi S. Cyprianum, lib. I, *epist.* 41: « No diabolo, inquit, insidiant et seivire cupiunt ad nocendum delat occasio, quando et apostolus dicit: Nolite locum dare diabolo. Libera est igitur vigilantia de periculosus locis navis, ne infer scopulos et saxa frangatur; eximenda est velociter de incendio saxina, praequam flammis superventulentibus coneremetur. Nemo dum tutus est periculo proximus. » Atque idem de *Singulari Clero*: « Adverca est confidentia, quae periculis vitam sitam pro certo commendat; et lubrica spes est, quae inter fomenta peccati salvari se posse sperat. Incerta est victoria, inter hostilia arma pugnare; et impossibilis liberatio est, flammis circumdari, et non ardere. Verendum est dormienti in tupa ne cadat. In hac parte expellit plus bene timere, quam male fidere; et illius est, ut infirmum se homo cognoscat, quam fortis videri velit, et infirmus emergat. De qua re presumptores objurgat Apostolus dicens: Si quis se putat aliquid esse eum nihil sit, seipsum implanat. Pro certo implanator proprius animam suam decipit, qui non cavendo contraria noxii rebus semelipse immiscuit. Ille autem talis sibi consolat, qui circa trolos semper infans, species quascunque noxias semper extimescit. » Hoc Cyprianus.

Illumen caelestis visionis representatum est S. Anselmo, ut habet ejus *Vita*: « Raptus enim in excessu vidit fluvium immensum atque praecipitem, in quem cordes omnes, qui ubique terrarum essent, confluerant, ita ut nihil aquis illis turpis ac sordidus fieri posset, quae etiam quilibet attingeret, repereret ac devolverent, viros, feminas, divites, inopes. Quod ille spectaculum miratus ac miseratus, cum quaesisset quibus ita rebus aleretur, et quomodo viverent, responsum est ei, in-

felices illos eodem ipso ceno, quo traherantur, potiri et delectari. Quis etiam adjecta est mysterii hujus interpretatio, torrentem illum esse ipsum mundum, in quo caei mortales suis divitiis, honoribus et reliquis cupiditatibus involvantur, cumque adeo miserati sint, ut non considerent quidem possit, ipsos tamen se beatos et fortunatos putare. Ductus est deinde in septem quoddam ampli et spaciosi claustris, cujus omnes parietes argento obducti purissimo nitrum in modum nitabant. In medio praetium erat, et in eo herbula, non ut vulgares iste, sed omnes argenteae, caedemque tamen virentes, et molles, ita ut facile cederent insidendi, eosque erumpere per se rursum suburgerentur; aer autem placidus et anoxius, denique omnia aede jucunda et suavia, ut nihil amplius ad sollicitum optari posse videretur. Atque hoc indicatum est et esse religiosum statum, ut sine dubio ejusmodi imagine docere voluerit Deus, in mundo omnia esse feda, incerta, mortifera, semper in praecipua ruentia; contra vero in religione omnia pulchra, omnia jucunda, denique omnia ut argentum et candida et pretiosa. » Vide S. Ambrosium, lib. *De Fuga saeculi*, et S. Basilium in *Regulis fustis explicitis*, cap. vi, et S. Bernardum *serm.* 3 *De Circumcisione*.

Tertio, nosse Martiannus de Roa, lib. II *Singulari*, cap. II, sic explicat: « Mundus in maligno positus est, » hoc est, in obscuro, lubrico, praecipitatio loco, angusto et arduo, ut conveniat cum illo sapientis « Cunctae res difficiles; praefert enim figura hujus mundi. » Quis ergo in mundo sumpsit labamur, et in lapidos incurramus? Ha *Psal.* xxxvi: « Noli, ait, remolari in maligno cantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem, etc. Spere in Domino, et fac bonitatem, et passeris in divitiis ejus. »

Rursus mundus in maligno et malignitate positus est, hoc est, mundani habent per malignum, id est, primo, sterile velut solum exile et infrugiferum, quod non cultu quidem maximo et cultivatione adhibita frumentitatem accipit. Secundo, habent per malignum, id est angustum, difficile, moerens, parvum, avardum, quod sicut Deo minime dat, nec ad recipiendum ejus magnitudinem explere potest illud *Isaiah* 42: « Abimus unumquisque in sensum cordis nostri maligni operantur diis alienis, facientes mala quae oculos Dei nostri, » Ita enim omnia significant et magnificat. Ita Servius in illud Virgilio *II Georg.*:

Difficile primum terra collaeque maligni.

Maligni, inquit, id est *infecundi*. Et Nonius: « Malignus, inquit, ager agricolis, illiberalis et minus ferax, is est, cujus angustior est proventus. » Virgilius, *Georg.* VI: « Lascum malignam dicit pro tenui, parva et obscura. Nam malignum, inquit Servius, proprie est angustum, » ut Virgilius, *XI Aeneid.*

Tenuis quoque vomita docti,
Angustiorque ferunt fauces altissimae maligni,

id est angusti, obscuri et ardui. Martialis, lib. X ad Avitum :

Tyret igne maligno
Hic foveas, ingenti homine laeti ibi.

Et Juvenalis, Satyr. 10, maligna appellavit Numa, id est avara, et que ab eis peterentur minime concessura. Sic enim ait :

Magnaque nummibus vota exanimis malignis,

hoc est parca, nec concessuris, quae petebantur. Livius : « Malignitas conferebatur ex privato, » hoc est parcaitas, etc. Quintilianus, lib. XI, cap. XI : « In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. » Sed Donatus optime in Hebr., acta 4, scena 2 : « Malignus, inquit, est, qui difficultatem sui ostendit. » Sic Euseb. lib. IV, cap. II, dicitur : « Non abstulisti ab eis cor malignum (id est sterile, saxosum, durum), ut faceret in eis lex tua fructum. » Haec Roa. Juxta quem hic erit sensus, q. d. Fidelis ex Deo natus habet cor sanctum, amplum, liberale, sincerum, candidum, divinum; at mundus, id est mundani, habent cor malignum, id est pravum, auctum; avarum, terreste, fictum, tortum, diabolum.

20. ET SCIMUS QUONIAM FILIUS DEI VENIT (S. Ambrosius, lib. I De Fide, cap. VII, legit apparuit), ET DEDIT NOBIS SENSUM, UT COGNOSCAMUS VERUM DEUM, ET SIMUS IN VERO FILIO EJUS. HIC EST VERUS DEUS ET VITA AETERNA. — Explicat id quod dixit, nos esse ex Deo, ideoque vincere mundum et malignum, ejusque modum assignat, mundum id factum esse, et fieri per Christum, q. d. Deus idcirco misit Filium suum in mundum et carnem, ut per ejus doctrinam divinam daret nobis sensum et cognitionem rerum coelestium, ut scilicet, reflicteret idolis quasi falsis diis, liberati a peccato, diabolo et mundo, cognoscamus verum Deum, ejusque Filio, puta Christo et Ecclesiae, per fidem, spem et charitatem incorporemur, itaque ab eo vita gratiae et gloriae aeternae donemur. Ipse enim est verus Deus, ipsaque vera vita increata et aeterna.

Porro, S. Hilarius lib. VI De Trinitate, hunc locum paraphrasice, quaedam explanationis gratia interserendo, sic legit : « Quia scimus quod Filius Dei venit, et incarnatus est propter nos, et passus est, et resurrexit a mortuis : assumptis nos et dedit nobis intellectum optimum, ut intelligamus verum, et simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, et vita aeterna, et resurrectio (alias redemptio) nostra. »

Pro sensum graecum est *δωκεν* 29, quod Syrus vertit, intelligentiam, mentis illustrationem, cognitionem divinam; Vatablus, mentem; S. Hilarius, intellectum optimum, per quem ipse accipit Spiritum Sanctum; hic enim est spiritus intelligentiae, Sapientiae, vii, 22, quem S. Paulus I Corinth. II, vers. 16, vocat e spiritum a Deo, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis; Clemens Alexandrinus accipit idem; Didymus mentem Christi, ut al-

ludat ad illud I Cor. II, 16 : « Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruit eum? Nos autem sensum Christi habemus. » Sensus ergo est, q. d. Exultate, o Christiani, Deoque immanens agite gratias : quia in gentilismo serviebatis idolis saeculis et aeneis, eroticisque quasi saxa inanimata; at per Christum accepistis veram vitam, sensum et motum : in gentilismo serviebatis concupiscentiae et vivebatis quasi animalia munda et bruta; at per Christum accepistis *δωκεν*, id est mentem et rationem, ut vivatis vitam humanam et homine dignam : in gentilismo serviebatis diabolo, agelastisque vitam diabolicam in tenebris ignorantiae et infidelitatis; at per Christum donati vita supernaturali, accepistis *δωκεν*, id est cognitionem, sensum et gustum rerum coelestium et divinarum. Hoc est quod tot saeculis ante de Christo praesentit Baruch III, 36 : « Hic est Deus noster; hic adinvenit omnem viam disciplinae, et tradidit illam Jacob patre suo, et Israel dilecto suo. Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est. »

UT COGNOSCAMUS VERUM DEUM — Patrem. S. Hilarius loco citato, S. Hieronymus in cap. LXV Isaiae, et S. Leo, serm. I De Septimo 40 mensis, legunt : « Ut cognoscamus verum, » scilicet Deum Patrem. Verus enim est epithetum Dei, qui est ipsa per essentiam veritas.

ET SIMUS IN VERO FILIO EJUS. — Graeca, Syrus et S. Athanasius, orat. in id, *Deus de Deo*, legunt, « et simus in ipso vero, nempe in Filio ejus Jesu Christo, » quo significatur Verum esse *αγαπών* Patri, eo quod ipse sit verus et filius per essentiam, puta vera deitas, aequae ac est Deus Pater. Ita Didymus, S. Hieronymus loco citato, S. Athanasius, Cyrillus, Nazianzenus et alii omnes scribentes contra Arianos.

Porro sumus in Filio per fidem et gratiam, quam ab eo sugimus, sicut ramus est in arbore, a qua succum et vitam agit, juxta illud Christi : « Ego sum vitis, vos palmites; sicut palmas non potest ferre fructum a semelipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis, » Joann. cap. xv, vers. 1 et 4.

Paucis hinc verbis S. Joannes compendium quasi totius Epistolae, symboli et fidei Christianae complectitur, duoque praecipua ejus mysteria assignat, scilicet Filium *αγαπών* Patri, ejusque incarnationem. Unde Beda : « Quid, ait, apertius his verbis? quid dulcius? quid adversus omnes haereses fortius potuit dici? » Et S. Athanasius, disput. Contra Arianos, ait haec esse demonstrationem scriptam (quam ab eo postulabat Arius) pro divinitate Filii; et S. Cyrillus, lib. XII Theophrasti, cap. xix : « Nam si Deus verus est, inquit, substantialiter, non participative hoc ipsum est, sicut creatura. Qui enim Deus verus est, natura Deus est. » Et S. Ambrosius, lib. I De Fide, cap. ult. : « Si verus Deus, inquit, utique non creatus, nihil fallax habens atque fucatum, nihil confusum atque dissimile. » Et cap. vii, insinuat hinc pe-

fitam illud Symboli Niceni : « Deus ex Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, ex Patre natus, non factus, unius substantiae cum Patre. » Et S. Hieronymus loco citato : « Alioqui, inquit, et non est verus, crit idolo similis; » et, ut ait Victor Ulicensis, lib. II De Wandalar. Persecut. : « Si alterius a Patre substantiae est, aut verus Filius non est, aut quod nefas est dicere, degeneratus est. » Et S. Bernardus : « Si Filius Dei, ergo Deus; quia filii regum reges sunt. »

Porro cognitio Dei et Filii ejus non solum speculativa, sed et practica, puta conjuncta cum ejus amore et obsequio, est perfectissimum bonum, ait Clemens Alexandrinus, VI Strom., et beatitudo hujus vitae, juxta illud Christi Joann. cap. xvii, 2 : « Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. » Quae verba explanans Cyrillus Alexandrinus : « Cognitio, inquit, est vita spiritalis nobis benedictionem adducens, per quam spiritus in cordibus nostris habitat in adoptionem filiorum Dei, et veram pietatem per Evangelicam vitam et incorruptibilitatem reformans. Cum igitur origo et quae promissa electorum omnium cognitio Dei veri esse inveniantur, recte a Domini nostro Jesu Christo vita aeterna est appellata, quasi mater et radix vitae naturae suae vitam aeternam pariens. Sed considera diligenter quomodo solius Dei veri cognitio efficiat : non enim absque cognitione Filii, quare nec absque cognitione Spiritus Sancti. Haec enim Dei unitas in Trinitate intelligitur, atque creditur secundum Scripturas. » Nihil autem potuit magnificentius dici, quam quod de Dei cognitione scribit Gregorius Nazianzenus, orat. De Statu Episcop. : « Regnum, inquit, coelorum nihil aliud esse existimo, quam ejus, quod purissimum et perfectissimum est, ademptionem : perfectissima autem rerum omnium est Dei cognitio. » Et S. Augustinus, serm. 112 De Temp. : « Cognitione Dei, ait, nihil melius est, quia nihil beatius est, et ipsa vera beatitudo est. Unde et Salvator ad Patrem ait : Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te unum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. » Et in eandem sententiam Hieronymus in cap. xxxi Jeremiae : « Notitia unius Dei, inquit, omnium virtutum possessio est. » Et rursum : « Memoria Dei excludit omnia flagitia. »

Præclare vero Lactantius, lib. I Divin. Institut., cap. viii : « Dei vim, ait, majestatemque tantam esse dicit in Timaeo Plato, ut eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quisquam possit, ob nimiam et inestimabilem potestatem. » Denique S. Bernardus, serm. 27 in Cantico : « Quid sit, inquit, ignoras Deum, poterit spes esse salutis cum Dei ignorantia? » Na hoc quidem. Nec enim potes aut amare quod nescias, aut habere quem non amaveris. Noveris proinde te, ut Deum timeas; noveris ipsum; ut aequae ipsum diligas : in altero initialis ad sapientiam, in altero et consummaris; quia initium sapientiae timor Domini

est, et plenitudo legis est charitas. Tam ergo utraque ignorantia cavenda est tibi, quam sine timore et amore Dei salus esse non potest. »

Hic est verus Deus. — Erasmus more suo arianizans, ad pleraque loca Scripturae de divinitate Filii detorquens et pervertens, hunc pariter ita detorquet et pervertit. Hic, inquit, scilicet Deus verus, puta Pater, non Filius, est verus Deus; sed sic esset hic battologia. Quis enim nescit quod Deus verus sit Deus verus? Ergo pronomen hic non refertur ad Deum verum, quod praecessit, sed refert verum Dei Filium. Hic enim uti verus est Dei Filius, ita consequenter necessario est verus Deus. Unde Oecumenius in *Actis*, id est hic, quod est demonstrativum, assertit positum pro relativo *hic*, id est qui, ac refert Filium, qui proxime praecessit. Adde, S. Joannis novo (uti et posterioribus saeculis) nemo dubitavit de divinitate Patris, sed multo dubitavit, mox negavit divinitatem Filii. Hanc ergo, non illam, ubique astruere solagit S. Joannes, eaque de causa scripsit Evangelium. Ita S. Athanasius, S. Hieronymus in *Isaie* LXVI, S. Augustinus, lib. II Contra Maximianum, et passim alii, ex hoc loco quasi clari et certo probant deitatem Filii. Audi S. Athanasium in illud, *Omnia mihi tradita sunt a Patre* : « Lux est Pater, jubar radiusque Filius; et lux vera verusque Deus Pater, verus Deus Filius. Ita enim a Joanne scriptum est : Sumus in vero Jesu Christo. Hic est verus Deus et vita aeterna. » Sic et S. Cyrillus, lib. III Dialog. de Trinitate, et S. Ambrosius, lib. De Fide ad Gratianum, cap. vii.

ET VITA AETERNA — tum formalis sua, tum causalis nostra, uti dixi vers. 2. Nota : In Deo ob summam simplicitatem et perfectionem nulla est concretio nec compositio, ideoque nullum accidentis; quare in Deo concreta omnia sunt abstracta. Deus ergo est ens et ipsum esse, Deus est vivens et vita, verus et veritas, bonus et bonitas, sapiens et sapientia, justus et justitia, potens et potentia. Ita S. Bernardus contra Gilbertum Porretanum, serm. 80 in Cant., et S. Thomas I, *Quaest.* III, art. 3.

21. FILII, CUSTODITE VOS A SIMULACRIS, AMEN, V — hoc est fiat, hic omnino facile, et vos custodite. Ultimum hoc mones S. Joannes, quia illo vero hoc erat maxime periculosum, ideoque monitu maxime necessarium. Tunc enim totus mundus positus erat in maligno, puta in idololatria, adeoque Christiani ab ea recens conversi, inter parentes et amicos gentiles et idololatrias assidue versari debebant, ad eum esse praedare et convivari, ubi idololatria, id est idolis immolata, quasi sacra comeditio proponebant, de quibus dixi I Corinth. viii. Ne ergo eorum exemplo et hortatu ad idola, qua recens reliquerant, relaberentur, studioso hoc ultimo mones S. Joannes, ut tenacius eorum mentis et memoriae id infingat, scilicet ut studioso ab omni idolorum commercio, et ab idololatriam esu absterneant. Ita Didymus, (Oecumenius, Lyranus Cajetanus. Perperam Beza et

haereticis vertunt, « custodite vos ab imaginibus. » Imago enim est similitudo rei verae; simulacrum vero sive idolum rei falsae, puta falsi Numinis; Ita enim Scriptura et SS. Patres haec omnia distinguunt. Esto Cicero, lib. I. De *Falsis*, imagines vocet idola, « imagines, inquit, quae idola nominantur. » Unde *idolum* est diminutivum ab *idolus*, id est forma, g. d. Formula, forma imperfecta, diminuta, deficiens a ratione verae formae. Ita Tertullianus, De *Idololatriis*, cap. II, et Isidorus, VIII *Etymolog.*, esp. ult. Unde *Idolo* in *Theopileto*, idola vocat mensacula, et S. Hieronymus, in cap. VII *Olea*, ait sic opponi simulacrum Deo, sicut veritatis mandatio. Sic et S. Augustinus in *Psalm.* CXXXV; Clemens Alexandrinus, *Visionum*; Origenes, hom. 8 in *Exod.*; Theodoretus, *Quaest.* XXXVIII in *Exodum*; quocirca Synodus VIII Oecumenica, act. B et 7, anathema intulit illis, qui asserunt imagines Christi et Sanctorum esse idola.

Mysticae, simulacra phantasiae hominum sunt prava dogmata, haereseis, phantasmata vana, avaritia, cupiditates honoris, pecuniae, voluptatis; ab his fideles custodiunt esse oportet: Ita Beda, Hugo, Dionysius, Cajetanus et alii.

Porro ait S. Joannes: « Custodite vos, » non autem, destruite simulacra, quia hoc fuisset conciliare furorem Gentilium in omnes Christianos: unde monet S. Augustinus idola prius destruenda in cordibus hominum, deinde in delubris et aris templorum: ita ipse epist. 154, et epist. 130, et serm. 6 De *Verbis Domini*, ubi et addit non esse censendos Martyres qui occiduntur eo quod destruxerint idola (idem sanxerit Concilium Eliberitum, *Canon.* 60) — intellige temere et imprudenter cum scandalo. Nam qui praeferunt ex magnitudine animi, vel ex instinctu divino ad Gentilium confusionem, et fidelium confirmationem, id fecerunt, Martyres habentur, ut S. Theodorus, S. Barbara, S. Christina et alii plures. Gentiles enim qui doctiores et sapientiores erant, idola venerantes, haec in speciem apparente ratione se excusabant, quod dicerent se in idolis non saxa aut metalla, sed deos colere: hos enim in idolis quasi in delubris aut corporibus suis habitare, sicut anima habitat in corpore. Unde S. Augustinus, *concl.* 2 in *Psal.* cxiii, de idolis ait: « Sine vivo aliquo habitatore esse non putant. » Et Olympius Sophista apud Sozomenum, lib. III *Histor.*, cap. IV: « Simulacra, ait, erant ex materia corruptione obnoxia, ideo comminui potuerunt; quae vero in eis erant coelestes potestates, in caelum evolant. » Sed errabant primo, quod idola censerebatur esse aliquid Dei, aliquid Numinis habere, Deumque in eis esse alligatum, atque in eis ad vivum representari. Secundo, quod in his plures variasque deos colerent. Tertio, quod dii eorum erant demones; hi enim dabant responsa per idola. « Custodite ergo vos a simulacris, » ut ea non sculptis, pingatis, pollatis: non eis caput operatiis, genuflectatis, aut honorem ullam exhibea-

tis; non per ea juretis, non eis immolata comedatis, nullum eis officium vel obsequium praestatis; non eis hostias, thus, vinum aut munera deferatis; non sitis eorum adules, curatores, iutores; non eorum laudes canatis, nec ea versu aut prosa celebretis. Magna ergo ubique custodia et circumspexione ab his se custodire sibi quae vere debebant fideles, ne inter tot idololatrarium ritus et caeremonias, aliquo modo eis consentiret et cooperari, itaque inquinari viderentur. Denique S. Joannes hisce verbis perstringit et redarguit haerem Elxai, qui sub finem vitae S. Joannis exortus, ubi ostendi vers. 7 et 8, inter alia docebat, « non esse peccatum, etiamsi simulacra ipsos adorare contingat persecutionis tempore insitante, si solum in conscientia non adoret, et si quid etiam consentiant ore, non autem in corde. Atque hujus rei testem adducere fraudulentum ille impostor non erubescit, Phineas sacerdotem quemdam de genere Levi et Aaron, et praei Phineas, qui in Babylone tempore captivitatis adoravit Daianam, et in Susis effugerit pernicionem mortis coram Dario rege. Quare omnia ipsius falsa sunt et vana, ait Epiphanius, « haeres. » 49. Addeque id hebraeo significari nomine *Elxai*: *Elxai* enim notat hypocrisis et hypocritam. « Imaginantur, inquit, hunc (*Elxai*) vocari virtutem obvelant, propterea quod *El* appelleret virtus, *Xai* vero obvelatum et occultatum, » quod sua dogmata perfide obvelaret et occultaret, juxta illud Priscilliani ejus sequentis: « Jura, perjura, secretum prodere noli, » teste S. Augustino, *haeres.* 70.

Claudet ultima S. Joannis verba et vota similis cycnaea vox, vita et mors illustrissimi et piensissimi Alexandri Cardinalis Ursini, qui hisce diebus, quibus haec cudentur, mundo maligno erutus, diem vite presentis clausit extremum, ut primum inchoet aviternae, Christoque suo fruatur in vita beata et aeterna: quem praemature sibi creptum licent Romani, et ego imprimis. Ille enim hujus scriptiois meae (aeque ac omnium honorum operum) erat inventor et promotor, adeoque septus ad Collegium ventitans convocabat me, ac de eis rebusque piis et litterariis per horas mecum et cum nostris pie, aeque ac erudite colloquebatur; ut jure paucis hic eidem ultima justa exsolvere, et lugenti calamo parentare debeam, simulque tam illustre virtutis exemplum transalpinis gentibus et futuris seculis celebrandum imitantumque transmittere: ut discant mortales, licet principes, ex hoc humane mortalitatis proscenio, mortem operes omnes et purpuras funestare, nihilque in rebus humanis esse solidum et stabile, nisi moribus honestos et sanctos, qui in omne aevum perennant. Familia erat nobilissimum. Ursina enim est e familiis Romae primis et principibus, quae in alias etiam regiones propagata, in illis principatum tenuit: Regum praecipuis affinitate juncta, tribus Summis Pontificibus, Purpuratorum plurimis, et strenuissimae bellorum ductus illus-

trata. At longe nobilior fuit sapientia et virtute, adeoque non tam familia ipsum, quam ipse familiarum decoravit et illustravit. S. Joannem candido, hilari et pudico vultu, gestibus, actibus, moribus referebat. Innocentiae, castitatis, modestiae, humilitatis, pudicitiae, charitatis, patientiae, mortificationis, penitentiae, contemptus sui et mundi, integritatis, magnanimitatis, beneficentiae, zeli, Cardinalibus, Praelatis, Principibus aeque ac Christianis omnibus, vivum erat exemplar et speculum. Christo Jesu, ejusque passioni et cruci, aeque ac Deiparae Virgini imprimis addictus ac devotus, quasi utriusque Benjaminus. Florenti erat aetate, sanguineus, succulentus, torosus, elegans, affabilis, eloquens, eruditus, ac simul candidissimi moris et pectoris, sine ullo oris cordisque dissidio, maturus, gravis, integer, constans: Joannem, hoc esse filium Charilium et gratiarum, dixisset. Magnis Ecclesiae gubernaculis magnanime perforatus, ad majora natus, nisi Deus eum ad maxima transulisset. Consummatus in brevi explevit tempora multa: placita enim Deo erat anima illius. Junior efflagitavit ingressum in Societate Jesu, idque ardentem et instantem. Verum repulsum passus, quod dictitaret eum ob certas dotes in saeculo plus Ecclesiam profuturum, acquievit, sed fuit, ut inter Aulicos et Principes vitam ageret religiosam, adeoque mores ejus intuentis religiosum censulset simul et principem. In juvenis, disciplinis, alicui, etiam Cardinalis creatus, erat assiduus, imo nimis. Congregationi Sodalium in Collegio romano erecta ascribi voluit, adeoque ad eam frequens, etiam tempore discipline ventitabat, ac publico in turba plebeiorum cum illis acriter se diverberabat, idque non raro ad sanguinem; quod perpetim faciebat in pervigiis B. Virginis, ut ei se suamque vitam suo sanguine offerret et consecraret. Hospitalia visebat, aegris serviebat, eisque cum elemosyna manu sua cibum porrigebat, quin et pedes abluebat. Quocirca tam illustri tantarum virtutum exemplo nonnullis haereticorum compunctos haerem ejurasse, seseque S. Ecclesiae Romanae reconciliasse constat. Atque interim gravitatem Principe et Cardinalis dignam praeferebat. Inter potentes magnificus, inter egenos munificus, in consiliis cautus et providus, in factis aeger et efficax. Zelo non tantum Praelatos, sed et Religiosos superabat. Brachiani, quod oppidum est Romae vicinum, sedesque Ducum Ursinorum, Sodalitatem et civibus sibi subditis aulicisque erekerat, iustarum ejus qua visitur in Collegio Romano, in qua ipse praefectum, bovicionatorem, disciplinam choragum ceterorumque pietatis officiorum antesignanum agebat. Ad peccatum nudum Christi et crucis pendens effugium gestabat senem, claviculari in ea extantibus carneum que pungentibus, qui proinde non raro illi sanguinem eliebat, ac indusium creuntabant, solebatque per vias, manu admota pectori (ut scriptis vidi), crucem arcibus illi apprimere, ut Chris-

tum crucifixum penitus illi majori amore aeque ac dolore imprimeret. Edidit Officium Passionis et Crucis, indicium tam elegantis ingenii, quam ardentis in eam pietatis et devotionis. Opus junctum (de quo subinde mecum egit) De Regno, omni eruditione repletum juris divini et humani adorna-verat, cujus vestigium per singulas partes et capita distributum reliquit, ex sacra primorum quatuor Regum historia singulis capitibus deserendi argumentum praefigens. Brachiani in colle quodam quasi in creta secessum, Passionis Christi mysteris insignitum (similem illi, quem B. Carolus Borromeus non longe a Mediolano crebro adibat), adornabat, ut per vias eo se receperet, totumque Christo et sibi vacaret. Ille et majora meditans mors immatura, ac non improvisa corripuit. Festo Assumptionis B. Virginis (quod hoc anno in sabbatum incidit) egrotare cepit, in Octava ejus finivit, et vivere desit. In pervigilio festi praeter ordinaria devotionis exercitia oblitus, exhortationem in Congregatione ad suos habuerat solito ardentiore, ac deinde de more cum suis, imo praesens acriter se diverberabat. Solebat enim, ut dixi, eo die sanguinem elicere, quem B. Virgini daret et dedicaret. Quare licet causa morbi diu fuerit collecta, quia substantiam membrorum bilis occupaverat, cum tamen candido vultu et praecantissimis moribus lecta, non appareret: ex hisce tamen laboribus et arduis, aliqua occasione morbidae materiae vehementius accendenda praerberi potuit, ut citius quam paraverat, febrem adduceret; quae leniri ad tempus medicamentis potuit, vici non potuit, quin septima die ipsum mortalibus subduceret. Solebat quotidie conscientiam confessione sacramentali expiare, ac deinde sacrificium Missae religiose celebrare, eaque de causa semper confessorium ad manum habebat. Sed ut morbum sensit, illico confessoriam (quem Romae et Societate nostra animae suae directorem delegerat) e Collegio Romano ad se evocavit, ac una Praefectum Congregationis: quibus advoletibus: ille, inquit, me deducet in Purgatorium, hic e Purgatorio ad Paradisum per suorum utilitatem ferventium Sodalium preces, vota ac voluntarias penas. Confessione peracta, sacram Synaxin suscepit prostratus in terram, illis reverentis et pietatis indicis, quae omnes intimo devotionis affectu perstringeret ac compungerent. Ingravescente morbo pie cum confessorio de morte colloctum, Deo vitam totumque se resignavit, dicens cum Apostolo: « Sive vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino vivimus; sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. » Addidit tamen, si sibi daretur optio mortis et vitae, se mortem praeculerum. Causam rogatus, dedit, ut citius, inquit, fruatur Deo: « Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum. » Veni ergo, Domine Jesu, veni, dilecte mi. Mox jussit sibi recitari psalmum: « Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! » concupiscit et desiderat anima mea in

atria Domini. » Desinans in mortem fratrem primogenitum, Ducem Braachiani sevocavit, ac remotis omnibus : Accepit, inquit, mi frater, ultima verba fratris tui migrantis et peregrinantis ad alteram vitam. Cetera a remotis audiri non potuerunt; verum ea non infantia, sed inflammantia fuisse, Ducis deinde acta gestaque monstrarunt. Præ ingenti fabricæ metu in phrenesim incidit, et tamen ad verbe pia apposite magnoque animi sensu respondebat : quia et sibi modico tempore redditus, ad ultimum agonem se obarmans, Extreme-unctionis sacramentum, pie ad singulas orationes respondendo, suscepit. In hoc oberrantis mentis delirio, nullum ei verbum indicens vel incoincunnum exiit : sed ex pristino pietatis habitu, omnia spiritus zelum propagandæ fidei, paciis et charitatis. Summus Pontifex pro suo in eum affectu et munificentiâ, eam et benedictionem per internum impertivit, pluraque alia ulbro et liberaliter indulguit. Agonem luctuque moriens nullam ostendit, sed perinde ac si senectute confectus foret, resolutis viribus placide pieque animam Creatori et redemptori suo resignavit, collyriamantibus præ devotione omnibus qui aderant. Vita functus est, annos natus circiter 33. que fuit ætas Christi Domini. Post mortem apertum a medicis corpus, ritè compositum apparuit, sed cor omni humore (utpote quem servida pietatis actibus exhauserat, vel exsudarat) vacuum, ac flava bilis per totum corpus dispersa ; quod malum incurabile mortem ei affulit. Cor Romani delatum, conditum est in sepulcro Cardinalis Bellarmini, utpote quem ille in vita ut patrem et ducem vite Christiane et sancte, coluit pariter et dilexit : nam cum eo et per eum exercitiis spiritualibus S. Ignatii, fundatoris Societatis Jesu, fuerat exaltatus, atque in eum quasi rerum sapientie, pietatis et virtutis exemplar, jugiter oculos mentemque intendeat. Hæc pauca e multis non tam tuo, quam posterorum commodo scripsi, Cardinalis illustrissimus. Tu enim humana despicis elogia, honoratus divinis. Defunctus mundo, vivis cælo ; sæculo mortuus, frateris Christo, quem a puero per omnem vitam tota mente dilexisti. Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem servasti ; nunc a justo Judice co-

ronam justitie tibi repositam percipis. Opera enim tua sequuntur te. Vixisti, non tempori, sed æternitati. Idecirco per montes æternitatis sequeris Agnum. Nunc saturaris, quia jejunans esurivisti, et letus decantis : « Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Domini virtutum. » O beata rerum commutatio ! luxisti et flevisi, ut semper rideres ; caducas et umbratiles hujus vite pompas, opes, dignitates sprevisi, hisque licet circumfluens, cor tamen nunquam addixisti, ut potirris celestibus, veris et perpetuis. Carnem afflixisti, ut infamantam Christo sisteres. Vestitus es cilicio, ut albis vestimentis ornareris, et jubilares : « Condidisti saccum meum, et circumdediti me lætitia. » Delicias sprevisi, ut in æternum pane angelorum vesceris, et dices : « Gustate et videte quoniam suavis est Dominus. » Primos sanctosque Ecclesie Romanæ Cardinales, pro Christo sanguine suo purpuratos, S. Laurentium, Cyricum, Largum, Smaragdum, etc., amulatos es, eorumque pietatem, fervorem, patientiam, constantiam, zelum moribus expressisti ; ac in sanguine Agni lavisti et rubricasti, imo dealbasti stolam carnis tue : idcirco nunc coronaris et accipis palmam, stolæque gloriæ amictus, et in celestis illorum senatu purpuratus consideris. Vivet tui nominis decus, vivet tue virtutis gloria, quamdiu sæculorum omnium vivet æternitas. Ex alto aspice nos in valle hæc lacrymarum, imo in mari hinc turbibus procelloso, cum tot internecinis piratis, æque ac fluctibus collectantes, ut Christo duce per stellam maris quasi cynosuram, B. Virginem inquam Desperam, salvæ anime mercibus incolumes enavigemus, et secundis gratiæ aspirantis ventis ad portum salutis appellamus. Impetra nobis ut scribendo, laborando, patiando, semper mortificationem Jesu in corpore nostro tecum circumferamus ; ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris, et in cælis Doctorum et Martyrum laurea doceamur et laureati Deo et Agno perenne melos canamus : Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus et fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum ; quia redemisti nos in sanguine tuo, et facti nos Deo nostrum regnum et sacerdotes, et regnabimus super terram. Amen. »

SANCTI JOANNIS

EPISTOLAM.

PROEMIUM.

Dubitaront olim nonnulli de auctoritate harum duarum sequentium Epistolarum, censueruntque eas esse Joannis non Apostoli, sed Presbyteri, eo quod initio vocet se seniorem, græcè *πρεσβυτερος* : ita refert Eusebius, lib. III *Histor.*, cap. ult., et S. Hieronymus, *De Script. Eccles.*, in Joanne, atque ita censet Erasmus et dubitat Cajetanus. Verum nunc de fide est utramque esse Canonicam Scripturam, scriptam a S. Joanne Apostolo. Id patet primo, ex definitione Concilii Tridentini, sess. IV, et Carthaginensis III, cap. XLVII, et Laodicensi, cap. LIX, et canon. 84 *Apostolorum*, S. Athanasio, *epist.* 39, recensente novæ Scripturæ libros, Nazianzeno in *carminibus De Libris S. Script.*

Secundo, ex Patribus, scilicet Irenæo, lib. III, cap. XIII; S. Augustino, lib. II *De Doctr. Christi*, cap. VIII; Damasceno, lib. IV *De Orthod. fide*, cap. XVII, Didymo, Clemente Alexandrino, Cœcumenio, Bedæ et aliis hinc. Idem censet Beza et hæretici moderni. Audi S. Hieronymum, *epist. ad Paulinum* : « Jacobus, Petrus, Joannes et Judas Apostoli septem Epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas et breves, pariter longas : breves in verbis, longas in sententiis, ut raris sit, qui non earum lectione contentat. » Alii vero in *epist. ad Evroym*, que est 83 : « Changit, inquit, tuba filius tonitru, quem Jesus amavit plurimum, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluentia potavit : Presbyter Electæ domine et filius ejus, quos diligo in veritate. » Hinc duarum harum Epistolarum sententias quasi sanctæ Scripturæ essent Tertullianus, *De Præscript.*, cap. XXXIII; S. Chrysostomus, hom. 19 in *Matth.*; S. Cyrillus, lib. VIII *De Adoratione in spiritu et veritate*; S. Ambrosius in *Psal.* XXXVI; S. Gregorius, XXXI *Moral.*, VII; S. Ephrem in *Interrogationibus et Responcionibus*; Rufinus, Idracius, Cassiodorus et alii, quos citat Jodocus, Coctius in *Thesoro Catholico*, lib. VI, art. 26. Syriacam versionem harum duarum Epistolarum ac S. Judæ, que desideratur in Bibliis

Complut., edidit noster Serrarius in Commentario earumdem.

Tertio, styli et rerum similitudo arguit has duas Epistolas ejusdem esse auctoris cujus est prima, puta S. Joannis Apostoli. Audi Baronium, anno Christi 99, cap. IX : « Certe, inquit, si quando ex facierum similitudine filios eodem parente gentes licuit iudicare, tres illas Epistolas verbis, sententiis, stylo, caractere, unam eandemque præ se ferentes imaginem, ab uno eodemque auctore esse conscriptas quivis facile poterit intelligere. In primis enim quod ad verba atque sententias spectat, in multis id contigit demonstrari ; ut cum ait in prima : Non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus ; in secunda item : Non tanquam mandatum novum scribens vobis, sed quod habuimus ab initio. Rursum in prima : Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet ; qui confitetur Filium, et Patrem habet. Et in secunda eandem plane his verbis sententiam reddit : Qui recedit et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet ; qui permanet in doctrina Christi, hic et Patrem et Filium habet. Quod item in prima : Omnis qui ex Deo natus est, peccatum non facit, in tertia habet eandem his verbis : Qui bene facit, ex Deo est ; et qui ex Deo natus est, peccatum non facit. Et quod in prima habet : Ut diligamus opere et veritate, idem in secunda et tertia de diligendo in veritate frequenter inculcat. Item in prima, hæc habet : Multi pseudoprophete exierunt in mundum : In hoc cognoscitur Spiritus Dei : Omnis spiritus qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est ; et omnis qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic Antichristus est ; in secunda hisdem pene verbis eandem reddens sententiam, ait : Multi seductores exierunt in mundum : Qui non confitetur Jesum venisse in carne, hic est seductor et Antichristus. Rursum in prima : Hæc est charitas ut mandata ejus custodiamus ; et in secunda : Hæc est charitas ut amulem

atria Domini. » Desinans in mortem fratrem primogenitum, Ducem Braachiani sevocavit, ac remotis omnibus : Accepit, inquit, mi frater, ultima verba fratris tui migrantis et peregrinantis ad alteram vitam. Caetera a remotis audiri non potuerunt; verum ea non infantia, sed inflammantia fuisse, Ducis deinde acta gestaque monstrarunt. Præ ingenti fabricæ metu in phrenesim incidit, et tamen ad verba pia apposite magnoque animi sensu respondebat : quia et sibi modico tempore redditus, ad ultimum agonem se obarmans, Extreme-unctionis sacramentum, pie ad singulas orationes respondendo, suscepit. In hoc oberrantis mentis delirio, nullum ei verbum indicens vel incoincunnum exiit; sed ex pristino pietatis habitu, omnia spiritus zelum propagandæ fidei, pacis et charitatis. Summus Pontifex pro suo in eum affectu et munificentiâ, eam et benedictionem per internum impertivit, pluraque alia ulbro et liberaliter indulxit. Agonem luctuque moriens nullam ostendit, sed perinde ac si senectute confectus foret, resolutis viribus placide pieque animam Creatori et redemptori suo resignavit, collyriamantibus præ devotione omnibus qui aderant. Vita functus est, annos natus circiter 33. que fuit ætas Christi Domini. Post mortem apertum a medicis corpus, ritè compositum apparuit, sed cor omni humore (utpote quem servida pietatis actibus exhauserat, vel exsudarat) vacuum, ac flava bilis per totum corpus dispersa; quod malum incurabile mortem ei affulit. Cor Romani delatum, conditum est in sepulcro Cardinalis Bellarmini, utpote quem ille in vita ut patrem et ducem vite Christiane et sancte, coluit pariter et dilexit: nam cum eo et per eum exercitiis spiritualibus S. Ignatii, fundatoris Societatis Jesu, fuerat exaltatus, atque in eum quasi rerum sapientie, pietatis et virtutis exemplar, jugiter oculos mentemque intendeat. Hæc pauca e multis non tam tuo, quam posterorum commodo scripsi, Cardinalis illustrissimus. Tu enim humana despicis elogia, honoratus divinis. Defunctus mundo, vivis cælo; sæculo mortuus, frateris Christo, quem a puero per omnem vitam tota mente dilexisti. Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem servasti; nunc a justo Judice co-

ronam justitie tibi repositam percipis. Opera enim tua sequuntur te. Vixisti, non tempori, sed æternitati. Idecirco per montes æternitatis sequeris Agnum. Nunc saturaris, quia jejunas esurivisti, et letus decantis : « Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Domini virtutum. » O beata rerum commutatio! luxisti et flevisi, ut semper rideres; caducas et umbratiles hujus vite pompas, opes, dignitates sprevisi, hisque licet circumfluens, cor tamen nunquam addixisti, ut potirris celestibus, veris et perpetuis. Carnem afflixisti, ut infamantam Christo sisteres. Vestitus es cilicio, ut albis vestimentis ornareris, et jubilares : « Condidisti saccum meum, et circumdediti me lætitia. » Delicias sprevisi, ut in æternum pane angelorum vesceris, et dices : « Gustate et videte quoniam suavis est Dominus. » Primos sanctosque Ecclesie Romanæ Cardinales, pro Christo sanguine suo purpuratos, S. Laurentium, Cyricum, Largum, Smaragdum, etc., amulatos es, eorumque pietatem, fervorem, patientiam, constantiam, zelum moribus expressisti; ac in sanguine Agni lavisti et rubricasti, imo dealbasti stolam carnis tue : idcirco nunc coronaris et accipis palmam, stolæque gloriæ amictus, et in celestis illorum senatu purpuratus consideris. Vivet tui nominis decus, vivet tue virtutis gloria, quamdiu sæculorum omnium vivet æternitas. Ex alto aspice nos in valle hæc lacrymarum, imo in mari hinc turbibus procelloso, cum tot internecinis piratis, æque ac fluctibus collectantes, ut Christo duce per stellam maris quasi cynosuram, B. Virginem inquam Desperam, salvæ anime mercibus incolumes enavigemus, et secundis gratiæ aspirantis ventis ad portum salutis appellamus. Impetra nobis ut scribendo, laborando, patiando, semper mortificationem Jesu in corpore nostro tecum circumferamus; ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris, et in cælis Doctorum et Martyrum laurea doceamur et laureati Deo et Agno perenne melos canamus : Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus et fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum; quia redemisti nos in sanguine tuo, et facti nos Deo nostrum regnum et sacerdotes, et regnabimus super terram. Amen.»

SANCTI JOANNIS

EPISTOLAM.

PROEMIUM.

Dubitarunt olim nonnulli de auctoritate harum duarum sequentium Epistolarum, censueruntque eas esse Joannis non Apostoli, sed Presbyteri, eo quod initio vocet se seniorem, græcè *πρεσβυτερος*: ita refert Eusebius, lib. III *Histor.*, cap. ult., et S. Hieronymus, *De Script. Eccles.*, in Joanne, atque ita censet Erasmus et dubitat Cajetanus. Verum nunc de fide est utramque esse Canonicam Scripturam, scriptam a S. Joanne Apostolo. Id patet primo, ex definitione Concilii Tridentini, sess. IV, et Carthaginensis III, cap. XLVII, et Laodiceni, cap. LIX, et canon. 84 *Apostolorum*, S. Athanasio, *epist.* 39, recensente novæ Scripturæ libros, Nazianzeno in *carminibus De Libris S. Script.*

Secundo, ex Patribus, scilicet Irenæo, lib. III, cap. XIII; S. Augustino, lib. II *De Doctr. Christi*, cap. VIII; Damasceno, lib. IV *De Orthod. fide*, cap. XVII, Didymo, Clemente Alexandrino, Cœcumenio, Bedæ et aliis hinc. Idem censet Beza et hæretici moderni. Audi S. Hieronymum, *epist. ad Paulinum* : « Jacobus, Petrus, Joannes et Judas Apostoli septem Epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas et breves, pariter longas : breves in verbis, longas in sententiis, ut raris sit, qui non earum lectione contentus. » Alii vero in *epist. ad Evroam*, que est 83 : « Changit, inquit, tuba filius tonitru, quem Jesus amavit plurimum, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluente potavit : Presbyter Electæ domine et filius ejus, quos diligo in veritate. » Hinc duarum harum Epistolarum sententias quasi sanctæ Scripturæ essent Tertullianus, *De Præscript.*, cap. XXXIII; S. Chrysostomus, hom. 19 in *Matth.*; S. Cyrillus, lib. VIII *De Adoratione in spiritu et veritate*; S. Ambrosius in *Psal.* XXXVI; S. Gregorius, XXXI *Moral.*, VII; S. Ephrem in *Interrogationibus et Responsonibus*; Rufinus, Idracius, Cassiodorus et alii, quos citat Jodocus, Coctius in *Thesoro Catholico*, lib. VI, art. 26. Syriacam versionem harum duarum Epistolarum ac S. Judæ, que desideratur in Bibliis

Complut., edidit noster Serrarius in Commentario earumdem.

Tertio, styli et rerum similitudo arguit has duas Epistolas ejusdem esse auctoris cujus est prima, puta S. Joannis Apostoli. Audi Baronium, anno Christi 99, cap. IX : « Certe, inquit, si quando ex facierum similitudine filios eodem parente gentes licuit iudicare, tres illas Epistolas verbis, sententiis, stylo, caractere, unam eandemque præ se ferentes imaginem, ab uno eodemque auctore esse conscriptas quivis facile poterit intelligere. In primis enim quod ad verba atque sententias spectat, in multis id contigit demonstrari; ut cum ait in prima : Non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus; in secunda item : Non tanquam mandatum novum scribens vobis, sed quod habuimus ab initio. Rursum in prima : Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet; qui confitetur Filium, et Patrem habet. Et in secunda eandem plane his verbis sententiam reddit : Qui recedit et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet; qui permanet in doctrina Christi, hic et Patrem et Filium habet. Quod item in prima : Omnis qui ex Deo natus est, peccatum non facit, in tertia habet eandem his verbis : Qui bene facit, ex Deo est; et qui ex Deo natus est, peccatum non facit. Et quod in prima habet : Ut diligamus opere et veritate, idem in secunda et tertia de diligendo in veritate frequenter inculcat. Item in prima, hæc habet : Multi pseudoprophete exierunt in mundum : In hoc cognoscitur Spiritus Dei : Omnis spiritus qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est; et omnis qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic Antichristus est; in secunda hisdem pene verbis eandem reddens sententiam, ait : Multi seductores exierunt in mundum : Qui non confitetur Jesum venisse in carne, hic est seductor et Antichristus. Rursum in prima : Hæc est charitas ut mandata ejus custodiamus; et in secunda : Hæc est charitas ut amulem

secundum mandata ejus. At quæ frequens in tribus illis Epistolis facta est charitatis, dilectionis, veritatis inculcatio, plane declarat in duabus illis Epistolis eandem quæ in prima genuinam elucere atque perspicue conspici Joannis imaginem. »

Ad objectionem respondeo, S. Joannem inscribere se « Presbyterum, » id est seniolem, tum quia illo aeo Presbyter et Episcopus pro eodem

usurpabantur, ut ostendi I Timoth. iv, 14, idemque docet S. Hieronymus, epist. 85 ad Eusebium; tum quia S. Joannes jam decrepatus et apostolatus dignitate et ætatis plenitudine, omnium Christianorum erat senior. Ultime enim Apostolorum vixit usque ad imperium Trajani, mortuus circiter anno ab incarnatione Christi 101, qui fuit et passione Christi 68: ita S. Hieronymus loco citato, et Baronius.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE

SYNOPSIS.

Argumentum Epistolæ est: Laudat Electam ejusque familiam a fide et charitate; hortatur ut in ea permaneat, idcirco caveat hæreses et hæreticos tum subnascentes, quasi Antichristos, adeo ut nec Ave eis dicat.

Serarius censet Epistolam hanc a Joanne scriptam esse Ephesi, indeque missam. Ephesi enim, utpote metropoli Asia, S. Joannes ab exilio reversus, jam senio penè confectus, residere solebat.

1. Senior Electæ: domina et natis ejus, quos ego diligo in veritate, et non ego solus, sed et omnes qui cognoverunt veritatem; quæ permanet in nobis, et nobiseum erit in æternum. 3. Sit vobiseum gratia, misericordia, pax a Deo Patre, et a Christo Jesu Filio Patris, in veritate et charitate. 4. Gavisus sum valde, quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus a Patre. 5. Et nunc rogo te, domina, non tanquam mandatum novum scribentibus tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. 6. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum mandata ejus. Hoc est enim mandatum, ut, quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis. 7. Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carnem, hic est seductor et Antichristus. 8. Videte vosmetipsos, ne perdatis, quæ operati estis; sed ut mercedem plenam accipiatis. 9. Omnis qui recedit, et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic et Patrem et Filium habet. 10. Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non offert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis. 11. Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus ejus malignis. 12. Plura habens vobis scribere, nolui per chartam et atramentum: spero enim me futurum apud vos, et os ad os loqui, ut gaudium vestrum plenum sit. 13. Salutant te filii sororis tuæ Electæ.

4. SENIOR. — *πρεσβύτερος*, id est Presbyter et senior, hoc est omnium senior; ponitur enim positivus pro comparativo et superlativo, quia S. Joannes omnibus Apostolis solus superstes, omnes Episcopos superabat ætate, æque ac dignitate. « Senior ergo, cui scilicet cynece suppeteret quædam gratia senectutis, » ait S. Ambrosius in Psalm. xxxvi, 25. Hinc senior idem est quod dominus, puta Prelatus, Episcopus, Apostolus. A Senior enim deducitur Ialium, Signore; Hispanum, Senior; Gallum, Seigneur; nam quod ea a Græco *κύριος* derivet Joachimus Perionius, tract. De Linguæ Gallicæ cum Græcæ cognatione, longius petitur et confortum videtur. Unde (Eusebius): « Joannes, inquit, Episcopum se esse nomine Presbyteri declarat. »

ELECTÆ. — Noster Serarius secutus (Eusebium) octo conjecturis probare contendit per Electam non significari certam personam et matronam, sed Ecclesiam aliquam Asiæ. Ecclesia enim electa est Dei sponsa, juxta illud Cantic. vi, 9: « Pulchra ut luna, electa ut sol; » et S. Petrus, epist. i, cap. v, vers. 13, Ecclesiam in Babylone vocat

colectam. Censet autem Serarius hanc Ecclesiam fuisse unam ex septem Asiæ, quas S. Joannes in stituerat, quasque monet et docet Apocal. cap. i et ii, aut certe fuisse Ecclesiam Corinthiensem, eo quod in ea degeret Caius hospes S. Pauli, ut coligitur Rom. xvi, 23: I Corinth. i, 14. Videtur enim legitur Rom. xvi, 23: I Corinth. i, 14. Videtur enim legitur Rom. xvi, 23: I Corinth. i, 14. Videtur enim legitur Rom. xvi, 23: I Corinth. i, 14. Videtur enim legitur Rom. xvi, 23: I Corinth. i, 14.

Verum, ut alia omittam, huic sententiæ obstant quod scribit S. Joannes, epist. iii ad Caium, 9: « Scripsissem forsitan Ecclesiam, sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrephes, non recipit nos; » quo significat se ad Ecclesiam in qua erat Caius, nullam scripsisse Epistolam. Rursum insolens est litteras ad Ecclesiam aliquam inscribere Electæ dominæ, præsertim cum multe, imo omnes Ecclesiæ sint electæ; litteræ enim certis perso-

nis, vel Ecclesis inscribende sunt, ne in incertum vacentur, vel ad alienos ad quos non pertinent, referantur: quare inscriptio distincta et clara sit oportet. Quocirca illi passim censent hanc scribi particularem matronam: hoc enim significat *Electa dominica*. Sed cur vocat eam *Electam*? Multi censent *Electa* esse nomen appellativum, non proprium. Idque vario sensu; primo, aliqui: *Electa*, inquit, quia est, fidei et Christianam; Christiani enim a Deo ex gentilitio vocati et selecti ad fidem, gratiam et gloriam, vocabantur *Electi*, juxta illud Christi: *« Ego elegi vos de mundo. »* Joann. xv, 19; et illud Pauli: *« Sicut elegi vos in ipso ante mundi constitutionem, ut essetis sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate. »* Ephes. i, 4, etc. *« Scipites, fratres dilecti a Deo, electionem vestram. »* 1 Thimothei. i, 4. Sic S. Petrus I epist. i, vers. 11, scribit *« electis advenis dispersionis Pontii, Galatie, »* etc. et cop. ii, vers. 4: *« Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. »* Sic Christus vocatur *« Dei electus, »* Lucae xxiii, 35; Ierem. xlii, 4 (1).

Secundo, alii censent hoc esse epithetum virtutis, quod *Electa*, id est, eximie, insigni sapientia et virtute praedita. Sic *Electa* i, 19, de sapientia dicitur: *« Cum electis feminis graditur. »*

Tertio, alii censent S. Joannem habuisse revelationem de hac matrona, quod a Deo posita esset in numero presbiteriarum et electorum, hocque significare nomine *Electa*. Sed quis credat S. Joannem, si revelationem hanc habuit, illam non solum ei, sed et toti mundo patefacere voluisse.

Verum alii melius censent *Electa* esse nomen proprium, vel certe appropriatum. Epistole enim solent inscribi personis certis, nominando eas proprio nomine, ne vagae sint, vel ad alienos referantur. Hinc et *« Electa »*, id est *Electa*, nullum habet articulum, quasi nomen proprium. Si enim esset appellativum, dicendum fuisset cum articulo *« Electa »*, ut dicit vers. ult.

Hinc rursum *« Electa »* passim majuscula littera scribitur, quasi proprium; sicut enim multi fideles nomina appellativa sibi imponendo fecerunt propria, ut vocentur *Justus, Iusta, Fortunatus, Felix, Christianus, Christiana, Christina, Pretiosus, Exuperius, Exuperantilla, etc.* Ita et haec vocata fuit *Electa*, esto *electus* esset cognomen commune omnibus Christianis. Dixi esse hoc nomen vel proprium, vel appropriatum, quia fieri potuit ut fideles hoc nomen ob eximiam virtutem et probitatem et appropriarent, praesertim quia filias instruebat in cultu virginitalis, et familiam habebat religiosam, uti mox ostendam, sicut Marthae viros eminentes in sua secta vocabant *Electos*, teste S. Augustino *Pe Haresibus*, haeresi 40. Sic ergo *« Electa »* idem est quod *eximie*, et nobilitate et virtute praestanti, ut respondeat Hebraeo

(1) Ita Hansberg. op. cit.

בְּחִירָה *bechira*, id est *electa, eximia*. Sic Paulus vocat se segregatum et selectum ad Apostolatam, Rom. i, 1; Galat. i, 15, et Rom. xvi, 13. Rursum vocat, *« electum in Domino. »*

Rursum fieri potuit, ut haec matrona ob nobilitatem, potentiam, charitatem et virtutem electa fuerit in praesidem et praefectam caeterarum mulierum Christianarum, praesertim pauperum, ut eas in fide et Christianismo instrueret, utque earum necessitati eleemosynas procurando subveniret. Addit Lyranus eam ministros Ecclesiae sustentasse. Erat ergo quasi mater et refugium fidelium, uti Romae fuerunt S. Praxedis et soror ejus S. Potentiana, in persecutione Antonini Imperatoris. Sicut enim Apostoli ad hoc minus elegerant Stephanum et ceteros sex diaconos, Act. vi, 5: ita pro feminis postmodum Episcopi ad hoc elegerunt Diaconissas; et sicut Diaconi praefecti eleemosynis vocabantur *Electi*: ita Diaconissae vocabantur *Electae*, scilicet ad gradum et munus diaconiae; sic enim Episcopi suffragiis creati vocantur *Electi*, antequam consecrentur. Favet primo, quia si *« Electa »* esset nomen inere proprium, potius dicendum fuisset: *« Senior domum Electa, »* quam *« Senior Electa domum. »*

Favet secundo, quod Interpres eam non vocet *Electam*, uti vocatur graece, sed latino *« Electam »*; interpretatur enim nomen Graecum quasi appellativum, sed appropriatum ratione dignitatis et officii. Rursum favet Lucius Dexter in *Chronico*, qui hanc matronam proprio nomine vocatam ait Drusiam. Sic enim ait: *« Anno Christi 100, Flavia Domilla patitur; S. Dionysius scribit librum De Divinis Nominibus. Anno Christi 103, S. Joannes scripserat ad Drusiam feminam Electam secundam Epistolam, quae velut Ecclesiae illius civilis parens, mira largitione et charitate tunc florebat. »* Sic et Espenaeus ait hanc Electam vocatam fuisse Drusianam, eamque fuisse hospitam S. Joannis. Denique Clemens Alexandrinus hic, et ex eo Glossa et Thomas Anglicus: *« Societas Joannis Epistola, scripta vero est ad quandam Babyloniam Electam dominam, »* sicut ipsa scripta est ad Parthos; Parthi enim comprehendunt Babylonios. Sic Josue vocatur *Electus Num. xi, 28*; et Moses *Psalm. cv, 23*; et Saul *I Reg. ix, 2*; et David *III Reg. vii, 16*. Magis congrua femina aliqua singularis virtutis vocatur *Electa*, aequae ac vocatur *Margarita*.

IOANNE. — Hinc patet hanc Electam fuisseobilem, primariam et potentem matronam, ad quam prolatae, licet feminam, praeter morem scribit S. Joannes, ut eam et per eam ceteros in fide confirmet, ne ab Ebione, Cerintho et Gnosticis seducatur. Videtur enim hi haeserit se in domum hujus domum et animum insinuasse, ut eam et per eam ceteros sua haeresi influeret: sicut reliquos haereticos suas haereses per feminas

propagasse, docet S. Hieronymus, epist. ad *Ctesiphontem*. Hoc insinuat S. Joannes, vers. 10, ubi severe jubet, ne Avo eis dicat, nec in domum recipiat (1).

Abiit ad Hebraeam paranomasiam perpulchram, quae sic habet: *בְּחִירָה נְבִיאָה לְבִרְתָּא גְבִירָה* *bechira naviat libchira gvirat*, id est *Electa dominica*. Simili modo S. Hieronymus nobiles matronas Romanas et verbis et scriptis erudiendo, non illas solum, sed per illas magnam partem nobilitatis Romanae ad perfectionem Christianam instruxit, adeoque in suam Bethlehem ad monasterium S. Paulae et Eustochii pertraxit. Id ipse respondet pium hoc suum cum feminis commercium extumiantibus, epist. 140 ad *Priscipiam*: *« Si viri, inquit, de Scripturis quaerent, mulieribus non loquerer. Si Baruch ire ad prellum voluisset, Debora devictis hostibus non triumphasset. Jeremias carere clauditur, et quia perituros Israel virum non recuperat prophetantem, Oida eis mulier suscitatur. Sacerdotes et Pharisei crucifigunt Filium Dei, et Maria Magdalena plorat ad crucem, unguenta parat, quae in tumultu hortulanum interrogat, Dominam recognoscit, pergit ad Apostolos, repertum nuntiatur; illi dubitant, ista confidit. Vere *מִצְרַיִם*, vere turris candoris et Libani quae prospicit ad faciem Damasci, sanguinem videlicet Salvatoris ad facti penitentiam provocantem. Defecerant Sara mulierbra, et idem Abraham ei subiecit, et dicitur ad eum: Omnia quae tibi dicit Sara, audi vocem ejus. »* Verum ipsam non collibet est imitandum, ne plane junioribus fugiendum, ne pro charitate supponat carnalitates, aut certe ejus suspicio et periculum, ut ex fumo flamma sequatur. Vide S. Cyprianum, *De Singulari Clerico*.

ET NATIS EJUS. — Hosce Electae filios vel filias virgines fuisse testatur Clemens Alexandrinus, qui ait hanc Epistolam scriptam ad virgines, unde et a Joanne virgine dilecte officioso hic salutatur. Videtur ergo Electa filias educasse et promovisse ad virginitalitatem et sanctimoniam, ut domus ejus videretur esse parthenon, sive monasterium virginum, uti fuit domus et aula S. Pulcheriae, filiae Theodosii et imperatricis, de qua vide *Autum sanetam* nostri Raderi. Sic vero S. Joannis Philippus Diaconus quatuor filias virgines Deo obtulit Act. xxi, 9; S. Mathias Iphigeniam, S. Clemens Flavianum Domitillam et socias. Hinc illa virginitalis et virginum primaevarum encomia apud Philonem *De Vita contempl.*, ubi narrat rura de Esaurorum continentis sub S. Marco; ac apud S. Dionysium, *De Eccles. Hierarch.*, cap. vi, part. II; apud

(1) Multis, haud improbabilius, *ελεγε* est nomen feminae proprium. In Gruteri *Inscriptionibus*, nec raro in *Martyrologio* occurrit nomen Graecum *Kopia*; in Gori *Inscriptio* nomen Latinum *Cyria*; in libris aliis multis, *Cyrella*. Nec inepta est Carpovii conjectura, quomodo nomen syriacum *ܩܘܪܬܐ* *Martha* sit idem quod *Kopia*, intelligi posse Lazari et Mariae sororem, amicum Jesu et Joannis.

S. Ignatium, epist. ad *Antiochenos* et ad *Tarsenses*; imo apud S. Paulum *I Corinth.* vii, 37, et Christum *Matth.* xix, 12.

QUOS EGO DILIGO IN VERITATE, — vero scilicet, sincero, casto, christiano, efficaci et opereoso amore. *« In veritate »* ergo est idem quod in Christiana charitate; unde Dionysius Carthusianus ex hoc loco colligit S. Joannem Dei instinctu cognovisse se esse in Dei gratia et charitate perfecta: quod utique verum esse credo, sed id ex hoc loco evinci nequit. Denique *« in veritate »*, id est, in Evangelica lege et doctrina, quae soli est lex veritatis veroque charitatis. Porro Hugo *« in veritate, »* ait, hoc est, *« in Domino, »* qui est veritas; unde et subdit:

ET NON EGO SOLUS, SED ET OMNES QUI COGNOVERUNT VERITATEM. — *« Communis hic amor suspicionem movet amoris privati, et majorem facit auctoritatem, »* ait Glossa interlinearis. Sensus est, *« q. d. Omnes Christiani qui cognoverunt veritatem, puta verum Deum, verum Christum, veram fidem et legem, veram virtutem, veram puritatem et sanctimoniam, hi eos amant, quia vident eos excellere in veritate, id est, vera puraque fide, castitate et virtute Christi. »*

2. PROPTER VERITATEM QUAE PERMANET IN NOBIS, ET NOBISCUM ERIT IN AETERNUM. — Refert hinc ad *diligo in veritate*, non ad *cognoverunt, q. d. Diligo eos in veritate, quia ipsi constanter adherent veritati, id est, verae fidei, castitati et charitati Evangelicae, quae permanet in nobis per omnem hanc vitam, et permanet per omnem vitam futuram et aeternam in gloria caelesti. Per *veritatem* ergo accipit veram fidem, verum Evangelium, veram doctrinam, quae permanet et permanebit inviolata, firma et stabilis per omnem aeternitatem. Secundo, *« Commemorat per veritatem accipit veram, id est, firmam, stabilem, semperque sui similem charitatem, ne scilicet facile refrigeretur, extinguatur aut mutetur. Sic et Dionysius Carthusianus per veritatem accipit veram charitatem, quae Electa cum natis subveniebat necessitatibus fidelium, ideoque eam a Joanne tantopere fuisse dilectam asseverat. Videtur enim aludere S. Joannes ad illud *epist. i, cap. iii, vers. 18*: *« Filii, non diligamus verbo neque lingua; sed opere et veritate. »* Veritas ergo est effectus estque vera charitas, quam sequitur chara aeternitas et aeterna felicitas. Sensus est, quia dicit: Diligo eos propter veritatem, quia scilicet vivunt secundum veritatem Evangelii, illi quasi normae vivendi mores omnes conformant, illam actibus suis expriment. Tertio, nonnulli per *veritatem* accipiunt Christum; ipse enim est via, veritas et vita. Rursum ipse est parens, praeco et obiectum Evangelii, sive veritatis Evangelicae: qui enim Evangelium dicit, Christum dicit, *q. d. Diligo vos propter Christum, qui in nobis per fidem et amorem manet, et manebit per fruitionem in aeternum. »***

3. SIT VOBISCOM GRATIA, MISERICORDIA, PAX. — De hac salutatione dixi initio epistolae S. Pauli ad Titum, ad Romanos, ad Corinth., etc. Addit « misericordiam, » vel, ut Syrus, *miserationes gratiae*, ut per eam misericordiam quam a Deo per Christum perceperunt, et in diis percipiebant, instigat Electam et natos ad similem misericordiam exhibendam proximis, puta Christianis pauperibus, eorum egestati succurrendo; omnes enim, quantumvis sancti, miseri sunt et infirmi, ac saepe vel labuntur, vel in periculo sunt labendi: egent enim misericordia Dei assidue, ut lapsi resurgant, lapsuri sustententur et confirmantur.

A DEO PATRE ET A CHRISTO IESU FILIO PATRIS. — Sub his duabus personis intelligit tertiam, scilicet Spiritum Sanctum; huius enim necessarium principium spiritalium suat Pater et Filius: ita Lyranus.

IN VERITATE ET CHARITATE. — Subaudi, ut perseveretis, vel, ut crescat, q. d. Sit vobis gratia, etc., ut crescat et proficiat assidue in charitate et veritate, hoc est, vera Dei bonorumque divinarum et coelestium cognitione, sapore et gustu. Aliter Hugo et Cajetanus. Referunt enim haec ad rō *Filio*, q. d. Filius est dilectus Patris, sive diligenti a Patre in charitate et veritate. Aut, q. d. Filius pro ea veritate et charitate quam attulit in mundum, quaerit vos et fideles suos prosequitur, det vobis gratiam et pacem.

Aliter quoque Catharinus, q. d. Gratia, misericordia et pax, quam vobis approper, consistit in veritate, hoc est, in vera doctrina et fide ac charitate, quia invicem sincero propter Deum diligatis. In his enim duobus consistit perfectio Christiani et Christianismi. Hic sensus valde appositus est, aequae ac facilis et obvis: nihil enim subaudit, nihil supplet. Porro veritas mentem illuminat, charitas voluntatem inflammat; quocirca non aliud pene, quam haec duo, hisse Epistolae inculcat S. Joannes.

Symbolice Lyranus: « in charitate, » inquit, id est, in Spiritu Sancto; huius enim appropriatur amor et charitas.

Porro artificiose S. Joannes hac salutatione quasi prologo insinuat, et summam complectitur totius Epistolae argumentum. Deinceps enim commendat charitatem, ut diligamus invicem usque ad vers. 7; inde usque ad finem inculcat veritatem Evangelicam, ut in ea persistant, nec haereticis autem vel linguam commodent, imo nec Ave dicant.

4. GAVISUS SUM VALDE, QUONIAM INVENI DE FILIIS VOSTRIS. — hoc est, filios tuos (1). Est hebraismus. Similis est Psal. cxxi, vers. 16: « Dabitur ei de auro (id est, aurum) Arabis, et adorabunt de ipso, » id est, ipsum; cf. *Isaia* II, 3: « Doccebit vos de visis suis, » id est, vias suas.

(1) Rectius, nonnulli libere tunc, qui, ut credibile est, Epistolam venerunt negotiorum causa.

Videtur Electa plures habuisse filios, vel ex his nepotes. Hi enim filiorum nomine censentur; nonnulli filios intelligunt non carnis, sed spiritus, quos scilicet Electa in pietate et virtute alit et promovebat; sed prius quod dixi, est genuinum.

AMBULANTES IN VERITATE, — vitam instituentes ad normam Evangelii. Nota: Non dicit stantes, nec sedentes, sed ambulantes, ut significet eos in dies proficisse in moribus Christianis et vivere de virtute in virtutem, eosque in hoc nobis imitandos proponat. « Quantum enim quis in virtute operatur, ait (Ecumenius), tantum ulterius progreditur, habitumque honesti perfectione sibi comparat, quippe cum infinita et nunquam deficiens virtutis via sit. » Similium ad ambulandum dat S. Ambrosius: « Tempus, inquit, tum ambulat, et tu dormis? » q. d. Grandis tibi a terra in caelum empyreum restat via, multorum millionum miliarium est iter, tempus ambulandi tibi breve est et velox; ambulat enim, imo volat: quare ergo cum ambulante, imo volante tempore non ambulas et volas in caelum? Vidit hoc per umbram Seneca, *epist.* 73, ubi ait: « Omnia alia negligenda esse, ut hinc assidueamus, cui nullum temporis spatium satis magnum est, etiamsi a pueritia usque ad longissimos humani aevi terminos vita protendatur. » Quocirca idem, *De Vita beata*, cap. xvii, monet « quotidie aliquid ex vitis demendum, erroresque suos oburgandos. »

SICUT MANDATUM ACCIPIENS A PATRE. — Patrem potius nominat quam Filium, quia patris est mandare filiis, juxta illud *Malact.* I, 6: « Filius honorat patrem, et servus dominum suum. Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? » Porro Pater mandavit per Filium, quem ideo misit in mundum, juxta illud Christi, *Joan.* xv, vers. 43: « Omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. » Alii per Patrem accipiunt Christum; qui est « Pater futuri saeculi, » *Isaia* VIII, 9: pro quo Galatinus, lib. III *De Aycan. cath.*, cap. xix, legit: « Pater sempiternus; » quique ait: « Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus, » *Isaia* VIII, 18. Ita Lyranus, Hugo et Thomas Anglicus. Sed prior sensus simplicior est; nam paulo ante S. Joannes Christum a Patre distinguit.

5. ET NUNC ROGO TE, DOMINA. — Refert haec ad finem versus: « Ut diligamus alterutrum; » ibi enim sententia pendens expletur, q. d. Rogo te, domina, ut te et tuos exerceas in dilectione mutua; hoc enim dilectionis mandatum non est recens et novum, sed ab initio Evangelii et Christianismi a Christo, me, ceterisque Apostolis promulgatum et assidue commendatum. Nota modestiam S. Joannis Praelatis imitandam, qua dicit: « Rogo te, domina, » cum potuisset dicere: « Manda tibi, o filia; » de qua vide S. Gregorium, lib. XIII *Moral.*, cap. III; S. Bernardum,

serm. 23 in *Cont.*, et S. Bonaventura *De Seco alis Scrophim*, cap. xv, v. VII. De mandato dilectionis novo et veteri dixi *epist.* I, cap. II, vers. 7.

6. ET HEC EST CHARITAS UT AMBULEMUS SECUNDUM MANDATA EIUS. — Graeca et Syrus, *mandatum ejus*, puta dilectionis, jam dictum, q. d. In hoc consistit, in hoc consistit charitas, nimirum in observatione mandatorum Dei. Haec enim mandata non sunt aliud, quam mandata charitatis et dilectionis, tum Dei, uti sunt tria prima Decalogi, tum proximi, quod jam incoleavi et incoleo, uti sunt septem ultima Decalogi.

HOC EST ENIM MANDATUM (scilicet charitatis et dilectionis jam dictum), et saepius, imo semper a me incoleatum), UT QUEMADMODUM AUDISTIS AD INITIO, IN BO ANGELETIS, — nimirum in veritate et charitate Evangelica assidue progrediamini, crescendo et proficendo in fide et dilectione Dei et proximi, quae initio predicationis meae vobis incoleavi, nec ab his a quoquam ullo modo vos abducui patiamini.

7. QUONIAM MULTI SEDUCTORES EXIERTUNT IN MUNDO. — Transit ad alterum Epistolae caput, scilicet a charitate ad veritatem Evangelicam; haec enim virtutes sunt individuae comites et sorores: veritas enim Evangelii docet et parit charitatem. Porro « quoniam dat causam dicituram vers. praeced., q. d. Dixi ut in mandato veritatis et charitatis Evangelii, quod ab initio vobis tradidi, constanter ambulatis, id est, maneat et proficiatis; quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui hanc veritatem, et consequenter charitatem Christianam evertere et vobis eripere conantur; a quibus proinde quasi lupis, imo Antichristis, cavere debetis: ipsi enim a Christo et Christianorum unione, ad sua satanica conventicula vos seducere satagunt: ita (Ecumenius).

VENISSE. — Graeco *ἔγγιστος*, hoc est *vicinior*, id est, ut Tigurina, *venturum*, scilicet ab olim, a tempore Prophetarum, qui sum venturum praedixerunt. Melius Noster vertit, *venisse*: jam enim venerat Christus, nisi quis cum Cajetano referat ad futurum in judicio Christi adventum; hunc enim negabant haeretici filius evi, uti dixi II Petri II, 4.

HIC EST SEDUCTOR ET ANTICHRISTUS. — q. d. Quisquis ita sentit, quisquis ita docet, scilicet Christum non venisse in carnem, nec esse incarnatum, hic est impostor, imo Antichristus. Repetit et inculcat dicta *epist.* I, cap. IV, vers. 3.

8. VIDETE VOSMETIPROS. — Vatablus, intueamini, scrutamini, examinate « vos ipsos; » Tigurina, « cavete vobis ipsis, » Syrus apud Serarium, « custodite vos in anima vestra. » Praclare Philo Carpathius in cap. ult. *Cantic.*: « Nihil, ait, est utilius, nihil laudabilius, nihil sanctius, quam in se descendere, sequi et vitam propriam et proximi, cum possis, ad honestatem collimare. »

NE PERDITIS QUE OPERATI ESTIS. — Graeca haec legunt in prima persona, *Ne perdatis quae operati estis*.

id est, ne perdamus q. d. operati sumus, q. d. Ne incassum vobis praedixerim, quod sane fieret, si sinceris vos ab haereticis a veritate et charitate Christiana ad haerem tradidi: tam enim ego quam vos omnia: pristinam laborem perderemus. Porro, ut vetus dictum habet: « Nulla maior infelicitas est, quam meminisse se aliquid fuisse felicem. »

SED UT MERCEDEM PLENAM ACCIPIATIS. — Haec enim vobis afferret in fide et charitate Christi constantia ac perseverantia; haec enim tam praeteritorum, quam praesentium et futurorum bonorum operum integram, adaequatam plenamque mercedem promeretur et reipsa afferret. Rursum « plenam, » id est, copiosam et abundantem, ut alibi ostendit. Qui enim apostolat, est postea punitate, semiplenam et dimidiatam duntaxat mercedem recipit, quia omnia tempus et omnia opera quae in apostasia gessit, perdidit. Graeca rursus habent in praesenti *ἀποδοῦναι*, hoc est, ut plenam mercedem accipiatis; plena enim Apostoli et doctoris est merces, cum operum suorum fructum videt in discipulis; comque non tantum in se, sed et in discipulis suis remunerationem accipiens, honorator et coronatur. Unde S. Paulus ait, *Philippens.* IV, 1: « Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea, sic stite in Domino, charissimi; » et *Thessalonicensibus*, epistola I, cap. II, vers. 19: « Quo est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu ejus? vos enim estis gloria nostra et gaudium. »

9. OMNIS QUI RECEDIT. — Perperam Lyranus et Hugo legunt *praeced.*, q. d. Qui prius bene incedit, sed postea male ambulat et recedit, perperam, inquam; Graece enim est *ἀποστῆναι*, id est, qui *transgreditur*, violat, recedit; Syrus, qui *transit et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet amicum*, patrem, tutorem, provisorem per fidem, spem et charitatem.

QUI PERMANET IN DOCTRINA, HIC ET PATREM ET FRATREM HABET, — ac consequenter Spiritum Sanctum, qui est amor et nexus Patris et Filii. Talis ergo est templum SS. Trinitatis, uti docet Christus, *Joan.* XIV, 23; et Paulus; *1 Corinth.* v, 19. Repetit et inculcat S. Joannes ea quae scripsit *epist.* I, cap. II, vers. 24. Vide ibi dicta.

10. SI QUIS VENIT AD VOS, ET HANC DOCTRINAM NON AFFERT, NOLITE ACCIPERE EUM IN DOMUM, NEC AVE EI DICERITIS. — Non tantum consultit S. Joannes, uti aliqui opinantur, sed et praecipit, ut Electa et quivis fidelis haereticum, qui « hanc doctrinam non affert, » id est, qui aliam, et Christo fidei quae orthodoxam contrariam doctrinam affert (est iniquis), hospitio non accipiat, nec Ave ei dicat; loquitur enim proprie de haereticis dogmatistis, qui in domos matronarum nobilium et potentium irrepant, ut haereticas suas ocellas docerent et spargerent. Unde causam precepti subdit, dicens:

« Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus ejus malignis; » quia scilicet salutando hereticum dogmatistam, videtur dogmati et heresi ejus favere et applaudere, illudque fovere et promoveri sua auctoritate, favore, hospitio, facultibus. Sicut enim qui furem artem furandi excoerentem domo exipit, censetur ejus furis cooperari, ac poinde juxta leges quasi furum receptator punitur, quia furi dat receptaculum et latrobras. Et qui meretrici ut meretricet elocet domum, censetur cooperari ejus meretricio, ait Navarrus in *Manuale*, cap. xvii, num. 108. Sic qui hereticum venientem in urbem ut in ea dogmatizet, haeresimque spargat, hospitio exipit, censetur ejus doctrinae et haeresis propagationi cooperari. Vetat hic S. Joannes omne colloquium, omne commercium, omne commercium cum hereticis: hoc enim est plus quam « Ave. »

Nota: non tantum jure humano et canonico, quod post S. Joannem ediderunt Pontifices et Concilia, sed et jure divino ac naturae fugiendi sunt heretici tribus casibus. *Primus* est, cum est periculum ne tu vel tui ab eis pervertantur, quod ordinatio subesse solet. « Nam sermo eorum ut cancer serpi, » ait S. Paulus, II *Timoth.* II, 17.

Secundus, cum suscipiendo eum, videris ejus heresi favere, etiamque facile proferri aut adjuvare. v. g. si Ministri Calvinianum cogitant domo et mensa excubis, qui ea de causa venit, ut haeresim suam propaget; si ejus concioni et coenae Eucharisticae intersis; si ei in sacris et Sacramentis communices.

Tertius, cum scandalum alii creas, ut ipsi putent te haeresis et hereticorum hospitem et patrem, utque ipsi ad idem faciendum tuo exemplo incitentur.

Hic casibus exceptis, jure divino et naturae non velat communicatio cum hereticis, praesertim si necessitas, pietas aut gravis utilitas eam suadeat.

Porro S. Joannes, quod hic docuit verbo, monstravit exemplo. Ingressus enim balneum, mox ut in eo Cerinthum conspexit, ex eo se proripuit, dicens suis: « Fugiamus octus, ne balneum in quo est Cerinthus, veritatis adversarius, extemplo corrumpat, » uti refert Irenaeus, lib. III, cap. III, et Eusebius, lib. III, cap. xiii; additque S. Hieronymus, dialog. *Contra Luciferum*, post S. Joannis abitum illico Cerinthum cum sociis balneo ruente fuisse oppressum. S. Joannes ergo uti ingenti amore prosequitur Christum Christique fidem, ita immundo odio versabatur hereticos, juratos Christi et fidei hostes.

S. Joannem magistrum secutus S. Polyarpus discipulum, ad huc S. Joannis verba alludens, epistol. ad *Philippens.*: « Abstinentes, ait, a scandalis et a falsis fratribus, qui in vanum portant nomen Domini, qui oberrare faciunt inanes homines: omnis enim qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse, hic Antichristus est; et

qui non confitetur mysterium crucis, ex diabolo est; et qui detorserit eloquia Domini ad propria desideria, et dixerit neque resurrectionem, neque judicium esse, hic primogenitus Satanae est. Propter quod relinquentes vanitates multorum et falsas doctrinas, ad illud quod traditum est nobis a principio verbum revertamur. » Ita scripsit S. Polyarpus, ita et fecit; occurrens enim Marcioni heretico, ab eo rogatus num se agnosceret? « Agnosco, ait, he primogenitum diaboli, » uti ex Irenaeo Eusebius, lib. IV *Histor.*, cap. xiii.

Sic et S. Ignatius, aequo S. Joannis discipulus, epistola ad *Trallianos*: « Fugite, ait, impius, et Deum abnegantes haereses; diaboli enim sunt adinventiones, serpentis malorum auctoris, qui per mulierem seduxit Adam. » Similia habet S. Clemens Romanus, lib. VI *Const. Apostol.*, cap. xviii; S. Martinus, epistol. ad *Tolosanos*; S. Irenaeus, lib. III, cap. III; S. Hilarius, lib. *Contra Auxentium*; S. Cyrillus, *De Lapsis*; S. Hieronymus, epistol. ad *Demetrium*; S. Chrysostomus, homil. *De fide, spe et caritate*; S. Bernardus, serm. 86 in *Canite*.

Sic S. Hermenogildus jussu patris Leovicildi, regis Gothorum, occisus est, quod noluisse in Paschale ab Episcopo Ariano Eucharistiam suscipere, uti refert S. Gregorius, lib. III *Dialog.*, cap. xxxi; eaque de causa eum ut martyrem colit Ecclesia.

Joannes Moschus in *Prato Spirit.*, cap. XI, narrat Cosmum Abbatem sanctum, sepulchrum in eodem sepulchro in quo humatus erat hereticus Episcopus, singulis noctibus auditum habere vocem dare: « Noli me tangere, heretice, et ne appropinquas mihi, inimice sanctae Dei Catholicae Ecclesiae. » Et cap. cxxxvii, narrat Monachum habitantem in cella Evagrii heretici, in eadem seipsum injecto fune strangulasse. Id ei praedixerat Abbas, dicens: « Fili, diemnon aberrimus illic habitat, qui non permittit aliquem illi commorari. »

Eusebius Vercellensis captus ab Arianis malebat fame mori, quam ab Arianis cibum sumere, uti habet ejus Vita.

Liberius Pontifex rejevit munera, quae Eusebius, Constantii Imperatoris Ariani legatus, offerbat S. Petro, teste S. Athanasio, epistol. ad *Solitarios*.

Quam civis Samosatensis execrati sint Enoimium haereticum, adeo ut pueri indentes pila, cum illa casu mulam Enoimii tetigisset, in insu pergere noluerint, nisi illam quasi hoc tactu contaminatam, prius trajiciendo per flammam explesset, narrat Theodoritus, lib. IV *Histor.*, cap. xii, et Baronius, anno Christi 370. Similia de Alexandrinis suis Arianos aversantibus habet S. Athanasius, epistol. ad *Solitarios*.

S. Paphnutius Maximum Hierosolymae Episcopum ex simplicitate inter hereticos versantem, manu educens: « Non patiar, inquit, Episcopum adeo venerandum in cathedra pestilentiae sedere, et cum impuris hereticis ne verbo quidem communicare. » Testis Sozomenes, lib. II, cap. xxx.

S. Antonius jam moriturus, teste S. Athanasio in ejus Vita, suis discipulis severe edixit: « Hereticorum et schismaticorum venena vitare, neumeque circa eos odium sectamini; scitis ipsi quod nullus mihi pacificus sermo cum eis unquam fuerit. »

S. Martinus communicans cum Episcopis Ithacensis sectae spe salutis eorum, monitus fuit ab angelo, ponitensque licet, Jemiceps tamen sensit detrimentum virtutis, ut tot miracula non patret, quot ante solebat, teste Sulpitio, lib. III *Diol.*

Multo magis cavendi sunt hereticorum libri; illi enim pestilentes occulte haeresim suam, quasi pestem, specie elegantiae et sapientiae animis legentium instillant. Hoc saeculo haeresis Lutheri et Calvinii, per tot regna sparsa est per libros eorum; si eam vis tollere, tolle eorum libros et Ministros; illico eam sustuleris, si pios et doctos sacerdotes et praedicatoris eis substituas. Quocirca Constantinus Magnus sub poena mortis jussit libros Arianorum exuri: ita *Tripert.*, lib. I, cap. xv. Idem sub eadem poena de libris Eunomianorum sanxit Theodosius, *Cod. Theod.* lib. XVI, leg. 16. Sic Manicheorum libros cremari jussit S. Leo, teste S. Prospero in *Chronico*. A libris Wiclefii Bohemae invecum esse haeresim Hussiticam, quae usque ad haec tempora duravit, testis est Eneas Sylvius, *De Origin. Bohem.*, cap. xxxvii. Joannes Moschus, in *Prato Spirit.*, cap. xvi, narrat Cyriacum Abbatem graviter per visum a B. Virgine reprehensum, quod in cubiculo haberet libros Nestorii, cum diceret: « Habes intra cellam tuam inimicum meum, et vis ut ingrediar? »

NEC AVE EI DIXERITIS. — SYRUS, Ave et Vale non dicitis ei; Graeco *χαίρει*, id est Ave, salve, vale. Ave et salve dicebantur prisci Romani in ingressu, vale in digressu. Rursum Ave dicebant mane, vale vespere, teste Suetonio, in *Galba*, cap. iv, et Martiali, lib. IV, *epigram.* 79:

Dicuntur tota vagus urbe, nec ulla cathedra est,
Cui non mane ferat inrequiesque ave.

« Ave » ergo, id est salve; ita Syrus. Audi Festum: « Avere nihil aliud est, quam cupere; argumento est avidum et aviditas, ex quibus praecipua cupiditas intelligitur, cum significet et gaudere. Sic *χαίρει* idem est quod *gaude, latere, exultare*; letitia enim salus est et beatitudo hujus vitae, quam salutandum alii, apprecamur, juxta illud *Eccles.* III, 12: « Cognovi quod non esset melius hisse letari et facere bene in vita sua. » Haereticus ergo non Ave, sed vale intendendum, uti intendit Eusebius impostori S. Paulus, Act. xiii, 40, dicens: « O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, et eris caecus, non videns solem usque ad tempus. »

II. QUI ENIM DICIT ILLI AVE (SYRUS, GAUDE), COMMUNICAT OPERIBUS EJUS MALIGNIS. — Salutando

enim hereticum dogmatistam, haeresis ejus probare videtur, uti paulo ante ostendi, cum pollus instar Pauli eam redarguere et abominari debeat. Pro malignis, Irenaeus, lib. I, cap. xiii, legit *nequissimis*; omnes enim dolos, fraudes, libidines, scelera omnia machinantur haeresiarchae, et haeresis propagatores. Nonnulli codices Latini addunt: « Ecce praedixi vobis, ut in die Domini non confundamini. » Ea legitur Lyranus, Hugo, Dionysius et Thomas Anglicus.

PLURA HABENS VOBIS SCRIBERE, NOLI PER CHARTAM ET ATRAMENTUM. — non quasi ob defectum chartae et atramenti plura scribere nequeam, sed quod censam ea non committenda esse chartae et atramento (ita Syrus), hoc est, non esse scribenda, sed ore tenus communicanda, ut sequitur: sive quia secreta sunt, sive quia litterae perire, vel in infidelium, qui perperam omnia nostra interpretantur, manus incidere possunt; sive quia viva vox est effluatior et gratior quam scripta; sive quia litterae et colloquia, praesertim cum feminis, debent esse succinata, uti alobat S. Franciscus uterque, scilicet Assisias et noster Xavierus. Praedare quoque idem S. Franciscus Assisias in opusculo *Decem Perfectionum veri Religionis*, hanc ultimam assignat: « Super omnia caveat, inquit, ut in omnibus verbis ejus reluceat veritas, bonitas et humilitas, quia verbum hominis debet ingere a veritate, proficere in bonitate, terminare in humilitate, et mensurari brevitate, quia Verbum abbreviatum fecit Dominus super terram. »

SERVO ENIM ME FUTURUM APUD VOS. — Hinc videtur haec Epistola scripta et missa non Babylonem ad Babyloniam feminam, ut ait Clemens Alexandrinus, sed ad aliquam Asiae vel Graeciae urbem Epheso vicinam. Inde enim ad vicinas Asiae urbes in fide erudiendas et confirmandas excurrere poterat et solebat S. Joannes jam grandævus, et pene decrepitus, non vero in Babylonem adeo remotam.

ET OS AD OS LOQUI. — Est Graecismus, pro eo quod Latini dicunt: « Ore ad os loqui, » hoc est, praesens praesenti loqui; Graece enim est *εἰς τὸ ἴδιον εἰς τὸ ἴδιον*; sed more Graeco subauditur praepositio *πρὸς*, q. d. Secundum os, id est, ore ad os loqui. Est ergo antiphrasis Graeca, sed potius Hebraica; Hebraei enim, quia earent nominum declinatione et casibus, diceunt, *פִּי אֶל פִּי*, id est, os ad os, hoc est ore ad os loqui.

UT GAUDIUM VESTRUM PLENUM SIT. — Plenum, id est, abundans et exuberans; viva enim vox Doctoris et Apostoli, praesertim S. Joannis, longae plenus gaudii, doctrinae, consolationis, pietatis, devotionis erat allatura, quam litterae mortuae. Nam, ut ait S. Hieronymus ad *Paulinum* de S. Scripturis: « Habet nescio quid latentis energiae vitae vocis actus, et in aures discipulorum de auctoris ore transfusa fortius sonat. » Pro vestrum Graeca legitur *ὑμῶν*, id est nostrum. Tam enim S. Joannes

gaudebat videre, docere et consolari suos discipulos, quam discipuli gaudebant ejus aspectu, doctrina et consolatione. Sic S. Paulus optat videre Romanos, cap. 1, vers. 12: « Et simul consolari, inquit ipse, in vobis per eam que invicem est fidem, vestram atque meam. »

13. SALUTANT TE FILII SORORIS TUE ELECTÆ. — Hinc (Eumenius et noster Serarius contendunt « Electa, cui inscribitur hæc Epistola, esse nomen appellativum et epithetum Ecclesie cujusvis particularis. Sensus enim esse, q. d. Te, o electa Ecclesia Corinthiorum, salutant filii sororis tue, puta fideles electæ Ecclesie Ephesiorum. Alii censent Electas has fuisse personas particulares, sed vocari sorores non carne, sed fide et spiritu, eo quod ambe ejusdem magistri, puta S. Joannis essent discipulae.

Ventum respondeo primo, « Electa referri ad « tuæ, » non ad « sororis. » Clarius id apparet in Græco: « salutant, inquit, te filii » ἡ: ἀδελφοὶ σου ἡ: ἑκλεκτῆ, id est « sororis tui; tui, » inquam, quæ es « Electa, » sive quæ uti nominaris, ita revera es electa. Unde Biblia Gothica, teste Mariana, legunt: « Salutant te filii sororis tue, Electa, » id est, « Electa, in vocativo casu.

Secundo, plinius « Electa referas ad « sororis, » propter ergo Electæ, ad quam scribit S. Joannes, vers. 1, vocabatur pariter « Electa; » sæpe enim in eadem familia, præsertim si sit ancilla et pro-

libus abundans, plures filii et filie habent idem nomen, ut in eadem sint duo Joannes, duo Petri, duæ Mariae, duæ Margaritæ. Adde quod initio Epistolæ indicavi, « Electæ non tam esse nomen proprium, quam appropriatum, quia scilicet est nomen dignitatis et officii, quod pluribus personis idem officium obuentibus tribuitur et congruit. Electa ergo videtur fuisse nomen matrone primariæ, quæ Ecclesie ministros, orphanos, viduas et pauperes sustentabat, quasi mater, quæ ceterarum feminarum instructioni et gubernationi in Ecclesia præerat instar Diaconissæ. Sensus ergo est, q. d. O Electa, mater fidelium in Ecclesia, v. g. Corinthi, salutant te filii sororis tue, quæ pariter est Electa, mater fidelium in Ecclesia Ephesi, unde hæc scribo. id arguit Græcos articulus ἡ: ἑκλεκτῆ; nomini enim proprio non solent Græci præfigere articulum, sed nomini dignitatis et officii, quod certe personæ appropriatur.

Hæc verba ostendunt comitatem, affabilitatem et humanitatem S. Joannis, quæ non solum Electam suam, sed et nepotum nomine salutant. Simili fuit in S. Paulo, uti videre est Rom. cap. ult., et in fine ceterarum ejus Epistolarum.

Nonnulli Græci et Latini codices addunt: « Gratia tecum, Amen; » et Syrus, « Gratia vobiscum, Amen; » quæ saluti et S. Joanne digna est, et S. Paulo frequens.

COMMENTARIUS

IN TERTIAM

SANCTI JOANNIS

EPISTOLAM.

SYNOPSIS.

Scribit S. Joannes ad Caium sibi familiarem, cuiusque laudat ob hospitalitate, quod fideles peregrinos hospitio excipiat, fovet, benigne lautique habeat. Iule, vers. 9, ex adverso accusat Diotrefes inhospitalitatem et arrogantiam, quod fideles non suscipiat, et suscipientes ex Ecclesia ejiciat. Denique, vers. 12, Demetrium publico omnium suorum testimonio commendat, ac brevi se presentem fore significans salutari jubet amicos.

1. Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate. 2. Charissime, de omnibus orationem facio prospere te ingredi, et valere, sicut prospere agit anima tua. 3. Gavisus sum valde venientibus fratribus, et testimonium perhibentibus veritati tue, sicut tu in veritate ambulas. 4. Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare. 5. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos. 6. Qui testimonium reddiderunt charitati tue in conspectu Ecclesie: quos benefaciens deduces digne Deo. 7. Pro nomine enim ejus profecti sunt, nihil exigentes a Gentibus. 8. Nos ergo debemus suscipere hujusmodi, ut cooperatores simus veritatis. 9. Scripsissem forsitan Ecclesie; sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrefes non recipit nos. 10. Propter hoc si venero, commonebo ejus opera, quæ facit: verbis malignis garriens in nos; et quasi non ei ista sufficiant, neque ipse suscipit fratres, et eos, qui suscipiunt, prohibet, et de Ecclesia ejicit. 11. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est; qui malefacit, non vidit Deum. 12. Demetrio testimonium redditor ab omnibus, et ab ipsa veritate, sed et nos testimonium perhibemus; et nostri quoniam testimonium nostrum verum est. 13. Multa habui tibi scribere; sed nolui per atramentum et calamus scribere tibi. 14. Spero autem protinus te videre, et os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

1. SENIOR. — id est maxime senex, antiquissimus, summus tum ætate, tum dignitate Episcopatus, Apostolatus et Patriarchatus. Vide dicta epist. II, vers. 1.

CAIO. — Quis est Caius? Primo, Lucius Dexter in Chronico censet fuisse filium Caii Oppii Centurionis; sic enim habet: « Anno Christi 70, in Arabia Felice, martyrium trium Magorum, qui Christum in Bethlehem adorarunt. Per hæc tempora delatus jam in Asiam S. Joannes cognomento Theologus, docebat Ephesi, unde scripserit ad Caium Hispanum, C. Centurionis Malaotiani filium,

fratrem Demetrii hospitalis viri, cujus pater post fuit Episcopus Mediolanensis; Diotrefes vero impediens hospites ad Hispanias peregrinationis causa devenientes. At hic malus Episcopus propter ejus scelera et superbiam depositus est. » Pergit Dexter: « Peregrinatio ad loca sancta Hispanie, ex multis hinc locis facta ab ipsis Apostolicis temporibus, » an C. Oppius Centurio peregrinos sustentabat. Qui Caius domo Corinthius, genere vero Hispanus, etiam D. Paulum inde redeuntem domo testisque liberaliter excepit, invisitque Joannem ab exilio post redeuntem in Hispaniam, Ge-

mitatur Joannem et Romam usque ad Hyginum; fide venit Mediolanum, et Poellifex ibi factus in Domino moritur. » Sic et Onaphrius in *Chronico* Caium tertium facit Mediolani Episcopum, sed ait eum fuisse Romanum, non Hispanum. Sic enim habet anno Christi 92: « Caius Romanus, tertius Mediolani Episcopus, sedit annis 22, » puta usque ad annum Christi 114, quousque viris videtur C. Oppius, nisi dicitur eum fuisse decrepitum, uti fuit S. Dionysius Areopagita et alii illo arvo; nam Heleca, Episcopus Casaragustanus, qui ad sua usque tempora persecutus est Chronicon L. Dextri, asserit C. Oppium Cornelium fuisse Centurionem illum, cujus famulum Christus suscitavit, ac postea sociatum Apostolis, neci Stephanum interfuisse, Petrum et Paulum comitatum in Hispanias ibi predicasse, ac predicantem Sceptentensibus juxta Idam mortuum esse. Ac L. Dexter, C. Oppium, patrem hujus Caii ad quem scribit S. Joannes, censet fuisse Centurionem illum qui assistit et custodivit Christum in cruce, qui, viso terre motu alique prodigiis, exclamavit: « Vere Filius Dei erat iste, » *Matth.* cap. xxvii, 34; sic enim scribit: « Anno Christi 34, Christus Salvator mundi reus ad Pilatum agitur. Claudia Procula, uxor Pilati, admonita per somnium in Christum credit, et salutem consequitur. Christus Dominus noster in cruce actus, vii Calend. aprilis, solis defectus et tenebre terram cooperiunt. Caius Oppius, Centurio Hispanus, credit Christo moriantem in cruce. » Addit deinde hunc C. Oppium per Hispanias predicasse Christum et miracula a Christo in cruce eorum se edita, ideoque Hispanos primos suscepisse Christi fidem, ac postulasse aliquem ex Apostolis ad se mitti, missumque esse S. Jacobum. Hæc Dexter, de cuius fide et auctoritate dixi *Præfat. in Acta*, in fine *Chronotaxis*.

Sonando, Bæda, Glossa, Hugo, Lyranus, Dionysius hic, Ambrosiaster in cap. xvi ad *Rom.*, et alii passim (excepto Cajetano et Catharino qui dubitant), censent Caium hunc fuisse Corinthium illum, de quo S. Paulus Corintho ad *Romanos* scribens cap. xvi, vers. 23, ait: « Salutate vos Caius hospes meus, et universa Ecclesia; » vel, ut Greci et Bæda habent, « et universæ Ecclesie, » eo quod quolibet de Ecclesia domo exieret; pari enim modo S. Joannes hic Caium suum ab hospitalitate impense commendat. De eodem ait Paulus, I *Corinth.* i, 14: « Neminem vestrum baptizavi nisi Cæspum et Caium. » Porro hunc Caium S. Joanni fuisse familiarem testatur S. Athanasius in *Synopsi*, ubi ait eundem, dicente S. Joanne, scripsisse ejus Evangelium; Metaphrastes vero in *Vita S. Joannis* asserit S. Joannem Evangelium a se in exilio Pathmos conscriptum, cum ex eo Ephesum redisset, illud Caio legendum et recognoscendum tradidisse.

Addit Mariana et Serarius hunc eundem esse Caium cum illo ad quem extant primæ quatuor epistolæ S. Dionysii Areopagite, quas inscribit

Caio Therapeuta, id est Esseno, Asceta, Monacho. Favet id quod huic Caio scribit S. Joannes vers. 11: « Qui bene facit, ex Deo est; qui male facit, non vidit Deum. » Therapeuta enim assidue vacans pietati et contemplationi, per eam videbat Deum; unde et *videntes* vocabantur, uti olim et Prophete. Idem censent Maximus et Georgius Pachymeres, S. Dionysii Paraphrastes, ac Dionysius Carthusianus ibidem. Ex illis enim S. Dionysii epistolis liquet Caium hunc fuisse virum sublimem, et Apostolis familiarem, nec obstat monachismus hospitalitatis, quam in Caio hic commendat S. Joannes; tam enim olim quam modo religiosis et monachis cordi fuit et est hospitalitas; presertim si credimus Dorotheo in *Synopsi*, et Sculio, in cap. xvi ad *Roman.*, qui tradunt Caium, de quo Paulus *Roman.* xvi, creatum esse Episcopum, sive, ut Dorotheus vult, Ephesium, sive, ut Sculius, primum Thessalonicensem; solabant enim ex Therapeutis et Ascetis, quasi viris perfectis, creati Episcopi, imo Episcopi erant Therapeutæ, ut patet in S. Dionysio, S. Basilio, S. Nazianeno, S. Chrysostomo, S. Gregorio, S. Augustino, qui vitam contemplativam jubebant actioni. Episcoporum enim propria dos et laus est hospitalitas, quam probe eis commendat S. Paulus I *Timoth.* iii, 2, et Tit. i, 8.

2. DE OMNIBUS ORATIONEM FACIO PROSPERE TE INGREDI, ET VALERE, SICUT PROSPERE AGIT ANIMA TUA. — Paganus et Figurina omittentes *et cæ*, id est *te*, sic vertunt, de omnibus (fidelicibus tuis) opto ut prospere agant, et recte valeant, sicut prospere agit anima tua, q. d. Opto omnem recte valere et prosperari, sicut tu recte vales et prosperaris. Verum omnes Greci, Syri et Latini legunt *et cæ*, id est *te*. Itaque pro gemino sensu, nota: Pro de omnibus grecos est *et cæ*, quod verti potest, pro omnibus, supra omnia, vel omnes. Noster simpliciter vertit, de omnibus, id est in omnibus, per omnia; Syrus, in omni re oro pro te, ut prospere pergas, et sis sanus, sicut prospere agit anima tua; Vatablus, sicut animo bene habes, ita opto te per omnia bene habere. Aut, opto te in omnibus semper valere et prosperari, sicut reipsa nunc anima tua, id est tu ipse in omnibus recte vales et prosperaris. Deus enim tua omnia fortunat et prosperat; facit enim ut tam corpore quam animo recte vales, idemque benedicit et occupat tuam familiam, famulos, amicos, negotia, opes, proventus resque tuas omnes, quia eas in Dei obsequium, ac Ecclesie ministrorum, et hospitium pauperumque alimoniam impendit, ut in te impleatur illa benedictio Psalmis, imo Dei: « Benedicere coronæ anni benignitatis tuæ, et campi tui replebuntur ubertate, » *Psal.* lxxv, 11; et: « Scuto bone voluntatis tuæ coronasti eum, » *Psal.* v, 13; et: « Qui coronat te in misericordia et misericordibus, » *Psal.* cii, 4. Sic Deus benedixit bonisque omnibus vallavit beneficos amicos suos. *Noe Genes.* ix, 1; *Abraham Genes.* xii, 17;

Isaac Genes. xxv, 11; *Jacob Genes.* xxxii, 29; *Ruth* iii, 10; *Obededum II Regum.* vi, 11; *Judith* xii, 23; *Job* i, 10, et *xlii*, 12. Idem facit similibus, qui ad miserandum et beneficiendum præclives sunt, juxta illud promissum Sapientis, *Prov.* cap. xxvii, vers. 27: « Qui dat pauperi, non indiget; qui despicit deprecantem, sustinebit penam; » et illud Pauli *I Corinth.* ix, 6: « Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. »

ORATIONEM FACIO — *εὐχαριστοῦμαι*, id est oro, vel opto, ut vertit Vatablus; quæ enim optamus, hæc et oramus. Addit Nyssenus, orat. 2 *De Grat. Domini*, orationem grecos dicit *εὐχῆς*, id est optionem et votum, eo quod illi fidenter orant Deum pro bonis, qui ei boni aliquid voverunt. Rursum *εὐχαριστοῦμαι*, id est vota facio, voveo; nec enim verbales et frigide erant S. Joannis preces, sed contentæ, votive, efflicæ et fervide.

PROSPERE TE INGREDI, — q. d. Oro ut tu in omnibus tuis negotiis et actibus prospere agas. Glossa Interlinearis, ut quod bene agit bene perficit. Græce est *εὐδαιμονία*, id est, bene ingredi, prospera via progredi, feliciter dici, prospero itinere deduci; significat enim prosperum rei successum et exitum, quem suis dat Deus. Sic *Sapient.* xi, 1, dicitur *εὐδαιμονία*, id est, feliciter direxit opera eorum (Hebræorum) in manu Prophete sancti, puta per Moysen, quem eis dedit per desertum viam ducam. Et *Psal.* i, 3, de justo dicitur: « Omnia quæcumque faciet, prosperabuntur, » id est feliciter sortientur exitum, græce *εὐδαιμονία*. Quare mysticum est quod ait (Eumenius et Bæda): Prosperare agere, inquit, idem est, quod ex Evangelii norma et præceptis vitam instituere.

ET VALERE, — *ὑγιαίνειν*, sanum esse, bona esse valetudine. Sanitas enim requiritur ad bona opera, presertim hospitalitatis et beneficentiae.

SICUT PROSPERE AGIT ANIMA TUA, — sicut animo recte vales, ita vales ac corpore, rebusque omnibus; vel, « anima tua, » id est tu ipse, ut jam dixi. Laudat Caium, et laudando eum ad hospitalitatis et virtutis incrementa extimulat. Nam, ut ait S. Augustinus, *hom.* 36, inter 30: « Laudata virtus crevit, et laudare est acerrimus stimulus movendi. » Porro Pinnius, *lib. III epist.*: « Egot, inquit, si qua virtus alia, laudis hoc stimulo liberalitas. » Quin et Seneca, *lib. de Ira*, cap. xxi, ait, « assurgere ingenium si laudatur, et in spem sui bonam adduci. »

3. GAVISUS SUM VALDE GEMENTIBUS FRATRIBUS, ET TESTIMONIUM PERHIBENTIBUS VERITATI TUE. — « Veritas » hæc primo, est fides, q. d. Testantur te in fide Christiana et doctrina Christi constanter inter omnes persecutiones persistere. *Secundo*, « veritas » hæc est morum, q. d. Testantur te vivere juxta fidem et veritatem Evangelii, testantur mores tuos esse conformes fidei et Evangelio quod profiteris. Unde *tertio*, veritas hic accipi potest vera eharitas et beneficentia: hæc enim maxime do-

cet et sancit veritas Evangelii, hæcque in Caio dilaudat Joannes vers. 6. *Quarto*, veritas accipi potest sinceritas et candor, qui opprobrii hypoeris et simulationi, q. d. Testantur te de omnibus esse sincerum et candidum. *Quinto*, « veritas » accipi potest in tribuendo simplicitas, et vera simplicitate liberalitas, de qua Paulus *Rom.* xii, 8; et *I Corinth.* viii, 2.

4. MAJOREM HORUM (id est his; est grecismus) NON HABEO GRATIAM, — q. d. Nihil mihi gratius accedere potest, nullam majorem mihi gratiam facere possunt, quam si faciant, ut audiam eos in veritate jam dicta ambulare. Legit Interpretæ *εὐχαριστοῦμαι*, id est gratiam, et ita legunt Græci; nonnulli tamen legunt *εὐχῆς*, id est gaudium; unde Complutensis et Regia legunt, majus horum non habeo gaudium; et Syrus, major illa letitia nulla mihi est, quam ut audiam filios meos ambulare in veritate. Eodem redit utraque lectio. Celebrat S. Hieronymus in cap. v ad *Ephesios* illud Christi axioma: « Nunquam besti sitis, nisi cum fratrem videritis in charitate. »

Porro quantum gaudii solent magister assero discipulorum profectus, pulchre docet Seneca, *epistola* 34: « Cresco, ait, et exulto, discussa seculæ neeule realceos, quoniam ex his que agis et scribis, intelligo quantum te ipse (nam turbam olim reliqueras) supergræderis. Si agricolam arbor ad fructum producta delectat, si pastor ex fetu gregis sui caput volupatam, si alumnus suum nemo aliter inhietur, quam ut adolescentium illius suam judicet: quid evenire credis his, qui ingenua educaverunt, et que tenera formaverunt, adulta subito vident? Assero te mihi, meum opus es. Ego, cum viderem indolem tuam, injeçi manus; exhortatus sum, addidi stimulos, nec lente ire passus sum, sed subinde incitavi, et nunc idem facio. Sed jam currentem hortor et invicem hortantem. »

5. CHARISSIME, FIDELITER FACIS QUIDQUID OPERARIS IN FRATRIBUS, ET ROC IN PERAGRINIS. — « Fideliter, » id est, christiane facis. Græce *μετὰ τῆς πίστεως*, id est, quod fidelem docet, facis; Vatablus, facis rem tua fide dignam, facis quod Christianum facere oportet, facis quod mire Christi fidem illustrat, hospitando, alendo, fovendo fratres, puta fideles, presertim peregrinos. Hospitalitas enim olim Christianis erat commendatissima, adeoque signum Christiani et nota certa Christianæ fidei: testis est Lukanus licet Gentilis in *receptione*.

6. GAVISUS SUM VALDE GEMENTIBUS FRATRIBUS, ET TESTIMONIUM PERHIBENTIBUS VERITATI TUE. — « Veritas » hæc primo, est fides, q. d. Testantur te in fide Christiana et doctrina Christi constanter inter omnes persecutiones persistere. *Secundo*, « veritas » hæc est morum, q. d. Testantur te vivere juxta fidem et veritatem Evangelii, testantur mores tuos esse conformes fidei et Evangelio quod profiteris. Unde *tertio*, veritas hic accipi potest vera eharitas et beneficentia: hæc enim maxime do-

tot ac tante Ecclesiae, una est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes; sic omnes prima, et omnes Apostolorum, dum unam omnes probant unitatem, Communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et confessorio hospitalitatis: quae iura non alia ratio regit, quam ejusdem Sacramenti una traditio. *Contestrationem* vocat tesseram sive signum, quod Christiani Christianis exhibebant, ut se ostenderent esse Christianos, itaque quasi fratres hospitio exciperentur. Sic enim et Gentiles habebant tesseram hospitii et amicitiae. Sed cum tesseram hanc Christianorum cognovissent, et dolose usurparent Gentiles, uti Peregrinum fuisse docet Lactantius, Concilium Nicaenum pro tessera instituit litteras, quas *Formatas* appellabant, de quibus vide Baronium.

Et hoc in peregrinos, — *et ei est: ubi est: id est et in hospitio, vel peregrino, ubi est: id est et idem valet quod praesertim; ideoque Noster veritatis est hoc. Sic Christus ait: Dicitis discipulis, et, id est praesertim, Petro, Marc. xvi, 7. Similia sunt Sophoniae 1, 16; Matth. xiii, 41, et alibi.*

Porro per peregrinos hic accipit tum viros Apostolicos, qui peregrinando disseminabant Evangelium, ut vult Beda; tum eos qui a Gentilibus proscripti exules peregrinabantur, ut vult Hugo et Glossa interlinearis; tum fideles quolibet alio titulo vel causa peregrinantes, ut vult Dionysius. Horum enim curam Deus suo exemplo fidelibus commendavit, dicens Deuter. x, 18: «Deus amat peregrinum, et dat ei victum atque vestitum; et vos ergo amate peregrinos, quia et ipsi fuisse advente in terra Aegypti.»

6. QUI TESTIMONIUM REDDIDERUNT CHARITATI VOBIS IN CONSPECTU ECCLESIAE. — Solebant enim olim Episcopi et presbyteri venientes ad se hospites invitare ad concionem vel exhortationem in ecclesia faciendam, quam dum hi fugerent, simul celebrabant hospitalitatem et charitatem Caui, quam alibi experti erant. Hinc ritum invitandi hospites tradit S. Clemens lib. II *Constit.*, cap. LXII, et sancti Concilium Carthage, IV, cap. III, eumque usurparunt Mediolani S. Ambrosius, ut patet *homil.* 48, et S. Cyrillus Alexandria, ut patet *hom.* 7 et 8.

Quos benefacere deducere digne Deo. — Hugo legit, *deducere*. Sensus est, q. d. Quibus si benefacere pergas, excipiendo illos hospitio, alendo, juvando, dirigendo, dando viaticum, deducere illos digne Deo, q. d. Facies ut commode iter suum prosequi, et alie quo tendunt commigrare possint, quod est opus pium Deoque dignum. Graece est, *et sic dicitur: benefacere*, id est, quos benefacere, id est beneficio officio, *deducere digne Deo*, et ita legitur Complutensis et Regia. Hinc et Tigurina ac Pagninus vertunt, *quos benefacere, et deducere digne Deo*; S. Hieronymus in cap. I ad Titum vertit, *Quos optime facies, si promiseris* (hoc enim est *promiseris*) *digne Deo*. Ille omnia eodem redendit; *et ergo deducere*, ut ex voce Graeca liquet, non tam ducatum aut comitatum corpora-

lem significat, quasi velit S. Joannes Caum hospites suos abundanter personaliter comitari, et per iter deducere: quam viaticum et reliqua ad iter opportuna, v. g. duces itineris, comites contra latrones, litteras commendatitias ad amicos, etc., complectitur. «Deducere» ergo, id est transmitti eos commode, secure, liberaliter. Sic Romani iis quibus publicum hospitium dabant, etiam lautitia, id est hospitalia dona tribuebant. Hoc est quod Romanis scribit Paulus cap. xvi, vers. 2, de Philebe: «Ut suscipiatis eam, inquit, in Domino digne sancta, et assistatis ei in quocumque negotio vestri indigerit.»

Digne Deo. — *Primo*, q. d. Ut dignum est Dei cultores a Dei cultore tractari, honorando illos quasi Dei ministros, et Deum in illis; tam charitative et reverenter eos tractando, quam tractari deest Christi servos et membra, ait Dionysius.

Secundo, q. d. Facies quod Deo dignum est gratum et honorificum.

Tertio, q. d. Rependes quasi vicem Deo, quia sicut ille in te liberalis est, ita et tu liberaliter tua in Dei ministros offendas.

Quarto, q. d. Magnum apud Deum inibiis gratiam et mercedem; mereris enim ut Deus liberalitatem tuam in suos ministros majori erga te liberalitate honorum, tum corporalium, tum spiritualium compenset. Actio enim Deo digna censetur, quam apud Deum premium et compensationem meretur. Qui enim agit digna Deo, dignus est cui Deus paria, imo majora rependat, iuxta illud promissum Christi, Matth. x, 40: «Qui recipit vos, me recipit; et qui recipit me, recipit eum qui me misit. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae accipiet; et qui recipit justum in nomine justae, mercedem justae accipiet.»

Quinto, «digne Deo,» hoc est, tali modo qui dignus censeatur Deo, q. d. Divine, regie, largiter. Ita noster Loricus: unde Syrus vertit, *sicut dicitur Deo*.

Sexto, *idem*, «digne Deo,» inquit, hoc est eo modo et dignitate, ac si Deus ipse id aperet, servata proportione: sic loqui linguis angelorum I Cor. xiii, est ea elegantia loqui, qua uteretur angelus si loqueretur.

Moraliter, examinet se quisque fidelis et valeat in opera ejus sint plena, perfecta, et tam praestantia ut sint digna Deo, an charitas ejus sit in illis charitati Dei et Christi: an agat et vivat digne Christo. Domum quod regis offerat non quale quale, sed extimium et regium esse decet, ut sit regis dignum; quale ergo sit oportet quod Deo, summe, inquam, illi sanctitati et majestati, que est Rex regum, et Dominus dominantium, offeratur? De quo ait Job, cap. xxxvii, 23: «Digne enim invenire non possumus: magnus fortitudine, et iudicio, et justitia, et enarrari non potest.» Ut vivas digne Deo, Deo et Spiritu Sancto plenus si vivesse est; solus enim Deus operatur opera divina

digna se. Invoca ergo jugiter Spiritum Sanctum, et ex imo corde inclina: «Veni, Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.» Hic ergo tibi in omni opere, ut illud excellenter facias, sit stimulus: «Fac hoc digne Deo;» et, ut ait Sapiens, *Ecclesi. xxxiii, 23*: «In omnibus operibus tuis praecellens esto.» Hoc est quod Ephesios monet cap. iv, 1: «Obsecro vos ego vinetis in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate,» etc.; et *Philipp. 1, 27*: «Tantum digne Evangelio Christi conversamini;» et *Colos. 1, 10*: «Ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere l'ono fructificantes et crescentes in scientia Dei,» etc.; et *Thessal. epist. 1, cap. II, vers. 12*: «Testificati sumus ut ambuletis digne Deo, qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.» Pro modulo ergo nostro digne Deo ambulemus, nam adaequale et physice solus Christus id facere potuit et fecit: ipsa enim solus est *veritas*, id est *aequitas* Deo, quia Deus homo; unde et actiones ejus solius fuerunt theandricae, id est, Dei viriles, ut ait S. Dionysius, qui epistola 4 ad Caum: «Divina, ait, non quatenus Deus est, perfecti, neque humana quatenus homo; sed postquam Deus factus est homo, novam quamdam *theandricam*, id est ex divina et humana compositionem, operationem apud nos instituit.»

7. PRO NOMINE ETUS PROPECTI SUNT. — ut scilicet nomen Dei et Christi evangelizarent, ait Beda, aut qui pro nomine ejus exilio multati sunt, aut quavis alia pietatis et Dei causa, hoc iter susceperant; ergo par est eos a vobis a digne Deo suscipi. et deduci. Primam causam, scilicet quod profecti sint ad propagandum Evangelium, magis verba ipsa significant, et ea quae sequuntur.

Nulli accipientes a Gentibus. — quia gratis Gentibus prodeant Evangelium, ne videantur questum aucupari ex Evangelio. Aut quia a Gentibus ob fidem Christi bonis spoliati sunt. Aut quia cum sint Christiani noluerunt ullum cum Gentibus, utpote idololatri, commercium habere, nec quidquam ab eis etiam oblatum accipere: decet ergo eos a vobis, o Christiani, sustentari digne Christo. Unde subdit:

8. NOS ERGO DEBENTUS SUSCIPERE NOTUUM. Graece *καταχρησθησθε*, id est occupare, prehendere, delinere, ut non expectemus donec ipsi ad nos veniant, sed eos prevenire, domum nostram invitare, imo cogere, ait Clementis, uti coegerunt discipuli Christum in Emmaus, *Luce. xxiv, 20*; et Abraham suos hospites, *Genes. xviii, 12*; et Lot, *Genes. xix, 1*. Porro «suscepere» et «susceptio» in Scriptura significat omne officium, omne obsequium, omnem protectionem, omnem opem et curam.

Ut cooperatores veritatis, — ministrando necessaria illis qui veritatem praedicant, et illis qui pro veritate fidei tribulationes et exilia sustinent, ait Lyranus.

Porro S. Joannes hortans Caum ut pergat in hospitalitate, utitur prima persona, non tertia, seque illi associat, dicens: «Nos ergo debemus,» non: Tu ergo debes; ut suavior et efficacior sit exhortatio. Sane non dubium S. Joannem valde fuisse in peregrinos hospitalem: erat enim Episcopus Ephesius, non proinde bona Ecclesiae Ephesinae in pauperes et peregrinos dispensabat. Addit Beda S. Joannem Instar Pauli, *Actor. xx, vers. 34*, ex labore manuum vixisse, indeque aliis succurrisse, ut impletet illud Christi: «Beatus est magis dare, quam accipere,» *Actor. cap. xx, vers. 35*.

Nola: S. Joannes multis argumentis et stimulis pungit inclitque Caum ut prosequendam suam in peregrinos liberalitatem. *Primum* enim, laudando ejus liberalitatem, quae ique hospites cum laudavit coram tota Ecclesia, vers. 3. *Secundum*, quod hoc sit opus fidele et Christiano proprium, vers. 5. *Tertium*, quod hoc sit opus dignum Deo, vers. 6. *Quartum*, quod confertur in eos, qui nomen Dei praedicant aut propagant, vers. 7. *Quintum*, quod confertur in eos, qui a ceteris Gentibus deserti vel expulsi sunt, vers. 7. *Sextum*, quod per hoc cooperetur veritati et Evangelio, illudque per praedicatores vel confessores, quos excipimus et alimus, praedicemus et proficuumur. Vide quae de excellentia hospitalitatis dixi I Petri iv, 9, et *Hebr. xiii, 2*.

9. SCRIPSISSEM FORSITAN ECCLESIAE. — Graece *εγραψα*, id est scripsi. Ita Erasmus, Vatablus, Clarus, Cajetanus, qui censent nostram Vulgatam hic esse corruptam. Verum Gagnelux, Serarius et alii censent Interpretum legisse *εγραψα*, aut certe *εγραψα* subintellexisse, uti subinde alii subintelligunt, ideoque rectius vertisse *scripsissem forsitan*; idque probatur *primo*, quia hic sensus est congruentior, quia nos nostraque litteras non recipit superbus ille Diotrophes. *Secundo*, quia nulla extant S. Joannis litterae scriptae ad Ecclesiam, et frustra eas scripsisset, cum sciret eas non recipiendas, imo qui eas recepissent vexandos a Diotrophes, ut patet vers. 10. *Tertio*, id plane confirmat Syrus qui vertit, *bona haec*, id est, quatenus, potens, cupiens fui ad scribendum Ecclesiae, sed ille qui amat esse primus apud vos, Diotrophes, non suscipit eos.

Sed is qui amat primatum gerere in eis, — *id est*, puta Ecclesia; sed dicit eis, quia intelligit fideles qui sunt in Ecclesia, eamque componunt et conflant, felix enim est nomen collectivum significans multitudinem, collectionem et certum fidelium; congrue ergo ei datur cognomen vel nomen plurale. Graeco est *quarternarius*, id est, *quaternarius*, primas tenere volens. Quare videtur fuisse Diotrophes, vel Episcopus, ut aliqui censent, quia Episcopus jure suo primas tenet in Ecclesia; vel certe vir potens, insolens et arrogans, qui in Ecclesia dominari, fidelibus pra-

esse, sibique jus Episcopale arrogare satagebat. Addit Beda eum fuisse hæresiarum; sed nil tale existunt hic S. Joannes, i. e. potius contrarium; non si fuisse hæresiarum, acris eum eo existet S. Joannes, eumque excommunicasset, et ex Ecclesia ejecisset, uti Paulus excommunicavit Hymeneum et Alexandrum 1 *Timoth.* 1, 20. Oderat ergo Diotrophes S. Joannem, non quia hæreticus, sed quia ambitiosus; videbat enim Joannem suo primatum quem ambibat, resistere. Porro Diotrophes adeo fuit superbus et arrogans, ut ipsi S. Joanni sese opponere, eoque fideles excommunicare, et ex Ecclesia ejicere auderet. S. Joannes enim, licet jure Episcopali presidere soli Ecclesie Ephesinae, jure tamen Apostolice, sive quæ Apostolus, præerat omnibus Asia, imo totius orbis Ecclesie (1).

DIOTROPHES. — Vatablus censet esse nomen appellativum, q. d. Insuperbus, arrogans; olim enim qui generis nobilitate inflati erant, *superbi*, id est, a *super* vocati, solebant vocari, et hinc facit quod eum primatus Ecclesiastici affectatorem dicit.

Mellius L. Dexter in *Chirothes*, et alii passim censent esse nomen proprium, aut potius appropriatum; ipse enim iactans suum genus et opes apud Gentiles, gentilitio nomine vocabat se Diotrophem, id est, a Jove nutritum, Jovis filium. Sic Romerus vocat Jovis *superbi*; et *Jovis*, id est *Jovis abundantis*, et a Jove genitus. Sic Castor et Pollux vocantur *Jovianæ*, id est *Jovis filii*, *Actor.* xxxv, 11. Adit L. Dexter hunc Diotrophem fuisse Episcopum, sed ab episcopatu depositum; verba Dextri recitavi initio capituli.

Perperam ergo Beda: « Diotrophes, inquit, idem est quod speciosus, insularis; sive decor insularis, ita ut peridium cordis etiam in nomine signaverit. »

Moraliter, hunc Diotrophem imitantur, qui beneficia et prælatus ambiunt, eaque sibi ob nobilitatem et opes debere autumant, cum Christus ignobiles et pauperes vocarit, imo elegerit in Apostolos: vide 1 *Cor.* 1, 26; vide et *Thimotheum de Nobilitate*, cap. xx, num. 10 et seq. Rursum Diotrophem imitantur seculares principes et nobiles, qui jus patronatus in conferendis beneficiis non habentes, illud usurpant et invadunt, ut adeo abutuntur volentes dominari in Cleris.

Denique discit hic quam Apostoli et viri magni suos habent antea et hostes; ita S. Petrus amulum habuit Simonem Magum, S. Paulus Elymam, S. Joannes Diotrophem et Apollonium Tyrannem Ephesi magiam docentem.

NON RECEPIT NOS, — nostrum apostolatam, nostram auctoritatem, nostros fratres, nostras litte-

ras, nostra præcepta. Solebat Episcopus epistolæ ad Ecclesiam suam missas recipere, et fidelibus in cœlesia legere, quasi Ecclesiam capet, primus et primas; Episcopo absente, id præstabat ejus Vicarius, vel qui jus episcopale sibi arrogabat: quod si Episcopus epistolam non probaret, suppresserat, nec legebat. Dicit ergo S. Joannes se non scribere Ecclesie, et eo quod illi præsentat ambitiosus Diotrophes, qui primas sibi arrogans, nulli, ne S. Joanni quidem, se submittit, ideoque ejus scripta in ecclesia non legisset, nec legi permisisset.

10. COMMUNERO ILIUS OPERA. — Minus recte alii qui loquuntur « commoveam, » id est, commovebo. Grece enim est *κοινωνο*, id est *communero*, in memoriam revocabo, in lucem proferam, cunctis nota faciam, ante oculos ponam; Vatablus et Pagninus, *inducere*. Ubi nota lenitas S. Joannis in corripiendo et castigando. Baldus in *Commentar. Lingue Græcæ* verit, *judicabo*: est enim verbum forens; *Communis, ut labor, pascium*, ac malum pro malo retribuam; *Syrus, ministerio operum ejus*, recordabor eorum quo facit. Unde L. Dexter ait hunc Diotrophem officio et episcopatu fuisse privatum ac depositum, uti jam dixi.

VERBIS MALIGNIS GARRIENS IN NOS. — Syrus, qui *verba mala facit in nos*, calumnias in me committens, mihi detrahens, me infamans, quod proprium est hæreticorum; grece est *καταλογίζω*, quod significat *negare, impetere, garrere, blaterare*. Apostole calumnias Diotrophis despiciens vocat *garrum*; nam, ut ait Seneca *Phil.* 92: « Eleganter Demetrius dicere solebat, eod. in loco sibi esse voces imperitorum, quo ventre redditis crepitus? Quid enim, inquit, mea refert, sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est, vereri ne infamem ab infamibus! » Idem vero Seneca, lib. *De Benefic.* fort.: « Malo, inquit, de te opinari homines, sed mali; moverer si male de me M. Cato, si Lælius sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur: nunc malis displicere, laudari est. Non potest ullum auctoritatem habere sententia, ubi qui damnandus est damnat. Male de te loquuntur; moverer, si judicio hoc facerent, nunc morbo facient; non de me loquuntur, sed de te. Male de te loquuntur, bene nescunt loqui; faciunt non quod mereor, sed quod solent; quibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latent. » Ita Demosthenes apud Sobeaum, *serm.* 49, « calumniam aliquantisper quidem audientium opinionem confirmat, progressu vero temporis nihil ipsa imbecillitas esse » dicebat; et Socrates « admiranti cuidam cur nihil in eum commoveretur, a quo conviciis petebatur: Mihi, inquit, non maledicunt, quandoquidem ea que dico, mihi non adsunt nec in me hærent. »

NIQUE IPSE SUSCIPIT FRATRES. — Christianos, orthodoxos; quia suscipit duntaxat suos sectæ pseudochristianos ac ereticos: hoc erat scelus avari-

tas, invidiæ et odii; quod vero sequitur, *suavitie et arrogantie*.

Et nos qui suscipimus. — Legit *ἐνδεδόξαται*. Et sic habent aliqui codices; plures tamen habent *καταλογίζονται*, id est *eos qui volunt, scilicet suscipere*.

DE ECCLESIA EJICIT. — tum de loco et cœta Ecclesie, præsertim in agapæ et convivio post Eucharistiam: ita Hugo; tum de ipsa fidelium congregatione, excommunicando eos: ita Dionysius; cum potius ipse excommunicandus esset. Sic enim habet Concilium Gangrense cap. xi, et habetur cap. si quis despicit, dist. xlii: « Si quis, ait, despicit eos qui fideliter agapas, id est, cœnas pauperibus exhibent, et propter honorem Dei convocant fratres, et noluerit communicare hujusmodi vocantibus, parvipendens quod geritur, anathema sit. »

11. NOLI IMITARI MALUM. — Syrus, *ne scitis fas in malo, sed in bono, q. d. Noli imitari superbum, impium, avarum et inhospitem Diotrophem, esto primas in ecclesia occupet, qualem ceteri sequaces vulgo solent imitari; sed potius imitare humilem, pium, liberalem et hospitem Demetrium, de quo vers. 12. Magna est vis exempli ad provocandum intentus, ut illud imitentur, et major est vis prævi, quam boni, ob corruptionem naturæ. » Proclivius est, ait Hieronymus, *epist.* 7, malorum imitatio, et quorum virtutes assequi vult, cito imitatur vitia. » Quocirca monet hic S. Joannes, v. quisque honorum exemplum sibi imitandum proponat, non malorum. Sic et S. Paulus 1 *Corinth.* xi, 4: « Imitatores, ait, mei estote, sicut et ego Christi. » Et *Thob.* xii, 7: « Memento Prepositorum vestrorum, quorum intentus exitum conversationis, imitamine fidem. » Hæc de causa celebrat Ecclesia Sanctorum festa, ut eos quasi exempla vitæ ad imitandum proponat; hinc et utilissimum est legere et meditari vitas Sanctorum. Ita ex lectione Vitæ S. Antonii conversi sunt duo illi mulier, quos refert S. Augustinus, lib. VIII *Confess.*, cap. vi; quin et ipse S. Augustinus ibidem cap. vii. Ex lectione Vitæ S. Mariæ Ægyptiæ conversus est S. Joannes Columbinus, fundator Ordinis Jesuatorum; legendo Vitas Sanctorum, conversus est noster S. Irenæus.*

QUI BENEFACIT, EX DEO EST; QUI MALEFACIT, NON VIDIT DEUM. — Syrus: *Ille qui facit bonum, a Deo est; et ille qui facit malum, non vidit Deum.* Duplitter hæc sententia accipi potest. Primo, generaliter hæc sententia accipi potest, progressu vero temporis de quolibet bono et malo cujuslibet virtutis et vitii, q. d. Qui facit bona opera, ex Deo est; qui facit mala, non vidit Deum. Secundo et magis apposite specialiter hæc accipitur de bono beneficii et beneficentiæ, et malo maleficii et maleficientiæ. Et hoc magis significant voces Græcæ: *ἀγαθωσύνη* enim est *beneficere* alicui, beneficium præstare alteri; et *κακωσύνη*, est *beneficere*, munificus, liberalis; ex adverso *κακωσύνη*, est *malefacere*, malemereri de aliquo. Agit enim Joannes de beneficentiæ et hospitalitate, eamque in Caio laudat;

maleficientiam vero in Diotropha culpam et damnat. Alludit S. Joannes ad id quod dixit *epist.* 1, cap. 3, vers. 6, et cap. iv, 7: « Omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum; quoniam Deus charitas est. » Vile ibi dicta. Sensus est ergo, q. d. Qui benefacit egentibus, v. g. hospites et peregrinos suscipiendo et fovendo, uti facis tu, ô Caio, hic ex Deo est, eumque cognoscit, amat, imitatur et colit; qui vero malefacit proximo, uti facit Diotrophes, non est ex Deo, nec Deum vidit aut videt, id est, Deum præcise non cognoscit, quæ enim non amat, non imitatur et colit, nec ei beneficentiam mandanti obedit. Licet ergo omnis virtus sit ex Deo, tamen charitati et beneficentiæ id attribuitur et appropriatur, quod sit ex Deo, eo quod ipsa sit virtus divina, ac nos similes faciat Deo. Dei enim proprium est se suaque bona communicare, et benefacere.

Cujus ratio est, quod Dei proprium sit abundare adeo omni bono, ut superfluat, illudque in alios benefacendo transfundat. Qui ergo benefacit, Dei beneficii filius similis et imitator est. Unde ad hæc S. Joannes verba alludens S. Dionysius, *Eccles. Hierarch.*, cap. iii: « Est omnium divinus, ait, ut eloquia sacramentum, Dei cooperatorem fieri, et ostendere divinitatem in se ipso actionem relictentem. » Hinc illud adagium de beneficio: « Homo homini Deus. » Deus est, ait Plinius, lib. II, cap. vii, « mortali jurare mortalem, et hæc ad eternam gloriam via. » Nazianzenus, *De Cura Patrum*: « Esto, ait, calamitosus Deus. » Viderunt idipsum Gentiles. Ovidius, lib. *De Ponto*, elegia 9, ad Ceryn:

Hoc tecum commune dicit, quod utrique rogasti
Sapphibus vestris ferre soletis opem.
Nam qui est quare solito dignetur honore
Nominis, si demas velle jurare deos?

In verbo *junare* alludit ad etymon Jovis, qui erat deorum maximus; dicitur enim *Jupiter* a juvando, quasi *juvans pater*; unde Cicero ait, enim propter beneficia vocatum esse optimum, sicut propter vitæ maximum. Concludit Ovidius:

Uultus igitur magnos hominesque deoque
Efficit, auxiliis quoque faventis sua.

Hinc Virgilius, *ecloga* 1, Augustum Cæsarem, qui sibi agros servavit, suum vocat Deum:
Namque erit ille mihi semper deus.

Cicero, *epist. ad P. Lentulum*, eum vocat parentem ac deum sue vitæ, fortune, memoriæ, nominis, Martialis, lib. VIII, *epigram.* 24:

Qui fingit sacros auro vel marmore vitas,
Non facit ille deus; qui rogat, ille facit.

Huc facit illud Aristotelis, 1 *Ethic.*, cap. ii. « Quo communius, eo divinius bonum. » Vide dicta *Actor.* xx, 34.

(1) Alieci: Diotrophes, Joanne prasone, vel ad suam Ecclesiam fideles scribente, suam mihi auctoritatem extulimul.

QUI MALEFACIT, NON VIDIT DEUM. — Alludit ad illud I *epist.* cap. III, §: « Omnis qui peccat non vidit Deum. » Antithesis exigebat ut diceret: « Non est ex Deo; sed per auxesim dicit amplius, q. d. Qui male facit, adeo non est ex Deo, ut ne quidem Deum videat, id est, practice cognoscat, cum tamen Deus sit lux immensa, quia malefaciens in tenebris agit, dum opera tenebrarum, puta peccata, exercet. Rursum hic non cognoscit Deum, quia ita vivit ac si Deum non novisset, ac si Deus sua scelerata non videret, ac si non esset Numen, scelerum iudex et vindex: quia omnia alienissima sunt a Deo. » Nam in omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos. » *Prov.* xv, 3. Rursum qui malefaciens est, et malefacit proximo, hie propria non videt, id est, cognoscit Deum practice, qui non cognoscit inmanem et perpetuum Dei in se beneficium, ut his gratis existat, aliis amore Dei beneficiando, cum Deo, qui bonis nostris non egit, beneficiare, et vicem rependere nequeat. Quare Deus vicissim tales non cognoscit, id est, non probat dicere eis in die iudicii: « Nunquam novi vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem. » *Matth.* vii, 21.

Ad hoc S. Joannis verba alius S. Dionysius scribens ad eundem *Capitulum Theraeum*, videntem et contemplativum (qua de causa ait hie S. Joannes: « Vidit Deum » *epist.* I, ubi explicat quomodo homi et perfecti, presertim Theraeum, qualis erat Causus, videant Deum: « Si quis est, ait, qui viso Deo id quod aspexit intellexit, non cum vult, sed aliquando ipsius, quod est et cognoscitur: ipsa vero supra mentem atque supra omnem substantiam, sublimiter collocatus, etiam mentis captum longè superat. » Deus enim in se invisibilis arguta transcendit. Incomprehensibilem inaccessibilem: quem subis caligo est impervia, ut item docet ibidem. Idem *epist.* 2, cum quaesisset ab eo Causus: « Qui sit ut Deus super principium emineat deitatis et honoris, » respondet, ut interpretatur Pachymeres: « Quia deitas ejusmodi donum est, quod a Deo in nos derivatur, quo divina efficiamur consortes naturae. Per deitatem intellige immunitatem Dei gratiam, nos bonos et deos constitunt. Ite, enim donum et origo est et causa, quo dii efficiuntur, pariter et homi; porro bonum hoc quod est principium nostrae deificationis, Deus ipse transcendit. Additque inimitabilem Dei imitationem, nostram esse deificationem: quia enim non efficiuntur dii nisi nomen divinum imitando. Ite imitando dicitur: quia vero ad primum illud divinitatis exemplar, nulla quidem ex parte perfingimus, hinc jure inimitabilibus hominibus et angelis dicitur eius deitas et honoris. » Idem *epist.* 3, ad eundem: « Occultus, ait, est Deus etiam post ipsam declarationem, aut divinitus dicam, in ipsa declaratione. » Idem, *epist.* 5 *ad Hieron.*: « Divina caligo, inquit, est lux ad quam aditus non patet, in qua Deus habitare dicitur, quae quidem nec cerni potest, nec

excellenti charitate, nec adiri eadem propter singularis divini luminis effusionem. In hac versatur omnis, qui dignus habitus est, Deum nosse et videre; hoc ipso quod non cernit neque cognoscit, vere in eo aspectum et cognitionem superat, et quae sensu percipiuntur, et quae ratione intelliguntur; dicitque illud Propheta: « Mirabilis facta est scientia tua ex me; confortata est, et non patero ad eam. » Idem deinde probat exemplo S. Pauli, qui licet rapinatus esset in Deum, tamen asserit Deum omnem intelligentiam et cognitionem superare. Ite et noster Joannes, *Evangel.* cap. I, 18, ait: « Deum nemo vidit unquam, » scilicet per visionem claram; vidit tamen per obscuram cognitionem, seu fidem, juxta illud S. Pauli: « Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. » I *Corinth.* xiii, 12.

12. DEMETRIUS TESTIMONIUM REDDITUR AB OMNIBUS, — de hospitalitate, probitate et ceteris virtutibus Christianis. Hinc ergo Cato imitandum et adjuvandum proponit, sicut Diotrophem inhospitalem vitandum. Suspensior noster Serarius Demetrius hunc esse illum qui olim praefectus artificum Dicaeae, contra S. Paulum Ephesi seditionem concitavit, Act. xix, 24, qui postea penitentem peccatum suum fervore pensans persecutionem in propagationem fidei commutavit: licet nil tale prodant veterum historiae, insinuant Catharicus et Salmeron hunc Demetrium fuisse Episcopum. L. Dexter in *Chronico* asserit hunc Demetrium fuisse fratrem Causi, ad quem epistolam hanc scribit S. Joannes. Verba Dexteri recitavi initio capituli.

ET AB IPSA VERITATE, — q. d. Falli potest testimonium populi et vulgi, at falli nequit testimonium veritatis. « Vulgus, ait Cicero *Pro Licetio comato*, ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat. »

Veritas autem testimonium perhibet Demetrio, q. d. Vere Demetrius christiane vivit et Christiana opera facit. Ejus ergo vita verum et virtutis testimonium. Veritas, id est, res ipsa clamaturum tum re ipsa, quam nomine, verum probumque esse Christianum. Beatus qui testimonium habet a veritate; hic enim testimonium habet a Deo, qui est prima et summa veritas. Mundani testimonium habent, sed ab adulatione et falsitate; nam, ut vulgo dicitur: « Multi Laudenses, pauci Veronenses; » nimirum multi laudatores, puta adulatores, pauci veridici.

SED ET NOS TESTIMONIUM PERHIBENS, — quod nullius gravius et certius est, ut ipse Episcopale, Apostolicum et canonicum, ut ipse scriptoris hagiographi. Vere Cicero *pro Planicio*: « Gravior et validior est decem virorum honorum sententia, quam totius multitudinis imperitia. »

13. MULTA HABUI TIBI SCRIBERE, SED NOLUI ATRAMENTUM ET CALAMUS SCRIBERE TIBI, — q. d. Multa habui tibi communicanda, sed nolui ea committere chartae, quia brevi ore ad eos loquor.

EDUR. Vide cetera *epist.* II, 12. Syrus: *Multa fuerunt tibi ad scribendum tibi, sed non volo ut in manu atramenti et calami scribam tibi.*

PAX TIBI. — Syrus, *pax sit tecum.*

14. SALUTANT TE AMICI. SALUTA AMICOS NOMINATIM. — Syrus: *Precaur pacem tibi amici. Precaur pacem amici, quilibet in nomine suo. Hebraeorum*

enim commenta salutatio erat *salom laceni*, id est, *Pax vobis*, quam more gentis usus est Christus et Apostoli. Rursum hic nota comitatem et affabilitatem S. Joannis, qui amicos vulg salutare nominatim, eos tamen non nominat, quia plurimi erant, et ne quem ex oblivione praeterendo, aut alteri praeponeudo, offendant.

SANCTI JUDÆ

APOSTOLI.

PROCEMIUM.

Tria hic de more præmittenda: *primum*, de auctore hujus Epistolæ; *secundum*, de ejus auctoritate; *tertium*, de ejus argumento.

Quoad *primum*, auctor est Judas non Iscariotes, sed Jacobi, scilicet frater Jacobi, inquam, Minoris, qui frater Domini cognominatus est, scripsitque Epistolam Canonicam. Matrem habuit Mariam Alphon, sive Cleopha, scilicet uxorem; que et Jacobi, scilicet mater, vocatur, *Marc. xx. 40.* Eandem vocatur soror B. Virginis, cum eaque assistit oratori Christi, *Joan. xix. 25.* non quod proprie fuerit soror ejus ac filia S. Josephi et Annæ, ut censuit S. Hieronymus *Contra Helvidium*; Theodoretus, *Luce vi. 16.* Beda et Anselmus, *Galat. 1.* sed soror phrasi Hebræa, id est cognata, *Galat. 1.* sed soror phrasi Hebræa, id est cognata vel consobrina. Hæc ergo Maria Alpha quatuor habuit filios, e quibus tres a Christo electi sunt ad Apostolatam, scilicet Jacobus, Judas et Simon; quartus Joseph fuit compellitur Matthiæ, cum soror apostolatus cecidit super Matthiam, *Actor. 1.* Hinc quatuor hi vocantur fratres Christi, *Matth. xii. 33.* non quod fuerint filii Joseph, sponsi B. Virginis, ex alia uxore, ac consequenter privigni B. Virginis et proprie fratres Christi, uti opinatus est Nysseus, *orat. 2. De Resurrect.*; Origenes, Theophylactus et Euthymius in *Matth. xii.*; Clemens Alexandrinus hic; Epiphanius, *heres. 33.*; Chrysostomus, *orat. De Annun.*; Hilarius, *can. 1. in Matth.*; Ambrosiaster *ad Galat. 1.* Unde et Arabica versio sic habet initio Epistolæ: « Judas, filius Josephi fabri. » Joseph enim fuisse e librem et virginem tradit S. Hieronymus *Contra Helvidium*, Beda in *Joan. cap. 1.* Rupertus in *Matth. cap. 1.* Magister in *IV. dist. 30. cap. De E. Mariae*, D. Thomas, *III. part. Quæst. XXVIII. art. 3. ad 5. et alii.* Vide Canisium, *lib. II. De Deipora*, *cap. xiii.*; Suarez, *III. part. tom. II. disp. 5. sect. 4.*; Toletus in *Joan. cap. 1.* annot. 18. et Salmeron, *tom. III. tract. 23.* Vocatur ergo frater Christi, id est consanguineus, vel affines, sicut

mater eorum vocatur soror, id est cognata B. Virginis.

Quoad etymon, Judas hebræica idem est quo confessio et laus, vel confessor et laudator, scilicet Dei et Christi. Nomen hæc accepisse videtur a Juda fortissimo et celeberrimo filiorum Jacob, *Genes. cap. xlii. vers. 8.* Item, æque ac frater ejus Simon, cognominatus est Chananæus, quasi oriundus ex Cama Gallææ, hoc est, Zelotes, teste S. Hieronymo in *cap. 17. ad Galat.*, eo quod zelavit pro Domino, ait S. Fulgentius, *serm. 9.* Unde hæc ejus amoris et zeli plena vox ad Christum recensitur a S. Joanne, *xiv. 22.*: « Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis tempus? » Hæc enim ejus vox exalta fuit verbis illis Christi euntis ad mortem, amore plenus: « Qui diligit me, diligatur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. » Hinc idem Judas cognominatus est Thaddæus et Lebbaeus, id est, Ieonius, a *לֵבִי לֵבִי*, id est *leo, vel cordatus*. Leo enim hebræica dicitur *לֵבִי* a *לֵב*, id est *cor*, quasi cordatus, seu animosus, quia a generositate et presentia animi imperterritus. Cor enim sedes est et symbolum fortitudinis; unde Aristomenus qui totam Græciam stupefecerat audacie miraculo, post mortem dissectus, iuventus est habere cor totum pilis dissectus, iuventus est Plinio *lib. XI. cap. xxxvii.* Rursus Lebbaeus, id est corculum, i verisimile enim est *Lebbaeus* pene idem esse quod Thaddæus: nam Græca *Ματθ. x. 3.* et Syriac habent: « Lebbaeus, qui cognominatus est Thaddæus. » Lebbaeus ergo idem est quod corculum, a *לֵבִי*, id est *cor*, ait S. Hieronymus in *Matth. cap. x. g. d.* Mire cordialis, benevolus, amabilis; aut mire sapiens et prudens; qui enim valde cant erant et prudentes, vocabantur corenii, ait Plinius, *lib. VII. cap. xxxi.* et Festus: Corenium, inquit, a corde dicebant antiqui solertem et acutum. Unde Scipio Nasica, ob prudentiam bis consul, appellatus est *Corculum*, ait Cicero *Tuscul. I.*

Thaddæus vero non tam ab Hebræo *לֵבִי*, id est *leo*, deducitur: sic enim dicendum fuisset Thaddæus; quam a Syro *ܐܘܕܐ* (Hebræi dicunt *ܐܘܕܐ*); unde Deus dicitur *saddai*, id est, mamma bonorum omnium); sed Syri et Chaldei sæpe s Hebræum vertunt in *t*, ac pro *sad* dicunt *thad*, pro *Saddæus Thaddæus*, id est mamma, uber, *g. d.* Mammæus, uberalis, dulcis, misericors, benignus, Beneficus. Ita Angelus Caninus in *Nomin. Hebr. novi Testamenti*, *cap. xiii.* Porro S. Hieronymus (vel quisquis est auctor; non enim est S. Hieronymus) in *Marc. cap. vi.* et ex eo Pagninus in *Nomin. Hebr. interpret.*, Lebbaeum volunt dici a corde, quasi cordis cultorem, qui scilicet cordis puritati, sanctitati et perfectioni unice incubuerit. Qua de causa Judas hic præ ceteris Apostolis S. Bernardo fuit in veneratione ac deliciis; auctor enim *Vitæ S. Bernardi*, *lib. V. cap. 11.* narrat ipsum reliquias S. Jude Hierosolymis ad se missas mira devotione excepisse, adeoque meritum jussisse eas secum sepeliri et pectori suo superponi, « eo utique fidei et devotionis intuitu, ait auctor *Vitæ*, ut eidem Apostolo in die communis resurrectionis adhereret. » Nota: Judas Hebræice includit omnes litteras nqmms tetragrammati Iehova, indeque ad nomina Iehova, utpote sacrosancti et apud Judæos ineffabilis, reverentiam, censent aliqui pro Juda, vocatum esse affini nomine, Thaddæum. Sed hæc est fabella; constat enim nomen Juda apud Judæos fuisse usitatissimum, adeoque a Deo laudatum, *Genes. cap. xlii. vers. 8.* Insuper Eusebius, *lib. II. Histor.*, *cap. xii.*; Nicephorus, *lib. II. Histor.*, *xl.* et Græci in *Menologiis* suos ponunt Thaddæos, scilicet unum Apostolum, puta Judam hunc nostrum; alterum qui fuerit et LXX discipulis Christi missus ad Abagarum. Verum alii non nisi unum agnoscunt Thaddæum, scilicet Judam Apostolum. Ita S. Hieronymus in *Matth. x.* Beda in *cap. 1. Actor.*, Fulgentius, *serm. 9.* Et Ecclesia Latina non nisi unum Thaddæum in *Martyrologio*, et officio divino commemorat.

Juxta quos dicendum est, quod hic Judas sit ille Thaddæus, qui Abagarum regem Edessæ et Edessenos ad fidem convertit, uti fuse narrat Eusebius loco jam citato, qui et addit hæc 43 Christi anno contigisse, atque Abagarum aurum tum celatum, tum rade offerenti, respuisse illud Judam, ac dixisse: « Si nostra proprus dereliquimus, quemodo accipimus aliena? » quæ sane verba cor ejus purum, maganimum et celeste significant. Plura vide apud Eusebium. In *Apocalypsis cap. xxi. 20.* Judas representatur per chrysoptum: causas ibidem recensui.

Nicephorus, *lib. II. cap. iv.* Breviarius Romanus 29 octobris et alii tradunt S. Judam prædicasse in Mesopotamia, Persia, Arabia, Idumæa. Demum S. Judas nobilem apostolatam glorioso martyrio coronavit, ac sacrum ejus corpus, æque ac fratris Simonis, Romam delatum conditum est

in basilica S. Petri, ut quem in vita unice coluerat, adeoque sensa epistolæ ejus in sua expresserat, juxta eundem et mortuus conderetur.

Quoad *secundum*, aliqui olim de auctoritate hujus Epistolæ dubitarunt; imo nuper Cajetanus censuit hanc Epistolam esse minoris auctoritatis illis que sunt ceteræ Scripture sacre. Hæretici, ut Lutherus, Centuriatores, Brentius, Kemnitius, apocrypham esse censent. Rationes eorum sunt, quod auctor ejus citet librum Henoch apocryphum, et alterationem Michaelis cum diabolo de corpore Mosis, quæ nusquam in Scriptura extat; sed ad hæc suis locis respondebo. Dico ergo: de fide est hanc Epistolam esse canonicam Scripturam. Ita definit Concilium Tridentinum, *sess. IV.* et Florentinum in Eugenii Pontificis epist. *ad Armenos*; Concilium Romanum sub Damaso, Concilium Laodicense, *cap. LVIII.* et Carthaginense, *cap. XLV.* Audi S. Hieronymum, *lib. De Scriptor. Eccles.*, in *Juda*: « Judas, inquit, frater Jacobi, parvam quidem que de septem Catholicis est, epistolam reliquit. « eo utique Henoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, a plerisque rejicitur; tamen auctoritatem vetustate jam et usu meruit; et inter S. Scripturas computari, et sacrosanciam auctoritatem habere.

Unde eandem ut Canonicam citant S. Dionysius *De Divinis Nominibus*, *cap. iv.*; Epiphanius, *heres. Gnostice*, Nazianzenus, *in Corin. de Scriptor.*; Didymus et Occumenius hic, S. Athanasius in *Synopsi*, Ephrem, Origenes et e Latinis S. Cornelius, S. Cyprianus, Innocentius I, Tertullianus, S. Hieronymus, S. Ambrosius, S. Augustinus, Rufinus, Philastrius, Cassianus, Prosper, Gelasius, Fulgentius, Aleimus, Primasius, S. Gregorius, Beda, Rabanus, Remigius, Ado, Ansbertus, Angelomus et alii, quos fuse citat Iodocus Coccius in *Theodoro Cathol.*, *tom. I. lib. VI. pag. 370.* et Bellarminus, *lib. I. De Verbo Dei*, *cap. xviii.*

Græce scripta est Epistola; licet enim S. Judas in Perside prædicarit, hanc tamen Epistolam, quasi encyclicam et universalem, scripsit fidelibus omnibus tam Indis, quam Gentilibus toto orbe dispersis, Ideoque non persice, sed græce, quia Græca lingua tunc maxime erat communis et latissime patebat. Porro Origenes in *cap. xii. Matth.*, assertit hanc Epistolam paucorum quidem esse verborum, sed plenam efficaciam celestis gratiæ verborum. Ipsa ergo sui brevitate fecunda est, et quasi margarita, quæ sub exigua mole multorum summam includit sesteriorum, quod de S. Scriptura dixit S. Hilarius, *canon. 6. in Matth.* Brevis enim hæc Epistola nulla dogmatica astruit, nimirum mysterium SS. Trinitatis, incarnationis et redemptionis Christi, angelorum bonorum a malis discretionem, et studium pro salute hominum, denique fidem et metum futuri judicii. Ethice docet fugam luxuriæ, blasphemias, inobedientiam, superbiam, avaritiam, odii, doli, adulationis, personarum affectionis; ac constantiam in

vocatione, fide, oratione, charitate, conversione errantium, insecutione hæreticorum, doxologia et laude Dei. Quod ergo S. Bartholomæus, teste S. Dionysio, cap. 1 *De Mystica Theologia*, dixit: « Magnam esse Theologiam, et minimam; ne Evangelium amplum et magnum, rursusque compendiarium, » id ipsum vere dicas de hac Epistola, nimirum « brevem esse et longam: brevem in verbis, longam in sententiis, ut rarus sit qui non in ejus occultatâ lectione, » ut ait S. Hieronymus *ad Paulinum*.

Exstat hæc Epistola syriacè, non in Bibliis regis, sed separatim, quam in Latinum vertit noster Elæus; exstat et arabice, quam in Latinum vertit quidam in fide heterodoxus.

Quoad tertium, argumentum Epistolæ est confutare hæreses jam tum natas Simonis Magi, Nicolaitarum et Carinthi, ac mox ex istisdam nasetas, Gnosticorum, Ebionis, Menandri, Basilidis, Salerni, Valentini, Marcionis et similiarum. Ita S. Epiphanius in *hæresi Gnosticorum*, post recensitas eorum libidines, ait Spiritum Sanctum de his per Judam prædixisse: « Quicumque naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. » Hæreticorum ergo improbos mores graphice depingit, eosque quasi reductores et pestes cavendos esse docet, ac in fide suscipienda constanter esse persistentium, ne eis contingat quod contigit Hæbreis, Sodomitis et angelis a Deo spontantibus, qui omnes misere perierunt. Ita S. Athanasius in *Synopsi*, Oecumenius et alii. Docuissent Judas in Asia misere, ubi floruit schola Simonis Magi, contra quam scripsit pariter S. Paulus epistolas ad Ephesios et Colossenses, ad quas hic respicit Judas. Maxime autem inseratur dogma Simonis docentis solum fidem suam (quæ hæresis erat et perfida) ad salutem sine bonis operibus, et Gnosticorum docentium, nullum esse peccatum nisi infidelitatis, sed omnia esse adiphora, scilicet bona bene utentibus, mala male utentibus, ac proinde impune licere vacare commensationibus et libidibus; unde Simonianorum et Gnosticorum immanes et infames libidines acriter perstringit, easque acere Dei judicium ab Henoch prædictum intental. Quocirca S. Ephraim, tom. 1, serm. *De istis qui animas ad impudicitiam pellicunt, cum nihil mali sit*, recitat totam hæc S. Judæ Epistolam, eamque contra illos inloquet. Est ergo hæc Epistola perpetua quasi inveciva in hæreticos, eosque blasphemos et luxuriosos. Præmissa enim, præmissa salute, hortatur fideles, ut contra eos

pro vocatione et fide sua viriliter certent, eo quod ipsi sint apostata, similes Sodomitis et angelis Deo rebellibus, cum eisque perdati et perituri. Deinde, vers. 8, eorum libidines, rebelliones, blasphemias et maledicta mensat, cum Michael, sicut justam habens causam, non fuerit ausus maledicere Satana. Tertio, vers. 14, comparat eos Caino, Balaamo, Core seditioso, eosque vocat nubes sine aqua, arbores autumnales, fluctus feri maris, sidera errantia, de quibus propheta vit Henoch minans eis acere Dei judicium, cum sint murruratores, pleni concupiscentiis, superbi, avari. Quarto, vers. 17, hortatur ad Apostolorum fidei et doctrinam constanter insistentes, hæreticis resistant. Denique vers. 20, hortatur fideles ad orationem, charitatem, misericordiam et zelum animarum, ut seductos ad hæreticos ad fidem reducant; ad castitatem, ut immaculatos se stant tribunalii judicii Christi. Atque tandem doxologia claudit Epistolam, dicens: « Solum Deo Salvatore nostro per Jesum Christum Dominum nostrum gloria et magnificentia, imperium et potestas ante omne sæculum, et nunc, et in omnia sæcula sæculorum. Amen. »

Scripserunt a veteribus in hæc Epistolam Didymus et Clemens Alexandrinus; sed breviter extant in Bibliis. SS. Patrum; recentiores plurimi, recentissima noster Justinianus et Lorinus. Ego pariter brevis ero more meo, præsertim quia plerumque hic dicenda dixi *de Petri*, n.

Ubi nota hæc Epistolam valde similem esse Epistolæ secundæ S. Petri, cap. II, adeoque multas eum eo easdem, vel pene easdem habere sententias. Quare vel S. Petrus illas sumpsit ex S. Judæ, ut ejus dicta confirmaret, uti vult Salmeron; vel certe Judas illas accepit ex S. Petro, ut vult Barotius, anno Christi 68, Adamus Sæbouth, Lorinus, Hugo, Thomas Anglicus et Primaticius hic, qui tres ultimi consent ideo hæc Epistolam in ordine Biblico esse ultimam, eo quod ultimo sit edita (exiipe Epistolam S. Joannis), ac proinde post mortem S. Petri, qui paulo ante mortem secundam suam Epistolam scripsit anno Christi 68. Quia si vera sunt, oportet, ut vere S. Judam cum fratre Simone Channano expetisse mortem non anno Christi 64, ut vult Caprinus in *Chronica*, sed post S. Petrum postque annum Christi 68 (1). Porro ut videas S. Petri et S. Judæ harmoniam et consonantiam, accipe easdem utriusque sententias per parallela digestas.

(1) Juxta Sopp, Jothas scripsit ann. 63.

PARALLELA

EARUMDEM SENTENTIARUM

S. PETRI EPIST. II

I. Cap. II, vers. 1. IN VOBIS ERUNT MAGISTRI MENDACES, QUI INTRODUCENT SECTAS PERDITIONIS. ET VERS. 3. QUIBUS JUDICIUM JAM OLIM NON CESSAT.

II. ET EUM, QUI EMIT EOS, DOMINUM NEGANT.

III. VERS. 2. ET MULTI SEQUENTUR EORUM LUXURIAS, PER QUOS VIA VERITATIS BLASPHEMABITUR.

IV. VERS. 4. SI ENIM DEUS ANGELIS PECCANTIBUS NON PERPERIT, SED RUDENTIBUS INFERNI DETRACTOS IN TANTARUM TRADIDIT GRUCIANDUM, IN JUDICIUM RESERVAVIT.

V. VERS. 6. ET CIVITATES SODOMORUM ET GOMORORUM IN CINEREM REDIGENS, EMISSIONE DANNAVIT, EXEMPLUM EORUM, QUI IMPETI ACTURI SUNT, PONES.

VI. VERS. 10. MAGIS AUTEM EOS QUI POST CARNEM IN CONCUPISENTIA INMUNDITATE AMBULANT, DOMINATIONEMQUE CONTINENT.

VII. SECTAS (ἑρέσεις) NON REPUENT INTRODUCERE, BLASPHEMANTES.

VIII. VERS. 14. ANGELI FORTITUDINE ET VIRTUTE CUM SINT MAJORES, NON PORTANT ADVERSUM SE EXECRABILE JUDICIUM.

IX. VERS. 12. HI VERO, ETC., IN HIS QUE IGNORANT BLASPHEMANTES, IN CORRUPTIONE SUA PERIBUNT.

X. VERS. 13. CONIUGATIONES ET MACULE DELICIAS APPLIDENTES, IN CONVITIIS SUIB LUXURIANTES.

XI. VERS. 14. COR EXERCITATUM AVARITIA HABENTES; ET VERS. 3. IN AVARITIA FICTIS VERBIS DE VOBIS NEGOTIABUNTUR.

XII. VERS. 15. SEQUITI VIAM BALAAH EX BOSOR, QUI MERCEDEM INIQUITATIS AMAVIT.

XIII. VERS. 17. HI SUNT FONTES SINE AQUA, ET NEBULE TURBIDIS EXAGITATE, QUIBUS CALIGO TENEBRARUM SERVATA EST IN ÆTERNUM.

XIV. VERS. 18. SUPERBA ENIM VANITATIS LOQUENTES, PELLICUNT IN DESIDERIIS CARNIS LUXURIAM.

XV. CAP. III, VERS. 1 ET 2. CHARISSIMI, ETC., MEMORES SITIS EORUM QUE PRÆBUXI VERRORUM, ETC., ET APOSTOLORUM, PRÆCEPTORUM DOMINI ET SALVATORIS.

XVI. VERS. 3. HOC PRIMUM SCIENTES, QUOD VENIENS IN NOVISSIMIS DIEBUS IN DECEPTIONE ILLUSORES, JUXTA PROPRIAS CONCUPISENTIAS AMBULANTES.

XVII. VERS. 11. QUALES OPORTET VOS ESSE IN SANGTIS CONVERSATIONIBUS ET PIETATIBUS, EXPECTANTES ET PROPRIETAS IN ADVENTUM DIEI DOMINI.

XVIII. VERS. 18. IPSI GLORIA ET NUNC, ET IN DIEM ÆTERNITATIS. AMEN.

ET S. IUDÆ.

I. VERS. 4. SUBSTROIERUNT QUIDAM HOMINES, (QUI OLIM PRÆSCRIPTI SUNT IN ROG JUDICIUM) IMPETI

II. SOLUM DOMINATOREM ET DOMINUM JESUM CHRISTUM NEGANTES.

III. DEI NOSTRI GRATIAM TRANSERENT IN LUXURIAM.

IV. VERS. 6. ANGELOS VERO, QUI NON SERVAVERTUR SUUM PRINCIPATUM, SED DERELIQUERUNT SUUM DOMICILIUM, IN JUDICIUM MAGNI DIEI, VINCULIS ÆTERNIS SUB CALIGINE RESERVAVIT.

V. VERS. 7. Sicut SODOMA ET GOMORREHA, ET FIDELITATE CIVITATES SIMILI MODO EXPORNICATÆ, ET ABREPTES POST CARNEM ALIBRAM, FACTÆ SUNT EXEMPLUM, IGNIS ÆTERNI PORNAM SERTINENTIS.

VI. VERS. 8. SIMILITER ET HI CARNES QUIDEM MACULANT, DOMINATIONEM AUTEM SPERNUNT.

VII. MAJESTATEM (δοξάν) BLASPHEMANT.

VIII. VERS. 9. CUM MICHAEL ARCHANGELUS CUM DIABOLO DISPUTANS ALTERCABATUR DE MOYS CORPORE, NON EST AUSUS JUDICIUM INFERRE BLASPHEMIE, SED DIXIT: IMPETI TIBI DOMINUS.

IX. VERS. 10. HI AUTEM QUICUMQUE QUIDEM IGNORANT, BLASPHEMANT; QUOSQUAMQUE AUTEM NATURALITER TANQUAM MUTA ANIMALIA NORUNT, IN HIS CORRUMPUNTUR.

X. VERS. 12. HI SUNT IN EPULIS SUIB MACULE, CONVIVANTES SINE TINOBE, SEMETIPSO PASCENTES.

XI. VERS. 16. MIRANTES PERSONAS QUESTUS CAUSA.

XII. VERS. 14. ERRORE HALAAH MERCEDE EFFUSI SUNT.

XIII. VERS. 12 ET 13. NUBES SINE AQUA, QUE A VENTIS CIRCVFERENTUR, ETC., QUIBUS PROCELLA TENEBRARUM SERVATA EST IN ÆTERNUM.

XIV. VERS. 16. SECUNDUM DESIDERIA SUA AMBULANTES, ET OS EORUM LOQUITUR SUPERBA.

XV. VERS. 17. VOS AUTEM, CHARISSIMI, MEMORES ESTOTE VERRORUM QUE PRÆDIXTA SUNT AB APOSTOLIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

XVI. VERS. 18. QUI DICERANT VOBIS, QUONIAM IN NOVISSIMO TEMPOR VENIENS ILLUSORES, SECUNDUM DESIDERIA SUA AMBULANTES IN IMPETIATIONIBUS.

XVII. VERS. 21. VOSMETIPSO IN DILECTIONE DEI SERVATE, EXPECTANTES MINIMORUM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI IN VITAM ÆTERNAM.

XVIII. VERS. 28. SOLI DEO SALVATORI NOSTRO, PER JESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM, GLORIA ET MAGNIFICENTIA, IMPERIUM ET POTESTAS ANTE OMNE SÆCULUM, ET NUNC, ET IN OMNIA SÆCULA SÆCULORUM. AMEN.

1. Judas Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, his qui sunt in Deo Patre dilectis, et Christo Jesu conservatis et vocatis. 2. Misericordia vobis et pax, et charitas adimpleatur. 3. Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans supercertari semel traditis sanctis fidei. 4. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim prescripti sunt in hoc iudicio) impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes. 5. Commovere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Jesus populum de terra Ægypti salvans, secundo eos, qui non crediderunt, perdidit; 6. angelos vero, qui non servaverunt summam principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit. 7. Sicut Sodoma et Gomorrha, et fluitimæ civitates simili modo exfornicate, et abeuntes post carnem alteram factæ sunt exemplum ignis æterni poenam sustinentes. 8. Similiter et hi quæcumque quidem maculant, dominationem autem spernunt, majestatem autem blasphemant. 9. Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans alteraretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemæ; sed dixit: Imperet tibi Dominus. 10. Hi autem quæcumque quidem ignorant, blasphemant; quæcumque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur. 11. Væ illis, quia in via Cain abierunt, et errore Balaam mercede effusi sunt, et in contradictione Core perierunt! 12. Hi sunt in epulis suis macule, convivantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuose, bis mortuæ, eradicate, 13. luctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum. 14. Prophetavit autem de his septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, 15. facere iudicium contra omnes, et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, et de omnibus duris, quæ locuti sunt contra Deum peccatores impii. 16. Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, et os eorum loquuntur superba, mirantes personas quæstus causa. 17. Vos autem, charissimi, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Jesu Christi. 18. Qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illi omnes, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. 19. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes. 20. Vos autem, charissimi, superedificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu Sancto orantes, 21. vosmetipsos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. 22. Et hos quidem arguite iudicatos: 23. illos vero salvate, de igne rapientes: Aliis autem miseremini in timore: odientes et eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. 24. Et autem, qui potens est vos conservare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in adventu Domini nostri Jesu Christi; 25. soli Deo Salvatori nostro, per Jesum Christum Dominum nostrum, gloria et magnificentia, imperium et potestas ante omne sæculum, et nunc, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

1. JUDAS JESU CHRISTI SERVUS, FRATER AUTEM JACOBI — Minoris, qui fuit Apostolus et prius

Episcopus Hierosolymæ, parique modo sic epistolam suam inscribit: « Jacobus Dei et Domini nos-

tri Jesu Christi servus: vide ibi dicta. Hoc ipso Judas significat se esse Apostolum: constat enim Judam fratrem Jacobi fuisse Apostolum. Arabicus verit, Judas, filius Joseph fabri; sed Clemens Alexandrinus: « Judas, inquit, qui Catholicam scripsit epistolam, frater filiorum Joseph, extans valde religiosus, cum secreti propinquitate Domini, non tamen dixit fratrem ejus esse; sed quid dixit? Judas servus Jesu Christi. » Verum in Proœmio ostendi Judam non fuisse filium Josephi. Vocat se « servum Christi, » q. d. Ego Simonis angelos, mox Valentini, Gnosticorum genios ignoro; solius Christi me servum esse profiteor et glorior, æque ac David, dicitur *Psalm.* cxv, 6: « O Domine, quia ego servus tuus, et filius ancille tue; dirupisti vincula mea, » quibus obstrictus eram peccato, morti et gehennæ, et gloriæ tuæ serviit, imo apostolatus me mancipasti: « idcirco sacrificabo tibi hostiam laudis. » Optabilis est, inquit Philo *De Monarchia*, « Deo servire quam regnare. » Hinc Moses, dux Hebræorum, vocatur servus Domini, *Deut.* xxxiv, 3: vide ibi dicta. Vere S. Augustinus, tract. 41 in illud *Joan.* viii, Si vos filius litererit, vere liberi eritis: « Hæc, ait, spes nostra est, fratres, ut a libero liberemur, et liberando servos nos faciat; servi enim eramus cupiditatis, liberati servi efficiuntur charitatis. »

Porro Judas vocat se fratrem Jacobi, tum ut et Juda læscitose se distinguat, tum ut sibi benevolentiam et auctoritatem conciliet a fratre sancto et celebri: « Jacobi enim celebris ob virtutem apud omnes fama effectura erat, ut hujus Apostoli doctrina majorem auctoritatem haberet, libentiusque admittetur, » ait Occuminius.

Docent oratores, in exordio orationis vel epistolæ, concilianum esse auditorum vel lectorum primo, benevolentiam; secundo, attentionem; tertio, docilitatem. Ita S. Judas hic lectores facit primo, benevolos, vocando eos dilectos, charissimos, et ostendendo omnem erga eos amorem et sollicitudinem; secundo, attentos, dum ait se scribere de communi omnium salute, utique æterna; tertio, dociles, dum ait se non aliud quam semel traditam eis fidem epistolæ arguementum.

Hi qui sunt in Deo Patre dilectis. — Legit interpretes in Græco *ἐν ἀγαπῆσιν*, id est dilectis. Jam multi legunt *ἐν ἀγαπῆσιν*, id est sanctificatis. Ita Cajetanus, Charis, Vatablus, Pagninus et alii. Utrumque verum, et in e loco congruum, Christiani enim « in Deo, » id est a Deo, vel propria in Deo, id est, in Dei fide, gratia et charitate sunt uniti: itaque a Juda et ab invicem diligibiles et dilecti. Ita Lyranus, Dionysius et alii. Item « in Deo, » id est, per Deum et a Deo sunt sanctificati; subaudi, « salutem dicit, » q. d. Judas Christianis in Deo Patre dilectis salutem dicit, scribitque hanc epistolam.

Et in Jesu Christo, — id est, per Jesum Christum ejusque gratiam. Rursum, « in Jesu, » id

est, in Jesu fide, cultu, religione, dilectione, puta in Christiana fide, charitate et vita « coequevalis, » q. d. Judas salutem dicit et precatur Christianis, qui a Deo sunt dilecti, et in hac ejus dilectione per Jesu Christi gratiam conservantur et perseverant. Magnam enim Dei et Christi donum est perseverantia, nisi docet Concilium Tridentinum, sess. VI, cap. xiii, et S. Augustinus, lib. *De Bono perseverantia*. Hoc est quod ait Christus, *Joan.* xvii, vers. 12: « Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex eis peccavit, nisi filius perditionis; » et cap. xviii, vers. 9: « Quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quemquam, » et cap. x, vers. 28: « Non peribunt in æternum, et non rapiet eos quisquam de manu mea; » et Abigail et David I *Regum*, cap. xxv, vers. 29: « Erit anima domini mei custodia quasi in fasciculo viventium apud Dominum Deum tuum. »

CONSERVATIS ET VOCATIS. — Querens: Quomodo Judas vocatos postpositum conservatis, cum prius sit vocari ad fidem et dilectionem, posterius in ea conservari? Primo, Glossa interlinearis censet esse *ἑσπερος ἐπίσκοπος*: vocatos enim procedere conservatos. Secundo, alii respondent per « conservatos » intelligi conservatos in gratia; per « vocatos, » vocatos ad gloriam; gloria autem posterior est gratia. Verum obstat, quod licet gloria posterior sit gratia, tamen vocatio ad gratiam includit vocationem ad gloriam, quasi sui consummationem et terminum. Unde Hugo respondet id verum esse in intentione, non in executione: in executione enim prius est conservari in gratia, posterius vocari ad gloriam, q. d. Judas scribit fidelibus qui in fide et gratia Christi conservantur et perseverant, ac per hanc perseverantiam proximè vocantur et diriguntur ad gloriam, quam certo assequuntur, si uti ceperunt, ita usque ad finem vite in fide et gratia Christi perseverent. Verum hæc subtiliora sunt quam solidiora.

Dico ergo si vocatis, græco *ἀγαπῆσιν* (non *καταβάσιν*) esse nomen, et verò conservatis, græco *τηρηθῆσιν*, esse participium. Sic enim habent Græci, nec *καταβάσιν ἀγαπῆσιν*, id est conservatis vocatis; et Arabici, ad servatos vocatos in nomine Jesu Christi: « vocati » enim vocantur Christiani, estque hæc quasi propria eorum nomenclatura; ut nuncupantur « vocati, » græco *ἀγαπῆσιν*, quasi a Deo evocati ad suam familiam, amicitiam, filianem, hereditatem. Et ergo vocati est titulus summæ dignitatis; ad quam Christiani a Deo evecti sunt. Unde Hesychius: *ἀγαπῆσιν*, inquit, vocantur nobiles; vocavit enim nos Deus de tenebris « in admirabile lumen suum, » I *Petr.* ii, 9, ac de mirerrima servitute peccati « transtulit nos in regnum filii dilectionis suæ, » *Colos.* i, 13, scilicet a morte ad vitam, ab ignominia ad gloriam, ex gehenna ad cœlum, ut ex hominibus angelos efficeret. Vide dicta *Rom.* i, 4, ad illud: « Paulus vocatus Apostolus; » et I *Cor.* i, ad illud: « Vocatis

sanctis, ubi Syrus vertit, *vocatis et sanctis*, æque ac Noster hic « conservatis et vocatis »; quia « vocatis peculiariter dignitatem et titulum, æque ac donum addit Christianis, nimirum quod fide, gratia et dilectione Dei donati sint, in eaque conserventur, non ex se suasque electione et virtute, sed ex vocacione et gratia Dei, qui sicuti eos primitus vocavit ad fidem et gratiam, ita pariter eosdem ad ejus conservationem et augmentum Indies vocat et promovet.

Itaque « vocatis hic est quasi suppositum, cuius epitheta sunt « dilectis et conservatis. Suppositum autem suis epithetis nunc preponitur, nunc postponitur. Sensus ergo est, q. d. Judas scribit hanc epistolam, « vocatis, » id est Christianis, qui sunt vocali Dei, ab eoque evocati, ejusque obsequio, cultui, fidei, gratiæ et regno mancipati, ideoque ab eo dilecti et conservati. Vocavit enim, vocalique eos Deus non solum ad suam dilectionem, sed etiam ad dilectionis conservationem, incrementum et perfectionem, ut scilicet per eum filios ad hereditatem et gloriam Regni æternitatis perveniant. Unde hæc explicans Judas subdit: « Misericordia vobis, et pax, et charitas adimpleatur. »

Nota: Pro *conservatis* grece non est verbum *conservare*, sed significans *episcopos*, id est, urbem vel arcem utriusque propugnaculum, præditam et sigillis vallatam munitaque teneo, ut nullus hostium insidias vel irruptiones sit aditus. Sic enim fideles suos contra omnes diaboli, mundi et carnis impetus obvallat, tutatur et conservat Deus, juxta illud Prov. xviii, 10: « Turris fortissimum nomen Domini. »

2. MISERICORDIA VOBIS ET PAX, ET CHARITAS ADIMPLEATUR. — Judas more suo imitatur S. Petrum, qui pari salutatione secundam epistolam orditur, dicens: « Gratia vobis, et pax adimpleatur. » Misericordiam intelligit virtutem, non fideliarum, nec fidelibus inhærentem, sed Dei, quia sua dona, præsertim pacem et charitatem, misericorditer fidelibus impertit. q. d. Adimpleatur in vobis et erga vos Dei misericordia, et suam pacem et charitatem, ceteraque dona in vos effundat, vel potius jam in baptismo et deinceps effusa magnis incrementis augeat et cumulet. « Pacem » intelligit tum cum Deo, tum cum proximis, tum cum conscientia propria; hæc autem pax charitatis est comes et filia. Unde Syrus vertit, et pax in dilectione, juxta illud: « Pax multa diligentibus legem tuam; et non est illis scandalum, Psal. cxxviii, 16. Hoc est quod eam Zacharias: « Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto, » Luc. i, 78. Pro *adimpleatur* grece est *επιπλησθη*, id est *multiplicetur*. Unde aliqui putant nostrum interpretem legisse *επιπλησθη*, id est *adimpleatur*. Verum non vident interpretem docte verbum non verbo, sed sensu uberrime expressisse. Adimpleri enim misericordiam, charitatem, etc., non est aliud, quam illa multiplicari tum numero, tum gradu et perfectione.

Unde II Petri 1, 2, *επιπλησθη*, æque ut hic, vertit *multiplicetur*. Proclare S. Augustinus, tract. 2 in *epist. S. Joannis*: « Talis, ait, est quisque, qualis ejus dilectio est. Terram diligis? terra eris. Deum diligis? quid dicam? Deus eris. »

Symbolice noster Salmeron et alii « misericordiam » attribunt Deo Patri: ipse enim est « pater misericordiarum, » II Cor. 1, 3; « pater » Filius: ipse enim est pax nostra, » *Epist. ii, 14*; « charitatem » Spiritui Sancto: « charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis, » *Rom. v, 5*. Per « misericordiam » abolerentur peccatorum miserie, scilicet culpe et poenæ; per « pacem, » conscientiam penorsus et perturbationes sedantur et componuntur: nam, ut ait Tertullianus, lib. V *Contra Marcionem*, cap. v: « Nec gratia fit nisi offense, nec pax nisi belli, etc.: que gratia a non offenso, que pax a non debellato? » Idem ad *Martyr*: « Pax nostra bellum est diabolo. » Per « charitatem » vis et robor conferitur ad omnia opera bona et heroica perficienda, ad legem Christi adimplendam, et fortiter resistendum mundo, carni et demoni, ad vincendum omnes tribulationes, persecutiones, tormenta et martyria.

S. Augustinus vero in *epist. ad Romanos* censet S. Judam hic representare mysterium S. Trinitatis: nominare enim Patrem et Filium, Spiritum Sanctum vero representare per hæc tria, scilicet misericordiam, pacem et charitatem; hæc enim appropriantur Spiritui Sancto: ipse enim ex vi processionis suæ procedit ut amor Patris et Filii: inde ergo habet quod sit increatus amor et charitas, a quo procedit creata misericordia, charitas et pax, omneque bonum et donum.

Moraliter S. Augustinus in illud *Psal. lxxviii, Deus meus misericordia mea*: « O nomen, inquit, sub quo nemini desperandum est! Deus meus, inquit, misericordia mea. Quid est misericordia mea? Si dicas, salus mea, intelligo quia dat salutem. Si dicas, refugium meum, intelligo quia confugis ad eum. Si dicas fortitudo mea, intelligo quia dat tibi fortitudinem. Misericordia mea quid est? Totum quidquid sum, de misericordia tua est; si tu mihi dedisti ut sim, et alius mihi dedit ut bonus sim, melior est ille qui dedit mihi ut bonus sim, quam ille qui mihi dedit ut sim. »

3. OMNEM SOLLICITUDINEM FACIENS SCRIBENDI VOBIS DE COMMUNI VESTRA SALUTE, NECESSO HABUI SCRIBERE VOBIS. — q. d. Cum valde sollicitus essem et vehementer opeperem ad vos scribere, ea quæ ad communem vestram salutem spectant, necesse duxi scribere vobis ea quæ subiungo, de fide constantiter retinenda, et de hæresibus subpulanantibus omni contentione fugiendis, imo profligandis. Hæ enim hæreses tam sunt periculosæ, ut non tantum sollicitudinem, sed et necessitatem scribendi mihi imponant. Unde Arabicus vertit, *necessitate compulsus sum*; et Thomas Anglicus Urgente, inquit, mea sollicitudine intectus, et

periculo vestro exterritus, necesse habui scribere vobis. Breviter et clare vertit Pagninus et Tigrinus: *Tantum mihi studium fuit scribendi ad vos de communi salute, ut non potuerim non scribere vobis.*

Moraliter, discant Prelati a S. Juda quantum æquum sibi crediturum debeant habere curam, nimirum sollicitam, adeoque, ut ipse ait, « omnem sollicitudinem. » Sic et S. Paulus II *Corinth. xi, 28*: « Instantia mea quotidiana, inquit, sollicitudo omnium Ecclesiarum. » Et *Roman. xii, 8*: « Qui præest in sollicitudine. » Et *Hebr. xii, 17*: « Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddiduri. » Ubi S. Chrysostomus: « Omnium, ait, quos regis, tu rationem reddidurus es; tanto igni tum subicis caput. Mixer si potest salvari aliquis hæretorum. » Et *hom. 2* in *epist. II ad Timotheum*: « Quantumvis illi honoris impendas, quantumlibet obsequii deferas, nihil his periculis referre par poteris. Nam esse animam ponas, ipse amplius pro te facit: nam animam periculo æternæ mortis exponit. »

DEPRECANS (παρακαλῶν), id est *exhortans*, vel *deprecans* SUPERCERTARI SEBIL TRADITE SANCTIS FIDEI — Syrus, *rogans ut certamen faciatis*; Arabicus, *rogo vos ut contentidatis mecum vice una* (id est continue et constantiter) *in fide quam tradiderunt ad nos sancti*, ut scilicet decertetis pro fide semel, id est firmiter proposita, puta Christianis, utque vers. 5, traditis sanctis, puta Christianis, utque cum pro virtutis tueamini et propagandis, tum verbo, tum hæresibus et Christianæ viæ exemplo; ita ut nullam aliam admittatis, sed omnem ab hæc diversam expulsiatis.

Nota: *supercertari*, id est *supercertare*, ut aliqui codices hæc legunt, Noster enim Interpres verbum *certor* accepit subinde non ut passivum, sed ut deponens, idemque quod *certis*, ut liquet *Eclii. cap. xi, 9*, et *xxxviii, 29*; et *Sap. xv, 9*. Quia et *Pavanius* apud Nonium, cap. viii, *certatur* usurpat pro *certat*.

Rursum « super idem est quod pro; hoc enim est grece *ὑπὲρ*. Quare « supercertari fidei » idem est quod *certare pro fide*, ita Gaguencus. *Secundo*, « super notat ingenium, acie et contentum certandi et resistendi hostibus fidei studium, ac quasi *ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀγωνία*, id est irremediabile bellum: » enim super significat strenuam, et quasi super vires certantem, ut certando seipsum quasi superant instar athletarum, qui in agone suas vires et seipsum quasi transeat dunt, dum de summa rei, puta victorie et viæ; agit. *Tertio*, « super notat aliterum et quasi secundum certantem, q. d. Eo vobiscum primo certavi contra idololatram et idololatras: vos mecum jam secundo certato contra hæresim et hæreticos: hoc enim est *ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀγωνία*; sic Nazianzenus, oratione *De Macchabeis*, ait: *ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀγωνία*, id est, *primo certavi pater, secundo certavi filii*. Hoc est quod monet Paulus Timotheum, *epist. I, cap. vi, vers. 12*: « Certa bonum certamen fidei (Vatablus, os-

tende te *ἀγωνίαν* fidei defensionem), apprehende vitam æternam, » q. d. Si bona certaveris, apprehendes vitam æternam. Terribilis est sententia Innocentii III, dist. 83, cap. error: « Error, inquit, cui non resistitur, approbatur; et veritas cum minime defenditur, opprimitur: negligere quippe, cum possis deturbare perversum, nihil aliud est quam *ἑρῆσαι*. » Loquitur Prelatis precipue, sed et ceteris suo ordine. Quare mystica, non littoralis, est expositio Hugonis: « Supercertari fidei, » inquit, id est super fundamentum fidei et bonorum operum erigere et addere certamen passionum; vel certare pro supernis, ut pro anima et justitia agonizemus usque ad mortem, ut monet Sapiens *Eclii. iv*. Similis est illa Thomæ Anglici: « Supercertari fidei, » inquit, est certaminum interiori, quo captivatur intellectus, addere certamen exterius, quo confundatur hæreticus. « Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, » *Rom. x, 10*.

Moraliter, discite hanc quantum et quam acre Christianis pro fide et pietate debeat esse certamen. Audi Christum ad angelum, id est Episcopum, Smyrnæ scribentem *Apoc. ii, 10*: « Ego fideles (certando) usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ. » Proclare S. Cyrillanus, lib. II, *epist. ad Martyras*: « Si vos, ait, esse vocaverit, si certaminum vestri dies venerit, militate fortiter, dimicite constantiter, scientes vos sub oculis presentis Domini dimicare, confessione nominis ejus ad ipsius gloriam pervenitis; qui non sic est ut servos suos tantum sp. acti, sed et ipse luctetur in nobis, ipse congregatus, ipse in certamine agonis nostri et coronat pariter et coronatur. » Et mox: « O beatam Ecclesiam nostram, etc. Floribus ejus nec lilia, nec rosæ desunt. Certent nunc singuli ad utriusque honoris amplissimam dignitatem; accipiant coronas vel de opere candidas, vel de passione purpureas. In celestibus castris et pax et acies habent flores suos, quibus miles Christi ob gloriam coronetur. » Idem, lib. *De Mortalitate*, ait nihil aliud in mundo quam pugnam adversus diabolum quotidie geri, cumque vitis et illicebis colluctationem esse molestam, eamque assiduum, et Chremens Alexandrinus, lib. VII *Stromat.*: « Verus, ait, athleta est qui in magno hoc mundi stadio coronatur, veram assensibus victoriam adversus omnes animi perturbationes, quoniam agonotheta est omnipotens Deus. » Tertullianus ad *Martyres*, cap. iii: « Bonum, ait, agonem subilurum estis, in quo Agonothetes Deus vivus est, Xystarchus Spiritus Sanctus, corona æternitatis brævium, angelicæ substantiæ pollicia, in celis gloria in sæcula sæculorum. »

Ex dictis liquet « supercertari referri ad fidei: quare minus recte aliqui referunt ad *sanctis*, q. d. Deprecor vos supercertari sanctis, id est certare pro sanctis, ait Catharinus, vel cum sanctis, ait Erasmus: sanctis, inquam, fidei, id est fidelibus, puta Christianis; primitus enim omnes

fideles vocabantur et revera erant sancti, q. d. Deprecor vos certare cum sanctis, amulando sanctos, addendo certamen vestrum ad certamen illorum, et quasi adimplendo ea que desunt passionibus Christi et Sanctorum, ut ait Paulus *Cor.* 1, 24.

Denique perperam hinc colligitur hæretici, laicis rudibus et indoctis licere disputare de fide: aliud enim est disputare, quod non nisi peritorum est et doctorum, aliud certare; certant enim etiam simplices et rudes, non disputando, sed constanter veritatem fideique asserendo et tuendo; unde hæreticus Beza in *explicatione*, id est *supercedere*, explicat per *ἐπιμαρτυρία*, id est *caeri, defendere* (1).

4. SUBTROTIERUNT ENIM QUIDAM. — Hoc est, furim subierunt; Regia, *subpreperant*: nam *ὑβρις* et *Γραμμάτιον* *ἔξω*, significat eam clari ex insidiis, furim, dolose, subreptive quasi vulpes introisse et se insinuas fidelibus. Sic enim pseudopropheta et hæretici quasi veri propheta et doctores istate novam, raram et extimam scientiam et doctrinam prætexentes et jaectantes se fidelibus insinuant. Vile dicta II Petr. 1, 4. Hæc hic ostendit, cur oporteat eos supercedere pro fide, quia videlicet eam arerit et dolose insinuant hæretici. Syrus veritit: *Acquisierunt ingressum*, scilicet arte, astutia, fraude; Arabicus: *Commixti sunt in nobis*.

QUI OLIM PRÆSCRIPTI SUNT IN HOC JUDICIO. — Syrus: *Qui a principio perceruerunt, ut scriberentur in condemnationem iustum*; Arabicus: *Qui scripti sunt in hoc iudicio*.

Nota pronomen *hoc*: significat enim hereticorum iudicium esse certum, notum et publicum, q. d. in hoc iudicio de quo ego, et omnes orthodoxi necem, eos hæresis condemnabimus, ac gehennæ reos pronuntiabimus.

Jam « præscripti, » ait Beda et Clemens Alexandrinus, id est prævisi et prædestinati: quin enim a Deo ab æterno prævisi sunt fors impii, hinc ab eodem reprobi et prædestinati sunt ad iudicium, ad condemnationem et gehennam. *Secundo*, Didymus, « præscripti, » ait, id est a semelipsis dijudicati, traditi sunt in reprobum sensum, scilicet ob sua demerita. Imple ergo impio Beza censet eos traditos in reprobum sensum a Deo sine ordine ad demerita. « Nun Deo decreto, inquit, nil vel tempore, vel ordine prius inveniiri posse dico, quin Deus divinitate spoliatur. » An non Satanica hæc vox? que ex Deo facit Satanam, puta ex auctore boni facit auctorem mali et reprobi sensus. *Tertio*, Gagneus, « præscripti, » inquit, id est præfigurati sunt in veteribus pseudoprophetais. *Quarto* et genuine, Œcumenius, Dionysius et alii, « præscripti, » a greco *ὑπερπρασιν*, id est *antea scripti*, prius descripti, q. d. De talibus, de-

(1) = Semel, a Grece *ἕνα*, scil. tradita fides, quia de eis nihil immutandum. Nisi *ἕνα* positam sit pro *οἷος*, jam *note*, ob *initio*.

que eorum impletate et iusticia, id est condemnatione, ante me (Judam) scripsit Petrus et Paulus, imo Christus ipse eos depinxit, præmonuit ut eos quasi impos caveretis, *Matth.* xxv, 24; II *Timoth.* ii, 4; II *Petr.* ii (2). Quin et Prophetae præci ante Christum ad vivum in suis æmulis pseudoprophetais, mores et certamen hereticorum cum orthodoxis depinxerunt, ut Jeremias, *Thren.* ii, 14: « Propete tui viderunt tibi falsa et stulla, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad presentiam provocarent. » Simile est *Jeremia*, xiv, 14; et *Zacharia* cap. xiii, 4: « Et erit: In die illa confundentur Prophetae, unusquisque ex visione sua, cum prophaverit, » etc. Clarissime vero Jeremias, *tole* cap. xxviii, stum cum Hanaia pseudopropheta certamen describit, tandemque et Dei iudicium et vindictam intencans vers. 13: « Audi, ait, Hanaia, non misit te Dominus, et tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Ideo hæc dicit Dominus: Ecce ego mitam te a facie terræ; hæc anno morieris: adversum enim Dominum locutus es. Et mortuus est Hanaia propheta anno illo. » Simile fuit certamen Michæas cum Sadoaia pseudopropheta regis Achab, simileque iudicium, II *Regum* xxii, 24 et seq. Dicit hoc S. Judas propter « *subtrotierunt*, id est furim subierunt; ne enim fideles dicerent: Quomodo eos cognoscemus et cavebimus, si furim et ex improviso nobis se insinuent? preoccupat S. Judas, dicitque hæc de causa eos præmonitos iudicium esse de his, eorumque artes et mores jam esse descriptos ab Apostolis et Prophetis, ut ex his laetibus impos agnosceret et cavere debent (3).

Impij (pietas) est cultus Dei: impij ergo sunt hæretici, qui Dei veram fidem, cultum, religionem abolere aut violare satagunt. Unde explicans, dansque causam cur eos vocarit impios, subdit Judas, dicens: DEI NOSTRI GRATIAM (Sera-rius legit, « gloriam ») TRANSFERENTES IN LUXURIAM. — Syrus, *pervertentes in immodicam*; Arabicus, *avertentes*, vel *convertentes in immodicam*. « Gratiam » vocat legem Evangelicam, sive Christianismum: hic enim ingens est gratia, imo eunibus gratiarum, q. d. Christianismo abutuntur ad luxuriam, Christianismum convertunt in Principium, legem gratiæ, puritatis et virtutis vertunt in licentiam dedecorum, turpitudinum omniumque seclerum, docentes Christianismum esse legem libertatis, ac proinde Christianismum licere libere indulgere concupiscentiæ, gula et Veneri. Hoc est quod ait S. Petrus, *epist.* II, cap. xix: « Libertatem illis promittentes, cum ipsi sint servi corruptionis. » Addentes faciliem in lege nova esse peccati expiationem, per baptismum, absolutio-nem aliarque Sacramenta. Notat Nicolaitas, Si-

(2) Ita Alliali.

(3) Rosemullerus, *studium demerit ad panem*. Voco *ὑπερπρασιν*, ait, abutitur ad morem iudicum, qui per tabeliam in qua sententias suas scribant, reco ponit adhibebant.

monianos, Gnosticos, qui cum essent imperis-simi, simulabant se puri Evangelii esse doctores, eoque pretextu mulierculos onustas peccatis, ut ait, abducebant, insituentes nocturna sacra, in quibus omnem obscenitatem promiscue perpetrabant. Ita Œcumenius. Adeo vero obsceni erant Gnostici, ut dicti sint Borborites, id est comosi, quia ipsas etiam sacras historias et Scripturas ad suas libidines explicando traducebant, ut fuse narrat S. Epiphanius, *hæresi* 20, S. Irenæus, lib. I, cap. xx, Clemens, lib. VII *Stromat.* Simili modo Lutherus, Calvinus ceterique moderni heretici, gratiam et decus Christianismi transferunt in carnis licentiam et luxuriam. Quocirca S. Gregorius, XVI *Moral.*, xxii, hæreticos comparat onagris, id est asinis feris et silvestribus, tum ob feritatem, tum ob libidinem (est enim onager salacissimus), tum quia omne jugum excutiant. « Recte, inquit, onagris comparantur hæretici, quia in suis voluptatibus dimissi sunt a vinculis simul fidei et rationis, » juxta id quod ait Job cap. ii, 45: « Alii quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantes ad prædam. » Sane de Simone Mago primo hæresiarcha ita scribit Tertullianus, lib. *De Anima*, cap. xxxiv: « Helenem quandam Tyriam de loco libidinis publice eadem pecunia redemit (qua scilicet voluerat a S. Petro emere donum Spiritus Sancti), dignam sibi mercedem pro Spiritu Sancto. »

Secundo, aliqui per *χαρις*, id est gratiam, intelligunt Eucharistiam; hæc enim est gratiarum gratia. Unde a Cyrillo Hierosolymitano vocatur *εὐχαριστία χαρις*, id est celestis gratia; ab aliis, *ἁγία καὶ ἁγιωσύνη χαρις*, id est, divina et deificata gratia; ab aliis passim, *μυστήριον χαρις*, id est mystica gratia, sive arcanum gratiæ. Imo illud S. Pauli, *Hebr.* cap. xii, vers. 28: « Habemus gratiam per quam serviamus, placentes Deo cum metu et reverentia; » S. Clemens, lib. II *Constit.*, xxvii, sic explicat: « Ut omnes, inquit, accedant ad mysticum cultum cum metu et reverentia, tanquam ad regis corpus accedentes. » Hanc gratiam, puta Eucharistiam, hæretici convertebant in luxuriam. Tradit enim S. Augustinus, *hæresi* 46, Manichæos « Eucharistiam conspersam cum semine humano sumere, » quod merito ipse ait non esse Sacramentum, sed execramentum. Idipsum turpis faciebant Gnostici, dicentes: « Hoc est corpus Christi, et hoc est pascha, » ait S. Epiphanius, *hæresi* 26.

ET SOLUS DOMINATOREM (Greca habent *ἀρχηγόν*, id est *Dominum Deum*, vel *ἀρχὴν Θεῶν*: domine; enim vocatur herus, qui in servos habet jus herile. « Dominator » ergo est idem quod Dominus Deus, vel herus omnium Deus) ET DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM NEGANTES. — Simoniani enim negabant Christum esse Deum; negabant enim Deum esse natum, passum suscitatum. Addit Œcumenius: « Quo pacto, ait, Christum non negant, qui impura et immunda vita,

quasi clamose præconio, totum temperantem magistrum abdicant et alienant? Nulla siquidem tenebris cum luce societas est. » S. Petrus, *epist.* II, cap. ii, vers. 1, ait: « Et eum qui emit eos, Dominum negant. » Vide ibi dicta. Porro cum ait Christum esse « solum Dominatorem et Dominum, » non excludit Patrem et Spiritum Sanctum, sed alium quamlibet qui sit alterius essentia. « Solum » ergo, scilicet cum Patre et Spiritu Sancto, utpote quibus Christus est *ἕκαστος* et consubstantialis, ac proinde idem cum eis habet dominium et dominationem. Quocirca, ut recte ait Beda: « Quamcumque in eadem sancta et individua Trinitate personam nominas, solus Deus est; et cum totam simul Trinitatem nominas, solum verum Deum nominas. » Dicitio ergo exclusiva, addita uti personæ divinæ respectu prædicati essentialis, non excludit alias personas, ait Lyranus, sed excludit eas in prædicatis notionalibus, ut si dicam: Solus Pater generat, solus Filius generatur, solus Spiritus Sanctus spiratur.

Porro Œcumenius « Dominatorem » refert ad Patrem, « Dominum nostrum ad Filium Jesum Christum; sed longe verius est, utrumque ad Christum referri, uti refert Didymus, Beda, Lyranus, Hugo, Dionysius, Gagneus, Salmeron, Serarius et alii passim. Idque probatur primo, quia Greca utrumque uno articulo « denotant et prænotant, licet nonnulli codices Greci hunc articulum duplicent, sed id pauci sunt et minoris note. *Secundo*, quia S. Judas idem dicit cum S. Petro, quia ait: « Et eum qui emit eos (Christum) Dominum negant. » *Tertio*, quia Simoniani et Ebionites contra quos hic scribit Judas, non negabant unum esse Dominatorem, hoc est summum Dominum et Deum Universi, sed negabant hunc esse Jesum Christum: Jesum enim dicebant purum esse hominem, non Deum. Gentianus ergo S. Jude sensus et mens est, contra Simonianos, Ebionitas et Arianos postea futuros, docere Jesum Christum esse verum Deum. Similiter Nicolaite, contra quos scribit S. Judas, negabant Christum esse Deum: aiebant enim Deum in Christo tantum habitasse, uti refert S. Ignatius, *epist.* 9, et Irenæus, lib. III, cap. xi. Denique id ipsum sædet versio Arabica, que sic habet: « Et in eo qui est solus Dominus Deus, Dominum nostrum Jesum Christum negantes. » Porro Christus est noster « Dominator, » grece *ἀρχηγός*; *Θεός*, id est *Dominus et herus Deus*, quia nos e servitute diaboli suo sanguine redemit et emit. Unde idem est *Κόσμος*, id est *Dominus noster*, uti titulo creationis, ita et redemptionis. » Quocirca Augustus Cæsar « dominum se appellari passus non est, imo non ausus, quo tempore verus Dominus totius generis humani inter homines natus est, » ait Orosius lib. VI, cap. xxi. »

Quæres quomodo differant *Dominator* et *Dominus*? Respondeo primo, « *Dominatorem* significare *dominium* in res omnes, « *vero Dominum nos-*

trum dantaxat in fideles et Christianos, qui cum ut Dominum agnoscerent et venerantur. Ita Glossa. Unde Syrus vocat, in eo qui solus est Dominus Deus, Dominum nostrum Jesum Christum regentes; et Arabiens, obnegantes Regem unicuique Dominum nostrum Jesum Christum. Secundo, Fovardentius ait Deum Patrem dici « Dominatorem » ratione creationis, Christum vero dici « Dominum nostrum » ratione redemptionis, qua nos quasi servos sibi coemul. Tertio, Thomas Angliensis censet voce « Dominatoris » significari potestatem domandi, vel dominationem naturalem; « Dominus » vero, actum domandi, vel dominium constitutum. Primum responso, cui coheret secundo, videtur genuina; et enim Dominator ponitur absolute et indeterminate ut omnia respicit, et vero Dominum determinat per « nostrum », scilicet fidelium et Christianorum. Adde: Dicit vocatur « Dominator Dominus », ad exaggerationem operis domini, q. d. Amplissime et planissime ubique et per omnia dominans: sive, ut S. Paulus ait: « Rex regum, et Dominus dominantium » (1 Timoth. vi, 15). Unde Ecclesia in introitu Missæ in festo Epiphaniæ, ita orditur: « Ecco advenit Dominator Dominus, et regnum in manu ejus, et potestas et imperium »; et in hymno Angelico: « Tu solus Sacerdos, tu solus Dominus, tu solus Altissimus, Jesu Christe, cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris: » Allud ad Janes cap. iii, vers. 1, et cap. x, vers. 16, ubi Deus vocatur « Dominator Dominus ». Ad illud Adamus, Deum dici « Dominatorem », quasi Dominum, id est « vincitorem », qui scilicet vincere et vincula nobis injicere possit quasi fudax reis; Regem vero, id est « Dominum », a regem, id est « decernere, quod leges nobis ferat, usque nos obligeat. Verum hæc allusive dicuntur populus, quam genuine. Prior ergo ratio est propria, quia Hebræus ex eo quod primitus hoc nomen « Dominator Dominus » sibi indiderit Deus, Exod. xxiv, 6, coque se invocari jussit a Mose, ubi in Hebræo est idem nomen repetitum, scilicet « Jehova Jehova; » et Isai. x, 16, rursum vocatur « Dominator Dominus », pro quo in Hebræo repetitur nomen Adon Adonai. Ibidem vero vers. 33, et cap. iii, vers. 4, vocatur Hebræo Jehova sabaoth, pro quo Noster vocat, « Dominator Dominus. » Hinc Salpiens, cap. xii, 48: « Te autem, ait, dominator virtutis, cum tranquillitate iudicis; » et Amos, cap. v, vers. 46: « Hæc dicit Dominus Deus exercituum Dominator; » et Zacharias, iv, 4: « Isti sunt duo filii olei, qui assistunt Dominatori universæ terræ. » Væ ergo ratio, veraque origo cur Deus vocetur « Dominator Dominus », est, quod crebro in veteri Testamento Deo dantur duo nomina, vel idem geminatum ad representandam ejus majestatem et gloriam. Vocatur enim Jehova Adonai, quod noster vocat, « Dominator Dominus; » atque eo alludit hie S. Judas. Jehova proprie significat ipsum esse Deum quæquaversum immensum et infinitum, puta pelagus essentia, a quo

omne ens et esse sicut patris a solo procedit, Adonai significat Dominum, ut ostendi Exodi cap. vi, vers. 3.

Verum, quia ipsum esse Deum, quod significat Jehova, ut est in se, homines consipere nequeunt, hinc Noster vocat « Dominator; » nil enim divinitatem summamque Dei majestatem tota representat, atque nomen Dominator, scilicet summus totius Universi, quod scilicet in omnes Universi creaturas plenum habeat dominium, regnum et imperium, juxta illud Ciceronis, lib. II De Natura Deorum: « Dominator rerum Deus. » Et: « Sit igitur hoc jam a principio persuasum civibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores deos; » et illud Seneca, Hippol.: « Freti sævus Dominator Neptunus; » et Virgilius, lib. II Æneid., Priamum vocat:

Tu quædam populi teræque superbum
Regemque Asiæ.

Sic Hebræi Deum vocant « Dominum sabaoth », id est exercituum, juxta illud: « Dominus exercituum nomen illi, » Jerem. xxxi, 35. « Deitas enim quæ incomparabilis est, varie nuncupatur, scilicet sapientiæ gloria, deitatis gloria aut summæ, aut dominatio, aut dignitas, aut charitas, aut majestas, aut imperium, aut potestas, aut sempiternitas, » ait S. Athanasius, lib. II De Unitate S. Trinitatis.

Porro Christus est « Dominator Dominus », tum quia Deus, tum quia homo; quia homo enim per unionem hypostaticam habet summam in re omnes creatas, etiam Angelos, Cherubinos et Seraphinas, jus et dominium, juxta illud Christi, Math. xxviii, 29: « Data est mihi omnis potestas in celo et in terra; » et Apocal. cap. xxi, 16: « Habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium; » et Hebr. cap. i, vers. 2: « Quem constituit hæcædem universorum. » Quam ergo Christum hominem colere, revereri, etque omnibus viribus obsequi et servire debemus, cui omnes angelæ ad pedes ejus prostrati humillime se subterfunt, obsequuntur et servantur?

S. DOMINORUM ALIÆ VÆ VOLO. — Græco vergetæ, id est in memoriam vobis reducere cupio; Arabice, dirigo (cupio) ut recesserit in memoriam vobis, hinc sempiterna vocantur memorialia.

SCIENTES SEMEL OMNIA. — q. d. Non volo vos docere, quia jam ita didicistis et scitis; sed tantum ea suggerere, et in memoriam quasi commentor revocare. Hoc hoc modestæ causæ, ne videatur eos inscitias arguere, sed potius laudare a scientia. Sic S. Joannes ait, epistola i, cap. ii, vers. 21: « Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam, » q. d. Persuadeo mihi vos hæc quæ scribo scire, unde ea non doceo, sed reficio et confirmo, ut quæ credere bene existis, melius perseverando perferatis. Esto enim nonnulli ea ignorarent, multi ta-

men ea celebrant. Unde colligas primos Christianos in fide valde bene fuisse instructos et eruditos. Vigebat enim tunc neophytorum catechesis, adeoque ipsi Apostoli erant perpetui catechistæ. Hos imitatur jam Pastores, quia magus inter fideles est ignorantia rerum fidei et salutis, multique ea de causa pereunt et damnantur, quorum animas a Pastoribus repositet Deus.

Vox semel vel refert primam eorum in fide et Scriptura instructionem et catechesi, simul et semel audistis et didicistis historiam Josue et Hebræorum. Verum in prima catechesi traduntur articuli fidei, non autem historie S. Scripturæ, nisi dicas S. Judam loqui maxime Judæis ad Christianum conversis: hi enim in judaismo multa audierant de Mose et Josue. Secundo, magis congrue et semel per trajectionem Hebræicam referas ad « Hebræos; » opponitur enim « secundo, » quod sequitur, ut sententia ita sit ordinanda: scientes quod « Jesus semel populum de terra Ægypti salvans, secundo eos qui non crederant, perdidit; » et ita legunt nonnulli codices Græci: tunc enim sensus planus est, connexus et nervosus. Accedit Syrus, qui vocat, quod Deus secundum unum tempus populum ex Ægypto liberavit; et Arabice, quod Jesus in vice prima, vel prima, populum suum ex Ægypto liberavit. Tertio et planissime, scientes « semel, » a est omnino et prorsus « omnia, » universum « omnia, » in totum « omnia, » simul « omnia, » ita ut iterum ea docere, et vos iterum ea audire et discere non sit necesse. Sic Cicero pro Deiotaro: « Cum facile, ait, exorari, Casar, tum semel exorari solas; » semel, id est omnino et prorsus, ut amplius te exorare non sit necesse. Rursum, « semel, » id est ad summam, vel in summam, q. d. « Scientes semel, » id est summam, « omnia. » Sic Quintilianus, lib. XI, cap. 1: « Et ut semel, ait, omnia complectar; » et lib. X, cap. iii: « Denique ut semel quod est potentissimum, dicam: secretum in dictando perit, id est, ut summa dicam. Hujus præter ratio est ipsum illud « semel, » quod significat una vice pro omnibus ita ut postea non oporteat quill addi. Denique, « semel, » id est irrevocabiliter, q. d. « Scientes omnia « semel, » id est « donec, firmiter et irrevocabiliter, et eorum obliuiscere non possitis. Sic Ovidius, epist. 8, de virginitate au.

— Debet illa semel,

id est irrevocabiliter, quia semel amissa nunquam recuperari potest. Et Lucanus, lib. IX:

Mitique semel nascentibus actor,
quidquid scire vult.

Semel, inquit, ut nullum postea verbum addat Plinius, lib. VII, cap. xxxiv: « Vir optimus, ait, semel a condito sevo iudicatus est Scipio Natica a jurato senatus; » et cap. xxxv: « Pudicis-

sima femina sanctæ matronarum sententia iudicata est Sulpitia. » Ubi et semel affirmantis venustatem habet, ut quod verissimum esse noster volumus, id semel tantum dixisse sufficiat. Quo sensu ait Job xxxiii, 17: « Semel loquitur Deus, et secundo idipsum non repetit; » et Psaltes; Psal. lxxxviii, vers. 36: « Semel juravi in saeculo meo; » et Psal. lxi, vers. 12: « Semel locutus est Deus; » et Paulus, Hebr. ix, 12: « Christus semel introivit in sancta; » et Judas hie vers. 3: « Semel tradite sanctis fidelibus. » Similia sunt Exodi cap. xxxiii, vers. 5; Num. xxx, 7; Levit. xxvii, 28, et I Reg. xxvi, 8, et alibi (1).

Porro et omnia intellige commode. Nolat (Ecclesiasticus) S. Judam citare historiam veteris Testamenti; « tum ut declararet eundem esse Deum et veteris et novi Testamenti institutorem, et non, sicut isti scelerati aiunt, alterum esse Deum veteris Testamenti iudicem et crudellem, alterum novi mansuetum et benignum asserentes; et simul ait, quod neque hi qui nunc peccant, in illi permanere poterunt, sicut neque illi qui ex Ægypto educti fuerunt. » Hoc ipsum indicat Didymus, qui hoc exemplo confirmari existimat quod modo dixerat Judas, Christum Deum esse Dominum esse rerum omnium creaturarum, « dictum namque est, inquit, ante hæc de eo quod sit verus Deus, iste solus Dominator et Dominus Jesus Christus; qui eduxit populum ex Ægypto pro Moyse: quibus ita dicitis, consequens est ut non sit aliter Deus Moyses: neque enim est alius præter Trinitatem, »

QUONIAM (QUOD) JESUS. — S. Hieronymus, lib. I Contra Iovinianum, accipit Josue: hic enim a Septuaginta vocatur « Jesus: » Josue enim populum induxit in terram promissam. Verum obstat quod Josue non eduxerit populum ex Ægypto; nam id fecit Moses, cujus minister et successor fuit Josue, Rursum, pro Jesus multi Græci codices habent Képes, id est Dominus, et nonnulli addunt i ouc, id est Deus. Unde Syrus et Clemens Alexandrinus legunt Dominus Deus, quod Jesu Christo soli competit, non Josue. « Jesus » ergo, non quia homo (ut postea videndum natus in terra), sed quia Deus populum suum, puta Hebræos, ex Ægypto ejusque servitute eduxit et liberavit. Nam, ut ait Paulus: « Jesus Christus heri et hodie, ipse et in seculo, » Hebr. xiii, 8. Omnibus hisce ostendit S. Judas contra Simonem, Ebionem et Arianos Christi divinitatem.

SALVANS, — docet, id est cum salvasset.

SECUNDO EOS QUI NON CREDIDERANT (Deo et Most promittente, quod eis traderet terram promissam, adeoque redire voluerant in Ægyptum), REVERTITUR. — Quomodo « secundo? » Primo. Bona et ex eo Glossa interlinearis: « Secundo, » inquit, id est, bis

(1) Allio: Revoco autem vobis in memoriam, quod jam aliquando didicistis. Rosenmüllerus: Semel adhuc (dum scilicet adhuc sum in vivis) vobis in memoriam revocare volo, etsi jam scialis.

punivit et perdidit eos, scilicet primo in hac vita per mortem, secundo in altera per gehennam. « Quia solus, inquit, poena a supplicio liberat, quos immutat; et quos presentia mala non corrigunt, ad sequentia producent. » Verum alii passim a secundo exponunt, *postea, deinceps*, ut legit Clemens Alexandrinus; unde Arabicus legit, *in vice secunda*.

Sensus ergo est, q. d. Deus semel salvavit populum, cum eum se sequentem eduxit ex Ægypto; at « secundo, » id est, alia vice eum perdidit, cum scilicet incredulus ab eo recessit et apostavit, idque non semel, sed sæpius. Nam idololatrantes cum vitulo aureo occidit in Sina, *Exod.* cap. xxxii, 27; postea occidit murmurantes et carnes desiderantes in Sepulchris conspuiscentibus, *Numer.* xi, 33. Denique omnes priores Josue et Caleb damnavit morte in deserto, ob murmur exploratorum, *Numer.* xiv, 29.

Quare non est necesse cum nonnullis et secundo referri ad Hebræos respectu Ægyptiorum, qui primo perdidit et mersi sunt in mari rubro, q. d. Deus primo perdidit Ægyptios in mari rubro, eo quod insequentur Hebræos populum Dei; et cum Hebræi Deo oblectati, imitari sunt Ægyptios, imo in Ægyptum reverti voluerunt, Deus iterum in eos reflexit; atque sicut primo perdidit Ægyptios, sic secundo, perdidit Hebræos: non, inquam, est necesse sic explicare, imo nec convenit, quia nulla his perditionis Ægyptiorum facta est mentio. Porro S. Judas hoc exemplum fidelibus applicandum relinquit, q. d. Simili modo Deus fideles quos primo salvavit in baptismo, dum Christum secuti sunt; secundo perdit si a Christo apostatent et ad Simonem, Ebionem aliosque Christi hostes declinent. « Quare melius erat istis non cognoscere viam justitiae, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est sancto mandato, » ait S. Petrus, *epist.* ii, cap. ii, vers. 21. Vide ibi dicta.

6. ANGELUS VERO QUI NON SERVAVERT SUUM PRINCIPATUM, etc. — Arabicus sic vertit: « Projecit angelus qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum ordinem et officium, in tenebris extremas, alligatos in vinculis æternis, reservando in eis ad hunc diem magnam, diem judicii. » Est hoc secundum exemplum et argumentum, scilicet angelorum, sicut primum fuit Hebræorum, q. d. Si Deus angelos nobilissimos apostatantes sibi que rebellantes a celo deiecit, et in diem magni judicii damnandos reservavit, quanto magis puniet vos, o fideles, ac in die judicii coram toto mundo condemnabit, si ab ejus fide apostatantes ad hereticorum impietatem et perditionem desciscitis? Eodem utitur S. Petrus, *epist.* ii, cap. ii, vers. 4, dicens: « Si enim Deus angelos peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in judicium reservari, » etc. Vide ibi dicta. Hunc Luciferi et Angelorum horribilem casum graphice

depingit Isaias, cap. xiv, vers. 12, et Ezechiel, cap. xxviii, vers. 12.

Pro principatum grece est *ἀρχή*, quod tam originem et principium, quam potestatem et principatum significat. Unde Cajetanus et Tigurini vertunt, *suam originem*; Gagneius, *suam dignitatem*; Adamus, *suam magistratum*, id est, a angelice dignitatis honorem et preeminentiam non refunderunt, q. d. Angeli non servaverunt suam originem, id est originalem suam excellentiam, statum, gratiam, justitiam, preeminentiam et dominium in res omnes corporeas, ut quasi principes dominarentur in celo et in terra, in qua originaliter a Deo creati et coaditi sunt. Hinc patet angelos omnes, etiam demones, primitus creatos esse in gratia. Ex originali enim gratia et justitia manabat originalis eorum excellentia et dominium in res omnes.

Quare minus probabiliter demones creatos esse in gratia, negant Magister sentent., Henricus, Bonaventura, Scotus, Alensis et Hugo, quos citat, et ex hoc loco aliusque confutat noster Vasquez, *1 part.*, disp. 217, cap. iii et iv, ubi ostendit per « principatum » maxime accipi gratiam sanctificantem; per hanc enim constitutum filii Dei, hæredes et principes regni celestis, adeoque ipsi angeli per eam erant amici et familiares Dei, ac principes in domo Dei aulaque celestis. Multo magis hinc patet error hæreticorum dicentium diabolum natura sua esse malum: ita senserunt Præillianista, quos condemnat S. Leo, *epist.* 97, cap. vi, et Concilium Lateranense, cap. *firmiter de summa Trinitate*; et Epiphanius *hæres.* 48, confutat hæreticos, qui dicebant diabolum esse filium Sabaoth, id est, septime potestatis, quem Deum Judæorum esse asserbant, suaque natura malum et Patri repugnantem, commixtum vero cum Eva, ex ea genuisse Cainum et Abelam.

Tropologica Boda: Simili modo instar demonum, inquit, fideles superbieles, qui gratiam adoptionis filiorum Dei non servant, et derelinquunt domicilium suum, scilicet Ecclesie unitatem, in qua Deo renati sunt, vel certe sedes regni celestis quas accepturi erant, si fidem servarent, ante judicium graviter, et graviter in judicio universali damnabuntur. Idem applices clericis ab Ordine, Religiosis a suo statu apostatantibus. Utrique enim relinquunt suum principatum, et quasi e celo in infernum corruunt, imo ultra se precipitant. Vide Hieronymum Platam, lib. iii *De Bona statu Religiosorum*, cap. ult. et penult.

Denique ex hoc aliusque Scripturæ locis, quos demones vocantur *ἀρχαί*, id est principatus et potestates, solenter colligit Cassianus, *Collat.* VIII, cap. viii, inter angelos qui occiderunt, plerosque et summis eorum principibus existisse. Hisce enim eo major superbiendi et ruendi fuit occasio, quo majoribus nature et gratiæ dotibus se materia antecellere credebant. Hic verum est illud: « Fortiuntque summos fulmina montes; » ita per su-

perbiam ceciderunt summi in Ecclesia, ut Saul, Origenes, Tertullianus, etc.

SEN DERELIQUERUNT SUUM DOMICILIUM, — *ἡσυχία*, id est propriam habitationem, scilicet coelestem, puta celum empyreum, ait Lyrannus; « dereliquerunt » autem non directe et sponte, sed indirecte et coacte: quia enim sponte dereliquerunt coelestem vite institutum, quo Deo adhaerebant et serviebant, hinc a Deo coacti sunt relinquere celum, cum ex eo precipitati sunt. Ita Œcumenius. Unde Arabicus vertit, *dereliquerunt ordinem*, seu constitutum officium suum. Vere S. Augustinus, serm. 28 *De Verbis Domini secundum Lucam*: « Sanctificatum, ait, est celum, dejectus est diabolus; » et paulo ante: « Celum est, ubi culpa cessavit; celum est, ubi flagitia non sunt; celum est, ubi nullum mortis vulnus est. » Hinc licet angelos creatos esse in celo empyreo, licet id nonnulli negent.

Moraliter, distice quam omnis creatura, etiam angelica, sit instabilis, nisi a Deo confirmetur et stabilitur: « Ecce qui servit ei non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitate, » ait Job, cap. iv, vers. 18; et cap. xv, vers. 15: « Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, et oculi non sunt mundi in conspectu ejus. » Rursus hinc liquet angelos primum non fuisse beatos, nec vidisse Deum; sic enim fuissent confirmati in gratia, nec potuissent cadere de celo. Unde S. Augustinus, lib. xi *De Genes. ad litter.*, cap. xii, ait: « Demoneum nunquam gustasse dulcedinem beate vite, quam (inquit) non utique acceptum fastidivit, sed nolendo accipere deseruit et amisit. »

IX JUDICIIUM (id est in condemnationem, per metonymiam: ita Œcumenius) *ἡμέρα* ista, — puta diei judicii: hic enim erit dies magnus, quia magna in eo fiet, scilicet judicium universale, consummatio mundi, descensus Christi gloriosus cum omnibus Angelis et Sanctis, divisio bonorum a malis, glorificatio bonorum, et damnatio malorum in æternum. Hic ergo dies erit horizon temporis et æternitatis, discernans in omne ævum angelos a demonibus, beatos a damnatis, Paradisum a gehenna. Hinc patet demones comparituros in judicio universali, et a Christo judicandos accepturose æternæ damnationis sententiam, juxta illud *I. Corinth.* vi, 3: « Nescitis quoniam angelos judicabimus? » uti ibidem docent et explicant S. Chrysostomus, Theodoretus, Irenæus, Anselmus et alii passim.

VINCULIS ÆTERNIS. — Grece *αἰών*, id est æternus, vel non proprie sed alienis et coactis; vel, ut Syrus, *incomptis, invisibilibus*, que scilicet videri nequeunt. Origenes, hom. 9 in *Matth.*, legit, *vinculis gravibus*; S. Petrus, *epist.* ii, cap. ii, vers. 4, vocat *causæ* *causæ*, id est *rudentes*, sive *catenas caliginis*. Unde addit Judas, « sub caligine. » Vincula hæc sunt spiritalia, puta vis divina eorum detinens, atque obligatio et alligatio eorum per illum ad carcerem, gehennam et poenam æternam.

Hinc enim Deus eos ita alligavit et astrinxit, ut eum nunquam et nunquam exutere vel evadere queant, ideoque vocantur æterna; quia licet demones usque ad diem judicii permittantur in hoc aere versari et tentare homines, tamen ipsi quocumque vadant, hanc obligationem et alligationem, adeoque ipsam suam poenam et incendium, tanquam mancipia catena suam circumferunt. Sicut ergo homo, puta judex, corpora reorum, ita Deus spiritus et animas damnatorum alligat gehennæ et igni. Potest secundo sic exponi, q. d. Deus demones sub caligine aeris hujus reservavit vinculis æternis, id est ad vincula æterna, quibus eos in die judicii coram toto mundo alligabit et compinget in gehennam, ut ex ea nunquam amplius egredi possint, nisi nunc possunt, sed in eam quasi in ergastulum perenne retrudantur. Unde Cyrillus Alexandrinus in *Hæbæon*, num. 49, legit: « Quibus caligo tenebrarum in omnia sæcula reservata est. » Utrumque verum; demones enim et vinculis æternis jam ligati sunt, et iterum hisdem ligandi in die judicii, uti jam dixi. De vinculis demonum, qualia ea sint, et quomodo istis ligantur, dicam *Apocalyp.* cap. ix, vers. 14.

Denique Clemens Alexandrinus « vincula » demonum interpretatur amissionem hinc in quo consistant, et cupiditatem infirmarum rerum; cupiditate enim propria devinctos, converti nequaquam posse. Sed hæc symbolica et mystica sunt vincula, non literalia.

SUB CALIGINE, — tum aeris hujus caliginosi, tum potius inferni et tartari, uti ait S. Petrus, *epist.* ii, cap. xxiv; *causæ* enim, id est *caligo, nox*, significant quoque infernum, quia in eo est densissima caligo, perpetua et æterna nox: aliquid enim demones versantur in inferno, alii in hoc aere; sed utrique suam catenam et poenam circumferunt. Unde Patres docent aerem hunc esse plenum demonibus. Ita S. Augustinus, lib. xi *De Civit.*, xxxii; S. Fulgentius, lib. *De Trinit.*, et alii passim. In Vita S. Eucheriani, lib. ii, narratur tantam esse demonum in aere multitudinem, ut eundem viro sancto revelatum sit, eos, si haberent corpora nostris æqualia, splendorem solis mortalibus intercepturos.

Prepositio *sub* notat caliginem hanc esse loco, non superiori, sed inferiori et subdito, eamque esse instar carceris. Carcer enim solet esse in loco imo et subterraneo, in quo, et sub quo rei concluduntur, deprimentur et areantur. Unde S. Augustinus, *De Natur. boni contra Manich.*, xxxiii, asserit quod demones « personaliter hunc infernum, hoc est, inferiorem caliginosam aerem tanquam carcerem acciperent. »

RESERVAVIT, — « cruciandos, » ait S. Petrus: vide ibi dicta. S. Judas potius « reserverent » refert ad « vinculis æternis, » q. d. Reservavit eos ad vincula æterna, quibus in die judicii eos vinciet et compinget in carcerem et ignem æternum, « ita

moraliter nota, quanta sit miseria et infirmitas demonum, quod nimirum quasi rei catenati sint, ac proinde quasi canes ligati nos invadere et mordere nequeant, nisi ultro in eorum rictum et unguis nos injiciamus, uti docet S. Augustinus, serm. 197 De Tempore, et Tertullianus, De Habitu mulier. cap. II: « Illi sunt, ait, angeli quos iudicari curavi sumus. Illi sunt angeli, quibus in lavaero remaniamus. Hæc sunt utique, per que ab homine iudicari meruerant. Quid ergo faciunt apud juvenes a nos rei curia? Quid est commercium damnaturis cum damnandis? Quo constantis tribunal ascendimus decreturi adversus eos, quorum munera appellimus? »

7. SICUT SODOMA ET GOMORRA. — Est hoc tertium exemplum, quo Sodomitarum et Gnostico-rum infames libidines, quibus æternum ignem intendent, paratrigit; sicut primo exemplo Hebræorum rebellium, perstrinxit eorumdem perniciam et rebellionem; perstrinxit eorumdem perniciam et invidiam. Quo tacite notat eos, instar Sodomitarum, præpostera et infanda libidine se contaminasse.

EXFORNICATE, — id est extreme fornicate, extrinam et pessimum libidinem exercentes, ut omnium ejus modum et mensuram excessisse, ut quoque omnis corporis vires, omne semen, omnem sanguinem et vite succum in fornicando exhausto videntur. Hoc est quod de Marcii Gnostici amasii scribit Irenæus, lib. I: « Ille, inquit, sepe conversus ad Ecclesiam, dei confessus sunt, et secundum corpus exterminatis se ad eum valit cupidine, et inflammatis, valde se illum dilexisse. » Secundo, Thomas Anglicus, Hugo et Glossæ: « ex-fornicate, » inquit, id est extra debitum nature vas fornicatae sunt, quia scilicet relicto naturali usu femine in mare exarserunt. Rom. I, 27. Alii, « ex-fornicate, » id est, extra fornices non cum meretricibus que in iis prostabant, sed cum pueris domi fornicatae sunt. Verum hoc subtilius est quam solidius.

ABUNDANTES POST CARNEM ALTERAM. — Syrus, ambulator post carnis vitas. Mēs enim et femina in conjugio sunt una caro ad generandum prolem, juxta illud Matth. XIX, 5: « Erant duo in carne una. Hæcque jam non sunt duo, sed una caro. » At mas et mas non possunt fieri una caro ad generandum; ergo sunt duo, et si miscuantur, abeunt post carnem alteram. Igitur « caro altera, » vel, ut Paquinius verit, *altera*, est femina concubina et meretrix: hæc enim altera est ab uxore legitima. Vel potius est masculus; hujus enim carnis et præpostera cum ea libido, est aliena ab instituto et usu nature, quia incongrua et inepta, ito adversa generationi et procreacioni liberorum. Ita Oecumenius: « Carnem, inquit, alteram, vocat masculum sexum, quippe que diversa sit, et a consuetudine generacionis aliena. Caro siquidem ad solam accomodatam feminæ caro est, juxta id

quod a progenitore nostro dictum est: Os ex osibus meis, et caro ex carne mea. At marium caro altera est, id est, diversa a coitu. » Abeunt ergo post carnem alteram, cum mare maribus, aut femine feminis, aut viri feminis extra naturale vas præpostere commisceantur; nullo magis cum bestia, vel chabolo ic, corpore assumpto, sive incubo, sive succubo commisceantur. Simili phrasī ait Constantius imperator, lib. Cum vir, ad legem Juliam De adult. « Quod in isto scelere sexus perdit locum, venus mutata est in alteram formam. » Et Sapiens cap. XIV, 26, ait ex idololatris (æque ac hæresi) ortam esse naturalem immutationem, nuptiarum inconstantiam, inordinacionem moechie et impudicitie.

FACTI SUNT EXEMPLUM. — Græco ἑξῆς: ἑξῆς, id est projecti sunt in exemplum, propositi in ostensionem. Hoc est quod S. Petrus Jude succedens ait epist. II, cap. II, vers. 6: « Exemplum eorum qui implecturi sunt, ponens. » Unde Gellius lib. VI, cap. XIV, inter tres causas ob quas publice scelerati puniendi sunt, hæc præcipuum assignat: « Terria, inquit, ratio vindictæ est, que paradigma a Græcis nuncupatur, cum puniunt propter exemplum est necessaria, ut ceteri a similibus peccatis metu cogente penam deterreantur. Idcirco veteres quoque nostri exempla maximis gravissimisque poenis dicebant. » Hinc Nov. v, 21, de adultera dicitur: « Bel te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo tuo; » et cap. XIV, 4: « Tolle omnes principes populi, et suspende eos contra solem. » Septuaginta ἑξῆς: ἑξῆς, id est statue in exemplum.

IGNIS ÆTERNI FORNAS SUSTINENTES. — Primo, quia Sodoma et Pentapolis cælesti igne conflavit, ita ut concremationis hujus vestigia jugiter extant, et in perpetuum exitura sint, usque ad finem mundi, nimirum desolatio perpetua, ac mare Mortuum, perpetim fumans et exhalans bitumen et sulphur, quo conflavit, nec pisces, aut vivum ullum admittens, quin prolixis eos enecet; poma et fructus non alios producentes quam xpidos et duros, adeo ut Sodoma præterit incendii habeat speciem, et futuri in gehenna vivum sit exemplar. Ita Cajetanus. Citat enim Judas historiam incendii Sodoms narratam a Mose Deuter. XIX, ubi temporale tantum ejus incendium, non æternum in gehenna, enarratur. Audi Strabonem, lib. XVII: « Quod illa regio ignita est, permulta signa afferunt: nam et petras exustas ostendunt, et terram incombentem, et pietis guttas ex petris distillantes, et flumina fetida odore ferventia. » Similia in Sodomitis etiam nostri ævi divine vindictæ exempla, quibus a Deo fontibus et fulminibus siderati, et in cineres redacti sunt, videre est de Peruvianis et Mexicanis apud Ferdinandum Cortesium in Themistate civitate, pag. 207, et Petrum Martyrem, tom. III Navig. mundi novi, fol. 28 et 29; quin et Europæa funesta non

desunt exempla. Celebris est illa S. Hieronymi in Epistol. sententia: « O ignis infernalis luxuria! cujus materia gula, cujus flamma superbia, cujus semina prava colloquia, cujus Tomus infamii, cujus cinis immunditia, cujus finis gehenna. »

Secundo, « ignis æterni, » quia Sodomites omnes ab igne temporali transmissi videntur ad ignem æternum gehenne. Unde Syrus verit, posite sub igne æternitatis, vel judicis; et Arabibus, cum proficerentur in ignem æternum per judicium justitiae. Ita Isidorus Pelusiota, lib. III, epist. 203. Vido dicta Genes. XIX.

Cogitent ergo luxuriosi, cogitent hæretici, cogitent peccatores, dum eos libido aut concupiscentia qualibet ad peccatum solliciti, ignem Sodomis, imo ignem gehenne, ejusque metu cupiditati resistant. Ignis enim modice concupiscentie hœndus est igne perenni gehenne. Audiant intonantem isaiam, cap. XXXII, 14: « Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabilis est vobis cum ardoribus sempiternis? » Et S. Chrysostomus, hom. 44 in Matth.: « In ignis, inquit, fluxum atque pelagus intradentur, et pelagus imperturbabile, atque magnitudine accerbissimum, in quo ignei fluctus montium instar eriguntur; » et homil. 13 in epist. ad Roman.: « Expendio vite alterius mala que sint futura, regi colorum privationem, a gehenna innotum dolorem, vincula perpetua, exteriores tænebre, vermem venentium, dentium frantum, pressuram loci angustiam, igneos fluxus, fornaces nunquam restinguendas. » Et S. Gregorius, lib. XIV Moral., cap. X, agens de Sodoma: in ipsa, ait, qualitate ultionis nolavi maculam criminis: sulphure quippe fetorem habet, ignis ardorem; qui itaque ad perversa desideria ex carnis fetore arserant, dignum fuit ut simul igne ac sulphure perirent. »

Porro certum est demones et damnatos in gehenna vero igne torqueri: ignem enim ubique nominat Scriptura ubi de eorum poena agit, et ita docent S. Basilium in Psal. XXVII; S. Augustinus, XII De Civitate, IX; S. Gregorius, IV Dialog., XXXI; Isidorus, lib. 4 De Summo bono, cap. XXXI; S. Chrysostomus paulo ante citatus; S. Opprianus, De Laudib. martyrum; Nazianzenus, orat. in S. Leazar. S. Justinus, Adverth. ad Gentem; Clemens, lib. V Strom.; Magister et Scholasticus unanimi consensu, in IV, dist. 3, cap. XLV. Quod ergo Damascenus, lib. IV De Fide, cap. ultimum; Pseudo-crisostomus, lib. De Resurrectione, et anima; S. Hieronymus, in cap. ult. Lucæ; Ambrosius, lib. VII in Lucam, cap. XIV; Chrysostomus, hom. 4 in epist. ad Hebr.; S. Augustinus, lib. XXI De Civitate, X; S. Gregorius, XV Moral., XIV, alias XVI, insinuant demones et animas damnatorum torqueri igne non materiali et corporali, sed spiritali et mystico, intelligi non corporali, id est, non crasso, terrestri et obtuso, qualis est noster ignis; ignis enim gehenna alterius rationis est a nostro, eoque longe acrior, ardentior et penetrantior, adeo ut etiam

in animas et spiritus agit, easque comburat, quo respecta vocatur spiritalis, tum quia objectum in quod agit est spiritalis, tum quia modus agendi, æque ac effectus est spiritalis, imo miraculosus et divinus.

8. SIMILITER ET HI CARNEM QUERENTES MACULANT, etc. — Græco addunt, *etiam fornicatores*, id est hæc somniantes, vel somnii delusi: quod suspicari quis possit a quodam explanationis causa adjectum in margine, deinde in textum irrepisse, quia illud omittit Latinus. Verum veteres, ut S. Epiphanius, hæresi 26, et ex eo Oecumenius, ac Clemens, lib. III Strom., cap. I, ipsam legunt, æque exponunt, q. d. Simon et Gnostici non docent veritatem, sed sua somnia et commenta de libidine, carnis licentia, contemptu superiorum, etc., populis obtrudunt. « Loquuntur, ait Epiphanius, velut per somnia verba sua, et non per sobrietatem vigilantis rationis. Nam et doctoribus in Jerusalem dicit isaias, cap. XVI, vers. 10: Omnes canes multi non potentes latrare, somniantes concubunt, etc. Et sane hic in Epistola Judæ ostendit, dicens: Somniantes concubunt, que non erant dicentes; et ostendit quod non de insanis in somno dicit, sed de fabulosa ipsorum tragœdia ac nugacitate, que velut per somnium profertur, et non a sana mente. » Hic sensus huic loco valde congruit: hæ enim somniantes non solum ad carnem maculant, sed et ad sequentia, « dominationem spernunt, molestant blasphemant, » etc., referunt, ut patet ex Græco. Unde et Arabibus verit: Assimilantur illis etiam hi qui videntes sunt somnia. Et sic pseudo-prophete sæpe a Prophetis vocantur somniantes, eo quod non Dei oraculo, sed sua phantasiae figmenta et somnia prædicarent. Ita vocat eos Moses Deuteronomio XIII, 3; Jeremias, cap. XXVII, vers. 9; Zacharias, cap. X, vers. 2. Clare vero Deus per Jeremiam, cap. XXXI, 25: « Audivi, ait, quod dixerunt Prophete prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somnivi, somnivi. Usquequo est istud in corde Prophetarum vaticinium mendacium, et prophetantium solutiones coecis suis? Qui volunt facere ut obli-viscatur populus meus nominis mei propter somnia sua, etc. Ecce ego ad Prophetas somniantes mendacium, etc. cum ego non misissem eos. » Similia habet cap. XXXI, 8. Hinc et Irenæus, lib. I, cap. XX. Gnosticos vocat Oniropompos, eo quod sua somnia quasi armenta Dei venditarent. Sed aucti somniantes Gnostico-rum de Elia ex Epiphanio, hæresi 26: « Philippi Apostoli confectum Evangelium proferebant, et ex eo mera somnia et deliramenta, ad sua impura dogmata stabilenda. Quia etiam de sancto Elia blasphemias dicere audent: quando assumptus est, inquit, rursus dejectus est in mundum. Venit enim, inquit, una ex demonibus, et tenuit, et dixit ipsi: Quo vadis? habeo enim liberum poteris ascendere. » et hic dimittite

Et dixit Elias: Unde habes liberos a me, cum ego in castella viverim? Et dixit illa: Certe quando insomnia viximus, sepe in deluxu corporum evacuati es, ego eram quæ assumpsi a te semina, et genui tibi filios.

Secundo, alii oppositè et somniantes sic exponunt, q. d. Adeo libidinibus sunt dediti, ut non nisi de his cogitent, loquantur, imaginentur, in se somnient. Ita Clemens Alexandrinus, lib. III *Stromat.*, cap. 1; unde Syrus veritè, in *sermone pollicentur ad carnem a contaminatoribus*; S. Hieronymus, *Contra Iovinianum*: « Nihil aliud nisi de voluptatibus cogitantur. » Vatablus et Pagninus vertunt, *Ita in somniis*, id est, non solum interdum libidine se continent, sed etiam noctu per insomnia, ait Vatablus, puta per illusiones, imaginationes et pollutiones nocturnas; hæc enim cantsantur ex diurna obsecratione imaginatione. Ita Gagneus, Salmeron et alii. Hoc est quod ait Theodoretus, lib. I *Hæretic. Fabul.*: « Qui sectæ Simonis erant, se audacter omni libidini et intemperantia dederant, et omni incontinentiam et prestigiarum (que quasi somnia oculos perstringunt et fascinant) genere utebantur, amatoria quædam pellucidia (philtia) machinantes. »

Quocirca sapienter de somno moderando ita scribit et prescribit S. Bernardus ad fratres de Monte Dei: « Cave, servo Dei, ne totus aliquando dormias, ne sit somnus tuus non regulis lussu, sed sepultura corporis suffocati; non reparatio, sed extinctio spiritus tui. Suspecta res est somnus, et ex magna parte obrietas similis. Excepit enim vitis quibus in dormiente, cum corpore dormitante, ratione non est qui contrahat, quantum ad debitum continentis profectus, nihil temporis tam deperit de vita nostra, quam quod somno deputatur. » Unde dat salubre consilium: « Iturus ergo ad somnum semper aliquid defer tecum in memoria, vel cogitatione, in quo placide obdormias, quod nonnumquam etiam somnare jure, quod etiam evigilantem te excipiens in statu hesternæ intentionis restituat. Sic tibi nox sicut dies illuminabitur, et nox illuminatio tua erit in delictis tuis. Placide obdormias, in pace quiesces, facile evigilabis, et surgens facilis et agilis eris ad redeundum in id, unde non totus discessisti. Sobrius enim cibum sobriusque sensum sequitur sobrius somnus. Carnalis vero somnus et brutus, et sicut dicitur, *Iethus*; abominandus est servo Dei. »

Tertio, alii et *in somniis* vertunt *sopiti*, quasi veterano, q. d. Hæresi et libidini ita immergi sunt, ut ejus quasi veterano et stupore consopiti videantur, adeo ut obscuro que vigilantes agunt, eadem in somnio dormientes persagant, ex continuo et ardenti libidinis usu et habitu. Ita Serarius. Rursum, turpibus suis insomniis exciperetur delectantur, eaque vigilantes opere exsequuntur et perpetrant. In somnis enim, utpote sopita ratione, tota se effundit phantasia, concupiscentia

et libido. Unde proverbium: « Somniantium libido, » pro effusa et summa. Audi S. Augustinum, lib. X *Confess.*, xxx, humiliter de se confitendum et gementem: « Adhuc vivunt, ait, in memoria mea talium rerum imagines, quas ibi consistendo mea fixit; et occurrant mihi vigilantem quidem carentes viribus, in somnis autem non solum usque ad delectationem, sed etiam usque ad consensionem factumque simillimum. Et tantum valet imaginis illusio in anima mea, et in carne mea, ut dormienti falsa visa persuadeant, quod vigilantem vera non possunt. » Vicissim libido ipsa tam ardens et bruta est, ut mentem et rationem sopiat instar somni. Unde Erasmus hic: « Somniantes, loquuntur, quia omnis libido veluti per somnium pergitur sopita ratione. » Illic Hippocrates libidinem dicebat esse brevem quamdam epilepsiam, teste Galieno, lib. XIX, cap. 11.

Moraliter, et somniantes, « quia libido omnisque voluptas transit instar somni. Unde sapienter et pathetice exclamavit Petrus Chrysologus, *serm.* 124: « Quid stupemus? quis est iste qui nos eludit somnus? que est ista que nos tenet oblivio lethalis? Quare non celo mutamus terram? Quare non cadentes emimus æterna? Quare non perituris mentibus comparamus? » Quin et Plato, et ex eo Philo, lib. De *Joseph*, consultit « omnes res et gaudia mortaliū non esse aliud, quam somnia vigilantium. »

CARNEM QUIDEM MACULANT, — per pollutiones et infandas libidines. Nam, ut ait Paulus, I *Corinth.* VI, 18: « Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpore suum peccat, » ubi Ambrosius ait: « Cetera peccata, ait, etsi per corpus generantur, non tamen animam ita carnali concupiscentia faciunt obstrictam et obnoxiam, quemadmodum commiseri facit animam cum ipso corpore usus libidinis agens in opere carnalis fornicationis: quia in tantum agglutinatur anima corpori, ut in ipso momento nihil aliud cogitare homini liceat aut intendere, quia ipsam mentem captivam subit ipsa submersio et absorbitio libidinis et concupiscentia carnalis. » Unde Alexander Magnus dicebat eorum esse speciem epilepsia, sive morbi comitialis, teste Plutarcho in ejus Vita.

Quare perperam Arias contra omnes interpretes sic exponit: « Carnem maculant, » id est, carnem maculatam esse prædicant, quasi S. Petrus loquitur Eucharistia, qui prohibebat nubere et abstinere a cibis, quos Deus creavit ad sumendum cum gratiarum actione, I *Timoth.* IV, cap. 3. « Nubere, ait Irenæus, lib. I, cap. xxii, et generare a Satana dicunt esse; » et Theodoretus in *Epistola divina decret.*: « Bellam, ait, adversus Creatorem hujus universitatis gerebant, ideo ne per matrimonium opificum ejus aufereretur, formidabant. » Verum Apostolus hic non Eucharistia, sed eis contrarios incestos Gnosticos insectatur.

DOMINATIONEM AUTEM SPERNUNT. — Syrus, *calumniantur*. Primo, Clemens Alexandrinus hic de angelis hæc exponit, q. d. Hæretici spernant angelos, præsertim ordinem eorum, qui vocantur « Dominationes. » Secundo, Epiphanius, *hæresi* 26: « Gnostici, inquit, spernant dominationem, » id est, divinitatem, ejusque majestatem, dominium et imperium, quod habet in omnia a se creata. Unde Arabicus: *Provocant, ait, potentiam Dei; et* Cœcumenius: « Contra divinam, ait, naturam insuper insanunt, dominationem ejus et universi imperium abnegantes, cum alios quosdam mundi architectos confingam, » puta angelos aut demones, quibus Valentiniāni mundi prælationem et dominium consignabant, uti docet Tertullianus, lib. *Contra Valentianum*, cap. xxii.

Tertio, alii, q. d. Dominationem, » id est, Dominatorem et Dominum nostrum Jesum negant, ut ait S. Petrus, *epist.* II, cap. II, vers. 1. Ita Clemens Alexandrinus, qui sic rursus explicat, q. d. « Dominationem, » id est, « Christi mysterii ceremonias abrogare volunt, dum loco angelicorum mysteriorum sua flagitia perpetrant. » Quarto et genuine, « dominationem, » id est, magistratum tum civilem, tum potius Ecclesiasticum spernunt, dicentes se per Christi legem factos esse liberos, ut nulli principi aut magistratui sint subiecti. Ita Thomas Anglicus, Gagneus, Catharinus, Salmeron, et Vatablus, qui, pro *dominationem*, vertit, *dominos*. Vide dicta II *Petr.* II, 10. Unde Irenæus, lib. I, cap. I et XX: « Il, ait, sunt qui exurgunt contra veritatem, et adversus Ecclesiam Dei; » et S. Cyprianus supra citatus: « Non aliunde, ait, hæreses oborte sunt, vel nata schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur. » Causam dat S. Petrus, *epist.* II, cap. II, vers. 10: « Quia, inquit, sunt audaces sibi placentes. » Vide ibi dicta. Ex Gnosticis derivata est calumnia Gentilium in Christianos, per Evangelium politas humanas everti, principum obedientiam prætextu libertatis contami: quod proinde studiosè refutant Justinus, Tertullianus et alii in *Apolog.*

MAJESTATEM AUTEM BLASPHEMANT. — Videtur Interpres legisse in Græco *δὲ*: sic quoque legit Syrus; vertit enim, *majestatem*. æque ac Nosler. Jam legitur *δὲ*, quod primo, Cœcumenius vertit, *glorias, dignitates*, id est in dignitate constitutos, majestate illustres, puta principes, præsertim Ecclesie, puta Apostolos et Episcopos, blasphemant, id est, probris, conviciis et maledictis insectantur. Ita Gagneus, Pagninus, Catharinus, Vatablus, Salmeron, Serarius et alii.

Secundo, Clemens Alexandrinus veritè et explicat, q. d. Angelos blasphemant. Accedit Eslius qui hæc refert ad indigna figmenta, quam Gnostici affingebant angelis, et Epiphanius, *hæresi* 26: « Quicumque, ait, post nomen illud adhibiti sunt ad regimen mundi, hoc est, angelos Dei ministros, et præfatos rectores blasphemant. »

Tertio, Adamus per « majestatem » accipit Moysen et Prophetas, in quibus proprie resplendebat majestas Dei, quos Simon et Gnostici mire insectabantur. Favet quod subdit Judas de Michaele alterante cum Satana de corpore Moysi. Unde Thomas Anglicus per « majestatem » accipit tum Angelos, tum Sanctos, tum Deum.

Quarto, Cœcumenius per *δὲ*, id est *glorias*, accipit gloriosa mysteria conscripta in utroque Testamento, puta novo et veteri, quod spernabant, vel violabant et perperam interpretabantur hæretici, teste Epiphanius, *hæresi* 26. Sic enim Paulus novum Testamentum vocat « gloriam, » II *Cor.* III, 7 et II.

Quinto, proprie Simon et Gnostici blasphemabant majestatem Dei, dum ejus opera calumniabantur, mysteria in Scripturis latentia depravabant, potentiam enervabant: ita Beda et Hugo; ad præsertim gloriosam Dei sapientiam, bonitatem, justitiam, misericordiam, etc., exhibitam nobis per Christum blasphemabant, dum Christum vere natum, passum, mortuum negabant. Ita Cajetanus et Arias per « majestatem » accipiunt Christum, ejusque utramque naturam divinam et humanam, æque ac miracula, doctrinam celestem, resurrectionem, ascensionem, missionem Spiritus Sancti, que negabant Simoniani: hæc enim erant *δὲ*, id est *gloria*, Dei et Christi. Nam, ut ait Poeta, proprie « majestas » convenit ipsa Deo. « Majestas enim absolutum dominium et nulli obnoxium (quale solus habet Deus), indeque summum decus, amplitudinem et dignitatem significat: Deus ergo est sacra majestas. Unde Ovidius, V *Pastor.*:

Hinc sate majestas, que mundum temperat omnia.

Et mox:

— Concedit medio sublimis Olympo,
Aurea purpurea conspicienda sua.

Hoc sensu recte distinguimus *majestatem* a *dominatione*, que præcessit, ut dominatio sit magistratus, majestas sit Dei, ejus attributa et deus gloriosus, augustus et divinus significat Græcum *δὲ*; Hæretici enim negabant et blasphemabant Dei providentiam, presentiam, justitiam, vindictam, etc. Has ergo vocat *δὲ*. Est quoque *εὐμαχ* sive gradatio. Hæretici enim primo principum, deinde sensim magis insolentes angelorum, ac tandem Dei jugum nunquam excutunt, juxta illud *Psal.* XXXV, 1: « Dixit injustus, ut delinquant in semetipso; non est timor Dei ante oculos ejus; » et *Psal.* XLII, 4: « Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. » Porro Gnosticos blasphemasse Deum discrete agit Epiphanius, *hæresi* 26. Ipsiūm significat magis « blasphemant. » Blasphemia enim proprie est convicium in Deum. Unde Syrus veritè, a *majestate non moventur dum blasphemant, q. d. Cogitatione majestatis divinæ quam invadunt et violant, debent eos absterere a blas-*

phemia, et non absterret, quia eam contemnant. Denique nonnulli per *hæc*: accipiunt dogmata Apostolica: *hæc* enim inter alia significant dogmata certa, sententias illustres, axiomata. Porro noster interpres, II *Petri* II, 10, *hæc*: interpretatur sectas: ideo enim hæretici spernebant Apostolorum *hæc*, id est sententias, ut suas *hæc*: et sectas inducerent. Vide ibi dicta.

9. CUM MICHAEL, etc. — Est argumentum ab exemplo, q. d., ab *Ecumenius*: Michael contendens cum Satana non ausus est sum, licet impudentem et morentem, blasphemam, id est, contumacem, quomodo ergo hæretici audent blasphemare majestatem, non tantum angelorum et Sanctorum, sed et ipsiusmet Dei? Opponit ergo Michaelum modestum Gnoëstis impudentibus et blasphemis, idque significat Græcum *hæc*, cum ait: *hæc* *Mozæ*, id est, at vero Michael. Ita Pagninus et Vatablus.

Nota: Michael Hebraice dicitur quasi *hæc* *id est* *quis* ut *Deus*? hoc enim ipse humiliter respondit, et opposuit superbo Luciferi, dicens: *hæc* in oculum conscedam, similis ero Altissimo, *Isaia* xix, 13. Adit *Isidorus*, VII *Etymol.* cap. v, nomine *Michael*, id est *quis* ut *Deus*, significat quod nemo propitiationem vel expiationem possit afferre, nisi Deus. Minus recte ergo Pantaleon, chartophylax Conensis, in *Encyclo.* S. Michaelis, quod extat apud Sarum, 29 septembris, nomen *Michael* interpretatur, *dux exercitus Dei*: licet enim sit verum sit, tamen hoc non est genuinum Michaelis *etymon*.

A Michaelo didicit Moses illud demerso Pharaone opinione, *Exod.* xv, 14: *hæc* *quis* similis tui in fortibus, Domine? *hæc* a quorum verborum initialibus in Hebræo litteris, nonnulli censent Machabæus nomen suum accepisse, ut *ibidem* dixi.

ARCHANGELUS. — Arabice, *princeps angelorum*: est enim Michael omnium angelorum summus et princeps, ideoque tutor Ecclesie, ut olim fuit Synagoga, ut ostendit *Demet.* xv, 1. Est hic duplex in personis comparatio. *Prima*, q. d. Si Michael Archangelus non est ausus, quis hominum iure ardeat? *Secundo*, si ne diabolus quidem maledicendus est, quo iure magistratus ac principes maledicentur?

CUM DIABOLO. — Diabolus græce idem est quod criminator: *diabolus* enim est *criminari*. intelligit Luciferum: hic enim est princeps demonum, uti Michael angelorum, ideoque ejus antagonista. Hoc est quod *Ecclus.* capit. in officio S. Michaelis: *Collaudamus venerantes omnes oculi militis, sed præcipue primatem celestis exercitus Michaellem, in virtute conferentem zabulum.* *Ecles* enim pro *hæc* dicitur *hæc*. Quare minus genuina S. Cypriani, *Adhort. ad Martyr.*, nomen *Zabulus* deducit a *Belsobub*, id est Dominus musca, puta Deus colubens plagam muscarum: tolle enim nomen *Bel*, manet *sebul*, unde *Zabulus*; nam sic di-

endum fuisse *Zabulus*, non *Zabulus*. Minus etiam aptum videtur quod S. Hieronymus censet, *Zabulus* esse nomen Hebræum, ac significare a dorsum fluentem, *hæc* ut ipse ait *ad Titum* in *vel* *hæc* *noctis*, *hæc* ut ipse ait *De Nomin.* *Hebr.* vel *hæc* habitaculum noctis, *hæc* ut ipse ait in *Tradition.* *Hebr.* in *Genes.*, quasi sit idem vel fore idem cum nomine *Zabulon*, id est habitaculum, qui ita dicitur est a matre *Lia*, eo quod per ejus et fratrum generationem habitaturus esset socum deinceps maritus suus Jacob patriarcha, *Genes.* xxx, 20. Porro diabolus Hebraice vocatur *Satan*, id est, adversarius; et *Belial*, id est, absque iugo, quia iugum Dei excutere voluit.

DISPUTANS ALTERCABATUR. — Syrus, *litigaret*; alii, *contenderet* *judicio*; Arabice, *postquam increpavit Satanam et removit eum*. Hæc disputatio et altercatio Michaelis cum Satana de Mosis corpore, nusquam extat in Scriptura: Judas ergo eam accepit vel traditione majorum, vel ex libro qui tum extabat, quem Origenes, lib. III *Periarch.*, cap. II, citat, nomenque ei dat *Ascensio Mosis*. Eundem citat Clemens Alexandrinus, VI *Strom.*, ubi ex eo refert Mosen visum a Josue et Caleb in gloria, cum assumere inter angelos: *hæc* Merito vidit inquit, Mosen qui assumebatur, dupliem vidit inquit, filium Nave, et unum quidem cum angelis, alterum autem super montes, qui dicitur extat in *conwallibus* *justa ferent.* *hæc* Vide Sixtum Senensium verbo *Mosis Ascensio*, ubi docet hunc librum a Gelasio Pontifice relatum inter apocryphos: in apocryphis tamen multa possunt esse vera. Sic Paulus citat versus Arati, Menandri, Callimachi, Gentilium Poetarum, *ad Titum* cap. I, non quod omnia eorum dicta probet, sed illa duntaxat que citat. Alii volunt *Judam* hæc accepisse ex libro Henoch. Ita S. Hieronymus in *epist. ad Titum*, et Origenes, lib. IV *Periarchon*. Ut ut est, ex Juda certum est hæc historiam esse certam et canonicam. Sic S. Paulus ait nomina magorum qui resisterent Mose, fuisse Iannes et Mambres, II *Tim.* III, 8, que tamen nusquam Moses expressit.

DE MOYSE CORPORE. — Putat *Ecumenius* alterationem hanc Michaelis cum Satana fuisse, eo quod Michael velit Mosen pro meritis honorificari; Satan nollet, obijciens ei crimen homicidii, quod scilicet *Ægyptium* interfecisset, *Exodi* II, 12. Adit *Alanus*, part. II *Amal.* et Pantaleon chartophylax, *orat. De S. Michaelis*, diabolum voluisse sibi vindicare Mosen tanquam homicidam. *Secundo*, alii censent hanc altercationem fuisse de rapto corporis Mosis in Paradisum, ut versetur cum *Ella* et *Henoch*, sive eo vivus sit translatus, ut videtur dicere Philo, libro *De Vita Mosis*, in fine, et S. Hieronymus in cap. IX *Amos*; sive post mortem resuscitatus eo sit raptus, uti censet R. Samuel Maroch, *De Adventu Messie*, cap. XIII. Sed hic raptus Mosis in Paradisum est ficti-

tius; constat enim animam Mosis ivisse ad limbum Patrum, corpus in terra esse sepultum. Tertio, alii passim verius censent voluisse Satanam Mosen sepeliri loco cognito et publico, ut Hebræi in idololatria prout, eum quasi Deum et numen colerent; Michaelum vero ei obstitisse, et curasse ut secreto sepeliretur. Ita S. Chrysostomus, homil. 8 in *Math.*, et S. Ambrosius, II *Offic.*, cap. VII, Thomas Anglicus, Hugo, Dionysius, Cajetanus, Gageus, Arias, Salmieron, Adamus et alii; unde *Deuter.* xxxiv, 6, dicitur: *hæc* Et non cognovit homo sepulcrum ejus usque in presentem diem. *hæc* Vide dicta toto eo capite.

Hinc Epiphanius, *hæresi* 9 et 64, testatur traditionem esse quod Moses sepultus fuerit ab angelis, et *Ecumenius* hic asserit Michaelum profuisse sepulture Mosis. Addit Philo, lib. III *De Vita Mosis*, Mosis morientis vultum factum esse gloriosum, eumque præcessisse fulgura, lampades et sagittas, mortemque ejus luxisse angelos. Sed hæc poetice ab eo dicta videntur, vel per exaggerationem. Hæc est sententia communis omnium pene interpretum et Patrum, a qua proinde vix licet recedere. Accedit, quod vix alia ratio fieri possit, cur jussisset Deus Mosen ab angelis secreto sepeliri, nisi, ne si publice sepeliretur, adoraretur a Judæis. Quod enim aliqui dicunt honoris causa id factum, ut scilicet Hebræi Mosen quasi absconditum vel raptum magis revererentur, minus aptum videtur. Nam longe major, imo continuus et perpetuus fuisset honor Mosis apud Hebræos, si ejus sepulcrum visere et colere potuissent, sicut sepulcrum S. Catharine sepulta ab angelis in monte Sina, ab iisdem revelatum, magna fidelium et toto orbe adventantium peregrinatione et devotione colitur.

Dices primo: Hebræi non coluerunt sepulcrum Abraham, Isaac, Jacob, ac præsertim Joseph, cujus ossa socum deferbant per desertum; ergo nec coluissent sepulcrum Mosis, etiamsi illud cognovissent. Respondet negando consequentiam. Ratio disparitatis est, *prima*, quod tot sæculorum antiquitas que Abraham, Isaac, Jacob et Joseph habuerat ut homines, non ut deos, abrogat eis divinitatem, imo ejus opinionem et ambrem detraheret. *Secundo*, quod pariter antiquata erant eorum in suis, eoque patet beneficia. *Tertio*, quod illi tot prodigiis, gestis et gubernatione populi non fuerint illustres, ut fuit Moses. *Quarto*, quod Hebræi ex Scriptura et Patribus suis illud Dei sibi altissime impresserant: *hæc* Ego sum Deus Abraham, Isaac et Jacob. *Unde* telebant non Abraham, sed Deum Abraham esse adorandum; Mosis vero, utpote paulo ante defuncti, recens erat memoria, æque ac beneficentia ejus, potentiorum, plagarum ac gubernationis, qui totam Hebræorum gentem numerosissimam, per decem plagas toti *Ægypto* immisas, gloriose eduixerat per mare Rubrum sicco pede, mensis *Ægyptiis*, in desertum: ibique le-

gem a Deo acceptam eis dederat, manna coelesti paverat per 38 annos, columnam ignis et nubis itineris ducem assignarat, etc.; insuper audierant illud Dei ad Mosen: *hæc* Constitui te deum Pharaonis, et Aaron frater tuus erit Propheta tuus, *Exodi* VII, 1. Ad hæc peregrinantes per desertum, jamque transiituri I. terram promissam egebant duce Nunine. Unde enim Moses in Sina legem accepturus dicitur moneretur, fecerunt sibi vitulum aureum, puta Apin, quasi itineris ducem. Hoc est enim quod ipsi dixerunt Aaron: *hæc* Surge, fac nobis deos qui nos præcedant; Mose enim hunc viro, qui nos eduixit de terra *Ægypti*, ignoramus quid acciderit, *hæc* et factu vitulo, ei acclamant: *hæc* *hæc* sicut dicitur, *hæc* *hæc* qui te eduixerunt de terra *Ægypti*, *Exodi* xxxii, 1 et 4. Mose ergo mortuo, pronum fuisset eis, si corpus illius habuissent, eum ut itineris reliqui ducem colere et invocare. Fuerat enim ipse totius populi summus legislator, Pontifex, Propheta, princeps et rex.

Dices secundo: Hebræi non erant tam stolidi ut corpus mortuum Mosis adorarent: hoc enim mortalitatis spectaculum omnem divinitatis opinionem illis excussisset, eumque hominem fuisse demonstrasset. Respondet: idololatria omnino est stollida: idololatrias enim stollide homines insipientes vita funelos, puta parentes, reges, benefactores eximios in deos retulisse, et divinis coluisse honoribus, docet non tantum Plinius, lib. II, cap. vii; Cicero, *De Natur. Deorum*; Justinus, Tertullianus, Lactantius, Arnobius et alii scribentes *Contra Gentes*, sed et S. Scriptura hæc idololatriæ originem diserte assignat *Exod.* xiv, 13; et constat apud omnes, Jovem, Mercurium, Esculapium, Venere, etc., fuisse homines, qui ob beneficia post mortem a Gentibus in deos sunt relati. Ita Græcenses colebant Jovem suum regem, ejus tamen sepulcrum et ossa in Creta apud se extare iactabant. Unde merito eos irridentes Lactantius, lib. I *Divinarum Institut.*, cap. XI: *hæc* Quomodo igitur, inquit, potest Deus alibi esse vivus, alibi mortuus? alibi habere templum, alibi sepulcrum? *hæc* Sic Imperatores Romani defuncti per apothecosim, qua publice corpora eorum cum pompa comburebantur, æquaque et rogo quasi animam Imperatoris deferens in oculum evolabant, dii habebantur, uti fuse narrat Herodianus initio lib. IV; quin et animas suorum, corpore combusto et incinerato, colebant nomine Manium. Unde illud trinitum, quod etiamnum passim eorum sepulcris Romæ impressum legitur: *hæc* *hæc* Manibus. *hæc* Credebant enim animas defunctorum sepulcris et cineribus suis adesse, vel assistere.

Idem de Mose facere et credere potuissent Hebræi, uti fecerunt postea Ase regi defuncto, II *Paralip.* xvi, 14. Vis exemplum? In *Ægypto*, æque ac in deserto, Hebræi colerunt vitulum, puta Apin, vel Sorapin, quem fuisse hieroglyphicum Josephi; qui per vitulos sive boves macrois et pingues prædixerat sterilitatem et fertilitatem *Ægypti* et co-

tius orbis, *Genes. xxi. 4 et 29*, censet Ruffinus, lib. XI *Histor.*, cap. xxx. Suidas verbo *Scrapis*, Auctor *De Mirabil. S. Scrip.* apud Augustinum, lib. I, cap. xv, et Auctor *Quaest. necel. et vet. Testam.* apud eundem, cap. xv, et alii, quos citavi *Genes. xxi.*, in fine capituli. Denique Hebraei colunt serpentem anemum, adeoque simulacra inanimata, puta idola aenea et aurea Aegyptiorum, Chaldaeorum, Assyriorum: quid mirum si Moesen post mortem, quasi redivivum et divinitate ob tot merita donatum coluissent? Sane Epiphanius, *haeres. 33*, narrat in Arabia Moesen ob prodigia reputatum esse Deum, adoratumque ejus imaginem. Ambrosius vero in cap. III *ad Galat.*, ait contendisse diabolum, ut corpus Moysi revelaretur, aut suscitaretur a Magis, ut haec res Hebraeos induceret ad eum adorandum: sed resistisse ei S. Michaeli.

Plures alias sententias de causa alterationis hujus recenset noster Serarius hic, sed vel falsas, vel improbabilis, inter quas illustrior est illa Hugois Etheriani, *De Regressu animarum*, cap. ix, scilicet voluisse diabolum impedire ne anima Moyses pergeret ad locum quietis et beatitudinis, puta ad Iubam, et consortium SS. Patrum, inde per Christum eos liberantem in caelum. Idem sentiunt Cyrillus Alexandrinus et Martyrius in *Synag.* de statu moriantium, quem librum et Graeco in Latinum convertit noster Raderus. Verum haec alteratio fuit de corpore Moysi, non de anima. Similis est illa expositio eujusdem auctoris in fide non sani, sed heterodoxi, alterationem hanc fuisse de corpore Moysi, id est, de Moisaie legis et judaismi restitutione. Nam hoc corpus mysticum est, non litterale.

Probabilior est illa ipsius Serarii, contendisse scilicet diabolum ut corpus Moysi inferretur in terram promissionis, nec extra eam in Moab, utpote regione sibi in idolorum cultu addicta, sePELLERET, ne ab eo aliquod damnum acciperet, ut accepisse se a S. Babylae sepulcro in Daphne questus est, sicut habet Vita S. Babylae, et ex ea Baronius, tom. IV. Qua de causa ipse ubique per haereticos Sanctorum reliquias combure, vel aboleri satagit. Porro perperam haerediti hanc absconsonem corporis Moysi torquent contra ostensionem et cultum sanctorum reliquiarum. Nec enim Christiani adorant cultu laivae reliquias, ut Hebraei adorassent corpus Moysi; nec ex reliquis idololatriae apud Christianos est periculum, ut erat ex corpore Moysi apud Hebraeos. Vide Belarminum, lib. II *De Reliquiis Sanct.*, cap. iv; imo vero cultus reliquiarum ex hoc loco evincitur. Si enim S. Michael tantam habuit eorum corporis Moysi, ejusque sepulture, majorem utique nos habere debemus.

Kursum hinc collige: Si Diaboli ista certat pro corpore Sanctorum in morte, quanto magis certat pro eorum anima? Et vicissim, si Michael et angeli ista defendunt corpora Sanctorum morien-

tium, multo magis defendent eorumdem animas. Sic certant demones pro anima Theodori et Chrysaorii clamantis: « Inducias usque mane, » ne monachi Iconiensis, uti narrat S. Gregorius, IV *Dialog.*, xxxviii. Plura vide apud Raderum in *Synag.*, jam citato, hinc Diabolus multis in morte apparet, ut eos percellat et in desperationem, aliunde peccatum adigat. Unde S. Martinus moriens eo viso: « Quid hic, aist, estas cruenta bestia? nihil in me funestum invenies, » teste Sulpitio in ejus Vita. Hinc rursum de Michael e capit. Eccl. « Consultat te principem super omnes animas suscipiendas. » S. Michael enim sive per se, sive per angelos sibi subordinatos in morte suscipit animas iustorum, easque deferit in caelum, vel immediate, si nil purgandum habeant; vel mediate per Purgatorium, si quid eo expiandum habeant. Vide Serarium et Lorinum hic, hinc illa Ecclesiae pro mortuis precatio: « Occurrite, angeli Domini, suscipientes animam ejus, et offerentes eam in conspectu Altissimi. » Vide dicta *Daniel. xii.*

Symbolice Beda: Moysi corpus politicum sive mysticum, inquit, est Syngoga sive populus Judaorum, quem diabolus detinere volebat in captivitate Babylonica; sed obtulit ei Michael, id est, Jesus sacerdos, qui precibus suis apud Deum ejus liberationem impetravit. Quod enim aliquid id litterale esse volunt, quasi S. Judas eicit visionem Zachariae, cap. iii, ubi Satan contra Jesum filium Josede pontificem disceptat, parum est probabilis: in multis enim illa visio dissentit a verbis S. Judae, uti eidem ostendi, et patet in-stanti.

NON EST AUSUS JUDICII INFERRE BLASPHEMIA. — « Judicium blasphemiae » vocat blasphemiam, id est maledictum justum et meritum, iustoque iudicio irrogandum, q. d. Michael non est ausus diabolum, licet omnis malitiae auctorem, sibi que iniquissime resistentem, iudicare et blasphemare, id est, justum et meritum et convictionem et maledictum ingerere, dicendo: Vade, maledicto Satan; ubi, iniquissime, in maledictionem et gehennam. Unde Tigurina vertit, non est ausus illi notam impingere maledicti; vel, ut Vatablus, convictionem illi facere; Arabicus, non est ausus ingredi in contradictionem ad eum blasphemiam. Aut « Judicium » vocat condemnationem et punishmentem « blasphemiae, » qua Satan blasphemabat Moesen, cum Michael vellet ejus corpus loco recondito sepelire. Denique nonnulli « iudicium blasphemiae » censent esse illud, quod S. Petrus, *epist. II*, cap. II, vers. 21, vocat *exerebia* (græce *παρρησια*) iudicium, de quo ibi plura. Prima expositio uti facilissima, ita planissima est, eamque exigit sequens antithesis: « Illi autem quæcumque quidem ignorant, blasphemant. » Nota « non est ausus, » non quod Michael timeret diabolum, sed quod timeret proferre blasphemiam: id est, convictionem et maledictum, uti rem se indecentem.

« Meretur diabolum maledictum, sed per Archangelos ob blasphemiam exire non debuit, » ait S. Hieronymus ad Titum III.

Respexit Michael, ait Didymus, ad bonam diaboli naturam, alque idcirco maledictis abstinuit, suoque exemplo docuit quid nos facere oporteat, qui sepe odio vel ira inflammati, non tam vilia, quam homines ipsos insectamur et maledicimus. Hinc infert Hugo, exemplo S. Michaelis magistratui et iudici abstinentum esse ab injuriis verbis, curandumque ne cum austeritate, vel impetiose dominetur, sicut ut leo in domo evertens domesticos et subditos, *Eccl. iv. 33*, sed cum mansuetudine eos regat et corripiat, ut vitium corrigant. Idem disertè docet S. Hieronymus, lib. II *Contra Rufinum*, servandum esse cultum Christiano certanti cum suis æmulis et obtrectatoribus, qualis S. Hieronymo erat Rufinus. Imo *Eccl. cap. xxi*, vers. 30: « Dum maledicit, inquit, impius diabolum, maledicit ipse animam suam, » quia hæc in impietate similis est diabolo; illius ergo impietatem condemnans, suam ipsius condemnat.

SED DIXIT (modeste et graviter): IMPERET TIBI DOMINUS. — græce *ἐπιταξάτω σοι Κύριος*, quod Paganus vertit, *imprepet te Dominus*. Sic et S. Hieronymus in cap. III *ad Titum* legit: « Incipet tibi Dominus, » scilicet syntaxim Græcam *ἐπιταξάτω σοι*, q. d. Deus tuam insolentiam, malignitatem, nequitiam comprimat, ô Satan, teque cogat ut permittas oculo sepeliri Moesen, ne, si publice sepeliatur, Hebraei detur occasio idololatriæ, ut velit eum adorare. Deus ergo increpando tibi imperet eum potestate et objurigatione, id est, potenter et cum imperio reprimat et compescat te inique et indigne mihi resistentem.

Alludit ad illud Domini ad Satan: « Incipet Dominus in te Satan, » *Zachar. esp. III, 2*. Vide ibi dicta. Sic *ἐπιταξάτω* in Evangelio tunc vertitur *increpare*, nunc *imparare*, quia increpando imperat; ut quod Interpres vertit *Matth. cap. vii, 29*: « Imperavit ventis, » apud *Lucan.*, cap. vii, 24, vertit, *increpavit*, apud *Marcum*, cap. iv, 30, *comminatus* est. Hebr. enim *עָרַב* q. d. est *increpare*, per catachresin et metaphoram significat increpando imperare, comprimere, compescere, sedare, ut patet *Nahum I, 4*; *Psal. ix, 6*; *Psal. cxix, 21*; *Psal. civ, 9*; *Psal. civ, 7*; *Isaia I, 2*, et cap. xxx, 17.

Nota: Poterat S. Michael per se suaque vi compescere insolentiam diaboli, quia eo potenter est et superior, sed maluit ex modestia et reverentia hoc opus et hanc virtutem transferre in Deum, quem uti nomine prefert, ita multo magis corde et opere refert, ab eoque postulare ut diabolum comprimeret. Idem fecit S. Nacharius Alexandrinus, ut habet ejus Vita. Porro S. Ambrosius in *Euc. vii*, censet idem fecisse Christum, cum ventis in mari conflictantibus quietem imperavit, dicens: « Tace et obmutescite; » hoc enim

dixisse diabolo, qui hos ventos et tempestatem in mari concitabat. Idem usurpat Ecclesia dum baptizandos vel energumenos exorcizat, de quo ritu vide nostrum Delrio in *Magie*, lib. VI, cap. v, sect. 3, quæst. 13, et Josephum Vicecomitem *De Ritibus Baptismi*, lib. I, cap. xxxix et sequent.

10. HI AUTEM QUÆCUMQUE QUIDEM IGNORANT, BLASPHEMIANT. — Est apodosis, sive redditio et applicatio exempli, q. d. Michael eum pro imperio juste posset Satanam, utpote sciens ejus impietatem, qua indignissime contra se de Moysi corpore contendebat, blasphemare, id est maledicere, convicio punire, probro castigare, imo verberare et flagellare, præ modestia tamen noluit; Simoni vero et Gnostici in toleranda audacia et impudentia blasphemant, et maledicunt ea quæ ignorant, quæque eorum, utpote carnalium, captum superant, scilicet Deum, Deique attributa, mysteria Christi, res celestes, sublimes et divinas. Ita Epiphanius, *haeres. 26*: « Blasphemant (Gnostici), ait, non solum Abraham, Moesen, Eliam et omnem Prophetarum chorum, sed etiam Deum qui ipsos elegit, » etc. Ita Ariani, Mædoniani, Sabelliani eum non caperent mysterium S. Trinitatis, illud negant et blasphemant. Ita hodie Calviniani et Zuingliani, qui non capiunt Dei omnipotentiam in mysterio Eucharistiae, illud negant et blasphemant. Hæretici enim ratio credendi est sensus et ratio naturalis, non fides, non Dei verbum omnipotens. Quod vident et intelligent, credunt; quod non intelligunt, credere nolunt. Quocirca Irenæus, lib. I, cap. xxxv, ait contra hæreticos veteriam esse sententiam eorum manifestationem, et S. Hieronymus *ad Ctesiphontem*: « Sententias, inquit, illorum prodidisse, superasse est. » Porro ignorantia hæreticorum cause sunt tres: prima, est superbia; secunda, levitas; tertia, voluptas et concupiscentia. Nam, ut ait Archilas: « Impedit consilium voluptas rationi inimica, ac mentis perstringit oculos, nec habet nullum eum virtute commercium. » Quocirca hisce tribus confulari sphinx, que est enigma ignorantibus apud Mythologos. Sphingem enim plangebant quasi monstrum facie virginis, penis avium, pedibus leoninis, quod obscura enigmata proponens ea solvere necientem occidebat. Audi Alciatum, *emblem. 187*:

Quod monstrum id? Sphinx est. Cur caecitas virginis ora, Et volucrum penas, crura leonis habet? Hinc ferias assignat rerum ignorantia, tant Scilicet est triplex causa et origo mali: Sunt quæ ingenium leve, sunt quæ blandas voluptas, Sunt et quæ faciunt corda superba rudis.

Remedium deinde assignat, scilicet: « Nosce te ipsum. »

QUÆCUMQUE AUTEM NATURALITER TANQUAM META (Græce *ἐντομα*, id est *irrationalia*, ideoque bruta et muta, id est, vocis articulatione et humana expertia; sic Cervo non semel animalia bruta vocal

multa) ANIMALIA NOBENT (puta ventrem et venereum), IN HIS CORRUPTUR, — vilando et fœdando sua corpora et mentes turpi gula et obscenis libidinis, instar porcorum et canum, imo turpium quam sues et canes, uti de Gnosticis ostendit Epiphanius, *hæresis* 26. Unde Arabicus: *Operuntur*, ait, *naturalia sua* (puta carnalia) *sicut bruta*.

Porro ea a vorantur per sensum, concupiscentiam, experientiam et consuetudinem, hoc est, ea sapienter tangunt, appetunt, concupiscunt, exercent; unde Gagnius pro *ταρῶνα*, id est vorant, suspicatur legendum *ἐπιταρῶνα*, id est appetunt, sed obstat fides omnium codicum Græcorum et Latinorum. Melius si vorant inclauditur: appetunt, ut jam dixi. Clara Oecumenius: a Quæcumque, ait, naturali impetu vel appetitione tantquam irrationabilia, vel bruta seu bruti animata vorant, hæc sectantur velut insipientes, fœdanturque appetentes equi, vel porci. Ideoque corrumpunt corporis animique vires, rationem, sanitatem, integritatem, puritatem, castimoniam, denique vitam et naturam ipsam per crapulam et libidines contra naturam. Vere Seneca, *De Vita beata*, cap. xiv, ait voluptates esse quasi foras, quæ heros suos lamant. Et Architas nullam pestem in mundo capitaliorem esse dicebat, quam corporis voluptatem, teste Elicone in *Calone Majori*. Socrates vero voluptates cavendas esse aiebat, quasi sirenas, quæ hominem iucantem, infatigant, enecant, teste Laertio, lib. II. Quædam Aristoteles monebat intueri voluptates non a fronte, sed a tergo, id est, non venientes, sed abeuntes. Venientes enim fœcunda specie blandiantur, abeuntes vero aculeum, id est, penitentiam et dolorem relinquunt. Ita Laertius, lib. V, cap. 1.

II. VÆ ILLIS QUI. — Legit si, id est qui; jam legitur, id est quis. Exarsesit Jodas in sua contra Gnosticis inveciiva, acriter eos increpando, eosque comparando primo, Caino; secundo, Balaam; tertio, Core: quia scilicet imitantur invidiam et fratricidium Caini; avaritiam, magiam, impietatem et obscenitatem Balaami; seditionem, rebellionem et schismata Core; ideoque instar illorum acriter puniantur non tantum in futura, sed etiam in presenti vita. « Via » enim in Scriptura significat vitam institutum, modum vivendi, actus et mores, æque ac eventus et exitus. Via ergo Caini, est Dei contemptus, invidia, homicidium, imo parricidium, atheismus, vita vaga, desperatio. Nominat hos tres præ aliis, quia hi tres fuerunt Dei, fidei et sanctitatis hostes, ac fideles seducere et Ecclesiam perdere voluerunt; unde fuerunt Simonis, Gnosticorum et hereticorum typi et prodromi. Cain enim Abelem primam fidei et Ecclesie propagationem occidit; Balaam voluit perdere populum Hebræorum, qui erat veri Dei cultor, ejusque Ecclesie; Core ambiendo sacerdotium rebellavit Mose, suoque schismate Synagogam secuit et perdidit.

Inaque primo, sicut Cain avarus villoribus oves offerrebat Deo, meliores sibi reservabat, eaque ratione se suaque commoda Deo præponebat: ita pariter Simoniani, Gnostici cæterique heretici se suaque luera Deo anteponunt, imo Dei ecclesias, calices et dona profanant et diripiunt. Hinc avaritiam apte respondet nomen Cain: Cain enim Hebr. idem est quod acquisitio et possessio. Eva enim primum filium suum vocavit Cain, dicens: « Possedi hominem per Deum, » Gen. cap. iv, vers. 4; *קַיִן* hæc enim significat possidere; inde *קַיִן* Cain est possessio. Porro apte S. Augustinus, lib. IV *De Baptismo* contra Donatistas, cap. iv, avaritiam, quæ a S. Paulo vocatur idololorum servitus, comparat hæresi. Quare perperam Kyrtenus hereticus hic in versione Arabica scribit, Cain significare vomitum et crapulam, a radice *קַיִן* *קָא*, id est vomitum.

Secundo, sicut Cain invidit fratri suo Abeli quod gratior esset Deo, utpote offerens Deo meliores oves, quodque Deus igne coelitus missum infamando ejus victimis, idipsum testaretur: sic Simoniani et heretici iridebant et invident Orthodoxis, eosque calumniis, maledictis, injuriis, rapinis insectantur. Ita Beda: « Via Cain, inquit, abest, qui propter invidiam meliorum, nomen sibi doctorum, quo honorificentur, assumunt. »

Tertio, sicut Cain ex odio et invidia fratrem Abelem occidit: ita heretici ex odio et invidia Orthodoxorum, fidelium animas ad hæresim suam pellicientes occidunt, non raro eam corpora sibi obsistentium macant. Hæresis enim crudelis est, quia agit a crudeli Satana. Ita crudeliter fuere Ariani, ut patet ex scriptis S. Athanasii, Luciferi Calaritari, et S. Hilarii ad *Constantinum Imperatorem*, et ex Victore Uicensi in *Persecutione Wandalorum*. Unde S. Athanasius, *Apologia De Fuga sua*: « Quis, inquit, Ariatorum scelera non videt, ut siltibundi sint, avidique sanguinis humani, versutisque suis veluti sagenis comprehendant quos neci destinant. Plane hoc ipsorum opera declarant, ostenduntque eorum animos feris effratioris, et Babylonis crudeliores esse. » De Donatistarum crudelitate vide S. Augustinum et Optatum Milevitanum. De Hussitarum in Bohemia sevitia, vide *Eucom Sylvium De Rebus Bohem.*

Quam nostri Calvinistæ cæterique hujus ævi heretici severint in Orthodoxorum templa, oves, urbes, corpora, per Germaniam, Galliam, Hungariam, Angliam, Belgiam, Daniam, Sueciam, Norvegiam, etc., omnes novimus, imo oculis spectavimus. Vide *Theatrum hæretica crudelitatis*, et Stanislaum Hesciam *De Evangelicorum Phalarismis*. Didicerunt id a suo parente Luthero, qui in *Preludio Captivitatis Babylonice*, anno Domini 1520, rusticus ad bellandum principibus convitavit. Sed cum seditio in caput rustorum recidisset, occisis eorum centum milibus, Lutherus pallium vertit, et palinodiam coecit, principum

egritra rusticos causam tuendo, dixitque: « Ego Martinus Lutherus in bello rusticano omnes rusticos occidi; jussu enim eos trucidari; omnis eorum sanguis in meis humeris est; vorum ego omnis illud in Deum rejicio. » Ita Arifaber in *Colloquio Lutheri*, tit. *De Bello*.

Quarto, Cain, si credimus Chaldaeo, fuit primus hæresiarcha, adeoque athos, voluitque Abelem fratrem trahere ad hæresim et atheismum, ideoque eum, quod sibi reluctaretur, occidit. Assertit enim Targum Hierosolymitanum, qui est Chaldaeus Paraphrastes, *Gen. iv*, Cain in agro cepisse queri de Dei providentia et æquitate, dispassisse contra judicium extremum, contra mercedem bonorum, et vindictam malorum. « Cum, inquit, egressi essent arabo in agrum, dixit Cain: Non est judicium, non est iudex, nec merces bona pro justis, nec poena pro impiis; nec Dei misericordia creatus est mundus. » E contrario Abelem hæc asseruisse, Deum defendisse, fratrum reprehendisse, ideoque ab eo casum esse. Unde S. Cyprianus, lib. IV, *epist. 6*, Abelem vocat Martyrem: « Imitemur, ait, Abel justum, qui iustitiam martyria, dum propter justitiam primus occiditur. » Hinc etiam Cain Deo roganti, ubi esset Abel? proferre, impudenter et mendaciter respondit: « Nescio, non custos fratris mei sum ego? » eoque suis significavit se putare suum æculum latere Deum. Non creditur ergo Deum omnia scire, omnia videre, quia non creditur eum vidisse eum cum Abele jurgium et parricidium. Ita heretici tandem fiunt alii, et omnis hæresis est quasi regia via ad atheismum, ut dixi in *Petri II*. Hic de causa S. Joannes Cain vocat filium diaboli, utique primum et primogenitum, *epist. I*, cap. iii, vers. 12: « Non sicut Cain qui ex maligno erat, » græco *ἐκ τοῦ πονηροῦ*, id est ex illo malo, qui scilicet antinomasticus est, diciturque malus, puta diabolo. Quod ergo S. Polyæarpus Marconi hæresiarcho roganti: « Agnoscis me? » respondit: « Agnoscio primogenitum diaboli, » hoc variis respondisset Caino.

Quinto, Cain increpitus a Deo non respicit, sed obduravit; unde notatus ab eo tremore corporis quasi stigmatibus, et probrum orbis, tangens a facie Dei factus est vagus ac profugus, imo pejor et impientior, si credimus Josephum, I *Antiq.*, cap. iii, ubi sic ait de Caino: « Tantum abfuit ut hæc castigatione vitam in melius mutaverit, ut pejor etiam sit factus, omnibus voluptatibus vel eum aliorum injuriis indulgens, et facultates domesticas per vim et rapinas accumulans, acerbis unde omnique latrociniorum et nequitiæ sociis, magister illis ad facinorosam vitam est effectus. Ad hæc simplicem hætenus vivendi rationem excoctis mensuris et ponderibus immutavit, pristinamque sinceritatem et generositatem ignaram talium artium in versutiam depravavit. » Ita Simon Magus increpitus a S. Petro, factus est pejor. Sic et heretici convicti, imo mulctati a Deo sunt pejores,

runique in omnes voluptates et scelera; hæresis enim est mater omnium criminum et scelerum. Hinc quasi erronei et vagi provincie oberrant, ut fideles decipiunt, depravant et perdidit.

Secundo, Cain desperavit de Dei misericordia, dicens: « Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear, » Genes. iv, 13. Sic heretici ex conscientia tot tantorumque scelerum ruunt in barathrum desperationis.

ET ERRORE BALAAH MERCEDE EFFUSI SUNT. — Hoc est, in errorem Balaam, qui fuit mercos, sive cupido mercedis et lucri, effusi sunt, quasi dicitur: Tota effusi sunt in opes et luera; aut, q. d. Errore et deceptione mercedis, qui deceptus fuit Balaam, effundunt se in maledicta, impia consilia aliisque scelera. Errore enim Balaam fuit spes mercedis et cupido lucri, quod scilicet spe mercedis oblatæ a Balæe, regem Moab, voluerit maledicere et perdere populum Dei, puta Hebræos, *Numer. xxii* et seq. Unde Syrus vertit: « Post mercedem Balaam in mercede participes facti sunt, vel exarsunt, » Pagninus, « deceptione mercedis, qui deceptus est Balaam, effusi sunt; » Vatablus, « effusi sunt deceptione mercedis Balaam, alque mercede dolosa qua deceptus est ille, a Dei præceptis egressi sunt, ac in omne scelus abducti. » Ubi nota: Pro mercede græce est gentilitus *μαῖος*, quem Pagninus, Vatablus et alii referunt ad *μαῖος*, id est errorem, et deceptione, quæ dicitur: « Deceptione mercedis instar Balaam effusi sunt. Noster vero vertit in oblativo, mercede, vel quia pro *μαῖος* legitur *μαῖος*; vel quia subintelligit *μαῖος*, vel *μαῖος*, q. d. *maios maios*, id est omnis mercedis, hoc est mercede; vel potius quia præpositio *ἐκ*, quæ est in *ἐκ μαῖος*, id est effusi sunt, possit gentilitum, q. d. *ἐκ μαῖος μαῖος*, id est ex mercede, per mercedem, mercede effusi sunt. Sed eodem redemi omnia.

Rursus, « effusi sunt significat magnam hereticorum peccandi licentiam, ardorem et impetum, quo totos se effundunt in mercedis et opes, ac per eas, et propter eas in omnes cupiditates et omnia scelera. Arabicus vertit, *et in mercede ejus exarsunt*, quia post diffusionem sequitur ariditas, unde effuso humore per sudorem vel sanguinem, exarscunt et silitus. *Et exarsunt* aequal mercedis et luera per scelus parte non locupletare, sed exarscere et evanescere, juxta illud: « Male parata, male d'abuntur. De male questis non gaudet tertius hæres. »

Porro, heretici imitantur Balaam: Primo, quia instar Balaam pro amore terrestrium commodorum, veritatem quam ipsi norunt, impugnant, a il Beda; et Oecumenius: « Gnostici, inquit, lucri cupiditate omnia agunt. »

Secundo, quia per Spiritu Sancto quem jactant, spiritu erroris et peccati mendacii, puta diabolo, agitantur. Ita Diolyms.

Tertio, quia hæresiarchæ crebro sunt magi, vel familiarem habent demonem, ut habuit Balaam.

Quarto, sicut Balaam voluit maledicere populo veri et Synagoga, sed Deus ejus maledictionem vertit in benedictionem: ita heretici sunt maledicentissimi, et conviciis ac probris continuo non tantum Orthodoxos, sed et se invicem impetunt et proscribunt. Sed Deus hanc eorum probram in ipsorum ignominiam, et Ecclesiam gloriam convertit, ostendendo toti mundo eorum impatentiam, maledicentiam, calumnias.

Quinto, Balaam impium dedit consilium Balac regi, ut scilicet puellas speciosas submitteret in castra Hebræorum, que eos ad libidinem, indeque ad idololatram pellicerent, ut sic descendo eos Deo, a Balac vinci et occidi possent, ut patet Num. xxxi, 16, ibique docet Theodoretus, Quæst. XLV, et Josephus, lib. IV Ant. vi. Ita heretici impia dant consilia, sandantque Religiosos et Clericos apostasiam, violationem votorum, perfidiam, hæresim; laicis rebellionem, libidinem, gulam, omnemque carnis licentiam. Ita, Didymus, in Christo ad Angelum, id est Episcopum Pergami, Apocal. II, 19: « Habeo, ait, adversus te paucos, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui dicebat Balac militera seculum coram filiis Israel, edere et fornicari: ita habes et in tenentes doctrinam Nicolaitarum; » de quo ibidem plura. Unde Philastrius, lib. De Hæres. Balaamitas recenset inter hereticos; hæresis enim eorum erat, licere fornicari et vesci idolothytis. Quocirca Balaam appositum ad rem, opus et facinus suum sortitus est nomen: Balaam enim hebraice idem est quod linguæ vel verans populus, aut absorbens populum. Balaam enim invitans Hebræos per puellas ad eum idolothytorum, voluit eos absorbere et perire.

Denique sicut Balaam in bello Medianico ab Hebræis gladio cæsus est, ita heretici gladiis principum perimuntur, quia impit sunt in Deum, et quia rempublicam turbant, concitando rebelliones, seditiones et schismata, uti Balaam per maledicere voluit evertere castra Hebræorum. Nihil enim animos viriles et militares ita effeminat ac libido. Quocirca veteres Gentiles feminas, licet uxores, castris arcebant, teste Tertulliano, lib. De Castitate, cap. xii. Unde castra dicta sunt « quasi casta, quod in his castratur libido, » ait Isidorus, lib. IX Etymol., cap. iii. Hanc causam affert Tacitus, lib. III Histor., « inesse scilicet mulierum comitatu que pacem luxu, bellum formidine morerunt. » Et Valerius Maximus, lib. II, cap. vii: « Exhausta, ait, erubescenda sentina scortorum c castris Scipionis, Romanus exercitus, qui paulo ante meta mortis turpi se foederis macula asperserat, erecta virtute acrem illam et animosam Numantiam incendiis exustam solo æquavit. » Vide Lipsium, lib. V De Militia Rom., Dialog. 48, ubi narrat Germanos olim mulieres in castris deprehensas naso truncasse et expulisse.

Et in contradictione (græce τῆ ἀντιθέσεως, id est contradictione) CORE PERIERUNT, — quia heretici

licet nondum extarent tempore Core, in ven in eo et cum eo perierunt, typice et figurate: perditio enim Core, qua ipse vivus absorptus est a terra, descenditque in infernum, typus erat et figura quod simili modo perderentur heretici ejus asæche, ac descenderent in tartara. Unde de Antichristo ejusque pseudopropheta dicitur Apocal. xix, 20: « Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure. » Simili phrasi ait Apostolus fideles baptizatos esse in Mose et mari, et eandem escam cum eo manducasse, typice scilicet et figurate, quia nimirum transitus Moysi per mare Rubrum erat typus baptismi, et manna ejus typus erat nostre Eucharistie, I Corinth. x, 2; et Hebr. vi, 3, ait nos consensulos cum Christo per baptismum in mortem, quia scilicet baptismus typus est sepulture et mortis Christi, eumque representat; unde explicans subdit: « Ut quomodo Christus auxerit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vite ambulemus. »

Secundo et planius, « in contradictione, » id est instar contradictionis, q. d. Instar sediciosi Core, qui in sua contradictione et seditione perit, perierunt et perierunt heretici. Sic sæpe hebraice 2, id est in, sumitur pro 2, id est sicut, instar. Ita Valabius.

Tertio, « perierunt » mystice, quia suas suorumque quos seducunt animas, per heresim perdunt et occidunt, ac reus gehennæ efficiunt.

Porro, recte S. Judas comparat hereticos cum Core: Primo, quia sicut Core superbius rebellavit Moysi, præterens calvas et fultes causas: unde et Core Hebr. significat calvus; sic ipsi rebellant Pontifici et Ecclesie.

Secundo, sicut Core ambivit sacerdotium, sic illi ambiunt Episcopatus et optima beneficia.

Tertio, sicut Core fecit schisma, sic et ipsi.

Quarto, Core leviter correptus a Mose arroganter respondit, et momentum sprevit: ita et ipsi obstrepunt monitionibus Pastorum et Episcoporum.

Quinto, sicut Core vivus ad inferna descendit, sic et ipse. Ita Beda, Oecumenius et alii: vide dicta Numer. xvi.

Denique S. Judas hereticos comparat cum Core et Cain, quia in spiritu prævidetur fore hereticos Cainos, qui utramque defendant et colerent. Audi S. Augustinum, hæresis 48: « Caini, inquit, propterea sic appellati, quoniam Cain honorant, dicentes eum fortissimam esse virtutis; simul et Judam traditorem divinum aliquid putant esse, et scelus ejus beneficium deputant, asserentes eum præscisse quantum generi esset humano Christi passio profutura, et occidendum propterea Judæis tradidisse: illos etiam qui schisma facientes in primo populo Dei, terra deliscente perierunt, Core, Balaam et Abiron, et Sodomitas colere perhibentur. Blasphemant legem, et Deum legis auctorem, carnisque resurrectionem negant. »

Porro, nota hic quam severe puniat Deus

murmur et rebellionem in Superiores Deique ministros: ob eam enim Core, Balaam et Abiron vivi absorpti sunt a terra et gehenna; et, ut ait S. Ambrosius, lib. III, epistola 25, ad Eccles. Verellensem: « Inimicus terra in medio plebis scinditur, aperitur in profundum sinus, abripiuntur noxii, et ita ab omnibus mundi hujus ablegantur elementis, ut nea aerem haustu, nec cœlum visu, nec mare tactu, nec terram contaminarent sepulcro. » Sic Maria, soror Moysi, contra Moysen murmurans, percussa est lepra, Numer. xii. Sic magi Pharaonis Moysi resistentes ulcibus puniti sunt, Exod. ix, 9. Sic Absalon persequens Davidem regem, ex arbore pendulus inter cœlum et terram, quasi alterutrum tangere indignus, tribus lancolis confossus est, II Reg. xviii, 14. Sic Paulus Elymam sibi resistente cecitate maledixit, Actorum xii, 11.

Symbolice Cain, Balaam et Core representant triplicem concupiscentiam, a qua omne malum: scilicet Cain avarus concupiscentiam oculorum, Balaam gulosus et luxuriosus concupiscentiam carnis, Core ambitiosus superbiam vitæ: de quibus S. Joannes epist. I, cap. ii, vers. 16: « Omnis, ait, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ. »

Cain ergo representat avaros, Balaam gulosos et luxuriosos, Core superbos. Hæc tribus S. Judas vae, id est eternam maledictionem et gehennam intental; æque ac Amos, cap. vi, vers. 1: « Vae, inquit, qui opulenti (ecce avari) estis in Sion, etc., ingredientibus pompatice (ecce superbi) domum Israel, etc.; qui separati estis in diem malum, qui dormitis in lectis eburneis, et lascivitis in stratis vestris; qui comeditis agnum de grege, et vitulos de medio armenti; qui canitis ad vocem psalterii, bibentes vinum in phialis, et optimo unguento delibuti (ecce gulosi et luxuriosi), et nihil patiebantur super contritione Joseph. »

12. Hi sunt in epulis suis macule. — Græce ἰν ἀφαιμα, id est, « in charitatibus, in dilectionibus vestris maculati, » ut legit S. Augustinus, De Fide et Oper. cap. xxx, hoc est in conviviis. Primitus enim Christiani in symbolum charitatis post Eucharistiam celebrabant convivia communia, tam pauperibus quam divitibus, sed frugaliter et pia, ideoque ea vocabant Agapes, id est charitates, uti ostendi I Corinth. xii, 20. Sic Gentiles sua habebant convivia, que vocabant cœna et epiræx, quasi amoris et amicitie symbola. Jam sensus est quem dat Syrus, isti sunt qui in deliciis suis commaculant, tum corpus crapula, tum mentem ebrietate, gula, libidine; tum convivas prava doctrina et hæresi, æque ac detractione, maledicentia, atque impudicis verbis et aspectibus; habent enim « oculos plenos adulterii et incessabilis delicti, » ut ait S. Petrus epist. II, cap. ii, vers. 14. Vide ibi dicta. Arabice verit, isti sunt provocantes super

vos reatus, quia scilicet vos hæresi, gula et libidine commaculant, ideoque ira et vindicta divine reos et obnoxios faciunt. In hisce ergo verum est illud Tertulliani, De Jejan. contra Psychicos, cap. xvii: « Apud le Agape in cæcibus fereset, fides in culinis esset, spūs in ferulis jasset. Sed major his est agape, quia per hanc adolescentes tui cum sororibus dormiunt: appendices scilicet gula lascivia atque luxuria sunt. » Gnostici enim saturi uxores suas aliis concedendo, dicebant: « Surge, et fac agapem cum fratre, » ait Epiphanius, hæresi 26. Minus recte Cajetanus ita dispungit, trajicit et exponit: Hi convivantes in dilectionibus vestris, id est in beneficiis a vobis susceptis, convivia agitates sunt macule, quia maculati alios suis vitis commaculant.

Pro macula græce est σμῆμα, quod Hieronymus in Lexico, Plinius, lib. III in Proœmio, (Oecumenius et alii vertunt scopuli, sive confragosa in mari saxa, ad que allise navis dissiliunt et vectores mergunt. Similes scopuli sunt heretici et impii convivæ, qui alios secum epulantes in perniciem et ruinam trahunt (1). Aptius tamen Noster vertit macula; hæ enim epulis congrunt magna saxa, illasque significat Græcum σμῆμα, epud S. Petrum epist. II, cap. ii, vers. 13, itaque hic pariter vertit Tigurini, Clarus, Erasmus, Arias et Vagninus.

Eleganter Thomas Anglicus: Dicuntur, ait, « macule, » quoad impudicitiam; « convivantes, » quoad crapulam; « sine timore, » quoad ineptam lætiam; « passentes semetipsos, » non pauperes, quoad mensam.

CONVIVANTES SINE TIMORE, — quia sine Dei hominumque reverentia, intrepide et impudenter se carne infarciunt et vino ingurgitant, gæstibus lasciviant, ac verbis virus peccatoris sui evomunt; quare gurgiles sunt, helleucas, nati veneni et ventri. Nota S. Dionysius accidentem mensam præ cæteris opus habere timore Dei, eumque in se excitare debere, eo quod in mensa multe gula, detractionum, superbiæ, impudicitie, etc., ingerantur occasiones, que sine timore Dei superari nequeunt. Quare S. Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus alique Sancti convivia, licet invitati, adire noluerunt, domi vero se convivium et convivas sacra læsione dicebant. Qui ergo convivia aduent, timore Dei se præmuniunt, cogitantque illud Sapientis, Proverb. xxiii, 4: « Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende que apposita sunt ante faciem tuam; et statue cultum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam, ne desideres de cibus ejus, in quo est panis mendacii. » Vide S. Chrysostomum, homil. 23 in Math.; Clementem Alexandrinum, lib. II Pedag., cap. 1, et ii;

(1) Simili modo Florus, lib. IV, ix, 1: « Quam scopulus, et nodus, et mora publicæ secretariorum imperviet Antonius. »

S. Paulinum, *epist.* 31; S. Ambrosium apud S. Augustinum, *lib. VI Confess.*, cap. 11; S. Hieronymum, *epist.* 22; S. Gregorium, *lib. I, epist.* 71, qui omnes egregie docent qualia et quam sobria debeant esse Christianorum convivium.

Unum Tertullianum pretere nequeo, qui totum Christiani convivium ita describit: «Cena nostra de nomine rationem sui ostendit; vocatur enim agape, id quod dilectio penes Græcos est. Quancumque sumptibus constat lucrum est, pietatis nomine facere sumptum; si quidem inopes quoque refrigerio isto jovantur. Nihil villitatis, nihil immodestia admittit: non prius discumbitur, quam oratio ad Deum preagatur; editur quantum esurientes capiunt; bibitur quantum pudicitia est ulla; ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui etiam Dominum adire; æque oratio convivium dirimit.» Et paulo post: «Convivium etiam solemnem majores institerunt, idque Charistia appellaverunt, cui preter cognatos et affines nemo interponebatur; ut si qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra manserit, et inter hilaritatem animorum factoribus concordie adhibitis tolleretur.»

Porro, si sine timore nonnulli referunt ad id quod sequitur, «semetipsos pascentes (1).» Verum Romanam aptius referunt ad *et convivantes*, quod precessit; et eodem res reddit. Pro *convivantes* quædam est *conviventes*, quod aliqui ad libidinem et turpem concubitum referunt, ut dixi *II Petri* II, vers. 19. Unde Arabicus vertit: *Qui currunt per delictum et impudicitiam in desideratis suis.*

SEMETIPROS PASCENTES. — *g. d.* Pastorum est pascere oves, non seipsos. At hi pseudopastores pascent se; non oves, imo oves deglubunt, ut his eorumque bonis se pascant. Boni Pastores est pascere etiam corporaliter pauperes. At hi eleemosynas quas a fidelibus corragant pro pauperibus, sibi arrogat. Alludit ad *Ezech.* XXXIV, 2. Vide ibi dicta.

Secundo, Cœcumenius Græcum *μασβερα*, id est pascentes, exponit *regentes*: olim enim reges vocabantur et erant Pastores populorum. Unde Agamemnon ab Homero vocatur *μασβερα*. Quæ enim diligentia, cura et humanitate Pastor pascit regitque oves, eadem lex pascere et regere debet populum. Unde Arabicus vertit, *gubernant seipsos sine vitio*; Paquinus et Vatablus, *suopte ducta arbitrio viventes*; alii, *semetipsos erant Pastores et Episcopi*, non vocati a Deo, nec electi ab Ecclesia.

Nubes. — Ita vocat hæreticos quæ tumorem et fastum, quod instar nubium se extollant, eamque doctrinam et nubibus et caelo venire faciunt. Hinc ex adverso de Apostolis ait Isaïas, cap. XL, 8: «Qui sunt isti qui ut nubes volant?»

(1) *Quo pascio, conviventes idem est ac in vestris agere.*

Nubes sine aqua. — puta nubes steriles, infœcundæ, quæ videntur aquam ad hominum refrigerium et terre fecunditatem promittere, sed eam non præsant. Ita Gnostici nomen inane scientiæ et doctrine præferant, sed eam non præstant, ait Didymus, juxta illud *Prov.* XIII, 17: «Nubes et ventus, et pluviam non sequentes, viri gloriosus et promissa non complens.» Hujus loco S. Petrus *epistola* I, cap. II, 47, eos vocat fontes sine aqua, et nebulas turbidibus exagitatas. Tropologie nubes sine aqua sunt concionatores pomposi et verbosi, qui aures scalpunt, sed cor non feriunt.

Secundo, Cœcumenius: Sicut nubes, inquit, sine aqua, agitata ventis, ea loca quibus incumbit non refrigerat aqua, sed caligine obducit et offuscatur: ita hæretici animis salutaris sermone non irrigant, recreant et fecundant, sed detestabilibus documentis obfuscant.

Tertio, Bada: Sicut nubes steriles, ait, a ventis circumferuntur, ita hæretici ventis, id est, flatibus et suggestionibus demonum in diversos vitiorum rapidantur errores. Rursum, sicut nubes a vento instar fumi dissipantur et evanescent, ita et hæretici suo vanitatis spiritu dissipantur et evanescent. Ita S. Athanasius de Juliano Apostata jam regnante et in fideles Grassius incipiente: «Secundamus, ait, paniculum, o amidi; est enim nubecula quæ cito præterit et evanescit,» teste Socrate, *lib. II, cap. XII*. Verus fuit vates; Joquenti enim anno occisus fuit Julianus, vers. 39 cap. VII, vers. 9: «Sicut, ait, consumitur nubes et pertransit, sic qui descendit ad inferos, non ascendet.» Alludit ad Simonem Magum, qui instar nubis vento agitata volavit per aërem captatus a demone, sed præcibus S. Petri præstratus crura confregit.

Nota et circumferuntur; hæretici enim ab una heresi in aliam et aliam dilabuntur, atque in dies nova eundem dogmata, juxta illud: «Impii ambulat in circuitu» dogmatum et errorum. Unde S. Hilarius ad Constantium Imperatorem, ait Arianos plurimas habere fides, ne ulla esset, imo annuus et monstrus, adeoque non habere fides, quot voluntates. Vere iustus Proverbia:

Cor suum ut scilicet haurit non habet.

Profeti ergo et chamæleontes sunt hæretici, qui instar Euripi fluctuant semper, et nunquam stabiles consistunt. Vide Irenæum, *lib. I, cap. V*; Tertullianum, *lib. De Præscrip.*, cap. XLV, et Vincentium Lirinensem, *Contra profanos hæreticum novitates*.

ARBORES AUTUMNALES. — *διὰ τὴν φθινόπωρον*, quo primo verti potest, arbores autumno quærescentes scilicet perdentes fructus, sequi in radicem et terram contrahentes. Simili enim modo hæretici sunt homines maridi, nullum doctrinæ veram operantque bonarum fructum facientes; sed terrenis alixi caelestia non capiunt, nec cupiunt,

imo desperant. Ita Adamus, Vatablus et alii. Porro Columella, *lib. III, cap. X*, ostendit analogice recte hominem comparari arbori et plantæ, ac utriusque partes et membra inter se confert. Est enim homo quasi arbor inversa, habens radicem, puta caput, sursum; ramos, puta pedes, deorsum: conjus contrarium facit arbor.

Secundo, *διὰ τὴν φθινόπωρον* verti potest, arbores *scilicet ultimique autumnii*, ac hiemali squalori proxime; ita dictæ *κατὰ τὴν φθινόπωρον τὴν ἐπιπέτα*, id est, a fine autumnii. Tunc enim arbores eorum suam, puta omnia folia, deperdunt, ardescunt et cænesunt. Ita hæretici nulla vere sapientie vel eloquentiæ folia et speciem præferunt, sed uti fructu steriles, sic foliis et specie sunt aridi et squalidi. Ita Salmeron et Gagnæus.

Tertio, *φθινόπωρον* vocantur arbores frugiperdæ, *κατὰ τὴν φθινόπωρον τὴν ἐπιπέτα*, id est, eo quod suos fructus corrumpunt, et nil nisi corruptum et marcidum producant. Unde Arabicus vertit, *arbores corruptorum fructuum*. Nonnullæ enim arbores, præsertim novellæ recensque plantatæ, solent extremo autumno præter temporis rationem florere, idque agricolis indicat eas quasi ego stō omni humore et vigore, mox per hiemem emorituræ. Aliæ poma in autumno proferre incipiunt; verum ob supervenientem hiemem ea ad maturitatem non perducunt, sed acerba relinquunt. Tales sunt hæretici, qui non tantum sunt mortui, sed et mortiferi, quia non tantum sua, sed et aliorum bona opera et pietatis fructus extirpant, imo pestifero hæresis veneno infolant et intoxicant. Ita Bada, Salmeron, Catharinus et alii.

Tropologie Hugo: Arbores autumnales, ait, sunt aridi et pigri, qui sero, tarde et pigre floere incipiunt, ideoque nil ad maturitatem perducunt; sed superveniente hieme, id est tentatione et adversitate, eorum studium et opus emoritur. Ex adverso justus fervens et strenuus est: tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium ejus non defluet, et omnia quæcumque faciet prosperabuntur, *Psal.* I, 3. Rursum: «Justus sicut palma fræbit, et sicut cedrus Libani multiplicabitur,» *Psal.* XCII, vers. 13; et: «Ego sicut oliva fructifera in domo Dei,» *Psal.* LI, 10. Vide *Ezech.* cap. XXV, vers. 17 et sequenti sapientia Dei et Sanctorum, practica scilicet, comparat se semper viventi cypresso, palmæ, alivæ, cinnamomo, balsamo, myrrhæ; ac demique vers. 23: «Ego, ait, quasi vilis frugificavi sruaritatæ odoris; et fides mei fructus honoris et honestatis.» Sic Joseph vocatur filius cedrescens et frugifer, *Gen.* XLIX, 22.

INAVACUOSA. — quia fructum vel perdidit, vel perdidit, ut jam dixi. Apie S. Epiphanius, *heresi* 31, et Irenæus, *lib. I, cap. XXXII*, Gnosticos et hæreticos comparant fungis, qui ex urboribus prodant, quasi eorum excrementa, unaque nocte auferunt, et mox emoriuntur. Sic enim

hæretici ex nobis prodierunt, repente auferuntur, occiduntque citissime, ait S. Augustinus in *Psal.* LVII.

BIS MORTUUS. — Primo, qui non tantum fructus, sed et folia amiserunt, uti jam dixi. Simili enim modo hæretici non tantum fructus et sapore, sed et specie ac decore pietatis et bonorum operum destituuntur. Ita Cœcumenius.

Secundo, «bis,» id est omnino et penitus, emortuus. Sic dicimus, *bis terque*, id est omnino, beati.

Sic Apostolos ait Presbyteros qui bene presunt, duplici, id est multiplici, honore esse dignos, *I Timoth.* V, vers. 17, ubi plura hujus phrasos exempla citavi.

Tertio, nonnulli per *bis mortuus* accipiunt bis plantatus, et his eradicatorum, per easque significari relapsos in hæresim. Alii aiunt primo mortuus fuisse, cum ante baptismum in gentilitio viverent, secundo vero mortuus, cum post baptismum in hæresim lapsi sunt. Alii bis mortuos censent, quia tam corpore, quod omni libidine contaminant, quam animo mortui sunt. Ita Cœcumenius.

Anagogice, primo, moritur anima per peccatum, quo gratia quæ est vita anime, deperit; secundo, moritur quia truditur in gehennam: hæc enim est mors secunda, *Apocal.* XX, 14.

Quarto et genuine, arbores «bis mortuus,» id est, eradicatorum, uti explicando subdit S. Judas, sicut paulo ante autumnales explicuit per introitus. Arbor enim primo in se moritur, dum arcescit, sed vivit adhuc in radice, ex qua in vere rursum pullulat et reviviscit; secundo vero moritur in radice, dum illa eradicatur, et tunc plene planeque moritur, ut nulla et vite spes super sit. Ita Arias. Simili modo moritur anima hæretici, primo per peccatum mortale: per hoc enim amittit charitatem et gratiam, quæ est vita anime. Deinde secundo moritur per hæresim: per hæc enim amittit fidem quasi radicem, quæ est initium vite spiritalis: hæresis enim nunquam est primum hominis peccatum, sed ad eam prævisis aliis peccatis quasi gradibus sensim descendit.

ERADICATA. — Cœcumenius et alii jam dicti censent plus hoc esse quam *bis mortuus*; mortuus enim reviviscere et repullulare possunt, si radix in terra sana consistat; at eradicata nullam vite spem habent, sed verius est *bis eradicatus* explicare *bis mortuus*, uti jam dixi. Porro hæretici per schisma et hæresim eradicati sunt a Fide, Ecclesia, Deo et Christo, quasi excommunicati. Tæ ergo eradicatus Gnosticorum desperatam salutem significat. Nam ut ait Cœcumenius, «a Paradiso, id est Domini Ecclesia, eradicantur, et foras projecti ad ignem æternum colliguntur. Qualium enim statum habere aut radicem potest, qui ab voluptatis collivem ab omnibus projectus?»

13. FRUCTUS PRIMI MARIS. — «Petri,» id est «Is-

roces, » ut legit S. Martinus I, Papa *epist. 4*; Syrus, *factus vehementis maris*; Arabicus, *factus maris commoti*. Sic Ovidius vocat *truces fluctus*; et Virgilius, lib. VII *Æneid.*, vocat *latrantes undas*, quia sonant et fremunt instar canum latrantium; unde et pars maris Zelandici a tali latratu vocatur. Den *quid*, id est *navis*. Physice notat S. Chrysostomus in *Math. cap. xiv*, Deum creasse mare, non tranquillum, sed fluctuans et aestuans, ut in eo compassendo et moderando suam potentiam et providentiam ostenderet. Talis est et vita nostra, quam tentationibus et tribulationibus ita librat Deus, ut pec. nimis obruantur, nec his omnino carentes torpescamus. Comparavit S. Judas Gnosticos, primo, nubibus sine aqua; secundo, arboribus autumnalibus; tertio hic, fluctibus marinis factis et saxis. Itaque primo, quia instar fluctuum inquieti, lenibrosi, amari et tumidi sunt, ac per superbiam attolluntur, ut celum sua maledictio et blasphemiam attingant. Ita Bada, juxta illud *Isaia lxxv*, vers. 20: « Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. »

Secundo, quia, ut fluctus feri navim, ita ipsi turbulenti, seditionis et tumulinosi Ecclesiam concutunt et exagitant.

Tertio, quia sicut fluctus, licet tumentes et aestuant, illius et saxa verberantes, ab his repulsi dissiliunt, abeuntque in spumas et evanescent; sic et impetus, fustus ac furor hereticorum verberantes Ecclesiam, in seipsos dissiliunt et evanescent. Ita Bada, juxta illud: « Homo bulla, » que non est aliud quam spuma inflata.

Quarto, sicut fluctus in fluctum, ita heresis una in aliam ardet, itaque sese invicem confidunt et jugulant.

Despumantes. — Alii legunt « dispumantes; » proprie enim despumare est spumam auferre; dispumare vero est spumam quasi foveam eijcere et expumare; sed sæpe despumantes sumitur pro dispumantes, ut apud Persium, *satyra 3*:

Stertens inobtemperat quod despumare Faleram
Sufficit, quæta dum liæx tangitur hora.

Unde Martinus I Papa legit, *spumantes proprias confusiones*; Syrus, qui in manu *spumationis suæ indicant ignominiam suam*; Arabicus, *sicut fluctus feri maris commoti ebullunt in confusionibus*, vel *delictis suis*. Iam per « confusiones, » sive, ut Vatablus, *delectura*, intelligit, primo, verba pudenda, hæretica, blasphemata, superba, contumeliosa, impudica. Secundo, pudenda opera, puta sacrilegia, expilationes templorum, seditiones, bella, cædes, rapinas. Tertio, et aptissime, « confusiones notat pudendas Gnosticorum crapulas et libidines portentosas, adeo ut et suum semen Deo offerrent, et Eucharistiam miscerent ac concederent, ut ait Epiphanius, *hæres. 26*: hæ enim sunt effectus et præmia superbie, *Rom. 1, 24, g. d.* Superbiunt et attolluntur instar fluctuum; sed hæc superbia detumescit, abique in spumam pu-

dende libidinis. Ita Didymus et Thomas Anglicus. Venus enim a Grecis vocatur *Αφροδίτη*; a spuma, quod e maris spuma orta creditur; ait Plato in *Cratyllo*; vel, ut Aristoteles, II *De Gener. anim.*, cap. II, quod seminis natura sit *Αφροδία*; id est *spumosa*; vel, ut Euripides in *Heccuba*, quod sit *Αφροδία*; hoc, id est, *stultitia dicit*. Sic S. Hieronymus ad *Oceanam*: « Venter, ait, mare aestuans cito despumant in libidinos. »

SIDERA ERRANTIA, — puta planetæ; sic enim habent Græci, *ἀστὲρ ἀστὴρ*, id est *stella erratica*. Planetæ enim in Mars, Venus, Luna, Mercurius in celo cursu vario vagoque oberrant. Sic et heretici a vera fide in errores alios et alios abierunt, aliosque in errorem ducunt. Tergo *errantia* notæ eorum non tantum errores, sed et errorum inconsistentiam et mutabilitatem. Ita Commenius, Bada et alii. Oberrant ergo sicut planetæ, qui semper tramitem mutant, ut nunquam eodem loco oriuntur et occidunt, sed alio semper et alio, aliquæ nunc tardius, nunc celerius rotantur; modo enim ad infimam zone brumalis descendunt, modo ad alta zonas solstitialis ascendunt, modo mediæ zone æquinoctialis lineam repetunt, ait Bada. Sed hoc discrimine, quod planetæ in errore motuque suo sint regulares et constantes. Unde Plinius, lib. II, cap. VI: « Septem sidera, ait, ab inæcessu vocamus errantia, cum erunt nulla minus illis. » At heretici fa errando sunt irregulares prope et vagi: novos enim quotannis errores confingunt; quare in novandi constantia sunt inconstantissimi.

Secundo, « sidera errantia » Cajetanus non male interpretatur, non planetas coelestes (hi enim constantes habent motus), sed meteora et exhalationes igneas, quas Aristoteles, I *Meteorol.*, vocat *stellas discurrentes in aere*. Gæcum enim *ἀστὴρ* idem est quod *ἀστὴρ*, id est, vagus, error. stella erratica sive in celo, sive in aere. Unde Plato, lib. II *De Republ.*, mercatores vocat *ἀστὴρ*; *ἀστὴρ*, id est *planetæ urbium*, quia urbes mercium causa pervagantur et oberrant. Et in militia hæc illæ temera abeuntis milites *ἀστὴρ* vocantur, quos Heracles Imperator multibus talis poena *ἀστὴρ*, qua scilicet puniebantur hi qui locum in acie deseruissent. Bonique hospites, quia multis regiones pererrant, vocantur *ἀστὴρ*. Tales prope sunt heretici. Vide Bellarminum in *orat. tomo ultimo præfixa*, ubi apposite Lutherum comparat stellæ cadenti et celo in terram, immo in tartara, *Apoc. viii, 10*. Lapsus est enim e statu Religioso, qui est in alto et inchoatio vite celestis, in terrestres cupiditates et cordes, ac infernales errores et blasphemias. Quodcirca Syrus verit, *stella seductrix*; Arabicus, *stella culiginosa*, vel malefica, quales sunt exhalationes, que accense instar stellarum e celo cadere videntur. Item ignes fatui vel errantes, qui viatores in avia lumina vel præcipitia deducunt. Simillimi sunt heretici. Longum de his er-

ranibus stellis disputationem habet Isidorus Pelsiota, lib. IV, *epist. 38*. Purstringit rursus S. Judas Simonem Magum, qui volando per aera quasi sidus errans in celo oberravit.

Videatur quoque prævidisse pseudopropheta, qui paulo post sub Adriano Imperatore, Judæos seduxit, et ad rebellandum Romanis concitavit, ideoque se *Barchochobas*, id est filium stellæ (כוכב עובב enim Hebraice est *stella*), nuncupavit, de quo Eusebius, lib. IV *Hist.*, cap. VI: « Erat, ait, tunc temporis Judæorum dux Barchochobas nomine, quod stellam significat, vir alias ad cædes et latrocinia paratus. Propter nominis autem significationem portentose mentiebatur, quod Judæos tanquam sortitose pressis velut e celo lux quadam descendisset, et afflictiis illuxisset. » Et cap. VI, ait Basilidem hæresiarcham Prophetas sibi fixisse Barchabam et Barchoph, ad stupefaciendum auditores. Rursum perstringit triginta Eones, quos Valentinus confinxit, quasi triginta sidera in celo oberrantia; unde eodem per ternos celos instar siderum distribuēbat, uti videre est in eorum schemate, quod exhibet Pamelius in *Tertullianum*, initio libri *Contra Valentinum*.

QUIS PROCELLA TENEBRARUM SERVATA EST IN ETERNUM. — Pro procella græce est *κόρη*, quod interpret, *de Petri II, 17*, verit caligo, et ita legit Martinus I Papa, *epist. 4*, et Arabicus verit, *perfectio tenebrarum*; caligo enim apposite quasi poena adaptatur stellis errantibus; recte tamen quoque his adaptatur procella: nubes enim que quasi caligo velant stellas, sunt procellæ. Jam in inferno proprie est caligo et procella tenebrarum. Significat ergo S. Judas utramque paratam esse hereticis, idque congrue, ut per que peccaverunt, per ea puniantur, *Sapient. xi, 17*: scilicet per tenebras, quia tenebris errorum in Ecclesia induxerunt; per procellam, quia Ecclesiam schismate et seditione exagitarunt. « Recte, ait Bada, in tenebris tormentorum mittentur eternas, qui in Ecclesia Dei sub nomine lucis tenebras inducunt errorum. Merito procella percellentur suppliciorum, qui in similitudinem tempestatum marinarum partem Ecclesie turbabant. » Tenebræ representant penam damni, puta carentiam visionis Dei, procella poenam sensus, et in æternam poenæ utriusque eternitatem.

Tropologice, hæc omnia que S. Judas intorquet in hereticos, intorquet in quoslibet seditiones, superbos, avaros, gulosos, luxuriosos, etc., tum quia tales revera erant, et etiamnum sunt heretici; tum quia superbi, avaros, luxuriosos, etc., suam habet hæresin, id est, pravam electionem Deo repugnantem, ac practice est hæreticus. Nam v. g. luxuriosus practice dicit: Bonum est mihi fornicari: mihi est fornicandum. Quod si idipsum speculative diceret, revera proprie haberet errorem in fide, esseque proprie hereticus: hereticus enim est, qui dicit fornicationem esse licitam, esse bonam et amplectendam. Superbus

ergo, avarus, luxuriosus et quilibet peccator, primo, est quasi nubes sine aqua, quia externam habet sapientiam et honestatis speciem, quasi nubem, sed interiori virtute arbor, inaniam et sterilem.

Secundo, idem est fluctus autumni, id est, infragifera; mortua et mox eradicanda se mittenda in gehennam, juxta illud Christi: « Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur, » *Matth. vii, 19*.

Tertio, idem similis est fluctui maris, quia mille cupiditatum aestibus agitatur, quibus in suas confusiones et pudenda verba et scelera despumat, juxta illud *Isaia lxxv*, 20: « Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus in conculationem et lutum. »

Quarto, idem est stella errans, quia a celo, Deo, recto, virtute, felicitate aberrat, lenissime in tartara. Ex adverso de justo ait Sapiens, *Eccli. xxvii, 12*: « Sanctus in sapientia sua manet sicut sol, nam stilbit sicut luna mutatur. » Quocirca eidem procella tenebrarum servata est in eternum.

14. PROPHECIAM AUTEM ET DE HIIS SEPTIMIS AB ADAM HENOC. — Probat quod impiis hereticis procella tenebrarum servata sit in æternum, ex testimonio Henoch, qui septimus fuit ab Adam. Adam enim genuit Seth, hic Enos, hic Calnam, hic Malaleel, hic Jared, hic Henoch. Prophetia hæc antiquissimum est, utpote edita ante diluvium: Henoch enim fuit abavus Noe; genuit enim Mathusalem, hic Lamech, hic Noe, genuit v. Vide ibi dicta.

Porro Henoch fuit Propheta, et ea que erat hi Judas, prophetavit viva voce, que vel traditione majorum accepit Judas, vel ex libro sive ab Henoch, sive a Noe, sive a quo alio qui prophetas Henoch collegit, conscripserit. Unde Tertullianus, *De Habitu mulier*, cap. III, censet librum hunc a diluvio servatum in arca, aut Noe afflatu Spiritus Sancti memoriter redidit. Consentiant S. Hieronymus, lib. *De Script. Eccles.*, in Henoch, Didymus et Bada hic, S. Athanasius in *Synopsi*, et Clemens, lib. VI *Stromat.* Quare verissime est librum hunc olim existisse purum et sincerum, sed postea vel deperisse, uti perit liber Adhe Vi-jentis, multique alii qui citantur in libris Regum; vel ab hereticis esse corruptum et depravatam, uti et passim alim veterum prophetarum. Nam liber Henoch qui citatur a Tertulliano, Irenæo et aliis jam citatis, scotet erroribus, ut quod asserit filios Dei, *Genes. vi*, foisse angelos, qui ex filiabus hominum per calidas lacrymas ex oculis angelorum fluentibus, gigantibus generavit: quam S. Augustinus, *XVIII De Civitate*, xxxvii, merito fabulam appellat. Tale est et quod ex libro Henoch citat Tertullianus, lib. *De Cultu fœminarum*, cap. X, scilicet damnatos esse angelos, qui docuerunt feminas se ornare et fucare, aureas et argenteas

vestes texere, velleri tingere, etc. Item, cap. iv *De idolatris*, ait Henoch prædixisse quod demones omnia elementa, et cuncta que in terra marique sunt, in idololatriam converterent. Liber Henoch citatur crebro in testamento duodecim Patriarcharum, quod citant et laudant Origenes et Procopius: effatur, inquam, in testamento Simeon, Levi, Issachar et Dan, ubi recensentur oracula Henoch, de his que evenitura erant filiis et nepotibus duodecim Patriarcharum, de Hebræorum flagitiis et suppliciis, de mundi Redemptore a Judæis occidendo, de Hebræorum clade, servitio et reprobatione perenni. Ireneus, lib. IV, cap. xxx, ait Henoch legatione Dei functum ad angelos, intelligit ad filios Dei, quorum libidinem cum illabus Cain castigavit, Genes. vi, ubi recte interpretatur Ireneus Fevardentius. Porro S. Hieronymus *De Script. Eccl.*, in *Juda*, et S. Augustinus, loco jam citato, et lib. XV *De Civit.*, xxiii, aiunt non habere certam fidem quæ in libro Henoch scribantur, eo quod nimia antiquitas illa suspecta fecerit, non supposititia vel depravata sint.

Uti ut est, certum est ea que citat Judas ab Henoch esse prædicta. Perperam ergo Cajetanus et alii suspectam habent hanc Epistolam, eo quod citet librum apocryphum Henoch: non enim citat librum, sed prophetiam Henoch, quæ potuit esse vocalis et verbalis; ac si eadem scripta olim fuerit ab Henoch vel Noë, authenticæ scripta fuit, esto posterioribus æculis additis fabulis fuerit vitata; Judas ergo sic librum Henoch citat jam vitatum, ideoque apocryphum, non idcirco omnia que eo continentur probat, sed factum illum citat probatque ea parte, quæ is authenticæ et germanæ erat Henoch vel Noë: puta prophetiam Henoch de ultimo judicio. Vide dicta in simili vers. 9. Jam vero S. Judas citat ejus prophetiam, quæ parte agit et intentat impiis Dei judicium, quia illud negabant Gnostici impuri et impii. Illud enim maximum est frenum ad cohibendos homines a peccatis et libidinis, que tempore Henoch abundavit. Unde mox propter deum orbi generale induxit altitrium. « Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei judicium ponat? » ait S. Petrus apud S. Clementem, *epist.* I. Hinc judicium Dei jugiter sibi ullisque ob oculos posere Sancti, ut S. Hieronymus, S. Epiphanius, S. Basilius, S. Augustinus, S. Chrysostomus, S. Gregorius uterque, et alii. Vide exempla et nomina quas recitavi *Deuter.* xxxii, 29. Hinc et ipse Henoch cum Elia venturus est quasi præcursor iudicis Christi, tum ut resistat Antichristo, tum ut instans iudicium prædicet, adigatque homines ad penitentiam, ut ad illud se comparent: de quo plura *Apocal.* xi, 3. Simili modo S. Athanasius, lib. *De Incarnatione Verbi*: « Nolim, ait, te latere alterum ejus adventum illustrem et divinum, non humilitate contemptibilem, sed gloria magnificum, in expectatione esse,

atque immingere, cum non ut patiar reditorum sit, sed ut fructus suo crucis omnibus retribuat; immortalitatem videlicet, et resurrectionem, et incorruptibilitatem, neque ut iudicetur, sed ut judicet. »

Dicens: ECCE VENIT DOMINUS. — Græce *ἔθα*, id est *venit*, in præterito. Unde Arabicus vertit, *Jam vos Dominus jam venit*. « Venit, » id est, ita certo brevique veniet, ac si jam venisset. Prophetæ enim de futuris loquuntur quasi de præteritis, ob rerum certitudinem, quia in Dei presentia et prædestinatione sunt jam præterita. Deus enim ea præcivit et prædestinavit ab æterno, ut fierent tempore congruo a se decreto. Rursus ambranasus Dei, qui hæc per Henoch prædixit, ambit, includit et transcendit omnia tempora, juxta illud quod dixit S. Petrus, *epist.* II, cap. ii, vers. 8: « Unus dies apud hominem, sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. Non tardat Dominus promissionem suam. » Hinc secundum Christi adventum passim Prophetæ et Apostoli hominibus tubali voce insonant, ut ad eum se comparant. Ita Isaias, cap. iii, vers. 17: « Stet, ait, ad iudicandum Dominus, et stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, et principibus ejus; » et cap. lxvi: « Ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrigæ ejus, reddere in indignatione furorem suum. » *Ios. cap. ii*, vers. 1: « Venit dies Domini, quia prope est dies tenebrarum et nubium, dies nubis et turbis, » etc. *Apocal.* cap. i, vers. 7: « Ecce venit cum nubibus, et videbit ut omnis oculus, et qui enim pupigerunt. »

In (id est cum) sanctis millibus suis, — stipatus scilicet innumeris legionibus angelorum et Sanctorum. Unde S. Cyprianus ad Novatianum legit: « Ecce venit cum multis millibus numerorum suorum, » juxta illud *Dan. vii*, 10: « Mille millium ministrabant ei, et decies mille centena mille assistebant ei. » Christum enim et celo descendentem ad iudicium honoris causa comitabantur omnes omnino angeli, quos ejus ministri, ut tam solemnem et universalem Christi mundique actum concederet, juxta illud Christi: « Cum venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angeli ejus eum eo, tunc sedebit super sedem majestatis sue, » *Mat. h.* xxi, 31. Ad Henoch alludit Moyses mortuus et benedicens populo, *Deuter.* xxxii, 2, dicens: « Dominus de Sinai venit, etc., et cum eo sanctorum millia. In dextera ejus ignea lex. Dilixit p. pulos, omnes sancti, in manu illius sunt; » et Zacharias xvi, 6: « Veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo. » In iudicio ergo « infinite angelorum legiones Christum regem undique circumstant, » ait Nyssenensis in illud: « Quod uni ex minimis meis fecistis, » Item plurime legiones hominum sanctorum, qui cum Christo iudicabunt impios. Quod expavit S. Augustinus in *Mellit.* cap. iv: « Tot, ait, iudicibus inops astabo, quot me processerunt in

opere bono; tot argumentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene vivendi exempla; tot convincer festibus, quot me monuerunt profectus sermonibus, sequæ imitandos dederunt iustis actionibus. »

45. FACERE JUDICIUM CONTRA OMNES. — S. Cyprianus ad Novatianum legit, *facere iudicium de omnibus*; Arabicus, ut iudicetur omnis caro. Vars S. Augustinus, serm. 64 *De Verbis Domini*: « Sedebit iudex, ait, qui stetit sub iudice; damnabit veros reos, qui factus est falsus reus. » Et S. Paulus II *Corinth.* v, 10: « Omnes, ait, nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. » Tunc enim, ut idem ait cap. iv, vers. 5: « Dominus illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, » et S. Joannes, *Apocal.* xx, 12: « Vidi, ait, mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt, etc., et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera eorum. »

ET ARGUERE OMNES IMPIOS. — Græca addunt *ἀρῖς*, id est *ovium*. Unde Pagninus, ut redarguat omnes eos qui sunt impii. Explicat enim quod dixit, « facere iudicium contra omnes, » per id quod subdit, et arguere omnes impios ex eis. « Christus enim instituit iudicium contra omnes homines, puta contra totum cæcum hominum (quia quoscunque verera invenit impios. S. Cyprianus ad Novatianum legit. « Et perdere omnes impios, et arguere omnem carnem de omnibus factis impioribus, que fecerunt impie; » Syrus: « Ut redarguat evectos illos impios, propter omnia opera illa que impie fecerunt. » Hinc patet omnes omnino impios, etiam infideles et hæreticos, esse iudicandos in die iudicii. Quod ergo S. Augustinus, serm. 38, negat eos fore iudicandos, et Christus, *Joann.* iii, ait: « Qui non credidit, jam iudicatus est; » intelligit eos non fore iudicandos iudicio discussionis et inquisitionis, sed iudicio sive sententia condemnationis: causa enim eorum erit sit clara, discussionis non eget, sed sententia pronuntiatione, et pæne irrogatione.

ET DE OMNIBUS DOMUS (S. Cyprianus loco citato legit *impis*) QUE LOQUITUR CONTRA DEUM PREGATORIS IMPII. — Arabicus, et super sermonibus duris contradicentibus, quibus locuti sunt in eum tempore peccator, puta de omnibus blasphemis, erroribus et murmurationibus contra Deum iactatis, item de omnibus verbis maledictis, detractoriis, impudicis contra proximum dicitis: hæc enim cum sint contra Dei legem, sunt pariter contra Deum sint contra Dei legem, sunt pariter contra Deum cum ipsum legislatorem, ideoque ab eo in die iudicii, iudicanda, arguenda et vindicanda. Alludit S. Judas ad id quod dixit vers. 8: « Majestatem blasphemant. » Sic Capharnaïte, audito Christi sermone de carne sua manducanda, dicebant: « Du-

rus est hic sermo, et quis potest eum audire? » *Joan.* vi, 61.

46. HI SUNT MURMURATORES QUERULOSI. — Syrus, hi sunt qui turbant et conparentur in omni rei Arabicus, hi sunt provocantes super eos reus. Nimirum murmurabant Gnostici de Evangelica lege, quod nimis esset arcta et carni difficilem; quod ob eam exponerentur fideles Gentilium odiis, rapinis et neis; quod Episcopi novas leges, nova onera jejuniorum, festorum, rituum, observationarum, etc., gravia et dura populo imponerent.

Pro murmurationes græce est *ῥησέως*, id est *assurones*. Est autem susurro, ait Cæcumenius, qui facile ac missitudo, non aperte, quod sibi displicet, reprehendit et carpit, ac præsertim qui discordans seminat inter fideles et amicos, turbatque unionem et pacem, uti turbant hæretici secreto detrahendo Episcopis et Pastoribus.

Pro querulosus græce est *κεκυρπὸς*, id est *querulus*, Cæcumenius et alii vertunt, *reprehensores*; *μειψήζωνς*, ait Cæcumenius, « est qui portione et sortem aliorum reprehendit, quique omnia ea semper studet viluperare. »

SECUNDUM DESIDERIA (impis), id est concupiscentias) SEA ABULANTES. — Arabicus, *currentes*, uti equi effrenes et astro percipi.

ET OS EORUM LOQUITUR SUPERBIA. — *ὑψηλῶς*, id est *tumida*, exalta, fastuosa, omnem modum fidemque excedentia; Syrus, *stupenda*; Arabicus, *implacant in maximum ora sua*. Perstringit iustum Mari et Gnosticozum, de quibus Ireneus, lib. I, cap. ix: « Perfectos, ait, seipsos vocant, quasi nemo possit æquare magnitudini agnitionis ipsorum, nec si Paulum aut Petrum dicit, vel alterum quemdam Apostolorum, sed plus omnibus se cognovisse, et magnitudinem agnitionis illius, que est inenarrabilis virtutis, sotis ebibisse: esse autem se in altitudine super omnem virtutum. Quapropter et libere omnia agere, nullum in ullo timore habentes: propter enim redeptionem et incomprehensibiles et invisibiles fieri jr dicit. » Subdit eos ipsum iudicem ad summum Dei tribunal citare. « Omnes timent, omnes scientiam pollicentur, » ait Tertullianus *De Præscrip.*, cap. xli. Narrat S. Gregorius, VIII *Moral.*, xxvii, alias xxxviii, hæreticum quemdam dixisse, se non invidere Christo Deo facto, quoniam si vellet, et ipse posset fieri. Alii vocabant se Catharos, id est puros; alii Manichæos, quasi *Manu* fundentes; alii Noetos, quasi intelligentes. De superbis Lutheri et Galvini dixit II *Petri* ii.

MIRANTES PERSONAS. — Syrus, *laudan.* personas, puta homines illustres, primarios, opulentos sapientum et predicant, q. d. Adulantur potentibus et divitibus, eos mirifice laudant et extollunt; fingentes se admirari eorum excellentiam, ingenium, sapientiam, opes, virtutes. Ita Cæcumenius, Sic Simon adulatus Neroni, eumque quasi admirans, ejus gratiam sibi conciliavit. Sic Marcus

tantam perniciem, quanta est schismatis. Preclara Dionysius Alexandrinus apud Eusebium, lib. VI *Histor.*, cap. XIV, ita scribit ad Novatum: « Si in vitis impulsus es (sicut Episcopus et facere schisma a vero Episcopo), sicut dicitis, declarabis hoc, si voluntarius redieris. Oportebat quidem nihil non ferre, ne Ecclesiam Dei scinderes. Nec est martyrium hoc Ecclesiam non scindende gratia toleratum, minus glorie, quam quod fertur propter idololatriæ recusatorem. Imo meo iudicio, majoris etiam glorie est: nam ille pro una quidem anima martyrium toleratur, hic vero pro universa Ecclesia. Iam vero si persuaseris fratribus, vel coegeris etiam ut ad concordiam redeant, majus erit factum hoc tui egregium, quam delictum quod processit. Si vero immorigeris persuadere nequiveris, servando, serva tuam ipsius animam. »

Quarto, injurium est Prelatis Ecclesie, a quorum jurisdictione et obedientia debita se separat. Quocirca sapienter S. Hieronymus, epist. 57 ad Damasum, in schismate Vitalis, Meletii et Paulini: « Ego, uti, Beatitudini Tuæ, id est, Cathedre Petri communitio consoletur: super illam edificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. Non novi Vitalem, Meletium respicio, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit, id est, qui Christi non est, Antichristi est. » Nam, ut ait Optatus Milevitanus, lib. I *Contra Parmenianum*: « Deserta matre Catholica, impii filii dum foras excurrunt, et se separant a radice matris Ecclesie, invicem falcibus amputant, errando rebelles abscedunt. »

Quinto, est injurium ceteris fidelibus, a quorum societate, concordia et charitate fraterna imple se separat. Idem proportionaliter locum habet in schismate, quo quis non ab Ecclesia, sed a suo Ordine et congregatione se separat. Unde S. Bernardus, serm. I *De S. Michaelis*, dicit SS. Angelis nihil illi placere ne concordiam, nihil ita displicere ac discordiam et schisma: « Sunt, ait, plurimi que eis placent, ut sobrietatis, castitatis, paupertatis, crebris in eorum genibus; attamen super omnia hæc unitatem et pacem a nobis exigunt angeli pacis. Quidam maxime delectantur in his, que formam quamdam sui civitatis representant in nobis, ut mirentur Jerusalem novam in terra? Hinc autem ut, quomodo civitatis illius participatio est in idipsum, sic et nos idipsum sentiamus, idipsum dicimus. E contra nihil æque offendit et ad indignationem provocat eos, quomodo dissensiones et scindala, si forte inveniantur in nobis. » Et mox citans verba S. Judæ: « Ili sunt, ait, qui separant seipsos, animales, spiritum non habentes. Videre est animam hominis, quemadmodum universa corporis membra vivificat coherentia sibi. Separat ergo quidvis a junctura extorruat, et vido an de cetero illud vivi-

ficet. Sic est omnis qui dicit anathema Jesu: quoniam nemo dicit loquens in spiritu Dei, quia anathema separat est. Sic et, inquam, omnis qui ab unitate dividitur, non dubites quin ab eo recesserit spiritus vita. » Deinde subdit angelos dicere schismaticis: « Quid nobis et generationi huius spiritum non habenti? Nam si adesset spiritus, pacem utique charitas diffunderetur, et unitas non scinderetur. Non permaneamus in hominibus istis in æternum, quia caro sunt. Quæ enim conventio lucis ad tenebras? Nos de regno unitatis et pacis sumus, et homines istos in eandem unitatem et pacem sperabamus esse venturos: nunc autem qua ratione nobis coherant, qui dissident a seipsis? »

Sexto, est injurium persone cui inhaeret: facit enim ut schismaticus sit separatus ab Ecclesia, a Christo, a Deo, inæpax gratiæ et salutis, adeo ut qui in schismate pro fide Christi mortem oppetit, non sint martyres, nec in eorum, sed in infernum descendant, uti docet S. Augustinus, lib. *De Patientia*, sub finem, in apostolos, I *Cor.* cap. XII, vers. 3. Qui ergo se segregant, proprio iudicio se condemnant et quasi excommunicant.

Denique injurium est suis assensu, quos Ecclesie prædicit, et in summo schisma ac æternam perniciem abducit. Vide S. Cyrillum, lib. I, epist. 6 ad Magnum, et epist. 8 ad Plabanum. Ubi schismaticis vocat adulteros, impios, sacrilegos. Et S. Chrysostomus, hom. 11 in epist. ad Ephes.: « Vir sanctus (S. Cyrillus), ait, dixit peccatum istud non martyri quidem sanguine deleri. Dic enim, queso, quam ob causam martyrium subis? An non propter Christi gloriam? Quo itaque pacto qui animam pro Christo exponit, Ecclesiam oppugnat, pro qua animam suam tradidit Christus? » S. Cyrillus, lib. *De Unitate Ecclesie*: « A vellet, ait, radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit; a fonte præcide rivum, præcius aresecit. »

20 et 21. Vos AUTEM, CHARISSIMI, SUPEREDIFICANTES VOSMETIPROS SANCTISSIMÆ VESTRÆ FIDELI, IN SPIRITU SANCTO ORANTES, VOSMETIPROS IN DIRECTIONE DEI SERVATE. — *Id superedificantes pendet a servate.*

Nota: In Scripturis crebra est metaphora a fabricis, qua homines et filii vocantur « domus; » fideles vero et sancti vocantur « templum Dei, » cuius fundamentum est fides, innox solissimo lapidi angulari Christo Jesu, « in quo omnis constructa edificatio crescit in templum sanctum in Domino. » *Epist.* II, 21. Itaque cum seipsos superedificari S. fidei, augustam Deo habitaculum extruat. Unde subdit ibidem S. Paulus: « In quo et vos edificamini in habitaculum Dei; » et S. Petrus, epist. I, cap. II, vers. 1: « Ad quem accedentes lapidem vivum, etc. et ipsi tanquam lapides vivi superedificamini domus spirituales. » Christus ergo et fideles Christo inhaerentes, eri-

gunt et emittunt instigne Dei templum mysticum, puta Ecclesiam, cuius fundamentum est Christus, parietes sunt Ecclesie particulares et provinciales, lapides sunt singuli fideles, qui Christo fundamento pro fide et gratiam in edificantur et superedificantur. Imo quisque fidelis seipsam quasi particulare templum, sive sacellum edificat Deo, juxta illud: « Vos estis templum Dei vivi, » I *Corinth.* VI, 16. Hujus templi fundamentum est fides, parietes sunt spes aliæque virtutes, tectum est charitas. Unde S. Augustinus, serm. 22 *De Verbis Apostoli*: « Domus Dei, ait, credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur; » et Origenes in cap. IV ad Rom.: « Prima salutis initia et ipsa fundamenta, spes est; profectus vero et augmenta edificii, fides est; perfectio vero et culmen totius operis, charitas. »

Quæres, qua ratione, sive per quid vult S. Iudas fideles superedificare seipsos S. fidei? Respondeo primo, per augmentum et robur fidei, q. d. Fidei vestre novum indies addita augmentum et robur; quotidie crescite, proficite et confirmate vos in fide, ut in ea contra omnes Gnosticorum, infidelium et diaboli tentationes constantes et firmi persistatis: sicut enim in fabrica corporali lapis lapidi, sic in mystica fides fidei superedificatur. Unde Syrus vertit, in fide vestra edificamini a principio, id est, rursus et quasi de novo, q. d. Innovate, recollite et instaurate fidei vestre principia, primosque fervores, in hisque vos confirmate, et crescite; et Arabicus, state, vel erigite vos, aut consistite super fidem vestram sanctam. Sic S. Paulus ait: « Spem habentes crescentis fidei vestre, » II *Cor.* X, 15. Hinc (Ecclesiasticus sic legit, connectit et explicat: « Seipsos instaurantes sancte fidei in Spiritu Sancto, id est, secundum doctrinam Spiritus Sancti, » suasque congregationes in orationibus (quod significatur per « orantes ») facientes. Unde nonnulli hunc dant sensum: superedificate, id est magis magisque edificate et confirmate invicem in fide, in qua primitus fundati estis, per mutuas exhortationes, orationes, exempla, etc.

Secundo et potius, jubet fideles superedificare se sancte fidei per opera virtutum; fides enim est fundamentum fabricæ spiritualis, cui spes, charitas aliæque virtutes quasi parietes et tectum superedificantur, uti jam dixi. Sensus ergo est, q. d. Iccipitis, o fideles, in baptismo fabricæ mysticæ fundamentum, puta fidem, nunc reliquam constructionem erigite, sancta videlicet fidei et virtutum opera. « Nam fides sine operibus mortua est, » *Jacob.* II, 26. Jubet ergo primo, fidei superedificari actus orationis, dum subdit: « In Spiritu Sancto orantes. » Secundo, actus charitatis, ut illam illesum servemus et adaugemus. Unde subdit: « Vosmetipsos in dilectione Dei servate. » Tertio, fiduciam misericordie Dei et spem vite æternæ. Unde concludit: « Expectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. »

Opposit S. Judas « superedificantes, illi quod dixit vers. precedenti: « Ili sunt qui segregant semetipsos, » q. d. Gnostici per heresin separant se uti a fide, ita a fabrica Christi: vos autem, o fideles, filii jam recepti constanti insistite, inhereite, et omnes simul vos superedificate, ut omnes simul unam Ecclesiam omnibus numericis absolutam constituatis.

Fidem vocat, non sanctam, sed « Sanctissimam, » ut miram et summam ejus sanctitatem significet: multis enim titulis, nominibus et causis est sanctissima, ut ostendi II *Petri* II, 20. Opposit sanctissimam, id est purissimam, Christi fidem implissimam et impurissimam Gnosticorum sectæ et perfidiam.

IN SPIRITU SANCTO (puta per Spiritum Sanctum) ORANTES. — (Ecclesiasticus: « In Spiritu Sancto, » refert ad superedificantes, quod processit. Melius Romani codices et alii referunt ad orantes. » Ipse enim Spiritus postulat, » id est, postulare nos facit « veritatis inveniarabilibus, » *Rom.* VIII, 27. Arabicus vertit, state super fidem vestram sanctam, quando oratis in Spiritu Sancto.

Orationem accipit tum privatam, tum potius publicam in cœtu et Ecclesia. Ita (Ecclesiasticus) Notat enim Gnosticos animales, quorum cœtus et oratio erat impura, ideoque non fiebat in Spiritu Sancto, sed venere et diabolico; turpissimas enim libidines in vicem exercebant. Notat quoque Simonis Magi assecelas, qui docebant se nature esse spirituales, ac prout se ad salvandam posse, nec egere oratione et opo Spiritus Sancti, teste Ireneo, lib. I, cap. I, III et XX.

Tertio ergo in Spiritu Sancto quatuor significat. Primo, orationem veram esse donum Spiritus Sancti, et sine eo neminem posse orare sicut oportet ad obtinendam gratiam et salutem, uti definit Concilium Arvensianum et Tridentinum, sess. VI, can. 3; imo Paulus, *Rom.* VIII, 26. Unde S. Augustinus, lib. IX *Confess.*, cap. VII, agens de suis orationibus: « Nos, ait, adhuc frigidi a calore Spiritus tui excitabamur. »

Secundo, in oratione postulanda esse ea que suggerit Spiritus Sanctus, non caro, vel mundus, queque Spiritus Sancto grata sunt, non carni.

Tertio, orationem effloere hominem spiritualem, non animale; oratio enim est opus Spiritus Sancti, que orantem illi similem facit, ideoque spiritualem. Unde sicut veteres nonnulli designant a celum: « Angelus est animal celeste, immortale, hymnisque Dei laudes decantans. » Sic virum spiritualem definias: « Est orator et laudator Dei: est angelus in terra hymnisque. »

Quarto, Spiritum Sanctum dirigere orationem nostram, ne noxia, sed salutaria petamus et impetremus. Ipse enim orandi inspirat affectum pariter et effectum, ut ait S. Augustinus, juxta illud *Zachar.* III, 10: « Effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem spiritum gratie et precum, » hebr. תְּחַנּוּמֵי תְּחַנּוּמֵי, id est om-

684

COMMENTARIA IN EPISTOLAM S. JUDÆ APOSTOLI.

serationum; quia oratio suggesta et directa a Spiritu Sancto est ingens Dei misericordia, et divina misericordia fons aperit, ex quibus non nisi bona et salutaria profundunt. Secus fecerunt Israelitæ, qui acti spiritu gula murmurant contra manna perferunt a Deo caritas, quas et impetrarunt, sed illico plaga Dei in eos desavit, Numer. xi, 33. Vere S. Isidorus, lib. III De Summo bono, cap. vii: « Multos, ait, Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad salutem; » et S. Augustinus, tract. 73 in Joan.: « Male, ait, usuris eo quod vult accipere, Deo postus miserantem non accipit: proinde si hoc ab illo petitur unde homo laudatur exaudiat, magis metendum est nō, quod possit non dare propitius, det frater. »

21. VOSUTROS IN DILECTIONE DEI SERVATE. — Syrus, *animam nostram vero in dilectione custodimus. Jungit dilectionem sive charitatem orationi, tum quia oratio per Spiritum Sanctum impetrat charitatem, juxta illud: « Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis, » Rom. v, 5; tum quia ut Deus nos diligat et orationibus bona concedat, vitium vult a nobis diligi; tum quia fabricæ virtutum, puta fidel, spei et orationis, fructus, culmen et perfectio est charitas, juxta illud: « Plenitudo legis est dilectio, » Rom. xiii, 10; et: « Finitis præcepti est charitas de corde puro, » I Tim. i, 5: est enim charitas regna, imo anima, virtutum omnium. Porro dilectio hæc Dei includit dilectionem proximam. Propter Deum enim diligendos est proximos; sic enim jubet Deus, Deique charitas. Schismati enim Gnosticorum opponit charitatem fideliem, ut ea uniti in unam Ecclesiam fabricam conspiciant et coalescant, juxta illud S. Pauli: « Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, » Ephes. iv, 3. Nam, ut ait S. Augustinus, tract. 2 in Joan.: « Livor separat, charitas jungit. » Idem epist. 50 ad Bonifacium: « Ecclesia Catholica sola est corpus Christi, cuius ille caput est, Salvator corporis sui. Extra hoc corpus neminem vivificant Spiritus Sanctus, quia non est particeps divini charitatis, qui hostis est unitatis. » Eam ergo habeat, « ut coalescat arbori vite. »*

EXPECTANTES MISERICORDIAM DOMINI VOSTRI JESU CHRISTI (QUI VOS PERDUCAIT) IN VITAM ÆTERNAM. — vel, ut vitam æternam assequamini. Arabicus, in vite æterna. In ea enim sentiemus immensam Dei misericordiam, eaque in Dei visione et possessione fruemur. Exhortatur fideles ad constantem retinendam Christi fidem et charitatem, excitando eos ad spem vite æternæ, quam certo assecuturi sunt a misericordia Deo, si in fide et charitate persistant. Hæc ergo spe quasi clypeo omnes persecutiones, difficultates, tentationes sunt retundenda et elidenda. Unde Syrus verit: *Animam nostram in dilectione Dei custodimus, dum speramus misericordiam Domini nostri Jesu Christi.* Spes enim magis nititur misericordia Dei, quam propriis meritis, tum quia merita non nisi ex

misericordia et gratia Dei habemus; tum quia meritis nostris Deus non debet gloriam ex justitia, sed gloriam eis promittit ex misericordia. Ita S. Augustinus, epist. 403. Unde Paulus: « Gratia Dei, inquit, vita æterna, » Rom. vi, 23. Deus ergo fidelibus tribulatis et afflictis, quasi fortissimum solatium et fulcrum dat spem (imo seipsum in spe) « quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam, et incidentem usque ad interiora velaminis, » Hebr. vi, 19. Hinc et Ovidius de spe cecinit, lib. I De Ponto, elegia 7:

Hæc des cum fugerent cœlestes amant terras,
In diis invisis sola consistit hæc.

Porro vitam æternam graphico depingit S. Augustinus in suo de ea cum matre colloquio, lib. IX Confess., cap. X, ubi inter alia ait: « Venimus in mœtes nostras, et transcendimus eas ut attingeremus regionem ubertatis indeficientis, ubi pascia Israel in æternum veritatis pabulo, et ubi vita sapientia est, per quam sunt omnia ista, et que fuerant, et que futura sunt, et ipsa non fit, sed sic est ut fuit, et sic erit semper: quia potius fuisse et futurum esse non est in ea, sed esse solum, quoniam æterna est: nam fuisse et futurum esse non est æternum. Et dum loquimur et intubimus illi, attingimus eam modice toto intub cordis, et inspiramus, et reliquimus ibi negligat primitias spiritus. »

22. ET NOS QUIDEM ARGUTE JUDICATOS. — puta per se damnatos, re ipsa et facti evidentia, scilicet publica hæresi et schismate convictos, ac atrocitate criminis condemnatos, etsi nemo in illos sententiam damnationis pronuntiat, juxta illud Pauli ad Titum iii, 10, de hæretico: « Subversus est cum sit proprio judicio condemnatus. » Nonnulli codices Græci legunt: *est et: pro Doctrina deceptus*, quod Pagninus et Vatablus vertunt, et hos quidem commissarum dum dijudicantur, scilicet eos, vel dum dijudicantes estis criticis, scilicet eos, quod Noster passive, sed eodem sensu vertit, *judicatos*. *deceptos* enim est verbum medium, unde tam active, quam passive vult potest. Rursum (Eucumenius) *deceptos* verit, qui se separant et segregant. Verum melius alii codices, quos sequitur Arabicus, (Eucumenius et noster Interpres, legunt *deceptos* deceptos, id est argute judicatos. Sic enim constat antithesim cum altero partitionis membro, quod subdit dicitur: « Illos vero salvate, » ut patulo: promem enim hos refert hæreticos; illos vero, eorum discipulos, ab eisque seductos, de quibus egit toto capite, et paulo ante vers. 10: « Hi sunt, inquit, qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes. » Jam sensus est, q. d. Volo vos dilectionem conservare et exarere non tantum in fideles, sed etiam in infideles, apostatas et hæreticos, eorumque asseclos. « Illos » ergo, puta hæresarchas, hæresisque doctores, disputando de hæresi, *deceptos*, id est dijudicatos, re-

quite, convincite (ut errore eorum patefacto ab omnibus vitentur et explodantur) *judicatos*, dum scilicet dijudicaveritis, verisque rationibus ostenderit eorum errorem et schisma, ut jam si non sibi ipsis, certe aliis convicti, iudicati et damnati videantur. « Judicatos » ergo intellige obstinatos in hæresi. « Illos vero, » puta discipulos hæreticorum, vel fideles qui eis incipiunt auscultare et nutare in fide, « salvate, » *deceptos*, id est servate, ab imminente ruina in Gnosticorum hæresim, libidines et perditionem, quasi celerissime et violenter a de igne rapientes. « parate ut pannus igne correptus et ambustus, illico violenter et injecta manu ex eo abripitur. To de igne notat Gnosticorum tum libidines, tum gehennæ meritum incendium. Unde Græca addunt *deceptos*, id est in timore, vel terrore, q. d. Per minas et terrorem supplicii ac gehennæ salvate et eripite eos de igne inferni.

23. ALIIS AUTEM MISEREMINI. — Hæc jam desunt in Græco, in quo proinde bimebris est sententia, cum in Latino sit trimembris. Sensus ejus ergo est, q. d. Ipsos hæresis doctores acriter arguite, quasi tam suo, quam Dei et hominum judicio iudicatos et condemnatos, ut ceteri timeant; eorum vero discipulos partim timore, partim misericordione et elementia pro cuiusque indole ad fidem reducite. Addit quædam Arabicus que nec sunt in Græco, nec in Latino, sic enim verit: *Quibusdam misericordiam facite, quando sunt in iudicio vel contradictione, aut quando jure vel iudicio corripiuntur.*

Secundo, alii trimembrem hanc sententiam ita explicant, q. d. Manifestos hæreticos palam arguite: eos vero qui adhuc integri sunt et sani in fide, incolentes servate, et quasi ab incendio eripite: alios denique jam nutantes et in interitum propensos, non sine casto timore, commiseratione complectimini.

Tertio, alii tres hic peccatorum gradus distinguunt: Primum, in hæresi et peccato obstinatum; hoc acriter argui dureque increpare jubet Judas, æque ac Paulus ad Titum ii, 13. Secundum, qui decepti in hæresim et peccatum incidernit ex ignorantia, vel infirmitate, hos jubet de igne rapi. Tertium, qui penitentes culpam agnoscent veniamque postulant, horum misereri, ensque misericorditer, in gratiam et gremium Ecclesie recipi jubet. Omnia hæc probabilia sunt.

Moraliter, docet hic S. Judas quam animarum, etiam infidelium et hæreticorum, saluti incumbere debeamus, idque exemplo Christi et Apostolorum, quise et omnia sua pro animabus salvandis impenderunt. « Empti estis pretio magno, » ait S. Paulus, I Corin. vi, 26. Vido et obstepescere quam pretiosa sit anima quælibet; eam enim emit Christus pretio sanguinis sui. Pretium itaque anime est sanguis Christi; ergo ipsa anima valet Christum, Christianique sanguinem. « Magna res anima que Christi sanguine redempta est, » ait S. Bernardus, epist. 14; et S. Chrysostomus,

homil. 3 in epistol. I ad Corinthios: « Nil est, ait, quod animæ possit equiparari, ne universus quidem mundus. Itaque etsi immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris si converteris animam. » Quocirca S. Dionysius, *Catol. Hæresch.* cap. m: « Divinarum omnium perfectionum, ait, divinisima est perfectio, Dei cooperatore esse, nimirum in reductione animarum ad spem creatorem, » ut i interpretatur ibidem Dionysius Carthusianus.

Secundo, docet S. Judas hunc animarum salutem debere esse celerem et efficacem, cum ait: « De igne rapientes. » Sicut enim si quom puerum, vel amicum in ignem tuum videremus, illico omnibus viribus cum etiam nolentem et resistentem inde raperemus: ita pariter animas per peccatum sponte raptas in ignem gehennæ, omni conatu et celeritate, eam per vim inde raperi debemus, juxta illud Amos iv, 11: « Facti estis quasi torris raptus ab incendio. »

Porro omne peccatum, omnis cupiditas est ignis, sed maxime libido: unde de ea a Gnosticis frequentatur, ait S. Judas: « De igne rapientes. » Primo enim scit ignis urit corpus, ita libido urit mentem, juxta illud Virgilio de Didone:

Urit infelix et cæco capitur igne.

et Ovidius, lib. I De Arte:

Venus in visis, ignis in igne calet.

Quin et S. Paulus, I Cor. vii, 9: « Mellus est nubem quam uri. » Secundo, sicut ignis in domo serpit, eamque totam pervadit et comburit: ita et libido totam hominis mentem, phantasiam, sensus membraque omnia pervadit et depascitur, juxta illud Job xxxi, 12: « Ignis est usque ad perditionem devorans et omnia eradicans genimina. » Tertio, sicut ignis a domo in domum proserpit, ab arbore in arborem, totamque plateam, urbem et silvam brevi tempore populantibus flammis occupat et inflammat, sic et libido unus vel paucorum in totam viciniam, urbem et rempublicam proserpit, eamque instar flammæ vel Vesuvii inficit et incendit. Quare initium occurrendum est, ignisque hic in suo fonte et scintilla est suffocandus et extinguendus, juxta illud: « Beatus qui tenet et allidet parvulos utros ad petram, » Psalm. cxxvi, 9. Quarto, libido est ignis, quia igni gehennæ vicina: nil enim inter libidinosum et ignem gehennæ interjacet, nisi paries fragilis corporis, quo disjecto, illico ultricibus gehennæ flammis corripitur. Hinc Sodoma ardens igne libidinis, igne cœlesti, imo gehennali conflagravit. Unde Glossa interlinearis ait, jubere S. Judam, « ut quadam vi studeat alios liberare de igne vitiorum, et sic de igne tormentorum. »

Quocirca ut hanc ignem libidinis ebullentem in se exlingueret S. Franciscus, nives gelidas contrectavit. Alius sollicitus a meretrice digitos in igne lucernæ cremavit, itaque igne ignem supeto-

ravit, duosque rapuit de duplici igne: nam et se servavit, et meretricem compunxit ac convertit. Ita Vita Patr. lib. V de *Fornicat.*, numer. 37. Alius matrem veulam per flumen translaturus, pallio matrem involvit ne eum tangeret; rogatus a matre causam, dixit: « Quia corpus mulieris ignis est, et ex matre mihi illa allatur suggeritur feminarum. » Ibidem libello IV, numer. 68. Denique Ursinus presbyter mortuus presbyteram suam matrem ori admoventem repulit, dicens: « Recede a me, mulier, adhuc igniculus vivit. » ait S. Gregorius, IV *Dialog.* 40.

Tertio, docet S. Judas hunc animarum zelum debere esse sanctum cum visceribus misericordie, cum ait: « Aliis autem miseremini. » Non enim peccatoribus indignari debet, qui eos salvare salutem, sed peccatorum peccatorum vero miserari: sicut tordicus phreneticus non indignatur, nec eum impugnat, sed ejus phrenesin. Unde S. Augustinus, serm. 15 *De Verbis Apostoli*: « Si per charitatem, inquit, imponitur disciplina, de corde lenitas non recedit. Quod enim tam pius, quam medicus ferens sacramentum? Plorat secundus, et secat: plorat urgens, et urit. Non est ieta crudelitas: servit in vulnus, ut homo sanetur, qui si vulnus palpatur, homo perditur; et S. Chrysostomus, hom. in illud *Psal.* ix, *Patientia pauperum non perit in finem*: « Caritas, ait, servat, et protervus homo increpatur, lingua clamat, et cor ariet: quia clamor iste, etsi clamet, intus amat. » Et S. Basilus in *Regul. brev.*, inter. 276, indicium boni animarum curatoris assignat, « si adversus peccantes admirabilem illam et horrore plenam sanctorum virorum misericordiam imitatus sit. » Hac misericordiam excellit S. Martinus, qui, ut narrat Sulpicius in ejus Vita, cap. xxv, *diabolo dixit*: « Si tu ipse, o miserabilis, ad hominum insectatione desisteres, et te factorum tuorum vel hoc tempore, cum dies iudicii proxima est, peniteret, ego tibi vere confisus in Domino Christi misericordiam pollicerer. » Subdit Sulpicius: « O quam sancta de Domini pietate presumpcio, in qua etsi auctoritatem prestant non potuit, ostendit affectum! » Diabulus enim quam damnatus et in malo obstinatus, tui perditore neguit, ita misericordie et venie est incapax. Hac facit quod monet Philo, lib. *De Sierpho Caina et Abel*, conandum esse, ut etiam certo perdonas a suis vitis quantum possumus, servemus, tum ut nostro officio perfungamur, tum ut minus peccent minusque damnentur, atque ita inultum bonos medicos, qui etsi vident regnum sanari non posse, omnem tamen ei curam adhibent, ne officio suo delinisse videantur. A medicis enim et pastore requiritur cura, non curatio, utpote cum morbus non raro sit incurabilis.

Miseremini in timore, — proponendo eis penas inferni, neque ac temporales, que eis timorem incutiant ut se convertant; vel potius « in timore, » quasi dicat: Timendo ne, si in misericordie et

duri silii in prolapso, aut inpropreter cum eis agatis, vos quoque in idem similem peccatum deserente Deo prolabamini, itaque vicissim Deum immiseri-rodem et durum in vos experiamini, juxta parabolam servi rigide a conservo exigentis omne debitum, *Matth.* cap. xviii, vers. 33. Hoc est quod monet Paulus *Galat.* vi, 1: « Fratres, et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tentaris. » Ita S. Ambrosius, Dominicus, Eligius, audientes confessiones flabant ex compassione peccatorum: quia, ut ait S. Augustinus in *Solitoy.* cap. xv: « Nullum peccatum est quod unquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo, si desit creator a quo factus est homo. » Rursam, « in timore, » id est cum quadam velat reverentia, tum versus Deum, tum versus imaginem illius, quam frater peccato suo turpavit: ita noster Lorianus. Minus recte aliquid « in timore » referunt ad « odientes, » quod sequitur.

ODIENTES ET (et, id est etiam, vel interim) HANC QUER CARNALIS EST, MACULATAM (græco *καὶ τὴν ἐπιθυμίαν*, id est a carne maculatam) TUNICAM. — Pendent hæc ex eo quod præcedit: « Aliis autem miseremini in timore, » q. d. Volo vos miserari seductorum a Gnosticis, sed cum timore et odio, non hæreticorum, sed heresis, ne scilicet eorum familiaritate illecti ipsi suam scabiam vobis affricent, ac suam libidinem et heresim abelando allent. Quare moneo ut animas eorum amando convertere satagatis, sed interum odiosis eorum maculatam vestem et tunicam. At quemam hæc? Primo, aliqui accipiunt concupiscentiam, quam Paulus vocat veterem hominem, eumque exui jubet cum actibus suis, *Colos.* iii, 9.

Secundo, alii per « tunicam » accipiunt carnem: hæc enim est quasi vestis anime, hancque Gnostici maculabant suis libidinibus, juxta illud vers. 8: « Et carnem quidem maculant. » Tertio, alii accipiunt hypocrisim et speciem pietatis, quam exterius suis sordibus idem pretebant; erant enim interius spurci, omnique libidine polluti.

Quarto et optime; per « maculatam tunicam » accipio torpes et caruales mores et affectus (hi enim sunt quasi vestis anime, pulchra si pulchra, turpis si turpes), turpem vivendi modum, sordidatam libidibus et vitis concupiscentiam: sordida enim opera sunt quasi sordida indumenta animi: ita Valabius, et Clemens Alexandrinus: « Maculata tunica, inquit, sed cum spiritali concupiscentiis polluitur est carnalibus. »

Alludit primo, ad ritum legis veteris *Levit.* xv, quo vestes lepra, sanguine vel semine polluturum, pollute censebantur, ita ut quicumque eas tangeret, legaliter pollueretur, et arcester tam a templo, quam a convivio hominum. Secundo, ad profanas crapulas et libidines Gnosticorum, qui in vestes ipsas delinabant, easque maculabant et

maculabant, juxta illud vers. 12: « Ili sunt in epulis suis macule. » Tertio, ad vestem candidam qua fideles induuntur in baptismo, ut monentur candorem internum tuori et conservare, ideoque audiunt a sacerdote baptizante: « Accipe vestem candidam, sanctam et immaculatam, quam perferas sine macula ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum, amen. » Vide S. Augustinum, serm. 139 *De Temp.*, et S. Ambrosium, lib. *De Initiandis*. Sensus ergo est, q. d. Videte, o fideles, ne agendo cum Gnosticis vestem candidam impuritate, quam in baptismo accepistis, eorum impuritate et libidine contaminetis, sed illum plane odite et execramini. Ita de Valentiniano Imperatore legitur apud Sozomenem, lib. VI, cap. vi, quod cum adhuc militaret sub Juliano Apostata, dum cum eo ingressus templum idolorum, sacerdos roseis floribus Julianum aspergeret, gutta una in vestem Valentiniani incidit; quare ipse illico, audiente Juliano, pollutum se dicens, non expiatur sacerdotem increpuit, pugnaque percussit, quin et vestis partem gutta aspersam præcidit et abiecit.

Moraliter, docet hic Judas charitatem fidelium debere esse prudentem et circumspectam, ne dum alios volent salvare, seipsos perdant. Quare qui conversatur cum peccatoribus, præsertim confessorii, qui foetidissima scelera audiunt, præmunitur se oratione, atque odio et execratione maculare tunicæ, puta omnis vitii et sordis. Thomas Cantuariensis refert se per S. Lutgardem impetrasse a Deo, ut in excipiendis confessionibus nulla turpi narratione commoveretur, cum tamen alias frequenter et graviter turpibus phantasmatis torqueretur: ita habet Vita S. Lutgardis, lib. II, quod Surium, die 16 junii. Prius ergo se solident sacerdotes in castitate et virtute, ac deinde cum inecstis et soderatis agant, eosque convertant, ne si in ea debiles sint et infirmi, a validiore obediuntate et scelere vincantur; perinde ac debiles, qui manum nasantibus jam submergendis porrigunt, ut eos extrahant, ab iis utpote validioribus in undas pertrahuntur et merguntur.

24. EI AUTEM QUI POTENS EST VOS CONSERVARE SINE PECCATO. — Syrius et Arabius addunt, et sine macula, ut careatis « macula Gnosticorum tunica, de qua proxime sermo processit. Doxologia magna obsequat S. Judas epistolam, ut Ecumenius, toto cordis affectu celebrando Dei attributa et magnificentiam præstans in Christo, Doxologia hæc factum continet votum et precem, ut scilicet Deus fideles sine peccato conservet, et immaculatos sicut Christo gloriose advenient ad iudicium, ut ab eo gloria donati exultent, eumque laudent in omni sæcula. Simili modo S. Paulus claudit epistolam ad Romanos. xvi, 25: « Et autem qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum, etc., soli sapienti Deo per Jesum Christum, cui honor et gloria in sæcula sæculorum, amen. »

Sic et S. Petrus claudit primam epistolam, vers. 44: « Ipsi gloria, inquit, et impertant in sæcula sæculorum, amen. » Hæc secundam cap. iii, vers. 18: « Ipsi gloria et nunc, et in diem eternitatis, amen. »

Porro doxologia hæc opponit blasphemis et heresibus Simonis et Gnosticorum. Simon enim dicebat se esse Deum et Christoptorem, non Christum: sua gratia, non Christi nos salvari. Gnostici negabant peccatorum turpitudinem, punitionem et iudicium universale. Hæc ergo in doxologia hæc proficitur S. Judas, Deumque celebrat ut solum salvatorem, solum glorificatorem, solum potentem, solum mirabilem patratorem, solum dominantem, solum magnificentem, solum gloriosum, solum æternum.

Nota: *Te et qui potens est non tantum significat Deum posse, sed vellem non conservare sine peccato, adeoque conservatum, nisi nos et ejusque opi et gratie desimmo. Simili phrasi ait Paulus, II *Corinth.* ix, 8: « Potens est vobis. » Potens est, id est potest, scilicet, vult et facit abundare omnem gratiam abundare facere in vobis. » Potens est, id est potest, scilicet, vult et facit abundare omnem gratiam in suis fidelibus.*

Hinc discimus neminem sine Dei gratia posse vitare omnia peccata, et vivere sine peccato, etiam gravi et mortifero: per ejus autem opem ordinariam posse nos omnia mortalia vitare, non tamen omnia venialia ad longum tempus, nisi ex specialibus privilegio, quale concessum fuisse B. Virginii credit Ecclesia, ut Concilium Tridentinum, sess. VI, can. 23, et cap. 1: « Justorum; ait, illa vox est et humilis et verax: Dimittite nobis debita nostra. » Unde S. Augustinus, *De Natura et Gratia*, cap. x: « Hoc, inquit, confiteatur, quod impletæ sacerdotissima negatur, sine gratia Dei hominem sine peccato esse non posse. » Et S. Cyprianus, *De Oper. et Elamos*: « Si, inquit, nemo esse sine peccato potest, quisquis se immaculatum dixerit, aut superbus, aut stultus est; » et S. Gregorius, lib. XXI *Mor.*, cap. ix: « Multi, ait, in hæc vita sine crimine, nullus vero esse sine peccato valet. » Quocirca Arabius vertit, *etiam sine peccato potens est ut custodiat vos sine peccato, et sine macula, quo vitio. Per salutem* intelligit Deum salvatorem, ejusque gratiam salutiferam per Christum datum. Deus enim solus per se et natura sua est impeccabilis, tum quia « sit ipse per essentiam bonitas et sanctitas, tum quia ipse ratio et voluntas sibi, et angelis ac hominibus est omnis recti bonique norma et regula, ut docet S. Thomas, I *part.* *Quest.* lxxiii, art. 4. Creatura vero omnes per se peccabiles sunt, sed a Deo participant ut non peccent, et subinde ut peccato non possint: uti Benti. Quo ergo magis accedunt ad Deum, eo magis recedunt a peccato, sumque tandem quasi impeccabiles, ut docet S. Augustinus, lib. XXI *De Civit.*, cap. xxx: unde S. Hieronymus, lib. II *Contra Pelagianos*: « Absque vitio, ait, quod dicitur sanctus, id est *inimicus*, hominem esse posse: »

verus, id est sine peccato, esse nago; id enim soli Deo compelli, omnique creatura peccato subiacet, et indiget misericordia Dei. » Et Tertullianus, lib. *De Præscript. heret.* : « Soli filio Filio, ait, servabatur, sine delictis permanere. »

ET CONSTITUTE ANTE CONSPECTUM GLORIÆ SÆC. IMMACULATOS. — Græce ἀσπίλους, id est irreprehensibiles. « Conspicuum gloriæ » vocat primo, presentiam Dei gloriosi, in qua omnes in hac vita existunt. « Vixit Dominus exercituum ante cuius vultum sto, » *III Reg.* cap. xviii, vers. 15, quasi dicat : Ut in oculis Dei stitis et ambuletis immaculati. Ita Dionysius; unde Clemens Alexandrinus exponit, « eorum angelis, » *g. d.* Ut omnia faciatis quasi videntes Deo et SS. angelis, sic Paulus ait *Ephe.* i, 4 : « Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate. » Et Zacharias : « Serviamus illi in sanctitate et iustitia eorum ipso omnibus diebus nostris, » *Lucæ* cap. i, vers. 74.

Secundo de planis, « conspicuum gloriæ » vocat gloriam Dei, qui gloriosus apparat, conspicit et conspiciunt a Beatis in visione beatica; hinc enim nullo sistitur nisi plane puris et immaculatis, *Apoc.* xvi, 24; unde Syrus verbi, sine serbo; nullus enim vel minimus serbo admittitur ad istam gloriam. Unde sequitur : « In adventu Domini, » ita Bedæ. Lyranus, Thomas Anglicus et alii. Ad hæc « gloriam celestem juxta oculos cordis » « coris elevamus, juxta illud moximum *Revelat.* : « Sursum corda, » Et S. Augustinus in *Psalm.* xxxi : « Erige cor sursum, ne putrescat in terra. »

ET EXULTATIONE, — tum qua exultat sancta conscientia in hac vita, eo quod nullius mali sibi sit conscientia, juxta illud *Psalm.* xxxi, 11 : « Letamini in Domino et exultate justi, et gloriamini omnes recti corde. Nam « secunda mens quasi iuge convivium, » *Prov.* xv, 45. Tum potius qua exultant Beati in celo, juxta illud : « Exultabant sancti in gloria, » *Psalm.* cxlix, 5; « Gaudium et exultationem obtinebunt, » *Isaie* xxxv, 10. Exultatio enim Beatorum de Deo viso et possessa, est ipsa Dei fructio, ideoque vel est ipsa formalis beatitudo, ut vult Medina, l. II, *Quest.* III, art. 4, et alii; vel potius est beatitudinis in visione Dei consistentis fructus, flos et complementum, ut docent passim ceteri Theologi. Porro exultatio est gaudii excessus cum quadam cordis corporisque sublevatione. Unde græce ἐξουσία, id est exultare, dicitur quasi ἔξω ἑαυτοῦ, id est, valde saltare et exsultare, quod Hebræi vocant *pranan*, id est jubulare, et *pralat*, id est exultare. Unde Græcum ἀσπίλους.

Præclare S. Augustinus in illud *Psalm.* cxlviii, *Laudate Dominum de caelis*; « Elsi corpus nostrum, ait, adhuc in Babylonia tenetur, cor nostrum ad Jerusalem præmittatur. Laudet ergo tota creatura Dominum, quia hoc Deo facturi sumus, quod hic

præmeditatur. Coelestia tranquilla sunt, ibi semper gaudium, nulla mors, nulla molestia, semper laudant Deum Beati. Nos adhuc in ino sumus, sed cum cogitamus, quomodo ille laudetur Deus, cor ibi habeamus, et non sine causa audiamus : Sursum corda. Levamus cor sursum, ne putrescat in terra : quoniam placet nobis quod ibi agunt angeli. Laudate ergo eum in excelsis. »

IN ADVENTU DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. — Desunt hæc nunc in Græco, Syro et Arabico; et in nonnullis Latinis antiquis. Adventum secundum Christi intelligit, puta gloriosum ad iudicium, quo omnes Sanctos beabit et glorificabit, juxta illud *II Thessal.* i, 10 : « Cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. » Hinc S. Franciscus in *Expositione orationis Domini*, illud, « Adventus regnum tuum, » sic explicat : « Adveniat regnum tuum ut regnes in nobis per gratiam tuam, et facias nos venire ad regnum tuum, ubi est tui visio manifesta, tui dilectio perfecta, tui societas beata, tui fructus sempiterna. »

20. SOLI DEO SALVATORI NOSTRO. — Salvatoris nomen nunc Jesu Christo : Jesus enim idem est quod Salvator; junc Deo Patri, vel potius toti SS. Trinitati tribuitur : hæc enim nos salvat per Christum. Ita hic Deus, puta tota SS. Trinitas, vocatur Salvator noster, juxta illud *Psalm.* xxxi, 8 : « Homines et jumenta salvabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus. » Et *I Timoth.* iv, 10 : « Speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime autem fidelium. » Græca addunt ὁ σῶν, id est salvator; solus enim Deus per se et per essentiam est sapiens, bonus, potens : angeli enim, homines et creature a Deo participant et emulcant particulam bonitatis, sapientie, potentie, etc. Porro apte « sapientiæ » jungitur « Salvatori, » quia scientia sanctorum est scientia salutis, *Sapient.* i, 10; *Lucæ* i, 77. S. Judæ concinit S. Paulus *I Timoth.* i, 17, dicens : « Regi autem sæculorum immortalis, invisibilis, soli Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. »

PER JESUM CHRISTUM. — « A natura propria, ait S. Bernardus, serm. 2 *De Circumcis.*, habet noster Jesus ut sit Salvator; innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humana vel angelica natura. » Per Christi enim natiuitatem, predicationem, miracula, passionem, mortem, resurrectionem, etc., innoluit, imo toto orbe celebrata est Dei gloria, magnificentia, imperium et potestas, juxta illud Christi : « Pater, clarifica nomen tuum; » et facta est vox de celo : « Et clarificavi, et iterum clarificabo, » *Joann.* xii, 28; et cap. xvii, vers. 1 : « Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te; » et vers. 6 : « Manifestavi nomen tuum hominibus. »

GLORIA. — « Gloria, » græce δόξα, id est claritas, « est clara cum laude notitia, » inquit ex Aristotele et Cicerone S. Augustinus, lib. LXXXIII *Questionum*,

Quest. XXXIII; vel, ut S. Basilus, lib. *De Spiritu Sancto*, cap. xxiii, gloria est commemoratio mirabilium que alicui insunt, præsertim Deo. Vel, ut alii, « gloria est notitia clarior alicujus excellentie; » vide S. Hieronymum in cap. v *ad Galat.*, et Dominicum Soto in IV, dist. xlix, *Quest.* III, art. 4. Gloriam hanc sibi uni reservat Deus, *Isaie* xliii, 8, dicens : « Gloriam meam alteri non dabo, » quia gloria propria est, propriæque debita soli Deo ob infinitam ejus majestatem, celsitudinem, magnitudinem, magnificentiam. Ita Angeli et Beati omnes accinunt Deo gloriam, *Apoc.* cap. iv, 11, cap. v, 12, cap. xix, 7. Idem imitantur Sancti in hac vita. Unde S. Ignatius, fundator Societatis nostre, hoc habuit, nobisque impressit elogium : « Ad majorem Dei gloriam. » Oportet ergo S. Judæ Deo gloriam, ut scilicet omnes angeli, omnes homines, omnesque creature eum ut summam majestatem celebrent, prædicent, laudent et glorificent.

ET MAGNIFICENTIA. — Syrus, potentia; græce μεγαλότης, id est majestas, magnitudo, magnificentia, decus, amplitudo, dignitas. Magnificentia autem est magnorum operum patrato, item magnam personæ decus, splendor, ornatus, majestas : utroque modo Deus est magnificentissimus. Unde millia millium ministrant ei. Hinc dicta est magnificentia virtus, quam ita definit Cicero, lib. II *De Invent.* : « Est rerum magnarum et excellentium cum animi amplā quadam et splendida propositione agitatio atque administratio. »

ET IMPERIUM. — Græce ἐξουσία, id est robur; ita Syrus et Arabicus. Deus enim in omnes et omnia plenissimum, robustissimum et efficacissimum habet jus et imperium, estque summus Universi imperator et dominator. Jam S. Judæ et Sancti ex summo Dei amore et reverentia, optant Deo magnificentiam et imperium, quasi congratulando ei, gaudendo et desiderando, ut in eo semper illa perseverent; rursum, ut ab angelis et hominibus illa agnoscerent, colantur et celebrentur.

TE REQUIES TRANQUILLA PIUS, TE GERERE FINIS :

PRINCIPUM, VECTOR, DUX, SEMITA, TERMINUS IDEM.

Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. O summe veritas, vera charitas, chara aternitas, Deus meus et omnia : fac nos te sapere, tibi vivere tibi mori, te frui per aterna sæcula sæculorum. Amen.

Vide dicta *Izabacæ* II, ad illud vers. 20 : « Domini autem in templo sancto suo, silent a facie ejus omnis terra. »

ET POTESTAS. — Græca; Syrus, dominatio; Arabicus, potentia, cui scilicet nemo resistere valet. Potestas est quasi exequitio imperii : exequitur enim efficaciter quicquid voluntas Dei imperat. Porro Hugo considerat gloriam Dei in se, magnificentiam in operatione, imperium in regimine omnium, ut omnia voluntas ejus fiat; potestatem, ut nihil ei resistat. Lyranus gloriam explicat, in quantum Deus apparet dignus omni laude; magnificentiam, de diffusione bonitatis ejus super omnia; imperium, de obedientia totius creaturæ ad ipsum potestatem, de punitione malorum et præmiatione bonorum.

ANTE OMNIA SÆCULUM, — scilicet fuit et constitit, « et nunc » consistit; vel potius opto procurrat ut consistat. Aut, *g. d.* Quæ illi ante omnia sæcula debentur, eadem ei « et nunc, » puta in presenti vita a fidelibus, « et in omnia sæcula » a Beatis in celo reddantur.

ET IN OMNIA SÆCULA SÆCULORUM. — Græce, xai eis aternis, ubi aternitas; Syrus, et in omnibus istis aternitates : licet enim una sit Dei aternitas, tamen hæc infinitas avorum angelicorum et temporum humanorum aternitates, etiam quas mens effingere potest, ambit, complectitur et transcendit.

AMEN, — id est, fiat, fiat, ut vertunt Septuaginta. Vide dicta *I Corinth.* xiv, 16, et *II Corinth.* i, 20. Justi enim « nunc, » id est in hac vita, glorificant Deum; Beati vero in celo glorificabant Deum per omnem aternitatem, juxta illud *Psalm.* lxxxiii, 5 : « Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. » Ubi præclare S. Augustinus : « Noli, ait, timere ne non possis semper laudare, quem poteris semper amare : si cessabis a laude, cessabis ab amore; ab amore cessare non poteris. » Denique Boetius, lib. III *De Consol.* metro 9, ita Deo, quasi principio et fini omnium, concinit et jubilat :

verus, id est sine peccato, esse nago; id enim soli Deo compelli, omnique creatura peccato subiacet, et indiget misericordia Dei. » Et Tertullianus, lib. *De Præscript. heret.* : « Soli filio Filio, ait, servabatur, sine delictis permanere. »

ET CONSTITUTE ANTE CONSPECTUM GLORIÆ SÆC. IMMACULATOS. — Græce ἀβλαβούς, id est irreprehensibiles. « Conspexit gloriam » vocat primo, presentiam Dei gloriosi, in qua omnes in hac vita existunt. « In visione beatifica, » dicitur. « Vivit Dominus exercituum ante cuius vultum sto, » III Reg. cap. xviii, vers. 15, quasi dicat : Ut in oculis Dei stitis et ambuletis immaculati. Ita Dionysius; unde Clemens Alexandrinus exponit, eorum angelis, q. d. Ut omnia faciatis quasi videntes Deo et SS. angelis, sic Paulus ait *Ephe.* i, 4 : « Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate. » Et Zacharias : « Serviamus illi in sanctitate et iustitia eorum ipso omnibus diebus nostris, » *Lucæ* cap. i, vers. 74.

Secundo de planis, « conspectum gloriæ » vocat gloriam Dei, qui gloriosus apparat, conspiciet et conspicietur a Beatis in visione beatifica; hinc enim nullo sistetur nisi plane puris et immaculatis, *Apoc.* xvi, 24; unde Syrus verbi, sine servo; nullus enim vel minimus nequus admittitur ad istum gloriam. Unde sequitur : « In adventu Domini, » ita Beda. Lyranus, Thomas Anglicus et alii. Ad hæc « gloriam celestem juxta oculos cordis » « coris elevemus, juxta illud moventium *Revelat.* : « Sursum corda, » Et S. Augustinus in *Psalm.* xxxi : « Erige cor sursum, ne prescat in terra. »

ET EXULTATIONE, — tunc qua exultat sancta conscientia in hac vita, eo quod nullius mali sibi sit conscia, juxta illud *Psalm.* xxxi, 11 : « Letamini in Domino et exultate justi, et gloriamini omnes recti corde. Nam « secunda mens quasi jure convivium, » *Prov.* xv, 15. Tunc potius qua exultant Beati in celo, juxta illud : « Exultabant sancti in gloria, » *Psalm.* cxlix, 5; « Gaudium et exultationem obtinebunt, » *Isaie* xxxv, 10. Exultatio enim Beatorum de Deo viso et possessa, est ipsa Dei fruitio, ideoque vel est ipsa formalis beatitudo, ut vult Medina, I II, *Quest.* III, art. 4, et alii; vel potius est beatitudinis in visione Dei consistentis fructus, flos et complementum, ut docent passim ceteri Theologi. Porro exultatio est gaudii excessus cum quadam cordis corporisque sublevatione. Unde græce ἐπὶ ὕψους, id est exultare, dicitur quasi ἐπὶ ὑψοῦς, id est, valde saltare et exultare, quod Hebræi vocant *pranan*, id est jubulare, et *pralat*, id est exultare. Unde Græcum ἀναστῆναι.

Præclare S. Augustinus in illud *Psalm.* cxlviii, *Laudate Dominum de caelis*; « Elsi corpus nostrum, ait, adhuc in Babylonia tenetur, cor nostrum ad Jerusalem præmittatur. Laudet ergo tota creatura Dominum, quia hoc tibi facturi sumus, quod his

præmeditatur. Celestia tranquilla sunt, ibi semper gaudium, nulla mors, nulla molestia, semper laudant Deum Beati. Nos adhuc in ino sumus, sed cum cogitamus, quomodo ille laudetur Deus, cor ibi habeamus, et non sine causa audiamus : Sursum corda. Levamus cor sursum, ne prescat in terra : quoniam placet nobis quod ibi agunt angeli. Laudate ergo eum in excelsis. »

IN ADVENTU DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. — De sunt hæc nunc in Græco, Syro et Arabico, et in nonnullis Latinis antiquis. Adventum secundum Christi intelligit, puta gloriosum ad judicium, quo omnes Sanctos beabit et glorificabit, juxta illud II *Thessol.* i, 10 : « Cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. » Hinc S. Franciscus in *Expositione orationis Domini*, illud, « Adventus regnum tuum, » sic explicat : « Adveniat regnum tuum ut regnes in nobis per gratiam tuam, et facias nos venire ad regnum tuum, ubi est tui visio manifesta, tui dilectio perfecta, tui societas beata, tui fructus sempiterna. »

20. SOLI DEO SALVATORI NOSTRO. — Salvatoris nomen nunc Jesu Christo : Jesus enim idem est quod Salvator, junc Deo Patri, vel potius toti SS. Trinitati tribuitur : hæc enim nos salvat per Christum. Ita hic Deus, puta tota SS. Trinitas, vocatur Salvator noster, juxta illud *Psalm.* xxxi, 8 : « Homines et jumenta salvabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus. » Et I *Timoth.* iv, 10 : « Speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime autem fidelium. » Græca addunt ὁ σῶν, id est salvator; solus enim Deus per se et per essentiam est sapiens, bonus, potens : angeli enim, homines et creature a Deo participant et emulcant particulam bonitatis, sapientie, potentie, etc. Porro apte « sapientiæ jungitur « Salvatori, » quia scientia sanctorum est scientia salutis, *Sapient.* i, 10; *Lucæ* i, 77. S. Judæ concinit S. Paulus I *Timoth.* i, 17, dicens : « Regi autem sæculorum immortalis, invisibilis, soli Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. »

PER JESUM CHRISTUM. — « A natura propria, ait S. Bernardus, serm. 2 *De Circumcis.*, habet noster Jesus ut sit Salvator; innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humana vel angelica natura. » Per Christi enim natiuitatem, predicationem, miracula, passionem, mortem, resurrectionem, etc., innoluit, imo toto orbe celebrata est Dei gloria, magnificentia, imperium et potestas, juxta illud Christi : « Pater, clarifica nomen tuum; » et facta est vox de celo : « Et clarificavi, et iterum clarificabo, » *Joann.* xii, 28; et cap. xvii, vers. 1 : « Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te; » et vers. 6 : « Manifestavi nomen tuum hominibus. »

GLORIA. — « Gloria, » græce δόξα, id est claritas, « est clara cum laude notitia, » inquit ex Aristotele et Cicerone S. Augustinus, lib. LXXXIII *Questio.*,

Quest. XXXIII; vel, ut S. Basilus, lib. *De Spiritu Sancto*, cap. xxiii, gloria est commemoratio mirabilium que alieci insunt, præsertim Deo. Vel, ut alii, « gloria est notitia clarior alicujus excellentie; » vide S. Hieronymum in cap. v ad *Galat.*, et Dominicum Soto in IV, dist. xlix, *Quest.* III, art. 4. Gloriam hanc sibi uni reservat Deus, *Isaie* xliii, 8, dicens : « Gloriam meam alteri non dabo, » quia gloria propria est, propriæque debita soli Deo ob infinitam ejus majestatem, celsitudinem, magnitudinem, magnificentiam. Ita Angeli et Beati omnes accinunt Deo gloriam, *Apoc.* cap. iv, 11, cap. v, 12, cap. xix, 7. Idem imitantur Sancti in hac vita. Unde S. Ignatius, fundator Societatis nostre, hoc habuit, nobisque impressit elogium : « Ad majorem Dei gloriam. » Oportet ergo S. Judæ Deo gloriam, ut scilicet omnes angeli, omnes homines, omnesque creature eum ut summam majestatem celebrent, prædicent, laudent et glorificent.

ET MAGNIFICENTIA. — Syrus, potentia; græce *δυναμις*, id est majestas, magnitudo, magnificentia, decus, amplitudo, dignitas. Magnificentia autem est magnorum operum patrato, item magnum personæ decus, splendor, ornatus, majestas : utroque modo Deus est magnificentissimus. Unde millia millium ministrant ei. Hinc dicta est magnificentia virtus, quam ita definit Cicero, lib. II *De Invent.* : « Est rerum magnarum et excellentium cum animi amplâ quadam et splendida propositione agitatio atque administratio. »

ET IMPERIUM. — Græce *ἐξουσία*, id est robur; ita Syrus et Arabicus. Deus enim in omnes et omnia plenissimum, robustissimum et efficacissimum habet jus et imperium, estque summus Universi imperator et dominator, Jam S. Judæ et Sancti ex summo Dei amore et reverentia, optant Deo magnificentiam et imperium, quasi congratulando ei, gaudendo et desiderando, ut in eo semper illa perseverent; rursum, ut ab angelis et hominibus illa agnoscerent, colantur et celebrentur.

TE REQUIES TRANQUILLA FINIS, TE GERERE FINIS :

PRINCIPUM, VECTOR, DUX, SEMITA, TERMINUS IDEM.

Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. O summe veritas, vera charitas, chara æternitas, Deus meus et omnia : fac nos te sapere, tibi vivere tibi mori, te frui per æterna sæcula sæculorum. Amen.

Vide dicta *Isaie* II, ad illud vers. 20 : « Dominus autem in templo sancto suo, silent a facie ejus omnis terra. »

ET POTESTAS. — Græca; Syrus, dominatio; Arabicus, potentia, cui scilicet nemo resistere valet. Potestas est quasi exequitio imperii : exequitur enim efficaciter quicquid voluntas Dei imperat. Porro Hugo considerat gloriam Dei in se, magnificentiam in operatione, imperium in regimine omnium, ut omnia voluntas ejus fiat; potestatem, ut nihil ei resistat. Lyranus gloriam explicat, in quantum Deus apparet dignus omni laude; magnificentiam, de diffusione bonitatis ejus super omnia; imperium, de obedientia totius creaturæ ad ipsum potestatem, de punitione malorum et præmiatione bonorum.

ANTE OMNIA SÆCULUM, — scilicet fuit et constitit, « et nunc » consistit; vel potius opto procurrat ut consistat. Aut, q. d. Quæ illi ante omnia sæcula debentur, eadem ei « et nunc, » puta in presenti vita a fidelibus, « et in omnia sæcula » a Beatis in celo reddantur.

ET IN OMNIA SÆCULA SÆCULORUM. — Græce, *ἐν αἰῶνι αἰῶνι*; Syrus, et in omnibus temporibus æternitate; licet enim una sit Dei æternitas, tamen hæc infinitas avorum angelicorum et temporum humanorum æternitates, etiam quas mens effingere potest, ambit, complectitur et transcendit.

AMEN, — id est, fiat, fiat, ut vertunt Septuaginta. Vide dicta I *Corinth.* xiv, 16, et II *Corinth.* i, 20. Justi enim « nunc, » id est in hac vita, glorificant Deum; Beati vero in celo glorificabant Deum per omnem æternitatem, juxta illud *Psalm.* lxxxiii, 5 : « Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. » Ubi præclare S. Augustinus : « Noli, ait, timere ne non possis semper laudare, quem poteris semper amare : si cessabis a laude, cessabis ab amore; ab amore cessare non poteris. » Denique Boetius, lib. III *De Consol.* metro 9, ita Deo, quasi principio et fini omnium, concinit et jubilat :

15. 12. Oñam suscitavit rixas, et universa delicta aperit charitas, 356, 1; 357, 1, 2
 — 20. Fortitudo simpliciter, via Domini, 419, 2
 xv, 17. Qui quod novit loquitur, inlex justitia est, 126, 2
 xvii, 27. Proficiat spiritus vir eradicatus, 74, 2
 xviii, 5. Accipite personam impij non est bonum, 659, 1
 17, 2. Qui provocat eum, peccat in animam suam, 150, 2
 — 3. Multi nascuntur contentationibus, 161, 1
 — 26. Et incurvat super eos fornicem, 148, 1
 xxi, 16. Vir, qui erraverit a via doctrinæ, in casta gigantum commorabitur, 236, 1
 xxiii, 11. Propinquus pupillorum fortis est, 83, 1
 xxiv, 11. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens reservat in posterum, 76, 1
 xxi, 15. Stupidi sicut duple filii, dicentes: Affer, affer, 178, 1

EX ECCLESIASTE.

- Cap. i, vers. 2. Vanitas vanitatum, et omnia vanitas, 198, 2
 3, 19. Pecunia obediens omnia, 99, 2
 xii, 6. Analequam contrariatur hydra super fontem, et confingatur rana super cisternam, 147, 4
 — 18. Denim time, et mandata ejus observa: hoc est enim cunctis homo, 14, 1

EX LIBRO CANTICORUM.

- Cap. i, vers. 4. Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Siononis, 476, 1
 — 8. Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilavi te, 449, 2
 iv, 8. Labia tua sicut villa cocinea, 39, 1
 — 9. Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa, 31, 1
 vi, 9. Dum est ista, qui progreditur quasi aurore contingens, palchra et lina, electa et sol, 200, 2

EX LIBRO SAPIENTIE.

- Cap. iv, vers. 12. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, etc., 517, 1
 v, 47. Dextra sua degit eos, et brachio sancto suo defendit illos, 419, 2
 xi, 4. Feliciter dirigit opera eorum in manibus principum sanctorum, 641, 1
 xii, 11. Paulaverunt excessu epulacionis, 292, 2

EX ECCLESIASTICO.

- Cap. i, vers. 28. Qui sine timore est, non poterit justificari, 77, 1
 iv, 1. Fili, elemosynam properea ne defraudes, 778, 1
 vi, 14. Noli velle mentiri omnia mendacium, 497, 1
 xi, 3. Initium dulcoris habet fructus illius, 74, 2
 xiii, 23. Venisti leonem, onager in eremo, sic et pascha divitum autem pauperum, 108, 2
 29, 13. Non dicit: Ille me implanavit, 33, 3
 xviii, 18. Datus inchoquialitatis habens facit oculum, 29, 2
 xix, 12. Sapiens inflexa femori carnis, sic verbum in corde stultum, 127, 2
 23, 14 et 15. Datus inchoquialitatis non erit utilis tibi: oculi enim illius oculos plerumque sunt: exiguus dabit, et multa improperabit: et aperit ora illius inflammatio est, 38, 2
 xxviii, 16. Lingua tercia multos commovet, et utilis potius infernus quam vita, 418, 1
 — 29. Aurum tum et argenti tum confusa, et verbis tuis facilo staterum, 140, 2
 xxx, 28. Initium vite hominis, aqua et panis, 71, 2
 xxxi, 8. Bexas dives, qui inventus est sine macula, 251, 1
 xxxii, 4. Qui interrogationem manifestat, parabil verbum, 341, 1
 xxxiv, 20. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum, 204, 2

EX ISAIA.

- Cap. ii, vers. 3. Docuit nos de vili suis, 634, 1

- xiii, 12 et 13. Timorem ejus ne timetis, neque paventis. Dominum exercituum ipsum sanctitatem, 329, 2
 ix, 46. Qui benedixit populum, seducentes, 680, 1
 xv, 13. In colum concedam, super astra celi exaltabo salum meum, 445, 1, 2
 xxviii, 16. Manda remanda, expecta reexpecta, 339, 1, 2
 — 21. Alienum opus ejus ab eo, 363, 5
 xxxi, 1. Væ Ariel, Ariel, 370, 1
 li, 15. Iste asperget gentes multas, 214, 2

EX JEREMIA.

- Cap. ii, vers. 34. In alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum, 284, 2
 iv, 2. Et Jherabis in vestite, et in iudicio, et in justitia, 211, 2
 xii, 2. Sanctifica eos ad diem occisionis, 204, 1
 xv, 18. Facta est mihi manus tua quasi mendacium aquarum indiditum, 462, 2
 xxxi, 31. Ecclis mihi in populum, 611, 2

EX BARUCH.

- Cap. i, vers. 22. Abivimus unusquisque in sensu cordis nostri maligni, 623, 2

EX EZECHIELE.

- Cap. xiii, vers. 2. Et tu, fili hominis, nonne iudicis civitatem sanguinum? 341, 1
 xxiv, 9. Væ civitas sanguinum, cujus ego grandem feciam pyram, 356, 2

EX DANIELE.

- Cap. xii, vers. 2. Multi ex tuis qui dormierunt, resurgent, 552, 2

EX PROPHETIS MINORIBUS.

- Jos. ii, vers. 21. Mundo sanguinem eorum quem aueta non mundaverunt, 356, 2
 Nahum, i, 7. Dominus confortans in die tribulationis, 295, 2
 Sophon. ii, A. Gens non amabilia, 215, 1
 Malach. i, 6. Si pater ego sum, ubi est honor meus? 30, 2

EX LIBRIS MACHABEORUM.

- Lb. I, cap. v, vers. 62. Ipsi autem non erant ex semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel, 551, 2
 Lb. II, cap. iii, 86. Testabatur autem omnibus ea que sub oculis suis viderat opera magni Dei, 519, 2

EX S. MATTHEO.

- Cap. v, vers. 3. Beati pauperes spiritu, quantum ipsorum est regnum celorum, 45, 1
 — 24. Ego dixi dico vobis, non jurare omnino, 211, 2
 — 26. Neque per caput tuum juraveris, quia non potes minus capillum alium facere aut nigrum, 212, 1
 vi, 33. Et ne nos inducas in tentationem, 20, 1
 — 34. Sufficit diei malitia sua, 78, 1
 vii, 1. Nolite iudicare, ut non iudicemini, 168, 2
 xii, 40. Sic erit Filius hominis in corde terra tribus diebus, et tribus noctibus, 238, 1
 xvi, 18. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, 231, 2
 xvii, 12. Quia Elias jam venit, 388, 2
 xix, 24. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum celorum, 31, 2
 xxiii, 2. Super cathedram Moisi sederunt, 521, 1
 — 8. Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester, 135, 1
 xxiv, 20. Tunc parebit signum Filii hominis, 467, 2
 — 25. Cælum et terra transibunt, 485, 1
 xxv, 23. Intra in gaudium Domini tui, 558, 1
 xxvi, 28. Qui pro multis effundetur, 339, 1

EX S. MARCO.

- Cap. xvi, vers. 7. Dicite discipulis, et Petro, 642, 1

EX S. LUCA.

- Cap. i, vers. 37. Non erit impossibile apud Deum omne verbum, 335, 2
 — 47. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, 531, 1
 vi, 21. Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram, 198, 1
 ii, 35. Nescitis cujus spiritus estis, 587, 1
 xi, 41. Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis, 112, 1; 101, 1
 xii, 55. Sint lumbi vestri circumdecti, 239, 1
 xxiii, 42. Pater, si vis, transfer calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat, 56, 1
 xxiii, 43. Hodie mecum eris in paradiso, 338, 1
 xxv, 36. Tu peregrinus es in Jerusalem, et hæc ignoras, 307, 1

EX S. JOANNE.

- Cap. i, vers. 1. In principio erat Verbum, 498, 1, 2; 505, 2; 506, 2 et seq.
 Ibid. Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, 520, 1
 — 4. In ipso vita erat, 518, 1
 Ibid. Et vita erat lux hominum, 522, 1
 — 9. Erat lux vera, 540, 2
 — 14. Verbum caro factum est, 345, 1
 — 18. Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit, 546, 1, 2
 — 20. Confessus est, et non negavit, 559, 2
 ut, 5. Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat, 588, 1
 v, 25. Venit hora, et nunc est, quando, etc., 649, 2
 vi, 51. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi, 546, 2
 viii, 44. Ille in veritate non stetit, 599, 1
 xiii, 18. Si ego lavi pedes vestros, 520, 2
 xv, 1. Ego sum vitæ vera, 540, 3
 — 8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferat, 591, 1
 — 12. Et diligatis invicem, sicut dilexi vos, 573, 2
 xvii, 9. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, 547, 1
 xix, 27. Et ex illa hora accepit eum discipulus in suo, 504, 1
 — 30. Consummatum est, 62, 1
 xx, 15. Domine, si tu sustulisti eum, 549, 1

EX ACTIS APOSTOLORUM.

- Cap. ii, vers. 17. Effundam de Spiritu meo, 519, 1
 vii, 2. Dicere se esse aliquem, 72, 1
 EX EPISTOLA AD ROMANOS.
 Cap. v, vers. 3 et 4. Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, 34, 1
 vi, 19. Non enim quod voto bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago, 228, 2
 — 20. Si quod nolo, illud facio: jam ego operor illud, sed quod habito in me peccatum, 25, 1
 xvi, 2. Quos præstitit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, 28, 2

- xii, 8. Qui tribuit, tribuit in simplicitate, 35, 2
 xiv, 23. Omne quod non est ex fide, peccatum est, 28, 1
 xv, 16. Sanctissimi Evangelium Dei, 94, 1
 xvi, 22. Salutatio vos Caius hospes meus, et universa Ecclesia, 619, 1

EX I AD CORINTHIOS.

- Cap. xiii, vers. 12. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem, 84, 2
 — 13. Major horum est charitas, 433, 1
 xv, 7. Deinde visus est Jacobus, 10, 2
 — 45. Factus est primus homo in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem, 358, 1

EX II AD CORINTHIOS.

- Cap. ii, vers. 7. Quod si ministratio mortis fuit in gloria, etc., 555, 1
 v, 21. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, 547, 1
 ix, 9. Justitia ejus manet in seculum sæculi, 408, 1
 vii, 9. Altissime pauperes eorum abundant in divitiis simplicitatis eorum, 35, 2
 ix, 11. Et in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, 104, 2

EX EPISTOLA AD GALATAS.

- Cap. ii, vers. 11. Quoniam reprehensibilis erat, 317, 2

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

- Cap. ii, vers. 6. Conresuscitavit, et consedere nos fecit in cælestibus, 22, 1, 2
 v, 18. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, 459, 1
 — 26. Pro lavacrum aque in verbo vite, 371, 3

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

- Cap. ii, vers. 5. Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, etc., 345, 2

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

- Cap. i, vers. 15. Qui est primogenitus omnia creature, 71, 2

EX PRIMA AD TIMOTHEUM.

- Cap. v, vers. 17. Qui bene præsumit presbyteri, duplici honore digni habentur, 587, 1

EX EPISTOLA AD HEBREOS.

- Cap. i, vers. 22. Aspersi corda s conscientia mala, 240, 2
 xi, 31. Fide Rahab meretrix non perit cum incredulis, accipiens exploratores eum jace, 131, 1
 xii, 8. Ergo adulteri, et non filii esia, 475, 2

EX EPISTOLA I PETRI.

- Cap. iv, vers. 17. Quoniam tempus est ut incipiat iudicium a domo Dei, 376, 1


EX APOCALYPSI S. JOANNIS.

- Cap. ix, vers. 4. Veniam ad te tanquam fur, et nescies quæ hora veniam ad te, 482, 1
 — 14. Qui est principium creaturæ Dei, 71, 2
 xii, 8. Neque locus inventus est eorum amplius in cælo, 251, 1
 xvi, 15. Ecce venio sicut fur, 481, 1

INDEX
RERUM ET VERBORUM

MEMORABILIMUM

QUE HOC COMMENTARIO CONTINENTUR



A.
Abas et mulieris fanaticis superbia et heresis, 256, 2.
Abel innocens, virginis, sacerdotum et martyrum, 574, 1. fuit typus Christi, 2. quare a fratre sit occisus, 570, 1.
Abietus cum objectione contentus vitali, 43, 1.
Abietus filies bonis operibus camati fuit, 127, 2. ejus obediencia et religio inquit in obediencia Isaac, 128, 1. et operibus vere iustitiam p[ro]bat, 128, 2. cur dicitur amicus Dei, 129, 2. ejus elogium, 180, 1.
Abieculis hana que dicitur, 112, 1.
Abiunctio est soror scientie, 417, 1.
Abysus in templo temperant, 102, 2. recessu baptismis illi licet et met, 277, 2.
Abysus et de aegritudine inconstantem et in constantium amonitionem significat, 44, 1, 2, 26, 2.
Accepit presertim quale sit vitium, 97, 1. legit iustitiam exivit, 93, 1, 2.
Accidit mala sunt in Deo ob summam perfectionem, 292, 2.
Acus sequitur in appello tulerunt, secum quasi cum s[er]va matre temptavit, 83, 2.
Acus comparatur s[er]penti nunquam ad maturitatem fructus suos producenti, 675, 2.
Actiones Christi fore dicitur Deo, 642, 1. ad actiones identidem nobis reflectendum est, 612, 2. eorum regula est conspectus Dei, 581, 1, 2.
Actus peccatum solum confitentem est, 527, 2.
Actus per metamorphosin sapio significat obiectum, 66, 2.
Actum peccando vulneratus est ostia, 55, 2. est extra paradysum creatus, 145, 2. et obediens lege in statu innocencie, 143, 2.
Adhuc multorum victoris ab diabolo sit dicitur, 581, 2. eorum officio ergo operantes, 36, 1.
Adiutur in Pontificis in operis liberalitas, 36, 1.
Adiutur palam laudant, oculis viuperant, 156, 2. diuici sunt animo, 44, 2 et sequi, 175, 1.
Adiutur spirituales nunquam sint, 175, 1.
Adiutur qui sint, quibus S. Petrus scribit, 237, 2. et 400.
Adversus explorator vitium, 29, 2.
Adversus quomodo a patrone differat, 583, 1.
Aegroti contenti sit se identidem Dominum, 110, 1. fortiter ferunt agrihumum, 2. et sequi, 175, 1.
Aemulos semper habent viri magni, 190, 1.
Aemula ratio et rationis, 88, 2.
Aegros Valentini qui fuerint, 677, 1.
Aeris quanta in inferiora sit vis, 486, 1. plebis est demanibus, 391, 2; 444, 2. est in montibus purior, in vallibus impiorum, 191, 2.
Aerugo vitium est tam seri quam auri, 190, 1.
Aetatis sex mundi, 355, 1. aetas juvenis flori comparatur, 40, 1.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Amans Deum sit Deus, 36, 1. et dulcis est pati, 17, 2. in se Deus movet, 365, 1 et sequi, et iure manet in eo, 398, 2; 397, 2; 609, 1, 2. ejus zelus, 178, 1. proximum amans esse, Deum in proximo considerat, 271, 1.
Amantibus flos in non marcescat, 245, 2.
Ambrosio eos pravitatis, 546, 1.
Ambrosio magister a S. Iacobo cur reprehendatur, 144, 1.
S. Ambrosius habebat aliam formam in eis oculis in Extrema natione confersa, 215, 2; 218, 1. oculis Theodosio differri eorum supplicium, 78, 2. calidus edoctus et illustratus est, 81, 2. commotissimi primum in immortalis est, 274, 2. quo amine ad Episcopatum assumptus, 288, 2.
Amolare capitur pro continuatione alicujus rei, 472, 2. amulare in circumsit est hereticorum et caceremonialis, 292, 2.
Amianus lapis in igne exadit utilior, est symbolum divinitatis, 245, 1.
Amicitia sit non reclusa, sed operata, 570, 2. est vera amicitia inter Deum et Iustum, 130, 2. 521, 2. esse multiplex, 521, 2. amicitia Dei fidelis et secreta est, 190, 2. amicitia mundi que dicitur, 175, 2.
Amicus est quis proximus qui nobis natura conjungitur est, 111, 2. amici multi pro amico vitam exposuerunt, 377, 2. amicus Dei cur dicitur Abraham, 130, 1. cur et Apostoli et iusti, 2.
Amor duplex est, concupiscentie et amicitie, 583, 1. quomodo atramque erga Deum exercere possimus, ibid. amoris vis et efficacia, 80, 2; 233, 2. ipse potentior est quam timor, 298, 1. hominem transformat in remanentem, 348, 1, 2. amor ad Deum sequens, 152, 4. non emittit regnum caeleste, 30, 2; 107, 2. amor amorem non emittit, 573, 1. amor procedit et pulchro et bono, 397, 2. amor facti estiam, 295, 4. 1. transformat beatitudinem quasi in Deum, 2. amoris officium, 400, 1. 1. et sequi, 400, 1. 2. amor hominis, 583, 1. ejus qui vero effectus est iudicis, 26, 1. amor Bontorum erga Deum, 263, 1. amor positus in deo regis, 109, 2. 1. felix conditio regis christiani, 347, 2. amor fraterno se invicem amicit Christianis, 262, 2. amor spiritualis sapio degenerat in carnalem, 61, 1. amor mundi adulterium est, 172, 1. amor eorum auris cinctus olim pingelatur, 110, 1. et erat immundus deorum, 298, 2.
Amphibis eloquentia, 142, 2.
Anaphorice impostura et arrogancia, 106, 2. baptizant amulos, non peccat, 341, 2. negant magistratus et iudicis, 298, 2.
Anaxagora variam patitur significationem, 112, 2.
Ananus Pontifex cur S. Iacobum non tolerat, 8, 1.
S. Andreas in cruce exultat, 18, 1. hic et alij sunt Christum preceperunt, 177, 2.
Anulus in processu visibus apparuit loci Filii Dei, 297, 1.
1. alijque iniquitatem per os suum Bolivar, 182, 2. sequi, 297, 1.
Anselmi sunt creati in gratia, 608, 2. multa a S. Joanne dicitur, 409, 2. mire delectantur vobis immunitatis obsequio, 409, 2. mire delectantur vobis immunitatis obsequio, 409, 2. mire delectantur vobis immunitatis obsequio, 409, 2.
Anselmi error circa absorptionem contemplationem in divinitatis brevem, 410, 2.
S. Anselmus Gonzales nullam in morte serupulum sentiebat, 883, 2. hinc de morte loquebatur, quasi de meritatione ex uno loco in alium, sed meliores, 435, 1. nullam in oratione mentis evagationem sentiebat, 259, 1. ejus castitas, ibid.
Alphabus, flumen Achaie, an in Sicilia demum prorumpat, 157, 1, 2.
Alfercatio S. Michelsis cum diabolo ubi am scripta sit, 668, 2. et quomodo illa sit, ibid.; 668, 1.
S. Amodeus apparuit S. Aldegundis cum his quos ad fidem converterat, 225, 4; 385, 2.

Anchi a quo primum ad Christum conversi, 294, 1. eorum erga S. Petrum devotio, 664.
Anims per peccatum mortitur, 62, 1; 575, 1, 2; 675, 2. magis proprie in sensum quam in rationem, 56, 1. non est particula alijque substantie, 65, 2. amicus natus septem annos, 513, 4. alijque Deo summi commentent, 372, 2. amicos iustitiam que sit ratio, 536, 2. eorum quanta habentia sit ratio, ibid. exi convertere quam sit gloriosum, 247, 1, 2. esse convertes iustitiam peccati, 228, 2. per peccatum marianum, per gratiam vivunt, 226, 2. eorum profectum, 227, 1; 265, 2; 685, 1. eorum apud Deum commendatio optima est, que fit opera virtutum exercendo, 372, 2. eorum immortalitatem negant heretici, 483, 2.
Animales qui dicuntur, 169, 2; 681, 1.
Animalia spirituales, parum vocalia sunt, 71, 1. animalia que non necessarios habent, 159, 2.
Animus robustus et erectus nihil metuit, 590, 1, 2.
S. Anna unum tantum habuit prolem, scilicet B. Virginem, 407, 1.
S. Anno Episc. Coloniensis quare ad gloriam caelestem statim admissus non ait, 327, 1.
Annulus aureum gestant divites, et signum illi splendens, 106, 1. eorum vilitas, 162.
Annus dicitur quos annulus, 189, 2. ejus symbolum est serpens actus in eorum, 147, 1.
S. Anselmi visio de mundi malitia, 293, 1.
Antichristus venturus alius mundi state, 519, 2. quomodo formis venisse jam dicitur, 389, 1. Antichristi quomodo sint nulli, 550, 2.
Anulus regis regis potentem aliquid exillit, 85, 2.
Antichristus Ecclesia videtur facta Patriarchalis, 11, 1.
Antichristi Imperatoris de Christianis sententia, 205, 2.
S. Antonius a Deo sedit et imperavit spiritibus, 31, 1. quis latidum spiritus vultus, 20, 1, 2. eum certantem spectavit Christus, 21, 2. ejus cum domone congressus, 22, 1, 2. quomodo heretice detestatur, 607, 2. quo non stimulo ad perfectionem animaret, 219, 2. quibus verbis in ecclesia audita sit conversus, 86, 2. cum Paulo Eremita quibus sermone miserit, 269, 2.
S. Antonii de Padua lingua integra est post mortem sua reperita, 354, 2.
Antichristus active et passive capitur, 376, 1.
Antichristus cur et unde dicitur Venus, 676, 2.
Antichristus dicitur in Hierosolymis Josepho, 667, 2.
Antichristi libri possunt multa continere vera, 659, 2.
S. Apollonii Martyris in condemnatione iustitiam facit, 342, 2.
Apostasia a fide cur sit peccatum et movetur, 619, 1 et sequi, item ab Ordine et Religione, 630, 1.
Apostasia comparatur magis apostata, 660, 2. hi quomodo dicuntur non esse et vocati, 381, 2; 539, 1, 2. ob eam non est quod filios tulerint, 162. eorum quantum dicitur, 246, 1.
Apostoli an mitras portarent, 9, 2. sunt a Christo ipso immediate ordinati Episcopi, 12, 2. in tribulatione quibus dicitur, 45, 1. sunt principes filiorum Dei, 73, 1. eorum representantur, 110, 1. erant precesse catholice, 211, 1. potentiam a Christo in totum orbem acciperent, 210, 1. id major data fides et gratia extenderent quam alij, 107, 1. an palperint die Dominica resurrectionis et ejus corpus, 398, 2. peccabant aliquid vendit, 537, 1. Apostoli antonomastice dicuntur Patres et Paulus, 15, 1.
Apparuit Christi Jacobo facta quando congerit, 10, 2. apparuit Filii Dei in carne quomodo peccata, 320, 1 et sequi, in apparitionibus veteris Testamenti representatus fuit Filius Dei, 307, 1.
Appetitus inferior quomodo possit moveri dicitur, 83, 1. is mortificandus mundum cor habere vultum, 93, 1. ejus naturalis inclinatio ad bona sensibilia, contraria legi Dei et rationi, est concupiscentia, 85, 1.

Caritaris quidam ob humilitatem prepositus a Deo est S. Antonio, 46, 1.
Coranastili unde dicta filia Job, 210, 1.
Coramantur olim baptizati, 285, 2 et seq. et hinc corona ab Episcopo benedicebatur, *ibid.*
Corone tres tabernaculi representant tres aereas celestes, 335, 2.
Corpus humanum constat ex aqua et sanguine, 245, 3. cur vocetur tabernaculum, 425, 2 et seq. ejus fabrica docet hominem multa audire et pauca loqui, 74, 1, 2. id facile frangit, qui loquax potest, 139, 1.
Corpora resurgunt in resurrectione in statum perfectionis, 187, 1; 480, 2. corpora bestia sunt lapida et splendida, 66, 2. corpori celestia sine strepitu motum suum prestant, 74, 1. corpora mixta resolvuntur ab igne extremo conflagrationis mundi, in elementa, 477, 2.
Corruptio est modesta et juvenis, 156, 3; 323, 2. corruptio alium id facit ut inferioriora petens, quam per juncium eum increpando, 322, 1. ut consideret an idem aliquando vitium non habuerit, 187, 1.
Cosmus Abbas etiam mortuus aversus est hereticos, 636, 2.
Creare et creatura capitur subinde pro ordinare et ordinatione, 297, 1.
Creatura omnes sunt instabiles, 601, 1. militant Deo ad vindictam impiorum, 502, 1. unde nonnulli voluntur in irritamenta concupiscentia, 547, 1. autem a Deo bonitate hauriunt, 52, 2. Ita adherens fit instabilis, 49, 1.
Credendum jam quae postea ad verum videbimus, 260, 1. credendum in Christum habet in se Deum testimonium, 415, 1. credere Deo quam sit difficile, 129, 2.
Crescere in spiritu et Dei cogitatione nos semper oportet, 279, 3. et seq. 430, 2.
Crocodylus symbolum est tenebrarum, 385, 2.
Crux sanctitatis magistra est Sanctis, 397, 1. est paupolis hominis Christiani, 216, 1, 2. est tessera militie Christiane, *ibid.* quam sit dulcis et *ibid.* 18, 1; 18, 1. crux ob Christi contactum adoratur, et nia quilibet, 266, 2. ejus virtus, 268, 1. ejus lignum est ab igne conflagrationis mundi immuna, 188, 1. fuit carnis triumphus Christi, 306, 2. est via ejus in caelum, 304, 1. crucis signum Christiani praedicebant litteris suis et monumentis, 12, 1.
Crocodylus Christus est velut succulus arbori insertus, 80, 2.
Cradulas hereticorum, 678, 2.
Cultus (sui) pariter est actus justitiae, 392, 2 et seq. 319, 3.
Cultus modesta decet mulieres, 319, 3.
Cupiditatem quibus quis vivens servit, memoria etiam in morte recurrit, 117, 2.
Cupido summus deorum est Genibibus, 59, 2. ex concupiscentia natur, quomodo in pinguitur, 60, 1. ejus descriptio, *ibid.* et seq. ejus varia nomina, 2. — Vide Concupiscentia.
Curam nostri habet Deus, 380, 1.
Curiositas damna veris adest, 688, 1.
Currus stercorum diell sunt quidam Anabaptista in Hollandia, 169, 1.
Custodia Dei erga sui mura, 217, 1.
Cyprini modalis in vultu, 325, 2. tortori suo dedit 35 aureos, 374, 1. etiam mori proximus suos est exhortatus, 2.
Cyricus Abbas a B. Virgine reprehensus quod in cubiculo filios Nestarii haberet, 617, 1.
Cyris imperium a Deo inilit, et cum eo navavit, 214, 2.

D.

Daemones non solum, sed annulum significant, 100, 1.
Demon vox unde deducatur, 163, 1; 393, 2. demones

an fidem habeant, 137, 1. sunt mystelice, 101, 1. quomodo per omnia nos latent, 391, 2. an in inferno horribilia assumant corpora et damnatos magis crucient, 444, 1, 2. poenitere nolunt peccati, 444, 1. ante diem judicii cruciantur ignis, sed in judicio crescent eorum poena, 446, 1; 663, 1. no, potius resurgunt per penitentiam, 443, 1. eorum peccatum fiat superbia, sed in quo ea sita fuerit, 2. nunquam salvabuntur, 334, 1; 444, 2. ubi creati sint, 443, sunt creati in gratia, 660, 2. non sunt natura mali, *ibid.* quibus vinculis aeternis ligati sint, 661, 1, 2. eorum plurimi sunt in aere, *ibid.* nocere nobis nequeunt nisi per quibus, *ibid.* — Vide Diabolus.
Damnatorum confusio et pudor in judicio quantus, 560, 1.
Damnati non amplius habent fidem, 127, 1. statim a morte rapiuntur in tartara, 459, 1. damnati aliqui nemel, no a Christo ad inferos descendente liberati et salvati, 236, 2.
Damnatorum plures quam salvatorum, 116, 2; 115, 1.
Dare Deo proprium est, 85, 1.
Datum est idem quod donum, 65, 3.
David fuit typos regae ac pater Christi, 377, 2. quomodo se ad judicium Domini paravit, 488, 1.
Dat capitur etiam per ergo, 604, 2. etiam pro enim, 52, 2.
Dehora et Baruch quid mystice denotent, 432, 1.
Decalogus semper obligat, quia est lex natura, 87, 1. etiam quomodo unum peccato quis transgrediator, 113, 2 et seq. *ibid.* nulle dicitur, 459, 1.
Delectationum duna, 262, 3 et seq. 152, 1.
Delectatio (sive) gratia est amor in peccato, Deus neminem reprobat, 482, 1.
Demetrius, quom ab hospitalitate S. Joannes commendat, quatuor, 412, 1.
Demosthenis vis in dicendo, 216, 2.
Demotus hominum quom inest virus, 33, 2.
Desideria carnalia que dicuntur, 294, 1.
Despicere et dispicere quomodo differant, 676, 1.
Desunt omnia Christo in pauperibus, 578, 3.
Detractionis vitium quam commune sit, 168, 2. fit quomodo modis, *ibid.* ipsum quam grave sit, *ibid.* et cur sit abominabile Deo, *ibid.* ejus malitia, *ibid.* 147, 2. quom illa sit fugienda, 188, 1. in ea triplex vobis committitur homicidium, 370, 2. ejus varia sunt genera, 278, 1, 2.
Detractor quomodo legem judicare dicitur, 187, 1, 2. Item Deum, *ibid.*
Deus vox unde dicitur, 35, 1. Dei definitio, 36, 2; 507, 1. pro eo pati quam sit gloriosus, 19, 1. est omnium regum Dominus, 12, 1. est aeterna, immutabilis et essentialis existentia, 33, 2. quomodo sui doni dicit, 35, 1. ejus propitius ad se communicantem Fidei et Spiritus Sancti, tum angelis et hominibus, 2 et seq. in justificatione separum animarum communicat, 16, 1. ejus magnificentia quamduplex est, 35, 2. diversimode et multipliciter se honorat communicat, *ibid.* et seq. fit plura quam regitur, et antequam regatur, 37, 1. in die judicii exprobabit inquis quod data gratia sint abusi, 29, 1. cur sepe fides non extendat temporalia potentes, 42, 1. et tunc negando petita misericordes; Frigiditas, iratus, 174, 2. aspe fides est fiducia defectum in virtutibus supplet, 43, 1. non est auctor mali et peccati, 51, 1. quadrupliciter intendant molorem est, 2. totus est bonitas, 32, 1. ejus bonitas naturalis que sit, 2. est per essentiam bonus, et ipsum bonum, *ibid.* est seo per se perfectus, *ibid.* vincitur ab amore, 60, 1. nil dat nisi bonum, 63, 2. et seipsum lumen optime repraesentatur, 65. I quod modis dicitur pater omnium 2 et seq. est ad intra lux creata et originalis, *ibid.* est auctor omnium luminum, 63, 1. apud eum non est transmissio, nec vicissitudo obumbratio, 67, 4. est immutabilis diversimode, 6. est semper in benefa-

ciendo sui similis, ne, 1. nos genuit voluntario, quomodo, 69, 2. ejus venientia, 73, 2. judicium tranquille sine ira, 77, 1. puritate delectatur, 94, 2. ejus sanctitas, *ibid.* puris delectatur, 94, 2. non est acceptor personarum, 98, 1. pauperes eligit, 100, 1. et diligit, 108, 1, 2. misericordia magis alicui quam justitia, 116, 1, 2. ad misericordiam, 176, 1. quomodo sit adest, 177, 1. solus ipse animam implet, 253, 2. cum eo conversari, reddidit sanctum, 263, 1. semper accedentes ad se exipit, 280, 2. ubique praesens est, 338, 1. ejus patiens longanimitas erga peccatores, 359, 1. suos maxime patitur et probat, 370, 1. disponit omnia mala quibus sui affligitur, 372, 2. gerit curam nostri, 389, 1, 2. delectatur nostra de se confidentia, *ibid.* liberalitate non vincitur, *ibid.* maxime suos adest in rebus desperatis, 21, 2; 230, 1. suos confirmat, pericit, solvunt, diversimode, 399, 1. nullam dat homini gratiam, nisi per merita Christi, 407, 2. ipse solus essentialiter habet naturam divinam, 411, 2. in Christo sibi compiacet, 439, 2 et seq. cur homini peccanti pepercit, non angelis, 448, 2. res creata possunt eo jubente in nihilum redire, 475, 1. omnia tempora in momento perit, 479, 1. neminem vult damnari, sed omnes salvari, 482, 1. potest casus mutare, 484, 2. ipse ubique pro oculis habendus, 492, 1, 2. ejus aeternalis omnia tempora amittit et complectitur, 505, 2. est virus et originalis via omnium aliarum virtutum, 281, 1; 218, 1. ubi esset Deus cum nihil vel nullus locus esset in rerum natura, 520, 1. ejus et lucis analogus, 523, 1. in eo non sunt tenebrae, et que, 524, 2. est justus cum peccata condonat, 539, 2 et seq. quos ipse amat, eos facit sibi in rebus respondere, 569, 1. est summo justus, 569, 1. est major iudex quam sit conscientia, 581, 2. voluntatem timendum se facit, 582, 1, 2. manet in obediendo quintupliciter, 584, 1. in se est charitas formalis, in nobis causalis, 594, 1; 597, 1, 2. ejus in nos charitas, 592, 3; 593, 1, 2. ejus essentialis nemo videri vidit, 591, 2. quomodo eam videant beati, *ibid.* non potest imagine ulla exprimi, 595, 1. habitat in amante et justo, 598, 2. quos tunc ibi producat effectus, 609, 1. ejus cognitio summum est bonum hujus vitae, 625, 1. est sibi lux, nobis caligo, 648, 1. vocatur dominator dominus, 658, 2. natura sua est impeccabilis, 667, 2.
Dil quod erimus in caelo, 565, 1, 2. deorum filios se esse multi Genitiles iactabant, 565, 2 et seq. et hos omnibus cupidibus suis praeferebant, 216, 1.
Deuteronomium libri sunt qui dicuntur, 489, 1.
Diabolice propitius nam dicitur, 168, 1.
Diabolus quales sint in Gallia heretici, 446, 2.
Diabolus vox unde dicitur, 391, 2. est idem quod criminatur, 666, 1. est adversarius noster juratus, 391, 2. ejus invisida erga nos, 399, ejus superbia, 392, 1. vocatur lex, *ibid.* et seq. quam scientiam docuerit, 163, 1. psalmistam mittens eorum habet, 215, 2. magister hatericorum est, 149, 2. est auctor concupiscentia, 517, 1. quomodo cum S. Michaelis sit altercatu de Moyse corpore, 668, cur amet porcos, 469, 2. fugatus et victus redit iterum hieramaque, 181, 2. est myrmicoleso, *ibid.* enim insulsi, *ibid.* victus contigit ad insulas, 181, 2. sanctorum magis inest, 122, hebraice vocatur asur, id est hircus, 209, ejus natura, mores, fraudes, sacris describuntur, 292, 1 et seq.; 503, et seq. cur circumcit, 394, 2. ejus fraudes, *ibid.*
191, 1. ejus sagacitas, 295, 1. quibus armis vincatur, 2 et seq. in diabolo vincitur, cur, 668, 1. ejus odium erga Deum

573, 2. nihil potest in vere justum, 625, 1. ejus virtus suat a Christo occidere, *ibid.* hominem in morte quomodo tenet et oppugnat, 638, 2. an diabolus particulariter antiquissimum homin quilibet habet, 302, 1. vincitur maxime famulis spiritualibus, 29, 1. quomodo ab initio peccat, 569, 1, 2. quale ejus peccatum fuerit, *ibid.* ex diabolus est qui facit peccatum, *ibid.* — Vide Demones.
632, 2.
Diabolorum quod esset officium, 632, 2.
Diaconus in necessitate an sacramentaliter passim absolvere 220, 2. potest absolvere ab excommunicatione, *ibid.*
Avavia quam veram significationem habet, 624, 1, 2.
Didymus Alexand. in Epist. Canonice est commentatus, 5, 2.
Dios boni dicuntur felices, tum bujas, tum futura vita, 227, 2. dies visitationis que dicitur, 290, 1. dies revelationis est dies judicii, 232, 1. — Vide Judicium. Diei apud Hebraeos partes et horae erant quatuor, 519, 2. dies unde in Judaeis dicitur dicitur, 527, 1. dies iustitiae vultur fides et Evangelium, 434, 2. item beatitudo celestis, 425, 4.
Difficultates rei saepe minuuntur in ejusdem acceptance, 377, 1.
Difficultas in oratione displicet Deo, 40, 2 et seq. Dignus articularis quis, et cur in eo annulus gestatur, 159, 1.
Digne Deo quomodo aliquid fiat, 612, 2.
Dilectio est Deus, 594, 1. eam quanti ipse faciat, 594, 2. dilectio nostra quomodo se debet extendere, 270, 2. eam Christus sua maximo commendat, 110, 1. actus dilectionis Dei super omnia peccatores justificat, 336, 1. sit realis et operosa, non verbalis, 579, 2. huic, non soli fidei, promissus est regnum Dei, 593, 2. dilectio mira vult primorum Christianorum erga Christum, 252, 4. — Vide Amor, Charitas.
Diligat qui non, non novit Deum, 392, 1. Deum diligens, diligit et proximum, et diligens proximum, Deum diliget, 606, 1, 2.
Diluvio meri non omnes sunt damnati, 337, 2; 338, 2. ipsum fluit Dei patientia, cur, 330, 1, 2. est figura baptismi, 350, 1.
S. Dionysia Martyr quam generose Arianis responderit, 49, 1.
Diostrophus an fuerit Episcopus, an vir alicuius potens et arrogans, 644, 1. fuit Episcopus dejectus, 2. ejus insolentia, *ibid.*
45, 2.
Dioctes quatuor diversa significat, 258, 1.
Dioctes capitur pro ignavo et dissoluto, 258, 1.
Disciplinam religiosam in aliquo ministerio vigere unde intelligitur, 91, 1.
Discipulorum est audire, docentis loqui, 72, 1.
Discretio spirituum est magnus Dei donum, 287, 1.
Dispersis Juliano quibus S. Jacobus scribat, 10, 2.
Disputare de fide non est lateorum scribam, 656, 1.
Dives apud Deum quis sit, 315, 2. dives quomodo possit in humilitate sua gloriar, 46, 2 et seq. divites singulantur qui in pauperes dicit, 579, 1. hi aegre eorum ingraduntur, 107, 1. quam difficulter Deum amare queant, *ibid.* hos non oportet praefere pauperi, 97, 1. id facienda possit peccare aliquando mortaliter, 101, 1. divites hic est in futuro cruciantur, 196, 1. quare plorare et singulare debeant, 2 et seq. eorum splendore in quo singularitas, 47, 2. que serum Amona, 1.
Divinitatem (in) injuriis suis heretici, 151, 1 et seq. ejus symbolum est amantibus lapid, 225, 1. dicitur Christi constituitur, 501, 1, 2 et seq. 506, 2; 608, 2 et seq.; 611, 1; 624, 2 et seq. illi non est passa, 342, 1. arboris trementis assimilatur cui humanitas inserta est, 80, 1.
Divinum est amantur conversioni studere, 227, 2.
Divitiam quare sint contemptum, 104, 1 et seq. sunt formiles omnium vitiorum, 107, 2. infanti divitem, 108, 2. sunt tantum deo fieri, 46, 2. parant superbiis, 46, 1.

per se non sunt honoranda, 103. A. De curia conce-
ditur, 92. 2. in annis humanum cogitationes
profundat, 145. 1. dividit verum virtutes, 101. 1.
105. 2.

Facultas est pars prudentia, 14. 1.

Acizitas et Indis quomodo differant, 24. 1.

Doctor docet Errare, nisi iustus dicit Spiritus Sanctus, 595.

1. doctores vocari possunt spiritus, 580. 1. coram in
calo ingens est gloria, 855. 2. doctores perveris loquan-
tur lingua dehonora, 142. 2. doctores multi dum sunt,
qua mala sequantur, 138. 1.

Doctores est gradus in Ecclesia, 132. 1.

Doctrina Evangelica laici sumit est, 277. 2.

Dolorem habet reus in lingua, 149. 2. dolores vita hu-
jus quid modicum sunt, 3. 1. Dolores Christi fuisse in
carne, sed maximi in spiritu, 315. 1.

Dolus quid sit, unde dicitur, 274. 2. ejus veritas apud
Græcos, 485. 1.

Domicilium quomodo spernentur fructus, 307. 2.

Dominabitur et Dominus quomodo differant, 297. 2.

S. Dominicus iustus sit verus Deus, aut de Deo formatus,
361. 1. quodam a Deo prius impetravit, 40. 1.

Dominium sui in res omnes negat homines, 451. 1.

Dyemonas proprium episcopus Dei est, 12. 1.

Dyemonas Imperator, Augustus, 632.

Fa. Domitilla martyrium pro virginitate obtulit, 311. 1.

Fides spiritualis que dicitur, 282. 2.

Deus Dei optimus et perfectus sunt, 61. 1. deum perfe-
ctum quid sit et intelligat, 632.

Arca quia variis significat, 432. 2. et seqq. 656. 1.

Uraniana sui fuerit illa Electa ad quam S. Joannes secon-
dam epistolam scribit, 632. 3.

Dabalans in ordine videtur dans habere animam, 41. 2.

Dalecoo christianitas et sancta vita, 353. 1.

Dapliel cocco qui sinit, 182. 2.

Duplicitas in oratione qua sit, 45. 2. et seqq. que sinit
origo et radix, 171. 2.

Duri duro herognandi, 476. 2.

Adactar quid significat, 301. 1.

E.

Electi cur dicantur diaconi, et Episcopi, 632. 1. 2. electi
quibus S. Petrus scribit, 257. 4.

Electio duplex est: una ad fidem et gratiam, altera ad glo-
riam; rursum alia absoluta et effectus, alia inchoata et
condonata, 429. 1. 2. electio ad gloriam a Deo sit ex
gracis eunisque meritis, 421. 2.

Electomyia quomodo homo, et monaster, 113. 1. sola
non servat; et reliqua græcorum videntur, 112. 1. ipsa
dilat, avariti depauperat, 158. 1. sacrificium est, 53. 1.
est semet magna mensis, 2. pira ludo similis est,
fidei ejus lex obligat in gravi necessitate, 578. ea danda
e magno affectu commiserationis, 363. 2.

Elementa in flagitium quæ et quomodo solvenda sint
calore, 487. 1. non sunt dissolvenda, sed tantum er-
tonanda et liquanda, fidei, 489. 2. elementa quatuor
quodlibet representant concupiscentiam, 518. 2.

Elementa sunt etia anglica, 224. 1. nominis ejus etymon,
fidei, ejus relus et arbor, fidei, 2. an sit Phinex
nepos Aaronis, fidei 1. ejus in orando fiducia, fidei, ejus
elegium, 221. 2. an sit ob nimium zelum raptes in
celestis, fidei, arboris ejus vitæ, fidei, 225. 1.

Elas Episcopus Hierosolymitanus precibus famem Palesti-
ne induxit, 225. 2.

S. Elisabetha Hungarie regis illa est aspectu crucis viri
composita fuit, 307. 1.

Eligi Elementi Orthodoxi generorum responsum Imp.
Volanti, 48. 1.

Elxai heresia que oriet, 614. 2; 226. 2. ejus nomen quid
significet, 626. 2.

S. Elnarius Comes a passione Domini suam mansuetudi-
nem hausit, 366. 2.

Emendatio vitæ legit peccata, 358. 1.

Emperatores, diversitate accipitur, 289. 2.

Emilia possident nuptias et abundantiam cibis, 666. 2.

Eneyrias episcopo que olim dicebantur, 4. 1.

Enchir quoniam variis significet, et sape orationem inchoat,
43. 2.

Enthusiaste docebant contemplatione estimare hominis
humilitatem in delatis abyssum, 416. 2.

S. Ephrem in mentis tranquillitate rogabat sibi certamen
restit tentationum; 22. 2. totus est in laeta et com-
ponitione, 181. 2. assidue iudici rotabantur, 115. 1.

Episcopus inavali suggerente Galvus, 464. 1.

Episcopatus olim non honores et opes, sed omnia inclu-
bat, ideo cum multi refugiebant, 860. 2.

Episcopi dicebantur a Romanis annoque protriorer, 92. 1.

Episcopi litteras de Electione suam missi olim reci-
pere solebant et legere, item ad alios scribantur, episto-
las encyclicas, 1. 1; 68. 1. eorum quod sit officium
et vi nominis, 379. 1. 2. insignitissimi nominum 369.
1. 2. cur crucem auram in gestore gestent, 379. 1. 2.
cur in ditione, 590. 1. visitant omnes hospites ad se venien-
tes iustitiam ad eorum in Ecclesiam firmitatem, 242.
1. olim et monarchia et contemplativa eligebatur, 614.
2. in subdit reges, 397. 1. 2. Episcopi plures sunt in cir-
culu non sint, 133. 2. Episcopi avari supplicium, 258. 1.

Epistola est velut apostola, 502. 2. epistolæ Christiani
Dei, S. Trinitatis, aut Christi nomen a efficiant, 12. 1.
epistola Catholice que sint et dicuntur, 1. 1. rectum
de vultu Canonice, 2. 1. sunt Scripturæ canonice, fidei,
eorum inter se consensus, 2. quæ etiam sit ordo, 4. 1.
Scripte sunt græce, 404. 2.

Epistoliarum Paulinarum difficultas, 493. 2.

Epistola S. Jacobi ab hereticis rejicitur, et cur, 4. 1.
ostenditur esse Canonice, fidei, et seq. cor alio epis-
tolis in serie preponitur, fidei, ejus argumentum, 2
et seq. est canon fidei et vitæ Christianæ, 5. 1. quibus
scripta ab eo, fidei, scripta est græce, 2. uter Jacobi
cum scriperit, 6. 1. an in ea etiam nomen Apostoli,
44. 2.

Epistola S. Petri prima, Canonice est et scripta Roma, et
quando, 216. 1. et qua lingua, fidei, scripta primario ad
fideles dispersos Judæos, 2. ejus argumentum, 231. 1.

Epistola secunda S. Petri stylo dissidet a prima, 481. 1.
est Scriptura canonice, fidei, exat etiam syriace, fidei,
ejus auctor S. Petrus, 2. quando ab eo scripta, et ubi,
fidei, ejus quod ad argumentum, 401. ut quos sit
scripta, 405. 2.

Epistola prima S. Joannis Canonice est, 498. 1. ejus
auctor, fidei, ejus argumentum quid sit, 501. 2. scripta
est ad Parthos, 502. 1. item græca, 2. epistole duæ
posteriores S. Joannis sunt Canonice, 629. 1.

Epistola S. Jude est Canonice, 649. 2. cur de ea aliqui
dubitent, fidei, est græce scripta, fidei, ejus laus et elo-
gium, fidei, ejus argumentum, fidei, 650. 1. ejus qui
faciunt interpres, 2. valde similis est epistolæ se-
cundæ S. Petri cap. 1. et m, fidei, cur ultimo loco in
ordine biblico ponat, fidei.

Epistola de malis doctoribus sub nomine Sixti III edita,
est supposititia, et Pelagianis ostensam, 6. 1.

Escala quem variis significet, 397. 1.

Escalada nunc incipio, nunc precipio, 469. 1.

Esoterice que proprie sit, 428. 2.

Esque quam diversa significant, 399. 2. conjuncta sunt
cum immiserordia, fidei, epularum damnæ, fidei, 1.

S. Equillus coditus domum praedicationis accepit, 34. 2.

Erasmus arctianus presbiter ubique, 623. 1. 2. Filium Dei per-
peram vocat veronem, 314. 2. ejus expositio de pro-
phetia Deo Patre explicatur, 433. 1. ejus error circa
baptisimum parvulorum, 346. 2.

Est cum de Filio Dei dicitur, notat ejus immortalitatem,
generositatem, divinitatem, 503. 2. et seqq. et per-
manentiam, 505. 1.

Esque etiam eademdem fraudulentam significat, 299. 2.

Error duplex est, fidei et morum, 282. 1.

Essendi delicti, que eorum sanctorum, 252. 1. coram pro-
fite, opera et grandia, 2. eorum continentia et mo-
dus, fidei.

Essentiam Dei anno potest videre vivens, 501. 1. cum
quodam beatæ, 564. 2; 565. 2. essentiam divinum Christi
Apostoli in transfiguratione non viderant, 428. 2. et seqq.
Et sape capitur pro esse, 305. 2.

Evergi Abbatis de silentio græmie, 118. 1.

Evangelium S. Jacobi supposititium est, 9. 1. Evangelium
solum speculum est, 83. 1. h. non facta Christiania li-
bera ab observatione mandatorum, 87. 1.

Eucharistia (in) Christus nobis inseritur, 30. 2. in ea non
videtur, sed creditur, 232. 2. et seq. in ea Angeli Chri-
stum adorant, 256. 2. et seqq. ipsa est gratia gratiarum,
269. 1; 557. 1. olim recens baptisimatus dabatur, 278. 1. laici
conferuntur, fidei, est visum Christianorum, 493. 1. quomodo
vocetur antiphya, 340. 2. per cum laus divina, in-
tura continetur, 115. 1. est formæ mortis, 397. 1. 2.

Eyza et votere et verari significat, 647. 1.

Eyza Magnæ gentis punitus, 229. 2.

Eumotus dicebat Filium non esse Verbum, 614. 1.

Eudocera quid proprie sit, 614. 1.

Eurym quid sit locus, ipse symbolum inconstantis est,
44. 2.

Eusebius anachorita quomodo parvum in audiente vixit,
in Ecclesia populumque id se punit, 25. 1; 204. 2.

Eusebius Semonastis generosus contra Constantinum Impi-
Arrianum, 18. 1.

Eusebius Vercollensis matuit fame mori, quam ab Arriano
Canonice numerat, 616. 2.

Euthymius docebat baptisimatis Christi a delato Tuise
consumptum, 410. 2.

Euxinamides sunt episcopi a fidelibus, 580. 2.

Euxini via major quam verbi, 295. 1. ea quantum pos-
sunt in utrumque partem, 208. 1; 648. 1. exempla
fortiam docere fortitudinem, 207. 2.

F.

Fabula Gentium, et Juivorum, et hereticorum que,
428. 1.

Facies in speculo videtur, non ejus imago, 83. 2.

Facies humana quam incantans, 42. 2.

Faciuntur admodum vitandi, 42. 2. — Vide Mulleres.

Faciunt obedientiam hominibus in statu innocencie, 161. 2.

Faciunt in homines benigni fuerit, 151. 1. mille non
construntur, sed domantur, 122. 1.

Facies etymon quod sit, 134. 1. fides et spes quomodo
insistent differant, 46. 1. fides subinde caput pro
credulitate humana et probabilis, 2. fides omnium
quomodo sit aequalis, 407. 1. respectu accipientium
dicitur sorte, id est gratis, 2. est religionis fundamen-
tum, 890. cur vocetur unctio, 533. 1. est locus, 442.
2. radici comparatur, 429. 1. sax habere debet
dotes, 132. 1. est fidelium custodia, 247. 2. excutit eos
ad quibus tendendum, fidei, hæc tribulationibus explo-
rator, 256. 2. fides operosa et dominica vivit mundum,
608. 1. vivit quousque Deum contemplantur, 2. est ex gra-
tia Deo, non ex nobis, 108. 1; 127. 1; 200. 2. vera
peccat, 124. 2; 125. 2. ex hæc diaboli est, 137. 2. et
injusta, 124. 1. 2. et tunc non sit fides, fidei, sola non
sufficit, 124. 1. 2. et tunc non sit fides, fidei, 122. 1. et seqq.
127. 2. fides vera infinitum esse justificationis,
707. 2. ejus tunc est admirabile, 292. 2. superat omne
lumen philosophiarum, fidei, habet promissionem vite
aeternæ, 615. 2. et seqq. ea opposite diaboli vincitur,
295. 1. fides Catholica que dicitur, 1. 2. hæc dicitur
iustitiam etiamque pauperum, et proinde repugnat
accipere peccatorum, 18. 1. fides non manet in damna-
ti et demonibus, 137. 1. pro fide pati quam sit
gloriosum, 104. 1. fides triplici orationi necessaria, 39. 1.

Fidelis major est toto mundo, 580. 1. ejus est lapidis varice
vulgæ, 282. 1. est templum Dei, 683. 1. in afflictio-
ne sit inlar mensuris, 16. 3.

Fidelis sunt socii Christi et Dei per fidem, spem et chari-
tatem, 221. 1. et quomodo, 2. possunt excidere a gra-
tia, justitia, fidei, 592. 1; 538. 2. sunt cives celi, hos-
pites terre, 248. 1. per baptisimum maxime sunt nota
Christi coevalera, 71. 2. eos Deum rationem veram, et cur,
368. 1. 2. imitentur vitam castitatem, 494. 2. singulari
sunt mystice sacerdotibus, 256. 2. et reges, 283. 2. audi-
tus Dei verbum ruminant, 55. 2. charitate secretis sio-

erat mundum, 807. 2. exom tres gradus representatur per sanguinem, aquam et spiritum, 814, 1. — Vide Christiani.

Fidelitatis symbolum est cingulum, 558. 2.

Fiducia oranti necessaria, 39, 1. 2. unde haec oritur, 40, 1.

Filiatio Dei est stimulus ad heretica opera, 561, 2. et seq.

Filius cum apud Hebraeos jungitur gentili panem vel panem, idem est quod dignus, 461, 2.

Filius Dei quare vocetur Verbum, 513, 1. et seq. item ratio, 2. item opus, ibid. item virtus, 515, 2. item forma, ibid. item definitio, 514, 1. item causa et sermo, ibid. cur patius dicatur Verbum quam sermo, ibid., 2. et seq. improprie dicitur sermo, 515, 1. quibus modis solus erit personalis iudex Iudaeis omnes homines, 523, 2. quomodo hic sit apud Patrem, 529, 1. — Vide Verbum.

Fori Dei huius per gratiam, 569, 1, 2. eorum tessera sunt iustitia et charitas, 572, 2. et seq.

Foris inquit mundi, 450; 451, 2.

Flaximorum blasphemia dogmata, 451, 1.

Flamma Diaboli Romae non licebat iurare, 241, 2.

Flandrum apud Hebraeos est, 185, 1. 2. et seq.

Floraes quam heresi sunt vita, 46, 2. et seq.

Florant heretici negant resurrectionem, 474, 1.

Formae vox unde dicitur, 469, 2.

Forsum dicitur a ferore, 47, 1.

Fons cupidinis Capiti ejus esset potentia, 51, 1. fontes ordinari non sicut simul dulcem et amaram aquam, 137, 2. sunt aliqui tales, sed eam dant diverso tempore et loco, 1.

Formae mulieres studiosi sunt, 312, 1, 2.

Formata littera que decenter olim, 613, 1.

Fortes viri in tormentis velut incendii sunt, 397, 1.

Fortitudo eloquio delectatur, 359, 1.

Fortuna relicta dat spem oppressis, 159, 2.

Fortium unde dicitur, 469, 2.

S. Franciscus inimerica erat detrahentium, 187, 1. in causa gaudet, 184, 2. a se non erant quam bene Deum et se, 68, 1, 2. ubi humilitatem exaltari meruit, 45, 2. ejus in spiritu letitia, 83, 1, 2. ejus in misericordia tolerantia, 336, 2. charitas erga Deum, 601, 1.

S. Franciscus Xavierius gaudebat in tribulationibus, 17, 2. magnam ejus apud Iudaei hominem et opum, 8, 1. quotidie de passione Christi meditatur, 306, 2.

Frates Christi qui discedunt, et quomodo, 646, 2. et seq. fratres se invicem vocabant primi Christiani, et qua occasione, 123, 2; 397, 1.

Frigus etiam in inferno reperitur, 445, 1.

Fronte (in) cur negantur fideles in Confirmatione, 560, 1.

Fruetus temporali et serotini qui dicuntur, 266, 1. qui fructus precii in terra, 305, 2.

Fuga saeculi hominem ab eo immaculatum servat, 95, 2.

Funes peccatorum qui sunt, 569, 2.

Fur (quomodo in) venire Christus ad iudicium dicitur, 482, 1, 2.

Futurum saepe usurpat pro imperativo, 559, 2.

G.

Gaar Hebraeorum quid sonat, 669, 1.

Galileorum aecta quae esset, 286, 2.

Sarrus verba inconsiderate effundunt, 89, 1.

Garrulitas signum est insipientiae, 74, 2.

P. Gaspar Bartheus quam carus et venerabilis esset Armatus Soracens, 8, 2.

Gaudendum quare sit in tribulatione, 16, 1, 2. ita gaudetur viri solide virtutis, 48, 1.

Gaudium plenum nascitur ex testimonio bonae conscientiae, 592, 1. et seq. in tentatione demonis vincit, 29, 1.

Gaudium bestorum in coelo quantum sit, 353, 1.

Gebensae vocis alyman et significatio, 159, 1.

Gemitus est animi mulieres, 287, 1.

Generatio spiritualis et divina similis est carnis, 551, 1.

Generatio peccati et virtutis, 62, 1, 2.

Generositas difficultates omnes expulserat, 498, 2.

Genites suis in propositis addunt: Si diliverit, suis volentibus, 493, 2. adorantur homines ut deos, 667, 2.

eorum qui sint fabula, 428, 1. eorum imputat, 161, 2.

Georgii Saxonie Ducis de Lutherana fide opinio, 127, 1.

S. Gerson Martire S. Evergistum Archiepiscopi. Coloniensis de sepulcro est allocutus, 365, 2.

Gigantes prisci fere typos haereticorum, 447, 2. item diabolus, 326, 1.

Gigimur a Deo, ter, 79, 1. et quomodo haec generatio paratur, 2.

Gloria definitio, 388, 2. cur soli Deo debeatur, ibid. quomodo saepe sumitur pro gratia, 489, 2. gloria titulus compendit Christus, 99, 1. gloria Sanctissimum in coelo quanta futura, 251, 2. gloria Christi in transfiguratione in quo eluxerit, 479, 1. cur vocetur beatus, 408, 1. gloria, 387, 1. pro gloria aeterna pati facile est, 49, 2. haec vocatur corona vite, cur, 49, 1. plenum avertendum, 298, 2. et omnia a Deo promanant, 66, 2. gloria mundanorum est velut flos fani, 46, 2.

Govon unde dicitur, 159, 2.

Gnostici quales heretici, 428, 1. consebant omnes fideles sola fide salvari, 525, 1; 526, 2. adhibantur ad iudicium, ibid. suam pietatis scientiam, erant ignorantia, 494, 2; 674, 1. eorum murmura, 679, 2. quomodo Dei iniquitatem blasphemant, 665, 1. 2. et seq. 669, 2. eorum aedem et obscuritates, 91, 2; 164, 2; 649, 1; 662, 1. et seq. 679, 1; 679, 2; 678, 4; 683, 3; 886, 2. eorum somnia, 653, 2. spernentia dominum, 665, 1. propina ad ethiopicum accubant, 466, 1. eorum aedem, 467, 2. et seq. 475, 2. similes vultu patris, 469, 1. eorum stultitia superiora, 456, 2; 678, 2. eorum delicta, 458, 1. luxuria, 459, 1; 460, 1.

S. Gorgonius: prologium a modestia, 316, 1; 324, 1. ejus nitida verba que fuerunt, 69, 2.

Grotus scholastici licite admittuntur, 135, 1.

Grua lingua quam esse Hebraeos ovis et unius, 5, 2.

Gugel patris dant Eucharistiam, 278, 1.

Gratia Dei cur vocetur semen, 576, 1. praeservat a peccato majore, 621, 2. ejus vari effectus, 411, 1. et seq. ipsa est semen gloriae, 337, 2. tam est effluat et omnes peccatum excludat, 576, 2. non est nobis coarctatur, sed a Deo infunditur, 80, 1. ejus tria iudicia, 575, 2. eam adagere quomodo semper possumus, 367, 1. ipsa est causa accessus nostri ad Deum, 182, 2. ipsa cur dicitur vita, 319, 2. gratia perfectio dicit potest donum perfectum, 64, 2. gratia Spiritus Sancti per animum dicitur, 363, 1. gratia iustitiam ad causam formam iustitiam nostram, et adaptationis ad gratiam et ad deificationem, 612, 2. gratia exaltans et sperans praesentem voluntatem, 415, 1. ab ea habet opem, omnem dignitatem et meritum, 2. gratia ad bene vivendum a Deo postulanda est, 64, 1. eam dat Christus ad mandata sua servanda, 608, 2. ea sola homo se converterit, non naturae viribus, 409, 2. gratia datur in Extrema Dictione cum recipienti, 217, 2. gratia Christi donat et dicitur omnia, 313, 2.

Gratia accepta in proximos communicanda, 860, 1. gratia semper Deo agenda, 476, 1.

S. Gregorius Magnus Pontifex insignis fuit animarum reparator, 809, 2. cur volebat appellari Episcopus universalis, 376, 1. praevidit angelum excepit, 93, 2. Gregorius Nazianzenus pater, quam esset moribus facis, 159, 1.

S. Gregorius Nazianzenus legem sibi iudicio non quaesit, 212, 1. fratri suadet ut a Juliano A-

etate familla se subducit, 95, 2. ei in somnis apparuit servitio et castitas, 165, 1.

S. Gregorius Thaumaturgus quantum animarum sibi creditur curam gesserit, 399, 2.

Gula quam sit noxia, 502, 2. et seq.

Guttus una sanguinis Christi universum mundum redimere potuisset, 526, 2.

H.

H saepe est quod an, 470, 2.

Habere pro facere capitur interdum, 527, 2. item pro posse, 437, 1. 2. item pro tractare, ibid.

Haereticus in saepe capitur pro cum, 87, 1. et pro per, propter, ex, 240, 1. in cum accusat, haereticus significat signum-tum, ibid. item regimine gentiliti, 241, 2.

Haereticus nostra est Deus et celum, 244, 2. et quidem incorruptibilis, ibid. et incontaminata, 245, 1. ea nobis reservata manet, 246, 2.

Haereticus saepe jugulati S. Joannes in epistola sua prima, 304, 2. et seq. cur plures haereticus in Christianismo sint, quam fuerit in Judaismo, 159, 2. haereticus non sunt universales, 1, 2. haereticus quod post Lutherum enatis, 452, 2. haereticus non sunt explorande et probanda, 386, 2.

Haereticus demones habuerunt magistros, 449, 2. bene omnes cisere mortui, 441, 2. nunquam ad Ecclesiam redeunt, 532, 1. cur vocentur Antichristi, 387, 2.

Haereticus non semper includit schisma, 681, 2. est gravius peccatum peccato Sodomitarum, 450, 1. que afferat damna, 441, 1. desinit tandem in atheismum, 3; 431, 2. ejus finis est superbia, 452, 1. ipse ejusque defensio pernicis est peccatum ad mortem, 619, 1. et seq. capit heresia, non est una, 682, 2. et semper incognita, 163, 2.

Haereticus in sua fide semper vacillat et variant, 44, 1; 163, 2; 674, 1. non patrant miracula in haereticis sua confirmationem, 426, 2. et seq. a magistro suo Christo descedunt, 430, 2. sunt turbulenti et seditioni, 163, 2. que mala orbi intulerint, ibid. sunt hypocritae, 189, 1. eorum qui sint fabula, 428, 1. sunt pseudoprophetae, 440, 1. sunt lupi rapaces et vulpes, 2. negant Christum varie, 441, 1. eorum sacrilegia, 442, 1. blasphemant religionem, ibid. sunt in sermone blandi et elegant, ibid. eorum avaritia, 461, 1; 412, 2; 670, 1; multi habuerunt demones familiares, 446, 1. sunt magis infames, ibid. sunt peiores Ethnicis, 2. sunt similes praei gigantes, 447, 2. et velut Sodomitae, 448, 2. eorum libidines et sordes, 164, 2; 443, 1; 448, 1; 450, 2; 664, 1. omnes magistratus et praepositos tam saeculares quam Ecclesiasticos contemnunt, 456, 2. et seq. negant Dei providentiam, 451, 1. item ejus imperium in res omnes, ibid. eorum superbia, 462, 2; 679, 2. semper novae opinionibus communiuntur, 452, 2. et in venem blasphemant et conviciantur, 468, 2. quomodo Deum et Sanctos blasphemant, 454, 1, 2. quomodo a Deo puniantur, 456, 1. et seq. sunt peiores demonibus, ibid., 2; 446, 1. sunt velut bruta peccata, 456, 1, 2. eorum in vita corruptiones, 457, 2. et seq. ad vitam delictum, 4. eorum in epulis obscenitates, 460, 2. sunt aucupes animarum, 461, 1. sunt filii diaboli, 2. dant verba non sentiant, 462, 1. acerrime inter se confligunt, 465, 2. eorum caecitas, 3. iactant doctrinam et scientiam, sed non habent, 468, 1. quam eorum ad occidentum suggerant, 2. in fide praeo stabiles seducunt, 465, 2. libertatem conscientiae eripentes, eandem sui sequibus eripiunt, 465, 2. canibus assimilantur, 467, 2. et seq. item ongris, 657, 1. eorum vera idea, 470, 1. et seq. velares omnes oppugnant Christi incarnationem, ac proinde ejus vel divinitatem vel humanitatem, 530, 1. et seq. sunt Antichristi, 250, 2. et seq. facere alias Caethoici vel veri vel facti, 584. superbi et — — — — —

290, 2. eos accipit insectatur S. Judas, 656, 1. 2. fugiendi jure naturae et divino, 656, 1. non saluandi quidem, 637, 1. eos saluans videtur eis consentire, 635, 2. et seq. eorum mores etiam a Prophetis praedicti, 636, 2. abutuntur Christianismo ad luxuriam, ibid. nulli eorum sunt a demone suffocati, 437, 1. multi quoque negantur Christianismo iudicium, 473, 2. ubi pens habent, 544, 2. eorum blasphemia, 669, 2. sunt similes Caino, cur, 670, 2. et seq. item Balsamo, 671, 2. et seq. et Coro, 672, 2. et seq. eorum peccandi ardor et licentia, 671, 2. eorum impia consilia, 672. sunt nubes sine aqua, cur, 674, 1. 2. item arbores autumnales, stultitia sunt fange, 675, 1. sunt arbores sine motu, 2. sunt ardidati a fide, Deo, Ecclesia, ibid. sunt fluctus feri maris, 676, 1. item sidera errantia, 2. et seq. eos munit caligo et procella, 677, 1. occupant gratiam potentium, 680, 1. vocantur animalia, 681, 1.

Haereticus nostri temporis docent fidei ad salutem sufficere, 123, 2. et Deum esse peccati autorem, 51, 1. eorum fides specialis, qua se credunt iustos, refellitur, 39, 2. eorum abominanda dogmata, 164, 2. eorum iracundia, 166, 1. epistola S. Pauli sunt haereticus propugnata, 464, 2. Scripturas deprestant, 464, 1. velut pluviae eberrantes, ibid. sunt.

Hasitans in oratione diversis cogitationum fluctibus jacitur, 42, 2. liquet vel ex incredulitate, vel ex indolentia, 41, 2. hasitationis effectus, ibid. hasitans in fide triplex ab oratione imoveada, 39, 1.

Hebeto mens proventi a crapula, 209, 2.

Hebraei cum quid asserebat voluit, idipsum interrogando enuntiant, 341, 1. praeterea utuntur pro praesenti et futuro, 341, 1. suppositum verbi saepe subaditendum relinquunt, 473, 2. concordant adjectivum cum substantivo protulorum, licet ad remotus referatur, 473, 1. omnino participio pro indicativo pro carent, 318, 2. per enallagen numerus et genera commutant, 819, 2. carent casibus, 637, 2. verba constructa construant cum An, 683, 2; 456, 2. Item cum ex, vel de, 595, 2. asservationem confirmant per negationem contrariam, 2. saepe participii passiva usurpant pro verbalibus in infinitivo, 441, 1. saepe futuro intumitur tam pro imperativo et optativo, quam pro indicativo, 34, 2. subline gemant suorum vocum radices, 401, 2.

Hebraeorum pronuntia ad idolostratam, 667, 2.

Hoc; non est vox Hebraeorum defecta ab ei, 65, 4.

Henoch fuit septimus ab Adam, et Propheta, 677, 2. cur in fine mundi cum Elia venturus sit, 678, 4.

Henrici VIII Anglica respublica libidinis, 460, 2.

Henricum Susonen sibi depositum sapientis, 165, 1.

Hereticus silva vastitas, 445, 1, 2.

S. Hermenignus Arianis communicare noles, martyrio affectus est, 636, 2.

S. Hieronymus assiduis in morbis implere laborabat, 374, 2. nobilitate matronae ad perfectionem instructi, 638, 1. Hierosolymitana Ecclesia Patriarchalem dignitatem nuda et quando accepit, 13, 1.

S. Hillarius praebis pluviam impetavit, 225, 1. quam esse contra demones invidius, 22, 1.

S. Ildebrundus Constantino Imperator, generose in faciem restitit, 530, 1. et seq.

Homicidium clamat vindictam in celum, 302, 1. hominum villas respectu Dei, 86, 2. Dei sunt opus et imago, 455, 2. et seq. sunt misericordiam mundi, ibid. erunt post resurrectionem perfectiores quam modo sunt, 486, 2. et seq.

Homo prout ad loquendum variis modis, 437, 2. homo quasi conditur et arge et bestia, 58, 1. ei quantum contrariet Christus carnis assumptione, 519, 2. homo homini conditur, non angelo, 319, 2. quam aegre conditur, 117, 1. debet assimilari, 678, 1. Deo se subijcere debet, 377, 2. gustu et tactu cetera animalia

1. *quod*, 419, 1. 2. homo interior suo modo exteriori... Honor multa inculcit, 301. 1. honor est bonum commune... Hora novissima que dicitur, 549. 1. hora capitur pro... Hypocritas erat olim nota christianitatis, 612, 2 et seqq...

Immeritoria et cupula conjuncta plebamque sua, 379, 1. Immodestia tam avaritia, quam luxuria significat, 78, 1. Impubertatis corporum heterorum que sit causa, 481, 1...

Iris est speculum solis, 65, 1. Isaac vias et Abimelech jocari cum Rebecca, uxor allegorice expolitur, 85, 1. Jacob cur dicitur supplantator, et ubi fratrem supplantavit, 12, 1. ejus duodecim filii duodecim fecere tribus, 13, 2. Jacobus episcopus Antiochenus impudatus in Silicia, 359, 1...

spatio quomodo dicitur, 331, 2. est beneficium aurice in episcopi, 335, 1, 2. palatium ad inferos descendit, 366, 1. imperatorem quibus dicitur prebentibus, 336, 2 et seqq. et velud ad omnia beneficiorum sua velis illustrare, 338, 2. est flexio animi in omnia et rationis, 342, 1. ejus delectatio fuerit in anima s. avaritia et rationis, 343, 1. habitus diem paratissimum, non duas, sed duas naturas, et quidem intermixtas, 2. statuit in sua felicitate, 364, 2. crucem quomodo in corpore suo honoravit, 366, 2. est nolar omnium, 368, 1. ejus dicitur avaritia, beneficentiam ejus divitiarum in monte Thabor non viderunt Apostoli, 429, 1. quomodo sit dicitur Dei, 2. est unicornis, 430, 2. et seqq. in eo dicitur Pater. sibi complacet, 2 et seqq. ipse vultentibus, et quare, 431, 1. ejus dominatio et imperium etiam quibus honor, 436, 2. ut abrogant beneficium, 431, 1. est proos pro omnibus, 432, 1. gratiam uberiorum etiam in sibi carne conjunctis, 437, 1. erat ante omne tempus, 438, 1, 2. quare carum humanum indidit, 437, 2 et seqq. incrementis est hodie pariter, 439, 1 et seqq. quomodo sit virgo, 518, 1 et seqq. qua homo et quis dicitur, lux est, 521, 1, 2. peccatoris facta in gratia dimittit, 523, 1. est adlocutus moxar, 2. et 2. et 2. ejus propositio quomodo sit vultus, 523, 1. ejus ante omnia, 524, 1, 111, 1; 525, 2; 527, 1; 528, 1. cur dicitur iustus, 529, 1. et aliam non peccator, non fuisse incrementum, 575, 1, 2; 577, 1. in pauperibus est veli mentibus, 578, 2. dicitur Deum ex puro corde, 583, 1. ejus vis in seipso quam omnino tentantibus, 589, 1, 2 et seqq. proferat verum esse Messiam, 589, 2. cur videtur pro seipso et sanguine, 592, et seqq. que et iustitia vultus iustitiam, 578, 2. Deum incrementum esse iustitiam, 614, 2. Joannes Apostolus fuit virgo, hinc tam fuit illuminatus, 165, 1. fuit Christi consanguineus, 496, 2. est, moxar S. Petri, 497, 2. comparatur avaritia, et cur, 501, fuit filius Iohannis, 2. Omnes Sanctos in gradus et laures una ipse merat, 598. an fuerit illuminatus avaritia, 598, fuit pater gratia, 598, fuit Christo pro cetera Apostolus famulari, 598, 1. ejus zelus, 598, 1. Christi sibi recumbit, cur, 599, 1, 2. fuit Benjamin Christi et B. Virginis, 599, 1. cruci Christi addit, 598, 1. fuit eius pre-regator, 598, 1. et seqq. fuit magis diligenter pro ceteris Apostolis, 2 et seqq. fuit B. Virginis illius, 598, 1. quantum alium dilectus, 598, 1. apponitur S. Brigidis, 598, 1. cur videtur, in vero sit adhibens, 2. cur dicitur Theologus, 598, 1. quomodo charitatem sui faceret, 598, 1. cur ad Paulum, et quia occidit, 598, 1. fuit episcopus, 598, 2. et quomodo, 598, 1. 2. primum episcopus presbiter, 598, 2. et quomodo, 598, 1. 2. primum Christi tempore contemnit, 598, 2. cur pater avaritia Christi, 598, 1. et 598, 1; 599, 1; 602, 2. cur se in episcopo. II. vocat Presbyterum et senorem, 599, 1; 601, 1. ejus iustitia, 601, 1. dicitur est beneficium, 602, 1. fuit hospitalis, 602, 2. Joannes Boscus Antiochenus nominavit se Christum, 598, 2. S. Joannis Chrysostrami invicta patientia, 367, 1. S. Joannis Banaensis obedientia, 368, 2. S. Joannis Elemyenensis quibus esset beneficentia, 387, 1. et apparet misericordia cum ad eum in gratiam crederet, 419, 2. Joannis Banaensis copulatio, 291, 1. Joannis Banaensis Ambrosianus veritas et impostura, 558, 3. Joannis Silensii de Deo fiducia, 569, 2. Joannes Wladislaus de Ambrosia factus Iudaeus, 462, 2. gradus scholasticus capere, 126, 1. Job speculum fuit palcativa: ejus economia, 208, 2. et seqq. fuit typus Christi, et in quibus, 209, 1. variis ejus moribus, 209 nominis ejus etymon, 209, 2. ejus tres filii quod significaverit, 210, 1. ejus restitutio in facultates, 208, 2. S. Joseph fuit caelestis virgo, 418, 1. Joannis an licitum olim fuerit jurare, 211, 1. septem per

alita terras se diffundebant, vel sponte, vel abducti.
13, 2. erant natura avari et cupidii.
580, 1.
Jacoborum Christianorum curam proprie habuit S. Jacobus. 6, 2. et seq. hi terre quaque curam S. Petrus peculiariter, 239, 2. Julii Hispani an scripserit S. Jacobus, 13, 2.
Jacoborum occidentalem Christum peccatum fuit peccatum ad mortem, 618, 2. eorum fabula de Thabor Carmela fingendo, 432, 1. semper suis propositis addunt, *ad Deus voluit*, 193, 2.
Judaicis negant mysterium SS. Trinitatis, 565, 2; 567, 1.
J. Justus fuit frater S. Jacobi aliorum, 1. quae ejus mater et fratres, 678, 1. quid ejus nomen dicitur, *ibi* ejus nomen et amor, 2. unde dicitur Thaddaeus et Lebanae, 619, 1. fuit S. Barnabe carum, 619, 1. unus tantum fuit Judaeus Thaddaeus, *ibi*, minus est ad Agabum, *ibi*. representatur per chrysopeum gemmam, *ibi*, fuit martyr, ejus corporis Romae palatium, *ibi*. quatuor martirium abierit, 620, 2. fuit vire Apostolus, 633, 1. cur se S. Jacobi fratrem vocet, *ibi*. quomodo librum Henoch et qualiter ceteri. 678, 1.
Judas Machabeus de Deo diffidens curus est, 41, 1. tollet jus suum cuiusque tributum, 108, 2. iustor carnis nostri major est Deus, quam conscientia, 281, 2.
Judicare improbus Deus incipit in hac vita, 415, 2. quo mortuus judicabitur Christus, 519, 1. et seq. *judicare* in Scriptura saepe capit pro *condemnare*, 266, 2.
Judicia Dei sunt abyssus morbi, 379, 1.
Judicia memoria semper pro oculis habenda, 118, 2. an de nocte, an mane fiat, 182, 2. ejus rigor, 369, 2. id impis semper ob oculos pendendum, 375, 1. ejus timor quam sit laticus, 369, 2. id est secretum, 478, 1. 2. ejus dies cur differat a Dio, 481, 2. si quomodo propitius sit, 507, 1. 2. cur vocatur magnus, 681, 1. veniet quasi fur, quomodo, 682, 1. in eo angelus et sancti omnes adferunt Christo jubilo, 683, 2. omnes ibi homines judicabuntur, 679, 1. sic cur faturus dies revelationis, 292, 1. quomodo in dicitur, 430, 1. in eo charitas fiduciam suggerit, 659, 2; 560, 1.
Julianus veluit Christianos literas discere, 133, 1.
Julitta Martyr omnes edantibus ad martyrium hortabatur, 378, 2.
S. Irenaeus miserabilis in pauperes, 92, 2.
Jupiter dicitur *Deus*, id est vita, cur, 519, 1. dicitur quasi juvenis pater, 645, 2.
Juramentum est actus religionis et laetitiae, 214, 2. quae juramenta videt Christus, *ibi*. sunt homines liberi ingenui, 212, 1. religio juramenti quanto esse debet, 212, 2.
Jurare per creaturam, est jurare per creaturam, 212, 1.
Jurare licet Christianis, et quando, 211, 1. qui haereticus jurare nequeat nec peccabit, *ibi*. jurare suum Dominum venerit, 2. et seq. id in se multum *ibi*, 212, 1.
Justi vident aditum Christi, 73, 2. per multas relationes exerceant, 129, 1. eorum oratio quasi sit potens et efflux, 224, 1. ipsi sancti bases et fulcra orbium et regnorum, *ibi*. sunt divine consortes natura accidentialiter et substantialiter, 411, 1. 2. eos qui in mundi sine virtute expiabit igitur conflagrationis mundi, 478, 1. certo scire sequantur esse se in Dei gloria, 335, 1. quomodo a Deo gaudeant, 500, 2. et ad quid, 561, 1.
Justificatio generationali assimilatur, et quomodo ea peragatur, 70, 2. ejus dies sunt genera, 222, 2. in ea conjunctio anime Deo communis est, tum per gratiam, tum per remissionem, 29, 1. justificatio formalis committitur in charitate et gratia nobis indita, quae secum addit Spiritum Sanctum, 411, 2. in ea quoque nobis datur istiusmodi persona Spiritus Sancti, totaque deitas, *ibi*, et seq. in peccatore incipit a timore peccatorum, 403, 1. et eam tria concurrunt, 618, 2.

Justinus Philosopherus in sola sapientia Christiana quietem invenit, 33, 1.
Justitia imputativa Lutheri refutatur, 71, 1. justitia hominum inchoata est, angelorum perfecta, 561, 1. 2. ejus in homine habitantis tria indicia, 575, 2. justitiam quidem oculi habent, 491, 2. justitia Dei et Christi quadruplex statuitur, 107, 2. propter justitiam pati quod sit, 329, 1. justitia ostendit aliquem esse Deo filium, 574, 1. justitia est remittere peccatum, 529, 2. justitiam facere et opera iusta facere quomodo differant, 568, 2. justitie nomine se velat ira, 77, 1.
Justus quomodo peccata non possit, 270, 2. et seq. ad tempus omnia venialia peccata sive specialis privilegio evitare potest, sed non dia, 136, 1; 687, 2. et adaptatur ante proprietates, 230, 2. justus quomodo vit salter secer, 371, 1. et cur, *ibi*. 2. et seq. justus sit quasi Deus sempiternus, immutabilis, etc. 563, 1. sit Dei illius tripliciter, *ibi*. et ei similis, 564, 2. exercent se condico in operibus justitia et virtutis, 569, 1.

K.

Karavay quid significet, 120, 1. et quid *xaravay* fiant, *ibi*.
Katzo est improbo et accuso, 274, 1, 2.
Kemulus immerbo carpit Vulgatum, 616, 2.
Kisho collis Hierosolyma vicinis erat, 637, 2.
Kierki, si est vocatissimi, vocatur nobilis, 553, 2.
Kisra quam varam palatit significationem, 42, 1.
Kisrae variis significat, 49, 1.

L.

Laborem nullum tenet charitas, 111, 1. labors fidelium non finiatur nisi cum vita, 375, 1. hi spe quietis equales abeundi sunt, 377, 2.
Lac ratiouabile quod dicitur, 277, 1. lac et mel odium abitur recens hospitatis, 2. lactis proprietates, *ibi*, et seq. id quam vario significet, 278, 2.
Lacedaemone erant omnia inter omnes aequalis, 37, 2.
Lacros brevium et paucorum erant verborum, 75, 1.
Lacuum puorum sulfurentis, 48, 2.
Lactiarum in oratione quanta sit via, 222, 2. et seq.
Lactare pro fallere subinde capitur, 277, 1.
Lactio spiritalis comoda, 20, 1. haec est quidam praeclusus exitus, 258, 1.
Lacti omnes non sunt sacerdotes proprie dicti, 286, 2. sed myriadi, 1. audientes confessionem et absolventes an sunt irregulariter, 220, 2. in omni in Africa in ecclesia sedere non licebat, 108, 2. curam non est de fide sua cum haereticis disputare, 321, 2. his in reconciliatione, et ad humilitatis, etiam confitendum, 219, 2. non vero sacramentaliter, 220, 2.
Lala bebrae vox unde derivatur, 159, 2.
Lamoch pater Non an sit salvatus, 337, 2.
Laniana auream quare S. Jacobus gestarit, 9, 1.
Lapis vivus qui dicitur, 231, 1. lapidis et fidelis analogia, 282, 1. lapidum varia miracula, *ibi*.
Lascivia sequitur ex equali, 283, 1.
Latro cum Christo crucifixus quomodo dicitur Martyr, 367, 2.
Laudare Deum perpetuo debet homo, maxime Religiosi, 155, 1.
S. Laurentius Justinianus vidit per visum divinam sapientiam specie virginis, 165, 1.
Laus Christi quam dabit in die iudicii, est ambienda, 218, 2. et quanta ea sit, *ibi*. dabit cuique pro merito non tantum praeium, sed et laudem, 249, 1. faciet Deos apud homines gloriosos, 251, 2. Dei laude omnia nostra imbanda, 241, 2. laude virtutem adaugent, 44, 1. laus subinde capitur pro virtute, 240, 2.

Lamio olim dabantur hospites, 642, 2.
Lebbius est coralium, 648, 2. et seq.
Legalis opus ad salutem non sufficient, imo sine Christi est inefficax sunt, 39, 1.
Arimaxi quam vario significet, 39, 1.
Leo est symbolum inglor, 150, 2. leo ab hominibus dicitur, 151, 1. ejus proprietates diabolo accommodantur, 392, 1. et sequitur.
Lepronus est typhis peccatoris, 210, 2. mandatu utriusque sit sanguis, *ibi*.
Leviticus mater est inconstancia, 44, 1. parit haereticionem in ovatione, *ibi*.
Lex aeterna Del quae sit, 567, 1. lex tota servanda, non sunt ejus pars, 112, 2. et seq. cum observantur, est Religio, 92, 2. possimus eam cum Dei gratia perficere, 111, 2. eam quomodo detractor judicet, 187, 1. est a Deo, et iuxta praecipit, 109, 2. lex natura in conscientia scripta est, 111, 2. lex regalis quae et cur dicitur, 109, 2. legem utram violans, quomodo fiat omnium reus, 111, 2. et seq. 114, 2. legis Christianae vitas quomodo durabit, 549, 2. ea sancta est, et quare, 467, 1. est perfecta, cur, 57, 1. est item lex liberalis, *ibi*.
Libero Henoch olim exitit pariter, sed postea corruptus est, 677, 2. quare errores confutatur, 164. libri S. Scripturae canonici, sunt duplices, 496, 1. libri haereticorum quam noxi et fugiendi ad pestem, 137, 1.
Liberales non esse ejus Deum liberalem oportet, 87, 1. Liberius Pontifex admittere noluit haereticorum munera, 636, 2.
Libertas omnis est in ea et voluntate, 87, 2. libertatem qualem suis det his Evangelium, 87, 1.
Libertini monachi patientia, 101, 1.
Libertinorum quae et qualis sit secta, 465, 1. 2. negant iudicium et omne omnium, 471, 1.
Libertinorum arbitrium eligendorum in causa est, et certa sit est non sit eorum electio et vocatio, 121, 2; 422, 2. id negant Calvinista, 284, 2.
Libro quam homines scripserit et detinet, 160, 1. 2. et mentem eripit, *ibi*. est velut ignis, 683, 2. hunc quomodo Sancti quidam conati sunt extinguere, *ibi*. est pestis haereticorum et sapientia, 165, 2. libro incessabilis haereticorum, 460, 1.
Ligatur ab orante Deus, 295, 2.
Limo (in) patris Christus praedicavit, et quomodo, 287, 2. quomodo ibi fuerit, 2. et seq. cur es descendit, *ibi*.
Lingua cyana, 141, 2. dicitur hebraice *Lanona*, id est leucanalis, 150, 2. data ad Domum iudicium, 154, 2. vicina est phantasia, hinc loquax, 137, 2. ejus in oratione docet hominem silentium, 74, 2. et seq. quod sit causis in ore hominis posita est, 145, 2. in homine optimum est, et pessimum, 153, 2. lingua precipitiose opinum est, et inmensis precipitatione quam parit ira, 76, 2. ejus offensa scellicium est, 137, 1. 2. ejus vis et potentia, 141, 2. et seq. 144, 2. est similis igni, 130, 2. 2. et corpus mentali, 145, 2. et seq. ejus scruilis, 159, 2. totum universum implet iniquitate, 145, 1. est alphasimum acerbum, *ibi*. hinc magna bona concitans exempla, 149, 2. idem mala, 144, 1. 2. ejus tinguo quomodo nominis sit, 139, 1. ipa tinguo comparatur, *ibi*. ea referantur referantur omnes spiritus motus, *ibi*. eam referant Religiosi, 88, 2. eam donat Deus, non homo, 152, 2. et quomodo, 133. est alioqui indomabilis, 153, 2. est quasi hydrae, 155. et iniqua, 154, 1. lingua maledica sepulchrum est, *ibi*. item hydragrum, 2. ejus sunt octo species, 158, 1. varia ejus attributa, et damna, *ibi*; 78, 2; 89, 1; 90, 2; 144, 2; 155, 2. hinc inflammatur a gebenna, 149, 1. et seq. 149, 2. et seq. 149, 2.
Linguae in Babel primum fuere confusa, 401, 2.
Linguae colorum in fine mundi, 485, 1; 486, 1.
Liquida loquatur pro infirma inunctis, 221, 2.

Lites sunt velut bella, 170, 1.
Liurgi S. Jacobi quam vetus, et quantum auctoritatis, 8, 2.
Luceo non esse Deus, 620, 1.
Licentio obtulit scientia comparanda, 73, 1.
Alyce quam diversa significet, et ea omnia attribuuntur Filio Dei, 513, 1. et seq. 514, 1. et seq.
Longevitatem aliud promittendum venias, 182, 2.
Longevitatis damna, 80, 2. ea inania homini ex corruptio natura, 137, 2. est signum fatalitatis, 74, 2; 131, 2. loquax ostendit se non esse Christianum, 89, 2. est irreligiosus, 90, 2.
Loquendum (ad) primum quantum in homine sit, 153, 1.
Lucius Sternbergii haereticus blasphemus, 354, 2.
Lucerna campanariae frequentes sunt in Italia, 494, 1. lacerna dimyxi velerum, 362, 2.
S. Lucina genitricem praefecto Paschasio responsum, 92, 2.
S. Lucianus Martyr quam esset moribus companion, 159, 2; 321, 1.
Lucifer stella est typhis filii, 134, 3. item benivolentia lucifer, 133, 1. ejus extorrens quam gratos, 9.
Caelus appellat amosum hypostaticum Verbi, 443, 2. ei haereticis companionis, 446, 1.
S. Lucii Martyris in tormento et morte gaudium, 48, 2.
Lucres non inest Pastores animorum, 280, 2.
Lucia spiritus et carnis quae sit, 294, 1.
Luctus docet Christianos in hac vita, 184, 1. luctus sanctus quis sit, *ibi*. ejus effectus, 2.
Lulavivus Langravus quomodo curatus a mala opinione quoad suam praedestinationem, 422, 2.
Longum tres gradus, 184, 1. 2.
Lucretianus membris societate quid sit, 257, 2. et seq. et quare *ibi* sit succingendi, *ibi*.
Lucretus est causa omnis boni et malum, 65, 1. optima Deum representat, *ibi*. lingua supernaturalia omnia Deo in nobis producit, 66, 1.
Lucretus ecclesiam assumitur, 438, 1. et seq.
S. Luitgardis impetravit Thomae Cantipratani, ad vitam nova cum peccatoribus ageret, 687, 1.
Lutheranorum opera quomodo solum ignoram non esse hominem, 127, 1. eorum absentia in convitiis, 458, 2.
Lutherus episcopus S. Jacobi reficit, et cur, 4, 1. docuit Christianos per Evangelium liberos esse ab observatione mandatorum, 87, 1. rebellionem excitavit suo dogmate, 237, 2; 450, 2. habuit demonem familiarem, 441, 2. iustus de secta taxjudicium, 451, 1. ejus audacia, 132, 1. ejus varia epitheta, *ibi*. saepe suum dogma mutavit, 453, 1. ejus blasphemiam, 454, 1. ex ambicione contra Ecclesiam surrexit, 452, 2. ejus fastus, *ibi*; 468, 1. ei epitheta quae dent Calvinista, 454, 1. sibi laqueo necem intulit, 441, 2; 457, 1. ejus libido, 460, 1. viam stravit anticristo, 589, 1. est velut stella e celo in terram cadens, 676, 2.
Lux est symbolum Dei, et qualitas eum maxime representans, 223, 1. — Vide *Lumen*.
Luxuria nimis ingenuis et sapientiae, 105, 2. ejus ignis morno igne inuenis, 663, 1. saepe capitur pro lascivio, 459, 1. est incessabilis, 460, 1. — Vide *Libido*.
Icyrgurus palatit impunitus adulterus, 167, 1.
S. Lydyne habuit diciturum, 807, 2. est a Christo Domine imbuta, 219, 2. quomodo esset patiens cupida, 25, 1.

M.

S. Maurus miraculis probavit orthodoxam fidei contra Eunomianos, 126, 1.
Maulatum quam tunicam haereticorum suos odisse velis S. Judae, 686, 2.
Megis haereticis et familiaris, 446, 2.
Magister dicitur quilibet praefectus, 133, 1. magister suadocet vita quam voce, 158, 2. quamobrem gravius pu-

nictur pupi discipuli, 428. 1. cum recreat discipulorum profectus, 611, 2.

Maestricium non est a pluribus ambiendum, 114, 1.

Maeritatus a Deo sanctitas est, 208, 1.

Magnificus est lapsus virtus, 281, 1.

Magnificavit virtus, propria quid sit, 689, 1.

Magnificavit animi deus Christianus, 110, 2 et seqq.

Magnificavit carnis, 145, 2.

Magnificavit Dei quam blasphemant Galesii, 693, 1.

Magnos Dei quam sit sublimis, 591, 2 et seqq.

Majus est qui in nobis est, quam qui in fronda, 349, 1 et seqq.

S. Malachus quam probus fuerit pastor, 284, 2, mortuus sui capite non inunctam a morte excitavit, 219, 4.

Malignificans benedictione compensat, 626, 1.

Maligni non habentia repudiationis exemplum, 320, 2.

Malignum quam vitia seminat, 632, 2.

Maligni electores datus, 78, 2 et seqq. et quatuor, 274, 1.

Malignum quam non est Deus, 53, 1, nisi nihil habet essentiam, quam a Deo sigillatim preteritur, 373, 2.

Malignum scilicet quam sit viciis, 378, 2, quandoque tamen dicitur novum, ibid. et seqq.; 578, 2, invidia Christi non sunt impossibilia, 679, 1, servit deus viciis non signum est charitatis Dei, 690.

Moresque S. Joanni significant, 537, 1, in mundis viciis conservantur, 559, 2, manens in lege quid sit, 87, 2.

Munda hereticarum mors, 141, 2, in unio se Mundarum viciis, 71, 1.

Mundus devotus mundum a dignitate conatum esse, 622, 3, et solum materiam esse Christum, 324, 1, et unum in homine esse animam, unum hominem, et alterum materiam, 51, 2.

Mundus sunt mulieres, 314, 2.

Mundus virtus que sit, et ejus effectus, 79, 2, ipsa illa est verus capienter, 159, 1, 2, ipsa et humilitas tantum viciis, 512, 2.

Mundus virtutum sunt operumque exteriorum, 183, 1.

Mundus hereticus quare dicitur magister Ponticus, 278, 2, in superbia hereticus dicitur esse, 133, 1, eius paribilibus Deo, 339, 1.

Mundus post se virtutibus et virtutibus, 47, 1.

S. Marcus Evangelista filius S. Petri spiritus illius adjectur et interpret, 102, 1 et seqq. an fuerit et Christi discipulus, et interpret prima S. Petri epistola, ibid. pro anno Evangelio scripto, Alexandriam concessit, ibid.

Marcus et Marcelliana post Dei imperium tormenta omnia superant, 388, 2.

Mare semper est, 676, 1.

Maria Cyprius fuit sancta mulier, 6, 2, est eadem cum Albia, et Jacobus; non fuit soror D. Virginis, sed consobrina, 418, 1, quomodo filios habuit apostolos, ibid. in Italia veritas respicit, 497, 2.

S. Maria Chalcidensis et Extremis Unctionis quomodo fructus percipit, 218, 1.

S. Maria Virgo non habitavit in Sancto sanctorum, sed in vitro, ad ostium habernaclum, 8, 2, ejus humilitas, 45, 2, ipsa invocanda in tentationibus, 59, 1, pauciloqua (ut, 74, 1, est angelorum et hominum pensiora, 221, 1, ejus modestia, 111, 1 et seqq. S. Joannes post mortem Filii, ejus curam suscepit, 581, 1, curam peccato originali, 527, 1, in fune facta fuerit dicit mortuus, 219, 4, nunquam pontificis Sacramentum suscepit, 219, 1.

S. Maria Magdalene erga peccatent Dominum affectus, 367, 4, 2.

Marius in familia regenda sit prudens et sciens, 278, 2, habet orocem, ibid. et, 2, 1.

S. Maritus quantum danti seculis est immutatioque cum hereticis, 7, 1, ejus spes vici et infecta, 250, 2, in heretico non profuit regi, 7, 2, pia ejus presumptio de Dei humilitate, 686, 1.

Marinus Pontif. libro Constantini Imp. coarguit, 287, 1, 1.

Martyr est qui pro fide et virtute aliqua Christianus moritur, 229, 2; 367, 2. Christo sanguinem pro sanguine, vitam pro vita rependit, 19, 1.

Martyres in tormentis combatunt, 18, 1; 19, 2, quod responderint in libellibus petentibus quare mori se non ferrent, 331, 2, statim a morte ad hoc consecutum admittunt, 268, 2, non resistunt pervertores, 294, 2, eorum passiones mire Ecclesiam illustrant, 267, 1, eorum elecia, ibid. eorum quanta esset patientia, 27, 2, eorum factis generositas, 28, 1; 436, 2, in tormentis suis diffusi verbum Deo se communiunt vires potentis et mortendi impetrant, 373, 2, Martyres multi lingua verba sua locuti, 155, 1.

Martirium est regale sacerdotium, 288, 1, omnia peccata expiata, 19, 1, est continentium fidei actus, et non malitiosum coronam, ibid. 38, 1, sex stimuli ad ipsum, 367, 2, ejus quanta sit gloria, 358, 2 et seqq.

S. Martirius in legione suscepit Christum, 59, 2, Mos dignior familia tripliciter, 311, 1, masculi sunt testes familiarum, 289, 2.

Mater prima castior non est creata informis, 475, 1.

S. Mathias in vultu videtur, 877, 2.

S. Mattheus quomodo ad celum suscipitur, 490, 1, ejus humilitas, 321, 1.

Matheus rariam divitiarum fructum legere est, 140, 2, Mattheus omnibus relictis viciis in Palæstina profecta, 556, 2.

Matheus est sanctus, quam scientem daturari, 466, 2, Matheus in scriptis, scripta solum est quod incipit, 412, 2, Mattheus, quomodo sunt zambori, 468, 1.

Mors Propheta et fidei spiritus acta, sui tamen est compos, 438, 1, mens que habet lumbos, 257, 2, Mors cruciatis est cur per saltem timore Dei ejus habent, 673, 2.

Mores plures Christianorum quam sit, 635, 2, mores operumque in fidei amba dantur in reatu, 201, 2.

Mores quomodo multa possunt, 20, 1.

Mores non modo doctores, 359, 1.

Mors dignum bona praxis, 583, 1, 2, meritum glorie per bona opera, contra Calvinum astruitur, 50, 2.

Mores tempus multi Prophecia in veteri Testamento, prece indicantur, 254, 1, id dicitur novissimum, 473, 2.

Mores Studiorum, esse sint in creatis, 203, 2, si fidei necessarios quam vultem suam, 512, 2.

Michael rex unio derivatur, 660, 1, est princeps angelorum, ibid. ejus descriptio, 2, quomodo non est viciis sedulum blasphemiam insimulare, 668, 2, an pro os anime Datan sit allocutus, 162, 1.

Michael Servetus casu detulit fuisse in iusto verum fuisse, 210, 2, ejus alia blasphemata, 451, 2.

Millies pro fide pugnant et occidunt Martyres mille, 265, 1.

Mille anni quomodo Deo sint dies unus, 478, 2, et seqq. Militem dicitur Sanctus in Eze via mille tantum anno recitator, 314, 2.

Minyrensi quantum esset pretii Gregis, 188, 1.

Ministeria hereticorum sunt spem Perceptor, 692, 2, nihil in Ecclesia exercant ministerium nisi ex virtute Dei, 362, 4.

Miracula sunt fidelium, non ficta, 126, 2, eorum fides a Deo dantur, 10, 2.

Mores capitur subinde pro colore, 660, 1, item pro lenitate, ibid.

Miseri humilis in hac via octuplex est, 163, 2, miseris humis vici etiam pati miseris, 871, 1.

Miseris quomodo proprio sit, 22, 2, virtus est, 579, 2, defendit apud Deum sui cultores, 119, 2; 129, 2, ejus via, 121, 1, Deo sanctis et proximo est, 87, 2, exa docet lex Christianis, 166, 1, 2, quomodo iudicium amplexare dicitur, 110, 1, 2; 110, 2; 120, 1, misericordia et pietas

rent plerumque conjuncti, 91, 2, misericordia Dei maxima et immensis est, 211, 2 et seqq.

Misericosus dicitur vultu deus, 468, 2, in iudicio benigne a Deo iudice habebuntur, 122, 1, impetrant pro misericordia sui remissionem, vel mitigationem penæ peccatis suis dicitur, 119, 1.

Missa S. Jacobi quam videtur sit quatuorque antioribus, 2, 2.

Mittis parit incorruptionem, 314, 1.

Mitre Episcopalis origo, 9, 1.

Mixta omnia in fine mundi erant, et in cinerem convertentur, 487, 2.

Modeste et reverenter de divinis loquendum est, 338, 1.

Modestia virtus uno dicta, 311, 2, ejus praestantia, 71, 1, dicitur representatur, 258, 2, est sapientia, 227, 1, que et quibus sit virtus, quam ejus officia, 323, est purpura et cyclus Christiani, ibid. ejus dotes, ibid. et seqq. est etiam compositionis interne actus et effectus, ibid. quomodo ejus species, 2, actus qualiter, ibid. variis ad eam requiruntur media, 334, 1 et seqq. est dos Praefati, 382, 2, doctorum cum primis necessaria est, 166, 2, ejus habitus, ibid.

Modestus abstinere deest mulieres, 512, 2.

Monsachus cupiens, qui vivens nemini detaxeret, in morte recusat, 188, 2, monachus Alligemensis pro trecentis annis fuit in exactis manens, 180, 2, monachus quidam sua vita sancta revelationem de sua damnatione retrocitur fecit, 493, 1.

Monachus quare demon acerrime infestus, 364, 1, cur cruciatus inter, 176, 2, erant olim hospitalis, 640, 2, solitarii desolantur contra hereticorum calumnias, 94, 1.

S. Monica quam scite inter diffidentes pacem conciliaret, 357, 2, dicta mirabilibus pro convictum, vicit in eo vici capienter, 32, 2; 301, 2.

Mois quid typus et tropologicus denotet, 432, 2, in mente cur Christi ac transfiguratus, 1, 1.

Mortuus hereticus laqueus se profecavit, 441, 2, est ex quibusdam factis hereticis, 483, 1.

Mors pensanda sunt verba, 78, 1.

Mors depravati seculi pravi, 118, 2, mortem odore et colore, 832, 1.

Mortuos animam commendat Deo, 473, 1, morientur videntes in fine mundi gene, 478, 1.

Mors animi in quo consistit, 82, 2; 375, 2, ea vera appellanda mors, 576, 1, mors maiorem civitatem est, 425, 1, auferit invisibilis, ibid. 1, mors repentina per multorum scelum prebatur, 103, 1, mors multis Sanctis revelata fuit, 446, 2, mors martyrum quam beata sit, 373, 2.

Mortificatio appetitum et sensuum dat cordis munditiam, 95, 1, ejus symbolum est cilicium, 258, 2.

Mortuus quomodo Christus prefigitur, 349, 1 et seqq. mortui vivunt quomodo animam post mortem, 359, 2, mortui carnis vivunt Deo, est asperphus, 676, 1.

Mors carnis vivit dicitur, est asperphus, 676, 1.

Mors vero mortuus est, et ejus anima vici ad finem patens, 2, cur accipit ab angelis sepelitur, ibid. et 667, 1, item aliquot in nomen Perceptor, 692, 2, nihil ab hereticis morte a Deo in deserto est multat, 447, 2.

Mors colorum semabit in fine mundi, 484, 2, motus conceptus in appetitu sensitivo, per se, et sine voluntatis consensu, non sunt peccata venialia, 57, 2, licet etiam sustentem, 58, 1, hi non sunt in hominis potestate, 57, 1, non sunt liberi, sed solum imaginationis et appetitus sensitivi, ibid.

Mulieres cum in libidine prone sint, 312, 1, dominantes vici monstrant aut, 311, 2, honorem vici, 318, 2; 261, 1, et seqq. parvulo imperant, ibid. mulieres omnes separantur a viciis etiam spiritualibus, 467, 1.

eamque libere quam noxia, 672, 1, arcedenda sunt viciis, 584.

Mulus piscis speculorum nitentium, 581, 1.

Mullis supra capitur pro castitate, 553, 2.

Mundana diluenda non sunt, 547, 1, ea cito evanescent et perierunt, 119, 1.

Mundum sunt viciis habundans, 402, 1, eorum vita plena est triplici cogitacione, 545, 2, habent cor sterile malignum, difficile morosum, 623, 2, eorum duplicitas deservitur, 14, 1, 2, pleni sunt concupiscentiis, 543, 1.

Mundi corde habundant varia media, 94, 2 et seqq.

Munditas anime facta appropriare ad Deum, 187, 2 et seqq.

Mundus tripliciter accipitur, 518, 1 et seqq.; 517, 1, aliquando metaphysice pro mundanis, et carnali via, 94, 1, aliquando pro ornatu, 140, 1; mundi finis instat, 532, 1, 547, 2, quomodo consummabitur, 477, 2, statit esse mille annis, 480, 1, ejus consummatio fiet nocte, 482, 2, non est æternus et immortalis, 471, 2.

Mundus sanctus inquit, 218, 2, ejus amor parit illum Dei, 244, 2 et seqq. ejus descriptio, ibid. eius pertransit, 547, 2, et quare 548, 1, odit sanctos quomodo obcosas, 574, 1 et seqq. ex eo luto quis fugit, 175, 2; 633, 1, totus sub diabolo est, 622, 1, est plenus pravitate et iniquitate, ibid. 2, ejus lubricitas et pavore, 632, 2, ejus amor est adulterium, 175, 1, ejus amicitia que, 175, 2, est hostis Dei, 17, 1, 2.

Murum contra Superiores quatuorque Deo displicet, 676, 1.

Musculi regunt Deum, 67, 1.

Mutabilis omnis moris est limitatio, 67, 2.

Mycenorum quid propria sonet, et quis myops, 419, 1, 2.

N.

Nax rex Ammon typhus fuit diaboli, 806, 2.

Natalis Maritum qui dicitur, 373, 2, natalis Christi quam devote celebrare nos oportet, 513, 2.

Naturam divinam essentialiter habet solum Deus, personaliter solus Christus, accidentialiter sicut, 410, 2 et seqq.

Navis equo comparatur, 141, 1.

Nebulii Romani eorum, 815, 1, 2.

Nebula est nebula sine aqua, 468, 2.

Necessaria viciis quærenda sunt, non superflua, 194, 1.

Necesso est justum aliquando peccare, moraliter, non physice, 180, 2.

Necesse viciis quomodo Deus allevatur, 806, 2.

Nepherium omnem homo vitiosus sequit, 128, 1.

Nero quam in Christianis necesse est dicitur fuerit, 805, 2.

Nescit blasphemum lingua a veribus corruptus est, 185, 1.

S. Nilvanus Tolentini que occasione nobiscum deseruit, 176, 2.

Nuditatem generis alim justitiam, vocabant se filios Joannis, 654, 1.

Nocte mota an iudicium fiat, 482, 2, nocte quare fidelis orare debeant, 481, 1.

Nox quomodo octavus prece fuisse dicitur, 447, 2, quomodo fuerit prece justitie, 105, 1, ejus fides et justitia, 448, 1.

Nomen suum cur non ponat S. Joannes initia epistole, 592, 1, nomen Christi quam esset Genitibus extosum, 865, 2, nomen capitul aliquo pro re comminata, 616, 2, et aliquando pro Jesu et auctoritate, 808, 1.

Novatianus quare schisma ab Ecclesia fecerit, 153, 2.

Novissimus et novus idem est post mortem, 519, 2, idem quod pessimus, 549, 2, novissimum dicitur tempore Messis, 477, 1.

Novitas nota est hereses, 449, 1.

Novum quomodo dicitur mandatum charitatis, 597, 2, et seqq. novi eam quomodo futuri post resurrectionem, 482, 2.

Nubes sine aqua sunt haeretici, 674, 1 et seqq. Napis non oportet aures intendere, 72, 2. Nimen esse colligitur ex constanti inconstantia mundi, 174, 1.

Mucos dominandorum et salvandorum an sit par, 118, 2.

O.

Obediente (sa) manet Deus quintupliciter, 584, 1. Obedientia et subiectio est tessera verae fidei, 297, 2. Obedientia filii qui dicatur, 500, 2. Obedientia debet esse patiens, 491, 1. Castitas terrandis conducti, 299, 1. Obedientia charitatis qua dicatur, 588. Observations mandatorum impotent nostrum in Deum testantur, 535, 1; 536, 2. Obstinate est peccatum ad mortem, 629, 2. Obstinate haereticorum, 671, 1. Obumbrare quomodo dicatur Deus in Scriptura, 69, 2. Occasiones patienti fugere licet, 371, 2. Oculi quid proprie significant, 439, 2. Ocularius symbolum est felicitatis aeternae et resurrectionis, 310, 1. Oculi haurio insistens symbolum Dei providentiae, 378, 2. Oculum concupiscentia est avaritia, concupiscentia operi, 415, 2. In amore dicitur, 459, 2. sunt febriles mentium, 400, 1. In oculis Dei versantes modesti simus oportet, 824, 1. Oculi alicui quomodo sit humida, 576, 1, 2. oculi quoque animam erant, 570, 1. Odium mandatorum erga synctos et religiosos, 674, 1. Odium mandatorum erga synctos et religiosos, 674, 1. Offensus mutui condonat christs, tam in offensa quam in offendente, 330, 2 et seqq. Olio efficitur et vires, 216, 1. Olio sancto h. e. benedicto curantur morbo nulli sancti, ibid. olio sancto ab Episcopo benedicto nullus laicus ungit, sed solus sacerdos, 215, 2. oleum olivarium est materia Sacramenti Extremae Unionis, 216, 1. Omne capitur pro toto, 41, 1, 2. omne non Hebraei est nulum, 538, 2.

Opera proter Aem ad salutem et electionem ad gloriam requiruntur, 4, 1; 52, 1, 2; 122, 1; 123, 1; 128, 2; 421, 1; 569, 2 et seqq; 568, 2. ea tribuunt fidel perfectionem et consummationem, 459, 2. hanc ejus vita et lingua, 125, 1. iungenda sunt orationi, 583, 1, 2. opera bona merentur celestem gloriam, 49, 2. iustitiam ea facient, ut sit gloria Deo, 643, 2. et quomodo id fiat, ibid. hanc hominem in iudicio securum reddunt, 569, 2. ea signum sunt predestinationis, 423, 1. opera fidei et gratiae non sunt tribuenda voluntati, sed fidei et gratiae, 80, 1. opera et passiones nostras actionibus et passionibus Christi unire debemus, 241, 1. Operantibus solis promittitur gloria caelestis, 423, 2 et seqq. Operarum merces defraudata clamant in celum, 201, 2. Operi vincit invidiam, 167, 1. sunt danda pauperibus, 197, 2. florent comparantur, 46, 2. Opiniones novas introducunt haeretici, 452, 2. C. Oppius Centurio an fuerit is qui assistit Christo in cruce morienti, 646, 1. an converterit Hispano, ibid. Optimus maximus epithetum est Dei, 53, 4. Ophitarum haereticorum abominatio, 91, 1. Orans cum Deo colluctatur, utque se ab eo vincat pariet fiduciam, 48, 2. creata recta de Deo eiusque attribuitis, 85, 1, 2. Orationis elegia, 617, 1. in ea cur spem et fiduciam Deus exigit, 18, 1. utraque ejus mensura est, 41, 1. ipsa ut propriis actus spei et fiduciae, 40, 1. panis in Scriptura sacram, 438, 2. vim facit Deo, 40, 2; 617, 1. ejus quae sint vitia et impedimenta, 42, 1. habet vim et fiduciam et bonis operibus, 583, 2. est mater castitatis et continentiae, 258, 2. ejus vis in animi tristitia, 613, 2. quae habere conditiones debet, ut quod petit

impetret, 41, 2. optimum contra tentationes remedium est, 58, 2. oratio acrida que sit, 229, 1. habere debet opera sua, ibid. lacrymis roborata potens est, quomodo fiat efficit, 223, 1. sex ejusdem fructus, ibid. ejus effectus qui, ibid. est clavus colli, 225, 2. oratio concordium est alata, 330, 1. orationem sanctorum Deus prevenit, 582, 2. oratio in Spiritu Sancto notat quincor, 683, 2. oratio fidei infirmam salvatura que dicitur, 247, 1. oratio in peccatum oranti tendens que sit, 174, 1. Oratores Christiani quinam fuerint, 143, 1. Orator pro aegro in Extremae Unionis, 215, 2. orandum pro principibus, et quare, 400, 2. orandum pro invocant, 221, 2. orare pro aliis est utilius quam pro se, ibid. semper Christianus orat, 354, 2. orantes pro peccatoribus ad mortem peccantibus saepe Deus non exaudii, 629, 2. Origines vita fuit talis qualis doctrina, 158, 2. ejus error circa rerum revolutionem in pristinum statum, 351, 2. volebat animas Beatorum rursus ad carcerem redire, 243, 1. dot ocula animam et mentem, 401, 2. decuit demones aliquando salvandos, 234, 1; 441, 2. cur dicitur Adamantius, 331, 2 et seqq. Originalia peccatum habent omnes, 527, 1. Originalis mandus qui dicitur, 447, 1. Ornamenta vera mulieris que sint, 318, 1. Ornatus nimis peior est adulterio, 313, 2. Os ad os loquitur quid sit, 637, 2. Osculum sanctum quid sit, 503, 1. Oscula verba circa animam nostri cum Deo, 410, 2. Osculari in Scriptis, significat rem reipsa exhibere, dare, donare, largiri, 126, 1. Ostensio fidei per opera cur in Ecclesia requiritur, ibid. Ostio naret virtus, 29, 2. Ovis et hominis varie analogia, 308, 1.

P.

Pacifici et levitii antitheses, 275, 2. Palma symbolum est patientium, 49, 2. Pambonis Abbatis silentium, 138, 1. Pandora cur dicta sit terra: unde habet nomen, et quae sit, 226, 1. S. Paphnulus quare Maximus Hierosolymae Patriarcham haereticum desolaretur, 636, 2. Pax trans, eorum, cursum significat, aliquando non, 87, 1. Paradisi haeretici fuit obrutus diluvio, 130, 1. an reversibiliter ab igne configurationis mundi in unum pulverem sine baptismo defunctorum, 177, 2; 488, 1. Paradoxa christianismi varia, 86, 2. Parsipolis significat horter, concolor, abstrere, 619, 1. Parsipolis: quid significat, 533, 1. Parsipolis: est significatio corporis et collo curvato in obliquum apicere, 86, 2; 256, 2. Parsipolis: quid proprie, 67, 1, 2. Parsipolis: sententiarum eorumdem et epist. secunda S. Petri, 54, 1. Parca symbolum sunt feli, 104, 2. eorum officia et nomina, ibid., 2. Passio: quare proprie significat, 415, 1. Passio: quae qui dicit, 277, 2. Passio et parochus qui dicatur, 264, 1. Passio: ad an scripta prima S. Joannis epistola, 502, 1 et cur, 502, 1. Parvuli baptizati salvantur sine operibus, 125, 2. hi in peccato originali mortui non et qualiter vivunt, 490, 2. non patientur penam sensus, sed tantum damni, ibid. et seqq. Passere idem est quod regere, 377, 2. Passio Christi omnium dolorum est remedium, 305, 2. eam recollere Christo est gratissimum, 307, 2. eam non

sequi docet et imitari, 303, 2. ejus memoria in Missa fit, 244, 1. ejus memoria excitandi sunt fideles, 375, 2. ea insigni gloria fuit composita, ibid. Passio nostra quam modica sit, 18, 1; 398, 1. eam Deus dulcorat, 18, 1. non est in caelo, sed in terra, hinc per eam homo fit angelus major, 19, 2. Passiones mortificandae ei qui exterius esse vult modestus, 324, 1. Pastor animas tripliciter pascat, 378, 2. et cogitet se pacere oves Christi, non suas, ibid. accurate oves suas inspiciat, et iustret, 379, 2. liberet subat onus non emolumentum causa, ibid. placide suos regat, 380, 1. non vi cogat, sed amore agat, ibid. iugae ex Dei praescripto, ibid. 381, 1. ne lacru lachiet, 380, 2. non imperiose Ecclesiam vexet, 381, 2. clericis modeste imporet, 382, 1, 2. sit modestus, ibid. pensit ut pater, ibid. gravitatem lenitate miscet, 383, 1, 2. sit forma vili subditis suis, ibid. pastoris in figura saepe pingitur Christus, 308, 1. pastores mali degubantur, 674, 1. pastores quantum animarum coisique curam gerere debeant, 406, 1. eorum primum in celo magnum est, 285, 2. Pater luminis dicitur Deus et S. Trinitas, 562, 2. Deus Pater cur dicatur proprie gratiam dare, 659, 2. eum qui negat, et Filium, 556, 2. Paterniarum haeresis de factura corporis humani, 54, 2. Pater pro Christo quam sit gloriosum, 365, 2 et seqq. et cur, 366, 2 et seqq. pati gaudent pro Deo Sancti, 17, 2. patientis tentationem et dolorem beatus est, 48, 1. patientis iustus non conqueratur, ne meritum patientiae amittat, 332, 2. Patiens est sapiens, 81, 1. patientis perdurans incedi assimilat, 48, 1. in suorum affectuum est dominus, 26, 2. eum Christus coronat, 49, 2. ejus temporaneus et se rotationis fructus quis, 306, 1. et Deus adest suis consolantibus, 329, 2. inseritur cruci Christi, 364, 2. in illa patitur Christus ibid. fit unum cum Christo, 365, 1. In eo patitur Spiritus Sanctus, 306, 1. in patiente certat et vincit Deus, 397, 2. ei nullus nocere potest, 398, 2. patientium gromm et exempla, 29, 1. Patientia capiti aro passerunt, 26, 1. patientia Christiana quam emens sit, 41, 1. est perfectio obedientiae, 301, 1. est Christianorum studium, 304, 1. que sit imperfecta, 25, 1. que perfecta, ibid. quomodo opus perfectum habeat, 2. efficit virtutum omnium consummationem, ibid. nulla sine ea est virtus, ibid. et seqq. perfecti studium vite humane, 26, 1. est virtutum calx, 37, 1. que patienti bona afferat, 26, 2. ejus effectus, ibid. medium est ad acquirendam perfectionem, 27, 1. supplet virtutum et rerum omnium defectos, 27, 1. sex opera perfecti producit, 2. suffert patienter omnia adversa et adversa, ibid. Deum habet debitorem, 28, 1. ethiam assimilatur, 28, 1. rivat Martyres, ibid. hominem beatum et tranquillum facit, ibid. semper et ubique utilis est, ibid. Christo non similis facit, 2. sine ea nihil in homine perfectum, ibid. factum quasi expugnat, ibid. quomodo hominem perficit, 29, 2. quando succumbat tui deficiat, 30, 1. ipse vera sapientia, ibid. ejus precepta et dictamina varia, 35, 2. a solo Deo est petenda, 28, 1. patientis comparatur, 49, 1. alia ejus elegia, ibid. eam docet tentatio, 29, 1. ejus tres sunt gradus, 14, 1. amovetur ad filium, 200, 1, 2. patientis Deo erga peccatores, 359, 4. Patrocinis jus non usurpat laici id non habentes, 644, 1. Patrons in quo differat ab advocato, 533, 1. Pausiloquis (de) gnoma, 75, 1 et seqq. S. Paulinus Nolanus Episcopus cur se depingi nollet, 82, 2. dedit se in lytrum pro viduo filio redimendo, 58, 1; 277, 2. S. Paulus unde dicitur Saulus, 19, 1. ejus elegia, 493, 1. in tribulatione gaudebat, 15, 2. suos tortores ad Christum convertit, 374, 2. consensit in scribendo cum aliis

Apostolis, 3, 2. ejus cervix recisa hoc pro sanguine dedit, 378, 2. omnes pene epistolae suas orditur a gratiarum actione vel benedictione Dei, 241, 2. quomodo depressis operibus legis fidem in Christum tanlopore extollat, 122, 2. requirit opera fidei, 132, 2. hinc non adversatur alii Apostolis etiam quare requirit assententibus, 122, 2. is et S. Jacobus quomodo sint conciliandi, quoad fidem et opera in justificatione, 132, 2. ejus charitas et unio cum S. Petro, 469, 1. Paulus Samosatenus Episcopus populum suum expulavit, 381, 2. Pavo symbolum est superbiae, 516, 1. Pauperes cur Christus elegerit, 45 fidei et regnum potius quam divites, 100, 2 et seqq. filii hie preferendi sunt, 101, 1, 2. eorum contemptus quomodo sit peccatum mortale, 103, 1. eos divitibus equorum Gentiles, 97, 2. quomodo dare elemosynam quomodo, 121, 2. In hoc ex ip affectu succurrendum, 578, 2; 584, 1. aliquando ex impatiencia ingemiscunt adversus Deum et proximum, 206, 2 et seqq. pauperes Evangelicis sunt veri et soli divites, 106, 2. Paupertas oritur ex nimia abundantia, 203, 1. paupertas primum Christianorum, 44, 2. eam reddidit Christus hereticorum, 45, 1. Pauperis comes et illa est, 654, 1. saor est sapientia, 166, 1. ejus quinque bona, 169, 2. reddi opera nostra Deo gratia, 1. est gratia effectus et comes, 241, 2. proprie est primum, 43, 1. per conscientiam quantum sit bonum, 492, 2. ea quantopere optanda, 327, 1. illa est quaedam incorruptio spiritus, 314, 2. quam pater Christus Apostolia optaret et relinquere, 241, 2. Peccatus quotquot sunt, 531, 1, 2. peccandi necessitas humiliter hominem, 127, 2. Peccatus non cognoscit Christum, 568, 1. peccantium tres sunt gradus, 347, 2. Peccata quomodo Christus abstulerit, 567, 2. ea quomodo si perferret, ibid. peccata tam propria quam aliena operit charitas, et proximi et dei, 399, 1. coram Deo tripliciter, 662. est Christi sanguis pro eis expurgat et abolet, non radii, 550, 2 et seqq. hie validiore debent Christum, maxime qui vanitati alia vacarunt, 143, 1 et seqq. ipsa in se non sunt paria et aequalia, 143, 1. mortalia omnia nemo vitare potest sine Dei gratia, 687, 2. peccata tegere quomodo dicatur Deus, 357, 2. quomodo ea homo tegere possit, ibid.; 258, 1. ad peccata similes redeuntes similes sunt canibus ad vomitum rediensibus, 467, 2. peccata quantum in celo clamant vindictam, 201, 1. Peccati tres sunt gradus, 61, 2; 79, 1. idem est quod opus malum, 61, 2. est error vite et morum, 494, 1, 2. quadrupliciter consummatur, 61, 1. est omnis anima, 62, 1. ejus an Deus sit auctor, 51, 1. varias habet causas nobis intrinsecas, 51, 1, 2. debet esse voluntaria, 57, 1. ejus generatio et prospecta, proles, nepos, pronepos, 62, 2. ejus et tebeurum analogia, 525, 1. non reddi Deo dissimiles, 56, 2 et seqq. an majus quid quam iniquitas, ibid. est contra Deum, ibid. tollitur per tribulationem, 46, 2. quam grave malum sit, 507, 2. et omnes abundant, 115, 2; 527, 1, 2; 528, 2; 667, 2. propter id Christus incarnatus est, 570, 1. peccatum omne quomodo fugere possimus, 571, 2. unum trahit ad plura, 113, 1; 114, 1. inchoat ad peccatum est tentatio, 16, 1. peccatum ad mortem quod sit, 617, 2. et seqq. 618, 2. et cur dicitur ad mortem, 617, 1. peccatum originale non est mortifica qualitas in anima existente, et perpetuo prava desideria exstant, 55, 1. peccatum omne veniale an ex genere vitari possit, 136, 3; 657, 2. id non tollit gratiam, 136, 2. per se recidivum a Deo, 183, 1. id sensualitati, mortale voluntati tribuit, 57, 1.

Nubes sine aqua sunt haeretici, 674, 1 et seqq. Napis non oportet aures intendere, 72, 2. Numen esse colligitur ex constanti inconstantia mundi, 174, 1.

Mucosus dominorum et salvandorum an sit par, 118, 2.

O.

Obedientia (sa) manet Deus quinquiesciter, 584, 1. Obedientia et subiectio est tessera verae fidei, 297, 2. Obedientia filii qui dicatur, 260, 2. Obedientia debet esse patiens, 291, 1. castitatem servanda conduct, 299, 1. Obedientia charitatis qua dicitur, 308. Observatio mandatorum imporem nostrum in Deum testantur, 515, 1; 536, 2. Obstinatio est peccatum ad mortem, 620, 2. obstinatio haereticorum, 621, 1. Obumbrare quomodo dicatur Deus in Scriptura, 69, 2. Occasiones patienti fugere licet, 371, 2. Oculi quid proprie significet, 439, 2. Ocularius symbolum est felicitatis aeternae et resurrectionis, 310, 1. Oculi haurio insistens symbolum Dei providentiae, 378, 2. oculum concupiscentia est avaritia, concupiscentie oper, 415, 2. In amore ducens sapit, 459, 2. sunt febriles mentium, 460, 1. In oculis Dei versantes modesti simus oportet, 824, 1. Oculi alicui quomodo sit humida, 576, 1, 2. oculi quoque unum erant, 576, 1. Odium mandatorum erga synctos et religiosos, 674, 1. Odium mandatorum erga synctos et religiosos, 674, 1. Offensus mutui condonat christs, tam in offensa quam in offendente, 330, 2 et seqq. Olio efficit et vires, 216, 1. olio sancto n. se benedicto curant morbos nulli sancti, fidei. olio sancto ab Episcopo benedicto nullus laicus ungit, sed solus sacerdos, 215, 2. oleum olivaram est materia Sacramenti Extremae Unionis, 216, 1. Omne capitul post toto, 41, 1, 2. omne non Hebraei est nullum, 538, 2.

Opera proferat Mem ad salutem et electionem ad gloriam requirantur, 4, 1; 58, 1, 2; 122, 1; 129, 1; 138, 2; 421, 1; 569, 2 et seqq; 568, 2. ea tribuunt fidei perfectionem et consummationem, 450, 2. hanc ejus vita et lingua, 125, 1. iungenda sunt orationi, 584, 1, 2. opera bona merentur celestem gloriam, 49, 2. ita vult ea facienda, ut sit gloria Deo, 643, 2. et quomodo id fiat, fidei, hanc hominem in iudicio securum reddunt, 569, 2. ea signum sunt praedestinationis, 423, 1. opera fidei et gratiae non sunt tribuenda voluntati, sed fidei et gratiae, 86, 1. opera et passiones nostras actionibus et passionibus Christi unire debemus, 241, 1. Operantibus solis promittitur gloria caelestis, 423, 2 et seqq. Operantium merces defraudata clamant in caelum, 201, 2. Operantibus invidiam, 167, 1. sunt danda pauperibus, 197, 2. florent comparantur, 46, 2. Opiniones novas introducunt haeretici, 452, 2. C. Oppius Centurio an fuerit is qui assistit Christo in cruce morienti, 646, 1. an converterit Hispano, fidei. Optimus maximus episcopus est Dei, 53, 4. Ophitarum haereticorum abolitiones, 91, 1. Orans cum Deo colluctatur, itaque se ubi eo vincit gaudet fiducia, 48, 2. creata recta de Deo ejusque attributis, 84, 2. Orationis elegia, 617, 1. in ea cur spem et fiduciam Deus exigit, 18, 1. utraque ejus mensura est, 41, 1. et ipsa ut propriis actus spei et fiduciae, 40, 1. panis in Scripturam sacram, 438, 2. vim facit Deo, 40, 2; 617, 1. ejus quae sint vitia et impedimenta, 42, 1. habet vim et fiduciam ex bonis operibus, 584, 2. est mater castitatis et continentiae, 258, 2. ejus vis in animi tristitia, 613, 2. quae habere conditiones debet, ut quod petit

impetret, 41, 2. optimum contra tentationes remedium est, 58, 2. oratio acrida qua sit, 229, 1. habere debet opera sua, fidei, lacrymis roborata potens est, quomodo fiat efficit, 223, 1. ex ejusdem fructus, fidei. ejus effectus qui, fidei, est clavus colli, 225, 2. oratio concordium est alata, 339, 1. orationem sanctorum Deus praevallit, 582, 2. oratio in Spiritu Sancto notat quincor, 683, 2. oratio fidei infirmam salvatura qua dicitur, 247, 1. oratio in peccatum oranti tendens qua sit, 174, 1. Oratores Christiani quinam fuerint, 143, 1. Orator pro aegro in Extremae Unionis, 215, 2. orandum pro principibus, et quare, 100, 2. orandum pro invicem, 221, 2. orare pro aliis est utilius quam pro se, fidei, semper Christianus orat, 354, 2. orantes pro peccatoribus ad mortem peccantibus impe Deum non cruciunt, 629, 2. Origenes vita fuit talis qualis doctrina, 158, 2. ejus error circa rerum revolutionem in pristinum statum, 251, 2. vobis animas beatarum rursus ad carcerem redituras, 243, 1. dot ocula animam et mentem, 49, 2. decuit demones aliquando salvandos, 234, 1; 44, 2. cur dicitur Adamantius, 331, 2 et seqq. Originalia peccatum habent omnes, 527, 1. Originalis mandus qui dicitur, 447, 1. Ornamenta vera mulieris qua sint, 318, 1. Ornatus nimis peior est adulterio, 313, 2. Os ad os loquit quid sit, 637, 2. Osculum sanctum quid sit, 638, 1. Oscula verba circa animam nostri cum Deo, 410, 2. Ostendens in Scriptis, significat rem reipsa exhibere, dare, donare, largiri, 126, 1. Ostensio fidei per opera cur in Ecclesia requiritur, fidei. Otio marret virtus, 29, 2. Ovis et hominis variae analogia, 308, 1.

P.

Paedici et levit antitheses, 275, 2. Palma symbolum est patientium, 49, 2. Pambonis Abbatis silentium, 138, 1. Pandora cur dicta sit terra: unde habet nomen, et qua sit, 226, 1. S. Paphnulus quare Maximum Hierosolymae Patriarcham haereticum desolaretur, 636, 2. Papatrans, Götter, curam significat, aliquando non, 87, 1. Paralyticus haeretici fuit obrutus diluvio, 139, 1. an resuscitaretur ab igne configurationis mundi in unum pulverem sine baptismo defunctorum, 177, 2; 488, 1. Paradoxa christianismi varia, 66, 2. Paralyticus significat hodie, concolor, absere, 619, 1. Paralyticus: quid significet, 333, 1. Paralyticus est significatio corporis et collo curvato in obliquum apicere, 86, 2; 256, 2. Paralyticus: quid proprie, 67, 1, 2. Paralyticorum sententiarum eandem et epist. secunda S. Petri et S. Jacobi, 264, 1. Parca symbolum sunt feli, 104, 2. eorum officia et nomina, fidei, 2. Paralyticorum: quid proprie significet, 415, 1. Paralyticus qui dicit, 277, 2. Parisci et parochi qui dicantur, 264, 1. Partibus (ad) an scripta prima S. Joannis epistola, 502, 1 et cur, 2. Parvuli baptizati salvantur sine operibus, 125, 2. hi in peccato originali mortui non et qualiter vivunt, 490, 2. non patientur penam sensus, sed tantum damni, fidei, et seqq. Passere idem est quod regere, 377, 2. Passio Christi omnium dolorum est remedium, 305, 2. eam recollere Christo est gratissimum, 307, 2. eam non

sequi docet et imitari, 303, 2. ejus memoria in Missa fit, 244, 1. ejus memoria excitandi sunt fideles, 375, 2. ea insigni gloria fuit composita, fidei. Passio nostra quam modica sit, 18, 1; 398, 1. eam Deus dulcorat, 18, 1. non est in caelo, sed in terra, hinc per eam homo fit angelus major, 19, 2. Passiones mortificandae ei qui exterius esse vult modestus, 324, 1. Pastor animas tripliciter pascat, 378, 2. et cogitet se pacere oves Christi, non suas, fidei, accurate oves suas inspiciat, et lustrat, 379, 2. liberet subeat onus non emolumentum causa, fidei, placide suos regat, 380, 1. non vi cogat, sed amore agat, fidei, itaque ex Dei praescripto, fidei, 381, 1. ne lacru laetiet, 380, 2. non imperiose Ecclesiam vexet, 381, 2. clericis modeste imporet, 382, 1, 2. sit modestus, fidei, pensit ut pater, fidei, gravitatem lenitate miscet, 383, 1, 2. sit forma vili subditis suis, fidei, pastoris in figura saepe pingitur Christus, 308, 1. pastores mali degubantur, 674, 1. pastores quantum animarum coqueque curam gerere debeant, 406, 1. eorum primum in caelo magnum est, 285, 2. Pater luminum dicitur Deus et S. Trinitas, 562, 2. Deus Pater cur dicitur proprie gratiam dare, 669, 2. eum qui negat, et Filium, 556, 2. Paterniarum haeresis de factura corporis humani, 54, 2. Pater pro Christo quam sit gloriosum, 305, 2 et seqq. et cur, 366, 2 et seqq. pati gaudent pro Deo Sancti, 17, 2. patientis tentationem et dolorem beatus est, 48, 1. patientis iustus non conqueratur, ne meritum patientiae amittat, 332, 2. Patiens est sapiens, 81, 1. patientis perdurans incedi assimilatur, 48, 1. in suorum affectuum est dominus, 26, 2. eum Christus coronat, 49, 2. ejus temporaneus et se rotationis fructus quis, 306, 1. et Deus adest suis consolantibus, 329, 2. inseritur cruci Christi, 364, 2. in illo patitur Christus fidei, fit unum cum Christo, 365, 1. In eo patitur Spiritus Sanctus, 306, 1. in patiente certat et vincit Deus, 397, 2. ei nullus nocere potest, 398, 2. patientium gromi et exempla, 29, 1. Patientia capitula zero passerunt, 26, 1. patientia Christiana quam emens sit, 44, 1. est perfectio obedientiae, 301, 1. est Christianorum studium, 304, 1. qua sit imperfecta, 25, 1. qua perfecta, fidei, quomodo opus perfectum habet, 2. efficit virtutum omnium consummationem, fidei, nulla sine ea est virtus, fidei, et seqq. perfricti stadium vitae humanae, 26, 1. est virtutum calx, 37, 1. qua patienti bona afferat, 26, 2. ejus effectus, fidei, medium est ad acquirendam perfectionem, 27, 1. supplet virtutum et rerum omnium defectos, 27, 1. sex opera perfecti producit, 2. suffert patienter omnia adversa et adversa, fidei, Deum habet debitorem, 28, 1. citharam assimilatur, 28, 1. rivat Martyres, fidei, hominem beatum et tranquillum facit, fidei, semper et ubique utilis est, fidei, Christo non similis facit, 2. sine ea nihil in homine perfectum, fidei, factum quasi expugnat, fidei, quomodo hominem perficit, 29, 2. quando succumbat tui deficiat, 30, 1. ipse vera sapientia, fidei, ejus praesepit et detestamina varia, 35, 2. a solo Deo est petenda, 35, 1. patientis comparator, 49, 1. illa ejus elegia, fidei, eam docet tentari, 39, 1. ejus tres sunt gradus, 14, 1. amoro ad filium, 200, 1, 2. patientis Deo erga peccatores, 359, 4. Patrocinatus jus non usurpat laici id non habentes, 644, 1. Patrons in quo differat ab advocato, 583, 1. Pausiloquis (de) gnomo, 75, 1 et seqq. S. Paulinus Nolanus Episcopus cur se depingi nollet, 82, 2. dedit se in lytrum pro viduo filio redimendo, 58, 1; 277, 2. S. Paulus unde dicitur Saulus, 19, 1. ejus elegia, 493, 1. in tribulatione gaudebat, 15, 2. suos tortores ad Christum convertit, 374, 2. consensit in scribendo cum aliis

Apollis, 3, 2. ejus cervix recisa hoc pro sanguine dedit, 378, 2. omnes pene epistolae suas orditur a gratiarum actione vel benedictione Dei, 241, 2. quomodo depressis operibus legis fidem in Christum tanloptere extollat, 122, 2. requirit opera fidei, 132, 2. hinc non adversatur illi Apollis etiam operum requiri assententibus, 122, 2. is et S. Jacobus quomodo sint conciliandi, quoad fidem et opera in justificatione, 132, 2. ejus charitas et unio cum S. Petro, 469, 1. Paulus Samaritanus Episcopus populum suum expulavit, 281, 2. Pavo symbolum est superbiae, 516, 1. Pauperes cur Christus elegit, 45 fidei et regnum potius quam divites, 100, 2 et seqq. filii his preferendi sunt, 101, 1, 2. eorum contemptus quomodo sit peccatum mortale, 103, 1. eos divitibus equorum Gentiles, 97, 2. quomodo dare elemosynam quomodo, 121, 2. In hoc ex ipso affectu succurrendum, 578, 2; 584, 1. aliquando ex impatientia ingemiscunt adversus Deum et proximum, 200, 2 et seqq. pauperes Evangelicis sunt veri et soli divites, 106, 2. Paupertas oritur ex nimis abundantia, 203, 1. paupertas primum Christianorum, 44, 2. eam reddidit Christus hereticorum, 45, 1. Paupertas significat Hebraeis gratiam et omne bonum, 40, 2. charitatis comes et illa est, 654, 1. saecor est sapientia, 166, 1. ejus quinque bona, 169, 2. reddi opera nostra Deo gratia, 1. est gratia effectus et comes, 241, 2. proprie est primum, 43, 1. per conscientiam quantum sit bonum, 492, 2. ea quantopere optanda, 327, 1. illa est quaedam incorruptio spiritus, 314, 2. quam pater Christus Apollis optaret et relinquere, 241, 2. Peccatus quotquot sunt, 531, 1, 2. peccandi necessitas humilium hominum, 117, 2. Peccatus non cognoscit Christum, 568, 1. peccantium tres sunt gradus, 347, 2. Peccata quomodo Christus abstulerit, 567, 2. ea quomodo se peccata se peccata, 664, 2. peccata tam propria quam aliena operit charitas, et proximi et dei, 399, 1. coram Deo tripliciter, 664, 2. est Christi sanguis pro eis expurgat et abolet, non radii, 550, 2 et seqq. his validiore debent Christum, maxime qui vanitati alia vacarunt, 143, 1 et seqq. ipsa in se non sunt paria et aequalia, 217, 1. mortalia omnia nemo vitare potest sine Dei gratia, 687, 2. peccata tegere quomodo dicatur Deus, 357, 2. quomodo ea homo tegere possit, fidei, 258, 1. ad peccata similia redeuntis similes sunt canibus ad vomitum rediensibus, 467, 2. peccata quantum in caelo clamant vindictam, 201, 1. Peccati tres sunt gradus, 61, 2; 79, 1. idem est quod opus malum, 61, 2. est error vite et morum, 494, 1, 2. quadrupliciter consummatur, 62, 1. est omnis anima, 62, 1. ejus an Deus sit auctor, 51, 1. varias habet causas nobis intrinsecas, 51, 1, 2. debet esse voluntaria, 57, 1. ejus generatio et prospecta, proles, nepos, pronepos, 62, 2. ejus et tebeurum analogia, 525, 1. non reddi Deo dissimilis, 56, 2 et seqq. an majus quid quam iniquitas, fidei, est contra Deum, fidei, tollitur per tribulationem, 46, 2. quam grave malum sit, 507, 2. et omnes abundant, 135, 2; 527, 1, 2; 528, 2; 667, 2. propter id Christus incarnatus est, 570, 1. peccatum omne quomodo fugere possimus, 571, 2. unum trahit ad plura, 113, 1; 114, 1. invidio ad peccatum est tentatio, 16, 1. peccatum ad mortem quod sit, 617, 2 et seqq. 618, 2. et cur dicitur ad mortem, 617, 1. peccatum originale non est mortifica qualitas in anima existente, et perpetuo prava desideria exstant, 165, 1. peccatum omne veniale an ex genere vitari possit, 136, 3; 657, 2. id non tollit gratiam, 136, 2. per se recidivum a Deo, 183, 1. id sensualitati, mortale voluntati tribuit, 57, 1.

Poculator est sorsus concupiscentie, 465, 1. est iustus sine aqua, arbor autumnalis, fluctus maris similis, et stella errans, 677, 1. Item quasi sors, 449, 1. 2. et seqq. fiduciam si concipiat se veniam commissorum consequatur, nam consequetur, 44, 1. 2. Pelagiani docent fidem esse et nobis, non e gratia Dei, 195, 1. Perambulans significat dominium et imperium, 305, 1. Perit synulorum est adulterium et hypocritarum, 41, 1. Peregrinatur in hoc saeculo, 95, 2. peregrinari in ferreum quod sit, 302, 2. Peregrinationes ad sepulera Sanctorum carpant haereticis, sed iuste, 383, 1. Peregrinus quid proprie, quid metaphoricè significat, 363, 1. peregrini sumus omnes in hoc mundo, et quare, 221, 2. et seqq. 397, 2. peregrini benigne excipiuntur, 324, 1. Perfecti, integri et in nulla deficientes quomodo distinguuntur, 29, 2. Perfectionem exsuperant patientia, 27, 1. ea vita in meditatione concupiscentia, 172, 1. et in meditatione linguarum, 137, 1. per studium perfectionis ad Deum propinquamus, 152, 4. Pericia Athletensis patientia, 39, 1. Periculis et experimentis non significat adoptivum, 238, 2. Periculis et experimentis redundantiis, 78, 2; 79, 2. Peris cum sororibus iulianis collegia, 107, 1. an a S. Joanne ad fidem converti, 502, 2. Periculis est species tentationis, 15, 2. in ea cur sit ausus, 18, 2. Periculis sunt fabri consurgit, 324, 2. et seqq. Periculis in patientia accipit copiam, si habet opus perfectum, 25, 1. cum causis probatio, 29, 2. de sua perseverantia et salute mentis fidelis certus est, 421, 1, 2. Persecutionem acceptam vitam in qua consistit, 54, 1. Persecutio obtinetur quod petitur, utant necessitas, 50, 2. Potens simpliciter, demus duplium, 37, 2. potentia necessaria ad vitam, et iure a Deo datur, 174, 1. nec recedat, *ibid.* Petrocella an S. Petri filia sit, 235, 1. S. Petrus Apostolus quando et ubi episcopatum suum suscepit, 238, 1; 238, 4. fuit penultima Iulianorum curia, 231, 2. et seqq. est a Christo factus pater Ecclesie, est caput omnium Apostolorum, 332, 1. fuit hierarcha, *ibid.* et firmatus in fide promissa est, *ibid.* representat auctoritatem et personam Christi, 229, 2. presertim cum vult necessitates Ecclesie quasi monarcha, *ibid.* ejus jus sublimius quam quatuorvis regum et Imp., 215, 1. ejus nomen que fideles libere fortassis audere debent, 228, 2. jus etiam ad raptum et inferos pertinet, 2. rebum claudit et aperit, *ibid.* ejus potestas laconica manet, et durabit usque ad finem mundi, *ibid.* per veritates pontificis designatus fuit, quasi illis munitus, 1. seqq. Ecclesie per totum orbem fovavit, 234, 1. an in Antiochia profectus sit, *ibid.* ejus effigies, *ibid.* ejus martyrium et causa ejus, 235, 1. ejus sepulcrum, *ibid.* varia ejus nomina, 237, 1. quid sit nomen Petrus et Cephas, *ibid.* est Apostolus per excellentiam, 2. etiam in Ponto predicavit, 238, 2. quid sit methora petre et lapidei, 280, 2. ejus modestia, 281, 1; est testis passionum Christi, 378, 1, 2. habuit revelationem suam multis et temporis, 377, 1; 426, 2. morti proximus in carceribus Christo laqueatus, 374, 1. pastor fuit pastorem, 377, 2. iacobus S. Iamensis nuntius successorem fecerit, 402, 1. quando secundum apostolum Simon, et ubi serpsit, 404, 2. dicitur est a parvulus Simon, 406, 1. ejus fervor, 235, 1. ejus cura circa fideles et

totam Ecclesiam, 427, 1. ejus caritas et unio cum S. Paulo, 409, 1. ejus candor et sinceritas, *ibid.* P. Petrus Causas in omnibus adversis Deum benedixit, 49, 1. ejus celestis illustratio quod sui cognitionem, 60, 2. Paphlagonia que dicitur a Philippiis, 122, 2. Phantasia hominum que sit stimulans, 626, 1. Pharisaei consensum totum legem non esse servandum, sed partem ejus in partem, 111, 2. eorum error duplex circa juramentum, 311, 2. Philadelphia Christianorum quanta esse debeat, 302, 1. Philippus Macedo convictioribus gratias agebat, 29, 1. Philosophi nonnulli in tribunalibus sunt gavis, 14, 2. Philonem Flaxari filius an fuerit laicus explorator ad Romanos, 492, 1. Phylis symbolum est Christi et Christiani, 618, 1. symbolum ad resurrectionem, 309, 2. hinc est insculptus areographia plurimorum Martyrum, *ibid.* 618, 1. Pigeus, est urben parvulus et propagaculis maribus tenet, 651, 1. Picta est confugientium patientia, 417, 2. delectat dicitur ad amorem fraterno, *ibid.* Pii semper allegantur et tribulantur, 364, 1; 419, 1. Pictis hieroglyphicis est odii, 578, 2. Pictis vivit in diebus quanti fuerit, 143, 1. Pictis deo in omnibus studium, 583, 1. Planetis sunt typus haereticorum, 676, 2. et seqq. hoc nomen planetis item aliis hominibus adaptatur, 677. planetis variis et variis habent motus, 487, 2. Picta quomodo se ad iudicium prepararet, 488, 2. ejus parados et analogia, 467, 1. Pictis omnium divinitatem ponit in beneficentia, 168, 2. Pudentia virtus, 229, 1. est sibilis et pura justitia, 207, 1. per nam ad Deum ascendimus, 161, 2; 182, 2. Pudentiam principia que obtinet sermo emendationis propositio concupiscentia, 117, 1. peccant non conscientia, 213, 1. duplex virtus est, et quam vel notat, 44, 1. Pudentia virtus est in die colorum motus, 47, 2. S. Polycarpus comprehensoribus suis memum apponi juramentum, 573, 2. detestatus est haereticos, 620, 1. S. Polycarpus quomodo in carere verberaret, 490, 4. Pontifex Julianus stimulis interfectum gerbat artem et tumulum, 616, 2. Pontifex Rom. Imperator et presertim regibus et Imper., 256, 2; 274, 2. ejus triplex corona quid significet, 286, 2. ejus in Ecclesia auctoritas, 229, 2. vocatur Episc. universalis, 376, 2. vocat Episcopos fratres, A. Pontificum omnium brevis est vita, 427, 1. Pontifex est regio Asiae Minoris, vicina Ponto Euxino, 218, 2. ejus incolae mire barbari erant, *ibid.* 239, 1. apud eos erant aurum Carberi et alia barbarica, 238, 2. omnes haereticis homines, 380, 1. Pontifex symbolum est hominum profanorum, 469, 1. Item quomodo profanorum, *ibid.* 2. Potestas Persecutionis et Praetorium a Deo descendit, 64, 1. Praecepta legis veteris facere multa et gravis, 207, 1. praecceptum dilectionis propositi includit praecceptum dilectionis Dei, 323, 2. Praedestinatus qui verus, et quis non dicendum, 493, 1. Praedestinati vero nequeunt in peccatis maculari moeri, 571, 3. non sunt electi ante peccata opera, ex more Dei beneficiis, 426, 2. Praedestinatio ad gratiam pendet a cooperatione libere arbitrii, etiam si hinc illius non sit causa, 421, 1. praedestinationis dilectionis plebiscorum confiditur, *ibid.* tria vera signa praedestinationis, 475, 1. praedestinatio ad gratiam non potest ab ea que est ad gloriam, 552, 1. Praedicationis et institutionis variae analogie, 81, 1. Praedicator sit concha, non cancellus, 76, 1. expe eadem infidelit, 349, 1; 411, 1; 668, 2. ejus sermo sit actus non verbor, 74, 2. populo suam minari, nunc blandiri

debet, 157, 1. quanta esse debeat, 301, 2; 378, 1. loquitur vera et sancta, 360, 2. aetate concionem, *ibid.* sit sibilis, 85, 2. qui pomposus et verborum, est minus sine aqua, 674, 2. Praedicti vitæ probitate subditis praesent, 353, 2. et seqq. eorum vita ab omnibus videtur, 384, 1. 2. amore plus quod subditis proficiunt quam lerrora, 169, 2. eorum quoque munia, 381, 2. quod dotes, 382, 2. in laici subditi debent, 20, 2. quantum ortum sibi cresciturum curam habere debeant, (53) 2. et seqq. Praetura ambrosiana non sunt, 103, 2. Praetura tentationem vincuntium, 21, 2. Praeparatio ad adventum Christi quam facienda, 488, 2. Praesentia Dei sibi conditionata, alia perfecta est, 209, 1; 210, 1. latius patet quam praedestinatio, 239, 1. ea in Deo quoad electum hominum sex dotes includit, *ibid.* Praesentia Dei ubique habenda, 602, 2. Primitiva Deo quomodo fuit, 71, 1. Primitivis familiarum aliter erant sacerdotes, 385, 2. Principes sit modestos et modestus, 383, 1. ejus vita ab omnibus videtur, 384, 1. principibus civilibus obsequere debent Christiani, 207, 1. itaque propter Deum, 298, 4. scilicet se potestatem a Deo accepisse, 64, 1. eorum vita est quasi picta tabula quam subditi inspiciant, 363, 1. Principium Verbi Dei quod dicitur, 508, 2. et seqq. Privilegia duodecim S. Petri Apostoli, 331, 2. Probatio fidei quomodo oportet et causat patientiam, 23, 1, 2. et seqq. Probata que tenebatur haereticos maneat, 677, 1. Proclivitas ad malum, etiam in iustis manet, 371, 2. Profectus discipulorum recitat magistrum, 641, 2. profectus in via spirituali in quo sita, 336, 1. comparatur lucifero crescentem in diem perfectum, 436, 2. Profectio fidei, legis et cultus Dei, vocari potest religio, 90, 1. Proficere semper in melius Christiani debent, 379, 1. et seqq. 348, 2. Promittit deus vitam aeternam in fide constantibus, 558, 1. Promittit deus vitam aeternam in fide Christianis se datur in veteri lege que promissit Deus Christianis se datur, 419, 1. Prophecia loquitur de futuris quasi de praeteritis, 678, 1. in quanta sit fides adhibenda, 492, 2. omnes a Deo sua oracula accipient, 86, 2. Apostolorum et Christianorum per suam prophetiam fuisse ministris, 255, 1. Prophecia capitur pro interpretari, 437, 1. Prophecia Henochi qualis fuerit, 677, 2. prophecia vera venit a voluntate Dei, 428, 2. subinde datur improbis, semper in visione, 458, 1. est velut lucerna, 433, 2. prophecia Scripturae quod dicitur, 447, 1. Prophecia nulli quod sermone emendandi vitam non habent, hinc dantur, 112, 1. 2. et seqq. propositum firmiter, omnibus rectis illecebris resistendi redditur car bonis mundum a saeculo, 95, 1. Pronicationis libri sacri qui dicuntur, 496, 1. Providentia Dei sua Christiani committunt, 198, 1. Proximo beneficentiam insunt Dei, 37, 2. proximus nobis diligentes qui sit, 111, 1, 2. et quantopere, 509, 2. Prudentia definitio, 322, 2. unde vox fornicata, 420. ejus partes, *ibid.* ejus actus et officia, *ibid.* ejus eloquium, 416, 2. varia ejus praesentia, *ibid.* 2. Psalmidia quantum fructus, 213, 2. Pseudoprophetae nunquam defuere, 440, 1. Psychici quid dicantur, 463, 1. Pudentia legis Christianae, 164, 1, 2. Pudor dandaudum in iudicio quantum futurus, 369, 1. et quoque ejus ratio, *ibid.* Puerorum institutionibus magna cura habenda, 518, 2. pueri omnes vult specie vult Eucharistiam sumebant, 374, 1. Pugnatio impugnorum salus est proborum, 299, 1. Pupilli et viduae Deum tutorem habent, 93, 1. Pura est et casta lex Christiana, 161, 1, 2.

Purgatorii poena quam acerba sit, 680, 1. animas inde Christiani ad inferos descendentes liberavit, 567, 1. Puritas doctrinae, castitatis et vitae, est una e nobis vera fidei et Ecclesie, 161, 2. puritas est quantum sanctitas, 366, 1. quanta puritas Dei; hinc pura enim dicitur, 94, 2. Pythagorae apud suos auctoritas, 587, 2. Pythagororum quinquagesimo silentium, 73, 1.

R.

Radiolus facere silentio ignem compescuit, 144, 2. Rabab meretricis non capimus, 139, 2. an silvata, *ibid.* quae bona fidei opera fecerit, 431, 1. non poterat exploratorem proferre, *ibid.* ejus fortitudo, *ibid.* ejus quanta fuerit fides, *ibid.* fuit iustificata, et avia Davidis et Christi, 2. quando sit iustificata, an ante admisionem exploratorum, an post, *ibid.* Rebellos signum est haereticis et infidelitatis, 207, 2. rebellos contra Superiores quantopere Deo displicent, 673, 1. Reclini quantum sit malum, 466, 1. Reclinerit non quam plebe Christus Dominus, 363, 1. Regem quomodo sint animo, 277, 2. Regeneratio Christianorum duplex est, 342, 1. regeneratio divina dignitas, 272, 4. S. Reginalius a D. Virgine est in magna agilitate in unctus, 216, 1. Regio animo sint Christiani, 410, 5. Regnum Dei quomodo in nos adveniat, 458, 2. id est in ipso, 100, 1. Deum cum omni sua felicitate, 280, 1. Regula septem recta vitæ, 290, 1. Rebellantes in peccatum similes sunt canibus, 467, 2. 384. Relapsus in peccatum quam grave sit malum, 466, 1, 2. Reliquos boni bene servant silentium, 138, 1. Reliquos quasi sit etymon, 85, 2; 90, 1, 2. decem ejus species, 93, 2. religio virtus que sit, 89, 1, 2. violatur per constantibus, 558, 1. religio captur item pro pietate, *ibid.* religio vera ab haereticis blasphematur, 449, 1. religio mundi Christianorum, 91, 1, 2. Religiosa vita donum perfectum est, 64, 2. ipa continua quomodo probatio est, 24, 2. est regale sacerdotium, 283, 2. Religiosi sunt hoculocuti, 288, 1. cur a saeculo avellant, 93, 2. sunt beati, quia sunt quod esse volunt, 443, 1. esse cur mandati oderunt, 574, 1. et seqq. quare desunt esse modesti, 329, 2. quantum mundum possunt, 92, 1. eorum quales debent esse sermone, 323, 1. quomodo a Superioribus tractentur, 24, 2. et tis periculum a lingua, 154, 1. Religiosa quidam Valentiniana a religio despecta, Iuxta angelis doctrinam est omnium serorum sanctissima, 45, 2. Religiosi quid proprie dicantur, 88, 1; 90, 1. Reliquos peccati quae dicuntur, 218, 2. reliquos Sanctiorum cultu diaboli, nec fert, 668, 1. eorum cultus adhibetur, *ibid.* Remissio peccati est actus iustitiae, 539, 2. et seqq. Remissio elementorum et colorum in mundi fine futura est, 483, 2. Reprobatio non est causa exitus ab Ecclesia, lapsus est damnationis improborum, 553, 1. Reprobator nemo post acceptam gratiam pravus ea male usus, nisi post et ob praviam demerita, 431, 2. Reprobis non sunt ante praecisionem peccatorum postea a Deo ad inobedientiam et rebellionem, 354, 2. Residentia Episcopis praecipitur, 379, 2. Residentium nobis est concupiscentia, 58, 1. et tentationibus, 21, 1. Resolutio constans ad resistendum omnibus seculi incivilementis, reddis hominem ab eo immutatum, 54, 1.

Resurgens omnes cum his quos Dominus acquisiverunt, 228. 1. resurrexit Christus virtute anime suae, 331, 1. Resurrectio rerum omnium, uti et hominum, erit in mundi fine, 485, 2 et seqq. resurrexerit cur dicitur regeneratio, 242, 2. ejus symbolum est phoenix, 399, 2. resurrexerit Christi est velut sigillum omnium ejus operum, 343, 1. haec et ejus concomitantia denotant eum esse Messiam, 619, 1. illa ipsa non suscipiunt, 244, 1.

Revelatio dies dicitur dies iudicii, 352, 1. Ius est vira dei in terris imago, 228, 1. est regni sui primarius, 220, 1. est spirituum velut pastor, 409, 1. regibus debetur honor, 120, 2. pastorum similitudo, 674, 1. praecedunt cetera charitate, 119, 1. eorum sollicitas quam sit momentanea, 479, 2. omnes sunt a Deo vel per se, vel per suos instituti, 228, 1. meminerint se et subditos esse, 2. his olim praeferebatur Ignis, 177, 2. reges p[er] se semper Ecclesiam et Pontificem Romanum cofaerant, 228, 1.

Robertus Cardinalis Bellarminus se depingit virum notum, 32, 2. ejus pietas, 305, 1.

Roma S. Petrus debet fidei sinceritatem, 235, 2. cur ab eo vocetur Babylon, 400, 2. et seqq. utriusque urbis analogia, 401, 1. a quo primum vastata, 550, 2. Romana Ecclesia quam semper fuerit Barro, 405, 1, 2. quare facta Patriarchata, 13, 1. ejus in fide et pietate constantia S. Petro accendens est, 428, 1.

Romani aliqui in proposito condentes recentiorum, 93, 1. Perit est levnis in filia moventium, 57, 2. Rose brevis decur, 57, 1.

Rois naturas quoniam a lingua inflammantur, 146, 1. tota sumunt etiam pro tormento, et quae illi sit, 148, 1, 2. Residentes inferni sunt ejus vis et jus in peccatores, 144, 1. vel ejus claustra, 657, 2.

Rupertus Tullianus, h[ab]et certus est eductus, 34, 2. Pyraeque iam ad externas, quam ad animam referat, 78, 2.

S.

S. hebraeorum saepe Syri et Chaldaei mutant in T. 649, 1. Sacerdotes habuit omnia respública et gnos, 283, 2. sacerdotis in Ecclesia Dei sunt veluti principes, 72, 1. ponat salvabitur, 185, 2. vis etiam omittit oportet, 219, 2. eorum est per quilibet deceret vivere lenear, 287, 2. quare debeant esse modesti, 222, 2. et seqq. semper salutare et sancta loquuntur, 361, 1; 362, 2.

Sacramentum quid sit propria significatione, 340, 2. Sacramenta tria perhibent testimonium Christo, 618, 1, 2. Sacramentum quid sit propria significatione, 340, 2. Sacramenta tria perhibent testimonium Christo, 618, 1, 2. Sacramentum quid sit propria significatione, 340, 2. Sacramenta tria perhibent testimonium Christo, 618, 1, 2.

Sapientes non sunt tolerant, 39, 1. Sapientia vox unde dicitur, 30, 2. sapientia sancta et vera quae sit, ibid. et seqq. 63, 1; 164, 1. cur haec dicitur caelestis, 164, 1. ejus et fides antitheses novem, ibid. ejus effectus, ibid. vera pudica est, ibid. et 2. ejus comes est castitas, 165, 1. est Dei filia, est caelestis, 165, 2. requirit cor purum, ibid. est pacifica ob variis causis, 166, 1. item modesta, 2. est suavis, ibid. est bonis comitibus, 168, 1. est plena misericordia, 2. ipse est unio, 61, 2. haec praer reliquis donis a Deo postulanda est, 23, 2. et ab eo solo, 33, 2. eam acquirunt praxis, 31, 2. vita est in patientia, ibid. sapientiam omnes angeli et homines a Deo participant, 638, 2. sapientia terrena quae dicitur, 162, 2. quae animalis, ibid. item diabolica, 163, 1.

Sara caluit Abraham maritum. ejus nomina, 317, 1. Satagere quis dicitur, 420, 1. Satorum dicitur Calvinus Deus, 464, 1. Saul humilis cum esset, ad regnum evectus est, 45, 2. Scandalizantes alium dissolvunt Christum, 538, 2.

gradi possit, ibid. in eis B. Virgo non habitavit, ibid. Sancti diaconi in tormentis constantia, 295, 2. Sancti non spernent eo nisi ad laudes Dei, 74, 1. semper se vocant peccatores, 137, 1. in vita fuerint infirmi, cur, 224, 2. in celo perpetuo laudant Deum, 154, 2. eorum os est quasi altare thymianum, 241, 2. nihil timeant, 230, 1. his prima peccata ad gloriam referant, 358, 1. omnium operum initia ad Deum referant, 262, 2. semper incipiunt, 425, 1. post mortem curant res mortuorum, 427, 2. dilexerunt potes, ibid. cur, 1. cruciantur offensis contra Deum -> proximos admissis, 449, 1. sunt velut casti novi et le vi nova, 491, 2. sunt lux mundi 624, 1. sunt nostri advocati post Christum, 287, 2. his non est scandalum, cur, 541, 1. in iudicio non trepidant, 539, 2; 560, 2. sunt mundania exosi, 571, 1 et seqq. eorum vota pervenit Deus, 282, 2. Deo nisi quid non faciant, 550, 1, 2. amantur hostes suos, 595, 2. quomodo stantur ira sua, 77, 2. peccantes semper ad futura Christi confugerunt, 331, 2. habent spem mittant timore, 603, 2. eorum festa quare celebrantur, 645, 1.

Sancti eminentes dominum in feris accipere, 451, 1. qui sancti in Canale Missae reculantur, 208, 1. Sancti veteris Testamenti quomodo dicuntur fuisse Christiani, 254, 1. quo quisque Sanctorum vive ante, aive post Christum illi fuit vicior, eo magis ab illi fuit facti Christiani illustratur, ibid. Sancti multi mire erga Christum in carceribus affecti fuerit, 512, 1. multi vitam pro altorum animo salute exposuere, 577, 1. qualem novam certitudinem gratis habuerunt, 584, 2. laudem horum plerique metuant, 585, 2.

Sanctissimum ut proprium opus Spiritus Sancti, 259, 2. Sapientia proprie, quid sit, 24, 2. vera in quo consistat, 566, 1 et seqq. efficit in vite puritate, 291, 1. plena et universale sapientia quae sit, 2 et seqq. eo quanti a nobis laudanda sit, 240, 1. facit hominum interitum ad omnia, 204, 1. sanctitas propria optimum animarum convertendarum administratum, 228, 1. sanctitas Christi est causa sanctitatis nostrae, 467, 2.

Sanctorum sunt et fere varii spiritus, 41, 2. Sanctus quis proprie sit, 201, 1. sanctum tria faciunt, 566, 2.

Sanguini effuso ubique aquam Christum miscuit, 609, 2. sanguis et aqua probantur Christum verum esse hominem et Deum, 609, 1, 2. sanguis in Scriptis significat omne peccatum, 556, 2. sanguis Christi reserat calum, 240, 2. est bibeum anima agrum, ibid. quomodo eo animam aspergitur, 241. quomodo non a peccatis emundat, 236, 1, 2. in effusus unitus mansit deitatis, 265, 1. ejus vis infirma, 265, 2.

Sapientia vox unde dicitur, 30, 2. sapientia sancta et vera quae sit, ibid. et seqq. 63, 1; 164, 1. cur haec dicitur caelestis, 164, 1. ejus et fides antitheses novem, ibid. ejus effectus, ibid. vera pudica est, ibid. et 2. ejus comes est castitas, 165, 1. est Dei filia, est caelestis, 165, 2. requirit cor purum, ibid. est pacifica ob variis causis, 166, 1. item modesta, 2. est suavis, ibid. est bonis comitibus, 168, 1. est plena misericordia, 2. ipse est unio, 61, 2. haec praer reliquis donis a Deo postulanda est, 23, 2. et ab eo solo, 33, 2. eam acquirunt praxis, 31, 2. vita est in patientia, ibid. sapientiam omnes angeli et homines a Deo participant, 638, 2. sapientia terrena quae dicitur, 162, 2. quae animalis, ibid. item diabolica, 163, 1.

Sara caluit Abraham maritum. ejus nomina, 317, 1. Satagere quis dicitur, 420, 1. Satorum dicitur Calvinus Deus, 464, 1. Saul humilis cum esset, ad regnum evectus est, 45, 2. Scandalizantes alium dissolvunt Christum, 538, 2.

Scandalum proprie quid sit, 541, 1. Sancti scandalum non habent, ibid.

Schisma significat sine haeresi, 68, 1. quam ipsam sit grave scelus, ibid. 2.

Schismatici solvunt Christum, 588, 2.

Scientia quontiplo significacione accipitur, 445, 2. vera scientia quae sit, ibid. ejus sator est abstinencia, 447, 1. — Fidei Scientia, 447, 1.

Scelopeta quomodo inventa, 167, 1.

Scriptores hagiographi a Spiritu Sancto incitati sunt et directi, 428, 1. plerique fuerit sancti, ibid. cur inter se conveniant, 2, 2.

Scripturae speculum est, 83, 1. est explicanda ex mente Ecclesiae et Patrum, 438, 2. eam pandit oratio, ibid. et vita paritas, ibid. hinc eam quisque suo sensu exponere et interpretari non potest, 437, 2. non est ad conceptus privatos trahenda, 491, 1. eam haeretici depravant, ibid. non est facillie intelligenda, 493, 2. est quasi lacerna lucens in tenebris aenali, 433, 2 et seqq. interduum habet anapsition, 558, 1. cur dicitur propheta, 437, 1. ejus intelligentia a Deo petenda, 2. venit a Spiritu Sancto, 603, 1.

Scrupulos tollit charitas, 599, 1.

Scrupulosi quomodo se in timore suo gerere debeant, 59, 1.

S. Sebastiani Barradi ultimum ad suos monitum, 188, 1.

S. Sebastianus quomodo S. Marcum et Marcellianum in tormentis tribulantes confirmavit, 231, 1.

Seca tripliciter capitur, 432, 2.

Sebedaeus Judaei et Romani in consensibus, 102, 1.

Segetes suam habet usum et vesperam, 206, 1.

Senex capitur pro omnino et irrevocabilitate, 659, 1. quomodo Christus semel pro peccatis nostris dicitur mortem robuisset, 338, 2 et seqq.

Senex parentis non inficit corpus filii, ut excitet concupiscentiam, 51, 1. semen Dei est multiplex, 570, 1.

Senectus venerabilis est, 286, 1.

Senior idem est quod dominus, 631, 1.

Sententiae eodem modo reperiuntur scriptoribus hagiographis et cur, 231, 1.

Sepulchrum Moysi ignoratur, 667, 1. sepulchro fatis lingua malefica assimilatur, 154, 1, 2.

Sermo consularum sit sedatus et solidus, 72, 2. sermo Dei ardentem deprimendus, 269, 2.

Serpentes ad hominibus domantur, 154, 1.

Servi Dei nihil ejus servitio subtrahant, sed totos se ei dedicant, 72, 1. servum esse Christi quam honorificentiam dicunt, 72, 1. servum esse Christi quam honorificentiam dicunt, 72, 1. servum esse Christi quam honorificentiam dicunt, 72, 1. servum esse Christi quam honorificentiam dicunt, 72, 1.

Servitio quare, et qua occasione inducta, 465, 1.

Si capitur subinde pro quia, 593, 2.

Sibyllae fuerit virginis, 165, 2.

Sigismundus Imper. quomodo punierit ducentem avarum, 206, 1.

Silentii gloria et laus, 75, 2. id sedat mala lingua, 444, 2. item ignem, ibid. id docet loqui, 188, 1. silentium Christum commendatur, 89, 2; 90, 1. item Religio-rum, 51, 1.

Sivanus et Silas idem est: fuit bajulus epist. S. Petri in Orientem, 469, 1.

Similes Deo sunt justi tripliciter, 564, 2. modi quibus similes Deo reddantur, 565, 2.

Simon Stylites identidem ad caelum suspirabat, 498, 1.

Simon Magnus docuit Zelote, 48, 1.

Simon Magnus docuit Zelote, 48, 1.

Simon Magnus docuit Zelote, 48, 1.

Simon Magnus docuit Zelote, 48, 1.

Spiritus Sanctus quomodo ad irridiam concupiscat, 177,

docuit Deum esse auctorem peccati, 54, 1; ejus libilo, 656, 2, et seqq.

Simonianus negabant Christum esse Deum, 637, 1, 2. quomodo majestatem Deibis blasphemarent, 665, 1, 2 et seqq.

Simonia quid sit styron, 408, 1.

Simplex cordis, et cor simplex quod dicitur, 270, 1 et seqq. simpliciter in Script. cum de dando agitur, significat donum affusissimum, 25, 1.

Sinceritas decet Christianos, 472, 1, 2. ea in te denotatur, 277, 1.

Sincerum tria diversa denotat, 472, 1.

Siau (in) Christi cur Joannes reconvenerit, 498, 1, 2.

Sineure et sinus metaphoricis significacione quid significant, 367, 1.

Sinensis Novatianus Episcopus reprehensus fuit a fidei-bus quibus esset homo mollis, 101, 1.

Sionis Abasis orantis fiducia de impetratione petitorum, 41, 1.

Sobrietas mater vigiliis et castitatis, 300, 2. qualis Christianus debeat, 250, 1, 2.

Societas hominis cum Deo unde fit, 324, 1, 2. societas honorum inter fideles quae sit, 526, 1. societas in prima ad quid prosit, 396, 2.

Societate Jesu Collegia quantum Belgio profuerint, 297, 2.

Socii afflicti sociis bonitatem vel malitiam, 321, 1.

Societas patientia, 39, 2.

Sodomae incendium quam horrendum fuerit, 448, 2. ejus incolae omnes ad inferos demerit, 449, 2.

So laem quam infame et probrosum scelus, 449, 2.

Solomonia quomodo coelitus punit, 602, 2. ea omnia transmisi ad ignem aeternum, ibid. 608, 1.

Sol pater luminis Deum optime representat, 64, 1. displicet tenebris et umbram caecat, 67, 1. habet quoque suam parallelam, ibid. ejus vicissitudo complexus est, 65, 1. typus est Ecclesiae, 436, 1 et seqq.

Sollicitudo nimia temporalium rerum an malitia qualem est, 78, 2. ea est Christiano prohibita, 388, 2.

Solvere Christum qui dicitur, 588, 1 et seqq.

Solymani Turcarum Imp. de Lutheri testimonium, 589, 1.

Somnia vendunt haeretici, 663, 2.

Somno moderate indulgendum, 664, 1.

Sordidus rerum nostrarum in manu est Dei, 191, 2.

Sphalanx fuit homo diversorum moti sportum, 157, 1.

Sportularum consensus et unitas, 321, 2.

Species aliena vis magis menti inheret quam propria vis in speculo, 84, 2.

Speculi descriptio, 83, 1. id an vim habet inducendi obli-vionem sui potius quam alterius obiecti in eo visi, 84, 1. id mulierum est, non virorum, 82; 84, 2. in eo videtur ipsa facies, non ejus imago, 83, 2. ejus et verbi Dei analogia variis, 85, 1 et seqq.

Spes per synecdochen omnem Dei cultum complectitur, 216, 2. spes vite fulgura excitat per patientiam, 23, 1. haec animat ad patientiam, 205, 2; 684, 1. haec in Christianis quam certa et efficax sit, 242, 2. posset proprie vocari regeneratione, ibid. cur dicitur spes vi-va, et quae sit haec, 243, 1 et seqq. est fidei anima, 2. spes nostra est Christus, 244, 1. spes in Deum creantem tribulationes rescentes, 449, 2. ea in oratione exci-tanda, 225, 4. eam in oratione quare Deus ponat, 46, 2. ipsa pro obiecto habet Deum, item alia ad Deum ductenda, 260, 1. quo ipsa major in affectu, eo assu-rorum significat credulitatem obtinendi, in intellectu, 49, 2. spes alia quam varia sit, 189, 1. spes est filior quomodo imago se habent, 49, 1.

Sphinx imago est ignorantiae, 669, 2.

Stilis; et maculae et ophiophis significat, 678, 2. est pro-prie insula in vasto et viuo aut lugubre, 206, 2; 468, 1.

Spiritualibus (in) nostri curam gerit Deus, 390, 1.

Spiritus Sanctus quomodo ad irridiam concupiscat, 177,

1. ejus rebus in nos; 2. quanta nobis dot. 179, 1. ejus divinitas probatur, 258, 1. 2. et attribuitur receptio et sacrificatio homini generis; *ibid.* requiritur in palatium, 366, 1. et si eum adjuvat, *ibid.* substantialis datur in justificatione homini, 411, 2. et seqq.; 533, 2. item in Confirmatione; 556, 1. assistit scripturarum sacris, 128, 1. est invocandus in dubiis, 551, 2; 558, 2. Spiritus aut ad invidiam concupiscit, 177, 1. spiritus infernus Eucharistiarum jugulatur, 554, 3. spiritus privato non nisi prolatis spiritus et doctrine, 558, 2. Spiritus, aqua, et sanguis quid ad litteram analogice, mystice, allegorice, symbolice et tropologicè significant, in eo quod testimonium dant, 612, 2. et seqq. spiritus quis testimonium dei de Christo, *ibid.* et seqq. spiritus omnes examinandus sunt, 589, 2. spiritus spei prestat spiritus timori, 43, 1. spiritus vocatur suggestus et inspiratus, 586, 1. sic vocari quique possunt doctores, *ibid.* quibus spiritibus Christus apud inferos predicavit, et quis, 275, 2. Spiritus flentis est signum favoris et opis, 65, 1. obliquis flentibus spiritus patris, 69, 1. Spiritus in fine mundi abibat et dissipabatur, 485, 2. et seq. est erunt demum apocryphos, 458, 2. an aliam vaporem, 444, 2. S. Stephanus quomodo versari S. Jacobo Minoris sacrificium, 9, 1. Sicut docentur misericordiam non esse virtutem, 379, 2. Styli varietas in uno eodemque auctore unde proveniat, 404, 1. Suidere cor, quid sit, 580, 2. et seqq. Subalternatio et humilitas in Clericis quam sit necessaria, 347, 1. Substantia nulla mala est, nec producitur a diabolo, 84, 2. Superfluo se homo quare, 257, 2. Superstitio prima ad peccatum, non est peccatum, 56, 1. Superstitio, nunc et quæ dicuntur, 409, 1. Superbia merito est peccata, 180, 1. et a Deo petulantia, 2. Sicut bellorum est, 174, 1. Deo exiit est, 367, 2. et sine hyperbole, 47. superbia vixit est aspidem et fofas; ejus concupiscibile est omnia mundana persequi, 246, 1. Supercreare quid sit, 67, 1. Superiorum in religione est iusto mortificare et probare, 21, 2. sique sentiam, et per minoræ ad majora ascendendo, 129, 1. eorum est semper commoneo, 425, 1. ab injuriis abstinere, 669, 2. et seqq. Suis stupor et hiebat, 470, 1. Suspendere in Scriptura significat omne obsequium exhibere, 613, 1. Suspensio vix unde derivatur, 229, 2. Sylla reprobata fuit dissolutioris animi, 27, 2. Symphonia quid sit, 335, 1. Syriacis libris in Ecclesiis et conventibus, 99, 2. Ecclesia quem olim ordinem in Syriacis servavit, 409, 2. Syriace non extat epist. secunda S. Petri, 404, 1.

T.

Tabernaculum figura eret sacris presentia, 431, 2. tabernaculum est symbolum corporis, 425, 2. et seqq. Tabernaculorum festum quid sit, 426, 1. Tacet imprudenter qui loquit alius debet, 149, 2. tacere et audire docet sapientiam, 70, 1. et seqq.; 74, 1. Talpa an oculis suis videatur, 44, 1. tunc audiunt, *ibid.* eorum sub terra vita, 2. Tantalus dicitur quasi raderetur, 106, 2. Tarditas loquenti conducat ad sapientiam, 72, 1. Tartarus vox unde deducatur, 444, 3. Tegere peccata quomodo dicitur charitas, 357, 2. et seqq. Titius quintuplicem patitur significationem, 29, 1.

Tolantia; est perfectio et purificatio, 54, 4. Templum Dei est Iherosolymis, superadditionem sancte *ibid.*, 582, 2. et seqq. Templum spirituale quod dicitur, 502, 2. Tempus cor vocatur hora, 519, 2. ejus nobis habenda ratio, 634, 2. tempus hominum quomodo breve est, 459, 2. Tentationem (ob) exempla castigulorum, 602, 1. et seqq. Tentoria sunt symbolum diaboli, ignorantie et peccati, 514, 2. et seqq. Tentant deversimodo non Deus et demon, 59, 4. neminem tentat Deus ad malum agendum, *ibid.* Tentatio triplicem patitur significationem, 15, 1. in tentatione quomodo gaudere licet, 20, 1. in tentationem non induci quomodo rogemus, *ibid.* quomodo illa appetibilis sit, 2. cum vincentes alia eandem vincendi dant exempla, 21, 2. ipsa mira mentem illuminat in via virtutis, 22, 1. cum non curant generosi, *ibid.* est per se mala, sed iusta per accidens fit bona, 51, 4. in tentatione ad peccatum cogitationem de judicio, 297, 2. quis sunt tres gradus, 56, 1; 61, 2. per cum anima sciamus purgatur, ut perveniat ad perfectionem summam, 22, 2. probat et exornat fidem, 23, 2. cum vincendi prout, 16, 2. tentatio una concens est ad vincendum aliam gravioem, 21, 1. Testimonium virtutem excusant, 29, 2. sunt similes spei et orationi, 21, 1. 2. sunt breves et modice, 218, 2. et seqq. sunt experimenta virtutis, 250, 1. igitur comparantur, *ibid.* etiam commoda, 29, 2. et seqq.; 22, 2. et seqq. S. Teresa pati pro Deo gaudebat, 18, 1. Terra post aliam iudici decernatur, et cur, 491, 1. Item ab omni maleficio liberanda, et est aqua et per aquam consistit, quomodo, 478, 2. et seqq. aqua mixta est, *ibid.* cum Christus sua incarnatione in calum commutavit, 335, 1. terra cur dicitur Ceres et Pandora, 22, 1. Terra illico pertransiunt, 272, 2. ab his nostrum cor avellere debentur, 388, 1. Terror Scripturæ optime animam docent, 86, 1. Tertullianus factus Montanista, orthodoxos cum per se communi vocat psychicos, 163, 1. Testora hospitalitatis fidelium que esset, 641, 2. Testes Christi tres in celo sunt, 811, 1. item tres in terra, *ibid.* 2. Testimonium de Christo quam varia fuerint et authentica, 616, 2. et seqq. Testor subinde significat protestor, 519, 2. Testor quis sit mons, et cur dicitur sanctus, 431, 2. et seqq. Thaddæus, id est mannes, 619, 1. unde vox formatur, *ibid.* Thaddæi an sint duo, *ibid.* Talmodi quam sit fabulosum, 525, 1. Tachitæ est sagaciter inspicere et perspicere, etc., 508, 1. Teatro (in) Romæ quibus pro dignitate societas, 162, 2. Thebes legio resistere cum posset, maluit mysterium salutare, 505, 1; 291, 2. S. Thecla in tormentis oravit Eum pro patientis, 19, 2. Themistocles juvenis dolens sibi non insidere, 160, 4. Theora in cute Cupidinem fulmine tenentem, cur, 90, 1. Theodora virgo Antiochena a muliere periculo violentationis erepta, 377, 2. Theodora Augusta, cur dicitur demagogica, ejusque *ibid.* 169, 1. Theodoros Archimandrita qui peccatione mandatum dederit, 176, 2. S. Theodoros Studita quam esset ad flagella paratus pro Christi nomine, 389, 2. Therapeutæ erant priores monachi, 616, 2. Theophrastus quid proprie sit, et unde vox deducatur, 291, 3. Thomas Anglicus interpretatus est epistolam S. Jacobi, et quis fuerit, 5, 2. S. Thomas Apostolus an solus Christum reus illatum testigerit, 256, 2.

S. Thomas Aquinas cur dicitur bis multus, 73, 1. Intercessione B. Virginis omnia impetrabat, 49, 4. magna oratione profecti quam studio, 24, 2. ejus sapientia et eorum, 165, 1. docenda mortuus est, 379, 4. an sit in epistolis Gregorius commentatus, 8, 2; 49, 2. et seqq. Thomas Morus præcæterit æternam transierit, 489, 2. Thiberius Imper. Constant. in vapores mire effusus erat, 591, 1. Tigris rapta rutilis in speculo seipsum intuentis factus, 83, 2. Timonius Hecatasus ædificiorum fix erat, 451, 1. Timiditas intelligitur aliquando per molliam, 78, 2. Timor Dei, ejusque vindicta conservat hominem a scelere immuncialium, 90, 2. timor diversus a charitate pellitur, 602, 2. et seqq. timor filiale Deo debetur, 389, 2. timor Sanctorum conjunctus est cum spe, 41, 2. Timeo unde pigantur in vestibus, 198, 1. cum quomodo arceatur, *ibid.* Timoratus (in) Iherusalem consistit vera perfectio, 326, 1. Timor exultationis est per vigiliam, 390, 2. Tormenta multi vix Christianorum societate ad Christum conversi fuerit, 266, 1. Tormenta Indiarum quomodo in illis et in inferis esset, 264, 2. Tranquillitas animi quibus in rebus sita sit, 110, 2. Transfigurationis Christi ordo, 451, 1. ejus symbola, 2. Transuritur sint oculi quomodo, 484, 2. Tres in Trinitate quomodo unum sint, 614, 2. Grex quis sit, et unde vox derivatur, 99, 2. Tribulatio est locus Dei, 21, 2. est tentatio, 19, 2. est Christiano propria, 363, 2. et seqq. est tentatio Dei, 17, 1. sua ejus elegia, *ibid.*; 38, 2. quomodo operetur patientiam, 21, 1. quantum bene inculcat, 11, 1; 2; 10, 1. et seqq. est cocerere crescit spes in Deum, 449, 2. in eo gradus debent Christiani, 248, 1. quid brevis est, 249, 1. et seqq. tribulationibus peccatorum magis expurgantur in justis, 370, 1. sunt divinum perfectum, 61, 2. sic domatur hōia, 159, 3. Tribus totæ Judæorum luter Gentes dispersa non fuerit, 57, 2. Tribus decem a captivitate non redierunt, 43, 2. S. Trinitas quomodo describitur, 512, 2. cum non intelligitur de Christo, *ibid.* a sem negotio Judæorum heretici, 527, 1. ejus commissio *ibid.* et faci comparatur, 523, 2. cum intelligere et comprehendere non possumus, *ibid.* est pater Christi et Christianorum, 241, 1. quot modis dicitur pater luminum, 65, 2. id prohibet a simili, *ibid.* est cum immobile, immensum et constant, 68, 2. et seqq. ipsa ex epistola S. Joannis censitur, 611, 1. Tristitia dissolvit vires hominis, 393, 1. est humor demoni, 213, 2. solus propter peccatum nihil est, 207, 9. Trudo cogitans raxam litteras dicitur, 36, 1. Trulocain primam multum amorem retinet, 471, 1. Turcs crescent per media Christianorum, 270, 1. tolli a Dei voluntate, quæ a fato pendunt, 196, 1.

U.

Uen hæreticæ. Meysburg. vixit a Deo panibus est, 14, 4. Uenstar non est vir lupum, 31, 1. Uenstar canum et luporum famelicorum est, 196, 2. Uenstar liquidus est canis, 67, 1. Uenstarus est naveta, 320, 2. gnomo de ea, *ibid.* et seqq. Uenstarus omnia, qui sit, 383, 1. et seqq. unctio capitis pro illuminatione, 554, 1; 558, 1. unctio spiritus triplex, 553, 1. Uenstarum olim sacerdotes, prophete, reges, et cur, 253, 2. unguentur fideles in Baptismo et Confirmatione, 211, 2; 286, 1. Unicornis est symbolum Christi Domini, 430, 1.

Uenstarum debetis et humanitatis in Christo facta, 583, 1. cum appellat Luceifer, 443, 2. unioes similes unum Verbi cum carne, 308, 1. Unitas in primitiva Ecclesia vigebat, 619, 2. Univeritas iniquitatis quomodo intelligatur, 144, 2. Univeritas significat patientiam que conjunctam habet per se similitudinem cum spe, 48, 2. Uenstar par dicitur, 318, 1. in quibus conjugii subesse debet, 311, 1. uxores nonnullæ cur in primitiva Ecclesia a conjugibus diversimodis fuerunt, 310, 1. 2. et a viris iudicio libis divertere ipse Christiana non alioquin, 311, 2.

V.

V' Hebraicis plus significat quam et, 43, 4. Vale dicitur in digressis et veigere, 637, 1. Valentinianus Imperator, a sacrificio Gentili aqua respersus potant se polabant, 687, 1. Valentinus Martyr pater Claudium Imp. Comenitæ, 416, 2. Valentinus et asperitas factus est hereticus, 433, 4. Valeri frequenta in plebs rebelli permovenda, 142, 1. Vanitas omnium temporalium, 95, 1. Vapor quomodo et quomodo fiat, 199, 2. Vas Hebraicè pene solo est conjunctio æquivalens omnibus, 559, 2. Venæ sunt et auri et lapidum, 291, 2. Venetas habent venenam sub lingua in venica, 154, 2. Venetibus peccatis etiam justi obnoxii sunt, 371, 2. is dicitur quis carere non potest, 527, 1; 3; 687, 2. venialia delicta vix potius possunt, secundum de intellectionis, 598, 1; 627, 2. Venire in carcerem et in carne idem est, 588, 1. Veniens quod sit etymon, 469, 2. Verba aucti apud Hebræos significant nunc actum intentionem, nunc consummationem, 394, 2. Verbum dicitur quod verum, non a verberando, 513, 1. verbum materiale dicitur Christianum, 89, 2. Verbum dicitur filius Dei, cur, 518, 1. et seqq. 518, 1. verbum Dei est duplex, essentialis et nationale, 2. verba variat verbum quam sermo, *ibid.* quibus rebus humanis assimiletur quasi generationem a Patre, 513, 1. Quælibet id cognoverit, 2. et seqq. in quo sit simile nostro verbo minus, 516, 1. et seqq. in quo sit aliud, 517, 1. 2. quomodo id loquatur cordi nostro, 517, 2. in eo sit omnium rerum vita, vixit, duratio, conservatio, 518, 2. Verbum vite quid sit, et quomodo dicitur, 518, 1. ipsum est vite naturam, *ibid.* in eo est vite nostra vera, tum gratia, tum gloria, 2. et seqq. quomodo sit vita sit hominibus manifestata, 519, 1. 2. verbum est usus substantialis et incrementi, etque triplex, 523, 1. Verbum Dei a dre et lenere vult esse, 81, 2. quomodo id dicitur animam, 2. simile est spiritus, 83, 2. ejus primitiale optime innotuit sicut in ardore assiduitatis, 81, 1. id non obiter, sed studio audientium est, 84, 2. ejus et specialis analogia variæ, 85, 1. et seqq. id hominem illuminat, 2. est inextinguibile, 271, 2. verbo venientis quomodo genti dicatur a Deo, 70, 1. 2. Vergentia est purpura Januorum, 386, 2. est verus ornatus militaris, 384, 2. Veritas diversimodo potest accipi, 633, 2. veritas est triplex, nimirum, oris, operis, 226, 1. veritas prima et summa Dens est, 589, 2. veritatem tacere docet est, 161, 2. ejus potentia, 192, 1. ejus soror est claritas, *ibid.* tres ejus gradus, 162, 1. est cingulum minus, 228, 2. per ea ut immundicia evitet mortuus, 228, 2. 2. veritatem quam in Cælo laudet S. Joannes, 641, 1. Veritas etiam demoustrat per malitiam, 274, 2; 78, 2. Verum capitur subinde pro perfecto, 510, 2. verus et epithetum Dei, 624.

Veste ex splendida nemo estimandus, 102, 1. ejus vanitas, 101, 1, 2. candida est honoratorum et principum, 100, 2 et seqq. erat ex indetextis, 101, 2. vestes superflue in mulieribus sagittantur, 333, 1.

Via in Script. significat vite institutum, actus et mores, 676, 1.

Videre in Script. pro quiescit sensu capitur, 327, 2. item pro cognoscere, 310, 2.

Viduae Deum tutorem habent, 93, 1.

Viduas et viduorum plurima sunt incommoda, *ibid.*

Vigilandum ad resistendum diabolo, 390, 1 et seqq. vigilandum etiam in oratione, 354, 2.

Vigilantia ad pastores spectat, 379, 2. cubaret subiectioni, 259, 2.

Vigilantia in Sanctorum pervigiliis unde ortum habuerunt, 329, 2 et seqq.

Vigilii Pontificis libertas adversus Justinianum Imperatorem, 257, 1.

Vincendi robur in tormentis, 329, 2.

Vinculis quibus aeternis ligati sunt demones, 663, 2.

Vinum indulget luxuriam, 252, 1.

Violant legem unum quomodo fiat omnium reus, 441, 1. et seqq. 216, 2.

Vix vox derivatur a virtute, 48, 2.

Virginis dici potest donum perfectum et optimum, 61, 2. est margarita incomparabilis, 314, 2.

Virgines fugiant vitiorum consortium, 61, 2. quam Deo sint proxima, 409, 2. multae in Ecclesia, eo quod concubis respuerant, sunt martyrio affectae, 311, 1 et seqq.; 633, 1.

Virtuti etymon: debet esse mascula, 440, 1. omnia exsuperat, *ibid.* ejus proposita, generatio, proles, nepos, pronipos, trinipos, 62, 2. virtutis latinitas signum est gaudium in ejus exercitio, 23, 2. virtus labore paratur, 371, 2. per tentationes exploratur et roboratur, 49, 2.

Item per eas auclitur, *ibid.* est vita in medio, 79, 2. et non in verbis, sed in opere, 570, 1. non aliter accipitur, 415, 2. una perfecta adducit caeteras, 113, 2 et seqq. etiam hostes in sui admirationem rapit, 246, 1.

Virtutes exsuperat inobedientia, 17, 1. inferantur per vitiorum contrarium expulsiorem, 508, 2. sunt vere divites, 101, 1; 102, 2. eorum perfectio vocari potest donum perfectum, 61, 2. virtutes Christi quae dicuntur, 285, 2.

Viscera symbolum et solus sunt misericordiae, 578, 1.

Vitio in speculo superficialis est et levis, 64, 2. vitio prophetica quam esset certa, 433, 1, 2. vitio Dei beatifica quam redicat et saliet, 216, 1, 2. ejus duricia explicatur, *ibid.* ea voratur dies et iurifer, 413, 1. in ea sita est beatitudo, 564, 1; 688, 1. ex ea sequitur amor Dei plus in beatis, 568, 1. item dotes animae et corporis gloriosae, 664.

Visitare peccatos et vitios quomodo ad religionis virtutes referatur, 92, 1.

Visitatio populiore multa inclaudit, 92, 1.

Vita hominum brevis et fragilis est, 109, 2 et seqq. 473, 1; 550, 1. est velut comedia, 102, 2. quae laboribus plena sit, 146, 2. momentanea tantum est, 151, 1 et seqq. vapor est, et quana, 190, 2. similis est angustia, 217, 2. hinc brevis emortuare comparatur, 47, 1. milita est, 316, 1. Item vigilia, 354, 2. ejus cursus cur

dicatur rota, 146, 1 et seqq. vita propria corporis exponenda pro salute animae proximi, 377, 1. quomodo etiam pro vita ejus corporali, *ibid.*

Vita triplex est, divina, angelica, humana, 318, 1. humana partim spiritalis, partim corporalis, *ibid.* divina partim casualis, partim formalis; et quomodo singulae cursus dividantur, et quid sint, *ibid.* vita Christi fidelibus imitanda, 261, 1; 536, 2 et seqq. illa est velut sanctitatis exemplar, 506, 2. vite corona cur dicatur gloria excolitis, 49, 1. cur vita aeterna, *ibid.* vite omnis auctor est Deus, 68, 1. vita tota Christiani sit beneficentia, 374, 1. vita in celo parvi facit annos gaudii sui, 480, 1. ea describitur, 684, 2. vita in inferno potius mors est, 62, 1. vita Sanctorum est quasi lex viva, 208, 1. vitam Sanctorum legere utile est, 33, 2; 669, 2.

Vitam suam quisque norit et persequatur, 59, 1. vitium indulgere, servile est, 87, 2.

Vivificans spiritu quomodo Christus dicitur, 331, 2.

Vocari proprium nomen Christianorum, 653, 2 et seqq. Vocatio duplex est, una ad fidem et gratiam, altera ad gloriam; riteus alia absoluti, alia conditionata, 430, 1.

Voluntates verborum in concionatore reprehenduntur, 72, 2.

Voluntario genitum a Deo quomodo simus, 69, 2.

Voluntas humana nihil habet proprii in prophetia divina, 437, 2 et seqq. in ea etiam resultat concupiscentia, 55, 2.

Voluntatem limentium se facit Dominus, 382, 1, 2. a voluntate mala ortum habet peccatum, 51, 2. voluntas Dei peritur in ejus verbo, 85, 1.

Voluptates cito perturbantur instar somni, 664, 2. homini mentem eripiunt, 670, 1. in indulgens non liber, sed servus est, 87, 1.

Voluntatum quid pro subis, 409, 1.

Vox in monte Thabor audita an fuerit Dei, an angelorum, 429, 1, 2.

Vulnera Christi quinque post resurrectionem aperta manent, neque carnis obducta sunt, 508, 2.

Vultus divini terrore in die iudicii, 328, 1. vultus horis quis dicitur, 47, 2.

W.

W. Willfridus a siccitate Anglo-Saxones liberavit, 215, 2.

Willigius ex carpentario factus est Archiepiscopus Moguntinus, 147, 1.

Z.

Zabulon unde dicitur, 669, 1.

Zabulon molice idcirco est quo diabolus, *ibid.* varia ejus etyma, *ibid.*

Zacharias an fuerit frater S. Barnabae, 407, 1.

Zelus Dei erga nos quantus sit, 177, 2 et seqq. cum nos imi arriporet, *ibid.* zelus Deo quomodo proleat, 228, 1. zelus animarum quantus habendus, 685, 1. is debet esse celer et efficax, *ibid.* et junctus cum visceribus misericordiae, 680, 1. zelus purgat fratres, 308, 2. zelus amarus est invidia, 159, 2.

Zona le rance carnisum et hospitium significat, 190, 2.

Zwingli feracis magis, 141, 2. dispartit eum demone, 446, 1. magnus fuit incharum consilior, 430, 2. ejus ortum libido, 460, 1.

INDEX

MATERIAM MORALIUM

QUE HIS IN EPISTOLAS CANONICAS COMMENTARIIS CONTINENTUR.

VERBIS EVANGELIORUM DOMINICARUM, FESTORUM ET FERIARUM NONNULLARUM PER ANNUM ACCOMMODATARUM, IN USUM ET GRATIAM CONCOLOANTUM.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.

COELUM ET TERRA TRANSIBUNT. Qui caeli transibunt, 483, 2 et seqq. et quomodo id fiat, 484, 1. significat 185, 1. an tunc aqua etiam et terra evanescent, 487, 1, 2. terra post iudicium novum detorem habebit, 491, 1. Crucis lignum ab igne conflagrationis mundi erit intactum, 488, 1. — *Vide infra Dominica ult. post Pentecosten, et in Indice rerum, verbo Iudicium.*

DOMINICA II ADVENTUS.

JOANNES IN VINICULA. Libertas Christiana in quo sita sit, 87, 1.

PAUPERES EVANGELIZANTES. Pauperes curant humiles, 45, 1. Pauperes praedivites cur a Christo electi sint, 106, 2. non sunt deterioris conditionis quam divites, 97, 2 et seqq. — *Vide infra Dominica ult. post Pentecosten, et in Indice rerum v. Pauperes.*

Vera divinitas virtutes, 105, 2. Divinitus cur vix intantur, 196, 1. cur heri debeant, *ibid.*

HOMINES MOLICES VESTIUM. Vestium mollium et splendidum quanto sit venia, 194, 1 et seqq. Mulieres non sint in vestibus superbiae, 312, 2 et seqq.; 313, 2. — *Vide Indicem rerum v. Vestes.*

FERIA IV QUATUOR TEMPORUM.

Qui hodie incarnationis Dominice et annuntiationis angelice memoria celebratur. — *Vide nota in festo Annuntiationis B. Mariae Virginis.*

DOMINICA IV ADVENTUS.

PREDICANS. Predicatores quales esse debeant, 361, 2; 378, 1. eorum qui sit corpora, 385, 2.

IN FESTO NATIVITATIS.

Christus nascens cur sit velut unicornis, 430, 1. ejus terra generatio, 504, 2 et seqq. principium Verbi quod sit, 63, 2. incarnatus et natus Christus terram mutavit in plium, 335, 1.

NON ERAT EI LOCUS. Christo desunt omnia, quomodo, 578, 2.

DENIT NOS FILIOS DEI FIEM. Generatio nostra e Deo voluntaria est, 69, 2.

IN FESTO S. STEPHANI.

QUE APPELLATUR LIBERTINORUM. Libertinorum moderatorum que sit secta, 483, 2.

QUOTES VOLVI TE CONVICARE? Deus diu peccatores ad penitentiam expectat, 339, 2.

IN FESTO S. JOANNIS.

DISCIPLINE QUEM DILEXIT JESUS. S. Joannis dotes et

prerogative, 496, 2 et seqq. cur in signa Christi in conuultu recubuerit, 399, 1. stultit Christo sub cruce, 500, 2. fuit filius B. Virginis, 504, 1. ac adhuc viva, *ibid.* — *Vide Indicem rerum v. Joannes.*

HIC ABTEP QUM. Curiosus S. Petri petio occasione dat agendi de curiositate, ejus damnata, 368, 1.

DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIE.

SEDENTEM IN MEDIO DOCTORUM. Ordo consensus olim in Ecclesia, 102, 2. Doctoratus quam sit onerosus suo doctori, 185, 1.

ADVERTENS ILLOS. Audire et silere faciunt sapientem, 73, 1; 89, 2.

DE TRAI SUBDITO ILLIS. Diversimode in obediencia monet Deus, 584, 1.

JESUS PROPRIETARIUM SAPIENTIA. Sapientia quomodo accipitur, 11, 2. ea est a Deo petenda, 33, 2 et seqq. sapientia terrena et animalis que sit, 163, 2. que vera, 163, 2. utriusque antithesis, 164, 1. vera pudica est, *ibid.* pudica, 166, 1. modesta, 168, 1. et sanabilis; *ibid.* cognitio Dei vera sapientia est, 20, 2; 63, 1.

GRATIA. Christi quanta sit amabilis, 252, 1.

PROFICERE. Proficere semper in melius debet Christianus, 379, 1, 2; 542, 2. Sancti semper proficendi incipiunt, 425, 1. Proficentes in virtute diei crescenti assimilantur, 436, 2. Profectus hic in quo situs sit, 536, 2. gratiam acceptam augendi que sit praxis, 583, 1.

IN OCTAVA EPIPHANIE.

VENI EGO IN AQUA BAPTIZANS. Christus venit pro aquam et sanguinem cur, 509, 1, 2.

DOMINICA II POST EPIPHANIAM.

NUPTIAE FACTAE SUNT. Occasione nuptiarum agi poterit de matrimonio, etque debito. Honorem qualem oportet huius viri debere debent, 318, 2 et seqq. et qualem huius illa, 317, 2. mas in omnibus dignior femina, 311, 1, 2. uxorum prima dos est castitas, 312, 1. sint modestae in vestibus, 312, 2; 313, 1, 2. sint modestae in omnibus, *ibid.* modestie praesentia, 315, 1; 323, 1. — *Vide infra IV post Dom. II in Quadrage.*

AQUAM VINUM FACTAM. Aqua unde dicitur: representat Deum Patrem, 612, 1. — *Vide Indicem rerum v. Aqua.*

DOMINICA III POST EPIPHANIAM.

CENTURIO HIC AN FUERIT HISPANUS, 640, 1.

DICENS: PATER MEUS JACET. Centurio hic orat pro servo: sic pro aliis orare utilis est quam pro se, 321, 2.

DIXIT HIBS: VANE, ET VADER. Diversimode monet Deus in obediencia, 584, 1. — *Vide Indicem rerum v. Obediencia.*

SERVO MIO: FAC SOC ET FACIT. Servi patienter duro dominos paliantur, 391, 2 et seqq.

Veste ex splendida nemo estimandus, 102, 1. ejus vanitas, 101, 1, 2. candida est honoratorum et principum, 100, 2 et seqq. erat ex indetextis, 101, 2. vestes superflue in mulieribus sagittantur, 333, 1.

Via in Script. significat vite institutum, actus et mores, 676, 1.

Videre in Script. pro quiescit sensu capitur, 327, 2. item pro cognoscere, 310, 2.

Viduae Deum tutorem habent, 93, 1.

Viduas et viduorum plurima sunt incommoda, *ibid.*

Vigilandum ad resistendum diabolo, 390, 1 et seqq. vigilandum etiam in oratione, 354, 2.

Vigilantia ad pastores spectat, 379, 2. cubaret subiectioni, 259, 2.

Vigilantia in Sanctorum pervigiliis unde ortum habuerit, 329, 2 et seqq.

Vigilii Pontificis libertas adversus Justinianum Imperatorem, 257, 1.

Vincendi robur in tormentis, 329, 2.

Vinculis quibus aeterni ligati sunt demones, 663, 2.

Vinum indulget luxuriam, 252, 1.

Violant legem unum quomodo fiat omnium reus, 441, 1. et seqq. 216, 2.

Vix vox derivatur a virtute, 48, 2.

Virginis dici potest donum perfectum et optimum, 61, 2. est margarita incomparabilis, 314, 2.

Virgines fugiant virorum consortium, 61, 2. quam Deo sint proxima, 409, 2. multae in Ecclesia, eo quod concubis respuerant, sunt martyrio affecta, 311, 1 et seqq.; 633, 1.

Virtuti etymon: debet esse mascula, 440, 1. omnia exsuperat, *ibid.* ejus proposita, generatio, proles, nepos, pronipos, trinipos, 62, 2. virtutis latinitas signum est gaudium in ejus exercitio, 23, 2. virtus labore paratur, 371, 2. per tentationes exploratur et roboratur, 49, 2.

Item per eas auclitur, *ibid.* est vita in medio, 79, 2. et non in verbis, sed in opere, 570, 1. non aliter accipitur, 415, 2. una perfecta adducit caeteras, 113, 2 et seqq. etiam hostes in sui admirationem rapit, 246, 1.

Virtutes exsuperat inobedientia, 17, 1. inferantur per vitium contrarium expulsiorem, 508, 2. sunt vere divites, 101, 1; 102, 2. earum perfectio vocari potest donum perfectum, 61, 2. virtutes Christi quae dicuntur, 285, 2.

Viscera symbolum et solus sunt misericordiae, 578, 1.

Vitio in speculo superficialis est et levis, 64, 2. vitio prophetica quam esset certa, 433, 1, 2. vitio Dei beatifica quam redicat et saliet, 216, 1, 2. ejus duritia explicatur, *ibid.* ea voratur dies et iurifer, 413, 1. in ea sita est beatitudo, 564, 1; 688, 1. ex ea sequitur amor Dei plus in beatis, 568, 1. item dotes animae et corporis gloriosae, 664.

Visitare peccatos et vitios quomodo ad religionis virtutes referatur, 92, 1.

Visitatio populiore multa inclaudit, 92, 1.

Vita hominum brevis et fragilis est, 109, 2 et seqq. 473, 1; 550, 1. est velut comedia, 102, 2. quae laboribus plena sit, 146, 2. momentanea tantum est, 151, 1 et seqq. vapor est, et quana, 190, 2. similis est angustia, 217, 2. hinc brevis emortuare comparatur, 47, 1. milita est, 316, 1. Item vigilia, 354, 2. ejus cursus cur

dicatur rota, 146, 1 et seqq. vita propria corporis est ponenda pro salute animae proximi, 377, 1. quomodo etiam pro vita ejus corporali, *ibid.*

Vita triplex est, divina, angelica, humana, 318, 1. humana partim spiritalis, partim corporalis, *ibid.* divina partim casualis, partim formalis; et quomodo singulae cursus dividantur, et quid sint, *ibid.* vita Christi fidelibus imitanda, 261, 1; 536, 2 et seqq. illa est velut sanctitatis exemplar, 506, 2. vite corona cur dicatur gloria excolitis, 49, 1. cur vita aeterna, *ibid.* vite omnis auctor est Deus, 68, 1. vita tota Christiani sit beneficentia, 374, 1. vita in celo parvi facit annos gaudii sui, 480, 1. ea describitur, 684, 2. vita in inferno potius mors est, 62, 1. vita Sanctorum est quasi lex viva, 208, 1. vitam Sanctorum legere utile est, 33, 2; 669, 2.

Vitam suam quisque norit et persequatur, 59, 1. vitium indulgere, servile est, 87, 2.

Vivificans spiritu quomodo Christus dicitur, 331, 2.

Vocari proprium nomen Christianum, 653, 2 et seqq. Vocatio duplex est, una ad fidem et gratiam, altera ad gloriam; riteus alii absoluti, alii conditionati, 430, 1.

Voluntates verborum in concionatore reprehenditur, 72, 2.

Voluntario genitum a Deo quomodo simus, 69, 2.

Voluntas humana nihil habet proprii in prophetia divina, 437, 2 et seqq. in ea etiam residet concupiscentia, 55, 2.

Voluntatem limentium se facit Dominus, 382, 1, 2. a voluntate mala ortum habet peccatum, 51, 2. voluntas Dei peritur in ejus verbo, 85, 1.

Voluptates cito perturbantur instar somni, 664, 2. homini mentem eripiunt, 670, 1. in indulgens non liber, sed servus est, 87, 1.

Voluntatum quid pro subis, 409, 1.

Vox in monte Thabor audita an fuerit Dei, an angelorum, 429, 1, 2.

Vulnera Christi quinque post resurrectionem aperta manent, neque carnis obducta sunt, 508, 2.

Vultus divini terrore in die iudicii, 328, 1. vultus horis quis dicitur, 47, 2.

W.

W. Willfridus a siccitate Anglo-Saxones liberavit, 215, 2.

Willigius ex carpentario factus est Archiepiscopus Moguntinus, 147, 1.

Z.

Zabulon unde dicitur, 669, 1.

Zabulon molice idcirco est quo diabolus, *ibid.* varia ejus etyma, *ibid.*

Zacharias an fuerit frater S. Barnabae, 407, 1.

Zelus Dei erga nos quantus sit, 177, 2 et seqq. cum nos imi arriporet, *ibid.* zelus Deo quomodo pro placet, 228, 1. zelus animarum quantus habendus, 685, 1. is debet esse celer et efficax, *ibid.* et junctus cum visceribus misericordiae, 680, 1. zelus purgat fratres, 308, 2. zelus amarus est invidia, 159, 2.

Zona hoc rance carnis et huiusmodi significat, 190, 2.

Zwingli feracis magis, 141, 2. dispartit cum demone, 446, 1. magnus fuit in hunc consulat, 430, 2. ejus ortum libido, 460, 1.

INDEX

MATERIAM MORALIUM

QUE HIS IN EPISTOLAS CANONICAS COMMENTARIIS CONTINENTUR.

VERBIS EVANGELIORUM DOMINICARUM, FESTORUM ET FERIARUM NONNULLARUM PER ANNUM ACCOMMODATARUM, IN USUM ET GRATIAM CONCIONANTIUM.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.

COELUM ET TERRA TRANSIBUNT. Qui caeli transibunt, 483, 2 et seqq. et quomodo id fiat, 484, 1. significat 185, 1. an tunc aqua etiam et terra evanescent, 487, 1, 2. terra post iudicium novum detorem habebit, 491, 1. Crucis lignum ab igne conflagrationis mundi erit intactum, 488, 1. — *Vide infra Dominica ult. post Pentecosten, et in Indice rerum, verbo Iudicium.*

DOMINICA II ADVENTUS.

JOANNES IN VINICULA. Libertas Christiana in quo sita sit, 87, 1.

PAUPERES EVANGELIZANTES. Pauperes curant humiles, 45, 1. Pauperes praedivites cur a Christo electi sint, 106, 2. non sunt deterioris conditionis quam divites, 97, 2 et seqq. — *Vide infra Dominica ult. post Pentecosten, et in Indice rerum v. Pauperes.*

Vera divinitas virtutes, 105, 2. Divinitus cur vix intantur, 196, 1. cur haec debeant, *ibid.*

HOMINES MOLICES VESTIUM. Vestium mollium et splendidum quanto sit vitiosa, 194, 1 et seqq. Mulieres non sint in vestibus superbiae, 312, 2 et seqq.; 313, 2. — *Vide Indicem rerum v. Vestes.*

FERIA IV QUATUOR TEMPORUM.

Qui hodie incarnationis Dominice et annuntiationis angelice memoria celebratur. — *Vide nota in festo Annuntiationis B. Mariae Virginis.*

DOMINICA IV ADVENTUS.

PREDICANS. Predicatores quales esse debeant, 361, 2; 378, 1. eorum qui sit corpora, 385, 2.

IN FESTO NATIVITATIS.

Christus nascens cur sit velint unicornis, 430, 1. ejus terra generatio, 504, 2 et seqq. principium Verbi quod sit, 63, 2. incarnatus et natus Christus terram mutavit in celum, 335, 1.

NON ERAT EI LOCUS. Christo desunt omnia, quomodo, 578, 2.

DEUS NOS FILIOS DEI FIEMUS. Generatio nostra e Deo voluntaria est, 69, 2.

IN FESTO S. STEPHANI.

QUE APPELLATUR LIBERTINORUM. Libertinorum moderatorum que sit secta, 483, 2.

QUOTES VOLVI TE CONVICARE? Deus diu peccatores ad penitentiam expectat, 339, 2.

IN FESTO S. JOANNIS.

DISCIPLINE QUEM DILEXIT JESUS. S. Joannis dotes et

prerogative, 496, 2 et seqq. cur in sinu Christi in conuclio recubuerit, 399, 1. stultit Christo sub cruce, 500, 2. fuit filius B. Virginis, 504, 1. ac adhuc vivit, *ibid.* — *Vide Indicem rerum v. Joannes.*

HIC ABTEP QUM. Curiosus S. Petri petito occasione dat agendi de curiositate, ejus damnata, 368, 1.

DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIE.

SEDENTEM IN MEDIO DOCTORUM. Ordo consensus olim in Ecclesia, 102, 2. Doctoratus quam sit onerosus suo doctori, 185, 1.

ADVERTENS ILLOS. Audire et silere faciunt sapientem, 73, 1; 89, 2.

DE TRAI SORDIBUS ILLIS. Diversimode in obediencia monet Deus, 584, 1.

JESUS PROPRIETARIUM SAPIENTIA. Sapientia quomodo accipitur, 11, 2. ea est a Deo petenda, 33, 2 et seqq. sapientia terrena et animalis que sit, 163, 2. que vera, 163, 2. utriusque antithesis, 164, 1. vera pudica est, *ibid.* pudica, 166, 1. modesta, 168, 1. et sanabilis; *ibid.* cognitio Dei vera sapientia est, 20, 2; 63, 1.

GRATIA. Christi quanta sit amabilis, 252, 1.

PROFICERE. Proficere semper in melius debet Christianus, 379, 1, 2; 542, 2. Sancti semper proficendi incipiunt, 425, 1. Proficentes in virtute diei crescenti assimilantur, 436, 2. Profectus hic in quo situs sit, 536, 2. gratiam acceptam augendi que sit praxis, 583, 1.

IN OCTAVA EPIPHANIE.

VENI EGO IN AQUA BAPTIZANS. Christus venit pro aquam et sanguinem cur, 509, 1, 2.

DOMINICA II POST EPIPHANIAM.

NUPTIAE FACTAE SUNT. Occasione nuptiarum agi poterit de matrimonio, etque debito. Honorem qualem uxoris bus viri debere debent, 318, 2 et seqq. et qualem hie illis, 317, 2. mas in omnibus dignior femina, 311, 1, 2. uxorum prima dos est castitas, 312, 1. sint modestae in vestibus, 312, 2; 313, 1, 2. sint modestae in omnibus, *ibid.* modestie praesentia, 315, 1; 323, 1. — *Vide infra IV post Dom. II in Quadrage.*

AQUAM VINUM FACTAM. Aqua unde dicitur: representat Deum Patrem, 612, 1. — *Vide Indicem rerum v. Aqua.*

DOMINICA III POST EPIPHANIAM.

CENTURIO HIC AN FUERIT HISPANUS, 640, 1.

DICENS: PATER MEUS JACET. Centurio hic orat pro servo: sic pro aliis orare utilis est quam pro se, 321, 2.

DIXIT HIC: VANE, ET VADER. Diversimode monet Deus in obediencia, 584, 1. — *Vide Indicem rerum v. Obediencia.*

SERVO MEO: FAC MEC ET FACIT. Servi patienter duro dominos paliantur, 391, 2 et seqq.

FERIA IV.

HONORA PATREM ET MATREM. Sedes qui sint a juvenibus honorandi, 286, 1.
 QUID PROCEANT DE ORB HOC CONVENIANT. Detractionis mala, 147, 2 et seqq.; 187, 1. fit quintupliciter, 186, 2. detractor judicat legem, 187, 1. ipa detractor fugienda, 188, 1. lingua bone et male exempla, 142, 2. cur sit alius igni, 153, 1. ipa mala, 144, 1; 147, 2; 158, 2. cur sit posita in ore hominis, 155, 2. lingua mala inflammator a gehenna, 146, 1. cur dicatur leo, 150, 2. ejus pruritus ad loquendum, 153, 2. ipa quasi hydra est, 153, 2. lingua malefica est velut spiritus in carcerem, 154, 2.
 DE COENE MUNDI CONSTITUTIONE MALA. Cor mundum est hostia Dei, cur, 94, 2. media ad cor mundum habendum, 94, 1.
 FALSA TESTIMONIA, BLASPHEMIA. Jurare quatenus fecit Christiana, et que juramenta vobis Christus, 241, 4, 2. jurans per creaturam jurat per creatorem, 212, 1. juramenti quanta sit religio, 2. blasphemia in Spiritum Sanctum que dicitur, 629, 1.

SABBATUM

DEPREHENSAM IN ADULTERIO. Amor mundi velut adulterium est, 175, 1.
 QUI NISE PECCATO EST VESTITUS. Peccata omnia sine Dei gratia vitare non possumus, et non vivere sine peccato, 687, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Peccatum, Peccator, et notata Domin. de Passione.*
 DOMINICA IV IN QUADRAGESIMA.
 DISPENSARE DOCUMENTUM. Libertatem Dei imitari quomodo possimus, 37, 1, 2.

FERIA VI.

LAZARI AMICUS NOSTER. Justus vero est amicus Dei, 631, 2. Amicus Dei quare fuerit Abraham, 129, 2 et seq. Amicitia Dei que bona includat, 120, 2. Amicitia mundi que dicitur, 175, 2.
 Amor est duplex, concupiscentie et amicitie; et qui ambo, 381, 1.
 SABBATO.
 EGO NEM LEX MUNDI, LUCIS ET DEI VARIE ANALOGIA, 529, 1. Deus sol est et lunam, 65, 1. Nemo pater luminis, 2. Scriptura est incarna, 437, 1. — *Vide supra in Indice Rerum v. Lux, Sol.*

DOMINICA PASSIONIS.

QUIS VOBIS ARGUIT ME DE PECCATO? Peccati quis sit auctor, 54, 1. ejusdem prospecta, 63, 1. peccatum nimium tribuit ad plura, 433, 1. Justus aliquando non potest non peccare: unde? quis nemo sine peccato est, 436, 1; 527, 2; 531, 1; 687, 3. Impeccabilis quomodo que fieri possit, 571, 2. Justus quo renu non possit peccare, 570, 2. conscientia bona summum est bonum, 214, 1, 2. — *Vide supra in Indice Rerum v. Peccator, Peccatum.*
 EGO DILATIONEM NON HABEO. Mantuile hic Dominus respondens, ostendit mansuetudinem esse florem sapientie, 159, 1.
 ABRAHAM SCRIBITUR ET VIDERET DIEM RERUM. Prophete omnes ad Christi tentum ardenter anhelant, 254, 2.
 VITAE ET CARISSE EST. Evidentia bona gaudium, 522, 1. est hic commodum agendi locus de Passione Domini. Passio Christi est omnium dolorum remedium, 365, 2. sanctitatis magister, 367, 1, 2. sanguis Christi est animae regis balneum, 240, 1. in quomodo nobis applicetur, et ubi, 341, 1. Christi patientis exemplum docet fidei esse pati, 333, 2. quos dolores Christus in spiritu et carne tulit, 345, 1. peccata nostra lenita in eo suscepti, 397, 2; 870, 1. quam multa pro nobis sit passus, 70, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Jesus, Passio.*

PATER, IN MANU TUA CONVENIO. Mortales animam suam Deo commendat, 373, 1.

FERIA V IN COENA DOMINI.

LINTO QVO ERAT PREGISTUS. Lumbos mentis succingere quid sit, 257, 2. cingulum quarum rerum sit symbolum, 258, 1.
 EXEMPLUM ENIM DEM VOBIS. Exempli quanta sit vis, 645, 1; 207, 2 et seqq.; 295, 1. — *Vide Indicem Rerum v. Exemplum, Prælatu.*

IN FESTO PASCHATIIS.

SECRETI, NON EST HIC. Christus resurgens vivificatus est spiritu, 334, 2 et seqq. ad inferos descendens in quo carcere pregicitur, 336, 1. et quibus, 2 et seqq. fuit triduum in inferno, 338, 2. cur eo descenderit, 338, 1, 2. quomodo pater in limbo dicantur fuisse increduli, 344. quibus mortuus Christus ibi pradicavit, 349, 2. ipse resurgens nos resuscitavit, 244, 1.
 Resurrectio est velut regeneratio, 342, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Resurrectio.* — Hæretici multi resurrectionem negantur, 473.

FERIA II PASCHATIIS.

NOS SPERANTEMUS. Spes prestat timorem, 43, 1. spes includit omnem Dei cultum, 316, 2. est sceptupliciter viva, 344, 1.
 TO SALVO PERGRINUS ES. Pergrini sumus omnes in hoc mundo, 95, 3. maxime Christiani, 291, 2.
 QUI PETIT POTENS IN OPERE ET SERMO. Conceptorum plus vita docet quam verbo, 158, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Prædicator.*
 IN OMNIBUS QUE LOCUTI SINT PROPHETA. Prophetæ firmior est visio, 433, 1.
 NONNE OPERATUS CHRISTUM PATI? Christi patientis exemplum docet fideles pati, 413, 2. patiente inierunt cruci Christi, 354, 1. in patientibus patitur Christus, 2. in patiente requiescit Dei majestas, 365, 2 et seq. — *Vide notata Domin. III post Pascha et infra octavam Ascensionis, et in festo omnium Sanctorum.*
 INTERPRETATUR ILLIS IN OMNIBUS SCRIPTURA. Scriptura est lucerna, 434, 1. Interpretatio Script. cur vocetur prophetia, 437, 1. ejus intelligentia per orationem impetratur, 438, 2.

FERIA III PASCHATIIS.

NOLITE TIRRE. Sancti nihil timent, 330, 1. timere non debent ardua et heroica aggredientes, 325, 2.

DOMINICA IN ALBIS.

INTRAVIT JANUS CLAUSIS. Dotes animæ et (27)oris gloriosi, 585, 1.
 UBI ERANT PASCELLI CONGRUATI. Universalitas iunctæ est, 529, 2. concordia vis unde nuncatur, 221. — *Vide Indicem Rerum v. Concordia, Pax, Universalitas, Societas.*
 QUODVM REMISERITIS PECCATA. Remissio peccati est actus iustitie, 529, 2. — *Vide notata Dom. XIII post Pentecost, et in Indice Rerum v. Peccator, Sacerdos, Confessio.*

DOMINICA II POST PASCHA.

EGO SUM PASTOR BONÆ. Pastor pascat tripliciter, 378, 2. pastoris variæ officia, 379, 2 et seqq.; 381, 2; 383, 2. sit formagros, 383, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Pastor, Prælatu, Rex.*
 BONUS PASTOR ANIMAM SUAM PONIT PRO OVIUM. An et quando vita pro proximo exponenda sit, 577, 1, 2.

DOMINICA III POST PASCHA.

PLORABITIS ET FLEBITIS VOS. Lugendi causas varias habet homo, 184, 1. lugentium variorum exempla, 184. habetis fideliu non moriantur, nisi cum vita, 375, 1. — *Vide*

notata in festo omnium SS. et in Indice Rerum v. Luctus, Crux, Passio.

MUNDUS AUTEM GAUDUIT. Mundi amor adulterium est, 175, 1. mundi et seculi descriptio, 544, 2. est triplex, 545 mundus et omne eius gaudium quam cito pertranseat, 347, 2.
 SED TRISTITIA VESTRA VERETUR IN GAUDIUM. Quam dulce sit pati pro Deo, 17, 2. in passione cur sit gaudendum, 19, 1 et seqq. pro gloria æterna pati facile est, 48, 2. tribulationes quam sint breves, 249, 1. majore est qui in nobis quam qui in mundo, 339, 1, 2 et seqq.
 ET GAUDIUM COR VESTRUM. Lætitia spiritualis est quidam præcursus cæli, 253, 1, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Gaudium, Lætitia.*

GAUDIUM VESTRUM NEMO TOLLIT A VOBIS. Consolationum divinarum viadero, 289, 1.

DOMINICA IV POST PASCHA.

SED EGO VERITATEM DIXO VOBIS. Veritas omnis evincit, 161, 1. charitas est clypeus, 162, 1.
 ARGUET MUNDUM. Mundus enim totus est sub diabolo et in malignitate, 622, 1, 2.
 DE PECCATO. Quilibet peccator est nubes sine aqua, 677, 1, 2.
 — *Vide notata Dominica de Passione.*
 DE JUSTITIA. Punio improborum salus est proborum, 299, 1. panis pro culpa est actus iustitie, 333, 2.
 DOCENT VESTRUM OMNIBUS VERITATEM. Scientia vera que sit, 416, 2. Spiritus Sancti unctio in rebus dubis invocanda est, 554, 1, 2.

DOMINICA V POST PASCHA.

PETITE, ET ACCIPIETIS. Petens et orans habet fidem, et qualem, 39, 1 et seqq. oratio fidei que dicitur, 317, 1. qui sunt bestie conscientie, impetrant a Deo quicquid petunt, 223, 1; 382, 1.
 IPE ENIM PATER AMAT VOS. Zelus Dei et Spiritus Sancti in nos, 177, 2 et seqq. item Christi et angelorum, 178, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Amor, Charitas.*

IN LITANIIS MAJORIBUS.

PROPTER IMPROBITATEM EIUS SORGET. Oratio assidue que dicitur, 232, 1.
 PETITE, ET DABITUR VOBIS. Orare pro aliis utilis est quam pro se, 221, 2. orationis lacrymis mista quanta sit vis, 222, 2. oratio boni viri omnia impetrat, 223, 1. ipsa quomodo reddatur efficit, 2. est clavis cæli, 225, 2. — *Vide notata Domin. præcedenti, et Indicem Rerum v. Oratio.*
 QUANTO MAGIS PATER VESTER DE COELO DABIT, etc. Deus dicitur a dno sibi, 25, 1. propitius infideli ad se committendum, 2. eius misericordia, 35, 2 et seqq. — *Vide Indicem Rerum v. Deus, Beneficentia.*

IN VIGILIA ASCENSIONIS.

UT COGNOSCATIS VBI. Scientia vera que sit, 416, 2. cognitio Dei est vera sapientia, 30, 1; 63, 1. et hæc est summum bonum vite hujus, 629, 1.
 VERBA QUE DEDISTI MIHI, NECI HAS. Gratia cælitus accipitur sicut in proximum effundenda, 360, 1.
 EGO SUM SIBI ROGOC. Christus noster est advocatus, 333, 2.

IN DIE ASCENSIONIS.

PREDICATE. Predicatorum Evangelii tales esse debent, 261, 1. — *Vide notata Lxxviii. in Sexagesima, et Indicem Rerum v. Predicator.*
 SIGNA AUTEM EOS QUI CREDIDERINT, etc. Fidei sex dotes que, 132, 1. crentes habet in se Dei testimonium, 615, 1. — *Vide Indicem Rerum v. Miraculum.*
 ET SEDIT A DEXTERA DEI. Ibi sedens Patrem pro nobis interpellat, 538, 2.

DOMINO COOPERANTE ET SERMOSE CONFIRMANTE. Quid? Christus habuerit curandi omnia virtutem, 260, 1, 2.

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENS.

ILLE TESTIMONIUM PERHIERIT DE ME. Testes tres Christi sunt in celo, 511, 1. et tres in terra, 374.
 ARGUET SYNAGOGAM FACIENT VOS. Tribulatio est summum bonum, 14, 1, 2. Christiani dicitur patienter, ad Christum ducem suum sequuntur, 300, 2. crux via est in celum, 304, 1. mundus cur oderit viros sanctos, 574, 1 et seqq.
 QUIA NON NOVERUNT PATREM, NIQUE ME. Cognitio Dei est vera sapientia, 30, 2; 63, 1. — *Vide notata in Vigilia Ascensionis, et Indicem Rerum v. Cognitio.*

IN VIGILIA PENTECOSTES.

QUI HABET MANDATA MEA ET SERVAT EA. Legem non violat quomodo fiat omnium reus, 111, 2. Mandata Christi læta sunt, 607, 2.
 NON REINQUAM VOS OPERANDI. Confortat nos Deus diversimode, 390, 1. pius Deus semper eripit a periculo, 410, 2.
 MUNDUS ME JAM NON VIDET. Deus nemo unquam vidit vivens, 394, 1.

IN DOMINICA PENTECOSTES.

SI QUIS DILIGIT ME, SERMOSE, etc. Amoris divini viis, 607, 2. amor facit extasiis, 598, 1. transformat hominem in Deum, 2 et seqq. ejus effectus, 600, et seqq. peliti timorem, 492, 2; 663, 1, 2. reus animæ amantem Deum, 478, 1. — *Vide notata Domin. XII post Pentecostem.*
 PATER MEUS DILIGET ME. Amicitia Dei que bona includit, 430, 2; 521, 2.
 MANUSUM APUD EUM FACIENS. Deo an hæc in vita respicit unum possumus, 419, 2. gratis servum sunt effectus, 411, 1. Justo substantialis sunt divini consortes nature, 411, 1, 2. in justificatione Spiritus Sancti, totaque deitas substantialis in hominem venit, 411, 2 et seqq. tuncque in fit quasi Deus, 563, 1. item Dei filius, 384, 2. item Deo similis, 564, 2; 565, 2. hæc filio est stimulus ad opera heroum, 564, 1. Certitudinem gratie, qualem Sancti omnium habuerint, 384, 2.
 NON TURBETUR COR VESTRUM. Abjiciendum est timor generosa aggressivibus, 398, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Metus, Timor.*
 ILLE VOS ROBERT OMNIA. Spiritus Sancti unctio invocanda in rebus dubis, 554, 2. Spiritus Sanctus quomodo ad invidiuam concipitur, 177. Spiritus Sancti divinitus astruunt, 256, 1. blasphemia in Spiritum Sanctum que sit, 620, 1. — *Vide Indicem Rerum v. Spiritus Sanctus, SS. Trinitas.*
 QUIS SPIRITUS SANCTUS IN LINGUA IGNEIS VENTI, qui poterit de lingua custodia. — *Vide notata fr. IV post III Dom. in Quadrag.*
 Confirmatio est signaculum Spiritus Sancti. Cur confirmatio in fronte benedictur, 246, 1, 2. — *Vide notata de Extrema Unctione Dom. II post Pentecostem.*
 Hodie lect Evangelica confirmata est, hinc de ejus præstantia et sanctimoniam qui potest, 467, 1.

FERIA II POST PENTECOSTEM.

QUI CREDIT IN IPSUM, NON PERIET. Fideles ex adverso sunt reges, 285, 2. eorum dignitas, 287, 2. sunt peccatum Dei, 288, 2. varia eorum epistola, 289, 1, 2. sunt majores mundo, 509, 1. lidei æt sunt dotes, 128, 1. — *Vide Indicem Rerum v. Fides.*
 QUIA VENIT LEX IN MUNDUM. Cur dicitur fidei luxum admirabile, 290, 1, 2. Christus est lux facta, quam increta, 523, 2. — *Vide notata Sabbato post Domin. IV in Quadrag. et Indicem Rerum v. Lux.*
 DERIDEBUNT HOMINES MAGIS TERRERAS. Peccati et tenentibus similia, 525, 1, 2.

FERIA III POST PENTECOST.

Qui IERAT VICarius pastor tui. Ministeri Ecclesie... PENTECOSTA NOMINE ET PENTECOST.

FERIA IV POST PENTECOSTEM.

CELESTIS PATRIAE TERRA... IN FERIE SV. TERNITATIS.

Verbena... In FERIE SV. TERNITATIS. Verba... In FERIE SV. TERNITATIS. Verba...

DOMINICA I POST PENTECOSTEM.

FEATINUS... DOMINICA II POST PENTECOSTEM.

IN SOLEMNITATE CORP. CHRISTI.

CORO MEX... IN SOLEMNITATE CORP. CHRISTI. Coro...

DOMINICA III POST PENTECOST.

ROGA DOM... DOMINICA III POST PENTECOST. Roga...

DOMINICA IV POST PENTECOST.

ERANT AFFRO... DOMINICA IV POST PENTECOST. Erant...

TIAM AGENTE... TIAM AGENTE. Dicitur...

DOMINICA IV POST PENTECOST.

IN SAVO... DOMINICA IV POST PENTECOST. In Savo...

DOMINICA V POST PENTECOST.

ATERRA... DOMINICA V POST PENTECOST. At terra...

DOMINICA VI POST PENTECOST.

ATERRA... DOMINICA VI POST PENTECOST. At terra...

DOMINICA VII POST PENTECOST.

ATERRA... DOMINICA VII POST PENTECOST. At terra...

DOMINICA VIII POST PENTECOST.

FRIDITION... DOMINICA VIII POST PENTECOST. Fridition...

DOMINICA IX POST PENTECOST.

QUA SIC... DOMINICA IX POST PENTECOST. Qua...

TEMPUS VISITATIONIS... TEMPUS VISITATIONIS Tuae. Temporis...

DOMINICA X POST PENTECOST.

UT ORARENT... DOMINICA X POST PENTECOST. Ut orarent...

DOMINICA XI POST PENTECOST.

ADEPETIT... DOMINICA XI POST PENTECOST. Adepetit...

DOMINICA XII POST PENTECOST.

IN LUCE... DOMINICA XII POST PENTECOST. In luce...

DOMINICA XIII POST PENTECOST.

INCIDIT... DOMINICA XIII POST PENTECOST. Incidit...

DOMINICA XIV POST PENTECOST.

FRUCTUS... DOMINICA XIV POST PENTECOST. Fructus...

DOMINICA XV POST PENTECOST.

DEFUNCTUS... DOMINICA XV POST PENTECOST. Defunctus...

DOMINICA XVI POST PENTECOST.

OMNIS QUI... DOMINICA XVI POST PENTECOST. Omnis qui...

DOMINICA XVII POST PENTECOST.

DILIGES... DOMINICA XVII POST PENTECOST. Diliges...

FRUCTUS QUI... FRUCTUS QUI SINT. Fructus...

DOMINICA XIV POST PENTECOST.

NUMO POTEST... DOMINICA XIV POST PENTECOST. Numo...

DOMINICA XV POST PENTECOST.

DEFUNCTUS... DOMINICA XV POST PENTECOST. Defunctus...

DOMINICA XVI POST PENTECOST.

OMNIS QUI... DOMINICA XVI POST PENTECOST. Omnis qui...

DOMINICA XVII POST PENTECOST.

DILIGES... DOMINICA XVII POST PENTECOST. Diliges...

DOMINICA XVIII POST PENTECOST.

PATIENTIA... DOMINICA XVIII POST PENTECOST. Patientia...

DOMINICA XIX POST PENTECOST.

INFERENS... DOMINICA XIX POST PENTECOST. Inferens...

DOMINICA XX POST PENTECOST.

INCIDIT... DOMINICA XX POST PENTECOST. Incidit...

DOMINICA XXI POST PENTECOST.

INCIDIT... DOMINICA XXI POST PENTECOST. Incidit...

DOMINICA XXII POST PENTECOST.

INCIDIT... DOMINICA XXII POST PENTECOST. Incidit...

DOMINICA XXIII POST PENTECOST.

INCIDIT... DOMINICA XXIII POST PENTECOST. Incidit...

DOMINICA XXIV POST PENTECOST.

INCIDIT... DOMINICA XXIV POST PENTECOST. Incidit...

DOMINICA ULTIM. POST PENTECOST.

CEN VIDENTIS ADORATIONEM. Ignis conflagrationis mundi prebit extremum iudicium, 477, 1. ejus ordo et ignis hujus effectus, 1. novissima hora que dicitur, 549, 1. Iudicii extremi memoria quam sit utilis, 115, 2. ejus timor quam sit utilis, 363, 2. iudicium verisimiliter fiet manus, 482, 2.

SCROTE QUI PROPE EST IN JANUIS. Christus iudei quomodo ante janam assistere dicitur, 207, 1, 2. Venit ad iudicium sicut tur de nocte, 483, 1. quomodo ad ejus adventum nos preparare debeamus, 488, 1, 2. quomodo quis in eo die possit non crubescere, 560, 1. — *Vide Ind. Rerum v. Iudicium.* — *Vide notata Dom. I. Adventus.*

IN DEDICATIONE ECCLESIE.

ECCLE TABERNACULUM DEI CEN MONIMUS. Fidelis est templum Dei superedificatum sancte fidei, 683, 1. — *Vide Indicem Rerum v. Ecclesia, Tabernaculum, Templum.*

IN FESTO CONVERSIONIS S. PAULI.

Elogium S. Pauli Apostoli, 489, 1.

IN FESTO CATHEDRÆ S. PETRI.

TU ES PETRUS. et super hanc petram edificabo Ecclesiam. Pontificis Romani corona triplet quod dicitur, 285, 2. Pontificum multorum libertas in corrigendis imperatoribus et regibus, 287, 1. Pontificum omnium brevis est vita, 447, 1. — *Vide notata Dom. IV. post Pentecost.* et in festo S. Petri.

Roma cur vocetur Babylon, 406, 2 et seq. Romana Ecclesia quam semper fuerit florens, et fide suscepta constans, 402, 1.

IN FESTO S. MATTHEI.

Sors credit super Mattheum. Sors nostra pendet a Dei manu, 494, 2.

IN FESTO ANNUNTIATIONIS B. MARIE VIRGINIS.

FIAT MIHI SECUNDUM VERBUM TUI. Hoc preloato verb. incarnatus est Dei Filius in utero Virginis. Ejus incarnationis initialis arborum assimilatur, 80, 1, 2. unicus raris miles unioni Verbi cum carne, 598, 1. In incarnatione Deus incarnatus, 502, 2. et quid assumat, 510, 1. cui et cur, 2. quid in ea prestiterit, 514. et seq. hanc incarnationem predixit Propheta, 507, 1. ea in primitiva Ecclesia ante omnia credenda erat, 587, 2. eam nulli heretici impugnarent, 588, 1.

Christus an incarnandus fuisset, si Adam non peccasset, 507, 1. cur iam vero sit incarnatus, *ibid.* incarnatus cum fuit, movit terram in celum, 325, 1. est nobis patri-mater, 509, 1 et seq. cur vocetur Verbum, 512, 2. cur dicitur *verbo* per omnes *verbo* significantibus, 2 et seq. — *Vide notata feria IV. quatuor temporum adventus.*

IN FESTO S. MARCI.

S. Marcus an fuerit S. Petri socius, 402, 2.

IN FESTO S. PHILIPPI APOSTOLI.

NON TUBERETUR COR VESTRUM. — *Vide notata fer. III. Pasch. QUA PATER IN RES ET RES IN PATRE.* — *Vide notata Dominica Trinitatis.*

Dabit vobis. — *Vide notata in Litanis Majoribus.*

IN FESTO S. JACOBI MINORIS.

Hic Jacobus quis fuerit? ejus elogium, parentes, privilegia, sanctitas, 6, 1 et seq. an ei Sancta sanctorum in-credi liceat, 7, 2. ejus martyrium et causa, 9.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRUCIS.

Gravis Christi virtus, 268, 1. crux via est in celum,

364, 1. Sanctis est sanctitatis magistra, 307, 1. Christianismus est imago crucis, 346, 1. crucis lignum ab ignis conflagrationis mundi erit intactum, 488, 1.

IN FESTO S. PETRI APOSTOLI.

TU ES PETRUS. S. Petri privilegia varia, 231, 2 et seq. ejus martyrium, 235, 1. ejus nomen est idem quod Petra Ecclesiam, 237, 1.

Vide notata Dom. IV. post Pentecosten.

IN FESTO S. MARIE MAGDALENE.

Rahab meretrix in veteri Testamento que bona opera fecerit, 131, 1. quando sit iustificata, 2.

IN FESTO S. JACOBI MAJORIS.

NEQUIS QUID PETATIS. Male petens cur non impetret ea que petit, 173, 2. Caduca et peritura a Deo petenda non sunt, 174, 1. — *Vide notata in feria IV. post Dom. II. in Quadrages.* et in Litanis Majoribus.

IN FESTO ASSUMPTIONIS B. VIRGINIS.

B. Maria Virgo moriens an sit inuncta, 219, 1. ejus elogia. — *Vide Indicem Rerum v. B. Maria Virgo.*

IN FESTO S. MATTHEI.

MISERICORDIAM VULO. et non scripserim. Que sit via misericordie, 120, 2. — *Vide notata Dom. XII. post Pentecosten.*

IN FESTO DEDICAT. S. MICHAELIS.

NIHI EFFICIAMINI Sicut parvelli. Ubi parvelli datur hoc quod simplicitatis est symbolum, aqi poterit de simplicitate. Simplex cor quod sit, 270, 1. hoc rationabile quod dicitur, 277, 1. sinceritas et candor parvelli decet Christianos, 475, 1.

SI QUES SCANDALLAVERT. Sancti non habent scandalum, 541, 1.

S. Michael quare cum diabolo de Moisis corpore sit altercatus, 666, 2.

Angeli delectantur Christi humanitate, 255, 2. non desiderant unionem hypostaticam Christi, 256, 1. assistunt Misere, 257, 1. — *Vide Indicem Rerum v. Angelus Michael.*

Luchiferi, quem Michael celo deturbavit, peccatum in quo situm fuerit, 442, 2. ipse ejusque aspectus a Michaelis sunt in infernum detrusi, 441, 1.

IN FESTO SS. SIMONIS ET JUDÆ.

S. Judæ Apostoli parentes, sanctitas, vita, elogium, 648, 1 et seqq.

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM.

Beati visione Dei quomodo salientur, et non salientur, 246, 1; 259, 1. an vident Dei essentiam, 565, 1. et hanc visionem sequitur amor Dei plenus, *ibid.* — *Vide Indicem Rerum v. Sancti, Caelum, Gloria.* — Eorum corona gloria, 385, 2.

Gloria celestis, ad quam Sancti evecti sunt, cur dicitur corona vita, 49, 1. regni celestis descriptio, 50, 1. ejus pretium est amor, 50, 2; 107, 2. quanta ea gloria sit, 261, 2; 263, 1. cur benedictio vocetur, 236, 2 et seqq. miles autem in gloria sunt sicut dies unus, 357, 2; 489, 1.

Hereditas nostra Deus est et celum, etque incorruptibilis, 244, 1. et incontaminata, 245, 1. et immarcescibilis, 246, 1. 2. visio beatificata cur dicitur Luchifer, 435, 1. Sancti tempore ad eam aspirant, 490, 1. ipsi pro nobis ad Deum intercedunt ut advo. *sti.*, 533, 2 et seqq. corporis et animæ gloriose dotes, 563, 1, 2.

BEATI PAUPERIS SPIRITU. Humilis cur sint pauperes, 48, 1. pauperes cur Christus elegerit, 106, 2. — *Vide notata in feria IV. post Dom. II. Adventus.*

BEATI QUI LOQUENT. Varias legendi causas habet homo, 184, 1, 2. ingenuum variorum exemplum, *ibid.*

BEATI MITES. Qui alium corripit, sit mitis in verbis, *ibid.*

BEATI MISERICORDIAE. — *Vide notata Dom. XII. post Pentecost.* — *Vide Iohannes esse celestes, et vitam cœlestium imitari,* 491, 2.

BEATI MUNDO CONDE. *Vide notata in Communi Virginum, et Indicem Rerum v. Virgo, Castitas.*

BEATI QUI PERSECUTIONEM PATIUNTUR. Christiani dura patiuntur, ut ducem suum Christum imitentur, 203, 2. pro gloria æterna pati facile est, 48, 2. pati pro Christo magna est dignitas, 366, 1. patiendi inserimur cruci Christi, 501, 1. in patientibus patitur Christus, 2. in ita regentium Dei majestas, 365, 2. pro eo pati quam dulce, 17, 2. **PROPTER JUSTITIAM.** Pali propter justitiam beatum est, 209, 1. virtus versatur circa fortis, 416, 1. pro fide et pietate certare et pati non par est, 555, 2. in persecutione gaudendum, 40, 1.

IN COMMEMOR. FIDELIUM ANIMARUM.

Vide notata Dominica III. post Epiphani. et in festo Paschatis de decem Christe ad limbum.

IN FESTO S. ANDRÆ APOSTOLI.

Ex hoc emus homines captemus. — *Vide notata Dom. IV. post Pentecost.*

IN FESTO CONCEPTIONIS B. VIRGINIS.

Beata Virgo pura fuit omni peccato, originali et actuali, 527, 2.

IN COMMUNI APOSTOLORUM.

Apostoli fuere precones castitatis, 311, 1. Apostolici viri quales esse debent, 378, 1. — *Vide Indicem Rerum v. Apostoli.*

IN COMMUNI EVANGELISTARUM.

Vide notata circa verba Evangelii, in communi Confessorum, et Indicem Rerum v. Paupertas, Apostoli.

IN COMMUNI CONFESSORUM.

Religiosus et religio proprie quid sint, 88, 1; 89, 2. que ad virtutem religionis, 91, 2; 93, 1. obedientie per-

fectio est patientia, 361, 1. veri Christiani armatura, 206, 1. ejus stadium est patientia, 304, 1.

Fidelis omnes quomodo sacerdotis, 253, 1, 2; 256, 1. fidelis major est mundo, 209, 1. Sacerdotes et Ecclesiastici sua paupertas cur dare sentiantur, 579, 1.

Episcopi aspirant identidem in Christum ducem Pastorem, 269, 1. Doctorum et Episcoporum que sit corona, 255, 2. — *Vide Indicem Rerum v. Pastor, Episcopus, Praebita.*

FACILIS EST CARBULEM PER FORAMEN. Divilius cur inlentur vob, 196, 1. — *Vide plura notata in feria IV. post Dom. II. in Quadrages.*

IN COMMUNI MARTYRUM.

Martyres statim a patris ad celum evolant, 208, 2. eorum spes invicta, 200, 2. patiendi illustre dant virtutis exemplum, 267, 1. eorum robur venit a Deo, 209, 2. eorum fortitudo, 416, 1.

Patentia Martyrum quomodo opus perfectum habeat, 23, 2 et seq. ejus effectus et elogis, 26, 2 et seq. ejusdem dictamina, 22, 2. pro fide et pietate quomodo certari et mori non oportet, 655, 2.

Martyrii quanta sit gloria, 267, 1. Stimulus ad ipsum, *ibid.* — *Vide notata feria II. post Pascha, et in festo omnium Sanctorum, et Indicem Rerum v. Martyr, Crux, Tribunalis.*

IN COMMUNI ABBATIS.

Prelatorum non sunt ambienda, 124, 1. — *Vide notata feria III. post Dom. in Quadrages.* et Indicem Rerum v. Prelatus.

IN COMMUNI VIRGINUM.

VIGILATE ITAQUE QUIA NESCITIS DIEM HERGE HORARUM. Quomodo vivimus vigilare nos oportet, 354, 2; 359, 2. somno non nimis indulgendum, 664, 1. — *Vide Indicem Rerum v. Castitas, Virgo, Virgilia.*

Incorruptus spiritus est castitas, 214, 2. castitas sapientia et comes et socius, 175, 2 et seqq. ejus precones fuere Apostoli, 311, 1. ipsa est vera castitas, 268, 1. cingulum est castitatis symbolum, 258, 1.

Christianos docet continentia in animo et oculis, 294, 1. Vitam celestem quomodo imitari debeamus, 406, 1. et lumbos mentis succingere, 267, 2.

